21
Z IV-3
1. a. 5-16

R 6624

# DIVI IRENAEI, LVGDVNENSIS EPISCOPI, ET MARTYRIS,

Del Colegio de la Compa de IHS. de Granada

## Aduerſus Valentini, & ſimilium Gnoſticorum Hæreſes, Libri quinque:

IAM ſecundò diligenti editorum codicum collatione, vetuſtiſſimi etiam, magnæq; fidei manuſcripti Codicis, atque alterius Vaticani, ab innumeris mendis repurgati, & aliquot capitibus aucti: Præterea, omnibus, quæ apud veteres exſtant, fragmentis Græcis ac Latinis, item, quibuſdam S. POLYCARPI, Epiſcopi Smyrnenſis, & Martyris, ſcriptis, numquam antea editis, denique, vniuerſis aliorum eiuſdem D. Irenæi operum, quæ reperire licuit, partibus locupletati.

*ADDITAE ſunt, ad ſingula capita variæ Annotationes, quibus emendationum ratio redditur, obſcura multa illuſtrantur, & quicquid ad antiquitatem Eccleſiaſticam, ac tam veterum quàm recentium hæreſeωn confutationem pertinet, quod ex his libris erui potuit, copioſè traditur.*

ACCESSIT QVOQ. ARNOBII CATHOLICI, ET SERAPIONIS AEGYPTII CONFLICTVS, de Deo trino & vno, & duabus in Chriſto naturis, numquam typis excuſus.

*Ad Illuſtriſſ. Principem & Reuerendiſſ. Cardinalem* CAROLVM *Lotharingum, &c.*

Omnia ſtudio & opera F. FRANCISCI FEV-ARDENTII, Ordinis F. Minorum, in S. Facultate Pariſienſi Doctoris Theologi.

*Acceſsit index Scripturarum & rerum magis memorabilium.*

Reliqua vide, Lector, magis ſpeciatim, pagina ſequente.




COLONIAE AGRIPPINAE,
In Officina Birckmannica, ſumptibus Arnoldi Mylij.
ANNO cIↄ. Iↄ. XCVI.
*Cum gratia & priuilegio Sac. Cæſ. Maieſtatis.*

21
Nº 1 40
Z IV-3
1. a. 5-16

Libreria R 6624

# DIVI IRENAEI, LVGDVNENSIS EPISCOPI, ET MARTYRIS,

Del Colegio de la Compª de IHS. de Granada

## Aduerſus Valentini, & ſimilium Gnoſticorum Hæreſes, Libri quinque:

IAM ſecundò diligenti editorum codicum collatione, vetuſtiſſimi etiam, magnæq; fidei manuſcripti Codicis, atque alterius Vaticani, ab innumeris mendis repurgati, & aliquot capitibus aucti: Præterea, omnibus, quæ apud veteres exſtant, fragmentis Græcis ac Latinis, item, quibuſdam S. POLYCARPI, Epiſcopi Smyrnenſis, & Martyris, ſcriptis, numquam antea editis, denique, vniuerſis aliorum eiuſdem D. Irenæi operum, quæ reperire licuit, partibus locupletati.

*ADDITAE ſunt, ad ſingula capita variæ Annotationes, quibus emendationum ratio redditur, obſcura multa illuſtrantur, & quicquid ad antiquitatem Eccleſiaſticam, ac tam veterum quàm recentium hæreſeωn confutationem pertinet, quod ex his libris erui potuit, copioſè traditur.*

ACCESSIT QVOQ. ARNOBII CATHOLICI, ET SERAPIONIS AEGYPTII CONFLICTVS, de Deo trino & vno, & duabus in Chriſto naturis, numquam typis excuſus.

*Ad Illuſtriſs. Principem & Reuerendiſs. Cardinalem* CAROLVM *Lotharingum, &c.*

Omnia ſtudio & opera F. FRANCISCI FEV-ARDENTII, Ordinis F. Minorum, in S. Facultate Pariſienſi Doctoris Theologi.

*Acceßit index Scripturarum & rerum magis memorabilium.*

Reliqua vide, Lector, magis ſpeciatim, pagina ſequente.




COLONIAE AGRIPPINAE,
In Officina Birckmannica, ſumptibus Arnoldi Mylij.
ANNO CIↃ. IↃ. XCVI.
*Cum gratia & priuilegio Sac. Cæſ. Maieſtatis.*

## Huic ſecundæ editioni iam acceſſêre:

1 Omnia Græca fragmenta, quæ ex Irenæo quondam in ſcriptis ſuis citârunt, Iuſtinus Martyr, Baſilius Magnus, Epiphanius, Euſebius, Theodoretus, Anaſtaſius Nicenus, Meliſſa, Demetrius Diacopus, Damaſcenus, Nicetas.

2 Eadem Latinè reddita, ab Ioachimo Perionio, Iacobo Billio, Ioanne Chriſtophorſono, alijſq́ue viris æquè pijs ac eruditis.

3 Scholia Iacobi Billij, & Notæ Frontonis Ducæi, Societatis Ieſu Theologi, in octodecim primi libri capita.

4 Annotationes R.P.F. Franciſci Feu-ardentij, ſingulis omnium librorum capitibus maiori ex parte auctæ ac locupletatæ.

5 Fragmenta omnium aliorum B. Irenæi librorum, quæ hactenus inueniri potuerunt, additis eiuſdem F. Franciſci Feu-ardentij annotationibus.

6 Fragmenta quinque ex ſcriptis B. Polycarpi, nunquam antea impreſſa.

7 B. Irenæi encomia ex alijs Patribus collecta.

8 Additus eſt Conflictus Arnobij & Serapionis de Deo trino & vno, deq́ue duabus in Chriſto naturis in vno ſuppoſito, numquam hactenus etiam editus.

# ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, AC REVERENDISSIMO CARDINALI, CAROLO LOTHARINGO, METENSI ET ARGENTINENSI EPISCOPO, AC S. D. N. A LATERE LEGATO, F. FRANCISCVS FEVARDENTIVS, D. THEOL. S. P.

*PRAECLARE certè de republica merentur,*
*Illuſtriſsime Princeps, & Cardinalis ampliſsime,*
*illi magno & excellenti ingenio viri, qui nouis qui-*
*dem, ſed oleum lucernamq́ue reſipientibus ſcriptis,*
*vel ſacrorum Bibliorum libros explicant; vel exo-*
*rientes hæreſes ſolidè refellunt; vel denique alijs ra*
*tionibus pietatem ac philoſophiam Chriſtianam*
*exornant: ſed hi quoque rem non minus vtilem ac neceſſariam ab æquis*
*æſtimatoribus præſtare iudicantur, qui veterum præſertim Theolo-*
*gorum ſanctiſsima doctiſsimaq́ue monumenta vel ex obliuionis ſepul-*
*cro in hanc lucem reuocant; vel à mendis & deprauationibus, quas*
*temporum partim iniuria, exſcribentium partim incuria contraxe-*
*runt, repurgata, priſtino nitori ac ſplendori ſuo pro viribus reſtituũt.*
*Illi etenim, quod à communi omnium ſpiritualium chariſmatum lar-*
*gitore Chriſto, ingeniorum, ſtudiorum, & meditationum vnum aut*
*alterum talentum acceperunt, ad ſalutis proximorum religioſam com-* Matt.25.
*mittunt vſuram, dant familiæ Diuinæ in tempore tritici menſuram,* Luc.12.
*feliciterq́; negotiantur, dum ille à cunctis rationem exacturus aduene-*
*rit. Hi verò multò ampliora, quæ veteribus illis ac primitias Spiritus* Rom.8.
*habentibus viris conceſſa, & ſcriptis ad poſterorum memoriam com-*
*miſſa fuerunt, è ſitu ſqualoreq́ue vindicantes, efficiunt, vt quod illi du*
*dum ab Apoſtolis & Apoſtolicis viris didicerunt, ſuis nobiſcum ver-*
*bis adhuc loquantur; tantò præſtantioribus, quantò potioribus eiuſ-*
*dem Spiritus ſancti donis ac virtutibus huius ætatis homines antecel-*
*luerunt, & ipſum veritatis Solem fontemq́; Chriſtum propius attige-*
*runt. Veneranda ſunt enim, vt magnus inquit Baſilius, vetuſta dog-* Lib. de Spiritu S. c.29.
*mata, quòd ob antiquitatem, ceu canitiem quandam, habeant quid-*
*dam reuerendum. Quibus adde, præſertim Martyrum, qui Apoſto-*
*lici pectoris generoſam & maſculam quandam vim retinentes, &*
*tam diſerta quàm fortia loquentes, ipſam doctrinam ſuam illuſtriſſi-*
*mo pro gloria Dei functi certamine, proprio cruore confirmauerunt:*
*inſuper, eoſdem Apoſtolos, vel horum diſcipulos, proximoſq́ue ſucceſſo-*
*res ſuæ pietatis ac doctrinæ habuerunt præceptores. Quiſquis ergo pri-*
*mitiuæ Eccleſiæ formam ac ſpeculum intueri; veras ac germanas Apo-*
*ſtolorum traditiones, à ſuppoſititijs diſcernere; ſacrorũ vtriuſque Te-*


ſtamenti

*ſtamenti voluminum ſyncera certaque intelligentia, motis de religione controuerſijs finem imponere. eam denique doctrinam ac fidem complecti, quæ ab initio Chriſtianiſmi toto orbe ſeminata, rigata, & plantata fuit, ex animo volet; hos conſulat, hos audiat, hos imitetur neceſſe* [Lib. de morib. Cathol. Eccleſ. cap. 1.] *eſt. Hi namq; (exactiſſimo Diui Auguſtini iudicio) fuerunt Catholicæ fidei ſtrenui defenſores ac rectores; ciuitatis Dei fulgentiſſima luminaria; viri doctrina inſignes, & clara præditi ſanctitate; miraculis cæteriſq́ue donis Spiritus ſancti illuſtres; beati Eccleſiæ Dei Patres, Filij, Sacerdotes, Doctores, & Antiſtites; ſacrarum diſputationum peritiſſimi cognitores, & iudices æquiſſimi; quippe qui ab omni ſtudio par*[Lib. 1. & 2. cont. Iul. Pelag.]*tium liberrimi. Hi poſt Domini diſcipulos, omnium per orbem Eccleſiarum plantatores, rigatores, & cultores ſeduli; gregis Dominici Paſtores peruigiles, miniſtri Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.* [Luc. 12.] *Hi ſerui boni & fideles, quos conſtituit Dominus ſuper familiam ſuã.* [Iſaiæ 62.] *Hi ſuper muros ſpiritalis Ieroſolymæ cuſtodes à Deo conſtituti, qui nec diebus tranquillitatis, nec acerbiſſimarum perſequutionum tenebroſis noctibus ceſſauerunt laudare nomen Domini; & ad idem ſimiliter præſtandum, verbo, opere, exemplo, vita, morteq́ue alijs præluxerunt. Aliquot eorum, atque in primis B. Irenæi noſtri, teſtimonijs & iudicijs Iulianum Pelagianum premens, idem Aurelius Auguſtinus ſubijcit: Horum ſententijs credere & aſſentiri debet, ſi vllus in eo Dei timor, vel hominum pudor ſupereſt, cùm ab omni partium ſtudio alienos iudices eos eſſe nullus neſciat.*

*EORVNDEM ſanctorum ac veterum Scriptorum amore* [Ruff. lib. 11. hiſt. Eccl. c. 9] *ſuccenſi Baſilius & Nazianzenus, duo præclara Orientis lumina, annos tredecim in quoddam monaſterium ſeipſos abdiderunt, & ſanctarum Scripturarum ſenſum ex illorum ſcriptis ſolicitè perquirentes, eundem incredibili totius Eccleſiæ vtilitate ſunt conſequuti. Multum quoque temporis & laboris in eorundem Theologorum, de quibus diſſerimus, ſcriptis euoluendis, conſultandis, ac meditandis Auguſtinum, Hieronymum & Ambroſium, tres Eccleſiæ Latinæ firmiſſimas columnas, impendiſſe oportet, quando ille viginti & quatuor vno ſimul loco Pelagianis conſtanter opponit; iſte centum viginti duorum tam Græcorum quàm Latinorum opera quæ perlegerat, enumerat in Catalogo; hic aduerſus hæreticos in aciem illos educit; ſcriptaq́; eorum appoſitiſſimè vocat librum ſignatum à Confeſſoribus, Martyrum ſanguine conſecratum, Patrumq́ue hæreditatem nulla temeritate violandam. Eximius ſanctiſſimæ Trinitatis propugnator Athanaſius, eorundem doctrinam & fidem, vt murum aheneum Arianorum opponit furoribus, ſummum aſſeuerans nefas eſſe; tot Sanctorum authoritatem repudiare, & interpretationes aſpernari, vt neotericorum & viliſſimorum apoſtatarum inuenta eis præferantur.*





*SED quid in ſingulis ſigillatim commemorandis immoror? Conſtat enim antiquiſſimas totius Eccleſiæ Chriſtianæ, etiam à nouiſſimis hæreſiarchis admiſſas probataſq́ue Synodos, de ſummis Religionis noſtræ capitibus aduerſus hoſtes illius, potius ex veterum Patrum ſibi mirabiliter conſentientium interpretationibus & dogmatibus pronunciaſſe & definiuiſſe, quàm expreſſis Scripturarum teſtificationibus. Nicæna namque Filium Dei* CONSVBSTANTIALEM *eſſe Patri, etſi nuſquam in Biblijs extet, ſanctorum Patrum traditionibus inhærens, credendum & profitendum eſſe ſanciuit. Conſtantinopolitana, ex ijſdem, Spiritum ſanctum Diuinam ac æternã* PERSONAM, PATRI ET FILIO CONSVBSTANTIALEM, COADORANDVM, ET CONGLORIFICANDVM *eſſe, aduerſus Macedonianos decreuit. Epheſina, beatiſſimam Mariam Virginem,* DEIPARAM *cenſendam & prædicandam eſſe aduerſus Neſtorianos iudicauit; quòd hanc fidem diuini tradiderant diſcipuli, & ita à Patribus edocti eſſent. Chalcedonenſis* IMPERMIXTAS DEI ET HOMINIS SVBSTANTIAS IN VNA CHRISTI PERSONA, *iuxta ſanctorum ac veterum Patrum placita, contra Eutychianos credendum eſſe docuit. Atque hæc ſunt Synodorum, quas libenter amplecti
 revererique fatentur hæretici, de veterum Scriptorum libris iudicia, hæc teſtimonia.*

*AT quis fidem dextramq́ue non porriget, cùm ipſummet Spiritum ſanctum audierit, nos etiam ſacrarum Scripturarum claris vocibus ac præceptis ad illorum ſubſellia remittentem? Quidni verò, cùm illi ſint Epiſcopi,* quos poſuit regere Eccleſiam Dei, [Actor. 20.] quam acquiſiuit ſanguine ſuo? *Quorumq́ue vocibus & calamis Eccleſiæ ſuggerit omnia, quæ olim Chriſtus de illa ſtatuit; do-* [Ioan. 14.] *cetq́; omnem veritatem?* Interroga generationem priſtinã, [Iob. 8.] *inquit,* & diligenter inueſtiga patrum memoriam, & ipſi docebunt te: loquentur tibi, & de corde ſuo proferent eloquia. In antiquis enim eſt ſapientia, & in [Iob. 12.] multo tempore prudentia. *Et ne diuiniſſimi huius mandati aliquando nobis excideret memoria, iterum iubet:* State ſuper vi- [Ierem. 6.] as, & videte: & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona: ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus veſtris. *Atque in horum communi ſenſu & doctrina omnino acquieſcendum, & omni tempore permanendum idem rurſus præcipit, dicens:* Ne tranſgrediaris terminos antiquos, [Prouer. 22.] quos poſuerunt patres tui. *Enimuerò ex his coaluit, conſtitit, viguit, ſimulq́; floruit priſcorum ſæculorum vna & vera Eccleſia, quã* [Luc. 10. Matth. 18.] *Chriſtus ſub æternæ perditionis interminatione audire amplectiq́; præcepit. Nemo itaq́;, niſi reclamante, intusq́; ſurdo verbere flagellante con-*

ſcientia;nemo,niſi profligatæ ac perditæ mentis nebulo;nemo deniq́,niſi à Satana omnino excæcatus & poſſeſſus,poterit tam præſtantium Dei ſeruorum doctrinam,fidem,atque conſenſum aſpernari ac reijcere.

*VERVM* à theſi ad hypotheſim,id eſt ab vniuerſorũ,ad huius vnius B. IRENÆI Epiſcopi Lugdunenſis,& Martyris libros,à nobis iã ſecundò recognitos,emendatos,& locupletatos,atq́ Illuſtriſ. & Reuerendiſ. C. T. nunc commendatos & oblatos deſcendamus. Authorem ſine vlla controuerſia,habuerunt antiquiſſimũ,doctiſſimũ,& ſanctiſſimum:quibus quid præſtantius aut ſublimius in Scriptore Eccleſiaſtico deſiderari poſſit,non video. Non enim ſolùm beatiſſ. Polycarpum,ſancti IOANNIS Apoſtoli ac Euãgeliſtæ auditorem, habuit præceptorẽ; verùm & cũ alijs plurimis Presbyteris Apoſtolorum diſcipulis& ſucceſſoribus familiariter conuerſatus,quicquid de Domino, & Apoſtolorum eius doctrina, moribus, vita, morte diſſerebant, auido perſpicaciq́ ingenio iuuenis concepit,tenaciſſimæ commiſit memoriæ, et quantum oportuit ac decuit alijs patefecit. His vixit ac floruit temporibus,quibus & Chriſti recens effuſus pijs feruebat circum præcordia ſanguis; & præſtantiſſima externa,internaq́ illa Spiritus S. dona prophetiæ,linguarum,interpretationis ſermonum,& omne genus edendorum miraculorum adhuc in Eccleſia florebant; & in omni terra ſonus Apoſtolorum,& verba eorum propemodũ adhuc perſonabant & audiebantur,vt ſibi teſtis eſt ampliſſimus.

Lib. 5. cap. 6. Li 2. cap 56. & 57. Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 7.

Multos in Eccleſia fratres ipſi audiuimus,inquit,qui & dona prophetiæ habẽt,& varijs linguis per Spiritus S. gratiam loquuntur,& occulta hominum in apertum proferunt,& myſteria Dei perſpicuè & euidẽter aperiunt. Alij eos qui grauibus morbis afflictantur,per manuum impoſitionem curant. Iã & mortui ſuſcitati ſunt,& multos annos poſtea apud nos commorati. Hæc ille: quibus in eiuſmodi viri amorem ſimul & admirationem, ac venerationẽ nemo,opinor,tã ferus,aut immanis eſt,qui non raperetur:nemo,qui nõ libenter & attentè de ſacris rebus diſſerentem audiret:nemo,qui nõ aſſurgeret,& Catholica dogmata confirmanti planè aſſentiretur:nemo, qui hæreſes reprobanti atque damnanti non conſentiret. His verò germanis operibus ac Scriptis ſuis,tametſi corpore defunctus, adhuc nobiſcum tamen diſſerit & loquitur, adhuc traditiones & ſententias Apoſtolicas explicat, adhuc veteres ac nouos errores refellit.

Heb. 11.

*SVMMAM* porrò viri tam in diuinis, quàm in humanis rebus eruditionem ac peritiã,quis non miretur? Siquidem ſacras literas, vt alter Timotheus,doctore Polycarpo,ab infantia didicit, hiſq́ copioſè & grauiter tribus præſertim poſterioribus libris,omnes hæreſes ſapienter coarguit & labefactat:dogmata verò Catholica mirandum in modum confirmat. Apoſtolicas traditiones recenti memoria cõplectens, & præcipuarum per orbem Eccleſiarum ſucceſſiones,doctrinæ formas,

ritus,



ritus,mores in promptu habens,ex his deſumit argumenta & rationes, quibus ſuppreſſis damnatiſq́ vniuerſis erroribus,ad vnius, Sãctæ, Catholicæ, Apoſtolicæ,& Romanæ Eccleſiæ fidem ac obedientiam amplexandam omnes tam ſanctè quàm grauiter adhortatur ac impellit.

Lib. 3. cap. 3.

Nec præcedentium Patrũ diuinæ ſcriptiones,ac de rebus Theologicis diſſertationes eum latuerunt,quandoquidem Clementis,Ignatij,Polycarpi, Papiæ, Paſtoris, Iuſtini martyris,& ſimilium quorundam aliorum Anonymorũ ſcripta traditaq́ ſingulari ingenij felicitate legit,expendit,libris ſuis inſeruit,ac hoſtibus fidei noſtræ conſtanter obiecit: quinetiam vir omnium diſciplinarum,vt de eo teſtificatur Tertullian. curioſiſſimus explorator,nec ab hæreticorum commentariorum lectione & perquiſitione abſtinendum eſſe ſibi perſuaſit, vt horum agnitos errores ex ipſorummet principijs,placitis,antilogijs conuelleret:quod toto præſertim libro 2. mirum in modum perfecit & præſtitit.

Lib. adu. Valentin.

Quã etiã diligentem ac ſtrenuam vniuerſis Græcorum Philoſophis ac Poëtis nauarit operam,palàm oſtendunt & frequenter & appoſitè ab eo laudata horum teſtimonia:& Gnoſticorum errores ad illa velut ad ſuos fontes, reuocati. Hæreſes quoq́ planè portentoſæ,& ab authoribus incredibili ſtudio velatæ & abſconſæ,in apertum velut feræ è luſtris ſuis,eductæ; inſuper,& firmiſſimis argumentis refutatæ atque conuulſæ,ſatis manifeſtant quantum in arte diſſerendi valuerit.

*QVIS* ergo cum ratione ambigere poteſt inde factum eſſe,vt huius tanti viri ſcripta, etiam ab antiquis Patribus, certatim ſint expetita,tranſcripta,perlecta,& pro confirmandis dogmatibus noſtris aduerſus illorum hoſtes citata? Nam magno illorum deſiderio,cùm per horrendas Tyrannorum perſequutiones, & hæreticorum fraudes diu latuiſſent, & Romanos & Gallos Pontifices flagraſſe,ſatis indicat beatus Papa Gregorius,ad Ætherium Viennæ in Gallia Epiſcopum ita ſcribens; Scripta beati Irenæi iam diu eſt quod ſolicitè quæſiuimus: ſed hactenus ex eis inueniri aliquid non valuit. Damaſcenus, Meliſſa, Anaſtaſius Nicænus,Oecumenius,Euthymius, Arethas & Andreas Cappadoces, IRENÆI ſententijs, velut vermiculatis emblematibus, ac fulgentiſſimis ſtellis ſcripta ſua libenter exornant. Theodoretus tribus aduerſus diuerſas hæreſes Dialogis, decem & octo locis IRENÆVM, vt Apoſtolicorum temporum inſignem ac omnibus verendum Theologum,citat. Auguſtinus eundem vt firmiſſimum aggerem Pelagianicis fluctibus ſemel & iterum opponit. Epiphanius tanto huius viri ſtudio tenebatur, vt non modò verba & ſententias eius frequenter vſurpet: verùm & continua oratione decem & octo libri eius primi capita ad verbum ex eo tranſcribat, & libris ſuis aduerſus hæreſes inſerat. Hieronymus præter Catalogũ,etiã Commentarijs ſuis in Prophetas,



illius

illius non rarò meminit. Baſilius magnus ductis ſemel & iterum ab IRENÆO teſtimonijs, Spiritus ſancti diuinitatem aduerſus impugnatores illius comprobat. Cyrillus Ieroſolymitanus catecheſes ſuas eius exornat eloquijs. Euſebius Irenæi pietatem, eruditionem, aſſumptos pro religione Chriſtiana labores, ſcripta, fortiſſimum deniq; martyrium, nunquam ſatis ſibi laudaſſe videtur in hiſtoria eccleſiaſtica. Patres Ægyptij, & Alexandrini concilij, cui magnus Athanaſius præfuit, Chriſtum non ſolùm humanam carnem, ſed & animam aſſumpſiſſe contra Arianos decernunt, quòd veteres Doctores, in primis verò Clemens, Irenæus, Apollinarius, & Serapion ſcriptis ſuis id tradiderant. Quid præterea? Tertullianus eorum cum laude meminit. Iuſtinus Martyr & Philoſophus inſignis, quæſtionum ſibi ab Orthodoxis factarum, reſponſionem & diſſolutionem ab huius IRENÆI noſtri ſcriptis quærendam & accipiendam eſſe reſpondet.

VITÆ porrò illius ſanctitatem, ac eximias virtutes, cùm etiam ſanctiſſimi Galliarum martyres, data ad Eleutherium beatiſſimum quoque Romanum Pontificem & martyrem Epiſtola, vt in eius vita paulo poſt recitabimus, multis laudibus exornent ac prædicent: duplex quoq; martyrii videlicet ac doctoris ab eo reportata & adepta nunc in cœlis aureola coram Deo & angelis eius teſtificetur: non eſt quod in eius deſcriptione diutius inhæreamus.

PRÆSTAT ergo vt his quoque nunc reſpondeamus, qui veterum Gnoſticorum inſtitutam his libris ab IRENÆO deſcriptionem ac refutationem, aut nihil, aut parum admodum, ad iſta tempora noſtra iudicant pertinere: ac iccirco illorum editionem ac lectionē non magnopere neceſſariam eſſe. Allucinantur profectò boni viri, & plurimum falluntur, putantes non minus abſurda, portentoſa, aduerſa, peruerſa, & diuerſa eſſe, quæ nūc à plurimis Sectariis, vtpotè Anabaptiſtis, Suuenckfeldianis, Arianis, Samoſatenianis, Tritheiſtis, & Antitrinitariis per Europam inuehuntur, illis quæ olim à Valentinianis & conſimilibus conficta & prædicata fuerunt.

QVID quod etiam Lutherani & Caluiniani à Simone mago, velut à parente accepta impietatum ſuarum hæreditate, ab eo didicerunt Diuum Petrum horrendis probris lacerare, eidem in ſucceſſore Romano Præſule ſeſe opponere, hominem libero ſpoliare arbitrio, ſoli fidei iuſtitiam tribuere, ac operibus iuſtis nullum repoſitum eſſe in cœlis præmium? An non etiam horum ſacrilegiis, quibus Bythi, Propatoris, ac Pleromatis Æonum fictionibus, plures deos comminiſcebantur, ſeſe nunc quoque inuoluunt & contaminant Beza, Eſſentiam diuinam in tres realiter diſtinguens; Muſculus, Trinitatis perſonas gradu, forma, & ſpecie inter ſeipſas diuidens; Caluinus, cupiens harum nomina omni-



omnino ſepulta eſſe? Inſuper, & Poloni, publica Synodo ſuis miniſtris prohibentes eas à cætero in concionibus appellare? Hugnoſtici etiam Galli, concinentes eas eſſè tres ſpiritus, tres cauſas, triaquè rerum principia? Ebionem profectò dicentem, omnino impoſſibile Deo eſſe, vt Virgo eius ope conciperet, & inuiolata pareret, multis Paraſangis præcedunt ac ſuperant Sacramentarij, palàm prædicantes, & eam in partu neceſſariò violatam fuiſſe: & quindecim (quæ alibi notauimus,) à ſe conficta capita Deo prorſus eſſe impoſſibilia. Sic & Marcionis Deum furti, belliquè authorem aſſerentis, ac veteris Teſtamenti ſanctos viros inferis mancipantis improbitates antecedunt, vociferantes omnia tam hominum quàm dæmonum peccata Dei voluntate, decreto, impulſu, operequè fieri; & quotquot hactenus Caluiniana dogmata non ſunt amplexi, velut idololatræ, Antichriſtiquè mancipia perijſſe. Gnoſtici Chriſtum literas ſub quodam humano præceptore didiciſſe commenti ſunt: Hugnoſtici vniuerſæ hominum ignorantiæ illum ſubijcientes, aiunt, eum pro concionibus impropriè & abſurdè loquutum, nec ſolidè ſua probaſſe, nec appoſitè reſpondiſſe, nec ſatis rectè argumentando collegiſſe. Illi in tantam illum aliquando ἀπορίας incidiſſe nugabantur, vt exclamauerit, Deus meus, vt quid me dereliquiſti: iſti diſtento gutture blaſphemant eum de ſalute ſua dubitaſſe, iram Patris ſenſiſſe, omnia damnatorum ſupplicia ſubijſſe, ac tandem in voces deſperatione plenas erupiſſè. Illi non alios eſſe præter huius mundi calamitates, inferos dixerunt: iſti, quicquid de horum receptaculis hactenus à Theologis definitum eſt, meras fabulas reputant; & inferorum frequentes in Biblijs voces ſemper ad ſepulcra, quibus conduntur mortuorum corpora, impiè ſimul ac imperitè referunt: Illi Martyres ſpernebant, ac etiam Apoſtolos calumniabantur, velut imperfectos, & qui imperfectè docuiſſent: iſti, eoſdem etiam poſt acceptam Spiritus ſancti plenitudinem, cenſent epicuream vitam duxiſſe, inſuper & Dei contemptores, apoſtatas, idololatras, ſuperſtitioſos, ſtolido Zelo plenos, Euangelij deformatores, gratiæ Chriſti ac libertatis Chriſtianæ oppreſſores, non erubeſcunt nec formidant appellare. Illi quædam Euangelia reiiciebant, alia mutilabant: iſtis, vltimum caput Marci, hiſtoria de Chriſti ſudore ſanguineo per Lucam deſcripta, & vndecim primi verſus capitis octaui Ioannis, fide laborant; & Matthæus prophetarum teſtimonia contra eorum proprium ſenſum detorquet: omnes autem impropriè loquuntur, ſolœciſmos committunt, & ex abrupto ſine contextu multa referunt: quædam denique ſuperſtitioſa narrant, quæ Chriſtus hominum ſuperſtitioſorum ruditati ſe accommodans tolerat & probat. Quidam Gnoſtici promiſcuos peragebant & docebant concubitus: Hugnoſtici inceſtos laudant, polygamiam docent ac exercent, continentiam omnino

omnino impoſſibilem dictitant: horumq; proles Anabaptiſtæ in vagam ſe effundunt libidinem; & quicquid libet, licere putant; eò quod ſemel regeneratos deinceps peccare, aut Spiritum ſanctum ſemel acceptum nunquam poſt ea amittere ſe poſſe impudenter iactitant. Illi, formam & materiam quorundam Sacramentorum adulterabant: iſti, verborum à Chriſti relictorum vſum, magiam appellant, materiam vel mutant vel tollunt, ipſa nuda tantùm & inefficacia ſigna eſſe iudicant: denique, nulla prorſus, præter vnum Chriſtum, & fidem in eum Chriſtianis ſupereſſe ſcribunt. Illi, carni veram reſurrectionem & ſalutem ſuffurabantur: hanc Farelliſtæ, Caluino teſte, incredibilem putant; & Anabaptiſtæ palàm confiteri recuſant.

NIMIVS eſſem ſi ſingula doctrinæ fideiq; Chriſtianæ capita à prioribus Gnoſticis temerata, & à poſterioribus iſtis vel conuulſa, vel penitus labefactata hoc loco & ordine perſequerer. Satis ergo ſit ſuperioribus euiciſſe, huius æui ſectarios nullis impietatibus & portentoſis hæreſibus, Valentinianis & conſimilibus, quos B. IRENÆVS his libris expugnat, cedere: imò iſtos illorum malorum coruorũ mala oua, impurorum parentum prolem eſſe vitioſiorem demonſtraſſe. Ita enim ſemper ſibi ſimilis eſt Satanas pater mendacij, & Chriſtianæ religionis hoſtis infeſtiſſimus in pſeudoprophetis, pſeudoapoſtolis, ac hæreſiarchis omnibus longa ſerie ſuccedentibus ſibi ſæculis ſubornandis, & ſuis artibus communiendis; qui veritatem impugnent, & priſcam antiquatamq; tyrannidem ſuam, profligato ſublatoq; Chriſti regno, quod eſt Eccleſia catholica; ſuper miſerum genus humanum huiuſmodi fanaticis erroribus inſtaurent. Denique iſthæc B. IRENÆI, & conſimilium veterum Theologorum, qui aduerſus hæc monſtra non minus fortiter quàm feliciter decertarunt, ſanctiſſima & eruditiſſima Scripta, non modò commoda, ſed & perneceſſaria nobis eſſe.

COGITANTI porrò cuius auſpicijs illa à nobis emendata, locupletata, & ſingulis capitibus annotata, rurſum in lucem prodiret, ſtatim celeberrimus nominis tui, CARDINALIS Ampliſſ. & Princeps Illuſtriſſ. ſplendor occurrit: quippe qui ex imperiali quondam ac regio illius Caroli verè magni, qui Occidenti imperauit, Orientem terruit, Septentrionem domuit, Africam ſuis ſe continere finibus coegit, totumqúe orbem ſingularis pietatis, doctrinæ, ac fortitudinis ſuæ fulgoribus in ſui amorem ſimul & admirationem conuertit: deinde Godefredi Lotharingiæ & Bullonij Ducis, Aſiam, Syriam, adeoq; ipſius Chriſti Domini & Saluatoris noſtri natiuitate, conuerſatione, miraculis, doctrina, morte, reſurrectione, & aſcenſione ſanctificatam prouinciam, fortiſſimis prælijs Chriſtianorum poſſeſſioni reſtituentis, ſanguine cretus, ipſorum virtutibus, ac pro Chriſti nomine laboribus aſſumendis nequaquam tibi cedendum exiſtimes. Et ne ſingulo-



gulorum Lotharingiæ Ducum C. T. progenitorum præclara pro pietate facinora, ſimulq; nomina, percurram, adhuc in auribus & linguis omnium verſantur ANTONII cognomento Boni Ducis, de ruſticorum Lutheranorum ſeditioſiſſima ſimul & exitioſiſſima colluuie ampliſſima trophæa. Habet etiam plurima in optimo & illuſtriſſimo Parente, quæ miretur & imitetur: quippe qui alienis (quibus ſua cingitur & commiſcetur ditio) prouincijs ac regnis pluſquam ciuilibus in mutuam perniciem ac ruinam multis iam annis incumbentibus cruentiſſimis bellis, eandem non modò ſartam tectamq; mirabili prudentia ſeruauit, ſed auxit: hæreſeonq; tempeſtati cedentibus alijs, Lotharingiam ſuam in vnius & ſolius veræ fidei Catholicæ profeſſione, ſanctæq; Sedis Apoſtolicæ reuerentia & obedientia hactenus conſtanter retinuit. Nec minor eiuſdem in bello fortitudo, quàm in pace prudentia, quando collectum ex Germanis, Heluetijs, Anglis, perfugiſq; Gallis, hæreticum immanemqúe exercitum; & ad id quod ſuper- 1587. eſt auitæ in Francia pietatis exterminium incredibili furore anhelantem & properantem, paucis, ſed fortiſſimis viribus ſuis ſic attriuit, vt & à Ditionibus ſuis inuadendis coegerit abſtinere, & cognatis ſemifractum occidione propemodum occidendum & proterendum reliquerit. Alterum quadriennio poſt, à cunctis ferè Germaniæ hæreticis Principibus ac prouincijs coactum, & duce Anhaltino principe, ad perdendos in Lotharingia & Francia Catholicæ religionis profeſſores immiſſum, Diuinis auſpicijs ſic vtriuſque finibus prohibuit, et 1591. & diſſip uit, vt nulla re memorabili geſta, in finibus Palatinatus Rhe- 1592. ni, qu ſuperfuerunt morti ſigna ſua lacerare, & confuſione ignominiaqúe pleni manipulatim ad ſua redire ſint coacti. Tametſi verò huiuſmodi à parentibus accepta virtutum ornamenta, velut aliena cenſeantur, non propria; plurimum tamen ad virtutes eorum vel æquãdas, vel clarioribus adhuc facinoribus ſuperandas conferre poſteris nemo dubitabit. Age ergo, de his q̃ propria ſunt, quãdo vniuerſa recenſendo numerare non ſit noſtrarũ viriũ, quædã ſtrictim perpendamus.

MAXIMAM eſſe inter Chriſtianos ſanctæ Romanæ Eccleſiæ D. CARDINALIVM antiquitatem, præſtantiam, & authoritatem, quam pro eximijs in rempublicam meritis cõſequutus es, nemo neſcit. In actis namq; ſecundi Concilij Romani, ante mille trecentos & ſep- Cap. 6. & 7. tuaginta annos collecti, ſeptem Cardinales eidem adfuiſſe leguntur. Nam præter commune cum alijs Eccleſiæ præſulibus officium, his ſolis nunc cõmiſſa eſt ſummorum in Eccleſia Pontificum electio, & vt ipſi, velut collaterales (ait S. Bernard.) coadiutores, ſeduli ac intimi, in re- Li. 4 de conſiderat. Epiſt 188. bus grauibus ſint à conſilijs; horũ ſpeciali induſtria tollantur ſcandala de regno Dei; ſurgentes ſuccidantur ſpinæ; ſedentur querelæ; ſoluantur finianturq; de fide, doctrina, & diſciplina emergentes quæſtiones; & tan-

& tanquam in cardinibus ſuis ſtent, moueantur & regãtur vniuerſi
orbis Eccleſiæ. In hanc igitur toto orbe præcellentiſsimam dignitatẽ C.
T. ob ſingulares corporis & animi dotes, eximiam caſtimoniã, in Ca-
tholica religione ſeruanda & ornanda indefeſſum ſtudium, & ſingu-
larem in Deum pietatem, iamdudum aſſumptã & cooptatã fuiſſe, pro
priarum eſt virtutum; nec modicæ apud mortales laudis & gloriæ: quæ
omnia rurſum non parum adauget ac exornat etiam LEGATI à late-
re creditum à B. Petri ſucceſſore ſummum officium. Nec id tantũ, ſed
& vt Metenſium, deinde etiã Argentinenſ. ampliſsimarum diœceſiũ
curam ſuſciperet, & afflictis rebus in illis opere & ſermone conſuleret;
ꝙ perierat, requireret; quod abiectum, reduceret; quod confractum, al-
ligaret; quod infirmum, ſolidaret; quod deniq; forte, cuſtodiret; id eſt,
Ezech. 34. omnia veri Epiſcopi munera, tanquam Deo omnipotenti de cunctis
illis exactam rationem reddituræ, ſuuiret atq; præſtaret. Præſtantiſsi
ma certè, ſi rectè adminiſtrentur, officia; ſin minus, omniũ grauiſsima
& periculoſiſsima. His ſanè præſtandis viribus opus eſt, & pectore
firmo. Quid igitur vt his faceret ſatis T. Celſitudo? Accinxit forti-
tudine lumbos ſuos, roborauit brachium ſuum, nullis pepercit impen-
ſis, nulla timuit etiam vitæ propriæ ſubire diſcrimina, vt Argentinen
ſes præſertim, iam à multis annis partim Caluiniana, partim Luthe-
rana hæreſi laborantes, ad ſanitatem reuocaret. Semel igitur ac iterũ
miſsis ad eos literis, hos de ſua in Epiſcopum eorum legitima electione,
& ſummis Chriſtianorum principibus Papa & Cæſare approbatione
commonefecit; & vt direptas Eccleſiaſticorum facultates reſtituerẽt;
eoſdem ſedibus ſuis per ſummã iniuriã eiectos, reuocarent; iniuſtis bel-
lis Diœceſanos non infeſtarent: ſed vt Chriſtianos decet, Poteſtatibus
à Deo conſtitutis, ſibiq; præfectis à cætero parerẽt, ſeriò eſt adhortata.
Primæ & ſecundæ correptioni nõ obtẽperantibus illis, tertiò rurſum il
los admonuit, vt aliquot Canonicos apoſtatas, inceſtibus, rapinis, &
ſacrilegijs nobilitatos, veluti peſtiferos homines, Ciuitate ſua interdice
rent; viris religioſis ſua monaſteria reſtituerent; & religionis Catholi
cæ in sũmo templo admitterent exercitium. At illi paſtoris ſui vocem
nõ audientes, ſed alienorũ: patriæ ac religioni bellũ inferũt, ꝙ tamen hæ
retica vafritie ſuis auſpicijs vel auxilijs geri negabãt, donec vi maiori
captis eorũ centurionibus, machinis, & ſignis, publicæ fraudis & impo
ſturæ ſunt cõuicti. Nec ſic tamen emendati: quinimò proficientes in pe
ius, perduellionis ſuæ ſocios & auxiliares aduocant Brãdemburgenſes,
Luneburgenſes, Mansfeldenſes, Anhaltinos, Badenſes, Palatinos, &
Heluetios hæreticos, vt hæreticis viribus ac cõſilijs ſuis adeſſent: ꝙ nec
impigrè, nec ſegniter ab eis præſtitum eſt, non paucis Diœceſis arcibus
captis, & direptis. Quid ad hæc T. Celſitudo? Accepto ab optimo Pa-
rente, & Illuſt. fratrib. fortiore & valentiore exercitu, hæreticas copias
ſemel



ſemel & iterum egregiè profligat, cædit, fugat, obſeſſas quaſdam ab illis
arces liberat, captas alias è manibus hoſtium eripit, & perducto forti-
ter ac excurrente ad portas vſque hæreticæ perduelliſquè ciuitatis vi
ctorioſo exercitu, iuſtis armis tandiu hoſtes atterit & conficit, donec
fatigati fractiquè, in quaſdam pacis & obedientiæ conditiones conſen-
ſerint: nimirum, primaria litis cauſa ſex Imperij principum, denique
Cæſaris arbitrio definienda relicta, octo interea in Alſatia diœceſeos
ſatis munita amplaquè oppida C. T. retineret; quædã verò vltra Rhe-
num Brandeburgico competitori cederent, vt dignum videlicet, patel-
la daretur operculum.

MACTE itaque virtute, ſic ad officium hæreticos cõpelli, Ter- Li. Scorp. ad uerſ. Gnoſti. cap. 2. & 3.
tulliano authore, non inlici dignum eſt: horumquè duritia vincenda
eſt, non ſuadenda: ad inſtar idololatriæ, quæ it vitanda præcipitur à
Deo, vt loca exterminari, & idololatras ac Pſeudoprophetas interſi-
ci iuſſerit. Sic enim & tria hominum apoſtatarum milia à Moyſe & Deut. 11. 12. & 13.
Leuitis cæſa ſunt: & viginti tria milia ob idololatriam, domeſticis ob- Exod 32.
truncata gladijs, diuinæ iræ litauerunt. Defuncto Ieſu Naue, dere- Num. 25. 1. Cor. 10.
linquentes Deum patrum ſuorum, Dominus tradidit in manus diri- Iudic. 2.
pientium, nec poterant ſubſiſtere à facie inimicorum ſuorum. Quis au
tem negabit hæreſim eſſe ſeceſsionem à Deo patrum noſtrorum; ac ido-
lolatriã ſaltem ſpiritalem, qua miſeri homines proprij capitis figmenta
Diuini verbi loco ſtatuunt, ac venerantur? Nec ab hoc Chriſtiano, &
Lotharingico ſanguine creto Principe, digniſsimo ardentiſsimoquè Ze
lo, à mollibus & politicis quibuſdam proditoribus, dicam, an aulicis ne
ſcio, aſſentatoribus, vnquam ſe abduci T. C. patiatur. Cùm probaue-
rint Samuelem, Eliã, Eliſeum, Michæam eximios Dei ſeruos & Pro-
phetas, pſeudoprophetis & ſeductoribus peperciſſe; aut Mathathiam,
Iudam, Ionatham, Simonem ſummos veteris Sinagogæ Pontifices,
fidei parentum ſuorum deſertoribus indulſiſſe: aut denique, Petrum
& Paulum præcipuos Domini noſtri IESV CHRISTI Apoſto- Eccli. 4.
los, cum Simone mago, Nicolao, Himenæo, Phileto, Ebione, ſimilibuſ-
què hæreticis colluſiſſe ac diſſimulaſſe, tum eidem T. C. ſuadeant, vt ſe
ductores iſtos quietè agere, & ſubditorum ſuorum animas pro libidine
faſcinare perdereq; permittat. Interea Sapientis adhortatione, vſque
ad mortem certet pro iuſtitia, & Deus expugnabit inimicos ſuos. Ca-
roli magni Saxonum toties perfidorum & relapſorum, Pannonum,
Dalmatarum, Slauonum, Longobardorum, Saracenorum aut infide-
lium aut hæreticorum domitoris, legitimam prolem, clarumq; nepotem
rebus ipſis comprobare non ceſſet. Famam factis extendat: nec relin-
quat quod habet, ne alius coronam ſuam accipiat. Laboret vt bonus
miles Chriſti IESV: & mercedem magnam in cælis tandem aliquan
do repoſitam ſibi eſſe comperiet. Ad hoc autem B. IRENÆI, id eſt,



eximij

*eximij Lugdunenſis Præſulis, Opera, egregio Metenſi & Argentinenſi Pontifici; Galliarum quondam Primatis, Illuſtriſſimo in Gallijs, Lotharenis, & Germanijs Principi; & conſtantiſſimi Martyris aduerſus omnes hæreſes Scripta, fortiſſimo fidei noſtræ propugnatori, & ad ſanguinem, vt veſtis purpurea commonefacit, pro eiuſdem ſanctitate profundendum paratiſſimo, dicata, ſacrata, oblata, non parum prodeſſe poterunt.*

*Huc denique accedit, quod cùm miſeranda Galliarum noſtrarum calamitates, inſtantiaquе meæ vocationis ac inſtituti profeſſoribus diſcrimina, procul me à patria exegiſſent, C. T. ditione exceptus humaniſſimè, & in ipſa Lotharenorum auguſta vrbe ſeptem menſibus ad docendum admiſſus, multaq́ tam Illuſtriſ. Ducis, nobiliſſ. fratrum, religioſiſſ. heroidum, quàm in primis eiuſdem C. T. attentione auditus, ad familiare frequenſque colloquium vocatus, demumq́ non illiberaliter dimiſſus, iſtud quantuluncunque ſit, viri certè Theologi ac religioſi publicum meæ erga eandem C. T. teſtimonium, cum omni obſequio deferendum ac offerendum è re mea eſſe cenſui. Quod cùm facio, id conſueta humanitate ſua C. T. gratoque vultu ſuſcipiat, & me in clientela ſua ſeruare ac retinere pergat. Deus immortalis, Rex regum, & Dominus Dominantium eandem C. T. diutiſſimè feliciſſimeque ſeruet incolumem; ac finito huius vitæ curriculo, in beatum ac ſempiternum regnum ſuum perducat. Coloniæ Agrippinæ, idibus Auguſt. anno Dom. M. D. XCV.*

*Illuſtriſſimæ Celſitudinis Tuæ*

*Seruus obſequentiſſimus*

*Franciſcus Feu-ardentius.*

# DE ISTA QVINQVE LIBRORVM D. IRENÆI EDITIONE AD LECTORES F. FRANCISCI FEV-ARDENTII COMMONITIO.

*EN Beatiſſimi Patris & Martyris IRENAEI quinque Libros, denuò collatos, emendatos, & locupletatos noua editione, in publicam ſtudioſorum vtilitatem emittimus. Quos, etſi quidam adhuc ſubdubitent, Græcè ab auctore eleganter, idque ante mille & quadringentos annos, conſcriptos, & in rem totius Eccleſiæ Catholicæ vulgatos fuiſſe, non dubitamus tamen id cunctis perſuaſum iri, qui tot longa egregiaque fragmenta, quæ ex Epiphanio, Euſebio, Theodoreto, & alijs Græcè ad verbum ex authore tranſcripta & ſcriptis ſuis quondam inſerta, & à nobis opportunis locis recitata, ac velut poſtliminio eidem reſtituta, attentis animis expenderint. Accedit grauiſſimum D. Hieronymi teſtimonium, qui Græcis librorum Inſcriptionibus ab Authore editis, & à ſuperioribus Patribus probatis* Ελέγχȣ καὶ ἀνατροπῆς τῆς ψευδωνύμȣ γνώσεως βιβλία πέντε, *Reprehenſionis ac euerſionis falsò nominatæ ſcientiæ Libri quinque, alijſque permotus rationibus eũ inter Scriptores Græcos annumerat, & Græcè ſcripſiſſe non ambigit. Accedunt phraſis planè Græca; innumeræ dictiones, formæq́ loquendi Latinis non vſitatæ: Græci authores tam diuini quàm humani perſæpe ad verbum citati, nunquam verò Latini: vt etiam à Græcis frequenter citetur, rarò à Latinis. Teſtentur denique nonnulli pij & docti viri, ſe Græcum exemplar in Venetiana bibliotheca legiſſe; alij quoque in Vaticana viſum ferant: quæ tamen ibi poſtea fruſtra quæſita ſint.* Comm in ca. 36. Ezech.

*De primo horum Librorum interprete nondum ſatis mihi apparet quid pro certo ſtatuam, cùm nullus ad hoc vſque tempus illum quod ſciam, indicauerit. Si de re tam ancipite & obſcura ſententiam ferre licuerit, citra cuiuſquam animi offenſionem, lubens affirmem Authorem & Interpretem eundem eſſe: qui quod Græcè pereleganter & ſcienter primò ſcripſerit; Latinè poſtea, non pari licet ſermonis felicitate & lepore, Latinis, inter quos verſabatur, impertiuerit. Quid ni, cùm & Tertullianus eidem ferè æqualis Græco Latioque ſermone ſtylum exercuerit? Athanaſius quoque, ac plurimi alij religionis noſtræ proceres vtraque lingua, non pauca ediderint? Sic enim & horum Librorum authoritas nulla parte vacillabit; ſed erit ſemper auguſtior & firmior: & quod de ſeipſo ait, quod in barbara lingua (nam ſola Græca ei natiua & propria erat) inter Celtas degens, plurimam operam collocaret, apertius euadet. Nec parum ſententiam iſtam confirmant, duo citati per D. Auguſtinum ex hoc Authore loci, eadem ferè, quæ hactenus prodijt vetuſtiſſima certè tralatione. Aut profectò Presbyterum quendam ad manum IRENAEVS habuit, qui eius iuſſu de verbo ad verbum coram Latinæ orationis ſplendore artificioq́ neglecto, tranſtulerit: aut, vt idem de ſcripto ſuo teſtatur,* ἁπλῶς, καὶ ἀληθῶς, καὶ ἰδιωτικῶς, *id eſt, ſimpliciter, & verè, ac vulgari tunc inter Latino ſermone tranſlatos ſeparatim poſtea communicauerit, & mentem ſenſaq́ authoris fideliter expreſſerit. Qui firmioribus conjecturis aut teſtimonijs certioribus productis, alium primumq́ interpretem indicauerit, nos ſibi magno beneficio gratos & deuinctos habebit. Atque hæc de ſermonis genere, ac interprete dicta ſint: nunc quid hac potiſſimum editione nouiſſima præſtitum ſit, accipe.*

*Libri primi decem & octo priora capita ab Epiphanio quondam ad verbum ex Irenæo Græcè tranſcripta; deinde ex Euſebio fragmenta viginti & duo; ex Theodoreto, quatuordecim: ex Baſilio duo: ex Meliſſa totidẽ: vnum ex Anaſtaſio Nicæno ſuis locis Græcè prout ab Irenæo primũ deſcripta, hinc ab his Patribus laudata fuerunt, typis euulganda curauimus. Deinde ad finem operis ſex alia ex diuerſis eiuſdem Irenæi operibus fragmenta, ex authore quæſt. & reſponſionũ ad Orthodoxos apud Iuſtinum Martyrem, Euſebio & Demetrio Diacopo collecta Græcè ſubiecimus: & tam illa, quàm iſta maiori parte à laudatiſſimo viro Iacobo Billio, reliqua à doctiſſ. interpretibus Chriſtophorſono, Heructo, Eraſmo, Fabro Latinè reddita quàm decenti fieri potuit ordine collocauimus. Superiora decem & octo libri primi capita Græca idem Billius Scholijs, deinde R. P. Fronto Ducæus, Societatis IESV tam pius quàm doctus Theologus, ſuis Notis ad Epiphanij Græca exemplaria contulerunt, emendarunt, & illuſtrarunt. Nos quoque non ſolùm ad illa, ſed ad ſingula librorum capita & adiecta de nouo fragmenta Annotationes locupletiſſimas addidimus, quibus emendationum rationes reddimus, obſcuriora & ambigua plurima loca, multaſq́ Græcas, et Latinis minus vſitatas phraſes explicamus, & quicquid ad Eccleſiæ Catholicæ doctrinam, hierarchiã, ritus, fidemq́ confirmandam, & antiquas nouaſq́ hæreſes refellendas pertinere deprehẽdimus; denique quod expunctum vel immutatũ à nobis eſt, ne quid iniuria ſublatum ſibi quiritentur aliqui, retinemus & obſeruamus. Acceſſit quoq́ editioni, cum*

 Vati-

# Præfatio ad Lectorem.

*Vaticano manuſcripto codice noua collatio, cuius, præſertim verò per illuſtrem ac eruditum D. Ioannem Sant-Andreanum Eccleſiæ Pariſienſis Canonicum, nobis pridem commodati codicis veteris attentiore lectione & meditatione, adhuc ſupra ſexcentos locos emendatiores reddidimus. Addita duabus clauſulis, nonnunquam vnica & numero quodam ſignamus: varijs adhuc quibuſdam lectionibus aſteriſcis in margine notatis. Adhæc, beatiſſimi, & verè Apoſtolici viri Polycarpi, Epiſcopi Smyrnenſis, & Martyris, quinque non aſpernanda fragmenta ante mille & centum annos à Victore Capuano citata, & Latio donata, à nobis verò in vetuſtiſſimo codice reperta & tranſcripta conuenienti ſede locauimus: Irenæi noſtri ex ſanctis Patribus collecta Encomia; & recentiũ hæreticorum impoſturis, maledictis, & in hunc ſanctiſſimum authorem noſtrum confictis criminationibus, poſt Authoris vitam à nobis tam ex ſcriptis eius, quàm ex alijs ſcriptis ac hiſtor. eccleſ. fideliter collectã, operis initio præfiximus: ſicut ad finẽ totius operis locupletiſſimos indices in Lectorum commodiorem vſum ſubiungendos curauimus. Deniq́ Leodij, in monaſterio S. Iacobi memoriæ ſacro, repertum à nobis ARNOBII Catholici cum SERAPIONE Aegyptio Conflictum, vtcunque per nos emendatum & annotatum, ac nunquam antea typis publicatum, communi ſtudioſorum vtilitati iudicauimus eſſe communicandum. Multas fateor, dictiones & phraſes minus Latinas, hiulcas adhuc ſententias & periodos, adeoq́ non paucos adhuc locos in vtroque Authore luxatos, imperfectos & obſcuros à nobis relictos inuenire licebit: tum quod plurium ac emendatiorum codicum auxilio deſtituti fuimus, tum quòd tam veteribus ac ſanctis Patribus manum temerè inferre religio fuit. Cæterùm, hæc ſolo natali, & quod longè moleſtius eſt, muſæo ac noſtra Bibliotheca exacti, ſolumq́ nunc ab illis, mox ab iſtis commodato inter peregrinandum acceptis libris adiuti contexuimus, & in publicam ſtudioſorum vtilitatem emittimus; quæ cùm acceperint candidi Lectores, & his noſtris qualibuſcunque laboribus fruiti fuerint, ſtudijs noſtris bene fauere; ac præſertim noſtram ſalutem ſuis precibus apud communem Saluatorem ac iudicem noſtrum D. IESVM CHRISTVM commendare rogo & obſecro, non recuſent.*



VITA

# D. IRENAI, EPISCOPI ET MARTYRIS, EX ILLIVS, ET ALIORVM PATRVM SCRIPTIS COLLECTA,

PER F. FRANCISCVM FEV-ARDENTIVM.

D. Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis ac Martyris patriam, parentes, natalem diem, & locum habitationis ætatis initio, conſcribere, & pro certo ac explorato nunc exhibere, difficile ſanè & operoſum fuerit: præſertim cùm nulli antiquorum, quod ſciam, ea literis prodiderint. Vitæ genus & mores, ſupremus dies indicat. Gallum quidem ipſum vocat Oecumenius, ſed eum functionem Epiſcopi in Gallia reſpexiſſe potius, quàm natale ſolum, lubens admitterem: nam quantum coniectura conſequi poſſum, Aſianus, non Gallus; Græcus, non Latinus; & fortè Smyrnæus fuit, pijs & Chriſtianis parentibus ortus. Quî enim à Gallijs Smyrnam, Aſiæ minoris opidum profectus, peragratis Cycladibus, totum mare Aegeum paruulus traieciſſet, quò Polycarpum illic docentem audiret? Opinionem noſtram videtur confirmare nomen Græcum εἰρηναῖος, pro more Catholico, in ſacro fonte ei inditum; quod Latinè expreſſum, pacificum ſignificat. Porrò ipſum ſcripſiſſe Græcè non ſolùm ex Iuſtini martyris, Demetrij, Euſebij, Baſilij, Epiphanij, Hieronymi, Theodoreti, Meliſſæ, Anaſtaſij & Damaſceni ſcriptis colligere licet: verùm & illius quoque opera id manifeſtiſſimè teſtantur, ſic vt nihil certius eſſe conſtet.

*In ca. 3. epiſt. 2. B. Petri.*

D. IRENAEI patria.

Optimis à pueritia philoſophiæ diſciplinis & artibus præclarè fuiſſe inſtitutum & imbutum, oſtendunt ſubtiles abſtruſarum hæreſeωn inueſtigationes, quibus res perobſcuras & confuſas ſumma perſpicuitate & electione in lucem producit & repræſentat: acutæ item & acres diſputationes idem probant, quibus eas refutat. Prætetea ordo rerum tractandarum, quo ſingulis libris præfationes ſingulas præfigit; anacephalæoſes etiam illæ ſuperiorum, & ſubſequentium hypotheſes; demùm, quòd quatuor poſtremis libris nunc hæreſes eaſdem pugnantia inter ſe continere, nunc apertis rationibus atque traditionibus vniuerſarum Eccleſiarum aduerſari commõſtrat: & partim à Prophetarum vaticinijs, partim Apoſtolorum & Euangeliſtarum teſtimonijs ductis argumentis, quas libro primo recenſuit, tanquam machinis admotis expugnat, hominem dicendi ac diſſerendi arte peritum, planeq́ philoſophũ demonſtrant. Omnem dubitationem huius rei tollit Cap. 19. libri ſecundi, in quo fallacibus argumentis exacto iudicio ſemel expulſis & reiectis, euincit errores omnes quos impugnat, ex veterum Philoſophorum atque Poëtarum placitis & fabulis, immutatis tantùm nomenclaturis, petitos eſſe: quæ res omnibus ſatis pro teſtimonio eſſe debet, quàm accuratè diligenterque Thaletis, Anaximandri, Anaxagoræ, Democriti, Empedoclis, Platonis, Ariſtotelis, aliorumque veteris philoſophiæ authorum libros euoluerit. Idem de Tragicis, Comicis, & Lyricis Poëtis intelligendum, quando illorum exclamationibus, prouerbijs, & exemplis ſæpe & appoſitè vtatur: iſtorum verſus hinc inde decerptos, in concinnos centones pro re nata cõſuat atque adaptet. Meritò igitur eas ob res, Tertullianus eum omnium doctrinarũ curioſiſſimum exploratorem appellat.

Inſtitutio.

*Lib. aduerſ. Valen. cap. 5.*

Sed quia præclarum organum Eccleſiæ ſuæ Deus ex hoc puero formare decreuerat, huius mentem Spiritus ſanctus flectit, pectus ſancto amore inflãmat, vt ſanctarum literarum deſiderio ardeat, mireque earum ſtudio delectetur. Polycarpi ergo venerandæ antiquitatis viri, qui non tantùm Ioannis Euangeliſtæ auditor, ſed & alijs Apoſtolis & diſcipulis, qui Chriſtum in carne viderant, familiariter vſus fuerat, ex quorum viua voce tanquam puriſſimo fonte, doctrinam pietatis noſtræ hauſerat, ſcholam quaſi pulcherrimam omnium virtutum officinam petit, Polycarpoq́ inſtituendum ſe tradit & penitus informandum. Iuuenis alacritate ſimul & pietate valde delectatum ſenem, toto pectore gratias Deo egiſſe mihi perſuaſerim, quòd Eccleſię ſuę inſtrumenta futura prępararet, & ad vſus vtiliſſimos & ampliſſimos deinceps idoneos magna ſolertia redderet. Polycarpo dein ſiue publicè ſcripturas mira ingenij dexteritate pertractanti, ſiue priuatim difficiliores quæſtiones explicanti ac diſſoluenti, Irenæus ſe beneuolum & attentum auditorem præbet; & incredibili diſcendi cupiditate annis, pietateque grauem ac obſeruandum præceptorem audit, admi-

Studia ſacra ſub B. Polycarpo.

ratur, ab huius ore omnino pendet, perinde atque ſi ab Apoſtoli, vel Chriſti cæleſtē
doctrinam ſibi dictitantis excipiat: dicta & facta tanti viri ſic intimo pectori com-
mittit, atque adeò inſculpit, vt nihil eorum per totam vitam prætermiſſum fuerit,
*Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 19.* quin expleuerit. Hæc ita ſe habere comprobant ea, quæ idem refert Irenæus Epiſtola
ad Florinū, quem in ſchola Polycarpi ſociū offenderat; ſed iam ad hęreſes delapſum.
Locum, ait, in quo aſſidebat Polycarpus cùm diſſereret, illius eò aduentum & introi-
tum, formam & modum vitæ, corporis effigiē, diſceptationes ac ſermones quos apud
multitudinem habebat, & vt neceſſitudinē ac vitę vſum cum Ioanne, & reliquis qui
ipſum Dominum vidiſſent, ſe habuiſſe narraret, & quo pacto memoraret eorum ſer
mones; quin etiam quęnā ab illis de Domino audiuiſſet: quomodo de miraculis eius
ac virtutibus, & de doctrina deniq; ſicut ab illis qui fuiſſent ſuis oculis Verbū vitę con
ſpicati, ſcripturis verè conſentientia narraret, videar mihi poſſe ritè percenſere. Hęc
eo tempore per Dei miſericordiam, quam erga me oſtendebat, ſtudioſè & attentè au-
diebam, atq; non chartæ & literis, ſed interioris mentis cogitationi mandabā, & per-
petuò Dei iuuante gratia, ingenuè & exquiſitè recordatione renouo. Hactenus ille.

Nec Polycarpi modò; ſed & Papiæ Hieropolitani Epiſcopi, & Ioannis Epheſij, &
Ariſtionis, & conſimilium aliquot Apoſtolicorum virorum & cooperariorum diſ-
cipulus fuit. Inſuper, & ſi qui ex Apoſtolorum auditoribus alicubi aduentarent aut
hærerent, qui donis illis ſingularibus, quibus ad eius vſque ætatē claruit Eccleſia, eſ-
ſent illuſtres, Apoſtoloſque referrent, ijs omnibus præſertim ſe adiungebat: quo fi-
dei & pietatis maiorem acceſſionem faceret, & confidentius poſtea contradicenti-
bus ſeſe opponeret. Quod ex animi ſententia magno totius Eccleſiæ cōmmodo cō-
tigiſſe ſibi ipſe his verbis locupletiſſimus teſtis eſt: Plurimū abeſt vt hęretici poſſint
*Lib. 2. ca 56. & 57 & apud Euſeb. li. 5. hiſt. c. 7.* mortuū ſuſcitare ſicut Dominus ipſe, ſicut eius Apoſtoli prędicationis ſubſidio adiu
ti, ſicut alij è fratribus complures ſuſcitarunt. Sæpenumerò autē aliqua de cauſa ne-
ceſſaria illud ipſum poſtulante, ſpiritus mortui (propterea quod tota Eccleſia illius
loci vbi eiuſmodi res gerebatur, cum ieiunio & multa interceſſione Deum orabat)
in corpus redijt, & hominis vita ſanctorum precibus donata eſt. Et rurſus: Qui verè
ſunt Chriſti diſcipuli, in nomine illius per gratiam ab illo acceptam eiuſmodi præ-
ſtant, quo reliquis hominibus gratificentur, ſicut quiſque eorum ab eo donum acce-
perit. Quidam enim dęmones ſic pro certo & verè eijciunt, vt non rarò ij qui malis &
nequam ſpiritibus purgati fuerint, tum fidem recipiant, tum in Eccleſia & fidelium
hominum ſocietate conſtanter perſeuerent. Nonnulli rerum futurarum præſcien-
tia, diuina viſione & prędicatione prophetica imbuuntur: alij eos qui grauibus mor-
bis affligantur per manuum impoſitionem curant, & ad priſtinam valetudinem re-
ſtituunt. Iam verò, vt diximus, mortui ſuſcitati ſunt, & multos annos poſt apud nos
commorati. Quid plura? Dona ſanè nec dicendo quidem numerari poterunt, quæ
Deus Eccleſiæ per vniuerſum mundum diffuſè donauit, quibuſq; illa in nomine Ie-
ſu Chriſti ſub Pontio Pilato crucifixi, in dies ſingulos multa miracula ad Gentium
*Lib. 5. cap. 6. & apud Euſeb. li. 5. hiſt. cap. 7.* vtilitatem efficit. Iterum alibi planius & apertius: Multos fratres in Eccleſia ipſi audi
uimus, qui & dona prophetiæ habent, & varijs linguis per Spiritus ſancti gratiam lo-
quuntur, & occulta hominum in apertum proferunt ad aliorum commoditatem,
& myſteria Dei perſpicuè & euidenter aperiunt. Inde porrò factum eſt, vt idem ab E-
*Epiph. contr. hæreſ. 24. Hier. in cap. 36. Ezech.* piphanio, Hieronymo, & alijs vir Apoſtolicorum temporum, & Apoſtolorum ſuc-
ceſſor, paſſim appelletur. Atque hæc de eius ortu, adoleſcentia, inſtitutione partim
ex Patribus certa, partim ex coniecturis dicta ſunto: nunc functiones explicemus.

*Presbyter Lugdunenſis.* In Eccleſia Lugdunenſi (quæ ciuitas eſt in Gallia celebris, cuius populus iam inde
à tempore Apoſtolorum, pietatis Chriſtianæ amantiſſimum, & aduerſus hæreſes æ-
*In Gallias mittitur à D. Polycarpo.* tate noſtra propugnatorem acerrimum ſe præſtitiſſe palam eſt) munus preſbyterij
geſſit. Quod ipſemet ſubindicat proëmio Lib. 1. cùm dicat ſe inter Celtas commora-
ri; & alibi, Rhodanenſem regionem ſe incolere. In hanc Galliæ partem à beato Poly
*Lib. 1. cap 9.* carpo legatum teſtis eſt Gregorius Turonenſis. Vnde apparet vehementiſſimum æ-
*Lib. 1. ca. 29.* tatis illius paſtorum ſtudium, qui omnes Chriſti gloriæ & ſaluti hominum tantum
incumberent: noſtris contra omne ius & fas, Chriſto & ſalute gregis ſui neglectis,
multis ſacerdotijs comparandis & coaceruandis, aulæque omnium improbitatum
officinæ, etiam contentioſè inhiantibus ac incumbentibus. Quanta autem fide & ſe-
*Hiero. epiſt. ad Heliod.* dulitate Preſbyterij ſeu Sacerdotij ſui partes omnes obierit, facilè eſt iudicare. Huius
*Clemens Ro. lib. 6. Conſt. cap. 23.* prima pars eſt Chriſti corpus ſacro ore (verbis Hier. vtor) conficere: idemq; rationali
ac incruēto ſacrificio Deo oblatū, creditis ſibi populis diſtribuere: id quod magna di-
ligentia & religione ſe præſtitiſſe hūc in modū de Euchariſtia diſſerens adfirmat: O-
*Lib. 4. c. 34.* portet nos oblationē Deo facere, & in omnib⁹ gratos inueniri fabricatori Deo, in ſen

tentia



tentia pura, & fide ſine hypocriſi, in ſpe firma, in dilectione feruenti. Et poſtea: Offeri-
mus enim ei quæ ſunt eius, congruenter communicationē & vnitatē prædicātes car-
nis & ſpiritus. Quemadmodū enim qui eſt à terra panis, percipiens inuocationē Dei,
(en conſecratio) iā non cōmunis panis eſt, ſed Euchariſtia ex duabus rebus conſtans,
terrena & cęleſti, ſed gratias agentes dominationi eius &c. Et iterū: Ipſum Verbum de
dit populo pręceptū faciendarum oblationū, quamuis non indigeret eis, vt diſceret
Deo ſeruire: ſic & ideo nos quoq; offerre vult (en oblatio) munus ad altare frequen-
ter ſine intermiſſione. Eadem repetit lib. 5. cap. 2. Quantum autem ſtudij & diligentię
adhibuerit ad prædicationem Euangelij, & conſeruationem diſciplinæ & pacis Ec-
cleſiaſticæ, quibus alias Sacerdotij partes complectimur, ſub venerandæ pietatis &
antiquitatis viro Photino, poſtea Martyre, ex veteribus nunc accipiendum.

Ab hoc itaque venerando ſene in partē ſolicitudinis aſſumptus, vitæ ac doctrinæ
tam admirabili virtute, ait Gregorius Turonenſis, Lugduni enituit, vt in breui tem- *Lib. 1. ca 29. hiſt. Franc.*
poris ſpatio, prædicatione ſua maximè ciuitatem Chriſtianam vniuerſam effecerit.
At, tam proſperis ſucceſſibus inuidens inimicus, duplici excitata calamitate fœlici- *Euſeb. lib. 5. hiſt. c. 1. 2. 3.*
tatem hanc interturbare ſtuduit: quando & atroci immaniq; Gentilium perſequu-
tione Viennenſem ac Lugdunenſem clariſſimas Galliarum Eccleſias infeſtauit: &
Aſiæ Phrygiæq; ijſdē pia doctrinæ ac fidei cōſenſione coniunctiſſimas, Montani,
Alcibiadis, Theodoti, & Maximillæ confictis prophetijs, ſpurciſſimis autē hæreſibus
cōmaculare & diſſipare conatus eſt. Soliciti ergo de fratrū ſalute Galli, ampliſſimas
& de rebus, quæ apud ſe gerebantur Martyrum Epiſtolas; & priuatum iudicium ſuū,
idq;, inquit Euſebius, prudens & rectum cum primis, de Montaniſtarum opinionib⁹
in Aſiam tranſmittere conſtituerunt. Nec modò, verùm etiam Eleuthero Epiſcopo
Romano (quem vehementer rogabant, vt pax & concordia in Eccleſijs conſtituere-
tur) literas exararunt, & ijſdem Epiſtolis fratribus in Aſia & Phrygia deſtinatis adie-
cerunt. Quis verò tam ſancta, graui, dupliciq; legatione dignius fungeretur, præter v-
num IRENAEVM; quem ad omnem laborem, omneq; periculum pro Chriſto & e-
ius Eccleſia ſubeundum promptiſſimum cognouerant? Hic itaque à Photino, alijſq;
Eccleſiarum Gallię proceribus, & Martyribus adhuc in carcere conſtitutis, rogatus,
ob quaſdam Eccleſiæ quæſtiones, ait Hieronymus, Legatus Romam miſſus, honori- *In Catalogo*
ficas ſuper nomine ſuo ad Eleutherum perfert literas, Pōtificem de dubijs conſulit, *ſcript. eccl.*
iudicium Gallorum de Montaniſtis ab eodem probandum & firmandum commu-
nicat: rebuſq; ſic ex animo Romæ compoſitis, in Aſiam patriam ſuam alacris profi-
ciſcitur, afflictas & perturbatas illic Eccleſias ſua ſimul præſentia & doctrina Occi-
dentaliumque Sedis Apoſtolicæ ſententia confirmato iudicio conſolaturus, & in
recepta ſemel fide Catholica, contra nouarum hæreſeon figmenta firmaturus & aſ-
ſerturus. Quod nō ſolùm vir totus Deo addictus magna cum laude, ac Eccleſiarū O-
rientis vtilitate præſtitit; verùm etiam his & alijs de rebus fidei congregato, in Cæſa-
ræa Palæſtinæ Concilio interfuit, vt ex priſcorum monimentis Nauclerus, Vincen- *Lib. 11. ſpec. hiſt. cap. 124.*
tius Bellouacenſis, & Hugo Floriacenſis memoriæ tradiderunt. *In Chronic.*

Ex quibus efficitur, non eſſe ſatis firmum ad præpediendam IRENAEI noſtri ad
Aſianos legationem Baronij argumentum, quòd nulla penes Euſebium, Hierony-
mum, vel alium antiquorum quempiam huius mentio ſit: cùm etiam Euſebius ſcri *Li 5. hiſt. c. 4*
bat, Martyres literas ſuas ad Eleutherū, Epiſtolis ad Aſianos adiectas eidē IRENAEO
perferendas tradidiſſe, nulliuſq; alterius Legati meminerit. Oportet ergo aut hunc
Legatum in Aſiam profectum fuiſſe; aut nullum, quod nemo dixerit. Non fuit igitur
illa IRENAEI in Aſiā profectio in contentionē reuocanda: aut FEV-ARDENTIVS
ob eius aſſertionē notandus. Quantū verò tēporis in conficienda huiuſmodi duplici
Legatione cōſumpſerit, aut quot anni antequam Lugdunum repeteret effluxerint,
definitè diſtincteq; ex veteribus affirmare non poſſumus. Veruntamen conſtat eum
cùm Photinus nonagenarius vnà cum alijs in Gallia Martyribus ex hac vita migraſ
ſet, à Legatione redeuntem Eccleſiæ Lugdunenſis Epiſcopatum ſumpſiſſe.

Initium autem adminiſtrationis eius fuit graue, inſedatum & turbulentum, quo-
niam aut partem Eccleſię perſecutionis rabies vel longè diſſiparat, vel abſumpſerat,
vel certè deiecerat: hoſtes feri nimis & immanes adhuc vndique imminebant, quan
do Imperator homo Stoicus & à primis annis in Saliorum ſacrificulorum collegio
educatus, ob idque Chriſtianis durior, quartæ perſecutionis à Nerone edicta necdū
penitus reuocarat. In tanto igitur Eccleſiæ naufragio colligendo, ac reficienda ſalu-
te communi, ad priſtinumque ſtatum & auctiorem diſciplina reſtituenda, omnia
reperientur IRENAEI dicta, facta, conſilia verſata. Haudquaquam enim ex eorum
numero erat, quos videmus in prælio ceruos, in pace leones. Nā orando, prædicādo,



inſtan-

inſtando opportunè & importunè hunc inſtituit & Deum docet, aliũ arguit, aliũ obſecrat, alium vrget & increpat in omni patientia & doctrina. Quod perierat ex grege, conquirit: quod amiſſum & abiectum, reducit: quod confractum, cogit & religat: quod infirmum, confirmat & corroborat: quod firmum & ſolidum, tale cuſtodit. Tanta vitæ integritate ac ſynceritate doctrinæ collecto gregi is præſidet, vt ametur à ſuis, & ab exteris meritò ſuſpiciatur. Rem Eccleſiaſticam iam ferè proclinatam maximè iuuit tranquillitas illa, quæ obuenit vniuerſis Chriſtianis circa finem Imperij Marci Antonini Veri, qui apologijs Melitonis, Apollinarij, Athenagoræ, Iuſtini, & Dei miſericordia fletuque Chriſtianorum aſſiduo commotus, bello denique Marcomannico miraculoſæ pluuiæ beneficio precibus militum Chriſtianorum impetrato perfractus & victus, edictis publicatis Chriſtianos cum omni fiducia & ſecuritate conuentus ſuos facere, Concilia per prouincias habere, per totum imperium liberè peregrinari, & palam quemuis erudire paſſus eſt: idque graue accuſatoribus indicto ſupplicio. Commodus Antonino ſuccedens, quamuis alijs in rebus quas geſſit, incommodus fuerit, nullam tamen in Chriſtianos perſecutionem mouit, ſed à Patre pace conceſſa feliciter frui permiſit.

*Tertul. & Iuſtinus in Apolog.*

*Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 5.*

At ſaluti hominum infeſtiſſimus hoſtis, & zizaniorum ille ſator, alijs artibus pacem Eccleſiæ perturbare & doctrinam labefactare conatus, Valentinianos & alios Gnoſticos etiam in Gallias vſque introduxit, qui ſerpentum more paulatim irrepentes, hæreſeon ſuarum veneno multos inficerent, præcipuè claras, illuſtres, necnon & opulentas matronas Rhodanenſes (quemadmodum vſu venire ſolet, tritumque & familiare iam inde ab orbe condito cunctis hæreticis eſt, vt aut luxuriæ & auaritię ergô, aut vtriuſque ſimul in quoduis hominum genus inſidias ſemper intendant) cuiuſdam Marci magi & ſcortatoris impuriſſimi opera, ſuis præſtigijs faſcinarent & corrumperent. Hîc viribus opus fuit & pectore firmo. Peruigil igitur paſtor IRENAEVS in hac quaſi vniuerſæ Galliæ ſpecula poſitus, quantum poteſt animo excubat, vigilat pro omnibus, vix quietem capit, vnde prodeant, quò iter faciant hoſtes, in quos proruant, quibus armis & artibus inſtructi ſint, quid moliantur deprehendat; vt ſigno dato, ſuas imprimis oues, dein alias, denique omnes, vti ſibi diligenter caueant pręmoneat & cohortetur; ſicq; à contagio peſtilentiſſimo tum doctrinã, tum animas Chriſti ſanguine redemptas fortiter excellenterque vindicet. Qua in re quos labores pertulerit, quamque formam quemuis eliciendi, docendi, & diſciplinæ tradendæ ſequutus ſit, quoſve ad meliorem frugem reuocarit; teſtantur eius opera, teſtantur publicæ reſipiſcentium exomologeſes, teſtantur & martyrum greges, quos vnà cum eo pietatis gratia nulla interpoſita mora mortem oppetijſſe ſtatim audiemus.

*Iren. lib. 1. ca. 8 & 9. Hier. epiſt. ad Theodoram viduã.*

Præſidijs relictis ſatis firmis, locoque munito, fidei hoſtibus vel fugatis vel repreſſis, operępretium exiſtimauit, aliarum Eccleſiarum paſtoribus vigilijs & ſcriptis ſuis ſuppetias ferre. Et quoniam multiplices hæretici iamiam Romam confluxerant, nimirum Blaſtus, qui prætextu ritus Paſchatis Iudaiſmum in Eccleſiam inducere cogitabat: Florinus, qui Deum mali authorem, cum Valentini fabulis prædicabat, alijq; complures ardeliones, qui non paucos ab Eccleſiæ complexu in ſuam ſententiam paulatim pertrahebant, IRENAEVS idcirco coactus varias aduerſus eos ſcripſit atque miſit epiſtolas: vnam ad Blaſtum, quam inſcripſit, De ſchiſmate: & librum de Ogdoade, quem egregium commentarium vocat Hieronymus. Florini autem doctrinam blaſphemiæ & impietatis conuicit, libro de Monarchia, ſiue, Quod Deus non ſit author malorum. Poſtulationibus deinde ſiue præceptis, vt ait, quorundam, ſiue mutua dilectione permotus, omnes in vniuerſum hæreſes detegere ſimul & refellere quinque doctiſſimis libris conſtituit: quod vt facilius aggrederetur, ſibi primùm putauit illorum ſcripta contentioſo ſtudio peruoluenda; deinde, crebris diſputationibus cum eis manus conſerere, quò viribus cognitis & exploratis, nullo negotio poſtea peſtifera ſcripta & dogmata aut propelleret aut perderet. Quod ei cum ingenti Eccleſiæ vtilitate ex animi ſententia ſucceſſit: Nam libro primo, omnes veluti pernicioſa monſtra & crudeles feras (eius exempla & verba vſurpamus) è ſuis luſtris educit, ab omnibus perimendas: detractis ouium pellibus, lupos graues aperit perſequendos: vafras vulpeculas & canes impuros exuuijs regijs, id eſt aliquot ſcripturarum locis detortis abſconditos, palam deridendos offert, & fuſte quatiendos foras. Alijs deinceps quatuor, varijs & ſerijs congreſſionibus acutiſſimè & fuſiſſimè refellit & damnat.

*Tertul. lib. de Præſcrip. Euſeb. lib. 5. hiſt. ca. 19.*

*Hier. in Catalogo.*

*Præfat. in 1. 3. & 5. lib. 5.*

*Præfat. in li. 1. & ca. 1. & 35. lib. 1.*

Tunc quoque notiſſimum illud diſſidium de Paſchatis die adeo recruduit, vt in mani-



manifeſtum ſchiſma erumpere, ac inter Aſiaticos & Europęos contentionis proiectum pomum eſſe videretur. Aſiatici, quorum Primas erat Polycrates Epheſius, ex antiqua patrum ſuorum traditione pertinaciter cenſebant more Iudęorum decimo quarto die Lunæ, in quemcumque diem hebdomadæ incidiſſet, Paſcha celebrãdum; quibus è regione ſe opponebat Victor Romanus Epiſcopus, docẽs ex principis Apoſtolorum traditione, & Concilij Romæ coacti determinatione, non niſi dominico die, quo Saluator à mortuis ſurrexerat, ieiunium ſoluendum, feſtumque illud celebrandum. Congregati ea de re in ſynodum Galliarum Epiſcopi, quibus præerat Irenæus, Victoris partes vno animo ſequuntur: coacta etiam ſunt nonnulla in Oriente, Aſia, & Palæſtina à ſanctiſſimis Epiſcopis Concilia, in quibus Romanæ Eccleſiæ mos vt verè Apoſtolicus, imitandus comprobatur. Eccleſiæ Ponti, Palma viro Apoſtolico præſide, atque Achaiæ præſidente Bachylo Corinthiorum præſule, B. Petri ſucceſſorem ſequendum omnes iudicant. Quibus permotus Victor huic liti finem ſemel (vt ſibi videbatur) impoſiturus, plurimas minoris Aſiæ Eccleſias cum alijs finitimis, tãquam alterius fidei, ſimul à communi vnitate Eccleſiæ amputare cogitat, & in eas grauiter per literas inuectus, omnes fratres eam incolentes regionem à communione prorſus ſecludendos edicit. At Irenæus noluit tam funeſti belli ſpectator otioſus haberi. Nam nominis ſui appellationi pulchrè reſpondens, concordiam inter Eccleſias omni ſtudio amplexandam, retinendam, & propagandam ratus, nũc ad iſtos, mox ad alios pleroſque Epiſcopos literas dirigit, diſſidia compeſcit, alienatos animos conciliat: & vt externi ritus diuerſæ obſeruationes vinculum pacis & dilectionis non diſſoluant, hortatur, rogat, obſecrat. Hinc Epiſcopi Romani præceps conſilium cæteris omnibus, & ſi cum eo de re controuerſa ſentirent, non placet, ſed improbatur. Inter quos IRENAEVS grauiſſimis ad eum ſuo & fratrum, quibus præerat, nomine ſcriptis & directis literis, hominem grauiter & acerbè coarguit, Gallica ſanctaq; libertate obiurgat, & magnopere adhortatur, vt pacis, concordiæ & charitatis erga proximos diligentiorem & circumſpectiorem curam haberet: atque Aniceti & Polycarpi exemplo propoſito, & multis ac grauibus alijs argumentis, ab abſcindendis de corpore Chriſti tam illuſtribus eccleſijs virum omnino deterret ac reuocat: ſicque poſt turbulentam tempeſtatem, quæ Chriſtianas eccleſias iactauerat, magna tranquillitas & ſerenitas ſubſequuta eſt.

*Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 22. & 23.*

*Euſeb lib. 5. cap. 22.*

*Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 24.*

Tum vir piiſſimus toto conatu ſtudens acquiſitas iam Chriſto animas retinere; ne poſthac omni vento doctrinæ circumferrentur, ſed in ea quam Apoſtoli tradiderant, conſtanter perſeuerarent, librum edidit, in quo Apoſtolicæ prædicationis modum & rationem exponit: eumque fratri cuidam Martiano dedicauit. Librum rurſus alium de diſciplina: Item librum Διαλέξεων διαφόνων, id eſt, de variarum rerum diſquiſitione: in quo tum Epiſtolæ ad Hebræos, tum libri Sapientiæ mentionem facit, certaq; teſtimonia ab eiſdem deprompta citat, ad Eccleſiæ informationem. Nec ſatis illi fuit Lugduni magnum Chriſto gregem conſecraſſe & deuouiſſe, verùm vt & Gentes finitimas multorum deorum erroribus adhuc implicatas, Euangelicæ gratiæ faceret participes, Ferreolum Preſbyterum, & Ferrutionem Diaconum, à ſe prius ſalubribus præceptis & exemplis informatos & inſtitutos ſanctos viros, ad Veſontij ciuitatis populos Chriſto initiandos: deinde Felicem Preſbyterum, Achilæum Diaconum, & Fortunatum ad Valentinam vrbem Deo vero prædicatione pietatis noſtræ inſinuandam delegauit. Et quo ad plures veri Dei agnitio citius penetraret, Librum edidit aduerſus Gentium errores, quem de ſcientia inſcripſit, breuem quidem illum, ait Euſebius, ſummè tamen neceſſarium. Huiuſmodi ſanctis laboribus aliquot annos perfuncto ſub Antonino principe, toto deinde Commodi imperij tempore, aliquo denique ſub Seuero, cùm iam ſatis longo curſu bonum certamen certaſſet, fidemque ſeruaſſet, ſupererat corona accipienda. Seuerus igitur Pertinax, in omnes ſæuus, in Chriſtianos ſæuiſſimus, anno imperij nono, Chriſti ducenteſimo ſexto, quinta à Nerone perſequutione Chriſtianos vexans, plurimos per diuerſas prouincias, martyrio coronauit. Lugduni verò omnium maximè ſæuitum refert Turonenſis, taliaque ibidem per Tyrannos diabolum bella exercuiſſe, tantamque multitudinem Chriſtianorum ob confeſſionem Dominici nominis iugulatam, vt per plateas ſanguinis Chriſtiani flumina currerent, quorum nec numerus, nec nomina colligi potuerunt: ſed Dominus eos in libro vitæ conſcripſit. Tunc & B. Irenæum diuerſis pœnis affectum, cum omni ferè ciuitatis ſuæ populo, Chriſto Domino per martyrium carnifex dedicauit, quod 4. Calen. Iulij contigiſſę ſcripto mandauit Trithemius: cùm iam natus annos circiter ſexa-

*Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 25.*

*Vſuardus in Martyrolog. Surius to. 2. 23. Aprilis.*

*Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 25.*

*Euſeb. in Chronico.*

*Ado Vienenſis ætate 6. cap. 195.*

*Greg. Turon. lib. 1. cap 29. Vſuardus.*

ſexaginta, procurationem Euangelij Lugdunenſis Epiſcopus creatus ſuſcepiſſet, & ad nonageſimum ferè annum, vt aliqui ferunt, perueniſſet. Quo autem à Chriſti natiuitate anno martyrio conſummatus ſit, tam varia eſt ſcriptorum ſententia, vt id definire non valeam: hoc vno contentus, quod Chriſtianam & Catholicam fidem, quam hic viuens verbo & ſcripto aſſeruerat, fortiter pro Chriſto moriens proprio ſanguine ſubſignauit. Nam Sixtus Senenſis lib. 4. Bibliothecæ refert martyrium eius ad annum 175. VVernerus in faſciculo, ad 184. Pamelius in vita Tertulliani, ad 203. Baronius Annalium tomo 2. ad 205. Bergomas in Supplemento Chronic. ad 210. Author Chronicorum mundi fol. CXVI. de illo peculiariter adijcit: quod poſitus inter duos colles IRENAEVS, cùm in vno crucem, in alio idolum Tyranni poſuiſſent; vt vel mortem per crucem, vel vitam per idolum eligeret: cum populo ſuo ad crucẽ veniens, omnes martyrio conſummati ſunt.

*Martyriũ.*

Sanctas porrò corporis eius reliquias ſtudioſè collectas, magna religione eius vrbis ciues ad hanc ætatem vſque adſeruarant: donec Hu-Gnoſticorũ furor omnium qui ab orbe condito geniti fuerunt, tyrannorum rabie efferatior & pernicioſior, Anno Domini 1562. deprędatis fermè vniuerſę Gallię templis, Lugdunum & alias varias vrbes occupat, depopulatur, diripit. Monaſteria præcipuè & ſacra loca Turcico more deuaſtat, imaginibus, bibliothecis, altaribus, ſacramentis, ſacris nullis parcit. Proh nefas! Cum vita functis cæloque regnantibus hæretici illi bellum gerunt, S. IRENAEI martyris oſſa de requie ſepulturæ tollunt, ab aſylo mortis, in quo clariſſimum Chriſti Ieſu aduentum & reſurrectionem glorioſam expectabant, auellunt, in ea iterum ſæuiunt, iterum debacchantur, iterum quantum in eis ſitum fuit, ad martyrij certamen repoſcunt. O tempus! O mores! Qui Gnoſticos repreſſerat, eius reliquiæ Hu-Gnoſticorum cruentatas iam pridem ſanguine bonorum ac barbaras manus effugere non potuerunt. Martyrum corporibus, capillis, thiaris ſepties accenſæ fornaces pepercerunt: Vrſi, Pardi, Tygrides, Leones ſæpenumerò quæ attingere formidarunt; nouum ac reformatum (ſi Deo placet) Euangelium ea vel flammis abſumit, vel in flumen, ſterquilinium, aut cloacam proijcit. Ad martyrum tumulos, vrnas, & oſſa Dæmones in oraculis ſilent, in corporibus obſeſſorum diſtorquentur, rugiunt, confitentur, morborum omnia genera ſanantur: at nihil veriti huius defęcatæ ſectæ ac rebellionis antiſtites poſt thecarum aurum direptum, precioſarum reliquiarum B. Irenæi partem aliam in profluentem demergunt, aliam, capitis nempe cranium, pilæ more pedibus protrudunt, & per vicos plateaſq; tota die contumelioſè deludunt. Quod tandem in riuulo derelictum Catholicus quidam Chirurgus clã ſuffuratum, domi abdidit, donec fermè poſt biennium Chriſtianiſſimus & Catholicæ religionis vindex Carolus Rex nonus, vrbe recuperata, Archiepiſcopo, Clero, Magiſtratui, populoque Catholico plenam libertatem reddidit. Qui omnes publica ſupplicatione indicta, ad domum, in qua latêre reliquias didicerant, cum magna religione properant, veneranda oſſa colligunt, ad Eccleſiam nomini eius ſacram reuerenter deferunt, & aſſeruanda collocant. Hæc autem vt maiorem apud poſteros fidem haberent, curauerunt diligenter in Acta publica referri, à quibus nos hæc accepimus.

*Dan 3.*
*Euſeb. lib. 8. hiſt.*
*Augu. epiſt. 137. & li. 22. de Ciu. ca. 8.*
*Hiero. in Epit Paulæ et li. cõt. Vigil.*

ANTI-

# ANTIDOTA ADVERSVS PROBRA, ET IMPIAS CRIMINATIONES, QVIBVS ILLVSTRISSIMAM B. IRENAEI FAMAM LACERARE, AVTHORITATEMQVE VEL IMMINVERE, VEL LABEFACTARE CONANTVR NOVIſſIMI HVIVS TEMPORIS HÆRETICI.

VT vetus ac ſempiternum illud odium, quo in omnes Sanctos flagrat Satanas plenius effundat, bellumq; aduerſus eos ab initio ſuſceptum vi maiore redintegret, nouiſſimis Gnoſticis miniſtris ac ſatellitibus ſuis perſuadet, in eos pręſertim omnibus cõuitijs maledictiſq; furere & bacchari, quos maximè nouerunt hæreticis opinionibus ſuis aduerſari. Nec id ſanè ſine aſtuto, & fraudibus ſuis valde appoſito cõſilio. Vt enim ſolent facinoroſi pro ſceleribus ad tribunalia pertracti, nòn ſolùm actores, ſed & iudices ipſos confictis criminibus prægrauare, vt horum vel imminuant fidem, vel ſubterfugiant iudicia; ſic & iſti à veterum Patrum ac Doctorum ſcriptis, teſtimonijs, æquiſſimiſq; decretis adeò timent ac toti perhorreſcunt, vt nihil conſultius ac magis è re ſua fore putarint, quàm illos omni maledictorum genere laceſſere, probriſq; vexare ac proſcindere, vt eos imperitis, à ſeque prius ſeductis turbis aſpernandos relinquant & reſpuendos. Horum ſannas & conuicia multis locis retulimus. Verũ, parum proſunt authoribus hæ fraudes atque fallaciæ, quando his artibus & cauſam ſuam pijs omnibus ſuſpectam inuiſamq; duntaxat reddunt; & filij perditionis bellum cum Sanctis geſturi, & eos qui habitant in cælo blaſphematuri ſe prodromos, caſtrorumque metatores eſſe palam oſtendunt. His deniq; accidit quod furioſis & amentibus illis, qui in cælos iaculantur vel conſpuunt, contingere ſolet. Tantum abeſt enim vt eos vel lædant, vel commaculent, vt è contrario ipſi proprijs in eos recidentibus iaculis conficiantur, ac ſputis inquinentur: ſic & iſti maledictis ſuis Sanctos Dei ſeruos nihil lædunt, pios autẽ è contrario omnes ad eorum celebrandas laudes prædicandaſq; virtutes magis accendunt. Coniectas ergo ab hæreticis in beatiſſimum Eccleſię Doctorem, & fortiſſimum Chriſti Martyrem IRENAEVM contumelias & vituperationes depulſuri, à Caluinianis ducemus exordium.

## *CALVINIANORVM MALEDICTA.*

HI non vulgari libro, ſed quem fidei ſuæ CLYPEVM appellauerunt, & Gallico idiomate iam ſexies typis publicauerunt, hæc ad verbum Latina facta de B. IRENAEO aſſeuerare non verentur. *Nunquam ſacras perlegit Scripturas: nec ſymbolum Apoſtolorum intellexit. Multa protulit in Chriſtum peſtifera, nefaria, & ab omnibus reijcienda. Multa temerè commutauit, & à vera Apoſtolicaque doctrina deflexit:* quibus paucis, ſed impudentiſſimis verbis quinque ei pro crimine obijciunt, quorum nec vnicum probant, nec vnquam probare poterunt. Nos contrà, etiam vniuerſos Caluinianæ ſcholæ miniſtros ac profeſſores, quibus aliquid adhuc ſanæ mentis ſupereſt, ad lectionem IRENAEI prouocantes, audemus ab eis rectam aduerſus hanc cõminiſtri ſui improbitatẽ & mendacium animaduerſionem expectare. Tam enim denſè appoſiteq; vtriuſq; Teſtamẽti ſacris Scripturis, quatuor præſertim poſtremis libris hæreſes refellit, & dogmata Chriſtiana comprobat, vt nemini veterũ Doctorum hac in re cedat, pleroſq; exſuperet, palam oſtendens ſe omni ſtudio & attentione etiam ab infantia eaſdem perlegiſſe, expendiſſe, atque didiciſſe.

*Dial. 8.*

Quod de ſymbolo Apoſtolorum garrit Caluinianus miniſter, certè hominis eſt amentiſſimi, quiq; nihil vnquam in IRENAEI libris attentè perlegerit. Ille namq; ad finem primi cap. lib. 1. Symbolũ iſtud appellat *Regulam veritatis immobilem, per Baptiſmum acceptam:* eo quod (vt eſt Clementis & aliorum veterum ſententia) Catechumenis illud in primis diſcendum & profitendũ traderetur, vt ſuo loco demonſtrauimus. Hoc ipſum eiuſdem libri c. 2. integrum refert, & cunctis hęreſibus fidenter opponit, velut fidei Chriſtianæ ſummam ab Apoſtolis vniuerſæ per orbem Eccleſiæ traditam. Eiuſdem rurſum lib. cap. 19. illud *Regulam veritatis* iterum vocat: quod Tertull. Auguſt. Chryſoſt. ab illo didicerunt, & ſcriptis ſuis inſeruerunt. Et non intellexiſſet? Iſthęc fidei rudimenta tantus Doctor & Antiſtes animo & cogitatione non comprehendiſſet? Apage te tantam amentiam & inſaniam.

*Li. 7. conſtit. ca. 41.*
*Ruff. in ſym.*
*Hiero. epiſt. ad Pammac.*
*Amb. Aug.*

Sed quæ ſunt illa *& multa, & peſtifera, & nefaria, & ab omnibus reijcienda, quæ in Chriſtum protulit,* pro cuius nomine & gloria tam ſanctè conſtanterque vitam iſtam poſuit? Vel vnum ſaltem, ex tam multis, Caluinianus miniſter prodere debuit. Chriſtum certè IRENAEVS vbiq; prædicat verũ Deum & hominem eſſe, huius mundi redemptorem & iudicem, & cuncta quę de illo veteres annunciauerunt Prophetæ, toto orbe prædicauerunt Apoſtoli, ſcripſerunt Euãgeliſtę, & hactenus credidit Eccleſia Catholica. Nũ hæc peſtifera & Caluinianis nefaria? Nũ ab omnibus reijcienda, vt tum Syluano, Neuſero, alijſque non paucis huius ſectæ miniſtris, impietatibus Maometicis initientur? Abſit tantum ſcelus, vel ſola commemoratione horrendum atque deteſtabile.

Adijcit quarto loco, IRENAEVM *multa temerè commutaſſe.* Dic quibus in locis, quibus in dogmatis Apoſtolici capitibus, & eris mihi magnus Apollo. Hæc commutatio penitus ſiletur, vox de locis nulla mittitur, muta eſt de rebus accuſatio, capita doctrinę mutatę nõ attinguntur: quoniam reapſe nulla fuerunt. Impia igitur eſt criminatio, vel ipſo huius ſectæ authore Caluino teſtante, nihil per quadringentos annos in doctrina Apoſtolica per omnes Eccleſias immutatum fuiſſe: ſed eam vnanimi Patrum conſenſu ſynceram integramq; ſeruatam vſq; ad Auguſtini tempora, qui plus trecentis annis B. IRENAEO fuit poſterior.

*Lib. 1. Inſtit. cap. 11. & lib. 4. ca. 2.*

Scribit

Scribit poſtremo loco moleſtus accuſator, hunc Virum Apoſtolicum *à vera, Apoſtolicaque doctrina turpiſſimè deflexiſſe.* Si accuſaſſe ſufficit, quis innocens? Deflexerunt ab illa Simon, Nicolaus, Ebion, plurimique alij: ſed mox à Patribus carbone notati, palamque reprehenſi, damnati, ſacriſque Chriſtianis ideo ſummoti ſunt. De B. IRENAEO autem quis vel per ſomnium quid vnquam huiuſmodi cogitauit? quis in hæreticorum aut fidei deſertorum numerum retulit? Quis priſcorum Scriptorum, hanc ei turpiſſimam maculam præter hunc furioſum ac ſordidum Caluinianæ maledicentiæ miniſtrum, inuſſit? Sed *hoc vltimum eſt*, inquit Hieronymus, *hæreticorum præſidium, vt cùm cauſam ſuam conſpiciant damnatum iri, incipiant virus ſerpentina lingua diffundere: & cùm ſe victos cernunt, ad contumelias proſilire.*

## *LVTHERANORVM CRIMINATIONES.*

CAluinianis ſuccenturiantur Lutherani Rhapſodi Magdeburgenſes, ſed eò magis veteratoriè, quò ſuas calumnias quibuſdam IRENAEI verbis incruſtare ac operire nituntur: ac velut ex inſidijs compoſitæ orationis erumpentes in ſanctiſſimi viri iugulum multis modis inuadunt. Ac primò quidem vniuerſum eiuſdem cum illo temporis ſanctorum Patrum chorum,

Cent. 2. col. 55

quantum in ipſis eſt, lacerantes & conficientes, aiunt: *Etiamſi hæc ætas Apoſtolis admodum vicina fuit, tamen doctrina Chriſti & Apoſtolorum non parum obfuſcari cœpit. Multæ enim monſtroſæ & incommodæ opiniones paſſim à Doctoribus ſparſæ reperiuntur.* Nimirum, quæ fanaticis hæreſibus veſtris aduerſantur, vtpote quæ ſubijcitis de libero arbitrio, Euchariſtiæ ſacrificio, Eccleſiæ Romanæ primatu, Sanctorum inuocatione, ac conſimilibus multis pietatis Chriſtianæ capitibus, quæ penitus conuulſa eſſe cupitis. Dein, vt ſolus apoſtata Lutherus cum ſuo nocturno præceptore Satana, de quo toties gloriatur, doctrinam Chriſti & Apoſtolorum rectè intellexerit, prędicauerit, orbique nouus Euãgeliſta tradiderit: ac ſic omnium, quantumuis antiquorum, ſanctorum, & probatorum Doctorum ſcriptis longum valere iuſſis, huius æui impuriſſimorum apoſtatarum inſulſi pernicioſiq; libelli terantur, atque priſcorum temporum hæreſes vniuerſæ inſtaurentur.

Cent. 2. colũna 227.

Hinc eum accuſant, *quod de Spiritu S. rarius loquitur.* Loquitur tamẽ aliquoties, & ſecundũ Chriſti & Apoſtolorum doctrinam de illo loquitur, vt tacito conſenſu confitemini: quod pijs omnibus ſatis eſſe debet, vt à veſtris hac in re maledictis liberetur. Loquitur, inquam, adeò rectè pieque de Spiritus ſancti Diuinitate, vt Baſilius Magnus autẽ mille & ducentos annos illius ſenten-

Li. 5. c. 8. et 9.

tijs eam aduerſus hoſtes ſtudioſè libenterque comprobauerit, vt ſuis locis indicamus. Loquitur iterum, & ſæpius, quando plus decem capitibus, illum ex diuinis operibus velut creationis, iuſtificationis, & ſalutis noſtræ Deum verum ac omnipotentem eſſe demonſtrat, vt paſſim pręſertim autem in caput 9. tertij libri ſignauimus. Sed fingamus vobiſcum, quod de eo rarius loquutus ſit. Quid tum inde? Rarius etiam loquitur de æterna hominum electione, prædeſtinatione, reprobatione: ergo in his errauit? Rarius de angelorum tam bonorum quàm malorum creatione, ordinibus, lapſu, & officijs loquitur: ergo propterea carpendus & vellicandus eſt? Rarius de Baptiſmo, forma, materia, ac effectibus eius loquitur: ergo propterea inter reos deferendus? Quis non videt ineptiſſimas ſimul & nequiſſimas eſſe huiuſmodi veſtras conſequutiones?

Cẽt. 2. col. 40

Sed *in IRENAEO ſolo mirari hoc poſſis*, aiunt iſti, *quod Spiritum ſanctum nuſquam quidem expreſſè videtur vocare Deum.* Demus ita eſſe. Nec id quoque tam expreſſè ſingulariterque faciunt Moyſes, Dauid, Iſaias, alijque Prophetæ; nec Paulus in pleriſque Epiſtolis; nec Euangeliſtę, alijve Apoſtoli; quia Macedoniani æternam eius Diuinitatem abnegauerint. Ergo & illi, & cum illis IRENAEVS ſilentio ſuo in Spiritum ſanctum peccauerunt? Aut eius oppugnatoribus anſam præbuerunt? Abſit. Satis enim fuit ſanctis illis hominibus, communi tribus perſonis DEI appellatione, Spiritum ſanctum Deum toties vocare & ſignificare, quoties indeterminatè illius meminerunt: nondum præſertim in orbem exortis, qui poſtea perſonalem eius diuinamque maieſtatem in quæſtionem adduxerunt. Verùm, nec facilè concesſerim eis quod criminantur: quandoquidem ipſo ſtatim libri primi capite ſecundo, ſcribens IRENAEVS, Eccleſiam Catholicam ab Apoſtolis accepiſſe eam fidem, quæ eſt in vnum DEVM, PATREM nimirum omnipotentem; & in vnum IESVM CHRISTVM Filium eius; & in SPIRITVM SANCTVM, qui locutus eſt per Prophetas: DEI nomine æquè Spiritum, ac Patrem & Filium comprehendit, appellat, profitetur. Deinde, cuncta Dei opera eidem, vt diximus, tribuens; cum primis autem incarnationis Verbi diuiniſſimum myſterium: ſatis dilucidè & conſtanter illum Deum eſſe agnoſcit & prædicat.

Cent. 2. col. 227.

Inde criminis loco ponũt IRENAEO: *Ita obſcurè & perplexè non rarò vocabulo Verbi ſeu τȣ̃ λόγȣ vtitur, vt videatur non perſpicuè inter Verbum ſubſtantiale, & verbum vocale ſeu oris diſtinguere.* Vobis videtur, quos excæcauit malitia, & maledicendi rabies egit in præceps. Puris autem animis contra, videtur Gnoſticos nominatim coarguere, quod τȣ̃ λόγȣ, id eſt humanioris ſermonis ac verbi internam conceptionem, quam ſuffocationem appellat, ſucceſſiuamque prolationem, euaneſcentiam, aliaſq; plurimas imperfectiones, τῷ λόγῳ, id eſt, Dei Verbo tribuerent: quod cùm ſit Deus ſimplex, incompoſitus, & omnium accidentium expers, totus eſt mens, totus Logos, hoc idem

Lib. 2. c. 47. 48. 49.

cogitans quod loquitur, & loquens quod cogitat. Concludit autem: *Vos generationem* (verbi Diuini) *diuinantes, & verbi hominum per linguam factam prolationem, transferentes in Verbum Dei, iuſtè detegimini quod neque humana neque Diuina noueritis.* Et paulo pòſt, quærentibus: *Quomodo Filius prolatus eſt à Patre?* ſapienter reſpondet: *Generationem eius inenarrabilem exiſtentem nemo nouit, non Valentinus, non Marcion, non Angeli, non Archangeli, niſi ſolus qui generauit Pater, & qui natus eſt Filius.* An non his ſatis explicatè diſtributeque Verbum, quod Deus eſt, & ſubſtantiale per ſe ſubſiſtit; à verbo oris humani prodeũte,

ſtatim-



ſtatimq; in auras euaneſcente diſtinguit? Accedit, quod non rarò profitetur Verbũ quod Deus eſt, non eſſe creatum vel factum; ſed ſemper Deo Patri coextitiſſe, ac cum eo cuncta condidiſſe: quibus Verbum ſubſtantiale, diuinũ, ac permanẽs, ſatis à fluxo caducoq; verbo noſtro ſecernit.

Lib. 1. cap. 19. lib. 2. cap. 43. lib. 3. ca. 6. & 9. li. 4. ca. 17.

Iam ad parentem ſuũ, id eſt, ſpiritũ blaſphemiæ accedentes, aiunt: *IRENAEVS ſentit Diabolum tum demum cœpiſſe labi, cùm hominem ſeduxit. Sic enim ſentire videtur lib. 4. c. 78.* Immò verò ex ipſiuſmet IRENAEI verbis patet, vos verè διαβόλȣς, id eſt, calumniatores prauoſq; delatores eſſe. Non enim ait, *tum demum cœpiſſe labi, cũ hominem ſeduxit*, vt vos falsò confingitis: ſed *ex tunc Apoſtatam & inimicum factũ, ex quo zelauit plaſma Dei.* Zelauit porrò & inuidit hominis à Deo plaſmati & conditi fœlicitati priuſquam eũ aggrederetur, & in ruinam eum ſuaſionibus ſuis præcipitaret. Igitur IRENAEI ſententia, Diabolus à Deo defecerat, & nequam damnatusq; ſpiritus erat, antequam in hominem inuadens, eum per fœminam ſeduceret.

Cent. 2. col. 56.

At ille ſenſit, *tum etiam primum maledictum & abiectum eſſe, cùm ſcilicet poſt hominis lapſum diceret Deus: Semen mulieris conteret caput tuum. Item: Maledictus eris &c. Sic enim ſentire videtur lib. 4. cap. 78.*

Cent. 2. col. 56.

Nec iſta ſenſit aut docuit vnquam IRENAEVS, vt comminiſcimini: ſed voluit duntaxat, fraudes, ſcelera, conſilia, ac proinde maledictionem damnationemque Diaboli tum primùm nobis verbo Dei manifeſtari, cùm refertur à Deo maledictus & proſcriptus. Nihil enim de his ante hominis lapſum à Moſe patefactum aut relatum fuerat. Quod adeò verum & certum eſt, vt & ipſi hæreſiarchæ Com. in Geneſim, & alij paſſim in ſuis Locis communibus vltrò fateantur.

Subijciunt illicò: *Tale quiddam eſt, quod idem IRENAEVS lib. 5. ex traditione Iuſtini (quod & Euſebius lib. 4. c. 18. indicat) ſentit Diabolum ante Chriſti aduentum, non fuiſſe auſum blaſphemare Deum, quia nondum ſciuerit damnationem ſuam.* Id nõ modò Iuſtinus ac IRENAEVS fortiſſimi duo martyres, ſed & Clemens, & Origenes & Epiphanius, multoq; plures illuſtriſſimi & antiquiſſimi Scriptores eccleſiaſtici ſenſerunt & docuerunt, vt in lib. 5. c. 26. conſignauimus: quorum ſententiam cùm nondum (quod nunc meminerim) damnauerit Eccleſia Catholica, nec nos damnare debemus. Multa enim iudicia Diuina Dęmones latuerunt, deſtinataque ſibi in inferorũ locis æterna ſupplicia ſupra quàm dici poteſt ſemper horruerunt, vt indicant iſti eorũ clamores: *Quid veniſti ante tempus torquere nos? Si eijcis nos, mitte nos in porcos. Rogabant illum ne imperaret illis vt in abyſſum irent.* Et Petrus apertè dicit,

Matth. 9. Lucæ 8.

*dæmones reſeruari cruciandos.* Quis tam abdita iudicia perfectè penetrauit? Denique, plurima inter viros doctos adhuc inquiri, & variè diſputari poſſunt de cacodæmonum peccatis, lapſu, ſcientia, ignorantia, & ſupplicijs: quæ cùm ad fidei Catholicæ iam definita capita non pertineant, dãnari non debent, qui aliter & aliter antea ſenſerint.

Cent. 2. col. 56. & 227.

Accuſationes ſic perſequuntur. *IRENAEVS non ſine errore dixit, libr. 4. cap. 73. Hominem non eſſe conditum à Deo perfectum.* Et poſtea: *De homine videtur ſentire, quaſi non ſit perfectus à Deo conditus.* Perfectionem omnem eſſentialem, quæ in corporis & animæ rationalis vnitione conſiſtit, hominem à Deo initio habuiſſe IRENAEVS conſtanter prædicat: accidentariam verò tam verè pernegat, vt impium ſit aliter ſentire vel dicere. Probat enim apertis ſcripturis, exemplis, & rationibus non ſolum hominem, ſed & omnem Creaturam, cùm per infinitum diſtet à Creatore, plurimis & maximis imperfectionibus etiam ab initio circundatam & implicitam eſſe. Et vt de homine ſolo dicamus, ex viliſſimo terræ limo conditus eſt, potens tentari, vinci, peccare, mori, damnari: quæ procul dubio maximæ ſunt imperfectiones. Nec iſta pugnant (vt fingitis) cum his creationis verbis: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona:* quoniam hæc de naturalibus, & gratuitis bonis dicta ſunt, quibus homo in iuſtitia, innocentia, omnium rerum ſcientia conditus abundauit: non ipſius vitæ animalis imperfectiones, aut animi ad bonum & malum libertatem & flexibilem ſortem tollunt, in qua conſtitutus fuit. Non errat ergo B. IRENAEVS cùm hoc ſentit: ſed vos per ſceleratam maledicendi rabiem in tetris erroribus verſamini, quando hæc & conſimilia in ſanctis Eccleſiæ Patribus in Conſiſtorijs veſtris roditis, in libellis vellicatis, vbique carpitis, vt ſoli rectè ſapere videamini.

Col. 57.

Aiunt rurſum: *IRENAEVS ſenſit hominem non eſſe conditum ad imaginem Dei.* Magnum & impudens eſt mendacium, quandoquidem ſcribat: *Non effugit Adam manus Dei, ad quas Pater loquens dicit: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Et iterum: *Et propter hoc in fine, non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex beneplacito Patris, manus eius viuum perfecerunt hominem, vt fiat Adam ſecundùm imaginem & ſimilitudinem Dei.* Et paulò poſt: *Chriſtus reſtaurauit ſuo plaſmati, quod dictum eſt, In principio factum hominem ſecundùm imaginem & ſimilitudinem Dei.* Tantum itaque docet alibi noſter IRENAEVS imaginem Dei peccato plurimũ turpificatam & deformatam fuiſſe, gratia verò Chriſti reformatã: quod dogma planè Apoſtolicum eſt.

Lib. 5. ca. 1. 2. & 6.

Col. 57.

Pergunt inſanire & calumniari dicentes: *De imagine Dei admodum periculosè IRENAEVS loquitur, cùm affirmat in lib. 5. illud dictum, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: pertinuiſſe ad Chriſtum, qui certo tempore homo fieri, illamque imaginem repræſentare debuerit.* Et ne ſatis eſſet ſemel criminatos eſſe, rurſum aiunt: *De homine videtur ſentire, quod ſententia de eo faciendo ad imaginem Dei, Chriſtum ſignificarit.* Ecquis hominum Chriſtianorum neſcit omnium potiſſimam & pulcherrimam imaginis Dei rationem in homine Chriſto relucere? Et propterea à Paulo per antonomaſiam appellari, imaginem Dei inuiſibilis? Item, Splendorem gloriæ, & characterem ſeu expreſſam imaginem ſubſtantiæ eius? Item, Chriſtum eſſe imaginem, hominem verò imaginem Chriſti? Vult itaque vir Apoſtolicus hanc Dei ac Chriſti Filij eius perfectam imaginem, per aduentus Chriſti beneficia longè ſplendidiorem & illuſtriorem in nobis factam eſſe: omnium verò illuſtriſſimam fore, quando eidem ſimiles erimus in gloria. Quando item reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformabimur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu. Hoc ipſum manifeſtant iſta de Chriſto eius verba: *Confor-*

Coloſſ. 1. 1 Cor. 4. Heb. 1. 1. Ioan. 3. 2. Cor 3.

* * *

*mat nos,*

Lib.5.c.16. *mat nos,& coaptat ad vitam,& adeſt plaſmati ſuo,& perficit illud ſecundùm imaginem & ſimilitudinem Dei,*&c.

Columna 56. Genes. 6. Et proficientes in peius adijciunt. *Fanaticum quiddam edit, quod aſſerit lib. 4.c. 30. Enoch hominem placentem Deo, legatione Dei ad angelos functum eſſe.* Immò vos homines cæci ac furentes, qui non attenditis illum Septuaginta ſequutum, angelos appellaſſe filios Seth, ad quos amandatus Enoch, conciones habuit de futuro iudicio, & pœnis reproborum, vt eos à Cainitarum conſortio, perfidia, ſceleribus, quibus paulatim aſſueſcebant & deprauabantur, ad Dei timorē & cultū reuocarent. Concionum eius illuſtriſſimam planè & grauiſſimam partem Epiſtolæ ſuæ inſeruit beatus Iudas Apoſtolus: quam nos Commentarijs expoſuimus, ſimulque ita ſenſiſſe Paſtorem, Clementem, Tertullianum, Origenem aliosque veteres oſtendimus.

Col. 56. Progrediuntur vlterius dicentes: *Eodem ſpectat quod affirmat lib. 4.c.70. homines temporibus Noah, Deo fructificare non potuiſſe: ideo quod angeli tranſgreſſores eſſent ijs commixti.* Quid autem hoc certius atq; verius? An non cum multiplici & grauiſſima emphaſi de illis temporibus in Geneſi dicitur, & i- Geneſ.6.et 7. dentidem refertur, Multam fuiſſe hominum malitiam ſuper terram: cunctam cogitationem humani cordis intentam fuiſſe ad malum: omnem carnem corrupiſſe viam ſuam: terram repletam fuiſſe iniquitate? Ecquis ambigere poteſt tot tantaq; flagitia trāſgreſſorum angelorum tentationibus & ſuaſionibus commiſſa fuiſſe: *Sed Diabolus* (inquiunt) *eſt hoſtis perpetuus hominum, ſemper excubans, ac circumiens vt leo rugiens, & inſidias generi humano moliens.* Iſtud porrò quis negat? Non pro- Lib.3. fectò IRENAEVS, qui eius aſtu primos parentes deceptos æquè conſtanter prædicat; ac eundē ſub mundi finem Antichriſto & miniſtris ac ſatellitibus eius aduerſus Eccleſiam Catholicam Lib.5. omni ope adfuturum ſcribit.

Inſectantur illum, *quòd* ſuo iudicio, *non diſtinctè de poteſtate humanarum virium ratiocinatur: & in eā ſententiam multa Prophetarum, Chriſti, & Pauli dicta detorquet, quemadmodum in toto cap. 72. lib. 4. videre eſt.* Non ſolùm ibi, ſed & c. 9. 29. 71. & alibi paſſim firmiſſimis Scripturarum teſtimonijs euincit, hominem libero arbitrio communitum eſſe, & ab omni coactione ſic exemptū, vt non credat, non ſperet, non diligat Deum vel proximum niſi velit: non blaſphemet, non à fide deficiat, non occidat, non mœchetur, non furetur, niſi velit: idq; ſanctiſſimè comprobat aduerſus Simonianos & Marcionitas, poſtea in Manichæis & Priſcillianiſtis, deniq; in vobis Lutheranis, Caluinianis, & Libertinis hoc ſæculo renaſcentes. Ad hæc huic humanæ liberæ voluntati tam neceſſarium eſſe Diuinæ gratiæ præſidium & auxilium contra futuros Pelagianos aſſeuerat, quàm terræ ſolis ca- Ioan.15. lor, ac cœleſtis pluuia vt fructus ſuos edat: quandoquidem ſine ea nihil boni poſſimus facere, 2.Cor.3. nec quidem efficaciter cogitare ac velle. Dei cooperatores ſumus. Non eſt hæc ſufficiens diſtri- 1.Cor.3. butaque ratiocinatio?

Col. 58. & 59. Iniquo valde animo ferunt, *quod non tantùm in operibus: ſed etiam in fide, liberum, & ſuæ poteſtatis arbitrium homini à Domino ſeruatū dicat.* Sed hoc ipſum probat ex his Filij Dei ad Apoſtolos verbis: *Nun-* Ioan. 6. *quid & vos vultis abire?* Nimirum cum incredulis Capernaitis, & quibuſdam apoſtatis ab eo deficientibus: Palam oſtendens, Credere, vel non Credere liberrimum eſſe. Deinde, confirmat & his eiuſdem ad alios verbis: *Secundùm fidē tuam fiat tibi: Fides tua te ſaluam fecit: Magna eſt fides tua:* quibus docemur, fidem & noſtram eſſe, propter liberum voluntatis conſenſum; & nihilominus præclarum donum Dei eam per Spiritum ſuum mentibus noſtris offerentis, largientis, & confirmātis. Iſthæc duntaxat ex Auguſtino nunc adijcio: *Intrare Eccleſiam quiſquàm poteſt nolens: accedere poteſt ad altare nolens: accipere ſacramenta poteſt nolens: credere non poteſt, niſi volens.* Cætera capitibus ſignatis obſeruauimus.

Indignantur etiam plurimum, quod ait: *Prophetæ & Apoſtoli hortabantur homines iuſtitiam agere, bonum quoq; operari, quia in nobis hoc ſit.* Situm eſt planè, præueniente & cooperante diuina gratia: ſicut Paulus de ſe ipſo aſſeuerat: *Omnia poſſum in eo qui me confortat. Plus omnibus laboraui. Non ego,* nimirum ſolus: *ſed gratia Dei mecum.* Et alibi bona opera ſua enumerans ait: *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, &c.* Ad alios verò ait: *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Bonum facientes, non deficiamus.* &c. Profectò enim errauerunt Prophetæ dicentes *Diſcite benefacere, ſubuenite oppreſſo, liberate viduam, &c.* errauerunt & Angeli inquientes, *Bona eſt oratio cum eleemoſyna. Confitemini Deo cæli,* &c. errauit etiam Chriſtus, præcipiens, *Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus,* &c. errauit deniq; Deus benedictus in ſæcula, tanta authoritate & grauitate iubens, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,* &c. *Honora Patrem tuum & matrem,* &c. ſi per errorem lapſus eſt IRENAEVS ſcribens Prophetas & Apoſtolos ad iuſtitiam & bona opera hortatos, quod id in nobis ſitum ſit.

Faſtidioſè rurſum ſtomachantur, *eo quod ait,* inquiunt, *lib. 4. c. 30. Patres ante Legem promulgatam iuſtos fuiſſe lege naturæ.* Primò egregiè imponunt ſanctiſſimo Patri. Non enim ait, *eos fuiſſe iuſtos lege naturæ:* ſed *iuſtos virtute Decalogi, conſcriptā habentes Legem in cordibus ſuis, diligentes Deū qui fecit eos, & abſtinentes erga proximū ab iniuſtitia.* Quibus docet, illos fide gratiaq; Diuina inſtructos Dei mādata ſer- Apoc.22. uaſſe: iſtaq; obedientia magis magiſq; iuſtos effectos: ſecundū illa Spiritus oracula; *Iuſtus iuſtificetur adhuc, & ſanctus ſanctificetur adhuc. Non ceſſes in æternum iuſtificari. Augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. Habenti dabitur, & abundabit, &c.* Secundò, admittamus Centuriatoribus IRENAEVM dixiſſe, Patres ſanctificatos lege naturæ. Quid tum incommodi abſurdive conſequetur? Nonne eo loco expreſſi verbi diuini authoritate probat, Enoch ante legem Moſaicam placuiſſe Deo? Noe fuiſſe virum iuſtum atq; perfectum? Abraham amicum Dei appellatum? Iſaac, Iacob, Ioſeph, Iob, Deo viuenti chariſſimos ſeruos? Euangelio quoque Abelis iuſtitiam commendari? Sed ſola fide, reſponſabunt viri improbi ac moleſti, iuſti fuerunt: non obſeruatione legis naturæ. At ſolius fidei iuſtitiam nunquam probare poterunt expreſſo verbo Dei: nos autem ſolam fidem mor-

tuam &



tuam & inefficacem eſſe ad iuſtitiam cōprobamus. Deinde, veterum teſtimonijs euincimus ſolius fidei conſtitutionem, craſſiſſimum fuiſſe Simonis Magi, Valentinianorum, Eunomiano- Irenæus li. 1. rum, imò & Pſeudoapoſtolorum errorem: à Petro, Ioāne, & Iacobo data opera in Epiſtolis ſuis Auguſt. lib. damnatū. Poſtremò Legis naturæ obſeruationi ſemper Dei omnipotentis gratiam præuenien- de fide & tem, comitantem, cooperantem, & opera bona coronantem, tam IRENAEVS, quàm reliqui de- operibus. inceps adiunctam volunt Theologi: ſicque nihil habent, de quo iuſtè conquerantur viri moroſi.

At, ne ſemper mentiri videantur, aliquid tandem verum, nec tamen omnino ſine manifeſta impoſtura ſubnectunt: *Chriſtum ait baptizatum quidem eſſe anno 30. docuiſſe verò 40. & paſſum eſſe quinquageſimo.* Signant enim li. 2. cap. 34. in quo nihil huiuſmodi prorſus habetur. Cap. porrò 39. eiuſdem libri ait quidem IRENAEVS Chriſtum ætatem magiſtri, id eſt, quadrageſimum annum habentem docuiſſe: quod ibi & proximo capite quibuſdam coniecturis ſtabilire nititur. Sed hoc ſanctiſſimo Patri excidit, eo diſputationis feruore, quo Gnoſticos vnum tantùm prædicationis annum eidem Chriſto concedentes, refellens in contrariam ſententiam longius abreptus eſt: quod doctiſſimis & prudentiſſimis etiam viris non rarò contigere ſolere oſtendunt etiam beati Pauli hyperbolæ & hyperbata: Auguſtini quoque & Chryſoſtomi nonnullæ ſententiæ. Mitto enim opinionem eius, qui putat iſtud IRENAEI Libris ſuperadditum fuiſſe, quoniam & codices omnes conſentiunt: & dicendi character, cum ſequentibus adiectis probationibus, id eum ita ſenſiſſe palam oſtendunt.

Fremunt porrò, ac extra ſe rapiuntur, quod de oblatione corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia ſic propriè & diſertè loquitur, veluti aduerſus eorum hæreſes ſibi tum fuiſſet confligendum. *De oblatione* (inquiunt) *& IRENAEVS lib. 4. cap. 32. (ſi tamen locus fraude ac mendo vacat) ſatis vi-* Col. 63. *detur loqui incommodè, cùm ait; Noui Teſtamenti nouam docuit oblationem, quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens, in vniuerſo mundo offert Deo. Sed IRENAEVS ſeſe in ſequentibus, ac præcipuè cap. 34. copioſè declarat, quod nequaquā intelligat oblationē conſecrati panis, ſed adhuc conſecrandi in vſum cœnæ Domini, & alioquin in vſum ſacerdotū & pauperum.* Hęc illi: in quibus cum primis per ſummam fraudem & malitiam fingūt locum corruptum eſſe, vt tantæ authoritatis pondus eleuent, ac ſuſpectum reddant. At verò, omnes tā manuſcripti, quàm editi; etiam ab hæreticis Lauſanæ & Baſileæ magna diligentia recogniti codices ſic habent: nulla ergo in hoc loco fraus eſt, nullum mendacium; ſed germanus ſyncerusque B. IRENAEI contextus. Attende & alteram iſtorum ludificationem & calumniam. *Non intelligit oblationem conſecrati panis,* inquiunt, *ſed conſecrandi in vſum, &c.* Et vnde hoc efficitis? Nihil enim tale apud IRENAEVM habetur: ſed à vobis vafrè & impiè confingitur. Deinde, ſi de conſecrandi in vſum cœnæ ſacerdotum & pauperum intelligit, profectò in beatiſſimum Martyrem iniurioſi & contumelioſi eſtis, dicentes eum *de hac oblatione incommodè loqui.* Rurſus, ſi de pane in vſum ſacerdotum & pauperum oblato loquitur, quomodo nouam noui Teſtamenti oblationem vocaret illam, quæ in veteri tam vulgata & communis præceſſerat? Quomodo etiam diceret illam offerri Deo, ſi pauperibus porrigebatur? Sic ex omni parte mentitur iniquitas ſibi: & doli fraudeſque in ceruices authorum ſuorum reuoluuntur.

Verè autem de incruento corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia ſacrificio loquitur illic IRENAEVS, quod Iudaicis cunctis oblationibus, vt multis Prophetarum teſtimonijs ibidem oſtendit, propriè ſucceſſit: & à Chriſto noui Teſtamenti authore Apoſtolis commendatū, ab his per vniuerſum orbem prædicatum, oblatum, & traditum eſt, vt copioſius illic obſeruamus & probamus. Quod autem de pane iam conſecrato, non adhuc conſecrando loquatur, pro certo manifeſtant hæc illius verba: *Chriſtus eum, qui ex natura panis eſt, accepit, & gratias egit dicens, Hoc* Lib. 4.c.32. *eſt corpus meum. Et calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura, quæ eſt ſecundùm nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & noui Teſtamenti nouam docuit oblationem, quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens, in vniuerſo mundo offert Deo, &c.* Ecce oblationem Deo factam, non pauperibus: nouo Teſtamento ſpecialem, non vtrique communem: ab Eccleſia, id eſt, ſacerdotibus & paſtoribus Eccleſiarum oblatam, non à cunctis promiſcuè, velut porriguntur eleemoſynæ: & oblationem corporis Chriſti & ſanguinis, nō cruentam, qualis facta eſt in cruce: ergo incruentam, & ſub ſpeciebus panis & vini iam Chriſti omnipotentis Dei verbis conſecrati: quæ omnia hæreticorum nugas & putidas cauillationes ſolidè refellunt & damnant.

Quoniam verò imperitis fucum facere nituntur, dicentes IRENAEVM ſe in ſequentibus, ac præcipuè cap. 34 copioſè declarare, & hunc malitioſum dolum retegamus. Ipſo capitis 34. initio ſcribit: *Igitur Eccleſiæ oblatio, quam Dominus docuit offerri in vniuerſo mundo, purum ſacrificium reputatum eſt apud Deum, & acceptum eſt ei, &c.* An non hoc apertè Sacrificium Euchariſtiæ confirmat, & hoſtes illius coarguit? Subijcit illicò: *In omni ſimplicitate & innocentia Dominus volens nos offerre, prædicauit dicens, Cùm offers munus tuum ad altare, &c.* Quid ad hæc, ſacrilega & planè Turcica per Caluinianos, Anabaptiſtas, Lutheranos, & nouos Arianos paſſim facta ſacrorum altarium demolitio? Sed ad IRENAEVM: *Oportet nos* (inquit ibidem) *oblationem Deo facere, & in omnibus gratos inueniri fabricatori Deo. Hanc oblationem Eccleſia ſola purā offert fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione ex creatura eius.* Deniq; cōcludit: *Nos quoq; Verbū offerre vult munus ad altare frequenter ſine intermiſſione.* Hęc ſanè egregia & clara IRENAEI interpretatio, Catholicā de ſacrificio incruento doctrinā apertè roborat, nō infirmat: hæreſes autē huic cōtrarias omnino cōfutat & reprobat. Cætera videat Lector locis ſuis.

Nec minus frendent ijdem Centuriatores aduerſus IRENAEVM, quod inuocationem Sanctorū aſſerat, dicens: *Virginis Euæ Virginem Mariā factam eſſe aduocatā. Lib. 5. c. 19.* Sed ſi reipſa Mater Dei Col. 63. facta eſt, quo in rebus creatis nihil præſtātius aut excellentius fingi poteſt; cur non pro peccatoribus apud illum patrona, quod longè minus eſt? An nō intercedens pro conuiuantiū in nuptijs

*** 2 penuria,

penuria, illicò edito ad eius interceſſionem miraculo exaudita eſt? Si iudicum mundi authoritatem Apoſtolis, & conſimilibus ſæculi contemptoribus Chriſtus repromiſit; an non aduocatæ patrocinium Matri ſuæ conceſſit? Quod ſi præcellentes Mediatorum, Saluatorum, Fratrum, & Amicorum tituli, hique nec vani nec inefficaces, quibuſdam Sanctis à Deo communicati fuerunt, vt ex ſacris literis peruium eſt: nefas profectò credendum, vt nec Aduocatæ nomen remq; propriæ Matri ſuæ reliquerit. De hoc copioſius Annotationibus in eum IRENAEI locum egimus.

Cent. 2. col. 64.

Rumpuntur rurſum audientes eum Romanam Eccleſiam cunctis alijs vt matrem dignitate & authoritate præferre. *Nouitatem quandam illud reſipere quibuſdam videri poſſet*, aiunt illi, *quod in exemplaribus* IRENAEI, *qualia nunc habemus, extat lib. 3. cap. 3. Ad hanc Eccleſiam, propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam: hoc eſt eos qui ſunt vndiq; fideles: in qua ſemper ab his qui ſunt vndiq; conſeruata eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio. Sed hæc ſententia tantùm de conſenſu in doctrina ab Apoſtolis tradita loquitur, ſicut ex contextu* IRENAEI *manifeſtum eſt.* Audis nouam rurſum fraudem & malitiã, qua ſancti viri cuncta exemplaria in ſuſpitionem & contemptum adducere conantur: quaſi non & ſimilia de libris vtriuſque Teſtamenti non dixerint & ſparſerint Marcionitæ, Manichæi, alijq; veteres hæretici, vt omnem eis fidem detraherent. Verùm, ſi tantùm de conſenſu in doctrina ab Apoſtolis tradita loquatur IRENAEVS, cur id nouitatem appellatis? cur propterea exemplarium authoritatem eleuare nitimini? cur deniq; ab hoc conſenſu doctrinæ illius receditis? Aut recedentes, minimè vos eſſe de numero fidelium non agnoſcitis? Sed verba illa *propter potentiorem principalitatem*, manifeſtiſſimè demonſtrant, non de ſolo doctrinæ conſenſu loqui IRENAEVM, verùm etiam de præcellenti quadam authoritate & iuriſdictione, quam in reliquas totius vniuerſi recepit Eccleſias, vt nos ibidem multis probauimus.

Col. 67.

Reprehendunt etiam illum, *quod lib. 2. c. 64. ſcribat, Vnamquamq; gentem dignam habitationem percipere ante iudicium.* Porrò ſi neq; cælis, neq; inferis ſuſcipiuntur animæ hinc emigrantes ante iudiciũ, aut profectò tertius ac medius locus eſt quo admittantur, à quo tamen magnopere abhorretis: aut certè interea nullibi ſunt, atque ſic neque ſunt, quod atheiſmum planè reſipit. Supereſt ergo IRENAEVM verè ac piè dixiſſe, hinc commigrantes ſpiritus ante iudicium habitationibus congruis recipi: quod etiam manifeſtè & ſolidè probat ex Lazari & Diuitis ſpiritibus, quorum vnus cum Abraham loco conſolatorio potitur, alter in inferno eſt cum tormentis. Lib. 2. c. 62 & 63. Cùm rurſus animæ Latronis promiſit Chriſtus, *Hodie mecum eris in Paradiſo*; moriens proprium ſpiritum in manus Patris commendauerit; Stephani denique animæ è corpore recedenti cælos aperuerit, non eſt dubium piorum animas ante iudicium dignam percipere habitationem. Contrà verò, quando conſtat Dathan, Core, Abyron deſcendiſſe in inferos, ſimileſque ſceleratos regnum Dei non poſſidere: nemo ambigere poteſt illos abripi in gehennam, &c.

De mille annis poſt reſurrectionem corporum, in qua ſententia Papiam & Iuſtinum Martyrem ſequutus eſt, ſatis copioſè dicimus ad finem libri quinti. Iam tempus eſt, vt iuſtè conceptam aduerſus maledicos homines iſtos animorum indignationem, ſanctorum ac veterum Theologorum de IRENAEO ſcriptis Elogijs mitigemus, ac offenſionem obliteremus.

# ENCOMIA B. IRENÆI EX PRISCIS Patribus collecta.

ITaque viginti & ſex ſuperioribus hæreticorum criminationibus, totidem nunc obijcimus veterum Theologorum certiſſima de inſigni pietate, ſapientia, & ſanctitate DIVI IRENAEI teſtimonia, quibus eum condignis elogijs appellant & laudibus concelebrant: vt ex his nemo non videat quanti fieri debeant huius ſanctiſſimi merita & opera.

1. In primis enim MARTYRES illi Galliarum, qui ſub Marco Aurelio, circa annum Chriſti 170. id eſt, ante mille & quadringentos annos, Lugduni ac Viennæ pro pietate Chriſtiana tenebantur in vinculis, B. IRENAEVM tunc adhuc Eccleſiæ Lugdunenſis Presbyterum, literis ſuis ad B. Eleutherum Epiſcopum Romanum inſcriptis plurimum commendant: permultaq; illi virtutis perhibent teſtimonia, ſicut ipſa literarum verba declarant in hunc modum: *TE in Deo omnibus in rebus perpetuò, Pater Eleuthere, valere optamus. Has literas ad te perferre fratrem noſtrum* IRENAEVM, *& miniſterij conſortem, rogauimus: teq; obſecramus, vt illum, vtpote* STVDIO INCREDIBILI ERGA TESTAMENTVM CHRISTI FLAGRANTEM, *gratia & beneuolentia cõplectaris. Quòd ſi locum & gradum Eccleſiaſtici miniſterij vim & facultatem habere iuſtitiæ cuiquam impertiendæ animaduerteremus: hunc vt Presbyterum Eccleſiæ (hoc namq; munus obtinet) in primis tibi commendaſſemus.* Hucuſque ex epiſtola MARTYRVM Euſebius, ſimul & Nicephorus.

Euſeb. lib. 5. hiſt. c. 4.

2. Scribit & de illo AVTHOR reſponſionum ad quæſtiones Orthodoxorum, apud Iuſtinum illuſtrem Philoſophum & Martyrem, quæſt. 115. *Conſuetudo non flectendi genua tempore Chriſti reſurrectionis, ab Apoſtolorum temporibus cœpit, quemadmodum ait* BEATVS IRENAEVS MARTYR, ET LVGDVNENSIS PONTIFEX, *in Libro de Paſcha, &c.*

3. TERTVLLIANVS, lib. adu. Valẽtinianos, cap. 5. *Nec vndiq; dicemur ipſi nobis finxiſſe materias, quas tot iam viri* SANCTITATE ET PRAESTANTIA INSIGNES, *nec ſolùm noſtri anteceſſores, ſed ipſorum hæreſiarcharum contemporales* INSTRVCTISSIMIS VOLVMINIBVS *& prodiderunt, &*



*runt & retulerunt, vt Iuſtinus Philoſophus & martyr, vt Miltiades Eccleſiarum ſophiſta, vt* IRENAEVS OMNIVM DOCTRINARVM CVRIOSISSIMVS EXPLORATOR.

4. & 5. EVSEBIVS, & eum imitatus NICEPHORVS, frequenter eum laudant, & nunquam ſine honorifica præfatione, velut hæ ſententiæ manifeſtant. *Quod in hæc vſque tempora* (Traiani imp. nimirum) *manſerit Ioan. Apoſt. in vita duorum certorum & fidelium teſtium,* IRENAEVM *dico, & Clementem Alexandrinum ſententia licet confirmare. Quibus quidem propter* VERAE RECTAEQVE OPINIONIS ECCLESIASTICAE PATROCINIVM, *meritò fides adiungenda eſt.* Et alibi viri ſubtile demirantes & prædicantes ingeniũ, aiunt: IRENAEVS *Valentini de materia profundũ & immenſum antrum erroris, qui erat in tam multiplices & tortuoſas formas diuiſus,* ACVTISSIMA MENTIS ACIE *tanquam effodiens, in lucemque educens, occultam eius perniciem, & inſtar ſerpentis ſe inter latebras occultantis in intimis receſſibus abditam denudauit.* Alibi rurſum commemorantes eiuſdem & labores ſcribunt: IRENAEVS *librum de Ogdoade ſcripſit: in quo ſatis apertè declarat,* SE APOSTOLORVM TEMPORIBVS PROXIME SVCCESSISSE.

Lib. 3 hiſt. cap. 17. Niceph. li. 3. & 4.

Lib. 4 hiſt. cap. 10.

Lib. 5. ca. 19.

6. EPIPHANIVS contra hæreſim 24. quæ eſt Baſilidianorum ait: *Porrò* B. IRENAEVS APOSTOLORVM SVCCESSOR, *de hoc ſubtiliter tractãs, improbitatẽ ac inefficaciã huius redarguit.* Et poſtea: *Reliquam ipſius* (Valentini) *nugacitatem non volui à meipſo componere, cùm repererim apud* SANCTISSIMVM IRENAEVM *priſcum illum*, &c. Et multò poſt: *Hactenus* IRENAEVS. *Et hæc quidem atque huiuſcemodi prædictus vir ſenex* IRENAEVS, PER OMNIA EX SPIRITV SANCTO ORNATVS, VELVT GENEROSVS ATHLETA A DOMINO PROLATVS, ET CAELESTIBVS GRATIIS AC DONIS ILLITVS, SECVNDVM VERAM FIDEM AC SCIENTIAM LVCTATVS, *contra vniuerſum ipſorum delirum argumentum decertauit, & ea quæ vanè ab ipſis proferuntur ad verbum recenſuit.* Et rurſum alibi: *Contentũ eſſe oportere duxi, his quæ à* BEATISSIMO AC SANCTISSIMO IRENAEO *contra ipſos* (Marcoſios) *tractata ſunt. Dicit enim de ipſis* IRENAEVS ILLE SANCTVS *declarando quæ ab ipſis dicuntur. &c.* Et poſt multa: *Hanc vniuerſam & exactam perſcrutationem* B. SENEX IRENAEVS *fecit*, & cæt.

Cont. hær. 31.

Con. hær. 34.

7. & 8. BASILIVS magnus, & ex eo repetit EVTHYMIVS, inter veteres ac beatos viros, quorum teſtimonijs probat Spiritum ſanctum verè Deum eſſe, IRENAEVM recenſens, ita ſcribit: IRENAEVS *autem* ILLE, QVI VICINVS FVIT APOSTOLORVM TEMPORIBVS, *quomodo mentionem Spiritus faciat, diſputans aduerſus hæreſes, audiamus.* &c.

Lib. de Spiritu S. cap. 29. In Panopl.

9. CYRILLVS Ieroſol. *Impijſſimi omnium hæretici, etiam contra Spiritum ſanctum acuerunt linguam, & auſi ſunt dicere nefanda, quemadmodum* IRENAEVS *interpres in inſtitutionibus contra hæreſes ſcripſit.*

Catech. 16.

10. 11. 12. & 13. HIERONYMVS, & Græcus interpres eius SOPHRONIVS, in Catalogo, & poſt vtrunque TRITHEMIVS, & SIXTVS Senenſis B. IRENAEI vitam & opera ita contexunt: IRENAEVS, *Pothini Epiſcopi, qui Lugdunenſem in Gallia regebat eccleſiam, Presbyter, à Martyribus eiuſdem loci ob quaſdam Eccleſiæ quæſtiones legatus Romam miſſus, honorificas ſuper nomine ſuo ad Eleutherum Epiſcopum perfert litteras. Poſtea, iam Pothino prope nonagenario, ob Chriſtum martyrio coronato, in locum eius ſubſtituitur. Conſtat autem, Polycarpi ſacerdotis & martyris, hunc fuiſſe diſcipulum. Scripſit quinque aduerſus hæreſes Libros: & contra Gentes, volumen breue: & de diſciplina aliud: & ad Marcianum fratrem, de Apoſtolica prædicatione: & Librum variorum tractatuum: & ad Blaſtum, de Schiſmate: & ad Florinum, de Monarchia, ſiue, Quod Deus non ſit conditor malorum: & περὶ τῆς ὀγδοάδος egregium commentarium, in cuius fine ſignificans ſe Apoſtolorum temporum vicinum fuiſſe, ſic ſubſcripſit: Adiuro te, &c. Feruntur eius & aliæ ad Victorem Epiſcopum Romanum, de quæſtione Paſchæ epiſtolæ, in quibus commonet eum, non facilè debere vnitatem collegij ſcindere. Siquidem Victor multos Aſiæ, & Orientis Epiſcopos, qui à decima quarta luna, cum Iudæis, Paſcha celebrabant, damnandos crediderat. In qua ſententia ij, qui diſcrepabant ab illis, Victori non dederunt manus. Floruit maximè ſub Commodo principe, qui M. Antonino Vero in imperium ſucceſſerat.*

Vide fragm. in fine oper.

Idem rurſum HIERONYMVS de eodem ſic alibi ſcribit: *De quibus* (Valentinianorum confictis Aeonibus) DILIGENTISSIME VIR APOSTOLICVS *ſcribit* IRENAEVS, EPISCOPVS LVGDVNENSIS ET MARTYR, *multarum origines explicans hæreſeon:* &c. Et rurſum alibi: *Refert* IRENAEVS VIR APOSTOLICORVM TEMPORVM, ET PAPIAE AVDITORIS EVANGELISTAE IOANNIS EPISCOPVS LVGDVNENSIS, *quod Marcus quidam primùm ad Gallias venerit, & eas partes, per quas Rhodanus & Garumna fluunt, ſua doctrina maculauerit*, & cæt. *Hoc ille ſcripſit ante annos ferè trecentos. Et ſcripſit in his Libris, quos aduerſus omnes hæreſes* DOCTISSIMO ET ELOQVENTISSIMO SERMONE *compoſuit.*

In c. 64. Iſa.

Epi. ad Theodorã viduam

14. AVGVSTINVS eum cum alijs, Pelagianis obiecturus, ita præfatur: *Tu qui tam crebrò nobis Manichæorum nomen opponis,* QVOS ET QVALES VIROS, ET QVANTOS FIDEI CATHOLICAE DEFENSORES *tam execrabili criminatione appetere audeas, ſi euigilas intuere:* & cæt. IRENAEVS LVGDVNENSIS EPISCOPVS NON LONGE A TEMPORIBVS APOSTOLORVM *fuit. Iſte ait, Non aliter ſaluari homines ab antiqua ſerpentis plaga* &c. *Vides ne* ANTIQVVM HOMINEM DEI, *quid de antiqua ſerpentis plaga ſentiat?* Et poſt multa: *Si aſſertores eos flagitas, quorum aliquid etiam litterarum inueniri poteſt,* ILLVSTRISQVE DOCTRINA EST, *en adeſt aſſertorum* MEMORABILIS ET VENERABILIS CONSESSVS. SANCTVS IRENAEVS *dicit, Antiquam ſerpentis plagam fide Chriſti & cruce ſanari, & quòd protoplaſti peccato fuimus tanquam vinculis alligati.* &c.

Tom. 7. lib. 1. con. Iul. Pela.

15. GREGORIVS Papa libr. 9. Regiſtri, cap. 50. ad Aetherium Viennenſem Epiſcopum: *Geſta vel ſcripta B.* IRENAEI *iam diu eſt quod ſolicitè quæſiuimus, ſed hactenus ex eis inueniri aliquid non valuit.*

16. THEODORETVS eum cum quibuſdã alijs citaturus, ſic præfatur: *Audi viros Apoſtolicã ſonantes doctrinam, Noſti* IRENAEVM, *qui Polycarpi auditor & diſcipulus fuit, & præcipuum lumen Gallorum* Dialog. 1.



Occi-

*Occidentalium, & Hippolytum, & Methodium, Archiepiſcopos & Martyres, & alios, quorum doctrinam coniungam.* Et poſt multa ſic concludit: *Succeſſores diuorum Apoſtolorum fuerunt hi viri, quorum aliqui ſanctam ipſorum vocem audiuerunt, & conſuetudine eorundem, qua nihil melius, nihil optabilius cogitari poteſt, vſi ſunt. Plurimi verò martyrij coronis ornati ſunt. An non tibi piaculum videtur, contra hos blaſphemam agitare linguam?*

17. & 18. ANDREAS Cappadox, referente ARETHA etiam Cappadoce, Comment. in cap. 4. Apocalypſeos, ait: *Septem lampades, ſeptem ſpiritus, id eſt, diuina Spiritus dona oportet intelligere, nempe, ſapientiæ, fortitudinis, conſilij, & quæ ſequuntur: aut ſicut IRENAEVS & Clemens* στρώματευς *miniſtrantes & eminentes ſupra cæteros ordines.* Ijdem in cap. 6. *Per cælum ſicut liber inuolutum intelligi admonemur, quod corpus cæli non ſuſtineat perfectam abolitionem, quemadmodum ait IRENAEVS LVGDVNENSIS quinto redargutionis Libro aduerſus electionem falsò dictæ ſapientiæ.*

19. 20. 21. 22. 23. ANASTASIVS Nicænus Patriarcha Libro quæſtionum & reſponſionum in ſacram Scripturam, quæſt. 88. DAMASCENVS in Parallelis: ANTONIVS Meliſſa in ſermonibus: PROCOPIVS Gazæus Comment. in Geneſim: NICETAS Choniates, in Theſauro orthodoxiæ, omnes Græci & antiqui Scriptores Eccleſiaſtici, ſemper cum eximiæ laudis & venerationis Præfatione illum citant.

24. OECVMENIVS quoque in caput ſecundum Epiſtolæ 2. Beati Petri, de veteribus Gnoſticis diſputans ait: *Quod ſi quiſpiam de his diſcere velit, ſumpto in manus Libro, à B. VIRO IRENAEO GALLO COMPOSITO, quem aduerſus falsò dictam ſapientiam inſcripſit, inueniet horum immunditias,* &c.

25. & 26. VSVARDVS in Martyrologio, & ADON Viennenſis ætate ſexta, de illuſtri martyrio eius tradunt: *Apud Lugdunum Galliæ,* SANCTI IRENAEI EPISCOPI ET MARTYRIS, QVEM CONSTAT B. POLYCARPI SACERDOTIS ET MARTYRIS FVISSE DISCIPVLVM, *vt ſcribit Hieronymus, & Apoſtolicorum temporum vicinum. Poſtea perſecutione Seueri, cum omni ferè ciuitatis ſuæ populo,* GLORIOSO *coronatus eſt martyrio.*

Prætereo quæ cum omni laude & veneratione de eodem ſanctiſſimo & Apoſtolico viro ſcriptis ſuis reliquerunt Simeon Metaphraſtes, Gregorius Turonenſis, venerabilis Beda, & alij, qui deinceps aut de Sanctorum vitis, aut de claris Scriptoribus, aut denique de Eccleſiaſticis hiſtorijs monumenta reliquerunt: quorum ne vnus quidem de IRENAEI noſtri præcellenti doctrina & pietate ſilendum ſibi induxit in animum. Sed vniuerſi eum Apoſtolicorum temporum virum, Apoſtolicæ pietatis & doctrinæ ſedulum imitatorem & propagatorem, omnium hæreticorum expugnatorem, fortiſſimum martyrem, & beatiſſimum Epiſcopum appellant, ſpectant, mirantur: ſoli nouiſſimi Gnoſtici ſpiritu afflati blaſphemiæ eum aſpernantur & traducunt. Et de his hactenus.

(·.·)

INTER-

# INTERPRETATIO LATINA VOCABVLORVM GRAECORVM QVAE IN IRENAEO PASSIM OBVIA SVNT, PER F. F. F.

## A.

Αἰὼν, *Aeon.* Sæculum, Aeuum, vita. *Hieronymus* in 26 Ezech. αἰὼν, inquit, id eſt, ſæculum ſeptuaginta annorum continet.

Αἶνος, *Aenos,* laus, gloria.

Ἀκατάληπτος, *Acataleptus.* Cicero libr. 11. Academic. Quod comprehendi & percipi non poteſt.

Ἀκίνητος, *Acinetus.* Cic. lib. de vniuer. immobilis.

Ἀγάπη, *Agape.* Charitas, dilectio, beneuolentia.

Ἀγέννητος, *Agennetus.* Ingenitus, ortu carens, increatus, non natus, non factus, cui nulla eſt origo.

Ἀγήρατος, *Ageratus.* Cicer de vniuer. qui omni ſenio caret. Innaſcibilis, æternus, ſenij ignarus.

Ἀγώγιμον, *Agogimum.* Vectura, onus: adiect. vtile, operæpretium, præſtabile.

Ἀέναος, *Ainus.* Perpetuò fluens, vti Mens eſt, quę ab Ariſtot. appellatur Entelechia.

Ἀλήθεια, *Alethia.* Veritas.

Ἄνθρωπος, *Anthropus.* Homo.

Ανεννόητος, *Anennoetus.* Incogitabilis, Inexplicabilis, Indoctus, inexercitatus, apud Polyb.

Ἀνονόμαστος, *Anonomaſtus.* innominabilis.

Ἀόρατος, *Aoratus.* Cic. lib. de vniuer. oculorum effugiens obtutum. Qui cerni non poteſt. Cœcus, Occultus, Oculos fallens.

Ἀπάτωρ, *Apator.* Hebr. 7. Qui patris eſt ignoti. Carens patre. A patre alienus. Non paternus.

Ἀφθαρσία, *Aphtharſia.* Conditio immunis ab interitu, æternitas, perpetuitas, incorruptio, integritas.

Ἀποκατάστασις, *Apocataſtaſis.* Act. 3. finis ſæculorum, reſtitutio in priſtinum ſtatum, rei turbulentæ & commotæ compoſitio, Polyb. lib. 4. hiſtor.

Ἀπορία, *Aporia.* Conſilij inopia, indigentia, difficultas, dubitatio, controuerſia, periclitatio, Hæſitatio, Deſperatio.

Ἀποτέλεστος, *Apoteleſtus.* Abſolutus, perfectus.

Ἀλλόφυλος, *Allophylus.* Hieron in ca. 2 Iſaiæ Nomen commune pro proprio, ſignificans hodie gentem Palęſtinorum. Alienigena, inuſitatus, peregrinus.

Ἀρχή, *Arche.* Cic. 1. Tuſc. Principium: libr. de vniuer. cauſa, exordium. Item magiſtratus, imperium, principatus.

Ἀρχέγονος, *Archegon⁹.* Priſcus, primigenius, prior natus, author generis.

*Arotheas.* Nomen fictum à Gnoſticis ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. id eſt, à virtute, quamuis addita ſit h.

Αὐτοφυής, *Autophyes.* Suapte natus, ſponte, per ſe naturalis, non arte.

Αὐτογενής, *Autogenes.* Sponte natus, per ſe genitus, qualis Deus ab Orpheo & Sybillis dicitur, id eſt, ingenitus.

## B.

Βυθός, *Bythus.* Profunditas, profundum, imus gurges.

## C.

Κακία, *Cacia.* Cic. 4. Tuſc. Vitioſitas: & lib. de vniuer. fraus aut vitium. Item ſcelus & maleficium, culpa, dedecus.

Καλαμίσκος, *Calamiſcus.* Parua harũdo, exiguus calamus.

Καρπιστής, *Carpiſtes.* Fructificator.

Κένωμα, *Cenoma.* Euacuatio, inanitas, exinanitio, purgatio, deiectio.

Κοσμοκράτωρ, *Coſmocrator.* Princeps mundi, rector aut Dominus mundi.

Κωμῳδεῖν, *Comoediſare.* Reprehendere, obiurgare, mordere, ſuggillare.

Κυνικός, *Cynicus.* Caninus, mordax, inuerecundus.

Χάρις, *Charis.* Gratia, feſtiuitas, beneficium, ſtudium, meritum, fauor, ſuauitas, &c.

Χοϊκός, *Choicus.* Terrenus.

## D.

Δημιουργός, *Demiurgus.* Cic. libr. de vniuer. Artifex, effector & genitor. Conditor, fabricator mundi.

Δυάς, *Dyas.* Dualitas, binarius numerus.

Δύναμις, *Dynamis.* Cic. lib de vniuer. vis. Orat. ad Quint. Frat. Poteſtas, Imperium, magiſtratus, vis, robur, exercitus.

Διάστημα, *Diaſtema.* Intercapedo, ſpatium, interuallum, dimenſio.

## E.

Ἐκκλησιαστικός, *Eccleſiaſticus.* Ad concionem pertinens, concionalis, deliberatiuus.

Ἐλπίς, *Elpis.* Cic. 1. Tuſc. Spes, fiducia, credulitas, metus, expectatio.

Ἔννοια, *Ennœa.* Cic in Top. Notio. 3. de Finib. intelligentia, cogitatio, intẽtio, prudentia, intellectus, ſenſus.

Ενθύμησις, *Enthymeſis.* Cogitatio, inuentio.

Ἐπιθυμία, *Epithymia.* Cic. 4. Tuſc. libido vel cupiditas effrẹnata, Concupiſcentia, auiditas, animus, affectio, voluntas, cupedia.

Ἐριννύς, *Erinnys.* Furia.

Ἐπίσημον, *Epiſemon:* Vmbilicus clypei, nota, ſignum, macula, inſigne.

Ἑπτάμυχος, *Heptamychus.* Septem habens calyculos.

G.

Γέννησις, *Geneſis*. Natiuitas generatio.
Γνῶσις, *Gnoſis*. Cognitio, familiaritas, conſilium, decretum, fama, iudicium, conſideratio, ſententia.
Γνωστικός, *Gnoſticus*. Peritus, vi cognoſcendi præditus. Gaza li. 4. γνωστικοὶ, Hæretici erant ſic dicti ob inſignem eruditionem, quam ſibi vendicabant, cùm nihil iſtis nec indoctius, nec ſtultius eſſet.

H.

Ἁγνή, *Hagne*. Caſta, pura.
Ἁρμογή, *Harmoge*. Coniunctio, commiſſura & coagmentatio commiſſurarum.
Ἡδονή, *Hedone*. Cic. 2. de Finib. voluptas: & 3. de Finib. Corporis & animi lætitia, quaſi geſtientis animi elatio voluptaria. Idem 4. Tuſc. lætitia geſtiens vel nimia, ſine ratione animi elatio.
Ἡδυοσμός, *Hedyoſmus*. Gaza libr. 7. Mentaſtrum, dicitur autem ſic ab odoris gratia.
Ἕν, *Hen*. Vnum.
Ὁμοσύγκρασις, *Homoſyncraſis*. Contemperamentum.
Ἕνωσις, *Henoſis*. Vnitas, coniunctio, ſolitudo, ſingularitas, concurſus in vnum.
Ἑνότης, *Henotes*. Vnitas.
Ὁροθέτης, *Horothetes*. Finium poſitor, aut deſignator.
Ὅρος, *Horus*. Terminus, meta, limes, definita linea.
Ὑλικός, *Hylicus*. Materialis, materiam exhibens, carnalis, craſſus.
Ὑστέρα, *Hyſtera*. Vulua, vterus.
Ὑπερβατόν, *Hyperbaton*. Verborum & conſtructionis ordo turbatus.
Ὑποκριτής, *Hypocrita*. Mimus, ſimulator, actor, pronunciator, hiſtrio.

L.

Λητώ, *Leto*. Latona, filia Cæi & Phœbes, huius hymnum habes apud Heſiod.
Λόγος, *Logos*. Verbum, ſermo, ratio.
Λόγιον, *Logion*. Oraculum, reſpõſum diuinum, vaticinium.
Λυτρωτής, *Lytrotes*. Redemptor.

M.

Μακαρία, *Macaria*. Beata, Cic. 2. de Fini. Beatus dies.
Μακαριότης, *Macariotes*. Beatitudo, fœlicitas.
Μεταγωγεύς, *Metagogeus*. Qui in vlteriora ducit, transferens, tranſmutans, deducens.
Μητρικός, *Metricus*. Maternus.
Μητροπάτωρ, *Metropator*. Auus maternus, aut ſimul pater & mater.
Μίξις, *Mixis*. Mixtio, temperamentum, coitus.
Μονογενής, *Monogenes*. Vnigenitus, vnicus, genenere ſimplex.
Μονάς, *Monas*. Vnitas, Solitas, ſi permitteret Latinus ſermo.
Μονότης, *Monotes*. Singularitas, ſolitas.

N.

Νοητός, *Noetus*. Cic. de vniuer. Sub intelligentiã cadens. Intelligibilis, mente perceptibilis.
Νοῦς, *Nus*. Cic. de vniuer. Intelligentia: lib. de Senect. Animus, Ingenium, aſtus, pars animæ præcipua. 1. Cor. 14. affectus animi ſeu ſenſus.

O.

Ὀγδοάς, *Ogdoas*. Octonarius numerus.
Ὀφῖται, *Ophitæ*. Serpentini, à ſerpente quem colebant.

P.

Παράκλητος, *Paracletus*. Conſolator, patronus, Ioan. 14. accerſitus & rogatus.
Πάρεδρος, *Paredrus*. Aſſeſſor, cõſiliarius, cuſtos.
Πατρικός, *Patricus*. Paternus.
Πάρεργον, *Parergum*. Operis appendix, acceſſio, & quaſi auctarium quoddam. Quod oſcitanter & negligenter fit.
Πεντάς, *Pentas*. Numerus quinarius.
Πέπων, *Pepo*. & per tranſlationem, fractus, effœminatus, ignauus.
Πίστις, *Piſtis*. fides, certitudo, perſuaſio.
Πιθανολογία, *Pithanologia*. Sermo veriſimilis & perſuaſorius, Coloſſ. 2.
Πλάσμα, *Plaſma*, figmentum, ſimulachrum.
Πλήρωμα, *Pleroma*. Rom. 11. Supplementum, expletio, plenitudo, conſummatio.
Προανεννόητος, *Proanennœtus*. Qui nulla præcogitatione comprehendi poteſt.
Προαρχή, *Proarche*. Ante principium.
Προανυπόστατος, *Proanypoſtatos*. Qui ante non ſubſtiterit.
Προκυλινδομένη, *Procylindomene*. Quæ prius adoratur.
Προβολή, *Probole*. Hîc ſignificat emiſſiones, proiectiones, productiones.
Προπάτωρ, *Propator*. Prior patre.
Προών, *Proon*. Qui prius fuit.
Προύνικος, *Prunicus*. Velox, acer, terribilis.
Πρόγνωσις, *Prognoſis*. Præſcientia, prænotio.
Πρόβλημα, *Problema*. Obex, vallum, agger, quæſtio, propoſitio.
Φίλτρον, *Philtron*. Amatorium veneficium, res ad amorem inducens.
Φρόνησις, *Phroneſis*. Cic. li. de vniuer. Prudentia, ſapientia, intelligentia.
Ψυχικός, *Pſychicus*. Animalis, humanus, Epheſ. 1.

S.

Σιγή, *Sige*. Silentium.
Σοφία, *Sophia*. Sapientia.
Σωτήρ, *Soter*. Cic. 4. in Verrem, qui ſalutẽ dedit.
Σκαρίζω, *Scarizo*. Salto, palpito, turbor, bullio.
Σταυρός, *Stauros*. Crux.
Συμφωνή, *Symphone*. Concentus.
Σύνεσις, *Syneſis*. intelligentia.
Συζυγία, *Syzygia*. Coniugatio.

T.

Τετράς, *Tetras*. Quaternio.
Τελετός, *Teletus*. Perfectus.
Τριάς, *Trias*. Ternio.
Τύπος, *Typus*. Figura.
Θέλημα, *Thelema*. Voluntas.
Θέλησις, *Theleſis*. Voluntas.

Z.

Ζηλωτής, *Zelotes*. Aemulator.
Ζῆλος, *Zelus*. Aemulatio. Cic. 4. Tuſc.
Ζωή, *Zoe*. Vita.

*Hebraicas dictiones ſingulas ſuis locis in Annotationibus explicauimus.*



# SANCTVM IRENEVM RESTITVTVM ET ILLVSTRATVM

FRANCISCO FEV-ARDENTIO, GALLO, FRANCISCANAE *PIETATIS OBSERVANTISSIMO, PARISIIS SORBONAE Theologo, Venerando Patri, Fratri Religioſiſſimo gratulatur*

## GVILIELMVS SALSMANNVS

COLONIENSIS, ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. D. CORIOLANO, EPISCOPO AVSSERENSI, NVNCIO APOSTOLICO COLONIAE RESIDENTI A SACRIS.

*SIC FRANCISCE viges OBSERVANTISSIMVS æqui,*
*AEmulus Aſsiſij, ſub pietate, Patris.*
*Sic FRANCISCE venis FRANCORVM libera proles,*
*O GALLOS pugnax inter habende tuos.*
*SOLIS AVIS meritò patriæ cognomen & vnum;*
*Sole vocat lucem nam velut illa nouo;*
*Tu cœlo reuocas lucem, CHRISTIQVE fluentem*
*Ambroſiam ſtillas, Doctor ô alme, pijs.*
*SOL ardet, Soliſq; inſtar Deus vrit amantem*
*Te, facibuſq; nouis pectora cogit amans:*
*Diceris hinc etiam titulis ARDENTIVS aptis,*
*Sic vt inardeſcat mens tibi tota Deo.*
*Ignis ineſt auibus, leuioraq; corpora reddit;*
*Sic etiam GALLO plurimus ignis ineſt;*
*Criſtatas inter volucres rex imperat ille;*
*Sic doctos regnas inter, amice, viros.*
*SOLIS AVIS prior, eſt Gallorum ductor, & idem*
*Ipſe pater, nomen gentis & vſque tuæ.*
*Tu Gallo es ſimilis; facient te tempora longa*
*Viuacem; moriens viuere namq; potes.*
*Plus fatis poterit diuina ſcientia, Doctor,*
*Perq; illam fatis deinde ſuperſtes eris,*
*Altera SOLIS AVIS, ſemperq; ARDENTIVS ales,*
*Temporis & PHOENIX huius & vſque virûm.*
*Cynnama cùm caſia ſacram proſternis in aram,*
*Atque adeò viues parturiente rogo.*
*Cynnama ſunt monimenta tuæ redolentia famæ,*
*In quibus ingenium condis, opuſq; ſacrum:*
*In quibus ore ſacro cælum cum numine condis,*
*Atque adeò ſeclis debita ſcripta nouis.*
*Vidi ego, ſed vidit mecum Agrippina, coronans*
*Rhenum magnificis mœnibus, atque locis,*
*Quando ſacrorum medius, pulcherq; Magiſtris,*
*Fatidico faceres verba, fideinq; ſono.*
*Quo ſimul impietas tremuit, quo perfidus error;*
*Cui poſuit victum Gallica Lerna caput,*
*Neſcio de Gallis fuerit Sodomiſne coorta,*
*Tiſiphone partu vel rabioſa tuo:*
*CALVINVM dico Caluaſtrum, & nomine Caluo,*
*Et cui Cana fides, poſtea Calua fides.*
*Ecce triumphandum hunc ipſum tibi corripis hoſtem,*
*Fixiſti libris hunc adeoq; tuis;*
*Qui dum Gallorum lingua loquerentur & ore,*
*Vidit eos Latijs cognita Muſa modis:*
*Corripit imperio cùm te verbiſq; benigna:*
*De Gallo Latium quin facis autor opus?*
*Obſequium præſtas, fiunt Latialia verba,*
*Celtarum primo, quæ dedit, ore lepos.*
*Hæc prælo ſubigit Mylius bene ciuis Agrippæ,*
*Artes innumeras extudit ille libris.*
*Poſtea, pauca licet quondam ſcribentis IVDAE*
*Verba, notis profers condecorata nouis.*
*Cum quo ijſdem veluti miles verſatus in armis,*
*Perfidiam carpis, barbariemq; virûm,*
*Qui grege diuiſo ſacrum prædantur ouile,*
*Laniger as CHRISTI ſubijciuntq; lupis.*
*Regia tunc HESTHER, ſceptris admiſſa, toroq;*
*ASSVERI, libris quam dicat alma Fides,*
*Per te ſubiectis monimentis clarior exit;*
*Illuſtras magnum lumen & ipſe tuo.*
*Hîc verum vero ſocias, pia ſcripta reformat*
*Docta manus, HESTHER debet & ipſa tibi.*
*Iſta fuêre ſacri veluti noua claſsica belli,*
*Arma quod expediunt talia ſcripta pijs.*
*Faſtidimus Erin, tibi faſtiditur Enyo,*
*Irenen placuit voce vocare noua.*
*Hinc CALVINE procul, procul hinc crudelis AMANE,*
*Diſq; niger pugnax qui Michaelis eras.*
*IRENEVS adeſt victor cum pace ſerena,*
*Excipit & lauros mitis oliua feras.*
*Huic vigilaſſe ſuum dicat hic, cui caſtra dicauit,*
*Excubias agitat pacis & ante fores.*
*IRENEVS ei tribuit faſtigia palmæ,*
*Nam datus eſt operis huic nitor, atque decor.*
*Quod vetus eſt; primis Patribus quod cognitus illis,*
*Qui CHRISTI hauſerunt auribus ante ſonos.*
*IRENEVS ei placuit, ceu Gallicus autor,*
*LVGDVNVM cuius rexit habena ſacra,*
*Flumen vbi duplex, vrbs vna, ſed vna videri,*
*Vrbibus è multis condita poſſet ea.*
*Agmine præcipiti RHODANVS ſecum arripit illum,*
*Quem dicunt ARARIM tardius ire vadis.*
*Nunc quoque monſtratur collis ſacer, ordine tanto*
*Annorum, ſanguis nam rubefecit eum,*
*IRENEE tuus, cui mors cum ciuibus olim*
*Omnibus vna fuit, vnaq; cauſa Fides.*
*Cum grege Paſtor obit, cum paſtoralibus armis,*
*Albis cum vittis candidus enſe cadit,*
*Pectore quantus, & ore Pater, quàm plenus olympi,*
*Eloquij diues, quàm pietate calens!*
*Scripta manent, etiam ſacer eſt poſt tempora vita,*
*Et ſunt æternum, quæ monimenta, dedit.*
*Heu durum potuêre nefas mandare furentes,*
*HVGONOTARVM nomine quotquot erant;*

*Corpus enim Diui, de corpore vidimus oſſa,*
*Eheu in cineres tum dedit hora nocens.*
*Aſt dextræ labor vſq; manet, verbiq́; fluentis*
*Ambroſia, & cedri deniq; tempus habent.*
*Per ſcelus indignum haud ſoluetur littera diues,*
*Non in vulcanum nobile abibit opus.*
*Gentilem FRANCISCE tuum, gentiſq́; magiſtrum*
*Ergo tuæ, quamuis claruit ante, nouas.*
*Aſſeris à falſo, ne truncet adultera dextra,*
*Addat ne vetitas res aliena manus.*
*Apponiſq́; nouam lucem, & noua ſidera vero,*
*Interpres tanti dignior eſſe Patris.*
*Explorare tuos voluiſti humeroſq́;, manuſq́;,*
*Euentu fueris proſperiore Pater.*
*Sumpſiſtiq́; tuis, multorum haud viribus, aptum*
*Iſtud opus, vitam nunc quoq; fœtus habet.*
*Numinis, imperijq́; ſacri ſub nomine viuet;*
*Laudatur, legitur, iam viget, atq; placet.*
*Te velut amiſſo gemui, cùm limine noſtro*
*Hinc procul, hacq́; procul cum legis vrbe viam,*
*Perq́; LOTHARIGENAS doctâ ſublimis in vrbe,*
*Cum multa ſedem laude docentis habes,*
*Ire tua vt nequeam modò per præcepta docendus,*
*Sacrorum ſtudijs deditus, atq; tibi.*
*Vt memini docuiſſe tuum, argumentaq́; docta,*
*Influit in pectus mobile dulcis amor,*
*Tam ſolidus, tamq́; argutus, tam callidus aſtu*
*Maior, tam fortis ſub ratione pius.*
*Te meus ille, cui me, cui mea debeo, Præſul*
*AVSSARICAE gentis fouit amore pio.*
*Complexu toties, quoties excepit amico,*
*Communes ſecum iuſsit habere dapes,*
*CORIOLANVS hic Aeneadum qui miſſus ab vrbe,*
*Et PETRI claues vſq; gerente Patre,*
*Sacrorum cauſas agit, atque negocia ſumma*
*PONTIFICIS miſſu clarus vbiq; locûm,*
*Quos ALEMANNVS habet, cum MOENO RHENVS, & ALBIS,*
*MOSA, MOSELLA, petens SCALDIS & ipſe fretũ.*
*Tantus, amore tuo & fama flagrabat, vt eſſes*
*Et menſæ, & lateris, colloquijq́; comes.*
*Mirabar vos ſæpe duos quæſita referre,*
*Quæſiti cauſas hic petit, ille docet;*
*Hic docet, ille petit, vicibus reſponſa feruntur,*
*Ex adyto numeris ceu noua verba ſacris.*
*Condimenta fuêre ſacræ quæ ſuauia menſæ;*
*Doctor & Antiſtes mutua verba ſerunt.*
*Sic GARZADORVS, genuit VINCENTIA clarum,*
*AVSSARICVSq́; modò eſt, diſſerit, atq; docet,*
*Iunctior hoc etiam, docilis per Gallica quondam*
*Verſatus multum quando Licea fuit,*
*Felſineamq́; prius ſtudijs florentibus vrbem,*
*Quæ ſtudij mater dicitur eſſe Bona.*
*Poſtea PARHISIOS excelſa mente petiuit,*
*Gallica ne deſit laurea fortè viro.*
*Hoc meminiſſe iuuat; tecum partitur amores*
*Muſarum, Galli eſt ſic lepor oris ei.*
*Credere SORBONAM potui conſtare duobus*
*Vobis, SORBONAE tu quoq; Doctor eras.*
*Aula mei Domini poterit SORBONA videri,*
*Namq; patet doctis, ſemper aperta pijs.*
*Præ ſtudijs ſacris Domino nîl gratius vnquam,*
*Succedunt ſacris hiſce minora quoq;.*
*Temporis annales antiqui callet, & orbis*
*Mores, & populûm iura, ſituſq́; vagos.*
*Seq́; gerit Græcum, radijs deſcribit & orbem*
*Arte Syracuſia, ſidera menſus habet.*
*Harmoniam nouit numeris, & vocibus aptam,*
*Pierides ſacræ quin comitantur eum.*
*Meq́; etiam lucos Parnaſsi attollit in altos,*
*Et facit audentem greſsibus ipſe ſuis.*
*Doctus amat doctos: FRANCISCE Ardentiùs ergo*
*Te numero cœpit doctus habere ſuo.*
*Quando Palæſtinam profers HESTHERA, potitam*
*Sceptri dimidio, Perſa, toriq; tui.*
*Artis opus, pietatis opus, memorabile cunctis,*
*Nunc argumento nobiliuſq́; tuo.*
*CORIOLANVS huic prælucet, nomen herile,*
*Et vindex operis fronte videndus adeſt;*
*Sacraſti huic etenim. iam maior nuncius ornat*
*Te FRANCISCE, noui eſt famaq́; magna libri.*
*En IRENEVS per te rediuiuus & auctus,*
*Par IRENEO ſit tua fama precor.*

S. FRANCISCVS ASSISIAS repræſentatus in FRANCISCO FEV-ARDENTIO.

*SERAPHICO flagrans olim FRANCISCVS ab igne*
*Vmber, ſidereo nunc velut igne micat:*
*Alter FRANCISCVS nunc eſt ARDENTIVS illi*
*Alite SERAPHICO flagrat & vſque Deo.*

SACRARVM LITERARVM ſtudióſo Lectori.

*SVnt quorum in ſcriptis facundia plurima lucet,*
*Sed qui ſynceræ nil pietatis habent.*
*Sunt etiam quorum pia ſcripta probantur: at ipſos*
*Horrida barbaries delituiſſe iubet.*
*Hos IRENAEVS longo anteit interuallo:*
*Siue placet grauitas, ſeu pietatis honos.*
*Monſtrorum vindex ſuperans Alceida triumphis,*
*Gnoſtica cui calamo victa Chimæra iacet.*
*Is lacer & mutilus fuerat qui corpore toto,*
*Comptus & ornatus nunc ſubit ora virûm.*
*Is labor artificis, retulit qui nomen ab IGNE*
*ARDENTI, noſtræ floſq́; decuſq́; togæ.*
*Miraris? ſic vita placet, ſic lingua probatur,*
*Monſtret vt ardentes flamma ſepulta rogos.*

F. Gilb. Rondreux Franciſcanus
Theol. Monlucenſis.

ΕἸΣ ΦΡΑΝΓΚΙ'ΣΚΟΝ ΠΥΡΑΙ'ΘΩΝΑ τὸν θεολόγον καὶ ἐκκλησιαστὴν εὐσεβέστατον καὶ ἐπισημότατον.

Πῦρ μὲν ἄνω φέρεται καὶ οὐρανοῦ ἅπτεται αὖτις.
Θεσπιδαὲς πανόλως πῦρ θεὸς ἐμφάνεν.
Οὔνομα σοῦ πυρόεν, καὶ σὴ κράσις αἰθαλόεσσα,
Σὸς δὲ νόος σελαγεῖ φωτὸς ἀπ' αἰθερίου.
Ὅσσα θεοπνεύστοις ὀμφαῖς, πυριλαμπεῖ μύθῳ,
Αἰθόμενος μέμαας, Ζωπυρέει φθιμένους.
Καὶ μάκαρ Εἰρηναῖος ἐν αὐτοῦ μνήμασιν αὐγήν.
Σοῦ πυρὸς αἰσθάνεται τοῦ δὲ θεοφλεγέος.
Οἷος δ' ἦν ἔργῳ τε λόγῳ τε πυρίπνοος ἀνήρ,
Πυρκαέων φλογόεις αἱρετικῶν ἐλατήρ.
Τοῖος ἔφυς, νέος ὤν, νοερῷ πυρὶ πάντα καθαίρων.
Ἄσβεστον τόδε πῦρ πόσσα καὶ εἶτα φανεῖ?

Ν. Γουλωνίου. Αὐρ. Γαμβ.

DOXO-

# DOXOLOGIA SAPPHICA IN BEATISS. MARTYREM IRENAEVM, HORVM librorum auctorem.

*O Decus cœli, generoſe Doctor,*
*Solis obſcurans radios nitore,*
*Quî ſatis dignas celebrare laudes*
*Carmine quibo?*
*Obſtupent ſenſus, fugit omne robur,*
*Lingua muteſcit, ratio laborat,*
*Cùm rei pondus, ſeriemq́; verbis*
*Dicere tento.*
*Nam quis, ô Martyr, tua facta certet*
*Eloqui? quæ te ſatis ora tollant,*
*Et tuas laudes noua concinendo*
*Carmina fingant?*
*Hoc tamen ſupplex modulabor ipſe,*
*Quod tua fretus pietate conor:*
*Tu foue dulci modò nos clientes*
*Nectare cœli.*
*Vnguibus Chriſtum teneris amaſti,*
*Tu fidem ſacram tenuiſti, & ipſis*
*Litteris pollens, cupijſti adire*
*Culmina cœli.*
*Tu Deo ſoli voluiſti adeſſe,*
*Quæq́; erant ſemper redamans honeſta,*
*Vnicum ſemper ſtudium, & voluptas,*
*Fidere Chriſto.*
*Abnuit lautè genium fouere,*
*Et ſimul fœdæ Veneri litare,*
*Abnuit pronæ quoque amœna carnis*
*Gaudia ferre.*
*Rectè opes largas, fragileſq́; ſprêſti,*
*Quæ ſuis obſunt dominis: relictæ*
*Non enim placare Deum valebunt*
*Tempore mortis.*
*Symbolum in primo rutilanti agone*
*Præbet inſigne, egregiumq́; honoris*
*Barbaros formans facili tyrannos*
*Dogmate Chriſti.*
*Rite ſubducto hic faciem rubore*
*Porrigens, toruis loquitur tyrannis*
*Prædicat Chriſtum Dominum, Deumq́;*
*Chriſticolarum.*
*Non minas horret, gladios, ſecures,*
*Vngulas, ignes, lapideſq́; duros,*
*Barbarus tortor latus omne carpat,*
*Vincet Ieſus.*
*Sufficit: quicquid faciant tyranni,*
*Sanguinem fundant, lacerentq́; membra,*
*Tum ſuum virtus referet trophæum*
*Omine fauſto.*
*Arte virtutis, fideiq́; ſcuto*
*Tectus, horrendas didicit domare*
*Hæreſes, caſtis domuitq́; prauos*
*Ictibus hoſtes.*
*Qui Deum ſanctè, reuerenter & qui*
*Ipſius perſtant in amore firmi,*
*Hos bonus ſemper, placiduſq́; ſummo*
*Spectat olympo.*
*Inuidus toruo micat (ab) furore*
*Marcion, falſi pariter ſodales,*
*Cùm vident tantùm aſsiduò magiſtrum*
*Sancta docere.*
*Cedat hîc tetrum genus inuidorum*
*Dæmonum, ceſſet rabies nephanda,*
*Martyr hic noſter ſiquidem ſub omni*
*Grandine creſcet.*
*Quid? boni ciues, populuſq́; Chriſti*
*Feruidus ſeruat cineres ſepulchro,*
*Seruat amplectens tumulo beati*
*Martyris oſſa.*
*Mortuum credunt, tamen is reuixit,*
*Hunc colunt docti, volitat per orbem*
*Acriter pſeudo quatiens prophetas*
*Dogmate ſancto.*
*Gratus es Chriſto ſiquidem benigno,*
*Quiſq́; tot laudum cumulos loquatur?*
*Quos tuos vltra numeret triumphos?*
*Nemo profectò*
*Martyrum ſi quis placeat tonanti,*
*Et ſimul cœlum mereatur altum,*
*Dignus exiſtis, fateor beatas*
*Scandere ſedes.*
*Si ſonent linguæ totidem, quot aſtra*
*Emicant, vel quot mare fert arenas,*
*Non erunt laudi, meritiſq́; tantis*
*Sufficientes.*
*Accipe ô tandem querulos precatus,*
*Et tuos ſpecta famulos ab alto,*
*Fac tuis pro tot meritis iuuemur*
*Omne per æuum.*

F. Iacobus Alo
Franciſc. ponebat.

IN LAVDEM REVEREND.mi ET SEREN.mi PRINCIPIS, AC DOMINI, *D. Caroli à Lotharingia, Cardinalis ampliſsimi, S. D. N. P. Legati à latere, Metenſis, & Argentinenſis Epiſcopi Carmen:*

AD R.dum PATREM, ET EXIMIVM Magiſtrum noſtrum P. Franciſcum Feu-ardentium, Sacræ Theologiæ Parrhiſijs ante has tempeſtates Profeſſorem.

*VRges me calamo (Doctor) celebrare Lothringum*
*Nomen, & ingentis recludere Principis acta*
*Viribus inualidum: non hæc mea munera; docti*
*Mæonidæ fuerant, celebris vel cura Maronis;*
*Tanta viri virtus, & claris gloria factis:*
*Quid facerem? quando tua iuſſa capeſſere fas eſt,*
*Aggrediar: mentem veſtro date more Sorores.*
*CAROLVS hic magni genus alto à ſanguine CARLI,*
*Nobilitate potens, quid non pietate, quid armis*
*Non præſtat? quid non antiquæ laudis in illo*
*Cernis, cui longè cedit ſuperata vetuſtas?*
*In quo miraris nulli conceſſa priorum,*
*Seu Charitum ſpectes chariſsima munera, ſiue*
*Quicquid habet Phœbæa cohors, quod Martia bellis*
*Turba valet, ratione poteſt; O mira poteſtas*
*Conſilij! nec enim taceo quid Marte furenti*
*Profuit Armatis, vt clari caſtra Parentis,*
*Vt Fratrum generoſa cohors, vt Guyſia virtus*
*Millia multa darent letho, dum plurima multis*
*Iam conſtructa annis acies Theutonica diro*
*Milite compleret latè loca, ſtrenuus omnes*
*Aduertendo virûm technas, & mente ſagaci*
*Perpendens quid agendo breui ſuperarier hoſtis,*
*Quiq; Dei nollet, iuga dira ſubire Charontis*
*Poſſet, & in Stygijs faſtum deponeret vndis.*
*Ante aras humili primùm prece numen adorat,*
*Inq; ſacris, votisq; Deo verſatur agendis,*
*Deuotumq; mouet populum deuotior ipſe,*
*Sat memoratus opis diuinæ; poſtea caſtris*
*Vires adiungit monitis; audacior inde*
*Factus Miles adit Superis inuiſa malorum*
*Caſtra virûm, vincit, frangitq;, fugatq;, fugaces*
*Inſequitur; pereunt immanis turba ſuperbæ*
*Gentis; & immenſum currit citò fama per orbem.*
*Sic tuus, ô Doctor, malè cautas cautior artes*
*Artibus eludens Heros melioribus, omnes*
*Hoſtibus eripuit validis, & pace beauit.*
*At quibus auſpicijs tanto inſignitus honore*
*Procedit populis multum mirandus? & vnde*
*Vel cur ſunt ipſi tot credita munera? dicam.*
*Audierat Præſul ſummus facta inclyta magni*
*Præſulis, & formæ quantum decus eſſet in illo,*
*Quantaq; vis animi, laudauerat; ecce ſuperno*
*Numine motus ait, quid adhuc tam clara Lothringi*
*Principis acta manent meritis priuata trophæis?*
*Dignus erat rebus multò melioribus; ergo*
*Huc veniat, nec enim voti non compos abibit.*
*Paruit Antiſtes, venitq; per ampla Sororis*
*Tecta (Ducem quam diues habet Florentia) Romam.*
*Hic loca ſancta citò deuotè viſitat, atque*
*Vt grates referunt grati, ſic numina templis*
*Agnoſcit, ſteterant rebus quæ ſemper in arctis.*
*Hinc ad Pontificem ſummum deflectit; at ille*
*Vt claros vidit vultus, nobis ades, inquit,*
*Pax tibi, paxq; tuis, ô ter chariſsime, nobis*
*Exoptatus ades; cauſas aduerte: tametſi*
*Cæleſtum vis magna; Deus, qui regnat olympo*
*Perpetuis annis, poſsit licet omnia ſolus,*
*Humanis vti voluit bonus ille Miniſtris.*
*Nitamur, quibus eſt curæ prouincia, firmis*
*Præſidijs noſtro prompti ſuccurrere ſeclo:*
*Viribus hîc opus eſt, animis, & pectore; cerno,*
*Heu cerno ruptis inter ſe legibus vrbes*
*Multas, & populos ad prælia magna moueri.*
*Lerna ſuos edit fœtus; decurre laborem*
*Incœptum, pereatq; tuis malè vipera telis;*
*Gratus eris Diuis; te cælo certa manebunt*
*Præmia; nos capiti meritum diadema decoro*
*Ponemus, dignumq; tibi dabit illud honorem.*
*Attamen iſtud erit non parui muneris, æquo*
*Partibus vt noſtris animo fungare Lothringis*
*Finibus, & populos cogas ad iura rebelles;*
*Et quibus in Superos deuotio creſcit, eoſdem*
*Confirmes; doceas in relligione manere,*
*Subueniasq; rati, quæ iam ſuperantibus vndis*
*Cedit, victa nouis, quas cernis adeſſe, procellis.*
*Dixerat; attento fari ſic incipit Heros:*
*Deficerent vires nobis (Pater alme) labores*
*Munus habet multos; at enim ſperare licebit;*
*Omnipotens nil non poterit; nos illius imo*
*Pectore depoſcemus opem; nos illius æris*
*Debita ſoluemus; noſtri miſerebitur, atq;*
*Perfringet laqueum, quo nititur hæreticorum*
*Gens inimica boni; nec me ſententia fallet.*
*O vates! ô ſpes operum ſubnixa bonorum*
*Vi, certaq; fide; docet hîc, docet exitus ingens*
*Multa Deum veris præſtare fidelibus, iſtud*
*Nouit lethali ſerpentum ſola veneno*
*Libera, ſola vacans reptante Lothringia peſte;*
*Metenſis nouit firmis Eccleſia cœptis*
*Conſtans: nouit item varijs erroribus acta*
*Argentina, diu falſo ſeducta priorum*
*Dogmate, quanta malis impendant fulmina, quantis*
*Inuoluat ſeſe veſana libido periclis.*
*Gens etenim diuiſa fuit, pars altera magnum*
*Legerat Heroem, pars altera fraude nefandi*
*Cœperat Hæretici varios renouare tumultus;*
*Horrida tentabant non cautè bella feroces*
*Heluetij, phaleris pubes Germana ſuperbis*
*Incedebat agris, populisq; infeſta; ſuasq;*
*Gallia quiſquilias Caluo mittebat amicas.*
*At Princeps armis multò melioribus vſus,*
*Reddidit imbelles, & pacis ad æqua coegit*
*Fœdera præcipites alti virtute Tonantis.*
*Nec mirum; ſiquidem vultu, facieq; decora*
*Pulchrior eſt animus conſeruans corpora caſtæ*
*Caſta pudicitiæ, (quæ rara Potentibus;) inde*
*Spiritus ille Dei, quo ducitur; inde ſuorum*
*Cura virûm, pietas, lenitas, qua mente benigna*
*Syncerus faciles cunctis accommodat aures;*
*Hinc pax, atque ſalus; Nobis hic alter ab illo*
*Irenæus erit; cui tu modò ſancta dicaſti*
*Sancti ſcripta viri; durus qui malleus olim*
*Extitit Hæreſeon: quem tu (Reuerende) loquentem*
*Græcis græca facis, pariterq; latina Latinis.*
*Hæc igitur (nec enim credo quin talia quodam*
*Ex diuis monumenta retexeris auſpice:) tradis;*
*Vt populi tanto moueantur Principe, certo*
*Tramite ſyncerǽ fidei gradiantur, & alto*
*Fœlices poſsint æternùm viuere cælo.*

CLAVD. CHEV. Stainuill.



# DIVI IRENÆI LVGDVNENSIS EPISCOPI CAPITA LIBRI PRIMI CONTRA HAERESES.


*1 NArratio omnis argumenti diſcipulorum Valentini.*
*2 Expoſitio prædicationis veritatis, quam ab Apoſtolis Eccleſia* percipiens cuſtodit.* (*prædicãs)
*3 Oſtenſio neq; plus, neque minus de ea quæ eſt fide, poſſe quoſdam dicere.*
*4 Secundum quid fiat, putare alios quidem plus, alios verò minus agnitionis habere.*
*5 Quæ* eſt Valentini ſententia, in qua diſcrepant aduerſus eum diſcipuli eius.* (*ſit)
*6 Quæ ſunt in quibus non conſonant aduerſus inuicem hi qui ſunt à Valentino omnes.*
*7 Qualis conuerſatio ipſorum, & quæ eſt figuratio vitæ.*
*8 Quæ * eſt Colarbaſeorum & Marci doctrina.* (*ſit)
*9 Quæ eſt induſtria Marci, & quæ ſunt quæ ab eo fiunt.*
*10 Quemadmodum quidam ex eis per numeros, et per ſyllabas, & per literas conantur conſtituere eam, quæ eſt ſecundum eos *argumentationem.* (*agnitionẽ)
*11 Quomodo ſoluunt parabolas.*
*12 Quemadmodum conuerſationẽ ſecundum figuram eius,* qui apud eos eſt Pleroma, exponunt* factum.* (*quæ) (*factam)
*13 Quemadmodum ea quæ ſunt in lege, in ſuum transferunt figmentum.*
*14 Quemadmodum incognitũ hominibus conantur inducere Patrem.*
*15 Quibus ex ſcripturis teſtimonijs vtuntur.*
*16 De redemptione ſua quanta dicunt & faciunt.*
*17 Scripturas tam canonicas quàm apocryphas ad figmentorum ſuorum aſſertionem detorquebant.*
*18 Quot modi ſunt apud eos regenerationis: & quemadmodum imbuant eos qui ſibi credunt, & quibus ſermonibus vtuntur.*
*19 Quod eſt propoſitum omnibus hæreticis, & quò tendunt.*
*20 Quæ Simonis Samaritæ magi doctrina.*
*21 Quæ eſt Menandri ſententia, & quæ operationes ipſorum.*
*22 Relatio eius quæ eſt ſecundum Saturninum doctrinæ.*
*23 Quæ eſt Baſilidis argumentatio.*
*24 Quæ eſt Carpocratis doctrina, & quæ operationes ipſorum qui ab eo ſunt omnium.*
*25 Qualis eſt doctrina Cerinthi.*
*26 Quæ eſt Ebionitarum doctrina.*
*27 Quæ ſunt Nicolaitarum opera.*
*28 Quæ eſt Cerdonis ſententia.*
*29 Quæ ſunt quæ Marcion docuerit.*
*30 Quæ eſt Continentium auerſatio.*
*31 Qualis Tatiani doctrina.*
*32 Vnde hi, qui differentias induxerunt, acceperunt occaſionem.*
*33 Quibus temporibus fuerint omnes qui prædicti ſunt, & à quibus initia & doctrinas acceperunt.*
*34 Quæ genera Gnoſticorum, & quæ ſecundum eos ſententiæ.*
*35 Quæ eſt Ophitarum & Caianorum irreligioſitas & impudentia, & vnde conſcripta ipſorum.*

# DIVI IRENAEI EPISCOPI LVGDVNENSIS ADVERSVS HAERESES LIbri primi Capita, quæ reperiri potuerunt.

*Ex Epiphanio hæreſ. 31.*

*Hactenus pauca hæc percurri, quæ ſequuntur ex ijs, quæ ſcripſit vir ille, de quo loquuti ſumus, ſeruus Dei, Irenæus inquam, ea integrè apponam. Sic autem habet.*

NOVA INTERPRETATIO IACOBI BILlij, *Abbatis S. Michaelis in Eremo.*

A QVONIAM nonnulli repudiata veritate, ſermones & genealogias vanas inducunt, quæ quidem quæſtiones potius, vt Apoſtolus ait, præſtant, quã ædificationem Dei, quæ in fide eſt, ac per probabilitatem ſubdolè comparatam, ſeducunt mentẽ imperitiorũ, eosq́; deprauandis oraculis diuinis, ijsq́; quæ rectè dicta ſunt, malè exponẽdis, captiuos trahunt, ſcientiæq́; prætextu multos euertũt, atq; ab eo qui vniuerſitatẽ hanc condidit & exornauit, abducunt, perinde videlicet ac ſublimius aliquid, & præſtantius oſtendere poſſint, quàm Deus, qui cælum & terrã, & omnia, quæ eorum cõplexu continẽtur, effecit: ſcito quidem illi atq; ad perſuadendum appoſito verborum artificio eos, quorum ſimplex ingenium eſt, ad quærendi modũ illicientes, cæterùm inſcitè ac præpoſterè perniciem eis afferentes, hoc nimirum nomine, quòd cõtumelioſam & impiam eorum ſententiã, in ſummum illum rerum omnium Conditorem efficiunt, vt qui falſum à vero diſcernere nequeant, (B neque enim fraus & impoſtura ſeorſim oſtenditur, ne alioqui velut detractis veſtibus perſpicuè ſe prodat: verùm illecebroſo amictu callidè adornata, id aſſequitur, vt per externam ſpeciẽ apud imperitiores verior quoq; veritate ipſa eſſe videatur: quemadmodũ de huiuſmodi hominibus, à quodã me præſtantiore dictum eſt, quòd ſmaragdo, præclaro alioqui lapidi, ingentiſq́; apud quoſdam pretij, vitrũm, artis induſtria ad eius ſimilitudinẽ elaboratũ, dedecus infert, cùm haudquaquam præſtò eſt, qui explorare, atque artis ſolertia, id quod verſutè factũm eſt, deprehendere queat. Cùm autem æs argento immixtũ fuerit, quis tandem erit, qui facilè atq; incorruptè id explorare poſſit?) Quocirca ne culpa noſtra nonnulli, tanquam oues à lupis, abripiantur, eos nimirũ ob externum ouillæ pellis integumentum, haudquaquam a-C gnoſcentes (quos nobis vitandos eſſe Dominus præcepit) vt qui eadem quidem loquantur, ſed non eadẽ ſentiant, neceſſarium duxi, cùm in Valentini diſcipulorum, vt ipſi aiunt, cõmentarios incidiſſem, atq; etiã cum nonnullis ipſorum pedem contuliſſem, quidq́; ſentirent percepiſſem, prodigioſa & profunda eorum myſteria, quæ non omnes capiunt, quia non omnes cerebrum expuerunt, tibi, vir mihi chariſſime, indicare: vt ea tu quoque, cùm ex me didiceris, omnibus ijs, qui tecum verſantur, patefacias, eoſq́; moneas, vt ab amentiæ, blaſphemiæq́; in Chriſtũ voragine ſibi caueant. Et verò pro virili noſtra, tum eorum, qui nunc perperã docẽt, hoc eſt Ptolemęi, ſententiã, quæ Valentini ſcholæ velut floſculus eſt, breuiter ac dilucidè referemus, tũ pro facultatis noſtræ mediocritate, anſam tibi ad eam euertendam porrigemus, abſurda, atq; à veritate abſona eſſe demonſtrantes, ea quæ ab illis afferuntur. Nõ ꝙ ſcribendi vſu exerciti ſumus, aut dicẽdi artem coluerimus: ſed ꝙ nos charitas hortetur, vt tibi, omnibuſq́; qui tecũ ſunt, doctrinas eas indicemus, quę cũ hactenus in abſtruſo

# ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΛΟΥΓΔΟΥΝΟΥ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΠΡΟΣ τὰς αἱρέσεις λόγου τὰ εὑρισκόμενα.

Ἐκ τοῦ Ἐπιφανίου αἱρέσ. λα.

Ἕως δὲ τούτου τὰ ὀλίγα ταῦτα διεξελθών, τὰ ἑξῆς ἀπὸ τῶν τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς δούλου Θεοῦ, Εἰρηναίου δέ φημι, τὴν παράθεσιν ὁλοσχερῶς ποιήσομαι. Ἔχει δὲ οὕτως.

A Ἐπὶ * τὴν ἀλήθειαν παραπεμπόμενοί τινες, ἐπεισάγουσι λόγους * καὶ γενεαλογίας ματαίας, αἵτινες ζητήσεις μᾶλλον παρέχουσι, καθὼς ὁ ἀπόστολος φησίν, ἢ οἰκοδομὴν θεοῦ τὴν ἐν πίστει, καὶ διὰ τῆς πανούργως συγκεκροτημένης πιθανότητος παράγουσι τὸν νοῦν τῶν ἀπειροτέρων, καὶ αἰχμαλωτίζουσιν αὐτούς, ῥαδιουργοῦντες τὰ λόγια κυρίου, ἐξηγηταὶ κακοὶ τῶν καλῶς εἰρημένων γινόμενοι, καὶ πολλοὺς ἀνατρέπουσιν ἀπάγοντες αὐτοὺς προφάσει γνώσεως, ἀπὸ τοῦ τόδε τὸ πᾶν συστησαμένου καὶ κεκοσμηκότος, ὡς ὑψηλότερόν τι καὶ μεῖζον ἔχοντες ἐπιδεῖξαι τοῦ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς πεποιηκότος θεοῦ, πιθανῶς μὲν ἐπαγόμενοι διὰ λόγων τέχνης τοὺς ἀκεραίους εἰς τὸν τοῦ ζητεῖν τρόπον, ἀπιθάνως δὲ ἀπολλύντες αὐτοὺς ἐν τῷ βλάσφημον καὶ ἀσεβῆ τὴν γνώμην αὐτῶν κατασκευάζειν εἰς τὸν δημιουργόν, * μὴ δὲ ὄντως διακρίνειν δυναμένων τὸ ψεῦδος ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς· ἡ γὰρ πλάνη καθ' αὑτὴν μὲν οὐκ ἐπιδείκνυται, ἵνα μὴ γυμνωθεῖσα γένηται κατάφωρος· B πιθανῷ δὲ περιβλήματι πανούργως κοσμουμένη, καὶ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀληθεστέραν ἑαυτὴν παρέχειν * φαίνεσθαι διὰ τὴν ἔξωθεν φαντασίαν τοῖς ἀπειροτέροις, καθὼς ὑπὸ τοῦ κρείττονος ἡμῶν εἴρηται ἐπὶ τῶν τοιούτων, ὅτι λίθον τὸν τίμιον σμάραγδον ὄντα, καὶ πολυτίμητον τισὶν ὕαλος ἐνυβρίζει διὰ τέχνης παρομοιουμένη, ὁπόταν μὴ παρῇ ὁ σθένων δοκιμάσαι, καὶ τέχνῃ διελέγξαι τὴν πανούργως γενομένην. ὅταν δὲ ἐπιμιγῇ ὁ χαλκὸς εἰς τὸν ἄργυρον, τίς εὐκόλως δυνήσεται τοῦτον ἀκεραίως δοκιμάσαι; ἵνα οὖν μὴ τὴν ἡμετέραν αἰτίαν συναρπάζωνταί τινες ὡς πρόβατα ὑπὸ λύκων, ἀγνοοῦντες αὐτοὺς διὰ τὴν ἔξωθεν τῆς προβατείου δορᾶς * ἐπιβουλήν, οὓς φυλάσσειν παρήγγελκεν ἡμῖν ὁ κύριος, ὅμοια μὲν λαλοῦντας, ἀνόμοια δὲ φρονοῦντας· ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἐντυχὼν τοῖς ὑπομνήμασι τῶν, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, Οὐαλεντίνου μαθητῶν, C ἐνίοις δὲ αὐτῶν καὶ συμβαλών, καὶ καταλαβόμενος τὴν γνώμην αὐτῶν, μηνῦσαί σοι ἀγαπητὲ τὰ τερατώδη καὶ βαθέα μυστήρια, ἃ οὐ πάντες χωροῦσιν, ἐπεὶ μὴ πάντες τὸν ἐγκέφαλον ἐξεπτύκασιν, ὅπως καὶ σὺ μαθὼν αὐτὰ πᾶσι τοῖς μετὰ σοῦ φανερὰ ποιήσῃς, καὶ παραινέσῃς αὐτοῖς φυλάξασθαι τὸν βυθὸν τῆς ἀνοίας, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν βλασφημίας. καὶ καθὼς δύναμις ἡμῖν τήν τε γνώμην αὐτῶν τῶν νῦν παραδιδασκόντων, (λέγω δὴ τῶν περὶ Πτολεμαῖον, ἀπάνθισμα οὖσαν τῆς Οὐαλεντίνου σχολῆς) συντόμως καὶ σαφῶς ἀπαγγελοῦμεν, καὶ ἀφορμὰς δώσομεν κατὰ τὴν ἡμετέραν μετριότητα, πρὸς τὸ ἀνατρέπειν αὐτήν, ἀλλόκοτα, καὶ ἀνάρμοστα τῇ ἀληθείᾳ ἐπιδεικνύντες τὰ ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα, μήτε συγγράφειν εἰθισμένοι, μήτε λόγων τέχνην ἠσκηκότες· ἀγάπης δὲ ἡμᾶς προτρεπομένης, σοί τε καὶ πᾶσι τοῖς μετὰ σοῦ μηνῦσαι τὰ μέχρι μὲν νῦν κεκρυμ-

* Ἐπεί
* ψεύδεις
* μὴ διακρίνειν
* φαίνεται
* ἐπιβολήν.





# [1] DIVI IRENAEI EPISCOPI LVGDVNENSIS, ET MARTYRIS, * ADVERSVS HAERESES VALENTINI SIMILIVMQVE,

*CONTRA OMNES HAERESES LIBRI QVINQVE.

## *Liber Primus.*

## PRÆFATIO.

A QVATENVS[2] veritatem refutantes quidam inducunt verba falſa, & [3] genealogias infinitas, quæ quæſtiones magis præſtãt, quemadmodum Apoſtolus ait, quàm ædificationem DEI, quæ eſt in fide: & per eam quæ eſt ſubdolè [4] exercitata ] veriſimilitudo, tranſducunt ſenſum eorum, qui ſunt inexpertiores, & in captiuitatem ducunt eos, falſantes [5] verba ] Domini, [6] interpretatores mali eorum, quæ bene dicta ſunt, effecti: & multos euertunt, attrahentes eos ſub occaſione agnitionis ab eo, qui hanc vniuerſitatem conſtituit & ordinauit; quaſi altius aliquid & maius habentes oſtendere, quàm eum, qui cælum & terram, & omnia quæ in eis ſunt, fecit; ſuadenter quidem illi illiciunt per [7] verborum artem ] ſimpliciores ad requirendi modum, malè autem perdunt eos [8] in eo quod blaſphemam ] & impiam ipſorum ſententiam faciant in Fabricatorem, B non diſcernere valentium verum à falſo. Error enim ſecundum ſemetipſum non oſtenditur, ] ne denudatus fiat comprehenſibilis, ſuaſorio autem cooperimento ſubdolè adornatus, & ipſa veritate (ridiculum eſt dicere) veriorem ſemetipſum * præſtat, vt decipiat exteriori phantaſmate rudiores: [9] quemadmodum à meliore nobis dictum eſt de huiuſmodi. * Quomodo lapidem pretioſum ſmaragdum magni precij apud quoſdam, vitreum in eius contumeliam per artem aſſimilatum, quoadvſque non adeſt, qui poteſt probare, & artificium arguere, quod ſubdolè ſit factum. Quum enim commixtum fuerit æramentum argento, quis facilè poterit, rudis cùm ſit, hoc probare? Igitur ne fortè & [10] cum noſtro delicto abripiantur quidam quaſi oues à lupis, ignorantes eos propter exterius [11] ouilis pellis ſuperindumentum, à quibus cauere denunciauit nobis Dominus, ſimilia [12] quidem nobis loquentes, diſſimilia verò ſentientes: neceſſarium duxi, [13] cùm legerim Commentarios ipſorum, quem-C admodum ipſi dicunt, Valentini diſcipulorum, quibuſdam autem ipſorum & congreſſus, & apprehendens ſentẽtiam ipſorum, manifeſtare tibi, Dilectiſſime, portentuoſiſſima & altiſſima myſteria eorum, quæ non omnes capiunt, quia non omnes cerebrum habent, vt & tu cognoſcens ea omnibus his, qui ſunt tecum, manifeſta facias, & præcipias eis obſeruare ſe à profundo inſenſationis, & eius quæ eſt in DEVM blaſphemationis. Et quantum nobis virtutis adeſt, ſententiam ipſorum, qui nunc aliud docent, dico autem eorum, [14] qui ſunt circa Ptolemæum, qui eſt velut floſculus Valentini ſcholæ, compendioſè, & manifeſtè [15] oſtendemus ] [16] & alijs occaſiones dabimus ſecundum noſtram mediocritatem ad euertendum eam, non * conſtantia neque apta veritati oſtendentes ea, quæ ab ijs dicuntur: [17] neque conſcribere conſueti, neque qui ſermonum arti ſtuduerimus: dilectione autem nos adhortante, & tibi & omnibus qui ſunt tecum manifeſtare, quæ vſque adhuc erant abſconſa, iam

1. Tim. 1. 4.
2. Tim. 2. 23.
Pſal. 145. 6.
Apoc. 14. 7.
* præfert.
* Quoniã.
Matt. 7. 15.
Act. 20. 29.
Scopus Authoris & operis.
* ſtantia.

abſtruſo delituerint, nunc Dei beneficio in lucē venerunt. Nihil enim opertum eſt, quod nō reueletur, neq; abſconditum, quod non ſciatur. Nec verò facies, vt à nobis, qui inter Gallos degimus, atq; in barbara lingua vt plurimùm operam ponimus, verborum artificium, quod non didicimus, expoſcas: nec vim conſcriptoris, in qua cōparanda non elaborauimus: nec dictionum ornamentum, nec perſuadendi facultatē, cuius expertes & ignari ſumus. Verùm, ea quæ ſimpliciter, & verè, ac vulgari ſermone, beneuolo tamen animo, ad te ſcripta ſunt, tu quoq; pari animi beneuolentia accipies, eaq; ipſe, vtpote nobis eruditior, quaſi ſemina quædā, & initia à nobis accepta, apud te amplificabis, atq; in mentis tuæ latifundio, quæ breuiter à nobis dicta ſunt, vberius efferes, quæque nos imbecillè narrauimus, ea tu ijs, quibuſcū tibi conſuetudo eſt, nō ſine robore declarabis. Et quemadmodum nos, flagitante te iampridē, quænam ipſorum ſentētia eſſet intelligere, ſtuduimus, ſedulò non modò eam tibi perſpicuam reddere, ſed ad ipſius falſitatem cōmonſtrandā, facultates ſuppeditare: eodē modo tu quoq; pro ea gratia, quam à Domino conſequutus es, promptè, atq; obnixo ſtudio cæteris inſeruies: vt homines non iam amplius eorum oratione ad perſuadendum comparata diſtrahantur. Eſt autem ea huiuſmodi:

μένα, ἤδη δὲ κατὰ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ εἰς φανερὸν ἐληλυθότα διδάγματα. οὐδὲν γάρ ἐστι κεκαλυμμένον, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται, καὶ κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται. οὐκ ἐπιζητήσεις δὲ παρ' ἡμῶν τῶν ἐν * δέλφοις διατριβόντων, καὶ βάρβαρον διάλεκτον τὸ πλεῖστον ἀσχολουμένων λόγων τέχνην, ἣν οὐκ ἐμάθομεν, οὔτε δύναμιν συγγραφέως, ἣν οὐκ ἠσκήσαμεν, οὔτε καλλωπισμὸν λέξεων, οὔτε πιθανότητα ἣν οὐκ οἴδαμεν· ἀλλὰ ἁπλῶς καὶ ἀληθῶς καὶ ἰδιωτικῶς τὰ μετὰ ἀγάπης σοι γραφέντα μετὰ ἀγάπης σὺ προσδέξῃ, καὶ αὐτὸς αὐξήσεις αὐτὰ παρὰ σεαυτῷ, ἅτε ἱκανότερος ἡμῶν τυγχάνων· οἱονεὶ σπέρματα καὶ ἀρχὰς λαβὼν παρ' ἡμῶν, καὶ ἐν τῷ πλάτει σου τοῦ νοῦ ἐπὶ πολὺ καρποφορήσεις τὰ δι' ὀλίγων ὑφ' ἡμῶν εἰρημένα, καὶ δυνατῶς παραστήσεις τοῖς μετὰ σοῦ τὰ * ἀσθενὲς ὑφ' ἡμῶν ἀπηγγελμένα. καὶ ὡς ἡμεῖς ἐφιλοτιμήθημεν πάλαι ζητοῦντός σου μαθεῖν τὴν γνώμην αὐτῶν μὴ μόνον σοι ποιῆσαι φανερὰν, ἀλλὰ καὶ ἐφόδια δοῦναι πρὸς τὸ ἐπιδεικνύειν αὐτὴν ψευδῆ· οὕτω δὲ καὶ σὺ φιλοτίμως τοῖς λοιποῖς διακονήσεις, κατὰ τὴν χάριν τὴν ὑπὸ τοῦ κυρίου σοι δεδομένην εἰς τὸ μηκέτι παρασύρεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ τῆς ἐκείνων πιθανολογίας οὔσης τοιαύτης.

* κέλταις

* ἀσθενῶς

SCHOLIA D. BILLII IN Procœmium Irenæi.

QVoniam nonnulli] *Græci exemplaris vitium, à Gallaſio non animaduerſum, denſas ei nebulas offundit. Legendum enim eſt* ἐπεὶ, *non* ἐπὶ, *vt facilè perſpiciet, qui propiùs animum attenderit. Longiſſima autem eſt hæc periodus, vtpotè in quam multa Irenæus inculcarit. Potuiſſet enim breuiter ita dicere: Quoniam nonnulli falſas doctrinas inuehunt, eas tibi indicandas duxi, vt eas ijs, qui tecum verſantur, perſpicuas facias, deſq; operam ne quiſquam in prodigioſos huiuſmodi errores præceps ruat.*

Repudiata veritate] τὴν ἀλήθειαν παραπεμπόμενοι, *id eſt, vt Apoſtolus loquitur,* ἀποστρεφόμενοι, *reijcientes, auerſantes: non, vt ineptè vertit Gallaſius, præter ius faſq; demiſſi.*

Falſos] *Addo* ψευδεῖς *in Græco ex vet. interp.*

Deprauandis] ῥᾳδιουργεῖν τὰ θεῖα λόγια, *eſt oracula diuina mala fide exponere. Verba ſunt Apoſtoli 2. Tim. 2.*

Inſcitè] ἀπιθάνως, *inſcitè, frigidè, parum ad perſuadēdum appoſitè.*

Vt qui falſum] *In Græco pro* μηδὲ ἐν τῷ διακρίνειν, *legendum* μὴ διακρίνειν. *quemadmodum etiam habet vetus tranſlatio, vt quidem nunc extat.*

Fraus & impoſtura] πλάνη *enim idem eſt quod* ἀπάθη.

Eſſe videatur] *in Græc. pro* φαίνεσθαι, *legendū* φαίνεται.

Artis ſolertia] *vetus interpres legiſſe videtur* τέχνην *in Accuſatiuo. Vertit enim artificium arguere, quod ſubdolè ſit factum.*

Integumentum] ἐπιβολὴν *lego, non* ἐπιβουλὴν, *aſtipulante etiam veteri interprete, qui vertit ſuperindumentum.*

Cerebrū expuerunt] *id eſt, ingenij perſpicacia præditi ſunt. Vel etiam contrario modo, vt idem ſit cerebrum expuiſſe, quod cerebro carere. Prior tamen ſenſus mihi ſimplicior ac rectior videtur. Exiſtimo enim hoc velle Irenæum, idcirco non omnes capaces eſſe doctrinæ Valentinianæ, quòd multi ſaniore ſint cerebro, quàm vt portentoſa huiuſmodi dogmata audire ſuſtineant.*

Voraginem] βύθον. *alludit iam ad Bythum, de quo mox verba facturus eſt:* βύθος *enim profundum ſignificat.*

Inter Gallos] *in Græ. pro* δελφοῖς, κέλταις *reſtituendū eſt.*

Imbecilliter] *legendum in Græco* ἀσθενῶς.

IN PRAEFATIONEM NOtæ ex aduerſarijs Frontonis Ducęi.

QVatenus veritatem] *Reſtitutus eſt hic locus ex emendatione V. C. Iac. Billij, reiecta Gallaſij interpretatione, qui vertit,* Nonnulli in veritatem præter ius & fas emiſsi, introducunt fabulas. *At enim vt aliquo tibicine ruinoſum parietem fulciret, vel potius vt ſe in ipſo limine defeciſſe oſtenderet, congeſsit exempla, vt verbum* παραπέμπεσθαι *doceret de ijs accipiendum, qui falſo prætextu in veritatem ipſam emiſsi ſunt, nullamq; miſsionem aut vocationem legitimam habent falſi Doctores, ſed præter rationem & ordinem à Satana emiſsi ſunt, quos & hic auctor dicit* παραδιδάσκειν, *vt à Demoſthene* παραπρεσβεία, *falſa legatio appellatur. Atqui eum vel ipſa vulgata Lexica docere potuerūt,* παραπέμπειν *idem eſſe quot ſpernere vel reijcere. Eſther cap. 13. verſ. 3.* παραπέμποντας διηνεκῶς τὰ τῶν βασιλέων διατάγματα. *Clem. Alexan. 3. Pæd.* ἡδονῆς ἕνεκα λέγεσθαι παραπεμπτέον. *Gregor. Nazian.* παραπέμπεσθαι σιωπῇ. *Chryſoſt* παραπεμπόμεθα τὰς αὐτῶν ἱκετηρίας. *Hæc ideò repetenda fuerunt, ne quis ei aſſentiatur, hoc tanquam ariete valido veteris interpretis auctoritatem primo impetu labefactanti: quem ſi conſulere ſæpius grauatus non eſſet, tot nouis erroribus Cornarij interpretationem non deprauaſſet, neq; id nobis negotij exhibuiſſet, vt quàm plurima, quæ ab ipſo fuerant immutata, vel ex collatione Baſilienſis editionis Epiphanij M. D. X L I V. vel ex doctiſſ. Billij ſcholijs, vel ex noſtra coniectura, duce veteri interprete, reſtituenda ſupereſſent. Porrò* veritatem refutantes, *dixit, quomodo & Cicero, refutetur ac reijciatur Philoctetæus ille clamor, & non modò non aſpernari, ac refutare, ſed complecti.*

Verba falſa] *Rectè monet Billius addendum eſſe* ψευδεῖς *poſt* λόγους, *quod tamen in eius interpretatione*



ſa, iam autem ſecundùm gratiam Dei, in manifeſtum venerunt doctrinæ ipſorum. Nihil enim eſt opertum, quod non manifeſtabitur; & nihil abſconſum, quod non cognoſcetur.[18] Non autem exquires à nobis,[19] qui apud Celtas commoramur, & in barbarum ſermonem plerumque auocamur, orationis artem quam non didicimus, neq; vim conſcriptoris, quam non affectauimus; neque ornamentum verborum, neq; ſuadelam quam neſcimus: ſed ſimpliciter & verè &[20] idioticè ea, quæ tibi cum dilectione ſcripta ſunt, cum dilectione percipies, & ipſe augeas ea penes te, vt magis idoneus quàm nos, quaſi ſemen & initia accipiens à nobis: & in latitudine[21] ſenſus tui in multum fructificabis ea, quæ in paucis à nobis dicta ſunt, * & potenter aſſeres ijs, qui tecum ſunt ea, quæ inualidè à nobis relata ſunt. Et quemadmodum nos elaborauimus olim, quærenti tibi diſcere ſententiam eorum, non ſolùm facere tibi manifeſtam,[22] ſed & ſubminiſtrationem dare, vti oſtenderemus eam falſam: ſic & tu efficaciter reliquis miniſtrabis ſecundum gratiam, quæ tibi à Domino data eſt, vt iam non abſtrahantur homines ab illorum ſuadela, quæ eſt talis.

Matt. 10.26. Luc. 8.17. & 12.2.

* vt potenter aſſeras.

*pretatione ſiue typographi, ſiue amanuenſis eius culpa prætermiſſum eſt vocabulum, in qua ſic potes ſcribere,* ſermones falſos & genealogias vanas inducunt. *tametſi vetus interpres non* ματαίας *legiſſe videtur, ſed* ἀπεράντους, *dū vertit, infinitas: vt eſt apud Ambroſium 1. ad Timoth. 1. v. 4. Latina vulg. genealogijs interminatis: Tertull. de præſcript. cùm genealogias indeterminatas nominat, Valentinus agnoſcitur. Cornarius etiā vocem* ψευδεῖς *videtur legiſſe: ſcribit enim,* ſermones falſos, & genealogias vanas. Vitreū in eius contumeliam] *Græcè* ὕαλος, *vitrum, vt apud Hieronymum Epiſt. 8. in prouerbio, quod natum videtur ex hac conſuetudine adulterandi gemmas: Tanti, vt dicitur, vitrum, quanti margaritum? Sed apud Tertullianum ad Martyras cap. 4. legimus: Tanti vitreum? quanti verum margaritum? ne in vſu tantum putetur hæc vox numero multitud. apud Plin. & Petron. vitrea fracta.*

Rudis cùm ſit.] *Interpres legiſſe videtur* ἀκέραιος, *non* ἀκεραίως, ſimplex cùm ſit, *nō,* incorruptè, ſyncerè: *ita paulò ante,* φαίνεται τοῖς ἀφελεστέροις, vt decipiat rudiores.

Quæ eſt in Deum blaſphemationis] *Græcus liber habet,* εἰς χριστὸν βλασφημίας, *vetus legiſſe videtur,* εἰς θεόν. *Paulo ante pro,* ἐπεὶ μὴ πάντες τὸν ἐγκέφαλον ἐξεπτύκασιν, *reddidit,* quia nō omnes cerebrum habent, *quod priorem expoſitionem Billij confirmat, quaſi idem ſit expuiſſe cerebrum, quod ingenij perſpicacia præditum eſſe, ſiue, vt monet Gallaſius, ductum ſit hoc genus loquēdi à medicis, qui grauata humoribus capita tum errhinis, tum alijs remedijs pituitam & ſputa educentibus repurgare ſolent: ſiue ab ijs, qui natura cerebrum non habent ijs humoribus impeditū: ideò ergo hæc conuincit, quia non omnes ſuo Marte illa deprehendere poſſunt. nam cùm addit,* vt & tu cognoſcens ea, omnibus manifeſta facias, *profectò videtur velle ea cognoſci portenta, vt ipſorum abſurditate perſpecta vitentur, ac damnentur. Vt cùm quis, quod porrigitur pro gemma vitrū, nouerit eſſe vitrum, reijcit protinus & contemnit. Irenæus lib. 1. ca. 35. aduerſus eos victoria eſt, ſententiæ eorum manifeſtatio. Hieron. ad Cteſiphontem, ſententias veſtras prodidiſſe, ſuperaſſe eſt.*

ANNOTATIONES R. P. FR. Feu-ardentij.

* DIRENAEI] *Hanc vulgatam librorū D. Irenæi inſcriptionem initio mihi ſuſpectam reddiderat, non ſolùm vetus codex manuſcriptus, qui paulò diuerſam habet, vt in margine ſignauimus; verùm etiam Euſebius, qui hos nominat* Ἐλέγχου καὶ ἀνατροπῆς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως βιβλία πέντε, *Reprehenſionis ac euerſionis falsò nominatæ ſcientiæ libros quinque. Subſcribunt ei Andreas Cæſarienſis & Arethas in cap. 16. Apocalypſis. Oecumenius quoq; Ioan. Hentenio interprete, eoſdem appellat, Libros aduerſus falsò dictam ſapientiam. Item: Confutationem falsò dictæ ſcientiæ. Sed amplius me mouerat idem Irenæus, qui Præfatione in librum ſecundum ad hanc inſcriptionē alludens, ait, ſe Arguere falſi nominis agnitionem. Et paulò poſt eandem ita confirmat: Quod ſit detectio & euerſio ſententiæ ipſorum (hæreticorum,) operis huius conſcriptionē ita titulauimus. Rurſumq; Præfatione in librum quartum idem ait: Hunc quartum librum tranſmittens tibi operis, quod eſt de detectione & euerſione falſæ cognitionis. Et iterum, ad quarti libri finem ſcribit: Integrum tibi opus exprobrationis & euerſionis falsò cognominatæ agnitionis, præſtante Deo, præbebimus. Præfatione deniq; in librum quintum ait: In hoc lib. 5. qui eſt de traductione operis vniuerſi, & euerſione falsò cognominatæ agnitionis & cæt. quibus aſsignata per Euſebium inſcriptio dilucidè probatur. Conſtat præterea, Irenæum* Ἔλεγχον *ad librum primū, in quo hæreticorum errores retegit tantùm;* Ἀνατροπὴν *autem ad ſequentes quatuor, in quibus plurimis grauiſsimiſq; diſputationibus eos reuincit, concinnè retuliſſe.*

Lib. 5. hiſt. 1. cap. 6.

I 2. primæ Petri, & in Epiſt. Iudæ.

*Quia tamen pro eadem vulgata Latinaq; inſcriptione facit, quod apud eundem Euſebium prius in eodem capite, ita citātur Græcè, vt fert vetus inſcriptio: rurſuſq; libro quarto Hiſtoriæ, c. 10. idem dicit:* ταῦτα δὲ φησιν ἐν δευτέρῳ τῶν πρὸς αἱρέσεις: *& ca. 14.* οὗτος ἔχουσιν ἀπὸ τοῦ τρίτου τῶν πρὸς αἱρέσεις. *Hæc dicit in tertio aduerſus hæreſes libro. Idemq; rurſum Euſebius, interprete Rufino, eiuſdem libri c. 17. 22. & 27. appellat libros contra hæreſes: inſuper, Cyrillus Ieroſol. Inſtitutiones contra hæreſes: Hierony. quoq; in Catalogo, item Theodoreti & Procopij Gazæi interpretes, libros contra hæreſes: Anaſtaſius Nicenus, Sermones cōtra hæreſes: idem poſtremò Irenæus ſcribat, Qui iſtas hæreſes expugnārit, cæteras omnes facilè euerſurum: hanc eandē vulgatam, antiquam inſcriptionem etiam nunc cū vetere interprete retinendam exiſtimo: vt Græcis fragmentis altera præfigenda eſſet. Hæc enim eò videtur mihi elegantior, quòd alluſionem habeat ad Gnoſticorum appellationem, ſimulq; Apoſtoli Pauli conueniat verbis, quibus euitandas ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως grauiter ſancteq; præmonet.*

Catech. 16. Dialog. 1. In c. 3. Gen. Quæſtion. in Scriptur.

1. Quatenus veritatem refutantes quidam.] *Longum eſt huius principij hyperbatum, ſed huic auctori familiare, librorum præcipuè initijs: nec poteſt hîc facilè deprehendi, atq; in Græco. Ego ibi tamdiu lectorem ſuſpendi membrorum multitudine, longaq; illa parētheſi, ex Patrum aliquo familiari fortaſſe, potius quàm ſcripto ſermone arbitror, donec ad verbū præcipuum* ἀναγκαῖον ἡγησάμην, *veniatur. Omnino autem* ἐπεὶ *legen-*

*legendum eſſe apparet, ijdemq́; Irenæo ſunt* παραπεμπόμενοι ἀλήθειαν, *qui Paulo ad Titum 1.* ἀποστρεφόμενοι. *Fuiſſet igitur pura magis & facilis interpretatio ſi,* Quoniam veritatem auerſantes quidam dixiſſet interpres: *ſed venerandam & retinendam veterem interpretationem vel eo ſum arbitratus, quòd quæ Græca ſuperſunt fragmenta, atq; etiam integrum opus, ſiquando Græcè in lucem prodeat, emendare, multisq́; locis reſtituere poſſit.*

3. Genealogias infinitas.] *Inanibus Iudæorum fabulis, & Genealogijs interminatis, quibus attendere prohibet Apoſtolus, aptiſſimè comparat Gnoſticorum deliramenta. Siquidem oracula Prophetarum Rabbini detorquebant ad impura ſomnia, quibus totum orbem longè lateq́; iam peruaganti Apoſtolicæ prædicationi de Chriſto vero Meſſia, tetram caliginem offunderent. Archiſynagogus Trypho apud Iuſtinum dicit, Meſſiam nullam poteſtatem habiturum, imò ne ſeipſum quidem agniturum, donec venerit Helias, qui vnctione ipſum inauguret.* Primo homini affingebāt duas vxores (*ait Auguſtinus*) ex quibus genealogias infinitas texebant, & infructuoſiſſimas quæſtiones. *Vaniora verò & deteriora iſtis, audebant contra fidei noſtræ præcipua capita Gnoſticorū anteſignani. Simon omnium horum caput Selenen, alij vocant Helenam, quandam ſibi è proſtibulo aſſumptam mulierculam, Mineruam; ſe verò Iouem inter gentes; Deum patrem inter Samaritanos; & filium Dei apud Iudæos, autumabat; nec deerant, qui fidem dictis adhiberent. Teſtis eſt ſtatua, quam nomini illius erexerunt Romani, cū hac inſcriptione,* SIMONI DEO SANCTO. *Teſtis & Nero Imperat. qui in eius gratiam Petrum Apoſt. neci tradidit. Nicolaitarum impuritates, Ophitarū idolomaniæ, Carpocratis fœditates, Caineorum impietates, & Marcionis blaſphemiæ, Iudaica commenta multis paraſangis anteuertebant. Quid vtilitatis conferebant Baſilidis, & Valentini coniugationes AEonum, Profundi, Silentij, Pleromatis, Syncraſeos, Propatoris fabulæ, Ogdoadum, Decadum, & Duodecadum omnibus labyrintis inextricabiliores anfractus? Iſthæc igitur, & cætera id genus portenta, meritò auerſari docemur.*

*Lib. 2. cont. aduerſ. legis ca. 1.*

*Iuſtinus Apolog. 2. Auguſt. lib. de Hære.*

4. Exercitata] *Ita vetus codex: deleuimus autem,* exercita. *Vult verò artem perſuadendi, qua in naſſam ſuam multos pertrahebant Gnoſtici, veteratoriè inſtructam, & non niſi ad fraudem ab illis comparatam fuiſſe.*

5. Verba Domini] *Deleuimus* verbū, *authoritate veteris codicis, cui conſentit lectio Græca apud Epipha.* τὰ λόγια *habēs.*

6. Interpretatores mali.] *Errores non ex ſacrarum literarum fonte, ſed peruerſarum interpretationum lacunis hauriri oſtendit: qua de re Vigilius Martyr lib. 2. contra Eutychen his verbis conqueritur:* Origo cunctarum impietatum hæc eſt, dum cæleſtium dictorum virtus, vitio malæ intelligentiæ temerata, non ſecundum qualitatem ſui ſenſus perpenditur, ſed in alias res pro arbitrio legentis, ſecus quàm veri ratio poſtulat, deriuatur. *Et poſt pauca:* Maximè dolendum hominem inde impium fieri, vnde alius pius exiſtit: inde miſerabiles captiuitatis ſortiri ęrumnas, vnde libertas acquiritur. Nunquam igitur nos terreant, aut ſibi blandiantur, *ait Hieronymus,* ſi de ſcripturarum capitulis, ſibi videntur affirmare quod dicunt: cùm & Diabolus de ſcripturis aliqua ſit locutus, & Scripturæ non in legendo conſiſtant, ſed in intelligendo.

*Apolog. contra Lucif.*

7. Per verborum artem.] *Expunximus,* per bonorum morem, *aliàs,* mortem, *quod ſuppoſuerat Eraſmus, qui ſi Epiphanium conſuluiſſet, ab eo legendum eſſe didiciſſet,* διὰ λόγων τέχνης: *conſentit Epiphanio vetus co. Porrò, loci huius optimus interpres erit Tertullianus ſcribens, illos errones importunè inculcaſſe illud,* Quærite & inuenietis; *quo anxia curioſitate Catholicorum animos ſpreta Eccleſiæ doctrina, ad inueſtigandum alium Deum, retroactis ſeculis ignotum concitarent, & ſic eos in caſſes ſuas pertraherent. At nobis, infit ille,* curioſitate opus non eſt poſt Chriſtum Ieſum, nec inquiſitione poſt Euangelium. Cæterùm, ſi quærere debemus, quando finis quærendi? Vbi ſtatio credendi? Vbi expunctio inueniendi? Apud Marcionē? Sed & Valentinus proponit, Quærite & inuenietis. Apud Valētinum? Sed & Apelles hac me pronunciatione pulſauit, & Ebion, & Simon, & omnes ex ordine non habent aliud quo ſe mihi inſinuantes, me ſibi adducant, &cæt. *Obſeruandum, hæreticos ſinuoſi anguis illius halitum ſpirantes, variarum quæſtionum machinis, ſimpliciorum mentes perpetuò pulſaſſe,* Quare, & Quomodo, *Iudaica vocabula continuè occinentes: quæ à fidei rebus procul releganda, ante Theophylactum, & Cyrillum Alex. multis ſeculis docuit Iuſtinus Martyr lib. de Trinit.*

*Lib. Præſcript.*

*In 6. c. Ioan.*

8. In eo quod blaſphemam.] *Viginti tres has voces, veteris co. authoritate; & Græcorū miro conſenſu reſtituimus: deleuimus autem,* iniqui, & impiam ſententiam ipſorum factā non oſtendunt.

9. Quemadmodum à meliore nobis.] *Obſeruauit pridem Euſebius lib. 5. hiſt. Irenæum, cuiuſdam Viri Apoſtolici, cuius nomen reticet, ſermonum frequenter meminiſſe: quod ex cap. 11. libri huius; 19. & 35. tertij; & 45. quarti clarū eſt. Quis autem ille ſit, cùm Euſebij acerrimum iudicium fugerit, non à me expectes. Id tantum auſim affirmare, nuſquā illa quæ recitat, in publicatis libris eorum, quæ ætatem illius præceſſerunt, inueniri. Perſpicis interea, B. hunc Martyrem, non tantùm Scripta, ſed & Tradita à Patribus, aduerſus hæreſes producere.*

*Cæterùm, non ſolus Irenæus, ſed & Tertullianus apertè notat Valentinianos non apertè aut candidè propoſita ſua prædicaſſe; ſed multis ſtrophis et ambagibus occultaſſe.* Nihil magis curant, *inquit,* quàm occultare, quod prædicant, ſi tamen prædicant, qui occultant. *Deinde, illa comparans cū Eleuſinijs gentilium ſacris, quæ ob ſui fœditatem occultabantur, ſubdit, iſtos ſanctis nominibus, & titulis, & argumentis veræ religionis vaniſſima atq; turpiſſima figmenta ſua configuraſſe, &c.*

*L. aduer. Valent. cap. 1.*

10. Ne fortè & cum noſtro delicto.] *Eccleſiarum paſtores, Dominicæ illius cōminationis ſubmonere videtur, qua ſanguis pereuntium de manibus illorum repoſcetur: cuius terror querulosas, & vberioribus lacrymis interlitas voces has excuſſit Auguſtino, cùm in cōſortium Epiſcopatus vocaretur à Valerio:* Nihil apud Deum miſerius, triſtius, & dānabilius, Epiſcopi, Preſbyteri, aut Diaconi officio, ſi perfunctoriè res agatur. *Sacer Ignatius ſcribit, Epiſcopum non tam ſui ipſius eſſe, quàm aliorum. Hinc eligendus Ambroſius, fugam meditatur: Ammonius, aurem ſibi amputat: Sineſius, hoc miniſterio multas præeligit mortes: ſe ſe occultat Baſilius magnus: Chryſoſtomus, quantum poteſt onus detrectat: & quidam apud B. Hieronymum formidat, ne de dānatorum numero eſſet, ſi Epiſcopus fuiſſet. Horrendum illud fulgur, nunc à multis inane ſpectrū exiſtimari videtur.*

*Epiſt. 148.*

*Epiſt. 1.*

*Paul. in vit. Ambroſ.*

*Niceph. li. 11.*

*Epiſt. 11.*

*Chryſoſt. lib. de ſacer.*

*In reg. Mona.*

11. Ouilis pellis.] *Niſi legas* ouillæ, *id eſt, ouinæ (eſt enim vtrumq; vſitatum) Solœciſmus eſt: habet tamen* ouilis, *vetus co.*

*Cæterùm, hunc Irenæi locum egregiè æmulatum ac interpretatum eſſe exiſtimo Cyrillum Ieroſol. Catecheſi quarta, his ex interprete verbis: quæ etiam ſequentem illuſtrabunt notam. Imitatur virtutem*



*tutem improbitas, & zizania contendit triticum videri: quod quidem ſpecie quadam tritico aſſimilatur, guſtu autem à ſentientibus facilè diſcernitur. Et diabolus quoq; transformatur in Angelum lucis, vt homines cæcitatis caligine, & incredulitatis peſtilentia irretiat. Multi lupi obambulant in veſtimentis ouium, & veſtes quidem ouium nanciſcuntur: ſed non vngues aut dentes. Ac pelle quidem manſueta induti, ſpecie probitatis decipiunt: pernicioſum verò venenum, ex dentibus emittunt. Opus eſt igitur diuina gratia, & ſobria mente, & vigilantibus oculis, ne zizanijs pro tritico veſcentes, imprudenter pereamus: neve lupum exiſtimantes eſſe ouem, capiamur: neve perditorem noſtrum diabolum, bonum eſſe Angelum putantes, deglutiamur. Ad id etiam ſpectat, quod Cyprianus martyr refert Nouatianos hæreticos, luporum more tenebroſam caliginem optaſſe, qua facilè poſſent ferina ſua crudelitate, oues à paſtoribus direptas, tenebroſis ſpeluncis ſuis laniare. De hisque ac ſimilibus Dominum prædixiſſe: Multos rapaces lupos eſſe venturos ſub pellibus ouium. Et alibi ſcribit, huiuſmodi animarum proditores, mentiri vt fallant, blandiri vt noceant, bona promittere vt malum tribuant, & vitam polliceri vt perimant. Epiſtola ad plebem, de quinque Presbyteris ſchiſmaticis. Legatur & Chryſoſtomus, tomo primo, Homilia de Ieiunijs & Geneſeos lectione.*

*Epiſt. ad Nouatianum.*

12. Similia quidem nobis loquentes.] *Et aliam fraudē Gnoſticorum retegit, qua prima verborum ſpecie, cum Orthodoxis facere videbantur; reipſa tamen ſimpliciorum oculos præſtigiatorum inſtar, tantùm perſtringebant, longè diuerſa ſentientes. Cauendum ſemper igitur ab hæreticis, ne incautis imponant,* quia quando vrgeri cœperint, aut ſcribendum illis fuerit, *ait Hieronymus,* miras ſtrophas videas: ſic verba temperant, ſic ordinem vertunt, & ambigua quæque concinnant, vt & noſtra, & aduerſariorum confeſſionem teneant, vt aliter hæreticus, aliter Catholicus audiat. *Pelagianos huius fraudis ita reos agit idem:* Aliud audiunt cubiculorum ſecreta, aliud roſtrorum populi, &c. *Quàm ſtrenuè hoc idem præſtent, inter poſteriorum Gnoſticorum ſectas Sacramentarij, nemo neſcit. Vocibus quidem, Deum omnipotentem eſſe; veræ carnis Chriſti ſubſtantiam nobis offerri; Chriſtum ad inferos deſcendiſſe; & alia permulta nobiſcum credere ſe fingunt: interpretationibus verò pugnantibus & planè blaſphemis, adiectis, vaniſſimos & pernicioſiſſimos ſe oſtendunt illuſores.* Fides verò pura, *ſcribit idem Hieronymus,* non quærit ſtrophas: quod ſimpliciter creditur, ſimpliciter confitendum eſt. *Et Tertullianus, contra Valentinianos:* Nihil veritas erubeſcit, niſi tantum abſcondi.

*Epiſt. ad Oceanum & Pammā.*

*Epiſt. ad Cteſiphontem.*

*Epi. ad Theophilum.*

13. Cùm legerim commentarios ipſorum] *Non ſolùm ergo Valentinus hæreſiarcha quædam ſcriptis euulgauit, velut Euangelium, Pſalmos, & Sophiam vt eſt apud Tertullianum, Clementem Alexandr. ac Epiphan. verùm etiam diſcipulos habuit polygraphos, quorum Commentarios poſt Irenæum ſe legiſſe profitetur Tertullianus libro de carne Chriſti, cap. 15. 16. 17. & 20. An verò lectio librorum hæreticorum quibuſuis permittenda ſit, diſcutiemus poſtea.*

*L. Præſcrip.*

*L. 2. Strom.*

14. Qui ſunt circa Ptolemæum] *De hoc plura refert idem Irenæus ad finem capitis libri primi: item libro ſecundo capite quarto et quadrageſimo. Tertullianus ſub calcem libri Præſ. ſcribit eum cum Valentino per omnia ſenſiſſe, adiectis tantùm octo nouis AEonibus ad triginta, et negando AEonem 30 exceſſiſſe de Pleromate. Eiuſdem rurſum meminit libro adu. Valent. capit. quarto, octauo, & duodecimo. Nicetas Choniates libro quarto theſauri orthodoxiæ, cap. quinto, teſtatur hunc Bytho, quem Deum vocabat, duas affinxiſſe coniuges, Ennœam ſeu cogitationem, & Thelema ſeu voluntatem. Inſuper, epiſtola ad Floram (quam tranſcripſit Epiphanius) in Moſis legem inuectum, ſolum Decalogum veluti à Deo datum hominibus, admittendum eſſe. Huius porrò errores poſt Irenæum, ſolidè refellunt Epiphanius, Euthymius, Nicetas, & Theodorus Scutariotes.*

15. Oſtendemus.] *Quia Græca vox* ἀπαγγελοῦμεν, *eſt futuri temporis, & ita legit vetus codex, loco deiecimus* oſtendimus.

16. Et alijs occaſiones dabimus.] *Cupit omnes alios qui ſcribendi & dicendi arte pollebant, ſuo exemplo aduerſus hæreticos decertare, & nullo pacto in eorum ſceleribus maximis conniuere. Gloriatur Hieronymus ſe nunquam hæreticis pepercisse, ſed omni egiſſe ſtudio, vt hoſtes Eccleſiæ, ſui quoque fierent, in Proœmio Dialo. contra Pelagian. Hortatur idem, Auguſtin. ad eum data epiſtola, pro ſigno maximæ gloriæ ducere, quòd eum omnes hæretici deteſtarentur, ſecumque pari odio proſequerentur, vt quos gladijs nequibant, votis ſaltem interficerent.*

17. Neque ſcribere conſueti] *Non ineptè forſan quis ex hoc diuinare poſſet, hos quinque Libros primum eſſe fœtum Irenæi, quem ſub annum Chriſti centeſimum octogeſimum, Pontificatus verò Eleutherij Papæ ſecundum, emiſerit aduerſus Valentinum: antequam in Florinum & Blaſtum eiuſdem impietatis ſectatores ſtylum acueret.*

18. Non autem exquires à nobis.] *Obſerua, Patres veritati & ſimplicitati, magis quàm eloquentiæ ſtuduiſſe. Hinc Cyprianus epiſt. ad Donatum:* In concione pro roſtris, opulenta facundia volubili ambitione iactetur: cùm autem de Deo vox eſt, vocis pura ſynceritas, non eloquentiæ viribus nititur ad fidei argumenta, ſed rebus. *Et Auguſtinus, quarto de Doctrin. Chriſtian. cap. decimoquinto.* Agat, Doctor eccle. quantum poteſt vt intelligenter, vt libenter, vt obedienter audiatur: & hæc ſe poſſe, pietate magis orationum, quàm Oratorum facultate non dubitet, vt orando pro ſe, ac pro illis quos eſt allocuturus, ſit orator, antequam doctor.

19. Qui apud Celtas] *Plinius libro quarto, cap. decimoſeptimo ſcribit Galliæ comatæ tertiam partem Celticam et Lugdunenſem vocari, eam nimirum quæ eſt inter Sequanam et Garumnam. De his infra libro primo, capite tertio, annot. 5. & apud Tertul. lib. de anima ca. 57. item Strabonem, Pomponium, Cæſarem &c.*

20. Idioticè.] *Id eſt vulgari more, vel forſan rectius, priuatim: vt referatur ad pronomen* tibi.

21. Et in latitudine ſenſus tui.] *Apertius, Et pro ingenij tui fœcunditate, quæ paucis à nobis dicta ſunt, vberiora longè facies.*

22. Subminiſtrationem date.] *Græcè* ἐφόδια δοῦναι, *eleganter dicimus, viaticum præbere. Hîc idem quod* ἀφορμὴν, *opitulationem, auxilium, aut ſubſidium ſignificat.*

# ADVMBRATIO QVÆDAM QVINDECIM COPVLATIONVM, SEV CONIVGATIONVM TRIGINTA AEONVM PLEROMATIS GNOSTICO-*rum, quas primo capite deſcribit Irenæus.*

Pleromatis vniuerſi AEones 3 0. diuiduntur in:

- Ογδοάδα, quam *Octonationem* vocat: in qua copulantur,
  - 1. Βυθὸς καὶ Σιγὴ, id eſt, Profunditas & Silentium: quæ etiam Propatorem & Charin: Proarchen & Ennœam appellant.
  - 2. Νοῦς καὶ Ἀλήθεια, id eſt, Mens & Veritas.
  - 3. Λόγος καὶ ζωὴ, id eſt, Verbum & Vita.
  - 4. Ἄνθρωπος καὶ ἐκκλησία, id eſt, Homo & Eccleſia.
- Δεκάδα, id eſt, decẽnarium numerum. Nam ex λόγῳ καὶ τῇ ζωῇ, id eſt, Verbo & Vita, ortum ducunt & copulantur adinuicem hi AEones decem:
  - Βύθιος καὶ Μίξις, id eſt, Profundum & Mixtura.
  - Ἀγήρατος καὶ ἕνωσις, id eſt, Qui omni ſenio caret & Vnio.
  - Αὐτοφυὴς καὶ ἡδονὴ, id eſt, Ex ſe natus & Voluptas.
  - Ἀκίνητος καὶ Σύγκρασις, id eſt, Immobilis & Temperatura.
  - Μονογενὴς καὶ Μακαρία, id eſt, Vnigenitus & Beata.
- Δωδεκάδα, id eſt, duodenarium numerum. Nam ex Ἀνθρώπῳ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ, id eſt, Homine & Eccleſia prodeunt & coniũguntur duodecim Aeones iſti.
  - Παράκλητος καὶ Πίστις, id eſt, Cõſolator & Fides.
  - Πατρικὸς καὶ Ἐλπὶς, id eſt, Paternus, & Spes.
  - Μητρικὸς καὶ ἀγάπη, id eſt, Maternus & Charitas.
  - Αἶνος καὶ Σύνεσις, id eſt, Laus & Intelligentia.
  - Θελητὸς καὶ Σοφία, id eſt, Perfectus & Sapientia.
  - Ἐκκλησιαστικὸς καὶ Μακαριότης, id eſt, Eccleſiaſticus & Beatitudo.

De his verò figmentis quid ſtatuendum ſit, cùm alibi, tum maximè libro ſecundo, cap. 6. 7. 14. 15. 16. 18. 19. 20. 24. docet fuſiſſimè Irenæus: & nos ſuis locis indicabimus.

VALEN-



# VALENTINI PLEROMA TRICENARIAE DIVINITATIS, SIVE XXX. AEONVM, PER TRIA TABVLATA à Rhenano & Pamelio, iuxta Tertulliani mentem, diſpoſitum.

## TABVLATVM SVPERIVS.

- *Ogdoas AEonum.*
  - *Tetras prima:*
    - *Bythos & Syge*
    - *Nus & Veritas*
  - *Tetras ſecunda:*
    - *Sermo & Vita* — *Decas*
      - *Bythios & Mixis*
      - *Ageratos & Henoſis*
      - *Autophyes & Hedone*
      - *Acinetos & Syncraſis*
      - *Monogenes & Macaria.*
    - *Homo & Eccleſia* — *Dodecas*
      - *Paracletus & Piſtis*
      - *Patricos & Elpis*
      - *Metricos & Agape*
      - *Ainos & Syneſis*
      - *Eccleſiaſticus & Macariotes*
      - *Theletus & Sophia.*

*Chriſtus & Spiritus Sanctus.* — *Duo AEones poſteriores.*

*AEon ex omnibus conflatus* — IESVS, *qui &* SOTER.

*Horos cuſtos Pleromatis ex ſolo Bythio productus.*

*Angeli ſatellites.*

## TABVLATVM MEDIVM, QVI ET LOCVS MEDIETATIS, ET VACVVM DICITVR EPICVRI.

- *Ex Sophia XXX. AEone* — *Achamoth*
  - *Materialis Subſtantia ex eius paſſione.*
  - *Animalis Subſtantia ex eius conuerſione.*
  - *Spiritalis Subſtantia ex eius imaginatione.*

## TABVLATVM INFIMVM, QVOD ET SABBATHVM, SIVE SOLIVM DEMIVRGI.

- *Ex Achamoth & animali Subſtantia.*
  - *Demiurgus cum Chriſto filio ſuo.*
  - *Cælum I.*
  - *Cælum II.*
  - *Cælum III.*
  - *Cælum IV. ſeu Paradiſus.*
  - *Cælum V.*
  - *Cælum VI.*
  - *Cælum VII.*
- *Item*
  - *Ignis*
  - *Aer*
  - *Aqua*
  - *Terra*
  - *Mundus* — *Diabolus. Homo.*

*IMPIAE*

*IMPIAE VALENTINIANORVM fabulæ narratio.* CAP. I.

A Iunt enim eſſe quendam in ſublimitatibus illis, quę nec oculis cerni, nec nominari poſſunt, perfectum AEonem præexiſtentem, quem & Proarchem, & Propatorē, & Bythum vocāt. Eum autem, cùm incōprehenſibilis & inuiſibilis, ſempiternus itē, & ingenitus eſſet, infinitis tēporum ſæculis, in sūma quiete ac tranquillitate fuiſſe. Vnà etiā cum eo Ennœam extitiſſe, quā & Charin, & Sigen nuncupant. Hunc porrò Bythum in animum aliquādo induxiſſe rerū omniū initiū proferre, atq; hāc, quā in animū induxerat, productionē, in Sigen, q̄ vnà cū eo erat, nō ſecus atq; in vuluā demiſiſſe. Hāc verò ſuſcepto hoc ſemine prægnantē effectā peperiſſe Nun, parenti ſuo parē & ęqualē, atq; ita cōparatū, vt ſolus paternę magnitudinis capax eſſet. Atq; hūc Nun, & Monogenē, & Patrē, & Principiū omnium rerū appellant. Cū eo aūt Veritatē quoq; in ortū productā eſſe aiunt. Atq; hanc eſſe primā ac primigenā Pythagoricā quaternitatē, quam etiā rerum omnium ſtirpē ac radicē vocant. Eſt enim Bythus & Syge, ac deinde Nus & Veritas. Cumque Monogenes hic perſenſiſſet, quam ob cauſam productus fuiſſet, edidiſſe quoq; ipſum Sermonem & Vitam, patrem omnium qui poſt ſe futuri eſſent, ac principiū & formationē totius Pleromatis. Iam verò ex Sermone & Vita, per coniugationem ortos eſſe Hominem & Eccleſiā. Atq; hanc eſſe primigenam Ogdoadem, ex qua, tanquā ex radice ac parente, omnes extiterunt, quatuor nominibus apud ipſos appellatā, Bythum nimirùm & Nun, & Sermonem & Hominē. Eſſe quippe eorum quemlibet maſculofœminem, ad hūc modum. Primùm enim Propatorem coniugij nexu cum ſua Ennœa, quā & Charin, & Sigen vocant, copulatum fuiſſe: Monogenem deinde, hoc eſt Nun, cum Veritate: Sermonem cum Vita: ac deniq; Hominem cum Eccleſia. Hos autem AEonas, ad parentis ſui gloriam productos, quòd ipſi de ſuo quoq; paternam gloriam illuſtrare vellēt, fœtus coniugales edidiſſe, Sermonem nempè & Vitam: poſteaquam Hominem & Eccleſiam produxiſſent, alios inſuper decem AEonas in ortum protuliſſe, quorum nomina hæc eſſe dicunt, Bythius & Mixis, Ageratus & Henoſis, Autophies & Hedone, Acinetus & Syncraſis, Monogenes & Macaria. Hi ſunt decem AEones, quos ex Sermone & Vita ortos eſſe aſſerunt. Hominem autē etiam ipſum vnà cū Eccleſia decē AEonas produxiſſe, quibus hæc ab ipſis nomina tribuuntur, Paracletus & Piſtis, Patricus & Elpis, Metricus & Agape, Ainus & Phroneſis, Eccleſiaſticus & Macariotes, Theletus & Sophia. Hi ſunt errātiū hominū AEones triginta, qui ſilentio velut obuoluti ſunt, nec à quoquā cognoſcuntur: hoc inuiſibile ac ſpiritale eorum Pleroma, trifariam diuiſum, in Ogdoadem, Decadem, & Duodecadē. Atq; ob eā cauſam Saluatorem, (neq; enim eum Dominum appellare ipſis placet) 30. annis palam atq; in hominum luce nihil feciſſe, vt videlicet AEonum horum myſterium oſtenderet. Quin in ea quoq; parabola, quæ eſt de operarijs ad vineam miſſis, hos 30. AEonas apertiſſimè indicatos eſſe contendunt. Mittuntur enim partim circa horam primā, partim circa tertiam, partim circa ſextam, partim circa nonam, partim circa vndecimam. Omnes porrò hæ horæ in vnum conflatæ, tricenarium numerum explent. Vna enim, & tres, & ſex, & nouem, & vndecim tricenarium efficiunt. Per horas autem AEonas ſignificari volunt: atq; hæc eſſe ingentia illa & admiranda, atq; in vulgus nō

A Λέγουσι γὰρ εἶναί τινα ἐν ἀοράτοις καὶ ἀκατονομάστοις ὑψώμασι τέλειον αἰῶνα προόντα, τοῦτον δὲ * καὶ προπάτορα καὶ βυθὸν καλοῦσιν. ὑπάρχοντα δὲ αὐτὸν ἀχώρητον καὶ ἀόρατον, ἀΐδιόν τε καὶ ἀγέννητον, ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἠρεμίᾳ πολλῇ γεγονέναι, ἐν ἀπείροις αἰῶσι χρόνων. συνυπάρχειν δὲ αὐτῷ καὶ ἔννοιαν, ἣν δὴ καὶ χάριν καὶ σιγὴν ὀνομάζουσι, καὶ ἐννοηθῆναί ποτε ἀφ' ἑαυτοῦ προβαλέσθαι τὸν βυθὸν τοῦτον ἀρχὴν τῶν πάντων, καὶ καθάπερ σπέρμα τὴν προβολὴν ταύτην, ἣν προβαλέσθαι ἐνενοήθη, καὶ καθέσθαι ὡς ἐν μήτρᾳ τῇ συνυπαρχούσῃ ἑαυτῷ σιγῇ. ταύτην δὲ ὑποδεξαμένην τὸ σπέρμα τοῦτο, καὶ ἐγκύμονα γενομένην ἀποκυῆσαι νοῦν ὅμοιόν τε καὶ ἴσον τῷ προβαλόντι, καὶ μόνον χωροῦντα τὸ μέγεθος τοῦ πατρός. B τὸν δὲ νοῦν τοῦτον καὶ μονογενῆ καλοῦσι, καὶ πατέρα καὶ ἀρχὴν τῶν πάντων. συμπροβεβλῆσθαι δὲ αὐτῷ ἀλήθειαν, καὶ εἶναι ταύτην πρώτην καὶ ἀρχέγονον πυθαγορικὴν τετρακτὴν, ἣν καὶ ῥίζαν τῶν πάντων καλοῦσιν. ἔστι γὰρ βυθὸς καὶ σιγὴ, ἔπειτα νοῦς καὶ ἀλήθεια. αἰσθόμενόν τε τὸν μονογενῆ τοῦτον ἐφ' οἷς προεβλήθη προβαλεῖν καὶ αὐτὸν λόγον καὶ ζωὴν, πατέρα πάντων τῶν μετ' αὐτὸν ἐσομένων, καὶ ἀρχὴν, καὶ μόρφωσιν παντὸς τοῦ πληρώματος. ἐκ δὴ τοῦ λόγου καὶ τῆς ζωῆς προβεβλῆσθαι κατὰ συζυγίαν ἄνθρωπον καὶ ἐκκλησίαν, καὶ εἶναι ταύτην ἀρχέγονον ὀγδοάδα, ῥίζαν καὶ ὑπόστασιν τῶν πάντων, τέτρασιν ὀνόμασι παρ' αὐτοῖς *καλουμένων, βυθῷ καὶ νῷ καὶ λόγῳ καὶ ἀνθρώπῳ. εἶναι γὰρ αὐτῶν ἕκαστον ἀρρενόθηλυν οὕτως· πρῶτον τὸν προπάτορα ἡνῶσθαι κατὰ συζυγίαν τῇ ἑαυτοῦ ἐννοίᾳ. C τὸν δὲ μονογενῆ, τουτέστι τὸν νοῦν, τῇ ἀληθείᾳ, τὸν δὲ λόγον τῇ ζωῇ, καὶ τὸν ἄνθρωπον τῇ ἐκκλησίᾳ. τούτους δὲ τοὺς αἰῶνας εἰς δόξαν τοῦ πατρὸς προβεβλημένους, βουληθέντας καὶ αὐτοὺς διὰ τοῦ ἰδίου δοξάσαι τὸν πατέρα, προβαλεῖν *προβαλὰς ἐν συζυγίᾳ. τὸν μὲν λόγον καὶ τὴν ζωὴν μετὰ τὸ προβαλέσθαι τὸν ἄνθρωπον καὶ τὴν ἐκκλησίαν, ἄλλους δέκα αἰῶνας, ὧν τὰ ὀνόματα λέγουσι ταῦτα· βύθιος καὶ μῖξις, ἀγήρατος καὶ ἕνωσις, αὐτοφυὴς καὶ ἡδονὴ, ἀκίνητος καὶ σύγκρασις, μονογενὴς καὶ μακαρία. οὗτοι δέκα αἰῶνες, οὓς καὶ φάσκουσιν ἐκ λόγου καὶ ζωῆς προβεβλῆσθαι. τὸν δὲ ἄνθρωπον καὶ αὐτὸν προβαλεῖν μετὰ τῆς ἐκκλησίας αἰῶνας δώδεκα, οἷς ταῦτα τὰ ὀνόματα χαρίζονται· παράκλητος καὶ πίστις, πατρικὸς καὶ ἐλπὶς, μητρικὸς καὶ ἀγάπη, ἀείνους καὶ σύνεσις, ἐκκλησιαστικὸς καὶ μακαριότης, θελητὸς καὶ σοφία. D οὗτοι εἰσὶν οἱ τριάκοντα αἰῶνες τῆς πλάνης αὐτῶν, οἱ σεσιγημένοι καὶ μὴ γινωσκόμενοι. τοῦτο τὸ ἀόρατον καὶ πνευματικὸν κατ' αὐτοὺς πλήρωμα τριχῆ διεσταμένον εἰς ὀγδοάδα, καὶ δεκάδα, καὶ δωδεκάδα. καὶ διὰ τοῦτο τὸν σωτῆρα λέγουσιν (οὐδὲ γὰρ κύριον ὀνομάζειν αὐτὸν θέλουσι) τριάκοντα ἔτεσι κατὰ τὸ φανερὸν μηδὲν πεποιηκέναι, ἐπιδεικνῦντα τὸ μυστήριον τούτων τῶν αἰώνων. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς παραβολῆς τῶν εἰς τὸν ἀμπελῶνα πεμπομένων ἐργατῶν φασὶ φανερώτατα τοὺς τριάκοντα τούτους αἰῶνας μεμηνῦσθαι. πέμπονται γὰρ οἱ μὲν περὶ πρώτην ὥραν, οἱ δὲ περὶ τρίτην, οἱ δὲ περὶ ἕκτην, οἱ δὲ περὶ ἐνάτην, ἄλλοι δὲ περὶ ἑνδεκάτην. συντιθέμεναι οὖν αἱ προειρημέναι ὧραι εἰς ἑαυτὰς, τὸν τῶν τριάκοντα ἀριθμὸν ἀναπληροῦσι. μία γὰρ καὶ τρεῖς καὶ ἓξ, καὶ ἐννέα καὶ ἕνδεκα, τριάκοντα γίνονται. διὰ δὲ τῶν ὡρῶν τοὺς αἰῶνας μεμηνῦσθαι θέλουσι, καὶ ταῦτ' εἶναι τὰ μεγάλα καὶ θαυμαστὰ καὶ ἀπόρρητα

* καὶ προάρχην καὶ προπάτορα.

* καλουμένην.

* προβολάς.



**NARRATIO OMNIS ARGVmenti Valentini diſcipulorum.*

CAPVT I.

A D[1]ICVNT eſſe quendam in inuiſibilibus & inenarrabilibus altitudinibus perfectum AEonem, qui antè fuit. Hunc autem & Proarchen, & Propatora, & Bython vocant: eſſe autem illum inuiſibilem, & quem nulla res capere poſſit. Cùm autem à nullo caperetur, & eſſet inuiſibilis, ſempiternus, & ingenitus, in ſilentio & in quiete multa fuiſſe, in[2] immenſis AEonibus. Cùm ipſo autem fuiſſe & Ennœan, quam etiam Charin, & Sigen vocant, & aliquando voluiſſe à ſemetipſo emittere hunc Bythum initium omnium, & velut ſemen prolationem hanc, quam[3] præmitti voluit,] & eam depoſuiſſe quaſi in vulua eius, quæ cum eo erat Sige. Hanc autem ſuſcepiſſe ſemen hoc, & prægnantem factam generaſſe Nun, ſimilem & æqualem ei qui emiſerat,[4] & ſolum capientem magnitudinem Patris. Nun autem hunc, Vnigenitum vocant, & Patrem, & Initium omnium. Vnà autem cum eo emiſſam Veritatem,[5] & hanc eſſe primam & primogenitam Pythagoricam quaternationem, quam & radicem omnium dicunt. Eſt enim Bythus & Sige, deinde Nus & Alethia,[6]
B Sentientem autem Vnigenitum hunc in quæ prolatus eſt, emiſiſſe & ipſum Logon, & Zoen patrem omnium eorum, qui poſt ſe futuri eſſent, & initium & formationem vniuerſi Pleromatis.[7] De Logo autem & Zoe emiſſam ſecundam coniugationem, Hominem & Eccleſiam, & eſſe hanc primogenitam Octonationem, radicem & ſubſtātiam omnium, quatuor nominibus apud eos nuncupatam, Bython & Nun, & Logon, & Anthropon.[8] Eſſe enim illorum vnumquemque maſculofœminam. Sic initio Propatorem illum coiſſe ſecundum coniugationem ſuæ Ennœæ, id eſt, cogitationi, quam Gratiam & Silentium vocant, Vnigenitum autem, hoc eſt Nun, Alethiæ, id eſt, Veritati. Logon autem Zoæ, id eſt, vitæ, & Anthropon cum Eccleſia. Ogdoas.

Hos autem AEonas in gloriam Patris emiſſos, volentes & ipſos de ſuo clarificare Patrem, emiſiſſe emiſſiones in coniugationem, Logon quidem & Zoen poſteaquam emiſſus eſt Homo & Eccleſia, alteros decem AEonas, quorum nomina dicunt hæc: Bythius & Mixis, Ageratos & Henoſis, Autophyes & Hedone,[9] Acinetos] & Syncraſis, Monogenes & Macaria. Hi decem AEones, quos dicunt ex Logo & Zoe emiſſos. Anthropō Decas.
C aūt & ipſum emiſiſſe cum Eccleſia AEonas duodecim, quibus nomina hæc[10] donant] Paracletus & Piſtis, Patricos & Elpis, Metricos & Agape, AEnos & Syneſis, Eccleſiaſticos & Macariotes, Theletos & Sophia.[11] Hi ſunt triginta erroris eorū AEones, qui tacentur & non agnoſcuntur. Hoc inuiſibile & ſpiritale ſecundum eos Pleroma, tripartitè diuiſum in octonationem & decada & duodecada: & propter hoc Saluatorem dicūt[12] (nec enim Dominum eum nominare volunt) per triginta annos in manifeſto[13] nihil feciſſe, oſtendentem myſterium horum AEonum. Sed & in parabola eorum operariorum, qui in vineam mittuntur, dicunt manifeſtiſſimè triginta hos AEonas declaratos. Mittuntur enim alij quidem circa primam horā, alij circa tertiam, alij circa ſextam, alij circa nonā, alij circa vndecimam. Compoſitę igitur prædictæ horæ in ſemetipſas, triginta numerum adimplent. Vna enim, & tres, & ſex, & nouem, & vndecim, triginta ſunt. Per horas autem, AEonas manifeſtari volunt, & hæc eſſe magna & admirabilia & abſcon- Dodecas. Inſulſæ probationes 30. Aeonum. Matth. 20. a.

SCHOLIA D. BILLII IN CAP. I.

D PRoarchen] *hanc vocem addo & ex vet. interp. & ex Tertul.*

Bythum] *parum congruenter hoc nomen à Valentinianis tributum eſſe ſcribit Tertul. lib. aduerſ. Valent. qui in ſublimitatibus habitat. Bythus enim profundum ſignificat. Bythium tamen dicit ille, non Bythum.*

Monogenem] *hunc item Protogenem aptius vocandum fuiſſe ait Tertul. quàm Monogenem, cùm eum non Vnigenitum, ſed Primogenitum fingant.*

Pythagoricam quaternitatem] *tetradem & quadrigam dicit Tertull. Pythagoricam autem eam vocat, quòd philoſophus ille quaternarium numerum in tanto honore haberet, vt etiam hanc formulam iurandi diſcipulis ſuis præſcriberet,* οὐ μὰ τὸν ἡμετέρᾳ γενεᾷ παραδόντα τετρακτύν.

Quam & Charin & Sigen vocant] *hæc verba in Græco exemplari deſiderantur, quæ ex veteri interpr. adiecimus.*

Adducere cuperet] *vetus tranſlatio habet, nollet: Tertullianus tamen Græcæ lectioni ſuffragatur.*

Deriuauit] *ita reddit Tertullianus hoc verbū* ἀπέσκηψε, *ſimilitudinemque ducit à vitijs, quæ in corpore alibi enata, in aliud membrum perniciem ſuam efflant.* ἀπέσκηψε, *gal.* ſe deſchargea, *ingruit, impetu deſijt.*

Temeritate] *Non enim æmulabatur, ſolum de patre gaudentem. Tertull.*

Fœmina] θήλεια *lego cum vet.*

Ne eſſe

efferenda myſteria, quę ipſi proferunt: & ſi quid vſquam eſt in literis ſacris, quod eorum commento accommodari atque comparari poſſit. Ac Propatorem quidem ſuum Monogeni ſoli ex ſe orto, hoc eſt No, cognitũ eſſe dicunt, à cæteris omnibus nec cerni, nec compræhendi poſſe. Itaque Nus ſolus, de eorum ſententia, Patrem contemplans in magna voluptate verſabatur, atq; immenſam ipſius magnitudinem conſiderans exultabat, ac reliquis etiam AEonibus amplitudinem Patris exponere cogitabat, nempe quãtus, quamq́; ingẽs is eſſet, quodq́; & principio careret, & omnem mentis compræhenſionem, atq; oculorum obtutum fugeret. Verùm Sige de patris conſilio eum inhibuit, quòd omnes ipſos ad cogitationem, & deſiderium inueſtigãdi prædicti ſui Propatoris adducere cuperet. Quocirca cæteri quidem omnes AEones, taciti quodammodo ſeminis ſui productorem intueri geſtiebant, ac radicem illam principij expertẽ contẽplari: at vltimus ille AEon, minimuſq́; natu ex ea duodecade, quæ ab Homine & Eccleſia orta fuerat, hoc eſt Sophia, longè pręſilijt, paſſionemq́; ſine complexu coniugis ſui Theleti contraxit: q̃ quidem cùm initium cœpiſſet in ijs qui circa Nun, & Veritatem erant, tandem in hunc deprauatum AEonem decubuit, prætextu quidem amoris, ſed reuera temeritate impulſũ, quòd videlicet perfecto patri minimè communicaſſet, quemadmodum Nus. Hæc autem paſſio nihil aliud erat, quàm Patris inueſtigatio. Perceptam enim, vt dicunt, ipſius magnitudinem habere cupiebat. Quod cùm cõſequi nequiuiſſet, propterea quòd rem impoſſibilem aggreſſus erat, cumq́; in extrema quadam anxietate verſaretur, ac tum ob profunditatis magnitudinem, imperueſtigabilemq́; patris naturam, tum ob ſingularem ſuam erga eum beneuolentiam, ad vlteriora ſemper præ ipſius dulcedine ſeſe extẽderet, ad extremum abſorptus, atq; in integram eſſentiam redactus fuiſſet, niſi in vim eam & facultatem, quæ omnia fulcit, atq; extra ineffabilem magnitudinem cuſtodit, incidiſſet. Hanc autem vim Horũ appellant, à quo repreſſum eum & ſuffultum eſſe dicunt, ac tandem aliquando ad ſeſe redeuntem, ſibiq́; patrem incomprænenſibilem eſſe perſuadentẽ, priorem cogitationem ſimul cum ea paſſione, quæ ex ſtupendo illo miraculo orta erat, abieciſſe. Nonnulli autem ipſorum hanc Sophiæ paſſionem & conuerſionem, ita quodámodo fabulantur. Eam enim impoſſibilem atq; incomprænenſibilem rem aggreſſam, informem eſſentiam, qualemq́; naturam fœmina poterat, peperiſſe. Quam etiam poſteaquam conſpexiſſet, primò quidem ob inchoatum fœtum in mœſtitia affectam fuiſſe, deinde autem extimuiſſe, ne ipſum etiam eſſe, non plenè ac perfectè haberet: ac poſtea velut de poteſtate exijſſe, atq; in ſumma perplexitate hæſiſſe, cauſam huiuſce rei indagantem, & quonam modo id quod acciderat occultaret. In ijs autem affectionibus diu, multumq́; verſatam, tandem meliorem mentem induiſſe, atq; ad Patrem aſcendere tentaſſe. Sed quũ aliquantiſper conata eſſet, elanguiſſe, Patriq́; ſupplicem extitiſſe: ac cum ea quoq; reliquos AEones obſecraſſe, ac Nun præſertim. Atq; hinc demũ materiæ eſſentiam ortum traxiſſe narrant, nempe ex ignorantia, & mœrore, & metu, ac ſtupore. At verò pater Horum eum, de quo ſuperius verba fecimus, per Monogenẽ poſtea in imagine ſua coniugis experte, ac maſculofęmina producit. Patrem etenim interdum cõiugij vinculo cum Sige mancipatum eſſe volunt, interdum ſupra marem ac fęminam eſſe. Porrò Horũ, & Crucẽ, & Lytroten, & Carpiſten, & Horothetẽ, &

A ῥητὰ μυστήρια, ἃ καρποφοροῦσιν αὐτοί, καὶ εἴ πού τι τῶν ἐν πλήθει εἰρημένων ἐν ταῖς γραφαῖς δυνηθείη προσαρμόσαι καὶ εἰκάσαι τῷ πλάσματι αὐτῶν. τὸν μὲν οὖν προπάτορα αὐτῶν γινώσκεσθαι μόνῳ λέγουσι τῷ ἐξ αὐτοῦ γεγονότι μονογενεῖ, τουτέστι τῷ νῷ, τοῖς δὲ λοιποῖς πᾶσιν ἀόρατον καὶ ἀκατάληπτον ὑπάρχειν. μόνος δὲ ὁ νοῦς κατ' αὐτοὺς ἐτέρπετο θεωρῶν τὸν πατέρα, καὶ τὸ μέγεθος τὸ ἀμέτρητον αὐτοῦ κατανοῶν ἠγάλλετο, καὶ διενοεῖτο καὶ τοῖς λοιποῖς αἰῶσιν ἀνακοινώσασθαι τὸ μέγεθος τοῦ πατρός, ἡλίκος τε καὶ ὅσος ὑπῆρχε, καὶ ὡς ἦν ἄναρχός τε καὶ ἀχώρητος, καὶ οὐ καταληπτὸς ἰδεῖν. κατέσχε δὲ αὐτὸν ἡ σιγὴ βουλήσει τοῦ πατρός, διὰ τὸ θέλειν πάντας αὐτοὺς εἰς ἔννοιαν καὶ πόθον ζητήσεως τοῦ προειρημένου προπάτορος αὐτῶν ἀναγεῖν. καὶ οἱ μὲν λοιποὶ ὁμοίως αἰῶνες ἡσυχῇ πως ἐπεπόθουν τὸν προβολέα τοῦ σπέρματος αὐ- B τῶν ἰδεῖν, καὶ τὴν ἄναρχον ῥίζαν ἱστορῆσαι. προήλατο δὲ πολὺ ὁ τελευταῖος καὶ νεώτατος τῆς δωδεκάδος τῆς ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου καὶ τῆς ἐκκλησίας προβεβλημένος αἰών, τουτέστιν ἡ σοφία. καὶ ἔπαθε πάθος ἄνευ τῆς ἐπιπλοκῆς τοῦ ζυγοῦ τοῦ θελητοῦ, ὃ ἐνήρξατο μὲν ἐν τοῖς περὶ τὸν νοῦν καὶ τὴν ἀλήθειαν, ἀπέσκηψε δὲ εἰς τοῦτον τὸν παρατραπέντα, πρόφασιν μὲν ἀγάπης, τόλμης δὲ διὰ τὸ μὴ κεκοινωνῆσθαι τῷ πατρὶ τῷ τελείῳ, καθὼς καὶ ὁ νοῦς. τὸ δὲ πάθος εἶναι ζήτησιν τοῦ πατρός. ἤθελε γάρ, ὡς λέγουσι, τὸ μέγεθος αὐτοῦ καταλαβεῖν, ἔπειτα μὴ δυνηθῆναι διὰ τὸ ἀδυνάτῳ ἐπιβαλεῖν πράγματι, καὶ ἐν πολλῷ πάνυ ἀγῶνι γενόμενον διά τε τὸ μέγεθος τοῦ βάθους, καὶ τὸ ἀνεξιχνίαστον τοῦ πατρός, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν στοργὴν ἐκτει- C νόμενον ἀεὶ ἐπὶ τὸ πρόσθεν ὑπὸ τῆς γλυκύτητος αὐτοῦ, τελευταῖον ἂν καταπεπόσθαι καὶ ἀναλελύσθαι εἰς τὴν ὅλην οὐσίαν, εἰ μὴ τῇ στηριζούσῃ καὶ ἐκτὸς τοῦ ἀρρήτου μεγέθους φυλασσούσῃ τὰ ὅλα συνέτυχε δυνάμει. ταύτην δὲ τὴν δύναμιν καὶ ὅρον καλοῦσιν, ὑφ' ἧς ἐπεσχῆσθαι καὶ ἐστηρίχθαι, καὶ μόγις ἐπιστρέψαντα εἰς ἑαυτόν, καὶ πεισθέντα ὅτι ἀκατάληπτός ἐστιν ὁ πατήρ, ἀποθέσθαι τὴν προτέραν ἐνθύμησιν σὺν τῷ ἐπιγινομένῳ πάθει ἐκ τοῦ ἐκπλήκτου ἐκείνου θαύματος. ἔνιοι δὲ αὐτῶν πως τὸ πάθος τῆς σοφίας, καὶ τὴν ἐπιστροφὴν μυθολογοῦσιν ἀδυνάτῳ καὶ ἀκαταλήπτῳ πράγματι αὐτὴν ἐπιχειρήσασαν τεκεῖν οὐσίαν ἄμορφον, οἵαν φύσιν εἶχε * θήλειαν τεκεῖν, ἣν καὶ κατανοήσασαν πρῶτον μὲν λυπηθῆναι διὰ τὸ ἀτελὲς τῆς γενέσεως, ἔπειτα φοβηθῆναι * μηδὲ αὐτὸ D τὸ εἶναι τελείως ἔχειν, εἶτα ἐκστῆναι καὶ ἀπορῆσαι ζητοῦσαν τὴν αἰτίαν, καὶ ὅντινα τρόπον ἀποκρύψει τὸ γένος. ἐγκαταγενομένην δὲ τοῖς πάθεσι λαβεῖν ἐπιστροφήν, καὶ ἐπὶ τὸν πατέρα ἀναδραμεῖν πειραθῆναι, καὶ μέχρι τινὸς τολμήσασαν ἐξασθενῆσαι, καὶ ἱκέτιν τοῦ πατρὸς γενέσθαι. συνδεηθῆναι δὲ αὐτῇ καὶ τοὺς λοιποὺς αἰῶνας, μάλιστα δὲ τὸν νοῦν. ἐντεῦθεν λέγουσι πρώτην ἀρχὴν ἐσχηκέναι τὴν οὐσίαν * ἐκ τῆς ἀγνοίας καὶ τῆς λύπης, καὶ τοῦ φόβου, καὶ τῆς ἐκπλήξεως. ὁ δὲ πατὴρ τὸν προειρημένον ὅρον ἐπὶ τούτοις διὰ τοῦ μονογενοῦς προβάλλεται ἐν εἰκόνι ἰδίᾳ ἀσύζυγον ἀθήλυντον. τὸν γὰρ * ποτὲ μὲν μετὰ συζυγίας τῆς σιγῆς, ποτὲ δὲ καὶ ὑπὲρ ἄρρεν καὶ ὑπὲρ θῆλυ εἶναι θέλουσι. τὸν δὲ ὅρον τοῦτον * καὶ συλλυτρωτὴν καὶ καρπιστὴν καὶ ὁροθέτην, καὶ μετα-

* θήλεια

* μὴ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι τέλος ἔχῃ.

* τῆς ὕλης ἐκ τῆς

* πατέρα ποτε

* σταυρὸν καὶ λυτρωτὴν



A dita myſteria, quæ ipſi fructificant: & ſicubi quid eorum quæ dicuntur in Scripturis poterunt adaptare & adſimilare figmento ſuo. Et Propatorem quidem eorum cognitum ſoli dicunt ei, qui ex eo natus eſt Monogeni, hoc eſt [No.] Reliquis verò [14] omnibus] inuiſibilem & incomprehenſibilem eſſe. Solus autem Nus, ſecundum eos delectabatur videns Patrem, & magnitudinem immenſam eius conſiderans exultabat, & excogitabat [15] reliquis quoque AEonibus communicare] magnitudinem Patris, quantus & quàm magnus exiſteret, & quemadmodum erat ſine initio, & incapabilis, incõprehenſibilis ad videndum. Continuit autem eum Sige voluntate Patris, quoniam [16] vellet] omnes hos in intellectum & deſiderium exquiſitionis Patris ſui adducere. Et reliqui quidem AEones omnes tacitè quodammodo deſiderabant prolatorem ſeminis ſui videre, & eam quæ ſine initio eſt radicem contemplari.

Error de inani conatu Filij.

Præſilijt autem valdè vltimus & iunior de duodecade ea, quæ ab Anthropo & Eccleſia emiſſa fuerat, AEon, hoc eſt, Sophia: & paſſa eſt paſſionem ſine complexu coniugis Theleti, quæ [17] exorſa] quidem fuerat in ijs quæ ſunt ergã] Nun & Alethiam. Deriuauit autem in hunc AEonem, id eſt, Sophiam demutatam ſub occaſione quidem * dilectionis; temeritatis autem, quoniam non communicauerat Patri perfe- B cto, quemadmodum & Nus. Paſſionem autem eſſe exquiſitionem Patris: voluit enim, vt dicunt, magnitudinem eius comprehendere. Dehinc quum non poſſet, quoniam impoſſibilem rem aggrederetur, in magna agonia conſtitutum propter magnitudinem altitudinis, & propter quod inueſtigabile Patris eſt, & propter eam quæ erat erga eum dilectionem, quum extenderetur ſemper in priora [18] à dulcedine] eius, nouiſſimè *fortè abſorptum fuiſſe & reſolutum in vniuerſam ſubſtantiam, niſi ei, quæ confirmat extra inenarrabilem magnitudinem, & cuſtodit omnia, occurriſſet virtuti. Hanc autem virtutem Horon vocant, à qua [19] abſtentum] & confirmatum vix reuerſum in ſemetipſum & credentem iam, quoniam incomprehenſibilis eſt [Pater], depoſuiſſe priſtinam intentionem cum ea quæ acciderat paſſione, ex illa ſtuporis admiratione.

De Sapientia.

*delectationis.

*verò

Quidam autem ipſorum huiuſmodi paſſionem & reuerſionem Sophiæ, velut fabulam narrant, impoſſibilem & incomprehenſibilem rem eam aggreſſam, [20] peperiſſe ſubſtantiam informẽ, qualem naturam habebat fœmina parere: in quam cùm intendiſſet, primò quidem contriſtatam, propter inconſummationẽ generationis, pòſt deinde timuiſſe ne hoc ipſum finem habeat, dehinc expauiſſe & aporiatã, id eſt, confuſam, quærentem cauſam & quemadmodum [21] abſconderet] id quod erat natum. In ijs autem C paſſionibus factam, accepiſſe regreſſionem, & in Patrem regredi conari. Et aliquandiu auſam, tamen defeciſſe, & ſupplicem Patri factam. Vnà autẽ cum ea rogaſſe & reliquos AEonas, maximè autem [Nun.] Hinc dicunt primum initium habuiſſe ſubſtantiam materiæ, de ignorantia, & tædio, & timore, & ſtupore. Pater autem prædictũ Horon ſuper hæc per Monogenem præmittit in imagine ſua, ſine coniuge maſculofœmina. Patrem [22] enim aliquando quidem cum coniuge Sige, modò verò & pro [maſculo &] fęmina eſſe volunt. Horon verò hunc & Stauron, & Lytroten, & Carpiſten, & Horothetẽ, &

De fœtu Sapientiæ.

De initio materiæ.

Ne eſſe quoque ipſum finem haberet] *Græcus codex habet*, μηδὲ αὐτὸ τὸ εἶναι τελείως ἔχειν. *Sed apparet ex veteri interpret. legendum eſſe*, μὴ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι τέλος ἔχῃ. *Quam etiam lectionem confirmat Tertullianus. Sic enim ait: & metuere poſtremò, ne finis quoque inſiſteret.*

Id quod acciderat] *Epiphanij codex habet* τὸ γένος. *Sed* γέγονος *malo cum vet. interpr. præſertim cùm ab hac ſententia ſtet Tertull. qui caſum, non genus dicit.*

D

Materiæ eſſentiam] τῆς ὕλης *addo in Græco ex vet. interpr. & ex Tertull.*

Coniugis experte] *Sic vertendum eſſe apparet tum ex vet. interpr. tum ex Tertull. qui imaginem fœminamarem dicit, ac denique ex his quæ ſequuntur. Neque enim hæc ratio quam ſubijcit, ſatis quadraret, ſi* ἀσύζυγος ἀρρενόθηλος *ad Horum referrentur.*

Patrem enim] *add. in Græco* πατέρα.

Et Crucem & Lytrotem] *in Græco corruptè legitur* συλλυτρωτὴν: *pro quo reponendum ex vet. interp & Tertull.* σταυρὸν καὶ λυτρωτὴν.

Cruci affixam eſſe] *pro* ἀποστερηθῆναι *in Græco legendum* ἀποσταυρωθῆναι. *Crucifixam enim & vetus interpres, & Tertullianus habent, non priuatam.*

Id videlicet agentis] *hæc deſunt in veteri tranſlatione, ſed ex Græco ſupplenda ſunt & Tertull.*

Hoc eſt Chriſtum & Spiritum ſanctum] *meritò hanc coniugationem ridet Tertullianus, vt turpiſſimam, nempe duorum marium.*

Quodq́ue in quibus] *hoc loco Tertulliano non conuenit cum veteri interprete: cuius ego veſtigia ſequutus, ita hæc verti, quaſi in Græco ſit*, ἀγεννήτου κατάληψιν γινώσκοντας ἑαυτοῖς ἱκανοὺς εἶναι. *Tertullianus inducere (id eſt docere) innati generationem, & idoneos efficere generandi in ſe agnitionem patris. Videtur legiſſe in Græco non* ἀναγορεῦσαι, *id eſt, prædicare, ſed* ἀναγεννῆσαι.

Niſi Monogenis beneficio] *ad verbum per Monogenem. In Græco expungendum eſt verbum*, γινώσκεται.

Cur ij omnes perpetui ſint] αἰώνιον διαμονὴν *perpetuitatem vertit Tertullianus, ridetq́ue vecordiam Valentinianorum, qui hanc perpetuitatis AEonum cauſam afferant. Ex ea enim ſequi, vt AEonibus præſtiterit Patrem non comprehen-*

A Metagogea vocant. Atq; huius Hori opera purgatã ac ſuffultam, coniugioq́; reſtitutam fuiſſe Sophiam aſſerunt. Submota enim ab ea, & ſublata Enthymeſi vnà cum ea paſſione, in quam inciderat, ipſam quidem intra Pleroma eſſe, cęterùm ipſius Enthymeſin vnà cum ea paſſione ab Horo ſecretam, cruciq́ue affixam fuiſſe, atq; extra Pleroma ſitã eſſe quidem eã ſpiritualem eſſentiam, ac naturalem quendam AEonis impetum, verùm formæ ac figuræ expertem: qđ videlicet nihil comprehenderit. Eaq́; ratione fructũ ipſius imbecillum, & fęmineum eſſe tradunt. Poſtea quam autem ipſa extra AEonum Pleroma relegata fuiſſet, materq́; ipſius ad coniugium ſuũ, quaſi poſtliminio redijſſet, Monogenem rurſus de Patris conſilio ac prouidentia (id videlicet agentis, ne quiſquã Aeonum in eandem, quàm ipſa, calamitatem incideret) muniendi, fulciendiq́; Pleromatis cauſa par alterum produxiſſe, hoc eſt, Chriſtum, & Spiritum ſan- B ctũ, à quibus Aeones omnibus numeris abſoluti ſint. Chriſtum enim coniugij naturã eos edocuiſſe, quod que ij, quibus ingeniti comprehenſio nota eſſet, ſibiipſis ſufficerẽt: prædicaſſe quoq; apud eos Patris agnitionẽ, nempe quòd nec percipi, nec intelligi, nec deniq; cerni, aut audiri, niſi Monogenis beneficio, queat. Ac cauſam quidem, cur ij omnes perpetui atq; æterni ſint, in eo quod de Patre comprehẽdi nequit, conſiſtere: ortus autem eorum ac formationis, in eo quod de eo comprehendi poteſt, hoc eſt in Filio, ſitã eſſe. Atque hæc quidem ille recens editus Chriſtus in ipſis fabricatus eſt. Sanctus autem Spiritus eos omnes inter ſe exæquatos, gratias agere docuit, ac veram requiem induxit. Ad hunc ſcilicet modum, Aeonas tum forma, tum voluntate, ac ſententia pares conſtitutos fuiſſe commemorant, omnes nimi- C rùm Noas, omnes Sermones, omnes Homines, omnes deniq; Chriſtos effectos: fœminaſq́; item omnes Veritates, omnes Vitas, omnes Spiritus, & Eccleſias. Atque hinc confirmata, & ad ſummam quietem adducta vniuerſitate, eos non ſine magna lætitia Propatorem laudibus extuliſſe dicunt, magna quoq; ipſum voluptate perfruẽtem: ac beneficij huiuſce nomine, cœtum omnem Aeonum cõmuni conſilio ac ſententia, conſentientibus etiam Chriſto, & Spiritu ſancto, atq; eorum quoq; Patre calculum ſuum adijciente, quicquid pulcherrimum ac præſtantiſſimum quiſq; in ſe habebat, in mediũ contuliſſe, atq; hæc aptè coniungentes, ac concinnè copulantes, ad honorẽ & gloriam Bythi, perfectiſſimam quandam pulchritudinem, & ſidus Pleromatis, ac perfectum fructum produxiſſe, hoc eſt Ieſum, quem etiam Saluatorem appellatum eſſe, & Chriſtum, & patrito nomine Sermonẽ, ac deniq; Omnia, eò quòd ex omnibus ortus eſſet: ad eorumq́; honorem ſatellites ipſi Angelos, quorum i- D dem cũ eo genus eſſet, vnà editos fuiſſe. Atq; hæc eſt illa, quæ ab ijs commemoratur, intra Pleroma negotiatio, & affecti Aeonis ac penè, vt in multa materia, extincti, propter inueſtigationem Patris, nata calamitas: & Hori, & Crucis, & Lytrotæ, & Carpiſtæ, & Horotheti, & Metagogeos, & Aeonum coagmentatio, & primi Chriſti, ac Spiritus ſancti, ex Patris videlicet pœnitentia, Aeonum ortu poſterior natiuitas, & ſecundi Chriſti, quem etiam Saluatorem appellant, velut ex ęre collatitio ſtructura. Hęc autem non quidẽ perſpicuè declarata eſſe, propterea quòd huiuſmodi rerum cognitio, non in omnium captum caderet, verùm tectè ac myſticè à Saluatore ijs oſtenſa eſſe, qui intelligendi facultate præditi ſint, idque hoc modo. Triginta enim Aeonas per eos triginta annos ſubin-

A μεταγωγέα καλοῦσι. διὰ δὲ τοῦ ὅρου τούτου φασὶ κεκαθάρθαι καὶ ἐστηρίχθαι τὴν σοφίαν, καὶ ἀποκαταστῆναι τῇ συζυγίᾳ. χωρισθείσης γὰρ τῆς ἐνθυμήσεως, ἀπ' αὐτῆς σὺν τῷ ἐπιγινομένῳ πάθει, αὐτὴν μὲν ἐντὸς πληρώματος εἶναι, τὴν δὲ ἐνθύμησιν αὐτῆς σὺν τῷ πάθει ὑπὸ τοῦ * ὅροις ἀφορισθῆναι καὶ * ἀποστερηθῆναι, καὶ ἐκτὸς αὐτοῦ γενομένην εἶναι μὲν πνευματικὴν οὐσίαν, φυσικήν τινα αἰῶνος ὁρμὴν τυγχάνουσαν, ἄμορφον δὲ καὶ ἀνείδεον διὰ τὸ μηδὲν καταλαβεῖν. καὶ διὰ τοῦτο καρπὸν ἀσθενῆ καὶ θήλειαν αὐτὴν λέγουσι. μετὰ δὲ τὸ ἀφορισθῆναι ταύτην ἐκτὸς τοῦ πληρώματος τῶν αἰώνων, τήν τε μητέρα αὐτῆς ἀποκαταστασθῆναι τῇ ἰδίᾳ συζυγίᾳ, τὸν μονογενῆ πάλιν ἑτέραν προβαλέσθαι συζυγίαν, κατὰ προμήθειαν τοῦ πατρὸς, ἵνα μὴ ὁμοίως ταύτῃ πάθῃ τις τῶν αἰώνων, χριστὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον εἰς πῆξιν καὶ στηριγμὸν τοῦ πληρώματος, ὑφ' B ὧν καταρτισθῆναι τοὺς αἰῶνας. τὸν μὲν γὰρ χριστὸν διδάξαι αὐτοὺς συζυγίας φύσιν, ἀγεννήτου κατάληψιν * γινώσκοντας, ἱκανοὺς εἶναι, ἀναγορεῦσαί τε ἐν αὐτοῖς τὴν τοῦ πατρὸς ἐπίγνωσιν, ὅτι τε ἀχώρητός ἐστι καὶ ἀκατάληπτος, καὶ οὐκ ἔστιν οὔτε ἰδεῖν οὔτε ἀκοῦσαι αὐτὸν, ἢ διὰ μόνου τοῦ μονογενοῦς γινώσκεται. καὶ τὸ μὲν αἴτιον τῆς αἰωνίου διαμονῆς τοῖς λοιποῖς τὸ πρῶτον ἀκατάληπτον ὑπάρχειν τοῦ πατρὸς, τῆς δὲ γενέσεως αὐτοῦ καὶ μορφώσεως τὸ καταληπτὸν αὐτοῦ, ᾧ δὴ * ἴσος ἐστί. καὶ ταῦτα μὲν ὁ ἄρτι προβληθεὶς χριστὸς ἐν αὐτοῖς ἐδημιούργησε, τὸ δὲ ἓν πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξισωθέντας αὐτοὺς πάντας εὐχαριστεῖν ἐδίδαξε, καὶ τὴν ἀληθινὴν ἀνάπαυσιν ἡγήσατο. οὕτως τε μορφῇ καὶ γνώμῃ ἴσους κατασταθῆναι τοὺς αἰῶνας λέγουσι, πάντας γενομένους νό- C ας καὶ πάντας λόγους καὶ πάντας ἀνθρώπους καὶ πάντας χριστοὺς, καὶ τὰς θηλείας ὁμοίως πάσας ἀληθείας καὶ πάσας ζωὰς καὶ πνεύματα καὶ ἐκκλησίας. στηριχθέντα δὲ ἐπὶ τούτῳ τὰ ὅλα, καὶ ἀναπαυσάμενα τελέως μετὰ μεγάλης χαρᾶς φησὶν ὑμνῆσαι τὸν προπάτορα πολλῆς εὐφρασίας μετασχόντα· καὶ ὑπὲρ τῆς εὐποιΐας ταύτης βουλῇ μιᾷ καὶ γνώμῃ τὸ πᾶν πλήρωμα τῶν αἰώνων, συνευδοκοῦντος τοῦ χριστοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, τοῦ δὲ πατρὸς αὐτῶν συνεπισφραγιζομένου, ἕνα ἕκαστον τῶν αἰώνων, ὅπερ εἶχεν ἐν ἑαυτῷ κάλλιστον καὶ ἀνθηρότατον συνενεγκαμένους καὶ ἐρανισαμένους, καὶ ταῦτα ἁρμοδίως πλέξαντας καὶ ἐμμελῶς ἑνώσαντας, προβαλέσθαι * προβλήματα εἰς τιμὴν καὶ δόξαν τοῦ βυθοῦ, τελειότατον κάλλος τε καὶ ἄστρον τοῦ πληρώματος τέλειον καρπὸν τὸν ἰησοῦν, ὃν καὶ σωτῆρα προσαγορευθῆναι καὶ χριστὸν καὶ λόγον πα- D τρωνυμικῶς * καὶ κατὰ πάντα, διὰ τὸ ἀπὸ πάντων εἶναι. δορυφόρους τε αὐτῷ εἰς τιμὴν τὴν αὐτῶν ὁμογενεῖς ἀγγέλους συμπροβεβλῆσθαι. αὕτη μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ἐντὸς πληρώματος ὑπ' αὐτῶν λεγομένη πραγματεία, καὶ ἡ τοῦ πεπονθότος αἰῶνος, καὶ * μετὰ μικρὸν ἀπολωλότος, ὡς ἐν πολλῇ ὕλῃ διὰ ζήτησιν τοῦ πατρὸς συμφορὰ, καὶ ἡ τοῦ ὅρου καὶ σταυροῦ καὶ λυτρωτοῦ καὶ καρπιστοῦ καὶ ὁροθέτου καὶ μεταγωγέως * ἑξάγωνος σύμπηξις, καὶ ἡ τοῦ πρώτου χριστοῦ σὺν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἐκ μετανοίας ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτῶν μεταγενεστέρα τῶν αἰώνων γένεσις, καὶ ἡ τοῦ δευτέρου χριστοῦ, ὃν καὶ σωτῆρα λέγουσιν ἐξ ἐράνου σύνθετος κατασκευή. ταῦτα δὲ φανερῶς μὲν μὴ εἰρῆσθαι, διὰ τὸ μὴ πάντας χωρεῖν τὴν γνῶσιν, * μυστηριωδῶς δὲ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος διὰ παραβολῶν μεμηνῦσθαι τοῖς συνιεῖν δυναμένοις οὕτως. τοὺς μὲν γὰρ τριάκοντα αἰῶνας μεμηνῦσθαι διὰ τῶν τριάκοντα ἐτῶν,

* ὅρου
* ἀποσταυρωθῆναι
* γινώσκειν τὰς ἑαυτοῖς ἱκανούς
* ὃ δὴ υἱός ἐστι
* πρόβλημα
* καὶ πάντα
* κατὰ μικρόν.
* καὶ αἰώνων σύμπ.
* γν. αὐτῶν, μ.



A Metagogea vocant. Per Horon autem hunc dicunt [23] mundatam] & confirmatam Sophiam, & reſtitutam coniugi. Separata enim intentione ab ea cum appendice paſſione, ipſam quidem infra Pleroma perſeueraſſe. Concupiſcentiam verò eius cum paſſione ab Horo ſeparatam & crucifixam, & extra eum factam eſſe quandam ſpiritalem ſubſtantiam, & naturalem quendam AEonis impetum, informem verò & ſine ſpecie, quoniam nihil apprehendiſſet, & propter hoc fructum eius inualidum & fœmineum dicunt.

Poſtea verò quàm ſeparata ſit hæc extra Pleroma AEonum, & mater eius redintegrata ſuæ coniugationi, Monogenem iterum alteram emiſiſſe coniugationem, ſecundum prouidentiam Patris, Chriſtum & Spiritum ſanctum, à quibus conſummatos eſſe dicunt AEonas. Chriſtum enim docuiſſe eos coniugationis naturam, innati comprehenſionem [24] cognoſcentes, ſufficientes] ſibi illos idoneos eſſe: declaraſſe quoque in eis Patris agnitionem, quoniam incapabilis eſt, & incomprehenſibilis, & non eſt neque videre, neque audire eum niſi per ſolum Monogenem. Et cauſam quidem æternæ perſeuerationis, ijs omnibus incomprehenſibile Patris eſſe: gene- B rationis autem & formationis [25] comprehenſibile] eius, quod quidem Filius eſt. Et hæc quidem [qui] nunc emiſſus erat Chriſtus in eis operatus [eſt]: Spiritus verò ſanctus adæquatos eos omnes gratias agere docuit, & veram requiem induxit, & ſic forma & ſententia ſimiles factos AEonas, dicunt vniuerſos factos Noas & Logos, & omnes Anthropos, & [26] omnes Chriſtos; &] fœminas ſimiliter omnes Alethias, & Zoas, & Spiritus, & Eccleſias. Confirmata quoque in hoc omnia, & requieſcentia ad perfectum cum magno gaudio dicunt [27] hymnizare Propatorem magnæ exultationis participantem, & propter hoc beneficium vna voluntate, & ſententia vniuerſum Pleroma AEonum conſentiente Chriſto, & Spiritu, vnumquemque [28] AEonum,] quòd habebat in ſe optimum [&] florentiſſimum conferentes, collationem feciſſe.

*De Chriſto & Spiritu ſancto.*

Et hæc aptè compingentes, & diligenter in vnum adaptãtes, emiſiſſe problema & honorem, & [in] gloriam [29] Bythi] perfectiſſimum decorem quendam, & ſidus Pleromatis perfectum fructum Ieſum, quem & Saluatorem vocari, & Chriſtum, & Logon, patronymicè, ac omnia, quoniam ab omnibus eſſet. [30] Satellites quoq; ei in honorem ipſorum eiuſdem generis, Angelos cum eo prolatos. Hæc igitur eſt quæ intra Pleroma ipſorũ di- C citur [31] negotiatio] & paſſi AEonis, & penè perditi, & quaſi in multa materia, ꝓpter inquiſitionẽ Patris calamitas, & Hori, & Crucis ipſorum, & Redẽptoris, & *Carpiſtæ, & Horothetę, & Metagogei, & Aeonum compago, & primi Chriſti cum Spiritu ſancto, de pęnitentia] à Patre ipſorum. Poſtrema AEonum geneſis, & ſecundi Chriſti, quem Soterẽ dicunt ex collatione compoſita fabricatio. Hæc autem manifeſtè quidem nõ eſſe dicta, quoniam non omnes capiant agnitionem ipſorum, myſterialiter autẽ à Saluatore per parabolas oſtenſa ijs, qui poſſunt intelligere: ſic triginta Aeonas ſignificari per triginta

*De Ieſu.*

**Carpiſti & Horotheti.*

*De duplici Chriſto.*

*diſſe, quàm ſi eum comprehendiſſent. Hinc enim perpetuitatem ipſis comparatam eſſe, cùm ex ipſius comprehenſibilitate, hoc eſt ex Filio, formam tantum acceperint.*

Ortus] *dele in Græc.* αὐτοῦ.

Hoc eſt in Filio] *in Græc. corruptè habetur* ᾧ δὴ ἴσος ἐστί. *Legendum enim eſt* ὃ δὴ ὁ υἱός ἐστι, *ſuffragante non modò veteri interprete, ſed etiam Tertulliano, qui his verbis vtitur: Filium autem ſtatuunt apprehenſibilem Patris. Vbi tamen legen-* D *dum apprehenſibile, id eſt,* τὸ καταληπτόν.

Omnes Noas, omnes ſermones] *Ouidius Metamorphoſes ſuas deleuiſſet, ſi maiorem cognouiſſet. Tertull.*

Produxiſſe] *Græc.* προβαλέσθαι, προβλήματα. *Legendum* πρόβλημα. *Neque enim hic agitur niſi de Ieſu. Ridet autem hic quoque Tertullianus Valentinianorum amentiam, qui AEonas ſuos velut ex ære collatitio Ieſum ornaſſe ſtatuant, cùm tamen eos vnum omnes effectos fuiſſe aſſerant. Si enim, inquit, omnes vnum erant ex ſupradicta peræquatione, vacabat ſymbolæ ratio, quæ fermè ex varietatis gratia conſtat. Oportuneq́ue hoc loco Pandoræ Heſiodi mentionem facit, quemadmodum & Irenæus lib. 2. cap. 19.*

Ac denique omnia.] *Legendum in Græc.* καὶ πάντα, *non* καὶ κατὰ πάντα, *aſtipulantibus vet. interp. & Tertull. Sicq́; ead lin. pro* αὐτῶν, *reponendum* αὐτῷ.

Ac penè] *exiſtimo legendum in Græc.* κατὰ, *vel* παρὰ, *non* μετὰ.

Et AEonum] *ſic lego cum veteri. In codice Epiphanij nõ eſt* καὶ αἰώνων, *ſed* ἑξάγωνος, *id eſt, ſexangula. Quòd ſi quis ita legere malit, referendum erit hoc vocabulum ad ſex Hori nomina, quæ præcedunt.*

Eorum] *Addo* αὐτῶν *ex vet.*

Duodecadis autem] *Corrigendus eſt Græcus Theodoreti codex libro primo hæreticarum fabularum in hæreſi Valentini, ac pro* τὸν δύο καὶ τὸν δέκα, *legendum* τὸν δωδεκάδεκα. *Duodenarium enim ſummo in pretio habebant Valentiniani.*

Significari aſſerunt] *Græca tranſpoſita ſunt. Nam pro* σημαίνουσι λέγεσθαι, *reponendum eſt* σημαίνεσθαι λέγουσι.

dicari, de quibus ſuperius loquuti ſumus: in quibus nihil à Saluatore palàm, ac publicè actum eſſe dicũt: atq; item per operariorum vineæ parabolam. Quin Paulum quoq; ſæpenumerò hos Aeonas apertiſſimè nominare aſſerunt, atq; inſuper eorum ordinem ſeruaſſe, cùm his verbis vteretur: In omnes generationes ſeculorũ ſeculi. Atq; adeò nos quoq;, cùm in gratiarum actione dicimus, In ſecula ſeculorũ, Aeonas illos ſignificare. Deniq; vbi ſeculi vel ſeculorum vocabulum vſurpatur, id ad illos referri volunt. Iam verò Duodecadis Aeonum productionem ex eo indicari, quòd Dominus cùm duodecimum ætatis annũ ageret, cum Legis doctoribus diſſeruit: atq; item per Apoſtolorum electionem Duodecim enim Apoſtolos eſſe. Poſtremò reliquos duodeuiginti Aeonas hinc declarari, quòd eum, poſtquam à morte ad vitã rediiſſet, decem & octo menſes cum diſcipulis verſatum eſſe dicunt. Adhæc per duas primas nominis ipſius literas, hoc eſt ῑ & η̄, octodecim AEonas ſignificanter indicari: eodemq; modo decem AEonas per literam ῑ, quæ in ipſius nomine principem locũ tenet, ſignificari aſſerunt. Atq; huc ſpectaſſe Saluatorẽ, cùm diceret, Iota vnum, aut apex vnus non præteribit, donec omnia fiant. At verò calamitatẽ eam, quæ duodecimo AEoni accidit, per Iudæ, qui Apoſtolorum duodecimus erat, defectionẽ innui dicunt: atq; hinc etiam, quòd Chriſtus duodecimo menſe paſſus ſit. Eum enim vnũ duntaxat à Baptiſmo annum prædicationis munus obiiſſe volunt. Inſuper etiam hoc in muliere illa, quę ſanguinis profluuio laborabat, apertiſſimè declarari. Hanc enim, cùm duodecim annis ægrotaſſet, Saluatoris aduentu ac præſentia curatam eſſe, contacta nimirùm ipſius fimbria. Atq; ob eam cauſam dixiſſe Saluatorem, Quis me tetigit? His ſcilicet verbis myſterium illud, quod inter AEonas contigerat, affectiq; AEonis curationem, Apoſtolis tradentem. Hanc enim quæ duodecim annis aduerſa valetudine laborauerat, AEonis illius figuram extitiſſe, cuius eſſentia, quemadmodum ipſi aiunt, ſeſe extendebat, atq; in infinitum fluebat, ac niſi veſtem ipſius contigiſſet, hoc eſt primæ quaternitatis veritatem, quæ per fimbriam ſignificatur, in totam ipſius eſſentiã reſoluta fuiſſet. Verùm ſtetit: ac morbo conflictari deſiit. Etenim egreſſa à Filio virtus (hanc autem Horum eſſe volunt) medicinam ei fecit, morbũque ab ea depulit. Quòd autem Saluator, qui ex omnibus ortus eſt, omnia ſit, per hæc Scripturæ verba oſtendi aſſerunt: Omne maſculinum adaperiens vuluam. Ipſum enim, quum omne ſit, aperuiſſe vuluam Enthymeſis AEonis illius affecti, atq; extra Pleroma eiecti, quam etiam ſecundam Ogdoadem appellant: de qua paulò pòſt verba faciemus. Atq; eam ob cauſam disertè quoq; à Paulo dictum eſſe aiunt, Et ipſe eſt omnia. Et iterùm, Omnia in eum, & ex ipſo omnia. Ac rurſus, In ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Itemq; illud, Inſtaurare omnia in Chriſto per Deum. Ad hunc modum hæc, & ſi quæ alia huiuſmodi ſunt, interpretãtur. Poſtea de Horo ſuo, quem etiam pluribus nominibus appellant, verba facientes, duplici eum facultate præditum eſſe ſtatuunt; altera fulciente, altera diuidẽte: & quatenus conſtabilit ac firmat, Crucem eſſe, qua autem ratione diuidit ac diſtinguit, Horum. Saluatorẽ porrò ipſius facultates, ita indicaſſe. Ac primò quidem eam qua fulcit & cõfirmat, in his verbis, Qui non tollit crucem ſuam & ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et rurſus, Tollens crucem, ſequere me: deinde autem eam qua ſecernit ac dirimit, cùm his verbis vteretur, Nõ

A ἐτῶν, ὡς προέφαμεν, ἐν οἷς οὐδὲν ἐν φανερῷ φάσκουσι πεποιηκέναι τὸν Σωτῆρα, καὶ διὰ τῆς παραβολῆς τῶν ἐργατῶν τοῦ ἀμπελῶνος· καὶ τὸν Παῦλον φανερώτατα λέγουσι, τοὺς δὲ αἰῶνας ὀνομάζειν πολλάκις, ἔτι δὲ καὶ τὴν τάξιν αὐτῶν τετηρηκέναι, οὕτως εἰπόντα, εἰς πάσας τὰς γενεὰς τῶν αἰώνων τοῦ αἰῶνος. ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐπὶ τῆς εὐχαριστίας λέγοντας, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἐκείνους τοὺς αἰῶνας σημαίνειν. καὶ ὅπου ἂν αἰὼν ἢ αἰῶνες ὀνομάζονται, τὴν ἀναφορὰν εἰς ἐκείνους εἶναι θέλουσι. τὴν δὲ τῆς δωδεκάδος τῶν αἰώνων προβολὴν μηνύεσθαι διὰ τοῦ δωδεκαετῆ ὄντα τὸν κύριον διαλεχθῆναι τοῖς νομοδιδασκάλοις, καὶ διὰ τῆς τῶν ἀποστόλων ἐκλογῆς. δώδεκα γὰρ ἀπόστολοι. καὶ τοὺς λοιποὺς δεκαοκτὼ αἰῶνας φανεροῦσθαι διὰ τοῦ μετὰ * τὴν νεκρῶν ἀνάστασιν δεκαοκτὼ μησὶ λέγειν διατετριφέναι αὐτὸν σὺν τοῖς μαθηταῖς. ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν B προηγουμένων τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ δύο γραμμάτων, τοῦ τε ἰῶτα καὶ τοῦ ἦτα, τοὺς δεκαοκτὼ αἰῶνας εὐσήμως μηνύεσθαι. καὶ τοὺς δέκα αἰῶνας ὡσαύτως διὰ τοῦ ἰῶτα γράμματος, ὃ προηγεῖται τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, * σημαίνουσι λέγεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο εἰρηκέναι τὸν Σωτῆρα, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ, ἕως ἂν πάντα γένηται. τὸ δὲ περὶ τὸν δωδέκατον αἰῶνα γεγονὸς πάθος * ὑπερσημαίνεσθαι λέγουσι τῆς ἀποστασίας * διὰ Ἰούδαν, ὃς δωδέκατος ἦν τῶν ἀποστόλων, γενομένης προδοσίας δείκνυσθαι λέγουσι. καὶ ὅτι τῷ δωδεκάτῳ μηνὶ ἔπαθεν. ἐνιαυτῷ γὰρ ἑνὶ βούλονται αὐτὸν μετὰ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ κεκηρυχέναι. ἔτι τε ἐπὶ τῆς αἱμοῤῥοούσης σαφέστατα τοῦτο δηλοῦσθαι. δώδεκα γὰρ ἔτη παθοῦσαν αὐτὴν ὑπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας C τεθεραπεῦσθαι, ἁψαμένης τοῦ κρασπέδου αὐτοῦ. καὶ διὰ τοῦτο εἰρηκέναι τὸν Σωτῆρα, τίς μου ἥψατο; διδάσκοντα τοὺς μαθητὰς τὸ γεγονὸς ἐν τοῖς αἰῶσι μυστήριον, καὶ τὴν ἴασιν τοῦ πεπονθότος αἰῶνος. ἡ γὰρ παθοῦσα δώδεκα ἔτη, ἐκείνη ἡ δύναμις ἐκτεινομένης αὐτῆς καὶ εἰς ἄπειρον ῥεούσης τῆς οὐσίας, ὡς λέγουσιν, * εἰ μὴ ἔψαυσε τοῦ φορήματος αὐτοῦ, τουτέστι τῆς ἀληθείας τῆς πρώτης τετράδος, ἥτις διὰ τοῦ κρασπέδου μεμήνυται, ἀνελύθη ἂν εἰς τὴν οὐσίαν αὐτῆς, ἀλλὰ ἔστη καὶ ἐπαύσατο τοῦ πάθους. ἡ γὰρ ἐξελθοῦσα δύναμις * τούτου, εἶναι δὲ * ταύτης τὸν ὅρον θέλουσιν, ἐθεράπευσεν αὐτήν, καὶ τὸ πάθος ἐχώρησεν ἀπ' αὐτῆς. τὸν δὲ σωτῆρα τὸν ἐκ πάντων ὄντα τὸ πᾶν εἶναι διὰ τοῦ λόγου τοῦ, πᾶν ἄρρεν διανοῖγον μήτραν, δηλοῦσθαι λέγουσιν. ὃς τὸ πᾶν ὢν διήνοιξε τὴν μήτραν τῆς ἐνθυμήσεως τοῦ πε- D πονθότος * αἰῶνος, καὶ ἐξορισθείσης ἐκτὸς τοῦ πληρώματος, ἣν δὴ καὶ δευτέραν ὀγδοάδα καλοῦσι, περὶ ἧς μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν. καὶ ὑπὸ τοῦ Παύλου δὲ φανερῶς διὰ τοῦτο εἰρῆσθαι λέγουσι, καὶ αὐτός ἐστι τὰ πάντα. καὶ πάλιν, πάντα εἰς αὐτὸν, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὰ πάντα. καὶ πάλιν, ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος. καὶ τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι δὲ τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ διὰ τοῦ Θεοῦ, ἑρμηνεύουσιν εἰρῆσθαι, καὶ εἴ τινα ἄλλα τοιαῦτα. ἔπειτα περὶ τοῦ ὅρου αὐτῶν, ὃν δὴ καὶ πλείοσιν ὀνόμασι καλοῦσι, δύο ἐνεργείας ἔχειν αὐτὸν ἀποφαινόμενοι, τὴν ἑδραστικὴν καὶ τὴν μεριστικήν. καὶ καθὰ μὲν ἑδράζει καὶ στηρίζει, σταυρὸν εἶναι· καὶ καθὰ δὲ μερίζει καὶ διορίζει, ὅρον. τὸν μὲν * σταυρὸν οὕτως λέγουσι μεμηνυκέναι τὰς ἐνεργείας αὐτοῦ. καὶ πρῶτον μὲν τὴν ἑδραστικὴν ἐν τῷ εἰπεῖν, ὃς οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ μοι, μαθητὴς ἐμὸς οὐ δύναται γενέσθαι· καὶ, ἄρας τὸν σταυρὸν αὐτοῦ ἀκολούθει μοι· τὴν δὲ διοριστικὴν αὐτοῦ ἐν τῷ εἰπεῖν, οὐκ ἦλθον

* τὴν ἐκ νεκρῶν. * σημαίνεσθαι λέγουσι * ὑποσημαίνεσθαι * διὰ τῆς ἀποστασίας τοῦ Ἰούδα * καὶ εἰ μὴ * τοῦ υἱοῦ * ταύτην * αἰῶνος, καὶ ὑπὸ τοῦ Παύλου * σωτῆρα



A annos, ſicut prædiximus, in quibus nihil in manifeſto dicunt feciſſe Saluatorem, & per parabolam operariorum vineæ. [33] Et Paulum manifeſtiſſimè dicunt AEonas nominare ſæpiſſimè. Adhuc etiam & ordinem ipſorum ſeruare, ſic dicentem, In vniuerſas generationes ſeculi ſeculorum. Sed [34] & nos ipſos denique in gratiarum actionibus dicentes, AEonas AEonum, illos AEonas ſignificare: & vbicunque AEon aut AEones nominantur, in illos id referri volunt. *Matt.20.2. 1.Cor.2.6. & 7. Ephe.3.21. Collo.1.26. Hebr.1.2.*

Duodecadis autem AEonum emiſſionem ſignificatã per id quod duodecim annorum exiſtens Dominus, diſputauerit cum legis doctoribus: & per Apoſtolorum electionem: duodecim enim Apoſtolos elegit. Et reliquos octodecim AEonas manifeſtari per id, quod poſt reſurrectionem à mortuis [35] octodecim menſibus dicant conuerſatum eum cum diſcipulis. Sed & præcedentes nominis eius duas literas Iota & Eta, octodecim AEonas ſignificanter manifeſtare. Et decem autem AEonas ſimiliter per Iota literam quod præcedit, in nomine eius ſignificari dicunt, & propter hoc dixiſſe Saluatorem, Iota vnum, aut vnus apex non * præteriet, quoadusque omnia fiant. *Luc 2.46. Ioan.6.67. ἰησοῦς. Matth.5.19.* *præteribit.

Hanc autem paſſionem quæ circa duodecimum AEonem facta eſt, ſignificari dicunt per apoſtaſiam Iudæ, qui duodecimus erat Apoſtolorum, & quoniam duodecimo B menſe paſſus eſt. Vno [36] enim anno volunt eum poſt baptiſma prædicaſſe. Adhuc etiã in ea quæ profluuium ſanguinis patiebatur, manifeſtiſſimè hoc ſignificari. Duodecim enim annis paſſam, eam per Domini aduentum eſſe ſanatam, cùm tetigiſſet fimbriam veſtimenti eius, & propter hoc dixiſſe Saluatorem: Quis me tetigit? docentem diſcipulos quod factum * eſt inter AEonas myſterium, & curationem paſſi AEonis. Per illam enim quæ paſſa eſt duodecim annis, illa virtus ſignificatur, eò quòd extenderetur, & in immenſum flueret eius ſubſtantia, quemadmodum dicunt. Et niſi tetigiſſet veſtimentum, hoc eſt illius Filij, qui eſt veritas primæ tetradis, quæ per fimbriam manifeſtata eſt, aduenifſe in omnem ſubſtãtiam ſuam. Sed ſtetit & quieuit à paſſione per egreſſam virtutem Filij. Eſſe autem hunc Horon volunt, qui curauit eam, & paſſionem ſeparauit ab ea. *Matt.26.14. Actor 1.17. De tempore prædicationis Chriſti. Matt.9.20.* *eſſet.

Quòd autem Saluatorem ex omnibus exiſtentem, [37] omne] eſſe, per hoc reſponſum, Omne maſculinum aperiens vuluam, manifeſtari dicunt. Qui cùm omnia ſit, aperuit vuluam excogitationis paſſi AEonis, & ſeparata ea extra Pleroma, [38] quam] etiam ſecũdam Ogdoadem vocant, de qua paulò pòſt dicemus. Et à Paulo autem manifeſtè pro- C pter hoc dictum dicunt, Et ipſe eſt omnia. Et rurſus, Omnia in ipſum, & ex ipſo omnia. Et iterum, In ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Et illud, Recapitulata eſſe omnia in Chriſto per Deum. Sic & interpretantur dicta, & quæcunque alia ſunt talia. *De Saluatore. τὸ πᾶν. Exod.13.2. Luc.2.23. Rom.11.36. Collo.1.19. & 20.*

Adhuc etiam de Horo ſuo (quem etiam plurimis nominibus vocant) duas operationes habere eum oſtendunt, confirmatiuam & ſeparatiuam, & ſecundùm id quidem, quod firmat & conſtabilit, Crucem eſſe: ſecundùm id quòd verò diuidit, Horon. Saluatorem autem ſic manifeſtaſſe operationes eius. Et primò quidem confirmatiuam, in eo quod dicit, Qui non tollit crucem ſuam, & ſequitur me, diſcipulus meus eſſe non poteſt. & item, Tollens crucem, ſequere me. Separatiuam autem in eo quod dicit, Non *De Termino. Matt.10.38. Mar.8.34.*

Innui] *pro* ὑπερσημαίνεσθαι *legendum* ὑποσημαίνεσθαι, *& ead. lin. pro* τῆς ἀποστασίας τοῦ Ἰούδα, διὰ Ἰούδαν *reſtituendum ex vet. int. & ita poſtulante ſenſu.*

D Cuius] *pro* αὐτῆς *legendum* αὐτῇ, *& paulò pòſt, ante* εἰ μὴ, *ponenda eſt particula copulatiua* καὶ *ex vet.*

Reſoluta fuiſſet] *vet. interp. hic mihi lapſus eſſe videtur. Vertit enim, aduenifſe in omnem eſſentiam ſuam: perinde ac ſi in Græco haberetur* ἀνελελύθει. *Sed verior eſt lectio* ἀνελύθη ἄν, *id eſt, redacta ac reſoluta fuiſſet: quemadmodum patet ex his quæ ſuperius dixit Irenæus, cùm de Sophiæ calamitate verba faceret.*

Egreſſa virtus à filio] *ex vet. interpret. pro* τούτου *reſtituo,* τοῦ υἱοῦ. *Ibidem pro* ταύτης, *legendum* ταύτην.

Atque extra complementum] *Græc.* καὶ ἐξορισθείσης ἐκτὸς τοῦ πληρώματος, ἣν δὴ καὶ δευτέραν ὀγδοάδα καλοῦσι, περὶ ἧς μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν *Quæ quidem verba, tametſi in veteri quoq; interpretatione extant, meo tamen iudicio delenda ſunt. Nec enim quicquam ad rem faciunt, nec ſententiam abſolutam habent. Ac præterea falſum eſt Valentinianos Enthymeſin ſecundam ogdoadem appellare.*

Saluatorem porrò] *In Græc. pro* τὸν μὲν ὅρον, *legendum* τὸν δὲ σωτῆρα.

Ventilabrum enim illud] ἐκεῖνο *lego cum vet.*

Nam cùm multæ] *Veterem interpretem hoc loco ſequor, qui hæc verba* ἕτεροι δὲ *haudquaquam agnoſcit; & certè redundant.*

Et vacuitatis loca] *in Græc. pro* σκηνώματος, *reponendum* κενώματος *ex Theod. libro 1. hæret. fab. vt etiam legit vetus interpres, & Tertul. conſentit, qui Enthymeſin in loca luminis aliena (hoc eſt* σκίας*) & in vacuum illud & inane Epicuri exploſam fuiſſe ait.*

Superiorem] *addo* ἄνω, *ex veteri: quemadmodum & paulò pòſt* αὐτὴν *poſt* καταλιπεῖν.

In ſe] *pro* αὐτὴν, *legendum* αὐτῇ ὑπὸ *ex vet. interpr.*

Inuiſibiliter] *lego* ἀοράτως *cum vet.*

Atque in omnium] *veterem hoc loco ſequor, qui ita legit,* ἀγνοοῦσα δὲ τὰ πάντα οὐ καθάπερ *&c. Hæc enim lectio mihi ſimplicior videtur.*

Et omnem] καὶ *addo ex vet.*

A veni mittere pacem,ſed gladium. Ioannem etiã hoc ipſum ſignificaſſe,cùm diceret,Ventilabrum in manu eius,& purgabit areã,& colliget triticum in horreum ſuum, paleam autẽ comburet igni inextinguibili. His enim verbis Hori vim ac facultatem declaraſſe. Ventilabrum enim hoc crucẽ eſſe interpretantur,quæ quidẽ ea omnia,quæ materia conſtant, abſumat,non ſecus ac paleas ignis: purgat autem eos, qui ſalutem conſequuntur,perinde ac ventilabro triticũ purgatur Quin ipſum quoq; Paulum crucis huiuſce mentionẽ facere dicunt,cùm in hæc verba loquitur: Verbum crucis pereuntibus quidẽ ſtultitia eſt,ijs autem,qui ſalui fiunt,hoc eſt nobis,virtus Dei. Ac rurſus,Mihi aũt abſit gloriari,niſi in Cruce Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Ac talia quidem de Pleromate ſuo & commento cuncti dicunt,detorquẽtes videlicet ea, quæ rectè dicta ſunt,ad ea, quæ improbè ac ſceleratè ipſi cõfinxe- B runt. Nec verò ex Euangelicis tantùm, & Apoſtolicis libris,quos peruersè interpretantur, ac mala fide exponunt,hæc probare conantur, verùm etiã ex Lege ac Prophetis. Nã cùm multę in ijs parabolę & allegoriæ ſint,quæ in varios ſenſus trahi queunt, ipſi ſententiæ ambiguitatẽ callida & verſuta interpretatione commento ſuo accommodantes,à veritate abſtractos eos in captiuitatẽ abducunt,qui parum firmã in Deum Patrem omnipotentem, & in vnum Dominũ Ieſum Chriſtum,filium Dei, fidem tuentur. At verò quæ extra Pleroma ab ijs dicuntur,ſunt huiuſmodi. Enthymeſin ſuperioris illius Sophiæ, quam & Achamoth nuncupant,vnà cum paſſione à Pleromate ſubmotam,in vmbras, & vacuitatis loca, neceſſariò velut æſtu quodam,abreptam eſſe aiunt. Eam enim extra lucem & Pleroma extitiſſe, formæ ac figuræ expertem, non ſecus ac fœtum aliquem ab ortu ege- C ſtum: eò quòd nihil comprehendiſſet. Superiorem autem Chriſtum,ipſius calamitate commotum, ac per Crucem extenſum, vi ſua formam quidem ei indidiſſe: ſed eſſentiæ duntaxat, non item ſcientiæ. Eoq́ue negotio perfunctum, contracta virtute ſua ad ſupera ſeſe recepiſſe, eamq́ue deſeruiſſe: quò videlicet ea,calamitatem ſuam perſentiſcens, vt quæ à Pleromate ſubmota eſſet, præſtantiorum deſiderio inflammaretur, habens interim nonnullum incorruptibilitatis odorem à Chriſto & Spiritu ſancto in ſe relictum. Qua etiam de cauſa duobus eam nominibus appellant, Sophiam nempe paterno nomine, (Pater enim ipſius Sophia nuncupatur) & Spiritum ſanctum,ab eo ſcilicet Spiritu,quo Chriſtus eſt præditus. Formatam autem eam ac mentis compotem effectam,moxq́; Sermone eo, qui inuiſibiliter cũ ipſa erat,hoc eſt Chriſto, ſpoliatã & orbatam, ad inueſtigandum illud lumen,quod eam deſeruerat ſeſe cõtu- D liſſe: verùm obſtitiſſe Horum quominus id cõſequi poſſet. Atq; hic etiam Horum coërcentẽ eam ne vlterius progrederetur,Iao inclamaſſe: hincq́; vocẽ hanc Iao originem duxiſſe tradũt. Cũ ergo ob eam,cui implicita erat,paſſionem, Horum prætergredi nequiuiſſet,ſolaq́ue foris relicta eſſet,omni perturbationis generi ſuccubuiſſe(multiplex enim hæc paſſio erat, ac compluribus partibus conſtabat.) Nam & mœrore affectam fuiſſe, quod minimè comprehendiſſet: & metu,ne quemadmodum eam lux, ita etiam vita deficeret: ac deniq; animi anxietate Atq; in omni rerum ignoratione verſantem, non matris ipſius primæ Sophiæ & AEonis inſtar varietatem in turbidis illis animi motibus,ſed repugnantiam habuiſſe. Accidiſſe etiam ei alterum paſſionis genus, ni-

A ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν. καὶ τὸν ἰωάννην δὲ λέγουσιν αὐτὸ τοῦτο μεμηνυκέναι, εἰπόντα, τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα, καὶ συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτοῦ, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. καὶ διὰ τούτου τὴν ἐνέργειαν τοῦ ὅρου μεμηνυκέναι. πτύον γὰρ * ἐκεῖνον τὸν σταυρὸν ἑρμηνεύουσιν εἶναι, ὃν δὴ καὶ ἀναλίσκειν τὰ ὑλικὰ πάντα, ὡς ἄχυρα πῦρ· καθαίρειν δὲ τοὺς σωζομένους, ὡς τὸ πτύον τὸν σῖτον. Παῦλον δὲ τὸν ἀπόστολον καὶ αὐτὸν ἐπιμνήσκεσθαι τούτου τοῦ σταυροῦ λέγουσιν οὕτως· ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστί, τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν δύναμις Θεοῦ. καὶ πάλιν, ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο ἐν μηδενὶ καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ ἰησοῦ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. τοιαῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ B πληρώματος αὐτῶν, καὶ τοῦ πλάσματος πάντες λέγουσιν, ἐφαρμόζειν βιαζόμενοι τὰ καλῶς εἰρημένα τοῖς κακῶς ἐπινενοημένοις ὑπ' αὐτῶν. καὶ οὐ μόνον ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν καὶ τῶν ἀποστολικῶν πειρῶνται τὰς ἀποδείξεις ποιεῖσθαι, παρατρέποντες τὰς ἑρμηνείας, καὶ ῥᾳδιουργοῦντες τὰς ἐξηγήσεις, ἀλλὰ καὶ ἐκ νόμου καὶ προφητῶν, ἅτε πολλῶν παραβολῶν καὶ ἀλληγοριῶν εἰρημένων, καὶ εἰς πολλὰ ἕλκειν δυναμένων τὸ ἀμφίβολον διὰ τῆς * ἐξηγήσεως· ἕτεροι δὲ δεινῶς τῷ πλάσματι αὐτῶν καὶ δολίως ἐφαρμόζοντες αἰχμαλωτίζουσιν ἀπὸ τῆς ἀληθείας, τοὺς μὴ ἑδραίαν τὴν πίστιν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ διαφυλάσσοντας. τὰ δὲ ἐκτὸς τοῦ πληρώματος λεγόμενα ὑπ' αὐτῶν ἐστὶ τοιαῦτα· τὴν ἐνθύμησιν τῆς ἄνω σοφίας, ἣν C καὶ ἀχαμὼθ καλοῦσιν, ἀφορισθεῖσαν τοῦ πληρώματος σὺν τῷ πάθει λέγουσιν ἐν σκιαῖς καὶ * σκηνώματος τόποις ἐκβεβράσθαι κατὰ ἀνάγκην. ἔξω γὰρ φωτὸς ἐγένετο καὶ πληρώματος ἄμορφος καὶ ἀνείδεος, ὥσπερ ἔκτρωμα, διὰ τὸ μηδὲν κατειληφέναι, οἰκτείραντά τε αὐτὴν * τὸν χριστόν, καὶ διὰ τοῦ σταυροῦ ἐπεκταθέντα τῇ ἰδίᾳ δυνάμει, μορφῶσαι μόρφωσιν τὴν κατ' οὐσίαν μόνον, ἀλλ' οὐ τὴν κατὰ γνῶσιν. καὶ πράξαντα τοῦτο ἀναδραμεῖν συστείλαντα αὐτοῦ τὴν δύναμιν, καὶ * καταλιπεῖν, ὅπως αἰσθομένη τοῦ περὶ αὐτὴν πάθους διὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ πληρώματος ὀρεχθῇ τῶν διαφερόντων, ἔχουσά τινα ὀδμὴν ἀφθαρσίας, ἐγκαταλειφθεῖσαν * αὐτὴν τοῦ χριστοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. διὸ καὶ αὐτὴν τοῖς ἀμφοτέροις ὀνόμασι καλεῖσθαι, σοφίαν τε πατρωνυμικῶς· ὁ γὰρ πατὴρ αὐτῆς σοφία κλήζεται, καὶ πνεῦμα ἅγιον ἀπὸ τοῦ περὶ τὸν χριστὸν πνεύματος, μορφωθεῖσάν τε αὐτὴν καὶ ἔμ- D φρονα γενηθεῖσαν. παραυτίκα δὲ κενωθεῖσαν τοῦ * ἀοράτου αὐτῇ συνόντος λόγου, τουτέστι τοῦ χριστοῦ, ἐπιζήτησιν ὁρμῆσαι τοῦ καταλιπόντος αὐτὴν φωτός, καὶ μὴ δυνηθῆναι καταλαβεῖν αὐτό, διὰ τὸ κωλυθῆναι ὑπὸ τοῦ ὅρου. καὶ ἐνταῦθα τὸν ὅρον κωλύοντα αὐτὴν τῆς εἰς τοὔμπροσθεν ὁρμῆς εἰπεῖν ἰαώ. ὅθεν τὸ ἰαὼ ὄνομα γεγενῆσθαι φάσκουσι. μὴ δυνηθεῖσαν δὲ διοδεῦσαι τὸν ὅρον, διὰ τὸ συμπεπλέχθαι τῷ πάθει, καὶ μόνην ἀπολειφθεῖσαν ἔξω, παντὶ μέρει τοῦ πάθους ὑποπεσεῖν πολυμεροῦς καὶ πολυποικίλου ὑπάρχοντος, καὶ παθεῖν, λύπην μὲν, ὅτι οὐ κατέλαβε· φόβον δὲ, μὴ καθάπερ αὐτὴν τὸ φῶς, οὕτω καὶ τὸ ζῆν ἐπιλίπῃ· ἀπορίαν τε ἐπὶ τούτοις. * ἐν ἀγνοίᾳ δὲ τὰ πάντα, καὶ οὐ καθάπερ ἡ μήτηρ αὐτῆς ἡ πρώτη σοφία καὶ αἰών, ἑτεροίωσιν ἐν τοῖς πάθεσιν εἶχεν, ἀλλὰ ἐναντιότητα. ἐπισυμβεβηκέναι δὲ αὐτῇ καὶ ἑτέραν διάθεσιν τὴν τῆς ἐπιστροφῆς

* ἐκεῖνο
* ἐξηγήσεως δεινῶς
* κενώματος
* τὸν ἄνω χριστὸν
* καταλιπεῖν αὐτὴν
* αὐτῇ ὑπὸ τοῦ
* ἀοράτως
* ἀγνοοῦσα δὲ τὰ πάντα οὐ καθάπερ



A veni mittere pacem,ſed gladium. Et Ioannem dicunt hoc ipſum manifeſtaſſe, dicentem,Ventilabrum in manu eius, & emundabit aream, & colliget frumentum in horreum ſuum,paleas autem comburet igni inextinguibili, & per hæc operationem Hori ſignificaſſe. Ventilabrum enim illud crucem interpretantur eſſe, quæ ſcilicet conſumit materialia omnia, quemadmodum paleas ignis: emundat autem eos qui ſaluantur,ſicut ventilabrum triticum. Paulum autem Apoſtolum & ipſum reminiſci huius crucis dicunt,ſic,Verbum enim crucis ijs qui pereunt,ſtultitia eſt: ijs autem qui ſaluantur,virtus Dei. & iterum, Mihi autem non eueniat in vllo gloriari, niſi in Chriſti cruce,per quem mihi mundus crucifixus eſt,& ego mundo. Talia igitur de Pleromate ipſorum,& plaſmate vniuerſorum dicunt,adaptare cupientes ea quæ bene dicta ſunt, ijs quæ malè adinuenta ſunt ab ipſis.

*Matt. 10.34. Matt. 3.12. Luc. 3.16. 1. Cor. 1.18. Galat. 6.14.*

[35] Non ſolùm autem ex Euangelicis & Apoſtolicis tentant oſtenſiones facere, conuertentes interpretationes, & adulterantes expoſitiones: ſed etiam ex Lege & Prophetis,cùm multæ parabolæ & allegoriæ ſint dictæ, & in multa trahi poſſint, ambiguum B per expoſitionem propenſius ad figmentum ſuum & doloſè adaptantes, in captiuitatem ducunt à veritate eos,qui non firmam fidem in vnum Deum Patrem omnipotentem,& in vnum Ieſum Chriſtum Filium Dei conſeruant. — Deprauant Scripturas.

Ea verò quæ extra Pleroma dicuntur ab ijs,ſunt talia: Enthymeſin illius ſuperioris Sophiæ, [40] quam & Achamoth vocant, ſeparatam[à ſuperiore Pleromate cum paſſione dicunt in [41] vmbræ,& vacuitatis locis deferbuiſſe]per neceſſitatẽ: extra enim lumen facta eſt,[&]extra Pleroma,informis,& ſine ſpecie quaſi abortus,ideo quia nihil apprehendit. Miſertum[ autem eius ſuperiorem Chriſtum, & per crucem extenſum ſua virtute formaſſe formam, quæ eſſet ſecundùm ſubſtantiam tantùm, ſed non ſecundùm agnitionem: & hæc operatum recurrere ſubtrahentem ſuam virtutem,& reliquiſſe illam,vti ſentiens paſſionem,quæ erga illam eſſet per ſeparationem Pleromatis, concupiſcat eorum quæ meliora eſſent,habens aliquam [42] odorationem] immortalitatis relictam in ſemetipſa à Chriſto & Spiritu ſancto. Quapropter ipſam duobus nominibus vocari,Sophiam paternaliter (Pater enim eius Sophia vocatur) & Spiritum ſanctum ab eo,qui eſt erga Chriſtum Spiritus,formatãm autem eam & ſenſatam factam. Statim autem euacuatam ab eo qui inuiſibiliter cum ea erat Verbo,hoc eſt Chriſto,in exquiſitionem egreſſam eius luminis, quod ſe dereliquiſſet; & non potuiſſe apprehendere illud, quoniam coercebatur ab Horo. Et ſic Horon coercentem eam ne anterius ir- C rueret, dixiſſe [43] Iao] vnde & Iao nomen factum dicunt: & cùm non poſſet pertranſire Horon,quoniam complexa fuerat paſſionem, & ſola fuiſſet derelicta foris, [44] omni parti paſſionis ſuccubuiſſe multifariæ & variæ exiſtentis: & paſſam eam triſtitiam quidem, quoniam non apprehendit,timorem autem [45] ne quemadmodum eam lumen, ſic & vita relinqueret. Conſternationem autem]ſuper hoc. Ignorans autem omnia, non quemadmodum mater eius prima Sophia AEon, demutationem in paſſionibus habuit, ſed contrarietatem. Super hæc autem eueniſſe ei & alteram adfectionem [46]

*Quid extra Pleroma. Enthymeſis.*

Enimuerò geſtit animus] *habuit, inquit Tertull. & ſalſas & amaras & dulces & frigidas guttas, & bituminoſas & ferruginantes & ſulphurantes & venenatas &c.*

Ab ipſius ſudoribus]*Græca hoc loco mendoſa ſunt. Legendum enim* γένεσιν ἐσχηκέναι ἀπὸ τῶν ἱδρώτων αὐτῆς, *vt legit vetus interpr. & poſtulat ſenſus.*

Quoniam autem]*lege* ἐπεὶ δὲ.

D Ad eam] *legendum in Græco* πρὸς αὐτὴν *vel* αὐτῇ. *Rurſus deſcendere apud Theod. loco ſuprà citato mendoſè legitur* μεθελθεῖν *pro* κατελθεῖν.

Atque item AEonibus]*hîc quoq; in Græco mendum irrepſit. Nam pro* δεόμενος *legendum* δὲ ὁμοίως, *vt vetus interp.*

Sibi obduxit] *malo ſibi legere, cum Tertulliano, vt ad ipſam Achamoth referatur, quàm ei, cum vet. interp.*

Scientiæ formam] *Apud Tertull. corruptè hoc loco habetur confirmauit. legendum eſt enim conformauit.*

Secretas eas]*corruptus eſt hic locus in Græco. pro* χωρήσει τοῦ *enim* χωρὶς *ſubſtituendũ eſt. Non enim hoc vult Irenæus has paſſiones minimè confuſas fuiſſe, ſed contra potius permixtas inter ſe atque confuſas.*

In corpoream materiam] *In Græco pro* ἀσώματον *legendum* ἐνσώματον *ex vet. interp. & Tertul.*

Altera mala]*Tertul. de vitis peſſima: de conuerſione paſſionalis: Græcè* ἐμπαθής.

Achamoth autem] δὲ *legendum, quemadmodum ſequ. lin.* σὺν αὐτῷ, *non* ἐν αὐτῷ. *ex vet. interp.*

Arripuiſſe] *Locus hic magnopere me torſit. Nam cùm* συλλαβεῖν *hoc loco idem eſſe exiſtimarem quod concipere, non videbam quænam eſſet hæc contemplationis angelorum conceptio. Huc etiam accedebat, quod aliquanto inferius Achamoth non contemplationem peperiſſe, ſed* κατὰ τὴν ἐκείνων θεωρίαν, *fœtum edidiſſe ſcribitur. Ne dicam quod ſi hîc* συλλαβεῖν *idem eſſet quod concipere, conceptio congreſſum antecederet. Id quod vel cogitare abſurdum eſt. Denique Tertullianus ipſe eam angelicorum luminum contemplatione tantummodo concalefactam eſſe, ac velut ad Venerem exarſiſſe ſcribit, non autem contemplationem concepiſſe. Quare hoc loco* συλλαβεῖν τὴν θεωρίαν, *nihil mihi aliud ſignificare videtur, quàm* θεωρεῖν.

Cumq́; ipſis congreſſam]ἐγκισσᾶν *hoc loco eſt ad Venerem admittere. Tertul. vertit ſubare.*

Ad ſimilitudinem effectum] *legendum in Græco* γεγονός, *non* γεγονότων.

mirum Conuerſionem ad eum, qui huic coagmentationi vitam impertiuerat: vnde materiæ eſſentiã, ex qua hic mundus conflatus eſt, ortam eſſe tradunt. Ex Conuerſione enim, & mundi, & Demiurgi, & deniq; omnem aliam animam ortum accepiſſe: ex metu autem ac mœrore reliqua initium habuiſſe. Etenim ex ipſius lacrymis liquidam omnem eſſentiam extitiſſe, ex riſu autem lucem, ex mœrore deniq; & ſtupore corporea mundi elementa. Nonnunquã enim flebat, & in mœrore verſabatur, vt ipſi aiunt, ob id nempe quòd ſola in tenebris & vacuo relicta eſſet: nonnunquam autem lumen illud, quod eam deſeruerat, ſecũ ipſa conſiderãs, lætitia diffundebatur, ac ridebat. Interdum rurſus metuebat, interdum item perplexo & anxio animo erat, atq; etiam mentis errore afficiebatur. Atq; hîc iam non leuis tragœdia, & imaginatio exiſtit, ſingulis nimirùm eorum alio atq; alio modo quonam ex affectu, & ex cuiuſmodi elemento orta ſit, non ſine faſtu & arrogãtia exponentibus. Quæ etiam ipſi non abs re mihi videntur nolle omnibus palàm tradere, verùm ijs ſolis, qui ingẽtem pro talibus myſterijs mercedem pendere queant. Nec enim iam hæc ad ea accedunt, de quibus Dominus noſter dixit, Gratis accepiſtis, gratis date: ſed ſemota ſunt, ac prodigioſa & profunda myſteria, quæq; non ſine magno labore ab hominibus mentiendi ſtudioſis comparentur. Ecquis enim facultates omnes ſuas non expẽdat, vt diſcat quemadmodum ex lacrymis Enthymeſis calamitoſi illius AEonis maria & flumina, atq; omnis aquarum ſubſtantia ortum acceperit: ex ipſius autem riſu lux, ex ſtupore & anxietate corporea mũdi elementa? Enimuerò geſtit animus ad eorum fruticationem aliquid etiam conferre. Quoniã enim aquas partim dulces, vt fontes, & fluuios, & imbres, cæteraque id generis, partim ſalſas, vt in mari, eſſe pſpicio, ita mecum reputo, non omnes eas ex ipſius lacrymis promanaſſe: quandoquidem lacryma qualitate ſua ſalſa eſt. Perſpicuum eſt itaq; ſalſas aquas eas eſſe, quę ex lacrymis ortæ ſunt. At verò credibile eſt eam in magna anxietate, atq; conſilij inopia conſtitutam, ſudorem etiam emiſiſſe. Atq; hinc iuxta ipſorũ figmentum exiſtimare par eſt fontes & amnes, & ſi quæ aliæ aquę dulces ſunt, ab ipſius ſudoribus originẽ habuiſſe. Neq; n probabile eſt, cùm vna eademq; qualitate lacrymę præditę ſint, ex ipſis tamen partim dulces, partim ſalſas aquas prodijſſe. Illud autem ad ſimilitudinem veri propius accedit, eas partim ex lacrymis, partim ex ſudoribus fluxiſſe. Quoniam autem in mundo, & calidæ quædam, & acres aquæ ſunt, tuum eſt cogitare, quonam modo, & quanam ex parte eas emiſerit. Tales enim fructus eorum commentis conueniunt. Cùm ergo mater eorum per omne perturbationum genus graſſata eſſet, ac tandem aliquando ex ijs emerſiſſet, aiunt eam ad lumen illud, à quo deſerta fuerat, hoc eſt ad Chriſtum rogandum, & obſecrandum, ſeſe cõuertiſſe. Hunc porrò cùm ad Pleroma iam reuerſus eſſet, atq; vti probabile eſt, rurſus deſcendere pigeret, Paracletum, hoc eſt Saluatorem, ad eam emiſiſſe, patre ei potẽtiam omnem concedente, omniaq; ipſius imperio ſubijciente, atq; item AEonibus: vt in ipſo omnia conderentur, tam quæ in aſpectum cadunt, quàm quæ oculorum obtutum fugiũt, hoc eſt, throni, deitates, dominationes. Comites etiã ei adiuncti ſunt Angeli, ipſius coætanei. At verò Achamoth, quemadmodum ipſi narrant, eum reuerita, primò quidẽ velum præ pudore ſibi obduxit, poſteaquam autẽ ipſum cum omnibus ſuis dotibus conſpicata eſt, viribus ex ipſius præſentia collectis, ad eũ

A ςροφῆς ἐπὶ τὸν ζωοποιήσαντα ταύτην σύςασιν, καὶ οὐσίαν τῆς ὕλης γεγενῆσθαι λέγουσιν, ἐξ ἧς ὅδε ὁ κόσμος συνέςηκεν. ἐκ μὲν γὰρ τῆς ἐπιςροφῆς τὴν τοῦ κόσμου καὶ τοῦ δημιουργοῦ * πᾶσαν ψυχὴν τὴν γένεσιν εἰληφέναι, ἐκ δὲ τοῦ φόβου καὶ τῆς λύπης τὰ λοιπὰ τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι. ἀπὸ γὰρ τῶν δακρύων αὐτῆς γεγονέναι πᾶσαν ἔνυγρον οὐσίαν, ἀπὸ δὲ τοῦ γέλωτος τὴν φωτεινήν, ἀπὸ δὲ τῆς λύπης καὶ τῆς ἐκπλήξεως τὰ σωματικὰ τοῦ κόσμου ςοιχεῖα. ποτὲ μὲν γὰρ ἔκλαιε καὶ ἐλυπεῖτο, ὥς λέγουσι, διὰ τὸ καταλελεῖφθαι μόνην ἐν τῷ σκότει καὶ τῷ κενώματι· ποτὲ δὲ εἰς ἔννοιαν ἥκουσα τοῦ καταλιπόντος αὐτὴν φωτὸς, διεχεῖτο καὶ ἐγέλα, ποτὲ δ' αὖ πάλιν ἐφοβεῖτο. ἄλλοτε δὲ διηπόρει, καὶ ἐξίςατο. καὶ τί γὰρ τραγωδία πολλὴ λοιπὸν ἦν ἐνθάδε, καὶ φαντασία ἑνὸς ἑκάςου αὐτῶν, ἄλλως καὶ ἄλλως σοβαρῶς ἐκδιηγουμένου ἐκ ποταποῦ πάθους, ἐκ ποίου ςοιχείου ἡ οὐσία τὴν γένεσιν εἴληφεν, ἃ καὶ εἰκότως

B δοκοῦσί μοι μὴ ἅπαντας θέλειν ἐν φανερῷ διδάσκειν, ἀλλ' ἢ μόνοις ἐκείνους τοὺς καὶ μεγάλους μισθοὺς ὑπὲρ τηλικούτων μυςηρίων τελεῖν δυναμένοις. οὐκέτι γὰρ ταῦτα ὅμοια ἐκείνοις, περὶ ὧν ὁ κύριος ἡμῶν εἴρηκε, Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε· ἀλλὰ ἀνακεχωρηκότα καὶ τερατώδη καὶ βαθέα μυςήρια μετὰ πολλοῦ καμάτου περιγινόμενα τοῖς φιλοψευδέσι. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐκδαπανήσειε πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, ἵνα μάθη ὅτι ἀπὸ τῶν δακρύων τῆς ἐνθυμήσεως τοῦ πεπονθότος αἰῶνος θάλασσαι καὶ ποταμοὶ καὶ πᾶσα ἔνυδρος οὐσία τὴν γένεσιν εἴληφεν, ἐκ δὲ τοῦ γέλωτος αὐτῆς τὸ φῶς, καὶ ἐκ τῆς ἐκπλήξεως καὶ τῆς ἀμηχανίας τὰ σωματικὰ τοῦ κόσμου ςοιχεῖα; βούλομαι δὲ καὶ αὐτὸς συνεισενεγκεῖν τι τῇ καρποφορίᾳ αὐτῶν. ἐπειδὴ γὰρ ὁρῶ τὰ μὲν γλυκέα ὕδατα

C ὄντα, οἷον πηγὰς καὶ ποταμοὺς καὶ ὄμβρους καὶ τὰ τοιαῦτα, τὰ δὲ ἐπὶ ταῖς θαλάσσαις ἁλμυρὰ, ἐπινοῶ μὴ πάντα ἀπὸ τῶν δακρύων αὐτῆς προβεβλῆσθαι, διότι τὸ δάκρυον ἁλμυρὸν τῇ ποιότητι ὑπάρχει. φανερὸν οὖν, ὅτι τὰ ἁλμυρὰ ὕδατα ταῦτά ἐςι τὰ ἀπὸ τῶν δακρύων. εἰκὸς δὲ αὐτὴν ἐν ἀγωνίᾳ πολλῇ καὶ ἀμηχανίᾳ γεγονυῖαν, καὶ ἱδρωκέναι. ἐντεῦθεν δὴ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν αὐτῆς ὑπολαμβάνειν δεῖ πηγὰς καὶ ποταμοὺς, καὶ εἴτινα ἄλλα γλυκέα ὕδατα ὑπάρχει, τὴν γένεσιν μὴ ἐσχηκέναι ἀπὸ τῆς * αὐτῆς. ἀπίθανον γὰρ μιᾶς ποιότητος οὔσης τῶν δακρύων, τὰ μὲν ἁλμυρὰ, τὰ δὲ γλυκέα ὕδατα ἐξ αὐτῶν προελθεῖν. τοῦτο δὲ πιθανώτερον, τὰ μὲν εἶναι ἀπὸ τῶν δακρύων, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἱδρώτων. * ἐπειδὴ καὶ θερμὰ καὶ δριμέα τινὰ ὕδατά ἐςιν ἐν τῷ κόσμῳ νοεῖν ὀφείλεις τί ποιήσασα, καὶ ἐκ ποίου μορίου, προήκατο ταῦτα. ἁρμόζουσι γὰρ

D τοιοῦτοι καρποὶ τῇ ὑποθέσει αὐτῶν. διοδεύσασαν οὖν πᾶν πάθος τὴν μητέρα αὐτῶν, καὶ μόγις ὑπερκύψασαν ἐπὶ ἱκεσίαν τραπῆναι τοῦ καταλιπόντος αὐτὴν φωτὸς, τουτέςι τοῦ χριςοῦ, λέγουσιν. ὃς ἀνελθὼν μὲν εἰς τὸ πλήρωμα, αὐτὸς μὲν εἰκὸς, ὅτι ὤκνησεν ἐκ δευτέρου κατελθεῖν, τὸν παράκλητον δὲ ἐξέπεμψεν * αὐτὴν, τουτέςι τὸν σωτῆρα, ἐνδόντος αὐτῷ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ πατρὸς, καὶ πᾶν ὑπ' ἐξουσίαν παραδόντος, καὶ τῶν αἰώνων * δεόμενος, ὅπως ἐν αὐτῷ τὰ πάντα κτισθῇ, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, θρόνοι, θεότητες, κυριότητες. ἐκπέμπεται δὲ πρὸς αὐτὴν μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν αὐτοῦ τῶν ἀγγέλων. τὴν δὲ ἀχαμὼθ ἐντραπεῖσαν αὐτὸν λέγουσι, πρῶτον μὲν κάλυμμα ἐπιθέσθαι δι' αἰδῶ, μετέπειτα δὲ ἰδοῦσαν αὐτὸν σὺν ὅλη τῇ καρποφορίᾳ αὐτοῦ προσδραμεῖν αὐτῷ δύναμιν λαβοῦσαν ἐκ τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ, κακεῖνον μορφῶσαι αὐτὴν

*καὶ πᾶσαν

*ἱδρῶτος

*ἐπεὶ δὲ

*πρὸς αὐτήν

*δὲ ὁμοίως



A conuerſionis] ad eum qui viuificauit eam, collectionẽ & ſubſtantiam fuiſſe materię dicunt ex qua hic mundus conſtat. De conuerſione enim mundi & Demiurgi omnem animam geneſim accepiſſe. De timore autem & triſtitia reliqua initium habuiſſe. A lacrymis enim eius factam vniuerſam humidã ſubſtantiam, à riſu autem lucidã, à triſtitia autem & pauore corporalia mundi elementa. Aliquando enim plorabat & triſtis erat, quomodo dicunt, quòd derelicta ſola eſſet in tenebris & in vacuo. Aliquando autẽ in cogitationem veniens eius quòd dereliquerat eam lumen, diffundebatur & ridebat. Aliquando autem rurſus timebat. Aliquando conſternabatur, & ecſtaſin patiebatur. Et quidem enim tragœdia multa eſt iam hîc, & phantaſia vniuſcuiuſque illorum aliter & aliter grauiter exponentis, ex quali paſſione, & ex quali elemento ſubſtantia generationem accepit.[47] Quæ etiam conuenienter videntur mihi non omnes velle manifeſtò docere,[48] ſed ſolos illos qui etiam grandes mercedes pro talibus myſterijs præſtare poſſunt. Non enim iam dicunt ſimilia illis, de quibus Dominus [noſter] dixit: Gratis accepiſtis, gratis date: ſed ſeparata & portentuoſa, & alta myſteria cum magno labore exquiſita fallacibus. Quis enim non eroget omnia quæ ſunt eius, vti diſcat quoniam à lacrymis Enthymeſeos, quæ ex paſſione AEonis, maria & fontes, & flumina, & vni-

B uerſa humida materia generationem acceperunt? De riſu autem eius lumen, de pauore autem & inconſtabilitate corporalia mundi elementa?[49] Volo autem aliquid & ego conferre fructificationi eorum. Quoniam enim video dulces quidem quaſdam aquas, & fontes, & flumina, & imbres, & alia, quæ autem ſunt in mari ſalſas, adinuenio non omnia à lacrymis eius emiſſa, quoniam lacrymę ſalſæ ſunt qualitate. Manifeſtum eſt igitur, quoniam ſalſæ aquæ hæ ſunt à lacrymis. Opinor autem eam in agonia & in inconſtantia] grandi conſtitutam & ſudaſſe. Vnde etiam ſecũdùm argumentationem ipſorum ſuſpicari oportet, fontes & flumina, & ſi quæ ſunt aliæ aquæ dulces generationem habuiſſe à ſudoribus eius. Non eſt enim ſuadibile, cùm ſint vnius qualitatis lacrymæ, alteras quidem ſalſas, alteras dulces aquas ex eis exiſſe. Hoc autem magis ſuadibile, alteras quidem eſſe à lacrymis, alteras verò à ſudoribus. Quoniam autem & calidæ & auſteræ quædam ſunt aquæ in mundo, intelligere * debemus quid faciens, & ex quo membro emiſit has. Apti ſunt enim huiuſmodi fructus argumento ipſorum.

Cùm igitur peragraſſet omnem paſſionem mater ipſorum, & vix cùm elata eſſet, ad obſecrationem conuerſa eſt eius luminis, quod dereliquerat eam, hoc eſt, Chriſti,

C dicunt: qui regreſſus in Pleroma, ipſe quidem vt datur intelligi pigritatus eſt ſecundò deſcendere: Paracletum autem miſit ad eam, hoc eſt, Saluatorem, præſtãte ei virtutem omnem Patre, & omnia ſub poteſtate tradente. Et AEonibus autem ſimiliter, vti in eo omnia conderentur, viſibilia & inuiſibilia, throni, diuinitates, dominationes. Mittitur autem ad eam cum coætaneis ſuis Angelis.[50] Hanc autem Achamoth reueritam eum dicunt, primò quidem coopertionem impoſuiſſe ei propter reuerentiã. Deinde aũt cùm vidiſſet eum cum vniuerſa fructificatione ſua accurriſſe ei, virtute accepta de

Errores de ortu materiæ, mundi & animarum.

Matt. 10. 8.

Ironia.

*debes.

Ita formaſſe] μεμορφωκέναι. *mendosè legitur apud Theod.* ἰδιοποιῆσαι, *pro* εἰδοποιῆσαι.

Ac nihil eiuſmodi ſentiens.] *Hæc verba addo ex Tertul. perſpicuitatis cauſa. Illic tamen pro, â quo, reponendum, à qua.*

Quæ poſt eum] *lego* μετὰ *cum vet. interp.*

Hoc eſt Hylicorum] *apud Tertull. pro, materiam, legendum materialium. ex ipſo procreatos,* τοῦτο *lego ex veteri interp. & Tertul.*

D Spirituales] νοητοὺς, *id eſt, qui intelligentia tantùm comprehenduntur, non autem in aſpectum cadunt. Delenda porrò hic in Græco eſt particula negatiua, vt apparet ex vet. interp. & Tertul. qui tamen* νοεροὺς *legit, non* νοητοὺς. *quod mihi magis placet.*

Huiuſce opinionis] δοκήσεως *enim habet Epiphanij codex. Tamen* ποιήσεως *legit vet. interp. Vertit enim operationis. Prior tamen lectio magis conuenire videtur cum his quæ antecedunt.*

Quia imbecillior] *Græcè,* ἀτονώτερον αὐτὸν ὑπάρχοντα, *vet. interpr.* ἀνώτερον αὐτὸν ὑπάρχοντα προγινώσκειν. *Ita enim habet, ſuperiorem ipſum exiſtentem præſcire. Sed hæc lectio parum congruit cum authoris ſenſu.*

Pſychicum filium] *addo* ψυχικὸν *ex vet.*

Quia pſychicus ſit] *in Græco pro* ψυχικὰ *ſubſtituendum* ψυχικὸν *ex vet. interp.*

In ſubcæleſti] *legendum eſt in Græco* ὑπουράνιον, *vt opponatur τῷ* ὑπερουρανίῳ, *in quo mater ſedem habet.*

Coſmocratorem autem] κοσμοκράτορα *lego, nõ* παντοκράτορα. *Diabolum enim intelligit. Conſentiunt vetus interp & Tertull.*

Terram nimirum] γῆν *lego, non* τὴν, *ex veter. & Tertullian.*

Metus motionem] *Delenda videntur hæc verba in Græco* τῶν δακρύων. *nec ea agnoſcit vetus interp.*

Mœroris concretionem] λύπης. *Vetus legit* ὕλης, *ſed malè.*

Inſitum eſſe] *legendum* ἐμπεφυκέναι, *non* ἐκπεφυκέναι. *Ridet autem hoc loco Tertul. Valentinianos, qui vnde ignis extiterit, minimè prodant. Itaque ait, credibile eſſe Achamoth in tantis vexationibus febricitaſſe, ex eóque æſtu ignem prodijſſe.*

Et fuſili] *addo* καὶ *ex vet.*

Vt quæ] *addo* ἅτε *ex vet.*

Perfecti ſermonis] *addo* λόγου *ex vet. & Tertull.*

Spiritualis homo] *lego* ἄνθρωπος *ex vet & ead. lin.* δυνάμει καί.

Atque

accurrit: ac tum ille ſcientiæ formam ei indidit, eamq́ue perturbationibus liberauit. Nec tamen has ab ea ita ſecreuit, ac depulit, vt curam omnem earum abijceret. (Nec enim deleri poterant, quemadmodum prioris Sophiæ affectiones: quòd radices iam egiſſent, ac robur contraxiſſent) verũ ſecretas eas confudit, & cõdenſauit, atq; ex incorporea affectione, in corpoream materiã immutauit, ac deinde eam illis aptitudinẽ, & naturã attulit, vt in concretiones, & corpora venirent, efficerenturq́; duæ eſſentiæ, altera mala, quæ ex paſſionibus extitiſſet, altera autem paſſionibus obnoxia, quæ ex conuerſione orta eſſet. Quæ etiã ipſa cauſa eſt, cur Saluatorem potẽtiâ fabricaſſe dicant. Achamoth autẽ affectu ſuo liberatam, præ lætitia contemplationem luminum eorũ, quæ cum ipſo erãt, hoc eſt Angelorum, quos ipſe comites habebat, arripuiſſe: cumq́; ipſis congreſſam, fructus ſecundùm imaginem peperiſſe docent, partum videlicet ſpiritualem ad ſimilitudinem effectum ſatellitum Saluatoris. Tribus igitur his de eorum ſententia in ortum productis, vno nimirùm ex paſſione, quod erat materia, altero ex conuerſione, quod erat animale, tertio, quòd ipſa in lucem ediderat, hoc eſt, ſpirituali, ad formam ipſis afferendam, poſtea ſe conuertiſſe. Verùm id quod ſpirituale erat, haudquaquam ab ipſa informari potuiſſe, quoniam eiuſdem cum ea eſſentiæ erat. Itaq; ad animalis eſſentiæ, quæ de ipſius conuerſione ortum habuerat, formationẽ ſe contuliſſe, ac diſciplinas eas, quæ à Saluatore profectæ ſunt, in lucem edidiſſe. Ac primùm ex animali ſubſtantia parentem, & Regem omnium, tam quæ eandem cum ipſo eſſentiam habent, hoc eſt, Pſychicorum, quæ etiam dextra appellant, quàm quæ ex paſſione & materia procreata ſunt, quæ quidem ſiniſtra vocant, informaſſe. Hunc enim omnia, quæ poſt eum extiterunt, ita formaſſe aſſerunt, vt occultè, ac nihil eiuſmodi ſentiens, à matre impelleretur. Quocirca & Metropatorem, & Apatorem, & Demiurgum, ac Patrem eum nuncupant, dextrorum quidem, hoc eſt, Pſychicorum, Patrẽ eum dictitantes; ſiniſtrorum autem, hoc eſt, Hylicorum opificem, omnium verò Regem. Hanc enim Enthymeſin, ad AEonum honorem cuncta efficere cupientem, imagines eorum effeciſſe tradunt, vel potius Saluatorem operâ ipſius. Ab eo enim ipſam quidem in inuiſibilis Patris imagine ita conſeruatam eſſe, vt Demiurgo prorſus ignota eſſet. Hunc autem in Monogenis filij imagine, in reliquorum verò AEonum, Archangelos, & Angelos ex ipſo procreatos. Itaque Patrem eum, ac Deum eorum, quæ extra Pleroma ſunt, extitiſſe dicũt, vtpote omnium tam Pſychicorũ quàm Hylicorum effectorem. Diſtinctis enim duabus illis eſſentijs ante cõfuſis, atque ex incorporeis in corporeas immutatis, tam cæleſtia, quàm terreſtria condidiſſe, & Hylicorum, & Pſychicorum, & dextrorũ, & ſiniſtrorum, & leuium, & grauium, & ſurſum tendentium, ac deorſum vergentium architectum extitiſſe. Septem enim cælos ab eo conditos fuiſſe, ſupra quos eum eſſe aiunt. Ob idq́ue Hebdomadem eũ appellant: matrem autem illam Achamoth, Ogdoadem, ſeruantem videlicet numerum Primigenæ, ac Principis illius, quæ in Pleromate eſt, Ogdoadis. Septem porrò hos cœlos ſpirituales eſſe aiunt, Angeloſq́ue ipſos ſtatuunt, atq; item Demiurgum ipſum Angelum Deo ſimilẽ, quemadmodum & Paradiſum, qui ſuprà tertium cælum ſitus eſt, potẽtia, quartũ Angelum eſſe aſtruunt: Adamumq́; ab eo aliquid ſumpſiſſe, cũ in eo verſaretur. Atq; ita quidẽ Demiurgũ in

αὐτὴν μόρφωσιν τὴν κατὰ γνῶσιν, καὶ ἴασιν τῶν παθῶν ποιήσασθαι αὐτῆς. χωρίσαντα δὲ αὐτὰ αὐτῆς, μὴ ἀμελῆσαι τὰ δὲ αὐτῶν. οὐ γὰρ ἦν δυνατὰ ἀφανισθῆναι, ὡς τὰ τῆς προτέρας, διὰ τὸ ἑκτικὰ ἤδη καὶ δυνατὰ εἶναι, ἀλλ' ἀποκρίναντα * χωρίσει τοῦ συγχέαι καὶ πῆξαι, καὶ ἐξ ἀσωμάτου πάθους εἰς * ἀσώματον τὴν ὕλην μεταβαλεῖν αὐτά, εἶθ' οὕτως ἐπιτηδειότητα καὶ φύσιν ἐμπεποιηκέναι αὐτοῖς, ὥστε εἰς συγκρίματα καὶ σώματα ἐλθεῖν πρὸς τὸ γενέσθαι δύο οὐσίας, τὴν φαύλην τῶν παθῶν, τήν τε τῆς ἐπιστροφῆς ἐμπαθῆ. καὶ διὰ τοῦτο δυνάμει τὸν σωτῆρα δεδημιουργηκέναι φάσκουσι,* τήν τε ἀχαμὼθ ἐκτὸς πάθους γενομένην, καὶ συλλαβοῦσαν τῇ χαρᾷ τῶν * ἐν αὐτῷ φώτων τὴν θεωρίαν, τουτέστι τῶν ἀγγέλων τῶν μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐγκισσήσασαν αὐτοῖς, κεκυηκέναι καρποὺς κατὰ τὴν εἰκόνα διδάσκουσι, κύημα πνευματικὸν καθ' ὁμοίωσιν * γεγονότων τῶν δορυφόρων τοῦ Σωτῆρος. τριῶν οὖν ἤδη τούτων ὑποκειμένων κατ' αὐτούς, τοῦ μέν, ἐκ τοῦ πάθους, ὃ ἦν ὕλη· τοῦ δέ, ἐκ τῆς ἐπιστροφῆς, ὃ ἦν τὸ ψυχικόν· τοῦ δέ, ὃ ἀπεκύησε, τουτέστι τὸ πνευματικόν, οὕτως ἐτράπη ἐπὶ τὴν μόρφωσιν αὐτῶν. ἀλλὰ τὸ μὲν πνευματικὸν μὴ δεδυνῆσθαι αὐτὴ μορφῶσαι, ἐπειδὴ ὁμοούσιον ὑπῆρχεν αὐτῇ. τετράφθαι δὲ ἐπὶ τὴν μόρφωσιν τῆς γενομένης ἐκ τῆς ἐπιστροφῆς αὐτῆς ψυχικῆς οὐσίας, προβαλεῖν τε τὰ παρὰ τοῦ Σωτῆρος μαθήματα. καὶ πρῶτον μεμορφωκέναι αὐτὴν ἐκ τῆς ψυχικῆς οὐσίας λέγουσι τὸν πατέρα καὶ βασιλέα πάντων, τῶν τε ὁμοουσίων αὐτῷ, τουτέστι τῶν ψυχικῶν, ἃ δὴ δεξιὰ καλοῦσι, καὶ τῶν ἐκ τοῦ πάθους καὶ τῆς ὕλης, ἃ δὴ ἀριστερὰ καλοῦσι. πάντα γὰρ τὰ * κατ' αὐτὸν φάσκουσι μεμορφωκέναι λεληθότως κινούμενον ὑπὸ τῆς μητρός, ὅθεν καὶ μητροπάτορα καὶ ἀπάτορα καὶ δημιουργὸν αὐτὸν καὶ πατέρα καλοῦσι. τῶν μὲν δεξιῶν πατέρα λέγοντες αὐτόν, τουτέστι τῶν ψυχικῶν· τῶν δὲ ἀριστερῶν, τουτέστι τῶν ὑλικῶν, δημιουργόν, συμπάντων δὲ βασιλέα. τὴν γὰρ ἐνθύμησιν ταύτην βουληθεῖσαν εἰς τιμὴν τῶν αἰώνων τὰ πάντα ποιῆσαι, εἰκόνας λέγουσι πεποιηκέναι αὐτῶν, μᾶλλον δὲ τὸν σωτῆρα δι' αὐτῆς. καὶ αὐτὴν μέν, ἐν εἰκόνι τοῦ ἀοράτου πατρὸς τετηρηκέναι μὴ γινωσκομένην ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ· τοῦτον δέ, τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ· τῶν δὲ λοιπῶν αἰώνων τοὺς ὑπὸ * τούτων γεγονότας ἀρχαγγέλους τε καὶ ἀγγέλους. πατέρα οὖν καὶ θεὸν λέγουσιν αὐτὸν γεγονέναι τῶν ἐκτὸς τοῦ πληρώματος, ποιητὴν ὄντα πάντων ψυχικῶν τε καὶ ὑλικῶν. διακρίναντα γὰρ τὰς δύο οὐσίας συγκεχυμένας, καὶ ἐξ ἀσωμάτων * σωματοποιήσαντα, δεδημιουργηκέναι τά τε οὐράνια καὶ τὰ γήϊνα, καὶ γεγονέναι ὑλικῶν καὶ ψυχικῶν, δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν δημιουργόν, κούφων καὶ βαρέων, ἀνωφερῶν καὶ κατωφερῶν. ἑπτὰ γὰρ οὐρανοὺς κατεσκευακέναι, ὧν ἐπάνω τὸν δημιουργὸν εἶναι λέγουσι. καὶ διὰ τοῦτο ἑβδομάδα καλοῦσιν αὐτόν, τὴν δὲ μητέρα τὴν ἀχαμὼθ ὀγδοάδα, ἀποσώζουσαν τὸν ἀριθμὸν τοῦ ἀρχεγόνου, καὶ πρώτης τοῦ πληρώματος ὀγδοάδος. τοὺς δὲ ἑπτὰ * οὐρανοὺς οὐκ εἶναι νοητούς φασιν, ἀγγέλους δὲ αὐτοὺς ὑποτίθενται, καὶ τὸν δημιουργὸν δὲ καὶ αὐτὸν ἄγγελον θεῷ ἐοικότα, ὡς καὶ τὸν παράδεισον ὑπὲρ τρίτον οὐρανὸν ὄντα, τέταρτον ἄγγελον λέγουσι δυνάμει ὑπάρχειν, καὶ ἀπὸ τούτου τι εἰληφέναι τὸν ἀδὰμ διατετριφότα ἐν αὐτῷ. ταῦτα δὲ τὸν δημιουργὸν φάσκουσιν ἀφ'

ἑαυτοῦ

* χωρὶς συγχέαι
* ἐνσώματον
* τὴν δὲ ἀχα.
* σὺν αὐτῷ
* γεγονὸς
* μετ' αὐτόν
* τούτου
* σώματα ποιήσαντα
* οὐρανοὺς εἶναι



viſu eius, & illum formaſſe eam formationem, quæ eſt ſecundum agnitionem, & curationem paſſionum feciſſe eius, ſeparantem eas ab ea, & non eas neglexiſſe. Nec enim erat poſſibile eas exterminari quemadmodum [51] priores,] eo quòd iam habilia & poſſibilia eſſent. Sed ſegregantem ſeparatim] commiſcuiſſe & coagulaſſe, & de incorporali paſſione in corporalem materiam tranſtuliſſe eas, & ſic aptabilitatem & naturã feciſſe in eis, vt in congregationes & corpora venirent, vti fierent duæ ſubſtantiæ, vna quidem mala ex paſſionibus, altera autem conuerſionis paſſibilis, & propter hoc virtute Saluatorem fabricaſſe dicunt. Hanc autem Achamoth extra paſſionem factam concepiſſe, & de gratulatione eorum quæcunq; ſunt luminum viſionem, id eſt, Angelorum qui erant cum eo, & delectatam in conſpectu eorum peperiſſe fructus, ſecundum illius imaginem docent, partum ſpiritalem ſecundum ſimilitudinem factum ſatellitum Saluatoris.

Error de ortu Saluatoris & Angelorum.

Tria igitur hæc cùm ſubſiſtant ſecundum eos, vnum quidem ex paſsione, quod erat materia; alterum verò de conuerſione, quod erat animale; alterum verò quod enixa eſt, quod eſt ſpiritale, ſic conuerſa eſt in formationem ipſorum. Sed ſpiritale quidem non potuiſſe eam formare, quoniam eiuſdem ſubſtantiæ ei erat. Conuerſam autem in formationem eius, quæ facta erat de conuerſione eius animalis ſubſtantiæ, emiſiſſe quoque à Saluatore doctrinas. Et primò quidem formaſſe eam de animali ſubſtantia dicunt, Deum Patrem & Saluatorem & Regem omnium [52] eiuſdem] ſubſtantiæ ei, id eſt, animalium, quas dextra vocant; & eorum quæ ex paſsione & ex materia, quas ſiniſtra dicunt. Ea enim quæ poſt eum ſunt, eum dicunt formaſſe latenter motum à matre ſua. Vnde [&] Metropatorem & Apatorem & Demiurgum eum & fratrem vocãt. Dextrorum quidem Patrem dicentes eum, id eſt, Pſychicorum; Siniſtrorum verò, id eſt, Hylicorum, Demiurgum; omnium autem Regem. Hanc enim Enthymeſin volentem in AEonum honorem omnia facere, imagines dicunt feciſſe ipſorum, magis autem Saluatorem per ipſam. Et ipſam quidem in imagine inuiſibilis Patris conſeruaſſe incognitam à Demiurgo: [53] Hunc autem vnigeniti] Filij: reliquorum verò AEonum, eos qui ab hoc facti ſunt Angeli & Archangeli. Patrem itaque & Deum dicunt factum eorum quæ ſunt extra Pleroma, fabricatorem eſſe omnium Pſychicorum & Hylicorum: ſeparantem enim duas ſubſtantias confuſas, & de incorporalibus corporalia facientem, fabricaſſe quæ ſunt cæleſtia & terrena, & factum Hylicorum & Pſychicorum, dextrorum & ſiniſtrorum fabricatorem, leuium & grauium, ſurſum aduolantium, & deorſum [54] deuergentium:] ſeptem quoque cælos feciſſe, ſuper quos Demiurgum eſſe dicunt, & propter hoc Hebdomadam vocant eum. Matrem autem Achamoth Ogdoada, ſeruantem numerum primogenitæ & primariæ Pleromatis Ogdoadis.

De rerum creatione.

[55] Septem autem cælos, quos intellectuales eſſe dicunt. Angelos autem eos tradunt & Demiurgum, & ipſum angelum: Deo autem ſimilem, quemadmodum & Paradiſum ſupra tertium cælum exiſtentem virtutem [Archangelum quartum] dicunt eſſe, & ab hoc aliquid accepiſſe Adam conuerſatum in eo. Hæc autem Demiurgum dicunt

De cælis & Paradiſo.

Atque hunc eſſe] *Græca ex veter. interp ita corrigenda ſunt,* καὶ τοῦτον εἶναι τὸν ἐν αὐτοῖς ἄνθρωπον ἀξιοῦσιν.

Corpus à terra, carnem à materia] *hæc duo pro vno accipienda ſunt. Nam cùm paulò poſt tria genera inducit, hylicum duo hæc complectitur.*

Recipere queat] *in Græco veterem interpretem ſecutus* ἐπιδέξασθαι *lego, non* ἐπιδείξασθαι.

Seſe inflexerit] *legendum in Græco* πρόσκλισιν, *non* πρόσκλησιν.

Salem] *alludit ad hunc, vt opinor, locum, Vos eſtis ſal terræ, quo Valentiniani abutebantur.*

Pſychicum etenim] *in Græco pro* τῶν ψυχικῶν, *ſubſtituendum eſt* τῷ ψυχικῷ. *Sicq́ue non modò vetus interpres habet, ſed etiam Tertullianus: cuius hæc verba ſunt, Indiguiſſe enim animalem etiam ſenſibilium diſciplinarum.*

Ob eamq́; cauſam] *Pro* δι' ὧν, *lego* διὸ *cum veter.*

Primitias] ἀπαρχάς. *Tertul. proſpicientias, parum commodè.*

A diſpenſatione] οἰκονομίας. *Tertul. adminiſtrationis vi.*

Vt & viſibile] *in Græco lego* καὶ ὁρατόν, καὶ ψιλάφητον *cum vet. interp. & Theod. & Tertul.*

Et ab Achamoth] *Græca hoc loco ita emendanda ſunt ex vet. interp.* καὶ ὑπὸ τῆς Ἀχαμὼθ μεμνημένους τὰ μυστήρια. ἑαυτοὺς δὲ τούτους ὑποτίθενται.

Quod ipſi eſſe volunt] *Sic enim lego cum vet.* ὃ θέλουσιν αὐτοί: *Græca enim hoc quoq; loco corrupta ſunt.*

Poteſt] *poſt* ἀδικῆσαι *addo* δυνάμενος *ex vet.*

Liberè ac ſine] *legend. in Græc.* ἀδιαφόρως.

Indoctos] ἰδιωτῶν *vnica voce legendum.*

In vſu] χρήσει. *Opponitur autem* τῇ κτήσει.

Nobis adimatur] *his verbis alludit ad illud Euangelij, habenti dabitur, ei autem qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.*

Quiſquis in mundo] *Degenerem nec legitimum veritatis aiunt, inquit Tertul. qui diuerſatus in mundo, non amauerit fœminam, nec ſe ei iunxerit. Itaq; meritò eos de paſſiuitate vitæ & diligentia delictorum generoſitatem ſuam vendicare ait. Quo loco, vt obiter id admoneam, paſſiuitas non deducitur ab aduerbio paſſim, vt annotat Rhenanus, ſed vocabulum eſt de Græco redditum. Quod enim* ἐμπάθειαν *Græci dicunt, id ille paſſiuitatem tranſtulit. Porrò vt ad authoris noſtri verba redeã,*

*hæc*

ea opinione verſatū fuiſſe, vt ſe hæc omnia, ex ſe ipſo conſtruxiſſe exiſtimaret: cæterùm ea feciſſe producente Achamoth. Cælum enim condidiſſe, cùm cælum ignoraret: & hominē effinxiſſe, cùm hominem neſciret: & terram patefeciſſe, cùm terram haudquaquam noſſet, atq; eodē modo in omnibus rebus aiūt eum rerum earum, quas efficiebat, formas, atq; adeò ipſam quoq; matrē, ignoraſſe: atq; opinionis errore hoc ſibi finxiſſe, ſe ſolum omnia eſſe. Cauſam aūt huiuſce opinionis ipſi matrē extitiſſe ferunt, quòd eum ita producere voluiſſet, caput quidē & principium eſſentiæ ſuæ, dominum autē, & arbitrum totius negotij. Hanc porrò matrē, & Ogdoadē, & Sophiam, & Terram, & Hieruſalē, & ſanctum Spiritum, & maſculino genere Dominum vocant. Verſari autem in medietate, ac ſuprà Demiurgum quidē eſſe, infra autem aut extra Pleroma vſq; ad conſummationē. Quoniā autē materialem eſſentiā ex tribus affectibus conflatā eſſe dicunt, nempè ex metu, & mœrore, & anxietate, hanc rationē ineunt, vt ex metu quidem & Conuerſione ea omnia, quæ anima prædita ſunt, coagmētata eſſe velint: Demiurgum nempè ex Cōuerſione, ex metu autem quicquid reliquum eſt animalis ſubſtantiæ, vt animæ brutorum animantium, & ferarū, & hominum. Ac propterea eum, quia imbecillior ſit, quàm vt quę ſpiritualia ſint cognoſcere queat, ſe ſolum eſſe Deum exiſtimaſſe, ac per Prophetas dixiſſe, Ego Deus, ac præter me nō eſt alius. Ex mœſtitia autem ſpirituales nequitias extitiſſe docēt. Hinc enim & diabolum, quem & Coſmocratorē, id eſt, mundi principē vocant, & dæmonas, & angelos, ac ſpiritualem omnem nequitiæ ſubſtantiā ortum duxiſſe. At verò Demiurgum quidē Pſychicum matris ſuæ filiū eſſe dicunt, Coſmocratorem aūt Demiurgi opus. Et quidem Coſmocratorem, quę ſupra ipſum ſunt perſpecta habere, quia nequitiæ ſpiritus eſt: Demiurgū autem ignorare, quia Pſychicus ſit. Porrò matrē eorum in ſupercęleſti loco, hoc eſt in medietate, domicilium habere. Demiurgum autē in ſubcæleſti, hoc eſt in Hebdomade: Coſmocratorem verò in noſtro hoc mundo. Poſtremò, ex ſtupore & anxietate, velut ex ignobiliori ſtirpe, corporea, vti antè diximus, mūdi elementa, prodijſſe: terrā nimirum ſecundum ſtuporis ſtatum, aquā ſecundum metus motionē, aërem ſecundum mœroris concretionem, ignē deniq; omnibus ijs inſitum eſſe mortiferum & exitioſum, quēadmodum etiam ignorantiā hiſce tribus perturbationibus abditā & occultatam eſſe tradunt. Condito autem mundo Hylicum etiā hominem effeciſſe, nō illum quidem ex hac arida terra, ſed ab inuiſibili eſſentia, & fuſili ac fluida materia ſumptū, atq; in eum poſtea Pſychicum inſufflaſſe ſtatuunt. Huncq; eum eſſe, qui ad imaginem & ſimilitudinē factus ſit. Hylicum enim iuxta imaginē eſſe, Deo quidem perſimilem, verùm non eiuſdē cum eo eſſentiæ. Pſychicum autem iuxta ſimilitudinē. vnde etiam vitę ſpiritum, eſſentiam eius dictā eſſe, vt quæ ex ſpiritali defluuio exiſtat. Poſtea autē intextam ipſi pelliceam tunicam fuiſſe aiunt, hoc eſt, corpus hoc quod in ſenſum cadit. At verò partum matris ipſius Achamoth, quē ex Angelorum eorū, quibus Saluatoris latus cinctum erat, cōtemplatione protulit, quòd eiuſdem cum matre eſſentię, ac ſpiritualis eſſet, ne ipſum quidem Demiurgum cognitum habuiſſe dicunt: ſed furtim in eum neſcientem depoſitum fuiſſe, vt per eum in animam ab eo conditā fuſus, & in hoc materia conſtanti corpore, velut vtero geſtatus, & amplificatus, ad perfecti ſermonis ſuſceptionē aptus redderetur. Er-

A ἑαυτοῦ μὲν ᾠῆσθαι κατασκευάζειν, πεποιηκέναι δὲ αὐτὰ τῆς ἀχαμὼθ προβαλλούσης· οὐρανὸν πεποιηκέναι μὴ εἰδότα τὸν οὐρανὸν, καὶ ἄνθρωπον πεπλακέναι μὴ εἰδότα τὸν ἄνθρωπον, γῆν τε δεδειχέναι μὴ ἐπιστάμενον τὴν γῆν. καὶ ἐπὶ πάντων οὕτως λέγουσιν ἠγνοηκέναι * αὐτῶν τὰς ἰδέας ὧν ἐποίει, καὶ αὐτὴν τὴν μητέρα, αὐτὸν δὲ μόνον ᾠῆσθαι πάντα εἶναι. αἰτίαν δὲ αὐτῷ γεγονέναι τὴν μητέρα τῆς οἰήσεως ταύτης φάσκουσιν, τὴν οὕτω βουληθεῖσαν προαγαγεῖν αὐτὸν, κεφαλὴν μὲν καὶ ἀρχὴν τῆς ἰδίας οὐσίας, κύριον δὲ τῆς ὅλης πραγματείας. ταύτην δὲ τὴν μητέρα καὶ ὀγδοάδα καλοῦσι, καὶ σοφίαν, καὶ γῆν, καὶ ἱερουσαλὴμ, καὶ ἅγιον πνεῦμα, καὶ κύριον ἀρσενικῶς. ἔχειν δὲ τὸν τῆς μεσότητος τόπον αὐτὴν, καὶ εἶναι ὑπεράνω μὲν τοῦ δημιουργοῦ, ὑποκάτω δὲ ἢ ἔξω τοῦ πληρώματος μέχρι συντελείας. ἐπεὶ B οὖν τὴν ὑλικὴν οὐσίαν ἐκ τριῶν παθῶν συστῆναι λέγουσι, φόβου τε καὶ λύπης καὶ ἀπορίας, ἐκ μὲν τοῦ φόβου καὶ τῆς ἐπιστροφῆς τὰ ψυχικὰ τὴν σύστασιν εἰληφέναι, ἐκ μὲν τῆς ἐπιστροφῆς τὸν δημιουργὸν βούλονται τὴν γένεσιν ἐσχηκέναι, ἐκ δὲ τοῦ φόβου τὴν λοιπὴν πᾶσαν ψυχικὴν ὑπόστασιν, ὡς ψυχὰς ἀλόγων ζώων, καὶ θηρίων καὶ ἀνθρώπων. διὰ τοῦτο ἀτονώτερον αὐτὸν ὑπάρχοντα πρὸς τὸ γινώσκειν τινὰ πνευματικὰ, αὐτὸν νενομηκέναι μόνον εἶναι θεὸν, καὶ διὰ τῶν προφητῶν εἰρηκέναι, ἐγὼ θεὸς, πλὴν ἐμοῦ οὐδείς. ἐκ δὲ τῆς λύπης τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας διδάσκουσι γεγονέναι, ὅθεν τὸν διάβολον τὴν γένεσιν ἐσχηκέναι, ὃν καὶ κοσμοκράτορα καλοῦσι, καὶ τὰ δαιμόνια, καὶ τοὺς ἀγγέλους, καὶ πᾶσαν τὴν πνευματικὴν τῆς πονηρίας ὑπόστασιν. ἀλλὰ τὸν μὲν δημιουργὸν * υἱὸν τῆς μητρὸς * αὐτῶν λέγουσι, τὸν δὲ κοσμοκράτορα κτίσμα τοῦ δημιουργοῦ. καὶ τὸν μὲν C κοσμοκράτορα γινώσκειν τὰ ὑπὲρ αὐτὸν, ὅτι πνεῦμά ἐστι τῆς πονηρίας· τὸν δὲ δημιουργὸν ἀγνοεῖν, ἅτε * ψυχικὰ ὄντα. οἰκεῖν * τὴν μητέρα αὐτῶν εἰς τὸν ὑπερουράνιον τόπον, τουτέστιν ἐν τῇ μεσότητι. τὸν δημιουργὸν δὲ εἰς τὸν * ὑπερουράνιον, τουτέστιν ἐν τῇ ἑβδομάδι. τὸν δὲ * παντοκράτορα ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς κόσμῳ. ἐκ δὲ τῆς ἐκπλήξεως καὶ τῆς ἀμηχανίας, ὡς ἐκ τοῦ ἀσημοτέρου, τὰ σωματικὰ, καθὼς προείπαμεν, τοῦ κόσμου στοιχεῖα γεγονέναι. * τὴν μὲν κατὰ τῆς ἐκπλήξεως στάσιν, ὕδωρ δὲ κατὰ τὴν τοῦ * φόβου τῶν δακρύων κίνησιν, ἀέρα δὲ κατὰ τὴν λύπης πῆξιν. τὸ δὲ πῦρ ἅπασιν αὐτοῖς * ἐκπεφυκέναι θάνατον καὶ φθορὰν, ὡς καὶ τὴν ἄγνοιαν τοῖς τρισὶ πάθεσιν ἐγκεκρύφθαι διδάσκουσι. δημιουργήσαντα δὴ τὸν κόσμον, πεποιηκέναι καὶ τὸν ἄνθρωπον τὸν χοϊκὸν, οὐκ ἀπὸ ταύτης δὲ τῆς ξηρᾶς γῆς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀοράτου οὐσίας, * ἀπὸ τοῦ κεχυμένου καὶ ῥευστοῦ D τῆς ὕλης λαβόντα, καὶ εἰς τοῦτον ἐμφυσῆσαι τὸ ψυχικὸν διορίζονται, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν γεγονότα· κατ' εἰκόνα μὲν τὸν ὑλικὸν ὑπάρχειν, παραπλήσιον μὲν, ἀλλ' οὐχ ὁμοούσιον τῷ θεῷ. καθ' ὁμοίωσιν δὲ τὸν ψυχικὸν, ὅθεν καὶ πνεῦμα ζωῆς τὴν οὐσίαν αὐτοῦ εἰρῆσθαι, * ἐκ πνευματικῆς ἀπορροίας οὖσαν. ὕστερον δὲ περιτεθεῖσθαι λέγουσιν αὐτῷ τὸν δερμάτινον χιτῶνα, τοῦτο δὲ τὸ αἰσθητὸν σαρκίον εἶναι λέγουσι. τὸ δὲ κύημα τῆς μητρὸς αὐτῆς τῆς ἀχαμὼθ, ὃ κατὰ τὴν θεωρίαν τῶν περὶ τὸν σωτῆρα ἀγγέλων ἀπεκύησεν, ὁμοούσιον ὑπάρχον τῇ μητρὶ πνευματικὸν, καὶ αὐτὸ ἠγνοηκέναι τὸν δημιουργὸν λέγουσι, καὶ λεληθότως κατατεθεῖσθαι εἰς αὐτὸν μὴ εἰδότος αὐτοῦ, ἵνα διὰ αὐτοῦ εἰς τὴν ἀπ' αὐτοῦ ψυχὴν σπαρὲν, καὶ εἰς τὸ ὑλικὸν τοῦτο σῶμα κυοφορηθὲν ἐν τούτοις καὶ αὐξηθὲν, ἕτοιμον γένηται εἰς ὑποδοχὴν τοῦ * τελείου. ἔλαθεν οὖν,

*αὐτῶ τὰς

* ψυχικὸν

υἱὸν

* αὐτῶ

* ψυχικὸν

* δὲ

* ὑπουράνιον

* κοσμοκράτορα

* γῆν μὲν

* φόβου κίνησιν

* ἐμπεφυκέναι

* καὶ ἀπὸ

* ἅτε ἐκ πνευμ.

* τελείου λόγου. ἔλαθεν



A à ſemetipſo quidem putaſſe in totum fabricaſſe; feciſſe autem ea Achamoth. Cælum enim feciſſe neſcientem cælum, & hominem plaſmaſſe ignorantem hominem, terram autem oſtendiſſe non ſcientem terram, & in omnibus ſic dicunt ignoraſſe eum figuras eorum quæ faciebat, & ipſam matrem, & ſemetipſum putaſſe omnia eſſe. Cauſam autem ei fuiſſe matrem eius talis operationis dicunt, quæ ſic voluerit producere eum: caput quidem & initium ſuæ ſubſtantiæ, Dominum autem vniuerſæ operationis. Hanc autem matrem & Ogdoadem vocant, & Sophiam, & Terram, & Hieruſalem, & Spiritum ſanctum, & Dominum maſculiniter. Habere autem medietatis locum [56] eam,] & eſſe quidem ſuper Demiurgum, ſubtus autem ſiue extra Pleroma vſque ad finem. Quoniam quidem materialem ſubſtantiam ex tribus paſſionibus conſtare dicūt, timore, & triſtitia, & aporia. De timore quidem & de conuerſione animalia ſubſiſtentiam accepiſſe. De conuerſione quidem, Demiurgum volunt geneſim habuiſſe. De timore autem reliquam omnem animalem ſubſtantiam mutorum animalium, & hominum: & propter hoc ſuperiorem eum exiſtentem præſcire quæ ſunt ſpiritalia, & ſe putaſſe ſolum Deum, & per prophetas dixiſſe: Ego Deus, & præter me nemo.

*Erroꝛ contra infinitā Dei ſapientiam.*

*Iſaiæ 45.6.*

De triſtitia autem ſpiritalia malitiæ docent facta. Vnde & diabolum geneſim habuiſſe, quem & [57] Coſmocratorem vocant, & dæmonia, & omnem ſpiritalem malitiæ B ſubſtantiam. Sed Demiurgum quidem Pſychicum filium matris ſuæ dicunt. Coſmocratorem verò [58] creaturam] Demiurgi: & Coſmocratorem quidem intelligere ea quæ ſunt ſupra eum, quoniam ſit ſpiritalis malitia; Demiurgum verò ignorare, cùm ſit animalis. Habitare autem matrem quidem ipſorum in eo qui ſit cæleſtis locus, hoc eſt in medietate: Demiurgum verò in eo qui ſit in cælo locus, hoc eſt hebdomade: Coſmocratorem verò in eo qui ſit ſecundum nos mundo.

*De origine dæmonum.*

De expaueſcentia verò & aporia quaſi de veſaniori, corporalia, quemadmodum prædiximus, mundi elementa facta eſſe. Terram verò ſecundum expaueſcentiæ ſtatum, aquam verò ſecundum timoris motum, aërem verò ſecundum materiæ fixionem, ignem verò omnibus ijs ineſſe mortem & corruptelam, quemadmodum & ignorantiam omnibus tribus paſſionibus inabſconſam docent.

*De origine elementorum.*

[59] Cùm fabricaſſet igitur mundum, fecit & hominem Choicum, non autem ab hac arida terra, ſed ab inuiſibili ſubſtantia, & ab effuſibili & fluida materia accipientem: & in hunc inſufflaſſe Pſychicum definiunt, & hunc eſſe ſecundum imaginem & ſimilitudinem factum: ſecundum imaginem quidem Hylicum eſſe, proximum quidem, ſed C non eiuſdem ſubſtantiæ eſſe Deo. Secundum ſimilitudinem verò Pſychicum, vnde & ſpiritum vitæ ſubſtantiam eius dictam, cùm ſit ex ſpiritali [60] defluxione.] Pòſt deinde circundatam dicunt ei [61] dermatinam tunicam. Hanc autem ſenſibilem carnem eſſe volunt. Partum verò matris ipſorum, quæ eſt Achamoth, quem ſecundùm inſpectationem eorum Angelorum qui ſunt erga Saluatorem generauit, exiſtentem eiuſdem ſubſtantiæ [62] matri ſuæ ſpiritalem. Et ipſum enim ignoraſſe Demiurgum dicunt, & latenter depoſitum eſſe in eum neſciente eo, vti per eum in eam quæ ab [eo] eſſet animam ſeminatum, & in materiale hoc corpus, geſtatum quoque velut in vtero in ijs & amplificatum, paratum fiat ad ſuſceptionem perfectæ rationis.

*De hominis origine.*

*hæc verba in mundo, & de mundo, à Valentinianis petita eſſe videntur ex c. 17. Ioan. vbi Chriſtus diſcipulos ſuos in mundo, ſed non de mundo, eſſe ait. Quæ quidem verba impuriſſimi homines falsò de ſe vſurpabant.* Mulieri ſuccubuit] κρατηθῆναι *hoc loco ita verto, vt dilucidior ſit ſenſus. Aiebāt enim Valētiniani ſe ex Venereo cōgreſſu nihil ſpurciciei contrahere, quod ſpirituales eſſent: reliquos contra inquinari, ac per concupiſcentiam à mulieribus, quibuſcum rem haberent, victos ac velut cōſtrictos teneri.* Nobis quidem] *lego cum vet.* ἡμῖν μὲν οὓς ψυχικοὺς ὀνομάζουσι, καὶ ἐκ κόσμου εἶναι λέγουσιν, ἀναγκαίαν τὴν *&c.* Per ſponſū & ſponſam] *in ijs nimirum Euangelij verbis, Exite obuiam ſponſo & ſponſæ.* Per cubiculū nuptiale] *alludit, vt opinor, ad hunc locum, Nunquid poſſunt filij ſpōſi ieiunare etc. Illic enim in Græco eſt* νυμφῶνος, *quæ vox cubiculum nuptiale, ſiue thalamum ſignificat. Hoc porrò vocabulo Pleroma ſuum ſignificari Valentiniani contendebant.* Sed animalem] *delendum* καὶ *in Græc. & reponendū poſt* ψυχικόν. Atque hunc quidem] *ſupple, Saluatorem, qui in colūbæ ſpecie in eum deſcenderat. Sic enim Tertull. exponit, legendumq; eſt* τοῦτον *ex vet.* Vtpote ſpiritua le] *pro* τὸ, *repono* ἅτε *ex vet.* Per eum] *addēda præpoſitio* διὰ *ex vet & delendum paulò pòſt* εἶναι. Ab hoc ſemine] *vetus, de ſemine.* Complexionem deteriorum] χειρόνων *lego cum vet.* Perſtitiſſe] διατετελεκέναι. *Quam lectionem probo. Nam* διατετηρηκέναι, *vt legiſſe videtur vet. int. parū ad authoris ſenſum quadrat. Paulo pòſt* Σωτῆρος *cū eo lego, non* Κυρίου. In mundi adminiſtrandi munere] *Tertull. diſpenſationem mūdi exequitur.* Vt ex his etiā] *in Græco ante hæc verba* καὶ ἐκ τούτων, *ponenda hæc ſunt,* ἵνα ἐπιδείξῃ, *ex vet.* Conquieturum] ἀναπαύσεσθαι *in futuro legit vet. inter.* Iuſtorum animis] *Hoc loco pro* δικαίοις *vet. interp. legit* διὰ καὶ, *ſed malè.* In ſponſas] *Hæc eleganter irridentur à Tertu. Diſtribuentur, inquit, angelis Soteris. In filios putas? Nō. Sed in apparitores? Ne iſtud quidem. Sed in imagines? Vtinā vel hoc. In quid ergo, ſi nō pudet dicere? In ſponſas. Tūc illi Sabinas raptas iure matrimonij plaudent.* Has ipſas animas] *pro* ψυχικὰς *repono* ψυχὰς *ex vet. int.* Argutia] σοφία. *Vetus interp. legit* φαντάσματι. *i. ſpectro. quod vocabulum optimè quadrat in hos detortorum Scripturæ locorū conſarcinatores, qui non ſolidum quoddam vtilis doctrinæ corpus afferunt, ſed velut ſpectrum inane confingunt.*

D

C Inter-

go ineffabili, vt ipſi aiunt, virtute ac prouidẽtia factũ eſt, vt ſpiritualis homo inſciẽte Demiurgo, vnà cum ipſius inſufflatione à Sophia inſperſus ſit. Vt enim ille matrem ſuam, ita ipſius quoq; ſemen ignorauit: quod etiam ipſum Eccleſiam eſſe dicunt, supernæ illius Eccleſię imaginem. Atque hominem eum, quem fingunt, huiuſmodi eſſe volũt, vt animam à Demiurgo habeat, corpus à terra, carnem à materia, ac denique ſpiritualem hominẽ à matre Achamoth. Tria igitur cùm ſint, Hylicum quidẽ, quod etiã ſiniſtrum vocant, ea eſſe conditione, vt neceſſariò ipſi pereundum ſit, quippe quod nullum incorruptibilitatis afflatum recipere queat: Pſychicum autem, quod item dextrum appellant, velut inter ſpirituale & hylicum interiectum, eò abire, quocũque ſeſe inflexerit: ſpirituale denique ob eã cauſam emiſſum eſſe, vt hîc Pſychico coniunctum formetur, vnà videlicet cum eo eruditum in conuerſatione. Atque hoc ſalem eſſe dicunt, & mundi lucem. Pſychicum etenim ſenſilibus diſciplinis opus habuiſſe. Ob eamq́; cauſam & mundum fabricatum eſſe aiunt: & Saluatorem ipſum ad hoc Pſychicum, vtpote arbitrij libertate præditum, veniſſe, vt ipſi ſalutẽ afferret. Quibus enim ſalutem allaturus erat, eorũ primitias ipſum aſſumpſiſſe tradunt: nimirùm ab Achamoth id quod ſpirituale eſt accepiſſe, à Demiurgo autem Pſychico Chriſto conueſtitum fuiſſe, à diſpenſatione verò impoſitum ei corpus fuiſſe, animali eſſentia præditum, atq; ineffabili arte ita conſtructũ, vt & oculis cerni, & tractari, ac deniq; pati poſſet. Neq; enim Hylicum quicquã, hoc eſt materiale, ab eo aſſumptum fuiſſe aiunt: quãdoquidem materia ſalutis neutiquam capax ſit. Conſummationem porrò tum demùm fore, cùm ſcientia informatum, atq; perfectum fuerit, quicquid ſpirituale eſt, hoc eſt ſpirituales homines, qui perfectam de Deo cognitionem habent, & ab Achamoth myſteria didicerunt. Hos autem ſe eſſe ſtatuunt. Animalibus autem diſciplinis imbuti ſunt animales homines, qui per opera, & nudam fidem confirmãtur, nec perfecta cognitione pręd
iti ſunt. Quales nos, qui Eccleſiæ fidem profitemur, eſſe aiunt. Ex quo etiam nobis hoc neceſſe eſſe pronunciant, vt probas actiones adhibeamus: nec enim alioqui fieri poſſe, vt ſalutem conſequamur. At ſe non per actionem, ſed quòd naturâ ſpirituales ſint, omnino ac ſine vlla dubitatione ſaluos fore affirmant. Vt enim Hylicum nullo modo ſalutis particeps eſſe poſſe dicũt, quòd eius capax minimè ſit: ſic rurſus ſpirituale (quod ipſi ſe eſſe volunt) ea conditione eſſe, vt nullo prorſus modo interitũ atq; corruptionem recipere queat, quibuſcunq; tandem in flagitijs ſceleribuſq́; verſetur. Quemadmodum enim aurũ in cœno poſitum, pulcritudinem ſuam haud proinde amittit, verùm naturam ſuam incolumem ſeruat, nec detrimenti quicquam ei à cœno afferri poteſt: eodem modo ſeſe quoque, quibuſlibet tandem in materialibus actionibus verſentur, nihil hinc lædi, nec ſpiritualis eſſentiæ iacturam facere. Quò etiam fit, vt eorum perfectiſsimi quique omnia ea quæ legis interdicto prohibentur, & de quibus affirmat Scriptura, quòd qui hęc faciunt regni Dei hęreditatem minimè conſequẽtur, ſine vllo metu perpetrent. Nam & ea quæ Idolis immolata ſunt, liberè ac ſine vllo diſcrimine edunt, nec ijs inquinari ſe arbitrantur: atq; ad omnia Gentilium feſta & oblectamenta, quæ ad idolorũ honorem, cultumq́; celebrãtur, primi confluunt: adeò vt nonnulli eorũ, ne à ſanguinario quidẽ & funeſto, Deoq́; & hominib⁹ inuiſo ſpectaculo, in quo cũ feris dimicatur, vel gladiatores

A θεν οὖν, ὥς φασι, τὸν δημιουργὸν ὁ συγκατασπαρεὶς τῷ ἐμφυσήματι αὐτοῦ ὑπὸ τῆς Σοφίας πνευματικὸς * ἀνθρώπων ἀρρήτῳ * προνοίᾳ. ὡς γὰρ τὴν μητέρα ἠγνοηκέναι, οὕτω καὶ τὸ σπέρμα αὐτῆς, ὃ δὴ καὶ αὐτὸ ἐκκλησίαν εἶναι λέγουσιν, ἀντίτυπον τῆς ἄνω ἐκκλησίας. * καὶ τότε εἶναι τὸν ἐν αὐτοῖς ἀξιοῦσιν, ὥστε ἔχειν αὐτοὺς τὴν μὲν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ, τὸ δὲ σῶμα ἀπὸ τοῦ χοός, καὶ τὸ σαρκικὸν ἀπὸ τῆς ὕλης, τὸν δὲ πνευματικὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τῆς μητρὸς τῆς Ἀχαμώθ. τριῶν οὖν ὄντων τὸ μὲν ὑλικόν, ὃ καὶ ἀριστερὸν καλοῦσι, κατὰ ἀνάγκην ἀπόλλυσθαι λέγουσιν, ἅτε μηδὲ μίαν * ἐπιδείξασθαι πνοὴν ἀφθαρσίας δυνάμενον. τὸ δὲ ψυχικόν, ὃ καὶ δεξιὸν προσαγορεύουσιν, ἅτε μέσον ὂν τοῦ τε πνευματικοῦ καὶ ὑλικοῦ, ἐκεῖσε χωρεῖν ὅπου ἂν καὶ τὴν * πρόσκλησιν ποιήσηται. τὸ δὲ B πνευματικὸν ἐκπεπέμφθαι, ὅπως ἐνθάδε τῷ ψυχικῷ συζυγὲν μορφωθῇ, συμπαιδευθὲν αὐτῷ ἐν τῇ ἀναστροφῇ. καὶ τοῦτ' εἶναι λέγουσι τὸ ἅλας, καὶ τὸ φῶς τοῦ κόσμου. ἔδει γὰρ * τῶν ψυχικῶν καὶ αἰσθητῶν παιδευμάτων, * δι' ὧν καὶ κόσμον κατεσκευάσθαι λέγουσι, καὶ τὸν σωτῆρα δὲ ἐπὶ τοῦτο παραγεγονέναι τὸ ψυχικόν, ἐπεὶ καὶ αὐτεξούσιόν ἐστιν, ὅπως αὐτὸ σώσῃ. ὧν γὰρ ἔμελλε σώζειν, τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν εἰληφέναι φάσκουσιν, ἀπὸ μὲν τῆς Ἀχαμὼθ τὸ πνευματικόν, ἀπὸ δὲ τοῦ δημιουργοῦ ἐνδεδύσθαι τὸν ψυχικὸν Χριστόν, ἀπὸ δὲ τῆς οἰκονομίας περιτεθεῖσθαι σῶμα ψυχικὴν ἔχον οὐσίαν, κατεσκευασμένον δὲ ἀρρήτῳ τέχνῃ πρὸς τὸ καὶ * ἀόρατον, καὶ ἀψηλάφητον καὶ ἀπαθητὸν γεγενῆσθαι. καὶ ὑλικὸν δὲ οὐδ' ὁτιοῦν εἰληφέναι λέγουσιν αὐτόν. μὴ γὰρ εἶναι τὴν ὕλην δεκτικὴν σωτηρίας. C τὴν δὲ συντέλειαν ἔσεσθαι, ὅταν μορφωθῇ, καὶ τελειωθῇ γνώσει πᾶν τὸ πνευματικόν, τουτέστιν οἱ πνευματικοὶ ἄνθρωποι, οἱ τὴν τελείαν γνῶσιν ἔχοντες περὶ θεοῦ * καὶ τῆς Ἀχαμώθ. μεμυημένους δὲ μυστήρια εἶναι τούτους ὑποτίθενται. ἐπαιδεύθησαν γὰρ τὰ ψυχικὰ οἱ ψυχικοὶ ἄνθρωποι, οἱ δι' ἔργων καὶ πίστεως ψιλῆς βεβαιούμενοι, καὶ μὴ τὴν τελείαν γνῶσιν ἔχοντες. εἶναι δὲ τούτους ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἡμᾶς λέγουσι· διὸ καὶ ἡμῖν μὲν ἀναγκαῖον εἶναι τὴν ἀγαθὴν πρᾶξιν ἀποφαίνονται. ἄλλως γὰρ ἀδύνατον σωθῆναι. αὐτοὺς δέ, μὴ διὰ πράξεως, ἀλλὰ διὰ τὸ φύσει πνευματικοὺς εἶναι, πάντῃ τε καὶ πάντως σωθήσεσθαι δογματίζουσιν. ὡς γὰρ τὸ χοϊκὸν ἀδύνατον σωτηρίας μετασχεῖν, (οὐ γὰρ εἶναι λέγουσιν αὐτὸ δεκτικὸν αὐτῆς) οὕτως πάλιν τὸ * πνευματικὸν θέλουσιν οἱ αὐτοὶ εἶναι D ἀδύνατον φθορὰν καταδέξασθαι, κἂν ὁποίαις συγκαταγένωνται πράξεσιν. ὃν γὰρ τρόπον χρυσὸς ἐν βορβόρῳ κατατεθεὶς οὐκ ἀποβάλλει τὴν καλλονὴν αὐτοῦ, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν φύσιν διαφυλάττει τοῦ βορβόρου μηδὲν ἀδικῆσαι * τὸν χρυσόν, οὕτω δὲ καὶ αὐτοὺς λέγουσι, κἂν ἐν ὁποίαις ὑλικαῖς πράξεσι καταγένωνται, μηδὲν αὐτοὺς παραβλάπτεσθαι, μηδὲ ἀποβάλλειν τὴν πνευματικὴν ὑπόστασιν. διὸ δὴ καὶ τὰ ἀπειρημένα πάντα ἀδεῶς οἱ τελειότατοι πράττουσιν αὐτῶν, περὶ ὧν αἱ γραφαὶ διαβεβαιοῦνται τοὺς ποιοῦντας αὐτά, βασιλείαν θεοῦ μὴ κληρονομήσειν. καὶ γὰρ εἰδωλόθυτα * διαφόρως ἐσθίουσι, μηδὲ μολύνεσθαι ὑπ' αὐτῶν ἡγούμενοι· καὶ ἐπὶ πᾶσαν ἑορτάσιμον τῶν ἐθνῶν τέρψιν εἰς τιμὴν τῶν εἰδώλων γινομένην, πρῶτοι συνίασιν, ὡς μηδὲ τῆς παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις μεμισημένης τῆς τῶν θηριομάχων καὶ μονομαχίας ἀνδροφόνου

*ἄνθρωπος
*δυνάμει καὶ προνοίᾳ
*καὶ τοῦτον εἶναι τὸν ἐν αὐτοῖς ἄνθρωπον ἀξιοῦσιν,
*ἐπιδέξασθαι
*πρόσκλισιν
*τῷ ψυχικῷ
*διὰ
*ὁρατόν, ψηλαφητόν, παθητόν.
*καὶ ὑπὸ τῆς Ἀχαμὼθ μεμυημένους τὰ μυστήρια ἑαυτοὺς δὲ εἶναι τούτους ὑπο.
*πνευματικόν, ὃ θέλουσιν αὐτοὶ εἶναι.
*δυναμένου τοῦ
*ἀδιαφόρως



A Latuit igitur, quemadmodum dicunt, Demiurgum conſeminatus in ſubflatione eius à Sophia ſpiritalis homo, inenarrabili virtute & prouidentia. Quemadmodum enim Matrem ſuam ignorauit, ſic & ſemen eius. Quod etiam ipſum Eccleſiam eſſe dicunt, exemplum ſuperioris Eccleſiæ: & hunc eſſe in ſemetipſis hominem volunt, vti habeant animam quidem à Demiurgo, corpus autem à limo, & carnem à materia: Spiritalem verò hominem à matre Achamoth.

Error de triplici homine.

Cùm ſint igitur tria, alterum materiale (quod etiam ſiniſtrum vocant) ex neceſſitate perire dicunt, quippe cùm nullam inſpirationem incorruptelæ recipere poſſit. Animale verò (quod etiam dextrum appellant) cùm ſit medium ſpiritalis & materialis, illud redigi quocunque declinauerit. [63] Spiritale] verò emiſſum eſſe vti hîc animali coniunctum formetur coeruditum ei in conuerſatione. Et hoc eſſe dicunt, ſalem, & lumen mundi. Opus erat enim animali ſenſibilibus diſciplinis. Ob quam cauſam & mundum fabricatum eſſe dicunt, & Saluatorem ad hoc veniſſe animalem; quia ſuę poteſtatis eſt, vt id ſaluet. Quæ enim ſaluaturus erat, eorum primitias eum ſuſcepiſſe dicunt. Ab Achamoth quidem ſpiritale, à Demiurgo autem indutum pſychicum, id eſt animalem B Chriſtum, à diſpoſitione autem circundatum corpus, animalem habens ſubſtantiam. Paratum verò inenarrabili arte, vt & viſibile & palpabile & paſſibile fieret. Et Hylicum autem nihil omnino ſuſcepit. Non enim eſſe Hylicum capacem ſalutis.

Error de conſummatione ſæculi, ac æterna hominum ſalute.

Conſummationem verò futuram, cùm formatum & perfectum fuerit ſcientia omne ſpiritale, hoc eſt, homines qui perfectam agnitionem habent de Deo, & hi qui ab Achamoth initiati ſunt myſteria: eſſe autem hos, ſemetipſos dicunt. Erudiuntur autem Pſychica, id eſt animalia, Pſychici, id eſt animales homines, qui per operationem & fidem nudam firmantur, & non perfectam agnitionem habent. Eſſe autem hos, nos qui ſumus ab Eccleſia, dicunt. [64] Quapropter & nobis quidem neceſſariam eſſe bonam conuerſationem reſpondent: aliter enim impoſſibile eſſe ſaluari. Semetipſos autem non per operationem, ſed eo quòd ſunt naturaliter ſpiritales, omnino ſaluari dicunt. Quemadmodum enim Choicum impoſſibile eſt ſalutem percipere, non enim eſſe illũ capacem ſalutis dicunt: ſic iterum quod Spiritale, (quod ſemetipſos eſſe volunt) impoſſibile eſſe corruptelam percipere, licet in quibuſcunque fuerint factis. [65] Quemadmodum enim aurum in cœno depoſitum non amittit decorem ſuum, ſed ſuam naturam cuſtodit, cùm cœnum nihil nocere auro poſſit: ſic & ſemetipſos dicunt, licet in quiC buſcunque materialibus operibus ſint, nihil ſemetipſos noceri, neque amittere ſpiritalem ſubſtantiam.

Hæretici gulæ ac libidini dediti.

Quapropter & intimoratè omnia quæ vetantur, hi qui ſunt ipſorum perfecti, operantur. De quibus Scripturę confirmant, quoniã qui faciunt ea, regnum Dei non hæreditabunt. [66] Etenim idolothyta indifferenter manducant, nihil inquinari ab ijs putantes; [67] & in omnem diem feſtum Ethnicorum pro voluntate in honore idolorum factum primi conueniunt; vt in nihilo quidem abſtineant, quod eſt apud Deum & apud

67 Galat. 5. 21.

Interno Pleromatis cætui] *in Græco pro* ἐν τοῖς τοῦ *legendum cum vet. int.* τοῖς ἐντὸς τοῦ.

Ipſorum Chriſtus] *lego* αὐτῶν *cum vet. quemadmodum & verſ. eod.* αὐτὴν *pro* αὐτῇ, *&* δύσῃ *pro* δύσης.

Renũciare his quæ in domo mea ſunt] ἀποτάξασθαι τοῖς ἐν τῷ οἴκῳ μου. *Verti etiam* D *poteſt, extremum ſalutare domeſticos meos.*

Iam quod eorum] *in Græco pro* ὅτι ἰδών, *legẽdum* ὅτι δ' ὤν.

Si radix ſancta] *Gallaſij oſcitantiam non queo non mirari, qui ne hîc quoq; mendum Græci codicis deprehenderit, ſed in apertiſſimo ſcripturæ loco tãquam in meridiana luce hallucinatus ſit. Vertit enim, & erãt primitiæ ſanctæ. In Græco autem pro* ἦν *legendum* ἡ, *quemadmodum cuiuis, niſi planè cæco, perſpicuum eſt.*

Atque in ſe contraxiſſe] συνεσταλκέναι. *Mendoſum hoc loco fuiſſe codicem vet. interp. ſuſpicor, qui erexiſſe vertit, quaſi in Græco eſſet* συνανεστηκέναι.

Ad ouem quæ] *Deeſt vocabulum* πρόβατον *in Græco.*

Deo gratias egit] θεῷ *lego cum vet. nõ* αὐτῷ.

*& ita legendum eſſe patet ex ipſius Cantico.*

Qui veniens] ὃς *legendum, non* ὡς.

Sedem figens] *lege* μένουσα *vnico vocabulo.* Et non] *hæc addo ex vet.* In principio autem] *addendum in Græc.* ἐν ἀρχῇ δὲ *ex vet.* Coniunctior ei eſt] οἰκειοτέρα, *propinquior, familiarior. Atq; hic delenda eſt præpoſitio* ἐν.

Frugeſcit] *Tertullianus pro verbo* καρποφορεῖν *interdum fruticare, interdum frugeſcere, reddit, ad verbum fructificare.*

Hominis nimirum] *in veteri tranſlatione pro homines, legendum hominem. Eod. verſ. delenda ſunt hæc verba,* τῷ ἀνθρώπῳ. Totius Pleromatis] παντὸς τοῦ πληρώματος. *Vetus tamen interpres non* παντός, *ſed* ἐντὸς *legiſſe videtur. Vertit enim intra: ſed priori lectioni magis aſſentior.*

Quæ ex paſſione] *lego* πάντα τὰ *cum vet. quemadmodum & ead. lin.* μορφῶσαι, *pro* ἁρμόσαι.

Atque in hunc modum Ptolemæus] *hæc verba addo ex veteri.*

Ipſas quoque] αὐτὰς *lego cum vet.*

Ioanni propoſitum] *legendum in dat.* Ἰωάννῃ.

Et non tanto pòſt interuallo] *delenda ſunt in Græco hæc verba* τοσοῦτον δειχθῆ τῆς ὀγδοάδος καὶ οὐκ ἂν μετά.

Aut ſi reliquorum] *legendum in Græco* ἢ εἰ τῶν.

Ac nominibus abutentes] *addenda eſt in Græc. copulatiua particula.*

A inter ſe pugnant, abſtinendũ ſibi eſſe putẽt. Sunt etiã qui carnis voluptatibus ad ſatietatẽ vſq; obſequentes, carnalia carnalibus, & ſpiritualia ſpiritualib. perſolui aiunt. Quinetiã ipſi partim occultè cũ mulierculis ijs, quas in doctrina ſua erudiunt, ſtupri cõmerciũ habẽt, quemadmodũ ipſę ſępè à quibuſdam ipſorum circumuentæ, atq; in fraudem impulſæ, ac poſtea ad Dei Eccleſiam reuerſæ, cum reliquo ſuo errore hoc quoque confeſſæ ſunt: partim apertè, perfrictáque fronte quaſcunque adamarint mulieres, eas à viris auulſas matrimonio ſibi copulant. Alij rurſus cùm honeſtè primùm, velut cũ ſororibus, habitare ſe finxiſſent, progrediente tempore deprehenſa fraus eſt, grauida nimirùm à fratre facta ſorore. Ac pleraque alia impia & execranda flagitia deſignantes, nos quidem, qui Dei metu cauemus, ne vel cogitatione tenus & ſermone peccemus, vt indoctos ac prorſus ignaros inſectantur: ſeipſos autem mirificè extollũt, ac perfectos appellant, & ſemina electionis. Nos eB nim in vſu tantummodò gratiam accipere dicunt, ob idque fore, vt ea nobis adimatur: ſe autem eam, ab ineffabili, & omni nomine præſtantiori coniugatione cælitùs deuectam, propriè poſſidere, ob eamque cauſam fore, vt ipſis accreſcat: proindeque ſibi quouis modo faciendum eſſe, vt coniugij myſterium exerceant. Atq; vt hoc ſtolidis hominibus perſuadeãt, his ipſis verbis vtuntur: Quiſquis in mundo exiſtens mulierem non amauit, ita vt ea potiatur, non eſt ex veritate, nec ad veritatem perueniet: quiſquis autem de mundo exiſtẽs cum muliere rem habuit, non perueniet ad veritatem, quoniam in concupiſcentia mulieri ſuccubuit. Propterea nobis quidem quos Pſychicos vocant, ac de mundo eſſe ſtatuunt, neceſſarium eſſe continentiæ ac bonarum actionum ſtuC dium, vt per eas ad medietatis locum perueniamus: ſibi autem, hoc eſt, vt ipſi ſe vocant, ſpiritualibus & perfectis, haudquaquam. Neque enim actionem aditum ad Pleroma munire, ſed ſemen, quod puſillum quidem illinc emittitur, hîc autem adoleſcit ac perficitur. Cùm autem vniuerſum ſemen perfectum fuerit, tum demùm Achamoth matrem ipſorum ex medietatis loco migraturam, atque in Pleroma ingreſſuram, ac ſponſum ſuum, hoc eſt Saluatorem ex omnibus ortum, accepturam eſſe, vt coniugium exiſtat Saluatoris, & Achamoth. Et hoc eſſe, quod per ſponſum & ſponſam ſignificetur, quemadmodum & Pleroma per cubiculum nuptiale. At verò ſpirituales, animis exutos, ac ſpiritus intelligentes effectos, incõprehenſibili & inuiſibili modo in Pleroma ingreſſos, in ſponſas aſſignatum iri Angelis ijs qui Saluatorem circumſtant. Demiurgum porrò itidem ipſum D ad matris Sophiæ locum, hoc eſt, ad medietatis locum tranſiturum eſſe atque in eadem quoque regione animas eorum, qui iuſtitiam coluerint, in quiete futuras eſſe. Neque enim Pſychici quicquam intra Pleroma admitti. Quæ cùm ad hunc modum contigerint, tum verò fore, vt ignis ille qui in mundo delitеſcit, effulgeat, & accendatur, confectaque vniuerſa materia, ſimul quoque cum ea conſumatur, atque in nihilum redigatur. Cæterùm, Demiurgum nihil horum exploratum habuiſſe aſſerunt, antequam Saluator aduenіſſet. Sunt etiam qui dicant eum Chriſtum quoque filium ſuum produxiſſe, ſed animalem: ac de hoc per Prophetas loquutum eſſe. Hũc autem eum eſſe, qui per Mariam tranſmearit, perinde atque aqua per tubum manat: atq; in ipſum, cùm Baptiſmi aqua tingeretur, Saluatorem illum, qui de Pleromate erat, atq; ex omnibus ortum traxerat, in

A δροφόνου θέας ἀπέχεσθαι ἐνίους αὐτῶν. οἱ δὲ ταῖς τῆς σαρκὸς ἡδοναῖς κατακόρως δουλεύοντες, τὰ σαρκικὰ τοῖς σαρκικοῖς, καὶ τὰ πνευματικὰ τοῖς πνευματικοῖς ἀποδίδοσθαι λέγουσι. καὶ οἱ μὲν αὐτῶν λάθρα τὰς διδασκομένας ὑπ' αὐτῶν τὴν διδαχὴν ταύτην γυναῖκας διαφθείρουσιν, ὡς πολλάκις ὑπ' ἐνίων αὐτῶν ἐξαπατηθεῖσαι, ἔπειτα ἐπιστρέψασαι γυναῖκες εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, σὺν τῇ λοιπῇ πλάνῃ καὶ τοῦτο ἐξωμολογήσαντο. οἱ δὲ καὶ κατὰ τὸ φανερὸν ἀπερυθριάσαντες, ὧν ἂν ἐρασθῶσι γυναικῶν, ταύτας ἀπ' ἀνδρῶν ἀποσπάσαντες, ἰδίας γαμετὰς ἡγήσαντο. ἄλλοι δὲ αὖ πάλιν σεμνῶς κατ' ἀρχάς, ὡς μετὰ ἀδελφῶν προσποιούμενοι συνοικεῖν, προϊόντος τοῦ χρόνου ἠλέγχθησαν, ἐγκύμονος τῆς ἀδελφῆς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ γενηθείσης. καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ μυσαρὰ καὶ ἄθεα πράσσοντες, ἡμῶν μὲν διὰ τὸν φόβον τοῦ θεοῦ φυλασ-B σομένων, καὶ μέχρις ἐννοίας καὶ λόγου ἁμαρτεῖν, καταστρέχουσιν, ὡς *ἰδιωτῶν καὶ μηδὲν ἐπισταμένων. ἑαυτοὺς δὲ ὑπερυψοῦσι τελείους ἀποκαλοῦντες, καὶ σπέρματα ἐκλογῆς. ἡμᾶς μὲν γὰρ ἐν χρήσει τὴν χάριν λαμβάνειν λέγουσι, διὸ καὶ ἀφαιρεθήσεσθαι αὐτῆς· αὐτοὺς δὲ ἰδιόκτητον ἄνωθεν ἀπὸ τῆς ἀρρήτου καὶ ἀνονομάστου συζυγίας συγκατεληλυθυῖαν ἔχειν τὴν χάριν, καὶ διὰ τοῦτο προστεθήσεσθαι αὐτοῖς. διὸ καὶ ἐκ παντὸς τρόπου δεῖν αὐτοὺς ἀεὶ τὸ τῆς συζυγίας μελετᾶν μυστήριον, καὶ τοῦτο πείθουσι τοὺς ἀνοήτους αὐταῖς λέξεσι λέγοντες οὕτως, Ὃς ἂν ἐν κόσμῳ γενόμενος γυναῖκα οὐκ ἐφίλησεν, ὥστε αὐτὴν κρατηθῆναι, οὐκ ἔστιν ἐξ ἀληθείας, καὶ οὐ χωρήσει εἰς ἀλήθειαν· ὁ δὲ ἀπὸ κόσμου γενόμενος, κρατηθεὶς γυναικί, οὐ χωρήσει εἰς ἀλήθειαν, διὰ τὸ C ἐν ἐπιθυμίᾳ κρατηθῆναι γυναικός. διὰ τοῦτο οὖν *ἡμᾶς καλοὺς ψυχικοὺς ὀνομάζουσι, καὶ ἐκ κόσμου εἶναι λέγουσι, καὶ ἀναγκαίαν ἡμῖν τὴν ἐγκράτειαν καὶ ἀγαθὴν πρᾶξιν, ἵνα δι' αὐτῆς ἔλθωμεν εἰς τὸν τῆς μεσότητος τόπον, αὐτοῖς δὲ πνευματικοῖς τε καὶ τελείοις καλουμένοις, μηδαμῶς. οὐ γὰρ πρᾶξις εἰς πλήρωμα εἰσάγει, ἀλλὰ τὸ σπέρμα τὸ ἐκεῖθεν νήπιον ἐκπεμπόμενον, ἐνθάδε τελειούμενον. ὅταν δὲ πᾶν τὸ σπέρμα τελειωθῇ, τὴν μὲν Ἀχαμὼθ τὴν μητέρα αὐτῶν μεταβῆναι τοῦ τῆς μεσότητος τόπου λέγουσι, καὶ ἐντὸς πληρώματος εἰσελθεῖν, καὶ ἀπολαβεῖν τὸν νυμφίον αὐτῆς τὸν σωτῆρα, τὸν ἐκ πάντων γεγονότα, ἵνα συζυγία γένηται τοῦ σωτῆρος καὶ Σοφίας τῆς Ἀχαμώθ. καὶ τοῦτο εἶναι νυμφίον καὶ νύμφην, νυμφῶνα δὲ τὸ πᾶν πλήρωμα, τοὺς δὲ πνευματικοὺς ἀποδυσαμένους τὰς D ψυχάς, καὶ πνεύματα νοερὰ γενομένους, ἀκρατήτως καὶ ἀοράτως ἐντὸς πληρώματος εἰσελθόντας, νύμφας ἀποδοθήσεσθαι τοῖς περὶ τὸν σωτῆρα ἀγγέλοις. τὸν δὲ δημιουργὸν μεταβῆναι καὶ αὐτὸν εἰς τὸν τῆς μητρὸς Σοφίας τόπον, τουτέστιν ἐν τῇ μεσότητι. τάς τε τῶν δικαίων ψυχὰς ἀναπαύσεσθαι καὶ αὐτὰς ἐν τῷ τῆς μεσότητος τόπῳ. μηδὲν γὰρ ψυχικὸν ἐντὸς πληρώματος χωρεῖν. τούτων δὲ γενομένων οὕτως, τὸ ἐμφωλεῦον τῷ κόσμῳ πῦρ ἐκλάμψαν καὶ ἐξαφθέν, καὶ κατεργασάμενον πᾶσαν ὕλην συναναλωθήσεσθαι αὐτῇ, καὶ εἰς τὸ μηκέτ' εἶναι χωρήσειν διδάσκουσι. τὸν δὲ δημιουργὸν μηδὲν τούτων ἐγνωκέναι ἀποφαίνονται πρὸ τῆς τοῦ σωτῆρος παρουσίας. εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες προβαλέσθαι αὐτὸν καὶ Χριστὸν υἱὸν ἴδιον, *ἀλλὰ καὶ ψυχικόν, περὶ τούτου διὰ τῶν προφητῶν λελαληκέναι. εἶναι δὲ τοῦτον τὸν διὰ Μαρίας διοδεύσαντα, καθάπερ ὕδωρ διὰ σωλῆνος ὁδεύει, καὶ εἰς τοῦτον ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος κατελθεῖν ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ τοῦ πληρώματος ἐκ πάντων σωτῆρα ἐν εἴδει περι-

* ἰδιωτῶν

* ἡμῖν οὓς ψυχικοὺς ὀνομάζουσι, καὶ ἐκ κόσμου εἶναι λέγουσιν, ἀναγκαίαν τὴν

* ἀλλὰ ψυχικὸν καὶ περὶ



A homines odioſum muneris homicidiale ſpectaculum.[68] Quidam autem & carnis voluptatibus inſatiabiliter inſeruientes, carnalia carnalibus, ſpiritalia ſpiritalibus reddi dicunt. Et quidam quidem ex ipſis clàm eas mulieres quæ diſcunt ab eis doctrinam hanc, corrumpunt: quemadmodum multæ ſæpe ab ijs ſuaſæ, pòſt conuerſæ mulieres ad Eccleſiam Dei, cum reliquo errore & hoc confeſſæ ſunt. Alij verò & manifeſtè, ne quidem erubeſcentes, quaſcunque adamauerint mulieres, has à viris ſuis abſtrahentes, ſuas nuptas fecerunt. Alij verò valdè modeſtè initio, quaſi cum ſororibus fingentes habitare, procedente tempore manifeſtati ſunt, grauida ſorore à fratre facta, & alia multa odioſa & irreligioſa facientes. Nos quidem qui per timorem Dei timemus etiam vſq; in mentibus noſtris, & ſermonibus peccare, arguunt quaſi idiotas, & nihil ſcientes; ſemetipſos extollunt, perfectos vocantes, & ſemina electionis. Nos enim in vſu gratiam accipere dicunt, quapropter & auferri à nobis: ſemetipſos autem propriè poſſidere, deſurſum ab inenarrabili & innominabili ſyzygia deſcendentem habere gratiam, & propterea * adijci eis.[69] Quapropter ex omni modo oportere eos ſemper ſyzygiæ meditari myſterium. Et hoc ſuadent inſenſibilibus; ijs, ſermonibus dicentes ſic: Quicunque in ſæculo eſt, & vxorem non amat, vt ei coniungatur, non eſt de veritate, & non tranſiet in veritatem. Qui autem de ſæculo eſt mixtus mulieri, non tranſit in veritatem: B quoniam in concupiſcentia mixtus eſt mulieri. Quapropter nobis quidem, quos Pſychicos vocant, & de ſæculo eſſe dicunt, neceſſariam continentiam, & bonam operationem, vti per eam veniamus in medietatis locum. Sibi autem, ſpiritalibus, & perfectis vocatis, nullo modo. Non enim operatio in Pleroma inducit, ſed ſemen quod eſt inde puſillum quidem emiſſum, ]hîc autem perfectum factum.

Matt. 12.

*addi.

Cùm autem vniuerſum ſemen perfectum fuerit, Achamoth quidem matrem ipſorum tranſire de medietatis loco dicunt, & intra Pleroma introire, & recipere ſponſum ſuum Saluatorẽ, qui eſt ex omnibus factus vti ſyzygia fiat Saluatoris & Sophiæ, quæ eſt Achamoth, & hoc eſſe ſponſum & ſponſam:[70] Nymphonem ] verò vniuerſum Pleroma. Spiritales verò expoliatos, animas, & ſpiritus intellectuales factos inapprehenſibiliter & inuiſibiliter intra ]Pleroma ingreſſos ſpõſas reddi, ijs qui circa Saluatorem ſunt Angelis. Demiurgum verò tranſire & ipſum in matris ſuæ Sophiæ locum, hoc eſt, in medietatem. Iuſtorum quoque animas refrigerari & ipſas in medietatis loco. Nihil enim pſychicum intra Pleroma tranſire. His autem factis ita, [is] qui latet in mũdo ignis exardeſcens, comprehendens vniuerſam materiam conſumit, & ipſum ſimul conſumptum, abire in id, vt iam non ſit. Demiurgum autem nihil horum cognouiſſe oC ſtendunt ante Saluatoris aduentum. Sunt autem qui dicunt emiſiſſe eum Chriſtum filium ſuum, ſed animalem, & de hoc per Prophetas locutum eſſe. Eſſe autem hunc qui per Mariam tranſierit,[71] quemadmodum aqua per tubum tranſit, & in hunc in baptiſmate deſcendiſſe illum qui eſſet de Pleromate ex omnibus Saluatorem in figura co-

Coniugia Saluatoris, Achamoth, & Angelorum.

Mentionem nullam ] *hic quoq; negatiua particula* μὴ *in Græco addenda eſt.*

Qui ex omnibus ortus eſt ]*lego cum veteri,* ὁ ἐκ πάντων γεγονὼς, *non, vt eſt apud Epiphanium,* ὁ τῆς οἰκονομίας. *His enim verbis fictitium illum Valentinianorum Saluatorem intelligit, qui ex omnibus AEonibus ortum traxit, ac proinde Sermone illo, qui primæ AEonum claſsis eſt, natu poſterior eſt.*

D Ille, inquam, vnius] *Vetus Irenæi interpres videtur legiſſe* ἀπὸ τοῦ, *non* ὁ τοῦ: *ſed vtrumq; eodem ferè recidit.*

Verba fecit] *in Græco pro* ἐμπεποίηται, *legendum* πεποίηται. *& ſeq. verſ. pro* λέγουσι δὲ, λέγουσι γάρ.

Princeps eorum ]*addo* γὰρ *in Græc. ex vet.*

Quam falsò ] *pro* ψευδῶς *videtur legiſſe vetus interpres* ψευδωνύμως. *vertit enim, falsò nomine.*

Hæc ait atque alto ] *Tota centonis huius, ex Homeri verſibus conſuti, gratia in interpretatione Latina perit. Sed multa in eodem genere apud Latinos extant, ac præcipuè apud Auſonium. Aptè autem Homerocentonibus hæreticos confert Irenæus, qui vt prodigioſæ doctrinæ ſuæ gratiam fidemque conciliarent, ex varijs ſcripturæ locis, tanquam centonibus quibuſdam eam conſarcinabant.*

Comitantur euntem ] κίοντες *legiſſe videtur vetus interp. Sed* κίοντα *mihi magis arridet, vt ad Herculem referatur.*

Verſus quidem agnoſcet ] *in Græco poſt* ἐπιγνώσεται, *hæc ex Vet. addenda ſunt:* μὲν τὰ ἔπη, τὴν δὲ ὑπόθεσιν οὐκ ἐπιγνώσεται.

Libro ſuo ] βίβλῳ *addo ex veter. quemadmodum & eod. verſ poſt* τὴν, παροῦσαν.

Quoniam autem ]*lego* ἐπεὶ δὲ *cum vet.*

Redemptio ] *de Valentinianorum redemptione latè poſtea diſſeret. Gallaſius hîc toto cælo errat, quòd quid hæc redemptio ſibi velit, non intelligat. Idq; cùm ipſemet hanc fabulam poſtea interpretetur. Quod ſanè flagitioſæ eſt oſcitantiæ. Hincque mihi fit veriſimile eum verſionem ſuam nunquam relegiſſe. Alioqui enim haud dubiè hunc locum ex 18. cap. huius lib. vbi redemptionis fabula exponitur, emendaſſet.*

Eorum Mimum emenſus ] μηνύειν αὐτῶν *lego cum veteri. Emetiri autem hoc loco Græc.* περαιῶσαι, *idem eſt quod tranſmeare, traijcere. Vetus interpres quid legerit, non queo cõijcere. Vertit enim explicans, quod longè à ſignificatione verbi* περαιῶσαι.

Huiuſce fabulæ ]μύθου *lego cum vet. non* θυμοῦ, *vt corruptè legitur in Epiphanij codice. Senſus enim perſpicuè poſtulat vt* μύθου *legamus.*

Subnectat ]*in Græco pro* ἐπενεγκεῖν καλῶς ἔχειν ὑπερλάβομεν, *reponendum eſt* ἐπενέγκῃ, καλῶς ἔχειν ὑπελάβομεν.

columbæ forma deſcendiſſe. Quin ſpirituale quoq; illud ſemen, ab Achamoth acceptũ, in eo extitiſſe. Ac proinde Dominum noſtrum primigenæ videlicet illius quaternitatis typum retinentem, ex quatuor hiſce conflatum fuiſſe tradunt, nimirùm ex ſpirituali quod ab Achamoth erat: ex animali, quod à Demiurgo: ex diſpenſatione; quod ineffabili arte conſtructum erat: ac denique ex Saluatore, quod erat columba illa, quæ in eum deſcenderat. Atque hunc quidem ab omni perpeſsione immunem permanſiſſe. Neque enim fieri poterat, vt is pateretur, qui comprehenſionem omnem, & oculorum obtutum fugiebat. Ob eamq; cauſam ſublatum fuiſſe Chriſti Spiritum, qui in eum conditus fuerat, cùm ad Pilatum adduceretur Quin ne ſemen quidem illud, quod à matre profectũ fuerat, perpeſſum eſſe dicunt: etenim id quoq; omni perpeſsione præſtantius eſſe, vtpote ſpirituale, ac ne in ipſius etiam Demiurgi aſpectum cadens. Ita de ipſorum ſententia Pſychicus demùm Chriſtus perpeſſus eſt, & is qui ex diſpenſatione myſtico modo conſtructus fuerat: vt per eum mater ſuperioris illius Chriſti, in cruce extenſi, quiq; eſſentię formam Achamothæ impreſſerat, typum exprimeret. Hæc enim omnia figuras illorũ eſſe tradunt. Animas porrò eas, quæ Achamothæ ſemen habuerunt, reliquis meliores ac pręſtantiores eſſe aiunt: eoq; nomine prę cæteris adamatas eſſe à Demiurgo, qui rei huiuſce cauſam haudquaquam perſpectam habebat, verùm beneficio ſuo tales eas eſſe exiſtimabat. Quocirca eas in Prophetas, vt ipſi inquiunt, & ſacerdotes, & reges conſtituiſſe, ac multa de hoc ſemine, tanquam ſubliniore naturâ prædito, verba à Prophetis habita fuiſſe interpretantur. Quin multa quoq; matrem de ſublimioribus rebus loquutam eſſe, atque etiã per hunc, & per animas ab eo procreatas. Ac deinceps Prophetarum vaticinia ſcindunt, alia nempe à matre dicta eſſe volentes, alia à ſemine, alia à Demiurgo Eodemque modo Ieſum alia Saluatoris, alia matris, alia Demiurgi inſtinctu dixiſſe, quemadmodum nos altius progredientes oſtendemus Demiurgum autem, vtpote ea, quæ ipſo ſuperiora erant, ignorantem, commotum quidem eſſe ijs quæ dicebantur, cæterùm ea tãdem pro nihilo duxiſſe, aliàs nempe aliam cauſam exiſtimantem, hoc eſt, vel ſpiritum vaticinantem, qui & ipſe peculiarem motum habeat, vel hominem, vel denique complexionem deteriorum: atque ita tantiſper in ignoratione perſtitiſſe, quoad Saluator acceſſiſſet. Cùm enim ille veniſſet, ex eo ipſum cuncta didiciſſe, libentique animo ſeſe ad eum cum omni ſua potentia adiunxiſſe, eumque eſſe Centurionem illum, de quo in Euangelio fit mentio, his verbis ad Saluatorem vtentem: Nam & ego homo ſub poteſtate mea habeo milites, & ſeruos, & quod eis impero, faciunt. Eum autem in mundi adminiſtrandi munere, quandiu par erit, verſaturum: idque pręſertim, vt Eccleſiæ commodis cura ſua ac diligentia conſulat, atque ob id etiam quòd quidnam ſibi præmij paratum ſit, perſpectum & exploratum habeat, hoc eſt, vt ad matris regionem perueniat. Iam verò hominum tria genera conſtituunt, Spirituale, Hylicum, Pſychicum, quemadmodum fuerunt Cain, Abel, & Seth: vt videlicet ex his etiam tres naturas, non iam ſigillatim, ſed in genere demonſtrent. Atque Hylicum quidem ad interitum tendere: Pſychicum autem, ſiquidem meliorum rerum ſtudium amplectatur, in medietatis loco conquieturum, ſin verò deteriora conſectetur, ad ſimilia quoque profecturum. At ſpiritualia quæ ab Achamoth ſata

A περιστερᾶς. γεγονέναι δὲ ἐν αὐτῷ καὶ τὸ αὐτὸ τῆς ἀχαμὼθ σπέρμα πνευματικόν. τὸν οὖν κύριον ἡμῶν ἐκ τεσσάρων τούτων σύνθετον γεγονέναι φάσκουσιν, ἀποσῴζοντα τὸν τύπον τῆς ἀρχεγόνου καὶ πρώτης τετρακτύος, ἔκ τε τοῦ πνευματικοῦ, ὃ ἦν ἀπὸ τῆς ἀχαμὼθ, καὶ ἐκ τοῦ ψυχικοῦ, ὃ ἦν ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ, καὶ ἐκ τῆς οἰκονομίας, ὃ ἦν κατεσκευασμένον ἀρρήτῳ τέχνῃ, καὶ ἐκ τοῦ σωτῆρος, ὃ ἦν κατελθοῦσα εἰς αὐτὸν περιστερά. καὶ *τοῦτο μὲν ἀπαθῆ διαμεμενηκέναι. οὐ γὰρ ἐνεδέχετο παθεῖν αὐτὸν, ἀκράτητον καὶ ἀόρατον ὑπάρχοντα. καὶ διὰ τοῦτο ἦρθαι προσαγομένου αὐτοῦ τῷ πιλάτῳ, τὸ εἰς αὐτὸν κατατεθὲν πνεῦμα χριστοῦ. ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸ ἀπὸ τῆς μητρὸς σπέρμα πεπονθέναι λέγουσιν. ἀπαθὲς γὰρ καὶ *αὐτὸ τὸ πνευματικὸν, καὶ ἀόρατον, καὶ αὐτῷ τῷ δημιουργῷ. ἔπαθε δὲ
B λοιπὸν κατ᾽ αὐτοὺς ὁ ψυχικὸς χριστὸς, καὶ ὁ ἐκ τῆς οἰκονομίας κατεσκευασμένος μυστηριωδῶς, ἵν᾽ ἐπιδείξῃ *αὐτοῦ ἡ μήτηρ τὸν τύπον τοῦ ἄνω χριστοῦ, ἐκείνου τοῦ ἐπεκταθέντος τῷ σταυρῷ, καὶ μορφώσαντος τὴν ἀχαμὼθ μόρφωσιν τὴν κατ᾽ οὐσίαν. πάντα γὰρ ταῦτα τύπους ἐκείνων εἶναι λέγουσι. τὰς δὲ ἐσχηκύας τὸ σπέρμα τῆς ἀχαμὼθ, ψυχὰς *ἀμείνους εἶναι λέγουσι γεγονέναι τῶν λοιπῶν. διὸ καὶ πλεῖον τῶν ἄλλων ἠγαπῆσθαι ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ, μὴ εἰδότος τὴν αἰτίαν, ἀλλὰ παρ᾽ αὐτοῦ λογιζομένου εἶναι τοιαύτας. διὸ καὶ εἰς προφήτας, φασὶν, ἔτασσεν αὐτοὺς, καὶ ἱερεῖς καὶ βασιλεῖς. καὶ πολλὰ ὑπὲρ τοῦ σπέρματος τούτου εἰρῆσθαι, διὰ τῶν προφητῶν ἐξηγοῦνται, ἅτε ὑψηλοτέρας φύσεως *ὑπαρχούσας. πολλὰ δὲ καὶ τὴν μητέρα περὶ τῶν ἀνωτέρω εἰρηκέναι λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τούτου καὶ τῶν ὑπὸ τούτου γενομένων ψυχῶν. καὶ λοιπὸν τέμνουσι τὰς προφη-
C τείας τὸ μέν τι ἀπὸ τῆς μητρὸς εἰρῆσθαι θέλοντες, τὸ δέ τι ἀπὸ τοῦ σπέρματος, τὸ δέ τι ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ. ἀλλὰ καὶ τὸν ἰησοῦν ὡσαύτως, τὸ μέν τι ἀπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρηκέναι, τὸ δέ τι ἀπὸ τῆς μητρὸς, τὸ δέ τι ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ, καθὼς ἐπιδείξομεν προϊόντος ἡμῖν τοῦ λόγου, τὸν δὲ δημιουργὸν ἅτε ἀγνοοῦντα τὰ ὑπὲρ αὐτὸν, κινεῖσθαι μὲν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, καταπεφρονηκέναι δὲ αὐτῶν, ἄλλοτε ἄλλην αἰτίαν νομίσαντα, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ προφητεῦον ἔχον, καὶ αὐτὸ ἰδίαν τινὰ κίνησιν, ἢ τὸν ἄνθρωπον, ἢ τὴν προσπλοκὴν τῶν *χειρῶν. καὶ οὕτως ἀγνοοῦντα διατετελεκέναι ἄχρι τῆς παρουσίας τοῦ *κυρίου. ἐλθόντος δὲ τοῦ σωτῆρος, μαθεῖν αὐτὸν παρ᾽ αὐτοῦ πάντα λέγουσι, καὶ ἄσμενον αὐτῷ προσχωρήσαντα μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως αὐτοῦ· καὶ
D αὐτὸν εἶναι τὸν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἑκατόνταρχον, λέγοντα τῷ σωτῆρι, Καὶ γὰρ ἐγὼ ὑπὸ τὴν ἐμαυτοῦ ἐξουσίαν ἔχω στρατιώτας καὶ δούλους, καὶ ὃ ἐὰν προστάξω ποιοῦσι. τελέσειν δὲ αὐτὸν τὴν κατὰ τὸν κόσμον οἰκονομίαν μέχρι τοῦ δέοντος καιροῦ, μάλιστα δὲ διὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας ἐπιμέλειαν· ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ ἑτοιμασθέντος αὐτῷ ἐπάθλου, ὅτι εἰς τὸν τῆς μητρὸς τόπον χωρήσει. ἀνθρώπων δὲ τρία γένη ὑφίστανται, πνευματικὸν, χοϊκὸν, ψυχικόν· καθὼς ἐγένοντο κάϊν, ἄβελ, σήθ· *καὶ ἐκ τούτων τὰς τρεῖς φύσεις, οὐκέτι καθ᾽ ἓν, ἀλλὰ κατὰ γένος, καὶ τὸ μὲν χοϊκὸν εἰς φθορὰν χωρεῖν, καὶ τὸ ψυχικὸν, ἐὰν τὰ βελτίονα ἕληται, ἐν τῷ τῆς μεσότητος τόπῳ *ἀναπάυεσθαι· ἐὰν δὲ τὰ χείρω, χωρήσειν καὶ αὐτὸ πρὸς τὰ ὅμοια. τὰ δὲ πνευματικὰ, ἃ ἂν κατασπείρῃ ἡ ἀχαμὼθ, ἔκτοτε

ἕως τοῦ

*τοῦτον
*αὐτὸ ἅτε πνευματ.
*δι᾽ αὐτοῦ
*ἀμείνους λέγουσι
*ὑπάρχοντος
*χειρόνων
*σωτῆρος
*ἵνα ἐπιδείξωσι καὶ ἐκ τούτων
*ἀναπαύεσθαι



A lumbæ, fuiſſe autem in eo & illud quod eſt ab Achamoth ſemen ſpiritale.

Dominum igitur noſtrum ex quatuor ijs compoſitum fuiſſe dicunt, ſeruantem typum primogenitæ & primæ quaternionis; de ſpiritali, quod erat ab Achamoth, & de animali quod erat de Demiurgo, & de diſpoſitione, quod erat factũ inenarrabili arte, & de Saluatore, quod erat illa, quæ deſcendit in eum columba: & hunc quidem impaſsibilem perſeueraſſe. Non enim poſſibile erat pati eum, cùm eſſet incomprehenſibilis & inuiſibilis, & propter hoc ablatum eſſe, cùm traheretur ad Pilatum, illum qui depoſitus erat in eum ſpiritus Chriſti. Sed ne id quidem quod à matre erat ſemen, paſſum eſſe dicunt. Impaſſibile enim & illud, quippe ſpiritale & inuiſibile, etiam ipſi Demiurgo. Paſſus eſt autem, ſecundùm hos, animalis Chriſtus, & ille qui ex diſpoſitione fabricatus in myſterio, vt oſtendat per eum mater typum ſuperioris Chriſti, illius qui extenſus eſt cruci, & formauit Achamoth formationem ſecundùm ſubſtantiam. Omnia enim hæc exempla illorum eſſe dicunt: eas verò quæ habuerunt ſemen id quod eſt ab Achamoth, animas meliores dicunt fuiſſe quàm reliquas. Quapropter & plus eas dilectas à Demiurgo non ſciente cauſam, ſed à ſemetipſo putante eſſe tales. Quapropter & in prophetas, aiunt, diſtribuebat eas & ſacerdotes, & reges, & multa de hoc ſemine dicta
B per prophetas exponunt: quippe eum altioris naturæ eſſe. Multa autem & matrem de ſuperioribus dixiſſe dicunt. Sed & per hunc, & per eas, quæ ab hoc factæ ſunt animæ.

*Error contra Christi conceptionem, natiuitatem, & paſſionem.*

Ac deinceps diuidunt prophetias, aliquid quidem à matre dictum docentes, aliquid à ſemine, aliquid autem ab ipſo Demiurgo: & Ieſum tantundem aliquid quidem Saluatorem dixiſſe, aliquid à matre, aliquid à Demiurgo, quemadmodum oſtendemus procedente nobis ſermone. Demiurgum autem, quippe ignorantem quæ eſſent ſuper eum, moueri quidem in ijs quæ dicuntur: contempſiſſe verò ea, aliam atque aliam cauſam putantem, quàm ſpiritus qui prophetat, habens & ipſe ſuam aliquam motionem, ſiue hominem, ſiue perplexionem peiorum, & ſic ignorantem conſeruaſſe vſque ad aduentum Saluatoris. Cùm veniſſet autem Saluator, didiciſſe eum ab eo omnia dicunt, & in gaudium ei ceſſiſſe cum omni virtute ſua, & eum eſſe illum in Euangelio Centurionem dicentem Saluatori: Et ego enim ſub poteſtate mea habeo milites & ſeruos, & quod iuſſero faciunt. Perfecturum autem eum eam quæ ſecundùm ipſum eſt mundi creationem, vſque ad id tempus quod oportet, maximè autem propter Eccleſiæ
C diligentiam atque curam, & propter agnitionem præparati præmij, quoniam in locum matris tranſibit. Hominum autem tria genera dicunt, Spiritalem, Pſychicum, Choicum, quemadmodum fuit Cain, Abel, Seth; vt oſtendant & ex his tres naturas, iam non ſecundùm vnumquemque, ſed ſecundùm genus. Et Choicum quidem in corruptelam abire: Animalem verò, ſi meliora elegerit, in loco medietatis refrigeraturum: ſi verò peiora, trãſire & ipſum ad ſimilia. Spiritalem verò inſeminat Achamoth,

*Error de prophetijs.*

*Matt. 8. 9.*

*De triplici hominum genere.*

NOTAE EX ADVERSARIIS FRONTONIS
Ducæi in Cap. I.

HVnc autem & Proarchen] *Vocem hãc etiam agnoſcit Theodoretus lib. 1. Hæretic. fabularum, de Valentino, vbi legendum fortè,* Anteprincipium. *Tertullianus aduerſus Valentin. capit. 8. & Græcam vocem retinuit* προαρχὴν, *&* Proarchen *ſcripſit c. 35.*

Eſſe autem illum inuiſibilem, & quem nulla res capere poſſit. ] *Hæc abſunt à Græco: verùm Tertullianus ſimul iſta profert: Innatum,*
D *immenſum, infinitum, inuiſibilem, æternumq; definiunt.*

Et aliquando voluiſſe. ] *In Græco delendum eſt illud* καὶ, *quod eſt ante* καθέσθαι, *vt conſentiant Græca cum interpretatione Billij, in qua omiſſum eſt* καθάπερ σπέρμα, *ac tanquam ſemen, hanc quam in animum induxerat.*

Apud eos nuncupatam. ] *Addidimus in margine,* καλουμένην, *pro* καλουμένων.

Maſculofœminam.] ἀρρενόθηλυν, *Tertull. c. 34. Ne apud ſolos Lunenſes Hermaphroditum exiſtimet Feneſtella.*

Emiſſiones in coniugationem.] *Græcè ſcripſimus* προβολὰς ἐν συζυγίᾳ, *ex quo legendũ eſſet hîc,* in coniugatione.

Bythus & Mixis] *Græcè* Βύθιος, *non* Βύθος, *quo pacto & apud Tertullianum c. 8.* Bythius & Mixis, *& ita in manuſcriptis omnibus legebatur, teſte Pamelio, qui & hîc, & lib. 2. ca. 19. Irenæi ſic legendum cenſet; & Theodoretum, apud quem cũ reperiſſet interpres* Βύθον, *vertit Profundum & Mixtionem: huncq; Bythium ad differentiam primi parẽtis Bythi ſic dictum ſuſpicatur.*

Ageratos.] *Cap. 19. lib. 2. redditur Latinè,* innaſcibilem, *vel, vt eſt in margine,* inſenſibilem, *fortè,* inſeneſcibilem, *vel,* inſenilem: *apud interpretem Theodoreti lego,* ſenij expertem, vnionem & per ſe naſcentem: *hoc vltimum eſt Autophyes.*

AEnos & Syneſis. ] *Scribendum hîc, & apud Byllium, Aïnos & Syneſis.*

Theletos & Sophia.] *Non Teletos: nam ſæpe* τῆς θελήσεως, *&* τοῦ θελήματος *meminit in his myſterijs hæreticorum Irenæus: vt cap. 6. huius libri: etſi aliter Pamelio videtur, Billius certè ſemper Theleti ſcripſit, neq; mihi vnquam occurrit* τελετὸς, *perfectus:* θελητὸν *habes 1. Reg. 15. 22.* εἰ θελητὸν τῷ κυρίῳ, *ſi volitum Domino: itaq; melius voluntate expetitum reddidiſſent interpretes, quàm vt Cornarius,* voluntatem, *& Alius,* voluntarium.

A ſunt,ex eo tempore,huc vſq; in iuſtorum hominum
animis hîc erudita & educata, quòd videlicet puſilla
adhuc & tenera emiſſa ſint, poſt tandem, vbi omnes
perfectionis numeros impleuerint, in ſponſas Ange-
lis Saluatoris attributũ iri tradunt, eorumq́; animos
in media regione vnà cũ Demiurgo, ſempiterna qui-
ete fruituros. Atq; has ipſas animas rurſus diſtinguẽ-
tes, aiunt, eas partim natura bonas eſſe, partim natu-
ra malas. Et bonas quidẽ eas eſſe, quæ ſeminis capaces
effectæ ſint, eas autẽ quæ natura malæ ſunt, ita eſſe cõ
paratas, vt ſemen illud nunquam omninò recipiant.
His ita ab eis poſitis, quemadmodum nec Prophetæ
vnquam prædicarunt, nec Chriſtus docuit, nec Apo
ſtoli tradiderunt, ſe præ cæteris mortalibus rerũ om
nium ſcientiam perceptã habere gloriantur, quædã
videlicet de ijs, quæ literarum ſacrarũ monumentis
haudquaquam prodita ſunt, lectitantes: &, quod di-
ci ſolet, funem ex arena nectere ſtudentes, probabili-
B ter interim, atq; ad faciendam fidẽ appoſitè, vel para
bolas quaſdã Dominicas, vel Propheticas voces, vel
Apoſtolica verba, ijs quæ dicta ſunt, accõmodare co
nantur, vt ne cõmentum ſuum nullius teſtimonij au
thoritate niti videatur: ita tamẽ vt Scripturarum or-
dinem, ſeriemq́; tranſiliant, ac, quantum in ipſis eſt,
veritatis membra diſſoluant. Transferentes enim, ac
refingentes, atq; aliud ex alio facientes, pleroſq; per
diuinorũ oraculorũ, quæ figmẽtis ſuis adaptant, pra-
uè conſarcinatã argutiam, in fraudẽ inducunt. Perin
de ſcilicet, ac ſi quis Regis imagine ex inſignibus gẽ-
mis, ab induſtrio quodã artifice pulchrè & eleganter
elaborata, ſubiectã hominis formã deleat, ac gẽmas il
las trãsferat, atq; in diuerſum accõmodet, caniſq́; aut
vulpis formã efficiat, & quidẽ malè conſtructã, ac de-
inde ſeriò affirmet, hanc eſſe pulchrã illã Regis ima-
C ginẽ, quã peritus ille artifex condiderat, (oſtendẽs ni
mirùm gẽmas illas, q̃ à priori quidẽ artifice, ad Regis
imaginẽ præclarè cõpoſitę fuerant, verũ à poſteriore
ad canis formã improbè translatæ:) atq; per lapillorũ
ſpeciẽ imperitiores homines, quiq́; regiã formã haud
quaquã norint, circũſcribat, fidẽq́; ipſis faciat, putidũ
hoc vulpis ſimulachrum, pulchrã illã Regis imaginẽ
eſſe. Ad eundẽ.n. iſti quoq; modũ, anilibus quibuſdã
fabulis cõſutis, ac deinde verbis, & vocib. & parabo-
lis hinc atq; hinc auulſis, oracula diuina fabulis ſuis
accõmodare ſtudẽt. Atq; ea quidẽ omnia, q̃ interno
Pleromatis cętui adaptãt, iã cõmemorauimus: quæ-
cunq; aũt ijs etiã q̃ à Pleromate remota ſunt, ex Scrip-
turis accõmodare nitũtur, ſunt huiuſmodi. Dominũ
extremis mundi temporib. hac de cauſa ad ſubeũdos
cruciatus veniſſe aiunt, vt paſſionẽ eã, quę poſtremò
AEoni contigerat, indicaret, ac per ipſum finẽ quis
D negotij illius, quod AEonibus contigit, finis extite-
rit, declararet. Virginem autẽ illam, Archiſynagogi
filiam, annos duodecim natã, quam ſuperueniens Do
minus, à morte ad vitã reuocauit, figuram eſſe Acha-
moth aiunt, quã extenſus ipſorum Chriſtus informa
uit, luminiſq́;, quod eam deſeruerat, ſenſum ei reſti-
tuit. Quòd autẽ ipſi, cũ abortus cuiuſpiã inſtar eſſet,
Saluator apparuerit, Paulũ in ea epiſtola, quã ad Co-
rinthios ſcripſit, in hęc verba cõmemoraſſe. Poſtre-
mò aũt omniũ, tanquã abortiuo viſus eſt mihi. Quin
Saluatoris quoq; vnà cũ ęqualibus ſuis aduentum ad
Achamoth, eodẽ modo ipſum in eadẽ epiſtola decla
raſſe, his verbis vtentẽ: Mulierẽ oportet velamen ha-
bere in capite propter Angelos. Quòd aũt veniẽte ad
eã Saluatore ipſa præ pudore velamẽ ſibi obduxerit,
perſpicuum id feciſſe Moſem cũ velamine vultum
ſuum obtexiſſet. Quinetiã paſſiones, quas ipſa ſubijt,

A ἕως τοῦ νῦν, δικαίαις ψυχαῖς παιδευθέντα ἐνθάδε,
καὶ ἐκτραφέντα διὰ τὸ νήπια ἐκπεπέμφθαι, ὕστερον
τελειότητος ἀξιωθέντα, νύμφας ἀποδοθήσεσθαι
τοῖς τοῦ Σωτῆρος ἀγγέλοις δογματίζουσι· τῶν
ψυχῶν αὐτῶν ἐν μεσότητι κατ' ἀνάγκην, ἐν
μεσότητι μετὰ τοῦ δημιουργοῦ ἀναπαυσαμένων
εἰς τὸ παντελές. καὶ αὐτὰς μὲν τὰς * ψυχικὰς — * ψυχὰς
πάλιν ὑπομερίζοντες λέγουσιν, ἃς μὲν φύσει ἀ-
γαθάς, ἃς δὲ φύσει πονηράς. καὶ τὰς μὲν ἀγα-
θὰς ταύτας εἶναι, τὰς δεκτικὰς τοῦ σπέρματος
γινομένας. τὰς δὲ φύσει πονηρὰς μηδέποτε ἂν ἐπι-
δέξασθαι ἐκεῖνο τὸ σπέρμα. Τοιαύτης δὲ τῆς ὑπο-
θέσεως αὐτῶν οὔσης, ἣν οὔτε προφῆται ἐκήρυ-
ξαν, οὔτε ὁ κύριος ἐδίδαξεν, οὔτε ἀπόστολοι πα-
ρέδωκαν, ἣν περὶ τῶν ὅλων αὐχοῦσι πλεῖον τῶν
ἄλλων ἐγνωκέναι, ἐξ ἀγράφων ἀναγινώσκοντες,
καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἐξ ἄμμου σχοινία πλέκειν
ἐπιτηδεύοντες, ἀξιοπίστως προσαρμόζειν πειρῶν-
B ται τοῖς εἰρημένοις, ἤτοι παραβολὰς κυριακάς, ἢ ῥή-
σεις προφητικάς, ἢ λόγους ἀποστολικούς, ἵνα τὸ
πλάσμα αὐτῶν μὴ ἀμάρτυρον εἶναι δοκῇ, τὴν μὲν
τάξιν καὶ τὸν εἱρμὸν τῶν γραφῶν ὑπερβαίνοντες, καὶ
ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς λύοντες τὰ μέλη τῆς ἀληθείας, με-
ταφέρουσι δὲ καὶ μεταπλάττουσι, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλου
ποιοῦντες ἐξαπατῶσι πολλοὺς τῇ τῶν ἐφαρμοζομέ-
νων κυριακῶν λογίων κακοσυνθέτῳ σοφίᾳ. ὅνπερ
τρόπον εἴ τις βασιλέως εἰκόνος καλῆς κατεσκευασ-
μένης ἐκ ψηφίδων ἐπισήμων ὑπὸ σοφοῦ τεχνίτου, λύ-
σας τὴν ὑποκειμένην τοῦ ἀνθρώπου ἰδέαν, μετενέ-
γκει τὰς ψηφῖδας ἐκείνας καὶ μεθαρμόσει καὶ ποιήσοι
μορφὴν κυνὸς ἢ ἀλώπεκος, καὶ ταύτην φαύλως κα-
τεσκευασμένην, ἔπειτα διορίζοιτο, καὶ λέγοι ταύτην
εἶναι τὴν τοῦ βασιλέως ἐκείνην εἰκόνα τὴν καλήν,
ἣν ὁ σοφὸς τεχνίτης κατεσκεύαζε, δεικνὺς τὰς ψη-
C φῖδας τὰς καλῶς ὑπὸ τοῦ τεχνίτου τοῦ πρώτου εἰς τὴν
τοῦ βασιλέως εἰκόνα συντεθείσας, κακῶς δὲ ὑπὸ
τοῦ ὑστέρου εἰς κυνὸς μορφὴν μετενεχθείσας, καὶ διὰ τῆς
τῶν ψηφίδων φαντασίας μεθοδεύοι τοὺς ἀπειροτέρους
τοὺς κατάληψιν βασιλικῆς μορφῆς οὐκ ἔχοντας,
καὶ πείθοι ὅτι αὕτη ἡ σαπρὰ τῆς ἀλώπεκος ἰδέα ἐκεί-
νη ἐστὶν ἡ καλὴ τοῦ βασιλέως εἰκών. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον
καὶ οὗτοι γραῶν μύθους συγκαττύσαντες, ἔπειτα ῥή-
ματα καὶ λέξεις καὶ παραβολὰς ὅθεν καὶ πόθεν ἀποσ-
πῶντες, ἐφαρμόζειν βούλονται τοῖς μύθοις αὐτῶν
τὰ λόγια τοῦ θεοῦ. καὶ ὅσα μὲν * ἐν τοῖς τοῦ πληρώ- — * τοῖς ἐν-
ματος ἐφαρμόζουσιν, εἰρήκαμεν· ὅσα δὲ καὶ τοῖς ἐκ- — τὸς τοῦ πλη-
τὸς τοῦ πληρώματος αὐτῶν προσοικειοῦν πειρῶν- — ρώματος
ται ἐκ τῶν γραφῶν, ἐστὶ τοιαῦτα. τὸν κύριον ἐν τοῖς
ἐσχάτοις τοῦ κόσμου χρόνοις διὰ τοῦτο ἐληλυθέναι ἐπὶ
τὸ πάθος λέγουσιν ἵν' ἐπιδείξῃ τὸ περὶ τὸν ἔσχατον
τῶν αἰώνων γεγονὸς πάθος, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ τέλους
D ἐμφήνῃ τὸ τέλος τῆς περὶ τοὺς αἰῶνας πραγματεί-
ας· τὴν δὲ δωδεκαετῆ παρθένον ἐκείνην τὴν τοῦ ἀρχι-
συναγώγου θυγατέρα, ἣν ἐπιστὰς ὁ κύριος ἐκ νε-
κρῶν ἤγειρε, τύπον εἶναι διηγοῦνται τῆς ἀχαμώθ, ἣν
ἐπεκταθεὶς ὁ χριστὸς * αὐτὸν ἐμόρφωσε, καὶ εἰς αἴ- — * αὐτῶν
σθησιν ἤγαγε τοῦ καταλιπόντος * αὐτῇ φωτός. ὅτι — * αὐτὴν
δὲ αὐτῇ ἐπέφανεν ὁ σωτὴρ ἐκτὸς * οὔσης τοῦ πληρώ- — * οὔσῃ
ματος, ἐν ἐκτρώματος μοίρᾳ, τὸν παῦλον λέγουσιν
εἰρηκέναι ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους· ἔσχατον δὲ πάντων
ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί. τήν τε μετὰ τῶν
ἡλικιωτῶν τοῦ σωτῆρος παρουσίαν πρὸς τὴν ἀχαμὼθ
ὁμοίως πεφανερωκέναι αὐτὸν ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ εἰ-
πόντα· δεῖ τὴν γυναῖκα κάλυμμα ἔχειν ἐπὶ τῆς κε-
φαλῆς, διὰ τοὺς ἀγγέλους· καὶ ὅτι ἥκοντος τοῦ σωτῆρος
πρὸς αὐτὴν, δι' αἰδῶ κάλυμμα ἐπέθετο ἡ ἀχαμώθ,
μωσέα πεποιηκέναι φανερὸν κάλυμμα θέμενον ἐπὶ
τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. καὶ τὰ πάθη δὲ αὐτῆς, ἃ ἔπαθεν, ἐ-
πισεση-



A ex illo tempore vſque nunc, propter quod & animæ erudientur quidem hîc: & ſemina
enutrita, quia puſilla emittantur, pòſt deinde perfectione digna habita, ſponſas reddi
Saluatoris Angelis reſpondent, animabus eorum ex neceſſitate in medietate cum De-
miurgo refrigeraturis in æternum. Et ipſas autem animas rurſus ſubdiuidentes, dicunt — De animabus.
quaſdam quidem natura bonas, quaſdam autem natura malas. Et bonas quidem
has eſſe, quæ capaces ſeminis fiunt. Alias verò natura nequam, nunquam capere illud
ſemen.

[72] Cùm ſit igitur tale illorum argumentum, quod neque Prophetæ prædicauerunt, ne- — Figmenta ſua probare non poſſunt.
que Dominus docuit, neque Apoſtoli tradiderunt, quod abundantius gloriantur plus
q̃ cæteri cognouiſſe, de ijs quæ non ſunt ſcripta, legentes, & quod ſolet dici, [73] de arena re
ſticulas nectere adfectantes, fide digna aptare conantur ijs quæ dicta ſunt, vel parabolas
dominicas, vel dictiones propheticas, aut ſermones Apoſtolicos, vt figmentũ illorum
nõ ſine teſte eſſe videatur. Ordinem quidẽ & textũ Scripturarũ ſupergradientes, & quan
tum in ipſis eſt, ſoluentes membra veritatis. Trãsferunt aũt & tranſſingunt, & alterum
ex altero facientes, ſeducunt multos ex ijs quæ aptant ex dominicis eloquijs malè com-
B poſito phantaſmati. [74] Quomodo ſi quis Regis imaginem bonam fabricatam diligen-
ter ex gẽmis precioſis à ſapiente artifice, ſoluens ſubiacentẽ hominis figuram, trãsferat
gemmas illas, & reformans faciat ex ijs formam canis, vel vulpeculæ, & hanc malè diſ-
poſitam, dehinc [75] confirmet] & dicat hanc eſſe Regis illam imaginem bonam, quam
ſapiens artifex fabricauit, oſtendens gemmas quæ bene quidem à primo artifice in Re-
gis imagine compoſitæ erant, malè verò à poſteriore in canis figuram tranſlatæ ſunt,
& per gemmarum phantaſiam decipiat idiotas, qui comprehenſionem Regalis formæ
non habeant, & ſuadet quoniã hæc turpis vulpeculę figura, illa eſt bona Regis imago.
Eodem modo & hi anicularum fabulas aſſumentes, poſt deinde ſermones, & dictiones,
& parabolas hinc inde afferentes, vt aptare volunt fabulis ſuis eloquia Dei. Et quanta
quidem ijs qui ſunt intra Pleroma aptant, diximus. Quanta autem de ijs qui extra Ple-
roma ſunt ipſorum, ad ſuos inſinuare conantur ex Scripturis, ſunt talia. Dominum in
nouiſſimis mundi temporibus propter hoc veniſſe ad paſſionem dicunt, vt oſtendat
quæ circa nouiſſimum AEonum facta eſt, paſſionem, & per hunc finem manifeſtet fi-
nem eius quæ eſt circa AEonas diſpoſitionis. Duodecim autem annorum virginem il-
lam Archiſynagogi filiam, quam inſiſtens Dominus à mortuis liberauit, typũ eſſe nar- — Luc. 8. 42.
rant Achamoth, quem extenſus Chriſtus eorum figurauit, & ad ſenſibilitatem addu-
C xit eius, quod dereliquerat eam, luminis. Quoniam autem ei manifeſtauit ſemetipſum
[76] Saluator] exiſtenti extra Pleroma in abortionis partu, Paulum etiam dicunt dixiſſe
in prima ad Corinthios epiſtola, Nouiſſimè autem tanquam abortiuo viſus eſt & mi- — 1. Cor. 15. 8.
hi: & illam quæ eſt cum coætaneis Saluatoris aduentationem ad Achamoth, ſimiliter
manifeſtaſſe eum in [eadem] epiſtola [dicentem,] Oportere mulierem velamẽ habere — 1. Cor. 11. 15.
in capite propter Angelos, quoniam & aduentante Saluatore ad eam, propter verecũ-
diam velamẽ impoſuit Achamoth [in] faciem ſuam. Et paſſiones autem quas paſſa eſt,

Quid eorum quæ dicuntur in Scriptu-
ris] *Græcè,* εἴπου τι τῶν ἐν πλήθει εἰρημένων ἐν
ταῖς γραφαῖς. *Billius & Cornarius omiſerunt illud*
ἐν πλήθει *Gallaſius:* Eorum, quæ multa dicun
tur in ſcripturis. *Suſpicari poſſumus hoc velle
Irenæum, Si quid in Scripturis dictum eſſet, nume-
ro aliquo multitudinis expreſſo, vt poſt 30. annos
baptizari, duodecim Apoſtolos deligi, triginta cu-
D bitis altum eſſe, id arreptum ſtatim Gnoſticos ad
ſuos errores adumbrandos traduxiſſe. Vide ca. 15.
ſub finem.*

Sine complexu coniugis Theleti] *In
Græco hic pro* ζυγοῦ *legendum,* ἄνευ τῆς συμπλο-
κῆς τοῦ συζύγου, ſine complexu coniugis. *libr.
2. ca. 14.* ſine permixtione coniugis. *Tertull.*
ſine coniugis Phileti ſocietate. *L. Latinius
illic fruſtra eſt, qui corrigit:* ſine coniugis Phi-
leti ſatietate.

Nouiſſimè fortè abſorptum] *ſcribe,* No
uiſſimè fortè abſorptum fuiſſe, *aut,* abſor-
ptus fuiſſet, *AEon ſcilicet. Pamelius in Tertull.
pro* fortè, *aut quod hîc eſt in margine,* verè, *le-
gendum,* ferè: *poteſt tamen retineri,* fortè.

Τελευτῶντα ἂν καταπεπόσθαι] *Tertul.* Modico abfuit
præ vi dulcedinis & laboris deuorari. *Refutatur hæc
nænia lib. 2. cap. 24. & 28.*

Qualẽ naturã habebat fęmina.] *Græcè fuit* θήλειαν τε-
κεῖν: *Tert.* & procreat fœminam. *Ac Billius quidem legit ex
veteri interp.* θήλεια τεκεῖν, *itaq; Cornarius verterat,* qualem
feminea natura parere poterat: *Sed cùm non ſolum ma-
rem, ſed neq; fœminam ſolũ poſſit parere fœmina, ſuſpicari poſ-
ſet quis, ita diſtinctum fuiſſe,* οἵαν φύσιν εἶχε, θήλειαν τεκεῖν,
*qualem naturam habebat, fœminam peperiſſe; vt ſcilicet AEon
ille natura fœminea, ſic & illa ſubſtantia informis eadem fœmi-
nea natura prædita fuit: Atq; ita commodius deleretur prius il-
lud* τεκεῖν, *quod redundare ſua interpretatione innuit Bil-
lius.*

In imagine ſua ſiue coniuge] *Retrahenda è margine
vera lectio,* ſua ſine coniuge maſculofœmina. *Tertull.
ca. 10. Horon in hac promit in imagine ſua fœminamare. Billius:*
in imagine ſua coniugij experte, ac maſculofœmina
producit *In Græc. ergo pro* ἄζυγον ἀθήλυντον, *corrigendum
eſt,* ἀζύγῳ ἀρρενοθήλει. *vt Greg. Nazianz.* ἀρρενοθήλεος σω-
ματότητος. *Cæterũ Metagogea Tert. exponit circumductorẽ.*

Et cauſam quidem] *Corrige,* Et cauſam quidem æ-
ternæ perſeuerationis ijs omnibus incomprehenſi-
bile

A à Saluatore in cruce ſignificatas eſſe dicunt Et quidẽ in his verbis, Deus meus, quare me dereliquiſti? nihil aliud indicaſſe, q̃ ꝙ Sophia à lumine deſerta fuiſſet, atq; ab Horo prohibita, quominus porrò progrederetur: mœrorẽ aũt ipſius, cùm dixit, Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ: metũ verò, cũ his verbis eſt vſus; Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte: atq; item anxietatem animiq; perplexitatẽ cùm dixit, Et quid dicam, ignoro. Iam triplex hominũ genus ita eũ demonſtraſſe docent: Hylicũ nempe, cùm ei qui dicebat, Sequar te, hoc reſponſi dedit, Non habet filius hominis vbi caput reclinet: Pſychicũ aũt, in eo quod ei qui dixerat, Sequar te, ſed permitte mihi prius renunciare his qui in domo mea ſunt, ad hunc modũ reſpondit, Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retrò aptus eſt ad regnũ cælorũ. Hunc enim mediæ claſsis eſſe afferunt, quemadmodum & illum, B qui, cùm multas iuſtitiæ partes à ſe impletas eſſe profiteretur, poſtea tamẽ eum ſequi detrectauit, opibuſque victus eſt, & à perfectione retardatus. Nã & hunc de Pſychico genere fuiſſe illis placet. Denique ſpirituale in his verbis eũ indicaſſe, Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos: tu verò profectus, annuncia regnũ Dei. Et cùm Zachæo publicano dixit, Feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Hos namque ſpiritualis generis fuiſſe tradũt. Atque etiam parabola ea, in qua de fermento agitur, quod mulier in tribus farinæ ſatis abſcondiſſe dicitur, tria hæc genera declarari dicunt. Per mulierem enim Sophiam intelligendam eſſe docent, per farinæ ſata triplex hominum genus, Spirituale, Pſychicum, Hylicum: fermentum autem Saluatorem ipſum dictum eſſe. Paulum item Choïcos, Pſychicos, & Spirituales dixiſſe. Exempli cauſa cùm dixit, Qualis terrenus, tales & terreni. Et rurſus, Animalis homo non percipit C ea quæ ſunt Spiritus. Et alio loco, Spiritualis omnia dijudicat. Illud autem, Animalis non percipit ea quę ſunt Spiritus, de Demiurgo vſurpatum eſſe aiũt, qui cùm animalis eſſet, nec matrem, quæ ſpiritualis erat, nec ipſius ſemen, nec deniq; AEonas, qui in Pleromate ſunt, cognouerit. Iam quòd eorũ, quibus ſalutem allaturus erat, primitias Saluator aſſumpſerit, Paulum his verbis teſtatum eſſe, Si radix ſancta, vtiq; & maſſa. Quo loco per primitias id quod ſpirituale eſt, ſignificari docent: per maſſam autem nos, hoc eſt Pſychicã Eccleſiam, cuius eum maſſam aſſumpſiſſe, atque in ſe contraxiſſe dicunt, quoniam ipſe fermẽtum erat. Quòd autem Achamoth extra Pleroma oberrauerit, atque à Chriſto formata, & à Saluatore quæſita ſit, indicare eum, cùm ſe ad ouem eam, quæ à grege aberrauerat, veniſſe ait. Etenim per ouem aberrantem, Matrem ſuam ſignificari aiunt, ex qua D Eccleſiam hanc ſatam eſſe volunt. Per aberrationem autẽ intelligi eius extra Pleroma in paſſionibus cõmorationem, ex quibus materiam ortam eſſe fingũt. Per eam item mulierem, quæ domum ſuam euerrit, & drachmam inuenit, ſuperiorem Sophiam intelligendam eſſe cenſent, quę quidem, perdita ſua enthymeſi, poſtea omnibus per Saluatoris aduentum perpurgatis, eam inuenit. Vnde etiam hanc de eorum ſententia Pleromati reſtitutam fuiſſe. Simeonem porrò qui in vlnas ſuas Chriſtũ accepit, ac Deo gratias egit, & dixit, Nunc dimittis ſeruum tuũ Domine, ſecundum verbum tuum in pace, Demiurgi figuram eſſe tradunt, qui veniente Saluatore, translationem ſui didicit, & Bytho gratias egit. Cõſimilem etiam in modum per Annam illam, quæ in Euangelio Propheteſſa dicitur, ſeptemq́; annis cum viro tranſ-

A πισεσημειῶσθαι τὸν κύριον φάσκουσιν ἐν τῷ σταυρῷ, καὶ ἐν μὲν τῷ εἰπεῖν, ὁ θεός μου, εἰς τί ἐγκατέλιπές με, μεμηνυκέναι αὐτὸν ὅτι ἀπελείφθη ἀπὸ τοῦ φωτὸς ἡ Σοφία, καὶ ἐκωλύθη ὑπὸ τοῦ ὅρου τῆς εἰς τοὔμπροσθεν ὁρμῆς· τὴν δὲ λύπην αὐτῆς ἐν τῷ εἰπεῖν, περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· τὸν δὲ φόβον, ἐν τῷ εἰπεῖν, πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον. καὶ τὴν ἀπορίαν δὲ ὡσαύτως, ἐν τῷ εἰρηκέναι, καὶ τί εἴπω οὐκ οἶδα. τρία δὲ γένη ἀνθρώπων οὕτως δεδειχέναι διδάσκουσιν αὐτὸν, τὸ μὲν ὑλικὸν, ἐν τῷ εἰπεῖν τῷ ἐρωτήσαντι, ἀκολουθήσω σοι; οὐκ ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι. τὸ δὲ ψυχικὸν, ἐν τῷ εἰρηκέναι τῷ εἰπόντι, ἀκολουθήσω σοι, ἐπίτρεψον δέ μοι πρῶτον ἀποτάξασθαι τοῖς ἐν τῷ οἴκῳ μου· οὐδεὶς ἐπ' ἄροτρον τὴν χεῖρα ἐπιβαλὼν, καὶ εἰς τὰ ὀπίσω βλέπων, εὔθετός ἐστιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρα- B νῶν· τοῦτον γὰρ λέγουσι τὸν μέσον εἶναι. κἀκεῖνον δὲ ὡσαύτως τὸν τὰ πλεῖστα μέρη τῆς δικαιοσύνης ὁμολογήσαντα πεποιηκέναι, ἔπειτα μὴ θελήσαντα ἀκολουθῆσαι, ἀλλὰ ὑπὸ πλούτου ἡττηθέντα πρὸς τὸ μὴ τέλειον γενέσθαι, καὶ τοῦτον τοῦ ψυχικοῦ γένους γεγονέναι θέλουσι. τὸ δὲ πνευματικὸν, ἐν τῷ εἰπεῖν, ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς, σὺ δὲ πορευθεὶς διάγγελλε τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ· καὶ ἐπὶ Ζακχαίου τοῦ τελώνου εἰπὼν, σπεύσας κατάβηθι, ὅτι σήμερον ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι. τούτους γὰρ πνευματικοῦ γένους καταγγέλλουσι γεγονέναι. καὶ τὴν τῆς ζύμης, παραβολὴν, ἣν ἡ γυνὴ ἐγκεκρυφέναι λέγεται εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, τὰ τρία γένη δηλοῦν λέγουσι. γυναῖκα μὲν γὰρ τὴν Σοφίαν λέγεσθαι διδάσκουσιν. ἀλεύρου σάτα, τὰ τρία γένη τῶν ἀνθρώπων, πνευματικὸν, ψυχικὸν, χοϊκόν. ζύμην δὲ αὐτὸν τὸν σωτῆρα εἰρῆσθαι διδάσκουσι. καὶ τὸν Παῦλον εἰρηκέναι χοϊκοὺς, ψυχικοὺς, πνευματικούς. ὅπου μὲν, οἷος ὁ χοϊκὸς, τοι- C οῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί. ὅπου δὲ, ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος. ὅπου δὲ, πνευματικὸς ἀνακρίνει πάντα. τὸ δὲ, ψυχικὸς οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος, ἐπὶ τοῦ δημιουργοῦ φασὶν εἰρῆσθαι, ὃν ψυχικὸν ὄντα μὴ ἐγνωκέναι μήτε τὴν μητέρα πνευματικὴν οὖσαν, μήτε τὸ σπέρμα αὐτῆς, μήτε τοὺς ἐν τῷ πληρώματι αἰῶνας, *ὅτι ἰδὼν ἤμελλε σώζειν ὁ σωτὴρ τούτων τὰς ἀπαρχὰς ἀνέλαβε, τὸν Παῦλον εἰρηκέναι. * καὶ ἣν ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα, ἀπαρχὴν μὲν τὸ πνευματικὸν εἰρῆσθαι διδάσκοντες, φύραμα δὲ ἡμᾶς, τουτέστι τὴν ψυχικὴν ἐκκλησίαν, ἧς τὸ φύραμα ἀνειληφέναι λέγουσιν αὐτὸν, καὶ ἐν αὐτῷ συνεσταλκέναι, ἐπειδὴ ἦν αὐτὸς ζύμη. καὶ ὅτι ἐπλανήθη ἡ Ἀχαμὼθ ἐκτὸς τοῦ πληρώματος, καὶ ἐμορφώθη ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀνεζητήθη ὑπὸ τοῦ σωτῆρος, μηνύειν αὐτὸν λέγουσιν ἐν τῷ εἰπεῖν αὐτὸν, ἐληλυθέναι ἐπὶ τὸ * πεπλα- D νημένον. πρόβατον μὲν γὰρ πεπλανημένον τὴν μητέρα αὐτῶν ἐξηγοῦνται λέγεσθαι, ἐξ ἧς τὴν ὧδε θέλουσιν ἐσπάρθαι ἐκκλησίαν. πλάνην δὲ τὴν ἐκτὸς πληρώματος ἐν τοῖς πάθεσι διατριβὴν, ἐξ ὧν γεγονέναι τὴν ὕλην ὑποτίθενται. τὴν δὲ γυναῖκα τὴν σαροῦσαν τὴν οἰκίαν, καὶ εὑρίσκουσαν τὴν δραχμὴν, τὴν ἄνω Σοφίαν διηγοῦνται λέγεσθαι, ἥτις ἀπολέσασα τὴν ἐνθύμησιν αὐτῆς, ὕστερον καθαρισθέντων πάντων διὰ τῆς τοῦ σωτῆρος παρουσίας, εὑρίσκει αὐτήν. διὸ καὶ ταύτην ἀποκαθίστασθαι κατ' αὐτοὺς ἐντὸς πληρώματος. Συμεῶνα τὸν εἰς τὰς ἀγκάλας λαβόντα τὸν Χριστὸν καὶ εὐχαριστήσαντα * αὐτῷ, καὶ εἰπόντα· νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ, τύπον εἶναι τοῦ δημιουργοῦ λέγουσιν, * ὡς ἐλθόντος τοῦ σωτῆρος ἔμαθε τὴν μετάθεσιν αὐτοῦ, καὶ ηὐχαρίστησε τῷ βυθῷ. καὶ διὰ τῆς Ἄννης τῆς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κηρυσσομένης προφήτιδος, ἑπτὰ ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἐζηκυίας, τὸ δὲ λοιπὸν

* ὅτι δὲ ὧν

* καὶ εἰ ἡ

* πεπλανημένον πρόβατον. πρόβατον μὲν γὰρ

* θεῷ καὶ

* ὅς



A ſignificaſſe Dominum dicunt: in hoc quidem, quòd derelicta eſt à lumine; in eo, cùm dicit in cruce: Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti? manifeſtaſſe eum quoniam derelicta eſſet à lumine Sophia, & prohibita eſt ab Horo in priora impetum facere. Tædium autem eius in eo quod dixiſſet, Quàm triſtis eſt anima mea! Timorem autem in eo quod dixerit: Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.[77] Et aporiam autem, id eſt, conſternationem ſimiliter in eo quod dixerit: Et quid dicam neſcio. *Matt. 27. 46.* *Matt. 26. 38.*

Tria autem genera hominum oſtendiſſe docent eum, Hylicum quidem in eo quod reſponderit dicenti, Sequar te, Non habet filius hominis vbi caput reclinet. Animale autem, in eo quod dixerit dicenti, Sequar te, permitte autem mihi ire & renunciare domeſticis: Nemo ſuper aratrum manum imponens, & in poſteriora reſpiciens, aptus eſt regno cælorum. Hunc autem dicunt de medijs eſſe: & illum autem ſimiliter, qui multas partes iuſtitiæ cõfitebatur ſe feciſſe: poſt deinde noluiſſe ſequi, ſed à diuitijs victum, vt ne fieret perfectus, & hunc de Pſychico genere fuiſſe volunt. Spiritale verò, in eo quod dicit, Remitte mortuos ſepelire mortuos ſuos, tu autem vade & annuncia regnũ Dei. Et Zachæo publicano, dicens, [Properans] deſcende, quoniam hodie in domo tua oportet me manere. B Et in fermenti parabola quod mulier abſcondiſſe dicitur in farinæ ſata tria, tria genera manifeſtare dicunt: mulierem quidem Sophiã dici docent, farinæ verò ſata tria, tria genera hominum, ſpiritale, animale, choicum; fermentum verò ipſum Saluatorem dictum dicunt. Et Paulum aũt manifeſtè dixiſſe, choicos, animales, ſpiritales. [Alibi quidem,] Qualis choicus tales & choici. Alibi autem, animalis homo non percipit quæ ſunt ſpiritus. Alibi autem, Spiritalis examinat omnia. Animalis autem non percipit quæ ſunt ſpiritus, de Demiurgo dictum dicunt, qui cùm Pſychicus ſit, non cognouerit neque matrem ſpiritalem exiſtentem, neq; ſemen eius, neque eos qui ſunt in Pleromate AEones. *Matt. 8. 20.* *Matth. 8. 19.* *Luc. 9. 6.* *Luc. 19. 5.* *Luc. 13. 21.* *1. Cor. 15 v. 40. 44. 46. 47. 48. &c.* *1. Cor. 2. 14.* *1. Cor. 2. 15.*

Quoniam autem eorum quos ſaluaturus erat Saluator[78] initia] accepit, Paulum dixiſſe: Et ſi delibatio ſancta, & maſſa. Delibationem quidem, quod eſt ſpiritale dictum docentes, conſperſionem] autem nos, id eſt Pſychicam Eccleſiam, cuius ſubſtãtiam adſumpſiſſe dicunt eum, & cum ſemetipſo erexiſſe, quoniam erat ipſe fermẽtum. Et quoniam errauit Achamoth extra Pleroma, & formata eſt à Chriſto, & quæſita eſt à Saluatore, manifeſtare eum dicunt, in eo quod dixit ſemetipſum veniſſe ad eam, quæ erraſſet ouem. Ouem enim errantem matrem ſuam referunt dici, ex qua eam quæ ſit hîc vo- C lunt eſſe ſeminatam Eccleſiam. Errorem autem, eam quæ eſt extra Pleroma in omnibus paſſionibus immorationem, ex quibus factam materiam tradunt. Mulierem autem illam quæ mundat domum, & inuenit drachmam, ſuperiorem Sophiam narrant dici. Quæ cùm perdidiſſet intentionem ſuam, pòſt deinde mundatis omnibus per Saluatoris aduentum[79] inuenit] eam: quoniam & [hæc] reſtituitur ſecundum eos, intra Pleroma. Simeon autem cum qui in manus ſuas accepit Chriſtum, & gratias egit Deo, & dixit, Nunc* dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum ſermonem tuum in pace, typum eſſe Demiurgi dicunt, qui veniente Saluatore didicit tranſpoſitionem ſuam, & gratias egit Bytho. Et per Annam quæ in Euangelio dicitur ſeptem annis cum viro vi- *Rom. 11. 16.* *Error de Eccleſiæ exordio.* *Luc. 15. 6.* *Luc. 15. 8.* *Luc. 2.* *Luc. 2.*

*remittis.

bile patris eſſe. *Tertull cap. 11. docebantur incõprehenſibile quidem patris cauſſam eſſe perpetuitatis ipſorum.*

Satellites quoque] *Lectionem ex ea quæ in margine, & quæ in contextu conflatam Græca exposcunt:* Satellites quoque ei in honorem i- D pſorum eiuſdem generis Angelos. *Tertull. cap. 12.* Satellites ei angelos proferunt. *Græc.* δορυφόρους τε αὐτῷ. *Theodoretus:* Vt eſſent eius ſatellites.

Et crucis ipſorum.] *Vox ipſorũ abeſt à Græco, in quo pro* σύλου *ita ſcribendum:* καὶ τοῦ ὅρου καὶ σταυροῦ καὶ λυτρωτοῦ: *verior item lectio ex margine repetenda,* de pœnitentia, ἐκ μετανοίας.

In vniuerſas generationes.] *Græcè* τῶν αἰώνων τοῦ αἰῶνος, *ſæculorum ſæculi. ac Epheſ. 3. v. 21. legimus,* τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων, *vt habet vet. interpres. Paulò poſt in nomine* ἰησοῦς *iota intellige valere decem,* η *Eta autem octo, ſicq́; fiunt ex duabus prioribus literis octodecim.*

Qui eſt veritatis primæ] *Emenda,* Qui eſt veritas primæ tetradis, *vel,* hoc eſt veritatem primæ tetradis.

Tollens crucem ſequere] *Legendum in Græco* ἀκολούθει μοι. *Quæ verba leguntur in Græco Marci 10. v. 22.* καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι ἄρας τὸν σταυρόν. *Epiphanij interpres,* Tollens crucem ſuam, & ſequitur me; *minus rectè, quàm hic vetus;* Tollens crucem, ſequere me: *abeſt à vulgata illud* ἄρας τὸν σταυρόν: *Eraſmus quoq; non eſſe in veteribus codicibus ait, nec apud alios Euangeliſtas reperiri, vt illinc huc tranſcriptum videri poſſit. Legit tamen præter hunc Irenæum Theophylactus in Marcum:* Et ſequere me ſublata cruce, *hoc eſt præparato teipſum ad mortem pro me. & vt videtur Nicetæ Greg. Nazianzenus orat. in Paſcha 2.* σὺ δὲ ἀποθήσῃ καὶ τὰ δικαίως κτηθέντα προθύμως, ἵνα κοῦφος τὸν σταυρὸν ἄρῃς, καὶ πλουτήσῃς τὰ μὴ ὁρώμενα. Tu verò iuſtis etiam rationibus quæſitas opes excuties, vt leuiter crucem tollas, & diuitias quæ non cernuntur, aſſequaris.

Ventilabrum eius in manu] *lege,* & emundabit aream, & colliget: *niſi fortè Helleniſmum eſſe voluit,* τοῦ καθαίρειν ἕνεκα τὴν ἅλωνα.

Plaſmate vniuerſorum] πάντων *legit, non* πάντες, *vt habent Græca, ex quibus ſic ſcribendum eſſet,* & plaſmate vniuerſi *vel,* omnes, *dicunt: paulò poſt, expungenda eſt vox,* quãdo, *& legendum,* cùm multæ parabolæ.

In vmbratæ vanitatis] *Corrige ex Græc. et veſtigijs manu ſcripti*

A actis, reliquum omne vitæ tempus in viduitate confecit, quouſq; Saluatorem vidit, eumq́; agnouit, atq; apud omnes de eo verba faciebat, perſpicuè Achamoth ſignificari aſſerũt, quæ quidẽ cùm exiguo tempore Saluatorem, vnà cum ipſius æqualibus conſpexiſſet, per omne reliquum tempus in medietate ſedẽ figens, operiebatur eum, ecquando rurſus veniret, eamq́; ſuo coniugio reſtitueret. Quin ipſius quoque nomen proditum fuiſſe à Saluatore, cùm diceret, Et iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis. Itemq́; à Paulo in his verbis, Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sed & coniugia ea, quæ in Pleromate ſunt, Paulum commemoraſſe, in vno oſtendentem. Nam cùm de vitæ huiuſce coniugio ſcriberet, hunc in modum eſt loquutus: Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia. Ioannẽ præterea Domini diſcipulum, primam Ogdoadem indicaſſe docent, hiſmet verbis vtentes. Ioannes Domini diſcipulus, rerum omnium ortum exponere cupiens, iuxta B quem Pater omnia produxit, principium quoddam ponit, id nempe quod primò à Deo genitum eſt, quẽ & Nun, & vnigenitum Filiũ, ac Deum appellauit, in quo Pater omnia ſeminali ratione procreauit. Ab eo autem Sermonem productum eſſe, & in eo omnem Aeonum eſſentiam, quam poſtea Sermo ipſe formauit. Quoniam igitur de primo rerum ortu verba facit, rectè à principio, hoc eſt à DEO, & & Sermone doctrinam ſuam inſtituit. Ad hunc porrò modum loquitur: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbũ. Hoc erat in principio apud Deum. In quibus verbis cùm primò hæc tria diſtinxiſſet, Deum, principiũ, & Verbum, rurſus ea copulat: vt & horum vtriuſque productionem oſtendat, hoc eſt Filij, & Verbi, ac ſimul & horum inter ſe, & cum Patre coniunctionem In Patre enim, & ex Patre eſt principiũ: In principio autẽ, C & ex principio Verbum. Rectè itaque dixit, In principio erat Verbum, erat enim in Filio. Et Verbum erat apud Deum (principiũ etenim) & Deus erat Verbum. Hoc enim conſequitur: id quippe Deus eſt, quod de Deo genitum eſt. Hoc erat in principio apud Deum. Productionis ordinem demõſtrat. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Verbum etenim AEonibus omnibus, qui poſt ſe extiterũt, formæ atq; ortus author fuit. Quod factũ eſt in ipſo, vita erat. Hic verò coniugium etiã indicauit. Omnia enim per ipſum facta eſſe dixit: vitam autem in ipſo. Hæc quippe quæ in eo facta eſt, coniunctior ei eſt, quàm ea quæ per ipſum facta ſunt. Cum eo nãque exiſtit, ac per eum frugeſcit. Quandoquidẽ ſubdit. Et vita erat lux hominũ. Hominis nimirùm vocabulo, Eccleſiam quoque æquiuocè ſignificauit: vt per vnam vocem, coniugij commercium declararet. Ex Verbo enim & Vita, Homo & Eccleſia orti ſunt. D Porrò hominum Lucem vitam appellauit, quòd ipſi ab ea illuminati ſint, hoc eſt formati ac patefacti. Quod etiam Paulus his verbis ait: Omne autem id quod manifeſtatur, lux eſt. Quoniam itaque Vita & Hominẽ & Eccleſiã genuit ac patefecit, ipſorũ proinde lux dicta eſt. Perſpicuè igitur per hæc verba Ioannes tum alia, tum ſecundam quaternitatẽ, hoc eſt Sermonem & Vitam, Hominem & Eccleſiam, declarauit. Quin prima quoq; ab eo quaternitas indicata eſt. Nam de Saluatore verba faciens, dicenſq́; omnia quæ extra Pleroma ſunt, per eum formata fuiſſe, fructum eum eſſe ait totius Pleromatis. Etenim Lucẽ eũ appellauit in tenebris lucentem, nec ab ijs comprehenſam: quandoquidem ipſis inſciẽtibus omnia quæ

A δὲ λοιπὸν ἅπαντα χρόνον χήρας μενούσης ἄχρις οὗ τὸν σωτῆρα ἰδοῦσα ἐπέγνω αὐτὸν, καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι, φανερώτατα τὴν ἀχαμὼθ μηνύεσθαι διορίζονται, ἥτις πρὸς ὀλίγον ἰδοῦσα τὸν σωτῆρα μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν αὐτοῦ, τῷ λοιπῷ χρόνῳ παντὶ *μείνασα ἐν τῇ μεσότητι προσεδέχετο αὐτὸν, πότε πάλιν ἐλεύσεται καὶ ἀποκαταστήσει αὐτὴν τῇ αὐτῆς συζυγίᾳ. καὶ τὸ ὄνομα δὲ αὐτῆς μεμηνύσθαι ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἐν τῷ εἰρηκέναι, καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς· καὶ ὑπὸ παύλου δὲ οὕτως, σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις. καὶ τὰς συζυγίας δὲ τὰς ἐντὸς πληρώματος τὸν παῦλον εἰρηκέναι φάσκουσιν ἐπὶ ἑνὸς δείξαντα. περὶ γὰρ τῆς περὶ τὸν βίον συζυγίας γράφων ἔφη· τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶν, ἐγὼ δὲ λέγω εἰς χριστὸν καὶ τὴν ἐκκλησίαν. ἔτι τε ἰωάννην τὸν μαθητὴν τοῦ κυρίου διδάσκουσι τὴν πρώτην ὀγδοάδα μεμηνυκέναι αὐταῖς λέξεσι, λέγοντες οὕτως· ἰωάννης ὁ μαθητὴς τοῦ κυρίου βουλόμενος εἰπεῖν τὴν τῶν ὅλων γένεσιν, B καθ᾽ ἣν τὰ πάντα προέβαλεν ὁ πατὴρ, ἀρχήν τινα ὑποτίθεται τὸ πρῶτον γεννηθὲν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὃν δὴ καὶ υἱὸν μονογενῆ καὶ θεὸν κέκληκεν. ἐν ᾧ τὰ πάντα ὁ πατὴρ προέβαλε σπερματικῶς. ὑπὸ δὲ τούτου φησὶ τὸν λόγον προβεβλῆσθαι, καὶ ἐν αὐτῷ τὴν ὅλην τῶν αἰώνων οὐσίαν, ἣν αὐτὸς ὕστερον ἐμόρφωσεν ὁ λόγος. ἐπεὶ οὖν περὶ πρώτης γενέσεως λέγει καλῶς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, τουτέστι τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ λόγου τὴν διδασκαλίαν ποιεῖται. λέγει δὲ οὕτως· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν. πρότερον διαστείλας τὰ τρία, θεὸν, καὶ ἀρχὴν, καὶ λόγον, πάλιν αὐτὰ ἑνοῖ, ἵνα καὶ τὴν προβολὴν ἑκατέρων αὐτῶν δείξῃ, τοῦ τε υἱοῦ, καὶ τοῦ λόγου, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἅμα, καὶ τὴν πρὸς τὸν πατέρα ἕνωσιν. ἐν γὰρ τῷ πατρὶ, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς ἡ ἀρχὴ, *καὶ ἐκ τῆς ἀρχῆς ὁ λόγος. καλῶς οὖν εἶπεν, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· ἦν C γὰρ ἐν τῷ υἱῷ. καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν. καὶ γὰρ ἡ ἀρχὴ, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, ἀκολούθως· τὸ γὰρ ἐκ θεοῦ γεννηθὲν, θεός ἐστιν. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν. ἔδειξε τὴν τῆς προβολῆς τάξιν. πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο, οὐδὲ ἕν· πᾶσι γὰρ τοῖς μετ᾽ αὐτὸν αἰῶσι μορφῆς καὶ γενέσεως αἴτιος ὁ λόγος ἐγένετο. ἀλλὰ ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ, φησὶ, ζωή ἐστιν, ἐνθάδε καὶ συζυγίαν ἐμήνυσε. τὰ μὲν γὰρ ὅλα, ἔφη, δι᾽ ἑαυτοῦ γεγενῆσθαι, τὴν δὲ ζωὴν ἐν αὐτῷ. αὕτη οὖν ἡ ἐν αὐτῷ γενομένη, οἰκειοτέρα ἐστὶν ἐν αὐτῷ τῶν δι᾽ αὐτοῦ γενομένων. σύνεστι γὰρ αὐτῷ, καὶ δι᾽ αὐτοῦ καρποφορεῖ. ἐπειδὴ γὰρ ἐπιφέρει, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. ἄνθρωπον εἰπὼν ἄρτι, καὶ τὴν ἐκκλησίαν *ὁμωνύμως, τῷ ἀνθρώπῳ ἐμήνυσεν, ὅπως διὰ τοῦ ἑνὸς ὀνόματος δηλώσῃ τὴν τῆς συζυγίας κοινωνίαν. ἐκ γὰρ τοῦ λόγου καὶ τῆς ζωῆς ἄνθρωπος γίνεται καὶ ἐκκλησία. φῶς δὲ εἶπε τῶν ἀνθρώπων τὴν ζωὴν, διὰ τὸ πεφωτίσθαι αὐτοὺς ὑπ᾽ αὐτῆς, D ὃ δή ἐστι μεμορφῶσθαι καὶ πεφανερῶσθαι. τοῦτο δὲ καὶ ὁ παῦλος λέγει, Πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον φῶς ἐστιν. ἐπεὶ τοίνυν ἐφανέρωσε καὶ ἐγέννησε τόν τε ἄνθρωπον καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἡ ζωὴ, φῶς εἰρῆσθαι αὐτῶν. σαφῶς οὖν δεδήλωκεν ὁ ἰωάννης διὰ τῶν λόγων τούτων τά τε ἄλλα, καὶ τὴν τετράδα τὴν δευτέραν, λόγον καὶ ζωὴν, ἄνθρωπον καὶ ἐκκλησίαν. ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν πρώτην ἐμήνυσε τετράδα. διηγούμενος γὰρ περὶ τοῦ σωτῆρος, καὶ λέγων πάντα τὰ ἐκτὸς τοῦ πληρώματος δι᾽ αὐτοῦ μεμορφῶσθαι, καρπὸν εἶναί φησιν αὐτὸν παντὸς τοῦ πληρώματος. καὶ γὰρ φῶς εἴρηκεν αὐτὸν τὸ ἐν τῇ σκοτίᾳ φαινόμενον, καὶ μὴ καταληφθὲν ὑπ᾽ αὐτῆς. ἐπειδὴ *πάντα γενόμενα ἐκ τοῦ

*μένουσα ἐν τῇ

*ἐν ἀρχῇ δὲ καὶ ἐκ τῆς ἀρχῆς.

*ὁμωνύμως ἐμήνυσεν

*πάντα τὰ γενόμ.



A xiſſe, reliquum autem omne tempus vidua perſeueraſſe, donec vidiſſet Saluatorem, & agnouiſſet eum, & loqueretur de eo omnibus, manifeſtiſſimè Achamoth ſignificari dicunt: quæ cùm ad modicum vidiſſet tunc Saluatorẽ, cum coætaneis ſuis poſtero omni tempore perſeuerãs, in medietate ſuſtinebat eum, quando iterũ veniat & reponat eam ſuæ coniugationi. Et nomen aũt eius ſignificatũ à Saluatore, in eo quod dixerit, Iuſtificata eſt Sapientia à filijs eius: & à Paulo aũt ſic, Sapientiam autem loquimur perfectis. *Matth.11.19.* *1.Cor.2.6.*

Et coniugationes autem quæ ſunt intra Pleroma Paulum dixiſſe dicunt, in vno oſtẽdentẽ. De ea enim coniugatione, quæ eſt ſecundum hanc vitam ſcribens ait, Hoc enim myſterium magnum eſt, dico autem in Chriſto & Eccleſia. *Epheſ.5.32.* Adhuc autem Ioannem diſcipulum Domini docent primam Ogdoadem, & omniũ generationẽ ſignificaſſe ipſis dictionibus. Itaq; principium quoddam ſubiecit, quod primum factum eſt à Deo: quod etiã Nun vocat & filium: & vnigenitum Domini vocat, in quo omnia Pater* dimiſit ſeminaliter.[80] Ab hoc] aũt aiunt Verbum emiſſum, & in eo omnem] AEonum ſubſtantiam, quam ipſum poſtea formauit Verbum. Quoniã igitur de prima Geneſi dicit, bene à principio, hoc eſt, à Filio & Verbo[81] doctrinam facit,] dicit aũt ſic: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deũ, *Ioan.1.1.* B prius diſtinguens in tria, Deum, & Principium, & Verbum; iterum [ea] vniuit, vti & emiſſionem ipſorum vtrorumq; oſtendat, id eſt, Filij, & Verbi, & eam quæ eſt ad inuicem ſimul & ad Patrem vnionem. In Patre enim & ex Patre principium, in principio autem & ex principio Verbum. Bene igitur dixit, In principio erat Verbũ, erat enim in Filio: & Verbum erat apud Deum, etenim[82] principium] & Deus erat Verbum, conſequenter. Quod enim ex Deo natum eſt, Deus eſt. Hic enim erat in principio apud Deum, oſtẽdit emiſſionis ordinẽ. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. *Ioan.1.3.* Omnibus enim ijs qui poſt eum ſunt Aeonibus, formationis & generationis cauſa Verbum factũ eſt. Sed quod factum eſt in eo, inquit, vita eſt. Hic enim ſyzygias manifeſtauit: omnia enim (ait) per ipſum facta ſunt, vita aũt in ipſo. Hæc ergo quæ in eo] facta eſt, proximior eſt quàm ea quæ per ipſum facta ſunt: cum ipſo eſt enim, & per ipſum fructificat. Quoniam infert, Et vita erat lux hominũ. *Ioan.1.5.* Homines autem nunc & Eccleſiã ſimili nomine ſignificauit, vt per vnũ nomen manifeſtet ſyzygiæ communionem. Ex Logo enim & Zoe homo generatur & Eccleſia. Lumen autem dixit hominum vitã, quoniam illuminati ſunt ab ea, quod eſt formatum & manifeſtatum. Hoc autẽ & Paulus dicit, Omne n. *Epheſ.5.13.* quod manifeſtatur lumen eſt. Quoniam igitur vita manifeſtauit & generauit Hominẽ C & Eccleſiam, lumen dicta eſt eorum. Apertè igitur manifeſtauit Ioannes per ſermones hos, & alia, & quaternationem ſecundam Logon & Zoen, Anthropon & Eccleſiã. Sed & primam ſignificauit Tetradem. Narrans enim de Saluatore, & docẽs omnia quæ extra Pleroma ſunt, per eum formata, fructum quoq; eum eſſe dicens intra Pleroma: etenim lumen dixit illum quod in tenebris lucet, & non cõprehenditur ab eis, quoniã omnia *Ioan.1.5.*

*premiſit.

*ſcripti*, In vmbræ, & vacuitatis locis deferbuiſſe *ita paulò poſt*; quòd derelicta ſola eſſet in tenebris & in vacuo: ἐν τῷ κενώματι: *quod confirmat Billij correctionem et interpret.* in vmbras & vacuitatis loca velut æſtu quodam abreptam *ſed illud* ἐκβεβρᾶσθαι *ſimplicius vertit Tert.c.14.* Exploſa eſt in loca luminis aliena. *quaſi nihil aliud velit, quàm expulſam & eiectam addit*, in vacuum & inane illud Epicuri: *cum quo vacuitatem hanc comparat etiam Iren.l.2 c.19.* Vmbram autẽ & vacuum ipſorũ à Democrito & Epicuro ſumentes. *ſed* D *in Græc. fortè ex manuſc.* ἐν σκιᾶς καὶ κενώματος: *Theod.* Et in vmbra quadã & inani degere.

Formatam ante] *verius* formatam autem.

Statim autem euacuatam] *lego Gr.* κενωθεῖσαν ὑπὸ τοῦ ἀοράτως αὐτῇ. Ne aduerſarius] *ne anterius irrueret. Porrò Tert.c.14.in Valent. legit, Iao, nõ Iaioth, in quem locum Pamelius admonet Iaioth hîc legendũ non videri, quod ea vox fuerit potius Baſilidianorũ, quàm Valentinianorũ. Certè manuſ. Iao habet.* Omni parte paſſionis] *omni parti paſsionis ſuccub. in. & v. exiſtẽtis. Tert.* Omni genere paſſionis cœpit affligi. Mater eius prima Sophia] *prima Sophia et Aeon, demutationẽ &c.* Quis enim nõ eroget] *pro, quæ ex paſsione Aeonis, Græc. ad verbũ, qui eſt paſſus Aeonis*, τῆς ἐνθυμήσεως τοῦ πεπονθότος αἰῶνος. *Tert. c 15.* Nam ex lacrymis eius vniuerſa aquarum natura manauit. *Bill.* calamitoſi illius Aeonis. *Corn.* afflicti ſęculi. *ſed mallem paſsionis nomen exprimi, nam Tertul. & Iren. omni genere paſsionis dixerũt affligi*; παντὶ μέρει τοῦ πάθους. *Gallaſ.* à lacrymis AEonis cogitatione perturbati. *Non vidit ſ.* ἐνθύμησιν *nomen eſſe Aeonis.* Præſtante ei virtutẽ] *Lego, præſtante ei virtutem omnem Patre. Præter Græci textus patrocinium ita Tert. c.16 Largito ei patre vniuerſorum Aeonum ſummam poteſtatem ſubijciendis eis omnibus.* Achamoth reuerita] Achamoth reueritam eum dicunt, primò quidem coopertionem impoſuiſſe ei propter reuerentiam *In Græc. deeſt vox* αὐτῇ. κάλυμμα ἐπιθέσθαι αὐτῇ, *vel* ἑαυτῇ, δι᾽ αἰδῶ. *Tert.* Protinus velamentum ſibi obduxit, ex officio primo venerationis *paulò poſt*: ſeparantẽ eas ab ea, & nõ eas neglexiſſe Habilia & poſſibilia eſſent.] ἑκτικὰ καὶ δυνατά. *Bil.* quod radices egiſſent, & robur contraxiſſent. *Tert.* exercitata & vſu viarioſa. *Corn.* quod in habitum iam ceſſiſſent. Sed ſegregantem.] *Lege, ſeparatim commiſcuiſſe & coagulaſſe. Quod Bill. corrigit* χωρίς, *cõfirmat Tert.* defixit ſeorſum in materiæ corporalem paraturam. *et Theodor.* ſeparauit, eaq́; ſeparata compegit.

Altera autem conuerſionis] *Scribe, cõuerſionis paſsibilis: ſic enim verti poteſt* ἐμπαθῆ, *neq; vocem Tertullian. vſurpare neceſſe eſt, vt vult Rhenanus. Vt duplex ſubſtantiarum conditio ordinaretur: de vitijs peſſima: de conuerſione paſſionalis. Hinc tamen diſce melius potuiſſe verti, altera autem ex con-*

A ex paſsione facta ſunt, informauit. Ad hæc & Filium & veritatem & vitam eum dicit, & Verbum carnem effectum: cuius gloriam, inquit, perſpeximus, & erat gloria ipſius quaſi gloria vnigeniti, quæ à Patre ipſi conceſſa fuerat, plena gratia & veritate. Planè igitur & accuratè primam quoque quaternitatem oſtẽdit, cùm Patrem & Charim, Monogenem item & Veritatem dixit. Atq; ad hunc modum Ioannes de principe atq; omnium AEonum parente Ogdoade locutus eſt Patrem enim & Charin dixit, Monogenem & Veritatem, Sermonem & Vitam, Hominem & Eccleſiam. Atque in hunc modum Ptolemæus. Cernis, vir chariſſime, qua illi vafricie vtentes ſibimet ipſis impoſturã faciunt, Scripturas nimirum vexantes, dum per eas, fidem commentis ſuis aſtruere conantur. Ob id enim ipſas quoque eorum voces appoſui, vt ex ijs artificij verſutiem atq; erroris improbitatem animaduertas. Primùm enim ſi hoc Ioanni propoſitũ fuiſſet, vt ſupernam illam Ogdoadem declararet, pro-
B ductionis vtique ordinem ſeruaſſet, ac primam quaternitatem, vtpote auguſtiſſimam, velut ipſi dicunt, ſummeque venerandam, in primis nominibus collocaſſet, atque ita ſecundam adnexuiſſet, vt per nominum ordinem, & ſeriem Ogdoadis ordo demonſtraretur: non autẽ tanto pòſt interuallo velut obliuione captus, ac poſtea in memoriam rediens, vltimo loco quaternitatis primæ mentionem feciſſet. Deinde ſi coniugia quoque indicare voluiſſet, profectò Eccleſiæ nomen haudquaquam ab eo præteritum fuiſſet: verùm aut in reliquis etiam coniugationibus maſculos appellare ſatis habuiſſet, (quippè quum æquè illæ vnà ſubaudiri poſſent) vt hac ratione vnitatem prorſus ſeruaret: aut ſi reliquorum coniuges recen-
C ſebat, Hominis quoque coniugem declaraſſet, nec nobis ipſius nomen ex coniectura & diuinatione capiendum reliquiſſet. Plana eſt itaque expoſitionis huiuſce falſitas. Nam cùm Ioannes vnum Deum omnipotentem, & vnum Vnigenitum Ieſum Chriſtum, per quem omnia facta ſunt, prædicet, hunc filiũ Dei, hunc vnigenitum, hunc omnium rerum effectorem, hunc veram lucem illuminãtem omnem hominem, hunc mundi conditorem, hunc qui ad ſua venerit, & caro factus ſit, & in nobis habitauerit: hi ſpecioſæ orationis lenocinio expoſitionem detorquentes, aliũ vnigenitum eſſe ſecundum productionem, quem etiam principium nuncupant, alium Saluatorem fuiſſe volunt, alium Sermonem Filium Monogenis, alium denique Chriſtum ad Pleromatis inſtaurationem in lucem editum: atque vnumquodque eorum, quę dicta ſunt, à veritate dimouentes ac nominibus abuten-
D tes, ad inſtitutum ſuum tranſtulerunt: adeò vt de eorum ſententia Ioannes in tot verbis Domini Ieſu Chriſti mentionem nullam fecerit. Si enim Patrem dixit & gratiam, & Vnigenitũ, & Veritatem, & Verbum, & Vitam, & Hominem, & Eccleſiam, iuxta illorum ſententiam de prima Ogdoade hæc dixit, in qua necdum eſt Ieſus, necdũ Chriſtus Ioannis præceptor. Quod autẽ Apoſtolus non de ipſorum coniugijs, ſed de Domino noſtro Ieſu Chriſto, quem & Dei Verbum agnoſcit, verba fecerit, ipſemet apertè declarauit. Sermonem enim de eo Verbo, de quo ſuprà in principio locutus fuerat, in ſummam redigens, exponens deinde ſubiungit: Et Verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Atqui ſi verũ eſt, quod ipſi ponunt, haudquaquã Verbum caro factum eſt, vtpote quod ne ex Pleromate quidẽ vnquam exceſſerit, ſed Saluator ille, qui ex omnibus ortus eſt, natuque minor Sermone. Diſcite igitur, væcordes homines, Ieſũ,

A ἐκ τοῦ πάθους * ἁρμόσας ἠγνοήθη ὑπ' αὐτῶν. καὶ υἱὸν δὲ, καὶ ἀλήθειαν, καὶ ζωὴν λέγει αὐτὸν, καὶ λόγον σάρκα γενόμενον, οὗ τὴν δόξαν ἐθεασάμεθα, φησὶ, καὶ ἦν ἡ δόξα αὐτοῦ οἵα ἦν ἡ τοῦ μονογενοῦς, ἡ ὑπὸ τοῦ πατρὸς δοθεῖσα αὐτῷ, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. λέγει δὲ οὕτως· Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. ἀκριβῶς οὖν καὶ τὴν πρώτην ἐμήνυσε τετράδα, πατέρα εἰπὼν καὶ χάριν, καὶ τὸν μονογενῆ, καὶ ἀλήθειαν. οὕτως ὁ ἰωάννης περὶ τῆς πρώτης καὶ μητρὸς τῶν ὅλων αἰώνων ὀγδοάδος εἴρηκε. πατέρα γὰρ εἴρηκε, καὶ χάριν, καὶ μονογενῆ, καὶ ἀλήθειαν, καὶ λόγον, καὶ ζωὴν, καὶ ἄνθρωπον, καὶ ἐκκλησίαν. ὁρᾷς ἀγαπητὲ τὴν μέθοδον, ᾗ οἱ χρώμενοι, φρεναπατοῦσιν ἑαυτοὺς, ἐπηρεάζοντες τὰς γραφὰς, τὸ πλάσμα αὐτῶν ἐξ αὐτῶν συνιστάνειν πειρώμενοι. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ * αὐτὸς παρεθέμην αὐτῶν τὰς λέξεις, ἵνα ἐξ αὐτῶν κατανοήσῃς τὴν πανουργίαν τῆς μεθοδείας, καὶ τὴν πονηρίαν τῆς πλάνης. πρῶτον μὲν
B γὰρ, εἰ προέκειτο * ἰωάννῃ τὴν ἄνω ὀγδοάδα μηνύσειν, τὴν τάξιν ἂν τετηρήκει τῆς προβολῆς, καὶ τὴν πρώτην τετράδα σεβασμιωτάτην οὖσαν, καθὼς λέγουσι, ἐν πρώτοις ἂν τεθήκει τοῖς ὀνόμασι. καὶ οὕτως ἐπεζεύχθη τὴν δευτέραν, ἵνα διὰ τῆς τάξεως τῶν ὀνομάτων ἡ τάξις δειχθῇ τῆς ὀγδοάδος, καὶ οὐκ ἂν μετὰ τοσούτων δειχθῇ τῆς ὀγδοάδος, καὶ οὐκ ἂν μετὰ τοσοῦτον διάστημα ὡς ἐκλελησμένος, ἔπειτα ἀναμνησθεὶς ἐπ' ἐσχάτῳ πρώτης ἐμέμνητο τετράδος. ἔπειτα δὲ καὶ τὰς συζυγίας σημᾶναι θέλων, καὶ τὸ τῆς ἐκκλησίας οὐκ ἂν παρέλιπεν ὄνομα, ἀλλ' ἢ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἠρκέσθη τῇ τῶν ἀρρένων προσηγορίᾳ, ὁμοίως δυναμένων κἀκείνων συνυπακούεσθαι, ἵνα τὴν ἑνότητα διὰ πάντων ᾖ πεφυλακώς. * εἰ τῶν λοιπῶν τὰς * συζύγους κα-
C τέλεγε, καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου ἂν μεμνήκει σύζυγον, καὶ οὐκ ἂν ἀφῆκεν ἐκ μαντείας ἡμᾶς λαμβάνειν τοὔνομα αὐτῆς. φανερὰ οὖν ἡ τῆς ἐξηγήσεως παραποίησις. τοῦ γὰρ ἰωάννου ἕνα θεὸν παντοκράτορα, καὶ ἕνα μονογενῆ χριστὸν ἰησοῦν κηρύσσοντος, δι' οὗ τὰ πάντα γεγονέναι λέγει, τοῦτον υἱὸν θεοῦ, τοῦτον μονογενῆ, τοῦτον πάντων ποιητὴν, τοῦτον φῶς ἀληθινὸν, φωτίζοντα πάντα ἄνθρωπον, τοῦτον κόσμου ποιητὴν, τοῦτον εἰς τὰ ἴδια ἐληλυθότα, τοῦτον αὐτὸν σάρκα γεγονότα καὶ ἐσκηνωκότα ἐν ἡμῖν, οὗτοι παρατρέποντες κατὰ τὸ πιθανὸν τὴν ἐξήγησιν, ἄλλον μὲν τὸν μονογενῆ θέλουσιν εἶναι κατὰ τὴν προβολὴν, ὃν δὴ καὶ ἀρχὴν καλοῦσιν, ἄλλον δὲ τὸν σωτῆρα γεγονέναι θέλουσι, καὶ ἄλλον τὸν λόγον υἱὸν τοῦ μονογενοῦς, καὶ ἄλλον τὸν χριστὸν εἰς ἐπανόρθωσιν τοῦ πληρώματος προβεβλημένον. καὶ ἓν ἕκαστον τῶν εἰρη-
D μένων ἄραντες ἀπὸ τῆς ἀληθείας, * καταχρησάμενοι τοῖς ὀνόμασιν εἰς τὴν ἰδίαν ὑπόθεσιν μετήνεγκαν, ὥστε κατ' αὐτοὺς ἐν τοῖς τοσούτοις τὸν ἰωάννην τοῦ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ μνείαν οὐ ποιεῖσθαι. εἰ γὰρ πατέρα εἴρηκε, καὶ χάριν, καὶ μονογενῆ, καὶ ἀλήθειαν, καὶ λόγον, καὶ ζωὴν, καὶ ἄνθρωπον, καὶ ἐκκλησίαν, κατὰ τὴν ἐκείνων ὑπόθεσιν περὶ τῆς πρώτης ὀγδοάδος εἴρηκεν, ἐν ᾗ οὐδέπω ἰησοῦς, οὐδέπω χριστὸς ὁ τοῦ ἰωάννου διδάσκαλος. ὅτι δὲ οὐ περὶ τῶν συζυγιῶν αὐτῶν ὁ ἀπόστολος εἴρηκεν, ἀλλὰ περὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ὃν καὶ λόγον οἶδε τοῦ θεοῦ, αὐτὸς πεποίηκε φανερόν. ἀνακεφαλαιούμενος γὰρ περὶ τοῦ εἰρημένου αὐτῷ ἄνω ἐν ἀρχῇ λόγου ἐπεξηγεῖται, καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. κατὰ δὲ τὴν ἐκείνων ὑπόθεσιν, οὐχ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. ὅς γε οὐδὲ ἦλθέ ποτε ἐκτὸς πληρώματος, ἀλλὰ * ὁ τῆς οἰκονομίας μεταγενέστερος τοῦ λόγου σωτήρ. μάθετε οὖν ἀνόητοι, ὅτι ἰησοῦς ὁ πα-

* μορφώσας * αὐτὰς * ἰωάννης * ἢ εἰ τῶν λοιπῶν * συζυγίας * καὶ καταχρ. * ὁ ἐκ πάντων γεγονὼς μεταγ.



A quæ facta ſunt ex paſsione formans, ignoratus eſt ab eis: & Filium & [83] Veritatem] & Vitam dicit eum, & Verbum carnem factum. Cuius gloriã vidimus, ait, & erat gloria eius quaſi vnigeniti, quæ à Patre data eſt ei, plena gratia & veritate. Dicit aũt ſic, Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plena gratia & veritate. Diligenter igitur oſtendit primam quaternationem, Patrem dicens, & Gratiam, & Monogenem, & Veritatem. Sic Ioannes de prima & matre omnium Aeonum Ogdoade dixit: Patrem .n. dixit, & Gratiam, & Monogenem, & Veritatem, & Verbum, & Vitam, & Hominem, & Eccleſiam. Et Ptolemæus quidem ita. *Ioan. 1.14.*

Vides igitur dilectiſſime adinuentionem, qua vtentes ſeducunt ſemetipſos, calumniantes ſcripturis, fictionẽ ſuam ex eis conſtare adnitentes. Propter hoc enim & ipſas eorum adpoſui aſtutias & dictiones, vt ex eis conſideres malitiam inuectionis & nequitiam erroris. Primò enim ſi propoſitum eſſet Ioanni illã, quæ ſurſum eſt Octonationẽ oſtẽdere, ordinem cuſtodiſſet vtiq; emiſſionis, & primam quaternationẽ, cùm ſit venerabilior (quemadmodum dicunt) in primis vtiq; poſuiſſet nominibus, & ſic adiunxiſſet ſecundam, vt per ordinem nominum, ordo oſtenderetur Octonationis. Et nõ vtiq; *Oppugnat impias illorum interpretationes*
B poſt tantum interuallum quaſi oblitus [84] deinde] commemoratus in nouiſſimo, primę memoratus fuiſſet quaternationis. Deinde aũt & coniugationes ſignificare volens, & Eccleſiæ non prætermiſiſſet nomen, ſed aut & in reliquis coniugationibus contentus fuiſſet maſculorum appellatione, ſimiliter cùm poſſent & illa ſimul ſubaudiri, vt vnitatẽ per omnia eſſet cuſtodiens. Aut ſi reliquorum coniugationes enumerabat, & Anthropi, .i. Hominis, vtiq; manifeſtaſſet coniugem, & vtiq; non remiſiſſet de diuinatione nos accipere nomen ipſius. Manifeſta igitur expoſitionis eorum transfictio. Ioanne .n. vnum Deum exponente, & vnum Vnigenitum Chriſtum Ieſum adnunciante, per quem omnia facta eſſe dicit, hunc Verbum Dei, hunc vnigenitum, hunc factorem omnium, hunc lumen verum illuminans omnẽ hominem, hunc mundi fabricatorem, hunc in ſua veniſſe, hunc eundẽ carnem factum, & habitaſſe in nobis: [85] Hi tranſuertentes ſecundum veriſimilem expoſitionem, alterum quidem Monogenem volunt eſſe, ſecundum emiſſionem, quam ſcilicet & Principium vocant: alterum autem Soterem, id eſt, Saluatorem fuiſſe volunt, & alterum Logõ, id eſt, Verbum filium Monogenis, id eſt, vnigeniti, & alterum Chriſtum, id eſt, ad emendationem Pleromatis emiſſum: & vnumquodque eorum quæ dicta ſunt auferentes à veritate, & abutentes nominibus in *Ioan 1.* *Errores cõtra vnicam Chriſti perſonam.*
C ſuam argumentationem tranſtulerunt: vt ſecundum eos in tantis Ioannes Domini Chriſti Ieſu memoriam non fecerit. Si enim Patrem dixiſſet, & Charin, & Monogenẽ, & Alethian, & Logon, & Zoen, & Anthropon, & Eccleſiam, ſecundum illorum argumentationem de prima Ogdoade dixit, in qua nondum Ieſus: nondum Chriſtus Ioannis magiſter. Quia autem non de ſyzygijs ipſorum Apoſtolus dixit, ſed de Domino noſtro Ieſu Chriſto, quẽ & Verbum ſcit eſſe Dei, idem ipſe fecit manifeſtũ. Recapitulans enim de eo Verbo quod ei in principio dictum eſt, inſuper exponit, & Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Secundum autem illorum argumentationem, non Verbum caro factum eſt, quod quidem nec venit vnquam extra Pleroma: ſed qui ex omnibus factus eſt, & * ſic poſterior Verbo, Saluator. Diſcite igitur inſenſati, quoniam Ieſus, **ſit.*

*uerſione paßibili: id eſt, obnoxia paßioni.*

Et propter hoc virtutẽ] Et propter hoc virtute Saluatorem, &c, concepiſſe de gratulatione eorum, quæ cum ipſo ſunt, luminum viſionẽ *dele ex margine lectionem nihili,* conceptu. Sed ſpiritale quidẽ] *Græc. legendum eſt,* μὴ δεδυνῆσθαι αὐτὴν μορφῶσαι, *non potuiſſe eam formare. Tert. c. 18* Sed ſpiritale quidem non ita potuit attingere. *Helleniſmus porrò eſt,* eiuſdem ſubſtantiæ ei erat, ὁμοούσιον αὐτῇ *Tert.* conſubſtantiua *dixit. Paulò poſt lege,* Conuerſam aũt in formationem eius. *deniq; illud;* quas dextras vocant, *vertendũ eſt è Græco, quæ dextra vocant, et, quæ ſiniſtra dicunt: niſi intelligas ſubſtãtias animales, vt loquitur Tert.* quas ad dexteram cõmendant, &, ad læuã delegant. *apud Theod. mẽdum eſt,* qui eandem cum ipſo habent animã, *pro habẽt ſubſtantiã.* Ea enim quę poſt eũ.] *Græc. Omnia enim, quæ poſt eum ſunt.* Demiurgum & fratrem] *Demiurgum & patrem vocant.* Imaginem dicunt feciſſe] *imagnes dicunt f. Tertu. 19.* Achamoth in honorẽ Aeonũ imagines commentatã.

Et ipſam quidem in imagine] *Gr.* ἐν εἰκόνι. *Pamelius in c. 19. Tert.* εἰκόνα *legi vult, & Latinè pro in imagine, imaginẽ inuiſibilis patris conſeruaſſe, corrigendũq; vtrunq; exẽplar, qp ſequatur,* hunc aũt vnigeniti Filij (*ſic enim legendum eſt*) τοῦτον δὲ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ, *ſupple* εἰκόνα, *imaginem, non, in imagine. Ait enim Irenæus Saluatorẽ feciſſe Achamoth imaginem patris, et eundem Saluatorẽ feciſſe hunc Demiurgũ imaginem: Non vnigeniti, ſeu Monogenis filij Propatoris, Demiurgum verò feciſſe angelos et Archangelos, qui ſunt imagines reliquorũ Aeonũ. Indicat hoc Tert.* Qui (*Soter*) per illã ſit operatus vt ipſam quidem imaginẽ patris inuiſibilis & incogniti daret. *Idem cõſtare addit ex iren. l. 2. c. 5. vbi hæc refutat.* Virtutẽ Archangelũ quartum] *Gr. ſonant, virtute angelum quartũ dicunt eſſe,* δυνάμει ἄγγελον. *Tertu. 20.* angelũ quartum quoniam & hunc ſupra cælũ tertiũ pangunt. *refutantur hæc l. 2. c. 15.* Hæc aũt Demiurgũ] *Hæc manca & obſcura ſic reſtituenda ſunt.* Hæc aũt Demiurgũ dicunt à ſemetipſo quidem & putaſſe fabricaſſe, feciſſe autẽ ea Achamoth producente. *Paulò poſt in Græc. legendũ eſt* ἐγνωκέναι αὐτὸν τὰς ἰδέας. *verit enim vet.* ignoraſſe eum figuras. De timore autem] *Gr. omnẽ animalem ſubſtantiã, vt brutorum animalium et ferarũ et hominum.* Et propter hoc ſuperiorẽ] ἀνώτερον αὐτὸν ὑπάρχοντα προγινώσκειν *legit, pro* ἀγνοοῦντα *etc. minus rectè, vt Bil. monet: melius*

A qui noſtra cauſa paſſus eſt, atq; apud nos habitauit, eum ipſum eſſe Dei Verbum. Etenim ſi alius quiſquã ex AEonibus pro ſalute noſtra carnem aſſumpſiſſet, probabile fuiſſet Apoſtolum de alio verba feciſſe. Cùm autem Verbum Patris, quod deſcẽdit, idem ſit etiam, quod aſcendit, ille inquam vnius Dei vnigenitus Filius, benigna Patris volũtate hominum cauſa incarnatus, profectò non de quoquam aliò, nec de Ogdoade, verba fecit: verùm de Domino Ieſu Chriſto. Neque enim, vt ipſi ſentiunt, Verbum caro factũ eſt. Aiunt enim Saluatorem animale corpus induiſſe, ineffabili prouidentia ex diſpenſatione ad hoc fabricatum, vt & oculis cerni, & manibus tractari poſſet. Atqui caro eſt antiqua illa Adami è limo à Deo effictio, quam Dei Verbum verè factum eſſe Ioannes indicauit. Atque ita princeps eorum ac primigena Ogdoas deleta & extincta eſt. Ex eo enim quòd & Verbum, & vnigenitus, & vita, & lux, & Saluator, & Chriſtus, & Filius DEI, iſque ipſe ſalutis noſtræ cauſa incarnatus, vnus & idem eſſe demonſtratur;
B ruit Ogdoadis eorum compago. Hac porrò diruta, concidit omnis illorum hypotheſis, quam falsò velut ſomniantes, Scripturas exagitant, vt hypotheſim ſuam effingant: ac deinde voculas quaſdam & nomina, quæ varijs locis ſparſa ſunt, in vnum collecta ex genuino, vti iam diximus, ſenſu ad adulterinum traducunt, perinde vtique facientes, atque illi, qui argumenta quælibet ſibi proponunt, ac tum dant operã, vt Homeri verſibus ea contexant: adeo vt imperitiſſimi quique Homerum de illo recens elaborato argumento verſus huiuſmodi condidiſſe putent, ac multi per ritè compactam verſuum ſeriem eò adducuntur, vt ambigant num Homerus ita hæc elucubrauerit. Quo in genere illud eſt, quod quidam Herculem ab Euryſtheo ad Inferni canem miſſum Homericis verſibus deſcribens, ad hunc modum cecinit. Nec enim quicquam prohibet quominus exem-
C pli gratia hæc commemoremus, cùm ſimilis idemq́; ſit vtriſque conatus.

*Hæc ait, atq́; alto ſuſpiria corde trahentem*
*Armis egregium Alcidem Stheneleia proles*
*Confeſtim ad Stygij deſcendere tecta tyranni*
*Iuſsit, vt inde canem ſuperas efferret ad oras.*
*Ergo ille intrepidus, furibundi more leonis,*
*Egreditur. Iuuenes illum, innuptæq́; puellæ,*
*Grandæuiq́; ſenes, mæſti lachrimiſq́; madentes,*
*Exitium velut ad certum comitantur euntem.*
*At ductabat eum Cyllenius, atq́; Minerua:*
*Norat enim ærumnas fratris duroſq́; labores.*

Ecquis quæſo ex ijs, qui ſimplici ac minus vafro animo ſunt, hiſce verſibus non abripiatur, in eaque ſit opinione, vt Homerum in eiuſmodi argumento verſibus ita luſiſſe putet? At qui Homericæ poëſis ar-
D gumẽtum callet, verſus quidem agnoſcet, materiam autem haudquaquam agnoſcet, vtpote, qui compertum & exploratũ habeat aliquid ex ijs de Vlyſſe, aliquid de ipſo Hercule, aliquid de Priamo, aliquid de Menelao & Agamemnone dictũ eſſe. Quò fit, vt ſi ea dimouerit, ac ſuo quodq; libro reddiderit, præſentẽ materiam de medio ſublaturus ſit. Ad eundem modum, qui veritatis normam, quã per baptiſmum accepit, firmam in ſe atque conſtantem retinet, vocabula quidem è Scripturis petita, & dictiones & parabolas agnoſcet: at nefarium & impium argumentum haud agnoſcet. Nam etſi gemmas agniturus eſt, interim tamen vulpem pro regia imagine nõ admittet: verùm vbi ſingula eorum, quæ dicta ſunt, in claſſem ſuam

A ὁ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, ὁ κατασκηνώσας ἐν ἡμῖν, οὗτος αὐτός ἐστιν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. εἰ μὲν γὰρ ἄλλος τις τῶν αἰώνων ὑπὲρ τῆς ἡμῶν αὐτῶν σωτηρίας σὰρξ ἐγένετο, εἰκὸς ἦν περὶ ἄλλου εἰρηκέναι τὸν ἀπόστολον. εἰ δὲ ὁ λόγος ὁ τοῦ πατρὸς ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ἀναβὰς, ὁ τοῦ μόνου θεοῦ μονογενὴς υἱὸς κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς εὐδοκίαν σαρκωθεὶς ὑπὲρ ἀνθρώπων, οὐ περὶ ἄλλου τινὸς, οὐδὲ περὶ ὀγδοάδος τὸν λόγον * ἐμπεποίηται, ἀλλ᾽ ἢ περὶ τοῦ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ. οὐδὲ γὰρ ὁ λόγος κατ᾽ αὐτοὺς προηγουμένως σὰρξ γέγονε. λέγουσι * δὲ τὸν σωτῆρα ἐνδύσασθαι σῶμα ψυχικὸν ἐκ τῆς οἰκονομίας κατεσκευασμένον ἀῤῥήτῳ προνοίᾳ, πρὸς τὸ ὁρατὸν γενέσθαι καὶ ψηλαφητόν. σὰρξ δέ ἐστιν ἡ ἀρχαία ἐκ τοῦ χοῦ κατὰ τὸν ἀδὰμ ἡ γεγονυῖα πλάσις ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἣν ἀληθῶς γεγονέναι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ ἐμήνυσεν ὁ ἰωάννης· καὶ λέλυται αὐτῶν ἡ πρώτη καὶ ἀρχέγονος ὀγδοάς. ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ δεικνυμένου λόγου, καὶ μονογενοῦς, καὶ ζωῆς, καὶ φωτὸς, καὶ σωτῆρος, καὶ χριστοῦ, καὶ
B υἱοῦ θεοῦ, καὶ τούτου αὐτοῦ σαρκωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν, λέλυται ἡ τῆς ὀγδοάδος σκηνοπηγία. ταύτης δὲ λελυμμένης, διαπέπτωκεν αὐτῶν πᾶσα ἡ ὑπόθεσις, ἣν ψευδῶς ὀνειρώττοντες καταξέχουσι τῶν γραφῶν ἰδίαν ὑπόθεσιν ἀναπλασάμενοι. ἔπειτα λέξεις καὶ ὀνόματα σποράδην κείμενα συλλέγοντες, μεταφέρουσι καθὼς προειρήκαμεν ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν, ὅμοια ποιοῦντες τοῖς ὑποθέσεις τὰς τυχούσας αὐτοῖς προβαλλομένοις, ἔπειτα πειρωμένοις ἐκ τῶν ὁμήρου ποιημάτων μελετᾶν αὐτὰς, ὥστε τοὺς ἀπειροτέρους δοκεῖν ἐπ᾽ ἐκείνης τῆς ἐξ ὑπογύου μεμελετημένης ὑποθέσεως ὅμηρον τὰ ἔπη πεποιηκέναι, καὶ πολλοὺς συναρπάζεσθαι διὰ τῆς τῶν ἐπῶν συνθέτου ἀκολουθίας, μὴ ἄρα ταῦθ᾽ οὕτως ὅμηρος εἴη πεποιηκώς, ὡς ὁ τὸν ἡρακλέα ὑπὸ εὐρυσθέως ἐπὶ τὸν ἐν ᾅδου κύνα πεμπόμενον διὰ τῶν ὁμηρικῶν στίχων γρά-
C φων οὕτως· (οὐδὲν γὰρ κωλύει παραδείγματος χάριν ἐπιμνησθῆναι καὶ τούτων, ὁμοίας καὶ τῆς αὐτῆς οὔσης ἐπιχειρήσεως τοῖς ἀμφοτέροις.)

Ὣς εἰπὼν, ἀπέπεμπε δόμων βαρέα στενάχοντα — Ὀδυσσ. κ.
φῶθ᾽ ἡρακλῆα, μεγάλων ἐπιίστορα ἔργων, — Ὀδ. φ.
εὐρυσθεὺς, σθενέλοιο παῖς περσηϊάδαο, — Ἰλιαδ. ιτ.
ἐξ ἐρέβους ἄξοντα κύνα στυγεροῦ ἀΐδαο. — Ἰλιαδ. θ.
βῆ ῥ᾽ ἴμεν ὥστε λέων ὀρεσίτροφος ἀλκὶ πεποιθὼς, — Ἰλιαδ. μ.
καρπαλίμως ἀνὰ ἄστυ. φίλοι δ᾽ ἀνὰ πάντες ἕποντο, — Ἰλιαδ. ε.
νύμφαι τ᾽ ἠΐθεοί τε, πολύτλητοί τε γέροντες, — Ἰλια. ω.
οἶκτ᾽ ὀλοφυρόμενοι, ὡσεὶ θάνατον δὲ κίοντα. — Ὀδ. λ.
ἑρμείας δ᾽ ἀπέπεμπεν ἰδὲ γλαυκῶπις ἀθήνη· — Ὀδ. λ.
ᾔδει γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο. — Ἰλιαδ. β.

Τίς οὐκ ἂν τῶν ἀπανέργων συναρπαγείη ὑπὸ τῶν ἐπῶν τούτων, καὶ νομίσειεν οὕτως αὐτὰ ὅ-
D μηρον ἐπὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως πεποιηκέναι; ὁ δ᾽ ἔμπειρος τῆς ὁμηρικῆς ὑποθέσεως * ἐπιγνώσεται, εἰδὼς ὅτι τὸ μέν τι αὐτῶν ἐστι περὶ ὀδυσσέος εἰρημένον, τὸ δὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ ἡρακλέος, τὸ δὲ περὶ πριάμου, τὸ δὲ περὶ μενελάου καὶ ἀγαμέμνονος. ἄρας δὲ αὐτὰ, καὶ ἓν ἕκαστον ἀποδοὺς τῇ * ἰδίᾳ, ἐκποδὼν ποιήσει * τὴν ὑπόθεσιν. οὕτω δὲ καὶ ὁ τὸν κανόνα τῆς ἀληθείας ἀκλινῆ ἐν ἑαυτῷ κατέχων, ὃν διὰ τοῦ βαπτίσματος εἴληφε, τὰ μὲν ἐκ τῶν γραφῶν ὀνόματα, καὶ τὰς λέξεις, καὶ τὰς παραβολὰς ἐπιγνώσεται, τὴν δὲ βλάσφημον ὑπόθεσιν ταύτην οὐκ ἐπιγνώσεται. καὶ γὰρ εἰ τὰς ψηφῖδας γνωρίσει, ἀλλὰ τὴν ἀλώπεκα ἀντὶ τῆς βασιλικῆς εἰκόνος οὐ παραδέξεται. ἓν ἕκαστον δὲ τῶν εἰρημένων ἀποδοὺς τῇ ἰδίᾳ

* πεποίηται.
* γὰρ τὸν
* ἐπιγνώσεται μὲν τὰ ἔπη, τὴν δὲ ὑπόθεσιν οὐκ ἐπιγνώσεται.
* ἰδίῳ βιβλίῳ
* τὴν παροῦσαν ὑπόθ.



A qui paſſus eſt pro nobis, qui inhabitauit in nobis, idem ipſe eſt Verbum Dei. Si enim alius ex AEonibus pro noſtra ſalute caro factus eſt, æſtimandum erat de altero dixiſſe Apoſtolum. Si autem Verbum Patris qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit, ab vno Deo Vnigenitus Filius, ſecundum Patris placitum incarnatus pro [86] hominibus] non de alio aliquo, [neque] de ogdoade Ioannes ſermonem fecit, ſed de Domino Chriſto Ieſu. Neque enim Verbum ſecundum eos principaliter caro factum eſt. Dicunt enim Sotera induiſſe corpus animale, de diſpoſitione aptatum inenarrabili prouidentia, vt viſibile & palpabile fieret. Caro eſt autem illa vetus, de limo ſecundum Adã facta plaſmatio à Deo, quam verè factum Verbum Dei manifeſtauit Ioannes, & ſoluta eſt illorũ prima & primogenita octonatio. Cùm enim vnus & idem oſtenditur Logos & Monogenes, & Zoe & Phos, & Soter & Chriſtus filius Dei, & hic idem incarnatus pro nobis, ſoluta eſt octonationis illorum compago. Hac autem ſoluta, decidit illorum omnis argumentatio, quam falſo nomine ſomniantes infamant Scripturas ad propriam argumentationem confingendam. Pòſt deinde dictiones & nomina diſperſim poſita colligentes transferunt, ſicut prædiximus, ex eo quod eſt ſecundum naturam, in id quod eſt contra naturam: ſimilia facientes ijs, qui controuerſias ſibimetipſis quaſlibet pro-
B ponunt, pòſt deinde conantur & Homericis verſibus meditari eas: ita vt idiotæ putent ex illa temporali declamata controuerſia, Homerum verſus feciſſe, & multi abducuntur per compoſitam conſequentiam verſuum, ne fortè hæc ſic Homerus fecerit, quemadmodum Herculem [87] ab Euryſtheo ad eum qui apud inferos eſt canem miſſum, ex Homericis verſibus ſcribens ita, (Nihil enim prohibet exempli gratia commemorari, & horum, cùm ſit ſimilis & eadem vtriſque argumentatio.)

[88] *Hæc vbi dicta dedit, emiſit limine flentem*
*Herculem inuictum, magnarum non inſcium rerum,*
*Euryſtheus natus Sthenelo proſapia Perſei,*
*Ducturum ex Erebo canem atri ditis ad auras.*
*Vadit at ille, velut leo nutritus montibus acer,*
*Vrbem per mediam: noti ſimul omnes abibant,*
*Et ſenes, & pueri, & nondum nuptæ puellæ,*
*Plorantes multùm, ac ſi mortem iret ad ipſam.]*
*Mercurius præmittit & cæſia Pallas euntem:*
*Fratrem etenim ſciebat quatenus dolor exagitaret.*

C Quis non ex ſimplicibus abripiatur ab huiuſmodi verſibus, & putet ſic illos Homerum in hoc argumento feciſſe? Qui autem ſcit Homerica, cognoſcet quidẽ verſus, argumentum autem non cognoſcet, ſciens quoniam aliquid quidem eorum etiam de Vlyſſe dictũ, aliud verò de Hercule, aliud verò de Priamo, aliud de Menelao & Agamẽnone. Si aũt tulerit illos, & vnũquemq; ſuo libro reddiderit, auferet de medio pręſens argumentum. Sic aũt & qui regulam veritatis immobilem apud ſe habet, quam per Baptiſmum accepit, hęc quidẽ quę ſunt ex Scripturis, nomina, & dictiones, & parabolas cognoſcet: blaſphemum autem illorum argumentũ nõ cognoſcet. Etenim ſi gemmas agnoſcet, ſed vulpem pro regali imagine non recipiet. Vnumquemq; aũt ſermonũ reddens ſuo

Ioan. 1.

*enim conuenit ſenſui auctoris*, vt propter hoc imbecilliorem eum exiſtentem ad ſciendum quæ ſunt ſpiritalia, ſe putaſſe ſolum Deum. *Ideoq́; videndum an apud Tertull. cap. 21. commodius legi poßit*; Adeo rerum non erat cõpos, de animali ſcilicet cenſu, inualidus ſpiritalia accedere, vt, ſe ſolum ratus, con-
D cionaretur, Ego Deus, & abſq; me non eſt. *qui locus eſt Iſaiæ 45. v. 6. ſic cap. 19*, animali cenſui inſcriptas, *idem Tertull. dixit.*

Sed Demiurgum quidem.] *Delendum eſt alterum vocabulum*, Filium, *itaq́; legendũ*, Pſychicum, filium matris ſuæ dicunt, *& ita Bil. in Græco tamen eſt*, τῆς μητρὸς αὐτῶν: *vnde Cornarius*, matris ipſorũ, *nõ* αὐτοῦ, *vt in margine ſcripſimus. ſequitur tamen*: Habitare aũt matrem quidẽ ipſorum in eo qui ſit cæleſtis locus: *vbi Græcè* ὑπερουράνιος, ſupercæleſtis. *Rurſus pro eo quod ſequitur*, in eo, qui ſit in cælo, locus; *Græc.* ὑπουράνιον, *pro* ὑπερουράνιον *legit Bill.* in eo, qui ſit ſub cælo, locus. *Videndum tamen num editam lectionem tueatur quod ſequitur*, hoc eſt hebdomade, *qua voce 7. cæli deſignari videntur. Tert. c. 23* ſubeſt enim Demiurgus in Hebdomade ſua, magis diabolus in iſto nobiſcũ communi mũdo. *hoc eſt, vt exponit Pamelius, magis diabolus ſubeſt in noſtro mũdo, qui cælus ſubeſt.* ſeptẽ quoq; cælos feciſſe, ſuper quos Demiurgũ ipſi dicũt, & propter hoc hebdomadã vocant eum *& li. 2. c. 55.* S. Paulo reliquũ fuiſſe quartum cęlum, vt appropinquaret Demiurgo. *Quod ſi quæras quod opponatur τῷ ὑπερουρανίῳ, ſequitur locus Coſmocratoris, ſiue vt Tert. Mundi tenentis*, in eo qui ſecundũ nos mundo. *Itaq́; perperã mutauit locum Tertu. Pamelius c. 31. Et Demiurgus tũc de Hebdomade ſubcæleſti in ſuperiora mutabit. rectè legebatur antea*, de Hebdomade cæleſti. *lege igitur me auctore hîc*, εἰς τὸν οὐράνιον, τουτ᾽ ἔστιν ἐν τῇ ἑβδομάδι. *Eſt & apud eundẽ Tert. locus c. 23. corrigendus ex ijs quæ hunc ſequuntur*, ex Sophiæ vtiliſſimis caſibus, *melius fortè*, viliſſimis caſibus, *Iren.* de veſaniori materia; ἐκ τοῦ ἀσημοτέρου; *Billius*, velut ex ignobili ſtirpe. Angelorum qui ſunt erga] *Non dubiũ quin error ſit librarij, pro*, circa Saluatorem, περὶ τὸν σωτῆρα, *Vt alibi eodem hoc capit.* ijs qui circa Saluatorem ſunt angelis *Tertull. ſatellites eius appellat; Iren.* δορυφόρους.

Eiuſdẽ ſubſtantiæ matris ſuæ ſpiritalis,] *ſcribe* matri



ſuæ

retulerit, ac veritatis corpori accommodauerit, ita demum eorum figmentum deteget, ac tale eſſe oſtendet, vt nullo modo ſubſiſtere queat. Quoniam autem in hac ſcena redemptio adhuc deſideratur, vt quiſpiam eorum Mimum velut emenſus, orationem mox ſubiungat, qua hunc euertat, operæpretium eſſe duximus, in quibus ipſi huiuſce fabulæ patres, vtpote diuerſis erroris ſpiritibus afflati, inter ſe diſſentiant, prius demonſtrare. Etenim hinc quoque certò perſpicere licebit, nulliſdum etiam allatis argumentis, & firmam eſſe eam, quæ ab Eccleſia prædicatur, veritatem, & falſos eorum atque adulterinos ſermones.

τῇ ἰδίᾳ τάξει, καὶ προσαρμόσας τῷ τῆς ἀληθείας σωματείῳ, γυμνώσει καὶ ἀνυπόστατον ἐπιδείξει τὸ πλάσμα αὐτῶν. *ἐπειδὴ τῇ σκηνῇ ταύτῃ λείπει ἡ *ἐπὶ τῇ τῆς ἀπολύτρωσις, ἵνα τις τὸν μῖμον *αὐτῶν περαιώσας, τὸν *αὐτῶν ἀνασκευάζοντα λόγον *ἐπενεγκεῖν, καλῶς ἔχειν *ἐπενέγκῃ *ὑπερλάβομεν ἐπιδεῖξαι πρότερον ἐν οἷς οἱ πατέ *ὑπελάβο ρες αὐτοὶ τοῦδε τοῦ *θύμου διαφέρονται πρὸς ἀλλήλους, μὴ ὡς ἐκ διαφόρων πνευμάτων τῆς πλάνης ὄντες. καὶ ἐκ *μύθου τούτου γὰρ ἀκριβῶς συνιδεῖν ἔστι, καὶ πρὸ τῆς ἀποδείξεως βεβαίαν τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας κηρυσσομένην ἀλήθειαν, καὶ τὴν ὑπὸ τούτων παραπεποιημένην ψευδηγορίαν.

ſuæ ſpiritalem. ὁμοούσιον τῇ μητρὶ πνευματικόν; ſaltem ita ſolet interpres noſter vertere ſimilia verba, vt paulò ante οὐχ ὁμοούσιον τῷ θεῷ, non eiuſdem ſubſtantiæ eſſe Deo.

Perfectæ rationis.] legit interpres τοῦ θελείου λόγου, ſed errauit, dum vertit, perfectæ rationis, ſi quidem illi potius, quàm Tertulliano aſſentiendum non eſt, c. 25. aduerſ. Valent. Idoneum inueniretur ſuſcipiẽdo quandoq; ſermoni perfecto. Vnde & ex alijs eiuſmodi colligere quis poſſet, auctorem huius Latinæ editionis nõ eſſe Irenæum. Billius certè, etſi eum in emendatione Græci codicis ſequitur, nõ tamẽ in interpretatione.

Et hunc eſſe in ſemetipſis] Pamelius in 25. Tertul. hic legi vult, & hunc eſſe ex ſemetipſis h.v. vt habeat, Sed neceſſe nõ eſt, cùm non habeat Epiphanius, vt ipſe vult ex figmento ſuo, & veterem ſequatur Billius. Hîc verò paulò poſt loco illorum, primitias eum ſuſcepiſſe dicunt, admonet Tertullianũ ſcripſiſſe, Proſpicientias, parũ commodè: ſed animaduertit poſtea Latinius aut Petrus Ciaconius legendum eſſe, proſicias earum ſubſtantiarum induiſſe. Gloſſarium, Proſiciæ ἀκροθίνια. Item, Proſiciæ αἱ τῶν θυμάτων ἀπαρχαί: vide Feſtum. Pamelio quoq; non aſſentior, qui paulo poſt, pro à diſpoſitione circundatũ, legi vult, à diſpẽſatione. Vtroq; enim modo verti poteſt οἰκονομίας: & ſæpius ſolet reddere hic noſter, diſpoſitione, vt alibi, & de diſpoſitionẽ quod erat: ἐκ τῆς οἰκονομίας.

In honore eorum] Gr. εἰς τιμὴν τῶν εἰδώλων; In honorem Idolorum, vel certè Deorum.

Apud homines odioſum muneris] Græcas voces duas expreſſit θηριομάχων καὶ μονομαχίας, beſtiariorũ et gladiatorũ.

Inſenſibilibus ijs ſermonibus] Inſenſibiles cape homines, non ſermones, ἀνοήτους ſtolidos homines appellat. Paulo poſt verior lectio in marg. emiſſum.

Spiritales verò] Interpungenda hæc ſunt hoc pacto: Spiritales verò expoliatos animas, & ſpirituales factos i. & i. intra Pleroma. Tertul. c. 32. deſpoliari eſt aũt deponere animas, quibus induti videbantur.

Refrigerare & ipſas] ἀναπαύσεσθαι. non aliter ſolet futura vertere, vt paulò ante προστεθήσεσθαι adijci, pro, in refrigerio fore. Bill. in quiete futuras eſſe.

His autem factis] Non exprimitur ab interprete τὸ ἐκλάμψαν, redduntur q; futura præſentibus temporibus, quæ et ita reſtituenda eſſent. His autem factis ita, is qui latet in mundo ignis effulgẽs, & exardeſcens, cõprehendens vniuerſam materiã conſumit, & ipſe ſimul conſumptus abit in id, vt iã non ſit. Tert. c. 32. Tũc credo ignis ille arcanus erũpet, & vniuerſã ſubſtantiã depopulatus, ipſe quoq; decineratis omnib. in nihilũ finietur.

Primogenitæ & primæ quaternionis] Primogeniti & primi; Gr. τῆς τετράδος, niſi fortè ſcripſit, quaternationis.

Cùm traderetur] melius, traheretur, προσαγομένου.

Quapropter & in Prophetas] In manuſcripto legebatur eos, ſicut & Græcè αὐτοὺς, ſed probabilius ſequutus eſt Bill. Quocirca eas in Prophetas: Itaq; in Græco ſcribendũ, ἔτασσεν αὐτάς: ſimile quid Apo. 5. 10. Tert. 29. Ex earũ ergo Laterculo & in Reges & in Sacerdotes allegere cõſueuerat.

Exponunt quippe eũ] lege, dicta per prophetas exponunt: quippe id altioris naturæ eſſe. ſemen ſcilicet; quanquam ſuſpicari quis poſſet fuiſſe ſcriptum, quippe eas altioris, cũ ſit Græcè ἅτε ὑψηλοτέρας φύσεως ὑπαρχούσας; vt referatur ad animas, quæ in Reges & Sacerdotes allegebantur, quod eſſent naturæ ſublimioris, & quæ de ſemine adduntur, inſerta ſint per parentheſin. paulo poſt ſcribe, & Ieſum quidẽ aliquid à Saluatore dixiſſe, ἀπὸ τοῦ σωτῆρος, Saluatoris inſtinctu.

Quam ſpiritus qui prophetat] Interpres malè vertit ἤ. ſcribe, ſiue ſpiritũ, qui prophetat; & paulo poſt, cõſeruaſſe, ſic accipe quaſi eſſet dictum, perſeueraſſe.

Et in gaudiũ ei ceſſiſſe] Gr. καὶ ἄσμενον αὐτῷ προσχωρήσαντα. vbi cõmodius fortaſſe legeretur προσχωρῆσαι: & Lat. in gaudio ei acceſſiſſe, vel, cum gaudio ad eum acceſſiſſe Tertul. c. 28. propere & ouanter accurrit, cum omnibus viribus ſuis.

In loco medietatis refrigeraturũ] Hoc eſt, in refrigerio futurum; ἀναπαύσεσθαι. vt poſtea refrigeraturis; ἀναπαυσομένων, requieturis.

Spiritalia verò] Hæc perturbata ſunt, & imperfectè reddita ſiue à librario, ſiue ab Interprete; melius ita legẽtur: Spiritalia verò, quæ ſeminarit Achamoth, ex illo tempore vſq; nunc in animabus iuſtis erudita & enutrita, quia puſilla emittantur, poſt deinde perfectione &c. Tertul. ca. 29. Id ergo granũ ſeminis ſpiritalis modicum & paruulum iactu, ſed erudita huius fides augetur atq; mouebitur.

Fide digna] ἀξιοπίστως fide dignè. paulo poſt, ψηφῖδας lapillos ſiue calculos, aut teſtulas tales intelligere potes, quales ad muſeum opus ſiue muſinum, vt appellat Plinius, conficiendum adhibebantur, cùm vermiculata pauimenta teſſerulis aut emblemata pingebãtur, aut variegatis ad effigiem rerum & animalium cruſtis. Spartianus de Peſcennio Nigro Imperatore, Hunc in Commodianis hortis in porticu curua pictum de muſiuo inter Commodi amiciſſimos videmus ſacra Iſidis ferentem.

Anicularum fabulas aſſumentes] Gr. συγκαττύσαντες μύθους, fabulis cõſutis, videtur ſcripſiſſe, fabulas aſſuẽtes, et, hinc inde auferẽtes adaptare volunt. Iuſtinus ad Zenã συναλλάγματα βίαια συγκαττύοντας. In abortionis partu.] ἐν ἐκτρώματος μοίρᾳ, abortus cuiuſdã inſtar, vetus ſcripſerat parte. Et paſſiones] præcedunt iſta quædã de Moſe in Græco. quæ ex Billij interpretatione peti poſſunt. In his deficit vetus interpretatio, ſed redundat in illis quæ ſequũtur. In hoc quidem quod derelicta eſt à lumine, quæ abſunt à Græco, & nullo ſententiæ damno deleri poſſunt.

Quàm triſtis eſt anima] A Græco abeſt illud, Quàm,



ordini, & aptans veritatis corpuſculo, denudabit, & [89] in ſubſtantiuũ oſtendet figmentum ipſorum. Quoniam autem ſcenæ huic deeſt redemptio, vt quis Mimum ipſorum explicans, deſtructorem ſermonem inferat, bene habere putauimus, oſtendere primò in quibus ipſi patres huius fabulæ diſcrepant aduerſus ſe inuicem, quaſi qui ſint ex varijs ſpiritibus erroris. Et ex hoc enim diligenter cognoſcere eſt; & ex oſtenſione, eam firmam, quæ ab Eccleſia prædicatur veritatem, & ab ijs id quod fingitur falſiloquium.

Quàm, & λύπῃ melius triſtitia reddita eſſet, quã tædium.

Dicenti, Sequar te, Non habet] Græc. ἐν τῷ εἰπεῖν τῷ ἐρωτήσαντι ἀκολουθήσω σοι; Ei qui interrogauerat, Sequar te? dixerit, Non habet. Hoc doctiſſ. Billius vertit, vt eſt Matth. 8. v. 19. Sed perperam iſta citare potuerunt hæretici, ex quorũ myrothecijs iſta proferũtur. Rectè hoc conuerterat Cornarius, et eum ſequutus Gallaſ. ſed lacunã ipſius interpretationis malè expleuit in altero Euangelij loco, permitte mihi, vt prius conſtituam de ijs, quæ ſunt domi meæ, melius enim vertitur à veteribus Euangelij & Irenæi interpretibus, renuntiare domeſticis, vel ijs qui domi ſunt. nam altera lectio vulgatæ Lucæ 9 v. 61. hinc confirmatur, & illo Tertulliani 4. in Marcionem 23. prius ſuis valedicere parantem prohibet retro ſpectare. Iuſtinus Dialog. μετανοίας καὶ ἀποταγῆς πρὸς ἀδικίαν. quid ſit ἀποτάττεσθαι & ἀποταγὴ diſcat Gallaſius ex Iſidoro Peluſiota, ſi quid nouum & inſolens ſibi velit cognoſcere.

De medijs eſſe.] In Græco legas fortaſſè rectius τῶν μέσων, quàm μέσον, vel certè ἐκ τῶν μέσων. Bill. hunc mediæ claſſis eſſe.

Sata tria.] Addenda in Græco vox τρία poſt σάτα. poſt pauca ſic diſtinguenda ſunt illa, Spiritalis examinat omnia. Animalis autem non percipit, quæ ſunt ſpiritus &c. Græc. τὸ δὲ ψυχικὸς οὐ δέχεται. Illud autem, Animalis non percipit.

Conſperſiones autem] verior lectio conſperſionem, φύραμα. Cæterum in interpret. doctiſſ. Billij ſcribendum eſt, teſtatum eſſe. Et ſi delibatio ſancta, vtique & maſſa. Quo loco per delibationem id quod ſpirituale eſt ſignificari docent. vide Rom. 11. v. 16 planè enim μνημονικὸν ἁμάρτημα tanti viri eſſe cenſeo, vel amanuenſis eius: non enim ſolet à vulgatæ verbis diſcedere; quæ ſicut alibi, ἀπαρχὴν primitias & delibationem, ita φύραμα conſperſionem vertit aut maſſam cum veteri interp. Irenæi.

In Euangelio] adde è Græco, prophetiſſa dicitur ſeptem annis &c.

Quod etiam Nun vocat.] Græca ſonant, quem etiam Filium vnigenitum & Deum vocauit, in quo omnia Pater præmiſit (vel emiſit) ſeminaliter. &, in eo omnem AEonum ſubſtantiam Vocem Nun vel Mentem nõ reperio apud Ioannem; nec illius poſtea ſit mentio hoc loco, dum cætera Euangelij verba expendũtur.

Quoniam igitur] ita diſtingue, Quoniam igitur de prima geneſi dicit, bene à principio, hoc eſt à Deo & Verbo doctrinã facit. Billius quoq; hoc tantum habet, à principio, hoc eſt à Deo & ſermone doctrinam ſuam inſtituit. delenda ergo vox, Filio, cùm abſit à Græco.

Quod eſt formatum & manifeſtatum] Interpres fortaſſè ſcripſit, quod eſt formatum eſſe & manifeſtatum, pro, formati ſunt & manifeſtati. ſic legit poſtea εἴρηται pro εἰρῆσθαι lumen dicta eſt. quaternionem ſecundam paulò poſt, & alibi dicit, familiari ſolœciſmo, niſi quaternationem malis ibi fuiſſe; vt in alijs locis.

Dicit autem ſic, & verbum] Hæc verba vſq; ad Diligenter igitur, cùm & apud Epiphanium, & apud vet. interp. reperirentur, miror in Billij interpretatione omiſſa eſſe. Porrò illud πλήρης, cùm priori loco ita reddidiſſet Gallaſius, vt referret ad gloriã, plena gratia & v. poſteriore ita vertit vt Cornario ſapientior videretur, & repudiata voce verbũ, nouã vſurparet, Et Sermo factus eſt caro, & habitauit in nobis &c. & cõtẽplati vidimus gloriam vt vnigeniti à Patre, plenũ gratiæ & veritatis. Vbi inſigniter lapſus eſt: nam vt eum docere potuit Eraſmus πλήρης refertur ad λόγος, vt ſit ſenſus, verbum factum eſt caro, & habitauit in nobis, plenum gratiæ & veritatis. atq; ita vulgatæ auctor. Interpres autem Irenæi retulit ad gloriam, & vertit, plena gratia, poſteriore loco, vbi tamen plenam debuit reddere ex eorum ſententia, qui putant Theophylactum non πλήρης ſed πλήρη legiſſe. Cyrillus quoq; in Ioan. lib. 1. cap. 17. ſed ſi plena eſt gloria eius gratiæ, quomodo gratia profeciſſe apud Lucam ſcribitur? Nonnus verò καὶ χάριτος πέπληθε καὶ ἀτρεκίης γενετῆρος.

Aut ſi reliquorum coniugationes.] Græc. συζύγους coniuges, vt poſtea, manifeſtaſſet coniugem. ſed corrigendus eſt Græcus liber, συζυγίας: nã & ſic ait poſtea: ὅλη δὲ οὐ περὶ τῶν συζυγιῶν. ita quoq; Billius vertit. non remiſiſſet, hoc eſt, non permiſiſſet.

Et alterum Chriſtum] expungendum eſt illud, id eſt, vt alienum à ſententia, videturq; ſupereſſe ex interpretatione vocis χριστόν, fortè erat, id eſt vnctum, vt ante dixit Monogenis, id eſt vnigeniti. Sequitur Helleniſmus, memoriam non fecerit, μνείαν οὐ ποιεῖσθαι, mentionem n. f. &, quod ei in principio dictum eſt, τοῦ εἰρημένου αὐτῷ ἄνω ἐν ἀρχῇ λόγου, hoc eſt, quod ab eo dictum eſt. verùm hæc paulò aliter fortaſſè vertenda ſunt hoc modo. Recapitulans enim de eo, quod ab eo dictum eſt in principio fuiſſe verbum, inſuper exponit. Quaſi dicat, illud ipſum Verbum, quod ſtatim antea initio dixerat fuiſſe in principio, factum eſſe carnem addidiſſe.

Si autem verbũ Patris] verte, verbum Patris quod deſcendit.

Irent, at ipſe] vera lectio ex margine retrahenda in contextum, atq; ita conueniet cum Græco κίοντα non κίοντες, ac ſi mortem iret ad ipſam.

## ANNOTATIONES R. P. FR. FEV-ARDENTII IN CAP. I.

* NArratio omnis argumenti Valentini diſcipulorum] Quis vel qualis fuerit hic Valentinus, à quo Valentiniani, operæpretium dicendum. Epiphanius ex fama refert hunc fuiſſe Phrebonitem (aliàs Phœbonitem, & Phibionitem) Aegypti maritimum, in Alexandria verò inſtitutum Græcorum literis. Vnde & imitatio Theogoniæ Heſiodi, deorum triginta apud ipſum Heſiodum relatorum. Et ipſe fabuloſa gentiũ Poëſi in mente ſua concepta, & ab his qui cum ipſo & ante ipſum à veritate exciderunt, opinionem adeptus, etiam ipſe velut Heſiodus, alijs nominibus in alia tranſmutatis, mundum decipere voluit. Nam & hic triginta deos ac cælos adducere vult, quorum primum eſt Profundum, quomodo & Heſiodus Chaos

Cont. hæreſ. 31.

primum deorum dixit. Clarum eſt autem Chaos & Profundum eandem ſignificationem habere. Tradit rurſum illum initio prædicaſſe fidem Catholicam in Aegypto, itemq; in Eccleſia Romana; cui conſentit Tertull. ſed in Cyprum venientem, paſſum eſſe fidei naufragium. Quomodo autem ſit lapſus in hæreſim, Tertullianus his verbis recitat: Sperauerat Epiſcopatum Valentinus, quia & ingenio poterat & eloquio: ſed alium ex Martyrij prærogatiua loci potitum indignatus, de Eccleſia authenticæ regulæ abrupit (vt ſolent animi pro prioratu exciti, præſumptione vltionis accendi) ad expugnandam conuerſus veritatem, & cuiuſdam veteris opinionis ſemini (non modò ſcilicet Baſilidis, qui ſummum Deum Abraxax cum CCCLXV. aditionibus commentatus eſt; ſed & Heſiodi Poëtæ ethnici Theogoniæ, vt docet Lactantius li. 1. c. 5.) actu colubroſo viam deliniauit. Exortum autẽ volunt eum Irenæus lib. 2 c. 4. Euſebius in Chronico, & Theodoretus lib. 1. hæreticarum fabularum, circa annum Chriſti 145. Theleſphoro ſummo Eccleſiæ Pontifice, & Antonino Pio Romanis imperante. Diu porrò monſtrum hoc Eccleſiæ negotium feciſſe facilè colligitur ex Irenæo ſcribente, Valentinum Romam veniſſe ſub Hygino Theleſphori proximo ſucceſſore, increuiſſe ſub Pio, & prorogaſſe tempus vſq; ad Anicetum. Quæ tempora incidere in ætatem Antonini primi Theodoretus lib. 1. Hæret. fab. obſeruauit.

[Tertul l. præſcrip. c. 30. L. aduerſ. Valent. c. 4.] [Lib. 3. c. 4.]

1. Dicunt eſſe quendam, &c. Obſcurum & prolixũ ſatis hoc caput, contractioribus & apertioribus verbis habes apud Tertull. libro contra Valent. & Theod. lib. 1 hære. fab. Quod ſi ad amuſsim non intellexeris, non multum ſtudijs tuis decedere puta. Nam & ipſi fabularum tantarum conſarcinatores, ob præcedentia ſua peccata, iuſta cæcitate percuſſi, cæcutiebant in meridie, non intelligentes (vt ait Paulus) quæ loquebantur, nec de quibus affirmabant, ſibi ipſis talis ignorantiæ authores & cauſæ exiſtentes. His ita ſubſcribit lib. de hæreſ. Auguſt. Illi, vt ita dixerim, fabulones, id eſt, qui fabulas vanas, eaſque longas & perplexas contexuerunt, tam multis falſis dogmatibus pleni ſunt: vt ipſi quoque illa numerare non poſſint, aut difficillimè poſſint. Nec vlli alieno vlla hæreſis facilè ſic innoteſcit, vt ſuis.

2. In immenſis AEonibus] Id eſt, per infinita ſæculorum tempora, vel infinitis retro æuis, vt ſcripſit Tertull. Deum ſcilicet ocioſum, qualem voluit Epicurus, fingentes. Sententia porrò Gnoſticorum ac huius loci eſt huiuſmodi. Primus AEonũ, qui & perfectus, & anteprincipium, & primus pater, & profundũ dicitur, verè & ſolus eſt æternus inuiſibilis, ingenitus, & incomprehenſibilis. Illis autem prodigioſis & fabuloſis nominibus maluerunt Deum Patrem Domini noſtri IESV CHRISTI deſignare, quàm cũ Prophetis, Apoſtolis, & Chriſtianis omnibus profiteri Deum Patrem omnipotentem creatorem cæli & terræ. Adfuit etiam illi (ſubijciunt) Ennœa, id eſt, intellectus, intẽtio, ſeu cogitatio, & gratia, & ſilentium. Volens autem Bythus rerum omnium initium per ſilentium emittere, genuit Intelligentiam ſibi æqualem, quæ & Vnigenitus, & Pater, & Principium cunctorum dicitur: ſimulque Veritatem emiſit, &c. Non dubito autem fanaticos illos homines per huiuſmodi fabulas & nugas ineffabilem æternamq; Filij à Patre generationem deformare; ſimulq; principium Euangelij B. Ioannis, quo ſanctiſsimè, et quantum capere poteſt humana mens, deſcribitur, diabolico planè aſtu deprauare ſtuduiſſe: quod in Tranſyluania, Lithuania, & Polonia ſcriptis Caluinianorum inſtructi noui Ariani, nunc incredibili conantur malitia.

3. Præmitti voluit] Deleuimus volunt, tum veteris codicis M S. tum Græcæ lectionis authoritate: verba enim facit de Bythi cogitatione ac intentione.

4. Et ſolum capientem] Sic deformabant, quod clarè in Euangelio dicitur, Neq; Patrẽ quis nouit, niſi Filius, &cæ. Quod Auguſt. explicans ait: Soli tibi integrè notae [Matt. 11. 27.]

Trinitas ſancta & omnipotens. Soliloquiorum c. 31. & Medit. cap. 29.

5. Et hanc eſſe primam] Pythagorici omnia penè numeris tribuentes, Quaternarium ideò cæteris præferebant, quòd denaria perficeretur multitudine: denarius verò Quaternarij eſſet compoſitio. Omnia quæ ſunt, aiebant, Quaternariũ colligaſſe, elementa, vẽtos principes, orbis fines, ætatum compagines. Figuram quadratam alijs omnibus perfectiorem, quòd contineatur quatuor lineis æqualibus, totidemq; angulos æquales habeat. Corpus quadratũ, vt eſt Cubus, perfectũ: habet enim ſex ſuperficies quadratas æquales, quarum vnaquæq; quatuor habeat lineas, & quatuor angulos, & quomodocunq; iaceat, ſemper eſt rectus. Hinc virum bonum Quadratum dixerunt & tetragonum. Quin & animam rationis compotem quadam Quaternitate conſtare, videlicet, mente, ſcientia, opinione atq; ſenſu docentes, ex eo iuſiurandi ſibi religionem fecerant, vnde illud: Per Quaternitatem animæ noſtrę tradentem perennis fontem naturæ. Quid ſi agnouiſſent præcipuum nomen Dei omnium ferè gentium mirabili conſenſione, quatuor tantùm literis efferri? Nam qui à nobis dicitur DEVS, à Græcis Θεὸς, ab Hebræis יהוה, ab Arabibus, Turcis, & Maometanis ALLA, à Perſis SYRE, à Magis ORSI, appellatur. Sed infelices Gnoſtici his antiquorum myſterijs, vt & diuinis Scripturis ad ſuas delirationes conſtituendas nequiter abutebantur.

[Plut. lib. 1. de plac. Philoſ. Diog. Laert. Rhodigin. li. 18. c 14. & l. 22. ca. 9. Volat. lib. 35. Philolog. Paul. Grego. comment. in lib. 6. ſyntaxis artis admirab. c. 18.]

6. Sentientem autem vnigenitum] locum hunc ita refert Tertull. Nus ſimul accepit prolationis ſuę officium, emittit & ipſe ex ſemetipſo, Sermonem & Vitam. Miſerrimi verò præſtigiatores, qui Filium Dei vnigenitum alium conſtituebant à λόγῳ, id eſt, à Verbo & Vita: cùm apertè doceat Euangeliſta: Deus erat Verbum. in ipſo vita erat.

7. De logo autem] Tertull. Sed & hæ ſoboles ad initium vniuerſitatis, & formati Pleromatis totius emiſſæ, facit fructum. Hominem & Eccleſiam procreat.

8. Eſſe enim illorum] Quandam ſed ineffabilem ac hominibus & Angelis incomprehenſibilem, eſſe in Diuinis fœcunditatem patefaciunt Filij ac Spiritus ſancti diſtinctæ emanationes. Confirmant & iſta ſummorum Prophetarum oracula. Qui alios parere facio, nunquid ſterilis ero? Ego hodie genui: Ex vtero ante Luciferum genui te: Ante omnes colles genuit me Dominus, &c. Cùm hanc ergo impuri Gnoſtici ſimpliciter credere nollent, aut capere nõ poſſent, eam Heſiodi, Orphei, & aliorum prophanorum ethnicorumq; poëtarum more deſcribendã, imò & deturpandam ſumpſerunt, diuerſos ſexus, coniugia, impuraſq; commixtiones in Diuinis cõfingentes. Vt poſt Lactantium lib. 4. cap. 8. diligenter obſeruat Epiphanius, contra hæreſim 31.

9. Acinetos] Sic pro Agne repoſuimus, ex Theodor. Epiphan. Tertullian. & ſequentibus Irenæi.

10. Donant.] Ita reſtituimus ex manuſcript. exemp. & Græca lec. quæ habet, ταῦτα τὰ ὀνόματα χαρίζονται, in plurali numero: Deleuimus verò donauit.

11. Hi ſunt triginta] Ad hunc locũ reſpiciens Cyrillus Ieroſ. contendit Valentinianos triginta deorum [Catech. 6.]



deorum (nam Aeones inſtar deorum habebant) prædicatores, ethnicis, paucos tantùm confingentibus, longè deteriores fuiſſe. Athanaſius quoq; Orat. 5. contra Arianos ait, iſtos pro veritate & rerum fide, inania ſimulacra introduxiſſe.

12 Nec enim Dominum, &c.] Domini appellationem priſcis Chriſtianis non vulgari religione obſeruatam fuiſſe indicat Tertullia. Apolog. Auguſtus (ait) ne Dominum quidem dici volebat. Et hoc enim Dei eſt cognomen. Dicam planè & Imperatorem Dominum: ſed more communi: ſed quando non cogor vt vice Dei dicam. Dominus meus vnus eſt, omnipotens, Deus æternus, idem qui & ipſius. Et lib. contra Hermog. Deus nominatur ab initio, Dominus autem non niſi poſt condita omnia. Proinde dum ſine addito enuntiatur, ſolius Dei eſt, ſemperque ἐκ τῶν πρός τι, et non niſi comparatione ad ſeruos dicitur, quibus creationis & prouidentiæ iure imperat. Quum igitur orbem ab alio conditum autumarẽt: quin & Chriſto Ieſu ſeipſos ſimiles, aliaſque ſecundum aliquid, vt ſcribit Irenæus, etiam eo ſe fortiores mentirentur: iccirco non mirum, ſi Chriſto & Dei, & Domini, nomen inuiderent. Obſeruabis ſimul, hæreticos ſpreto veteri & Catholico more dicendi, ſibi peregrinas & recentes formulas finxiſſe, prophanaſque vocum nouitates, quas deuitare iubet Apoſtolus. In hunc errorem diſputat, lib. 3. c. 6. Accedit quod propriũ nomen Dei יהוה Græci vertentes per Κύριος, Dominus; quapropter ſicut hi Chriſtum verum ac æternum Deum eſſe negabant, ſic & Dominum. Contra verò idem ille & Deus & Dominus appellatur, Pſal. 44. & 109. Iſaiæ 9. Ierem. 23. Ioan. 13. & 20. Rom. 8. Hebr. 3. Et in Symbolo Apoſtolorum profiteri iubemur: Et in Ieſum Chriſtum Filium Dei vnicum Dominum noſtrum. [Lib. 1. c. 24.]

13 Nihil feciſſe] Imò verò puerulus ad ſe Magos duce ſtella perduxit, circunciſus, & oblatus eſt in templum, fugit in Aegyptum, duodennis diſſeruit in templo cum doctoribus, ſingulis annis cum parentibus Ieroſolymam ad dies feſtos religioſiſsimè conſcendit. Et reuerſus in Galilæam, Iuſtini martyris, Baſilij magni & aliquot aliorum primæ notæ auctorum ſententia, cum Ioſepho fabrilem artem aliquando exercuit, tum vt mechanicas artes ſanctificaret, tum maximè vt otium hoc exemplo fugiendum cunctos nos doceret.

14 Reliquis verò omnibus] Codices excuſi, hominibus: ſed vet. cod. cum Græca lectione λοιποῖς πᾶσιν, id eſt, reliquis omnibus, habet.

15 Reliquis quoque AEonibus] Codic. ex. reliquos quoque Aeonas participare: quæ propter exemplar manuſcriptum, & lectionẽ Græcam immutauimus.

16 Quoniam vellet] Codices excuſi, nollet, ſed vetus codex & Græca lect. διὰ τὸ θέλειν, vt reſtituimus. Tert. Planè Nus quantum in ipſo fuit; & voluerat & tentauerat, cæteris quoque, &c.

17 Quæ exorſa] Codices excuſi, Exors. Deinde erga Nun, reſtituimus pro viterga: vtrunque ex Græca lectione, & codice manuſcripto.

18 Dulcedine] Codices excuſi habebant, ad vltionem; reſtituimus verò ex manuſcripto exemplari, conſentientibus Epiph. & Tertull. Græcaque lectione: ὑπὸ τῆς γλυκύτητος.

19 Abſtentum] Sic pro abſentem, viſum eſt reponere ex veteri codice. Abſtentus autem iuris peritis eſt, qui tutoris auctoritate ab adeunda hæreditate reuocatus eſt. Ea voce vtitur Beatus Cyprianus Epiſtola 18. ad Cornelium, & epiſtola 42. ad Stephanum. Abſtenti verò à noſtris dicuntur, qui à communione Eccleſiæ, & ſacrorum perceptione moti reiectiq; ſunt.

20 Peperiſſe ſubſtantiam informem] Grauiſsimo ſarcaſmo hoc ita repetit Tertullianus. Dehinc ex illo mœrore, ex ſemetipſa ſola, nulla opera coniugij: concepit, & procreat fœminam. Miraris hæc? Et gallina ſortita eſt de ſuo parere. Sed & vultures fœminas tantùm parere aiunt, & tamen ſine maſculo mater.

21 Abſconderent] Ita repoſuimus, pro abſconderat, ex vet. cod. & Græc.

22 Patrem eum aliquando, &c.] Prô pudor! fanatici tenebriones ſexus varios, commixtiones ſalaciſsimas, partus, fœtus, & Hermaphrodiſim in diuinis rebus conſtituebant, vt ex hoc loco, & fine capitis quinti libri huius colligitur; qualia impuri Poëtæ de dijs gentium fabulantur. Triſmegiſto Hermeti hanc inſaniam exprobrat Lactantius, libro quarto, capite decimooctauo: quam egregiè euertit, lib. primo, capite octauo. Hanc dementiam ridens Tertullian. Pudiciores (ait) maluerũt, Bytho nullum ſexum deputare; & fortaſſe hoc Deũ, non, hic Deus, neutro genere pronunciant. Alij contrà magis, & maſculum & fœminam dicunt, ne apud ſolos Lunẽſes Hermaphroditũ exiſtimet Annalium commentator Feneſtella.

23 Mundatam] deleuimus mandatum, quia vetus codex ſic habebat: Tertullian. repreſſam ab inlicitis, & purgatam à malis.

24 Cognoſcentes ſufficientes ſibi, &c.] codices ex. cognoſcentem: reſtituimus autem ex vetere codice, et Græc. lectione.

25 Comprehenſibile] ſic legendum proponimus ex Tertulliano, Epiphanio, & veteri codice: quamquam comprehẽſibilia, haberent excuſi cod.

26 Omnes Chriſtos] hæc adiecimus ex codice veteri, Epiphanioq;.

27 Hymnizare Propatorem, &c.] Græciſmum hunc ſic exprimit Tertull. magno cum gaudij fructu hymnis patrem concinunt. Diffundebatur & ipſe lætitia, vtique bene cantãtibus filijs & nepotibus. Quidni diffunderetur omni iucunditate, Pleromate liberato?

28 Aeonum] ſic habet codex vetus, cum Epiphanio: excuſi verò codices, eò quòd, habebant.

29 Et in gloriam Bythi] ſic codex vetus, & Epiphan. deleuimus gloriam Hori.

30 Satellites quoque ei in honorem ipſorum] Veteris codicis authoritate, & R. P. Frontonis commonitione ita locum reſtituimus. Ex hoc autem Athanaſius Orat. 2. contra Arrianos magnam Valentinianorum impudentiam coarguit, quòd Angelos per Chriſtum conditos, omnia namq; per ipſum facta ſunt, congeneres Chriſto pronunciarent.

31 Negotiatio] prius legebatur, negatio: Græc. πραγματεία, conſentit vet. cod.

32 De pœnitentia] Ex veteri codice, & Græca lectione ἐκ μετανοίας, ſic legimus: pro, dependentia.

33 Et Paulum manifeſtiſſimè] Quanta quæſo dementia, ex eo quod Paulus nomen Sæculi frequenter vſurpat, colligere triginta ſæcula eſſe, eaque in numerum octonarium, denarium, & duodenarium eſſe diſtributa, eademq; partim maſcula partim fœminina eſſe, aliaq; ex alijs genita? Sed hi ſunt frequẽtes topici hæreticorum, argumentari nimirum (quod dicitur) à baculo ad angulum.

34 Sed & nos ipſos in gratiarum actionibus, &c.] Hæ ſunt proculdubio gratiarum actiones, quas primùm omniũ fieri

fieri obſecrat Apoſtolus 1. ad Thimoth. 2. quaſq; vniuerſa per orbem frequentat Eccleſia in celebratione Euchariſtiæ, interpretibus Auguſtino Epiſto. 59. Ambroſio, Chryſoſtomo & Proſpero lib. 1. de vocatione gentium, cap. 4. In ea verò Sacerdos preces, vota, ſupplicationeſq; vniuerſas, hac coronide abſoluit, Per omnia ſecula ſeculorum: quod Apoſtolorum traditioni accepto ferendum, non tantùm hoc loco Irenæus, ſed & omnium patrum Liturgiæ luce clarius oſtendunt. In ea enim, quæ eſt B. Iacobi, decem & octo, quæ Clementis tribus, quæ Baſilij ſexdecim, quæ verò Chryſoſtomi viginti tribus vicibus, ea verba repetita cõperies. Ex hoc autem ſuorum Æonum figmenta aſſerere contendebant, æqua impietate Valentiniani, qua inſcitia Sacramentarij corpus Chriſti arcere ab altari conantur ex his Præfationis noſtræ verbis, Surſum corda, habemus ad Dominum, quæ tamen, ab eiſdem Apoſtolis accepta, conſtanter retinemus. Teſtes ſunt omni exceptione maiores, Auguſti. lib. de ſancta Viduitate, c. 16. & lib. De bono perſeu c. 13. Chryſoſt. Homil. de encenijs, & in Liturgia; Baſilius in Liturgia; Clemens Romanus li. 8. conſtit. Apoſt. ca 16. Iacob. in Liturgia; Cyprianus De orat. Dominica.

35. Octodecim menſibus] Hoc manifeſtiſſimè falſum eſſe docet B. Lucas Euangeliſta, ſcribens: Per dies quadraginta Chriſtũ apparuiſſe Diſcipulis. Act. 1. Dies aũt 40. vnicum duntaxat menſem, cum aliquot diebus efficiunt, non octodecim.

36. Vno enim anno, &c.] Hanc Valentini opinionem firmiſſimis ſcripturis & rationibus Irenæus refutat lib. 2. cap. 38. & 39 quò fit, vt exiſtimem clariſſimos Patres Tertull. Clementem Alexandr. Iul. Africanum, Lactantium, Oroſium, & Gaudentium Brixianum, feruore diſputationis alterius diſtractos, hunc locum parùm animaduertiſſe, quum ſimilem ferè ſequantur opinionem. Verba Tertulliani ſunt lib. Cont. Iudæos, quæ & Euſebius in Chronico ante nos obſeruarat. Quinto decimo anno Tiberij. paſſus eſt Chriſtus, annos habens quaſi triginta, cùm pateretur. Clementis verò lib. 1. ſtrom. Quod anno ſolo oporteret Dominum prædicare, hoc quoque ſic ſcriptum eſt; Annum acceptabilem Domini prædicatum miſit me. Quinto decimo ergo anno Tiberij, & quinto decimo Auguſti, ſic implentur triginta anni, vſque ad tempus quo paſſus eſt, &c. Rectius porrò ſentiunt, qui ætatis anno 33. paſſum Chriſtum docent.

37. Omne eſſe] Codices ex. omnia eſſe, at codex vetus, & Græc. habent vt reſtituimus. Tertullianus verò ſic: Ieſum Soterem cognominant, & Chriſtum, & Sermonem, de patruitis: et omnia iam, vt ex omniũ defloratione conſtructum, graculum Æſopi, Pandoram Heſiodi, Acci Patinam, Neſtoris Cocetum, Miſcellaneam Ptolemæi.

38. Quam etiam] Authoritate veteris co. & lectionis Gr. deleuimus, quod.

39. Non ſolùm autem ex Euang. &c.] Adhibita ſimilitudine aptiſſima in calce huius capitis, iſthæc hæreticorum D ſacrilegia in ſacras litteras, fuſius declarabit.

40. Quam & Achamoth] Tertull. lib. cont. Vale. Apud illos nomen ininterpretabile fuiſſe dicit. Epiphan. contra hæreſim trigeſimam primam, Saluatorem, & terminum, & crucem, ſic eos vocaſſe aſſerit. Theodo. lib. 1. hæretic. fabularum, fœtum informem, & ſapientiæ cogitationem hoc nomine appellaſſe putat. Vocis porrò huius etymon ab Hebr. חכמות deducitur, quod ſapientiam ſignificat: à radice חכם id eſt ſapiens fuit, ſapuit.

41. In vmbræ, & vacuitatis locis deferbuiſſe] Sic ex veteri codice, Græca litera, & R. P. Frontonis iudicio lectionem reſtituimus. Codices hactenus excuſi, in vmbratæ vanitatis locis deſeruiſſe.

42. Odorationem] ſic reſtituimus ex Codice veteri, & Græ. lection. Tertull. Iteratur odor incorruptibilitatis, &c. Codices ex. Adorationem.

43. Omni parti paſſionis ſuccubuiſſe multifariæ A & variæ exiſtentis] Ita ex manuſcripto codice locum reſtituimus, pro eo quod excuſi habebant, omni parte paſſionis ſuccubuiſſe multifariæ & variæ exiſtenti.

44. Dixiſſe Iao] vetus Codex, Ioath habebat. Sed magno conſenſu Tertull. Epiphan. Theod. Iao legunt: at Tertullianus quid hoc velit, non aliter explicat, quã ſi quis exclamaret: Porrò Quirites, aut, fidem Cæſaris. Epiphanius cõtra Hæreſ. vigeſimam ſextam, Principem in primo cælo ab illis collocatum ſcribit. Macrobius lib. 1. Satur. c. 18. inter plura alia, & hoc nomen à Paganis attributum fuiſſe Soli, probat hoc oraculo Apollinis Clarij: φράζεω τ̃ πάντωμ ὕπατομ θεὸμ ἔμμεν ἰάω, id eſt, Intellige Iao eſſe omniũ ſummũ Deũ. Diodorus Siculus lib. 5. Biblioth. cap. 5. ignorantia vocis Iehouæ, deceptus, ſomniat Moſem apud Iudæos, à Deo qui vocetur Iao, leges acceptas tuliſſe. Euſebius lib 4. Demonſtrationis Euang. ca. 29. Iaho eſt ſalus, hoc eſt Dei ſalutare.

L. Præſcript. c. 49. & libr. aduer. Valẽt. c. 14.

45. Ne quemadmodũ, &c.] Ex Codice veteri, & Græc. lection decem voces adiecimus, quas omnes editiones veteres omiſerant. Tertullianus habet: ne ſicut luce, ita & vita orbaretur conſeruatione, tum ignorantia.

46. Conuerſionis] Ex Cod. veter. Tertul. & Græc. lectione ita ſcripſimus: Codices excuſi habebant, conuerſationis.

47. Quæ etiam conuenienter, &cæt.] Quo pacto turpiſſima figmenta ſua occuluerint Valentiniani, his graphicè explicat Tertullianus. Si bona fide quæras; concreto vultu, ſuſpenſo ſupercilio, Altum eſt, aiunt. Si ſubtiliter tentes; per ambiguitates bilingues, cõmunem fidem adfirmant. Si ſcire te oſtendas; negant quicquid agnoſcunt. Si cominus certes; tuam ſimplicitatem ſua cæde diſpergunt. Ne diſcipulis quidem proprijs, ante committunt, quàm ſuos fecerint, &c.

48. Sed ſolos illos, qui grandes mercedes, &c.] Duæ ſunt res, quæ maximè homines ad maleficia impellunt, luxuries & auaritia, quia nihil tam ſanctum, quod non violari; nihil tam munitum, quod nõ expugnari; nihil tam purum, quod non fœdari, pecunia poſſit. Et quid non mortalia pectora cogit auri ſacra fames? Hæreticos autem vtroq; morbo omnibus ſæculis laboraſſe, & ſectarũ noſtri ſæculi cædes, rapinæ, incendia, ſacrilegiaq́; & veterũ authorum iſtorum lectio, indicant. Ignatius Epiſt. 3. eos vocat, mulierum corruptores, alienorum appetitores, pecuniarum rapaces, & quaſi vortices. Poſt Optatum Mileuitanum, grauiter conqueritur Auguſtin. libr. 1. cont. literas Petil. cap. 64. & lib. 3 contra Creſc. c. 42. de tirannicis rapinis, inuaſionibus, furtis, et deprædationibus Donatiſtarum, omnino ſimilibus eis, quibus Caluiniſtæ Gallias noſtras à triginta annis funeſtiſſimè deuaſtarunt.

49. Volo autem & aliquid, &c.] Ironia eſt, qua & Tertullianus Chymericas iſtiuſmodi nugas his feſtiuè traducit. Hîc æſtimandũ eſt, quem exitum duxerit, quantis lacrymarum generibus inſudauerit. Habuit & ſalſas, habuit & amaras, & dulces, & calidas, & frigidas guttas, & bituminoſas, & ferruginantes, & ſulphurantes, vtique & venenatas, vt et Nonacris (aquam mortiferã in Archa-



A dia ſcripſerunt eſſe, Vitruuius, Pauſanias, & Seneca) ſudauerit, quæ Alexandrum occidit; & Lynceſtarum (de his Liuius lib. 2. ca. 103.) inde defluxerit, quæ ebrios efficit; & Salmacis; lege Vitruuium libr. 2. Archi. inde ſe ſoluerit, quæ maſculos molle facit, Cæleſtes imbres pipiauit Achamotæ. Cæterùm, Deum omnipotentem aquarum, vt & aliorum omnium, conditorem eſſe, paſſim explicant ſcriptura, Geneſ. 1. Exod. 15. Iob. 26. Pſalm. 76. 103. 148.

50 Hanc autem Achamoth] Græca lectione, & R. P. Frontonis iudicio, reueritam eum, pro, eam: & coopertionem, pro, cooperationem ſubſtituimus. Et paulò poſt: & non eas neglexiſſe, pro, eum: item ſeparatim, pro, ſeparauit: & paſſibilis, pro paſſibile.

51 Priores.] Codices excuſi prioris, ſed mutauimus ex cod. veteri; & Græc. lectione. B Epiphanij interpres: Non enim poſſibile erat ipſas deleri, velut illas priores, propterea quòd in habitum iam ceſſiſſent, & validæ eſſent.

52 Eiuſdem ſubſt.] Codices excuſi, eius ſubſtantiæ: ſed cod. vetus, eiuſdem. Billius nouus Irenæi interpres, alijq; apud Epiphanium lat. hæc paulò dilucidius explicant. Cæterùm, quas dextra, & quas ſiniſtra, videlicet, animalia, dicunt, legendum propoſuimus, pro, dextras & ſiniſtras, quod erat in cod. excuſis.

53 Hunc autem vnigeniti filij] Sic reſtituimus ex codic. vet & lect. Græc. deleuimus verò: Hanc autem vnigenitum. Epiphanij interpr. Illum verò in imagine vnigeniti filij. Archangelos autem & Angelos ab his factos in imagine reliquorum ſæculorum. C

54 Deuergentium] demergentium prius erat: ſed cod. vet & lect. Græc. κατωφερῶν, cum Tertull. immutare fecerunt. Epiphanij interpres: & eorum quæ ſurſum feruntur, & eorum quæ deorſum ſubſidunt.

55 Septem autem Cælos, &c.] ex Tertull. Epiphan. & cod. ma. quædam reſtituimus, verba Tertull. ſunt: Cælos autem noëros (id eſt intellectuales) deputant, & interdum angelos faciunt, ſicut & ipſum Demiurgum: ſicut & Paradiſum Archangelum quartũ: (Archangeli iiij habebant cod. ex.) quoniam & hunc ſupra cælum tertium pangunt, ex cuius virtute ſumpſerit Adam, diuerſatus illic inter nubeculas & arbuſculas. Porrò, Paradiſum viſibilem negare, hæreſim Seuleucianorum D & Hermianorum eſſe Auguſt. lib. de hære. aſſerit: & Origenem in Anchorato reprehendit Epiphanius, quòd in terris eſſe negaſſet. Placuit mihi valdè Beat. Theophil. Antiocheni de eodem ſententia, lib. ſecundo, ad Autolycum. Condito homini (ait) Deus elegit regionem in locis oriẽtalibus amœnitate eximiam, lumine coruſcantem, & ſplendido aëre illuſtrem, plantis varijs fœcundam, & in hanc collocauit hominem, &c. Et Hieronymus in Danielem, iubet eorum deliramenta conticeſcere, qui flumina & arbores, & Paradiſum putant allegoriæ legibus ſubruere; Philonem, opinor, perſtringens. Auguſtinus longè lateq; Geneſim explicans, nunquam illius ſitum, aut locum indicare voluit: quia vbi ſit, ad quæſtiones, quæ ſunt præter fidem, pertinere indicat. lib. 2. contra Pelag. & Cæleſt. ca. 23.

56 Eam] Deleuimus, eum, authoritate vet. cod. & lect. Græcæ. Epiphanij vetus interpres: Habere verò ipſam medietatis locum, & eſſe quidem ſupra opificem, infra verò aut extra complementum vſque ad conſummationem.

57 Coſmocratorem, &c.] Chriſtus quidem Diabolum vocauit τὸν ἄρχοντα τ̃ȣ κόσμȣ: Ioan 12. & 14. & Paulus, θεὸμ τ̃ȣ αἰῶνος τȣ́του 2 Corinth. 4. imò & κοσμοκράτορα τ̃ȣ σκότȣς τ̃ȣ αἰῶνος τȣ́τȣ. Epheſ 6. Sed vt illius impotentem tyrannidem, quam in impios exercet; & ſuperbiam, qua aduerſus Deũ erigitur, indicarent. Iſti verò tam auguſto epitheto illum exornabant, honoris gratia; quia huic inferiori mundo illum præeſſe, Demiurgoq; ſapientiorem aſſerebant. Hinc ſcitè illos vellicat Tertu. d. Diabolum opus Demiurgi affirmant, & mundo tenentem appellãt: & ſuperiorum magis gnarum defendunt natura, vt ſpiritalem, quàm Demiurgum, vt animalem. Meretur ab illis prælationem, cui omB nes hæreſes procurantur. Sed de dæmonum & hæreticorũ κοινωνίᾳ inferius dicetur.

Lib. contr. Valent.

58 Creaturam Demiurgi] Licet cum excuſis codicibus vetus noſter cod. Creatorem haberet, tamen legendum Creaturam cenſuimus, quia Græc. κτίσμα, & Tertull. opus Demiurgi habent.

59 Cùm fabricaſſet] Tertullianus ſuo more iſthæc ſic effert. Quum talia de Deo, vel de deis, qualia de Homine figmenta? Molitus enim mundum Demiurgus, ad hominem manus confert, & ſubſtantiam ei capit nõ ex iſta, inquiunt, arida: ſed ex inuiſibili corpore materiæ illius ſcilicet philoſophicæ, de fluxili & fuſili eius: quod vnde fuerit, haud queo æſtimare, quia nuſquam eſt. &c.

L. aduer. Valent. cap. 24.

60 Defluxione] ex Tertull. cod. veteri. & Græc. ἐκ πνευματικῆς ἀπορροίας ȣ̓́σαν, ita legendum propoſuimus: deleuimus verò definitione.

Lib. cont. Valent.

C 61 Dermatinam tunicam] Cùm Græcè ſit δερμάτινον, & Tertullianus vertat pelliceam tunicam, de qua Moſes ſcripſit: Fecit Dominus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, Geneſ. 3. 21. nihil dubitauimus ita locum reſtituere, exploſis Eraſmi, Rhenani, & quorundam aliorum varijs coniecturis. Delirium porrò horum Gnoſticorum eſt, hanc tunicam eſſe carnem humanam, quum non ſine ſenſili carne & pelle homo initio conditus fuerit: vt docet Tertullianus lib. de reſur. carnis. Hieronymus quoq; Ioannem Ieroſolymitanum coarguat, quod per illas tunicas pelliceas, humana corpora intellexerit. Sed quia feſtiuè magis quàm grauiter à vulgo circumfertur; Deum inde primum fuiſſe pellionem: Vnde pelles illæ quibus protoparentum velata fuit nuditas, deſumptæ fuerint, vide ſi lubeat, quæſt. 49. Iuſt. mart. ad orthod. & Method. Tyri, apud Epiphan. Lib. 2. contra hæreſes. Quid verò ſignificauerint, tractat Aug. in Pſal. 103.

D 62 Matri ſuæ ſpiritalem.] Sic docet legendũ R. P. Fronto, pro, matris ſuæ ſpiritalis, quod eſt in alijs excuſis codicibus.

63 Spiritale verò] Græcus contextus vnà cum Latino vet. cod ſic legendum docuit, pro, in ſpiritalem. Pamelius quoque nota 281. in libr. Tertull. aduerſus Valent. docuit hîc legendum eſſe ſpirituale, pro, ſpiritualem: & ſalem, pro ſole: ſicut & paulò ſupra, Cùm ſint igitur tria, pro, tres, vt in hactenus excuſis codicibus.

64 Quapropter, & nobis quidem, &c.] Ex hoc loco, & cap. 20. huius libri, liquet Valentini & Simonis magi impium dogma fuiſſe, opera bona ad ſalutem, beatamq; vitam neceſſaria non eſſe. Noſtri autem ſæculi proficientes in peius hæreſiarchæ multis paraſangis hac impietate ſuperata, vociferantur, opera ad ſalutem eſſe pernicioſa: iuſtum in omni opere quantumuis bono peccare: opera omnia hominũ, non niſi æternos ignes mereri. Aeterna igitur ſupplicia (vt proprio iudicio condemnentur) debet, & indubiè rependet illis

A illis iuſtus iudex pro ſuis cœnis, cantiunculis, concionibus, & Catechiſmis: dignam certè tantorum laborum mercedem. At verbum Dei docet, Reddendum vnicuique ſecundum opera ſua: & vnumquemq; mercedem accepturum ſecundum proprium laborem: atque proceſſuros, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ, &c. Salubrius igitur multò, propoſito præmio, ad omne genus bonorum operum nos excitant Patres. Tertullia. lib. Scorp. Quomodo, *ait*, multæ manſiones apud Patrem: ſi non pro varietate meritorum? Quomodo ſtella à ſtella diſtabit in gloria, niſi pro diuerſitate radiorum? *Clemens Alexandr. 6. Stro.* Proportione habita, ſunt variæ manſiones pro dignitate & meritis eorum, qui crediderunt *Et Auguſti. ſermo. 39. de verbis Domini.* Declina à malo, & fac bonum, & cùm hoc feceris, ſecurus expecta vitam: & tunc bona fronte dices Domino, feci quod iuſſiſti, redde quod promiſiſti.

65. Quemadmodum aurum, &c. ſic & ſemetipſos, &c.] *Superbiſſimam hanc hæreticorum iactantiam, qua ſe natura ſpirituales & mundos eſſe, nulliſq; quantumuis abominandis flagitijs maculari docebant, ab orco reuocaſſe mihi viden-* B *tur Caluiniani, dum verbis, & ſcriptis mentiuntur ſe ſuoſq; ab vteris matrum ſanctificatos; nullaq; crimina ſibi imputari, modò fides in Chriſtum adſit: nullis quantumuis execrandis ſceleribus Spiritum à ſe recedere, &c.*

66. Etenim idolothyta, &c.] *Ingluuiei arguit illos, quodq; nullum ſeruarent, pro traditione Apoſtolica, ciborũ delectum. Quandiu ſtetit gentiliſmus, tandiu Chriſtianos ab idolothytis cauiſſe, teſtes ſunt, Tertull. lib. de idolo. & de cibis Iudaicis; Orige. lib. 8. contra Celſum; & Cypri. de lapſis. Abſtinentiam verò à certis ciborum ſpeciebus, tempore ieiuniorum*, non propter abominationem eorum, ſed vt mens ad cultum pietatis (*ait Canon 50. Apoſt.*) reddatur exercitatior; caroque contra Deum inſurgens, inediæ tormentis atque ſupplicijs puniatur, *inquit contra Pſychicos Tertull. per vniuerſas Eccleſias tum obſeruatam fuiſſe con-* C *teſtatur Clemens Rom. libr. 5. conſtit. Apo. cap. 19. Qui & ſolo pane, ſale, atque oleribus vti concedit: à carnibus autem & vino abſtinere, diebus ieiuniorum; & eiuſdem libri cap. 21. idem pluribus ſacrarum literarum locis confirmat. Huius rei praxim in B. Petri conuerſatione, lib. 7. Recog. adfert, qui laborioſis illis ſuis peregrinationibus, pane ſolo, cum oliuis & rarò oleribus fatiſcens corpuſculum reficiebat. Notæ ſunt omnibus fortiſſimorum martyrum, Seuero imperante, iſtæ præclarè voces*; Multum erratis, ô viri, putantes humanis viſceribus veſci eos, qui ne mutorum quidem animalium carnibus vtuntur, *Euſeb. lib. 5 hiſt. ca. 1 Tum temporis quoq; ſcribens contra Pſychicos Tertullianus, Xerophagias diebus ieiuniorum obſeruatas fuiſſe aſſerit, ſiccato cibo ab omni carne & iurulentia; & lib. de cultu mulierum, quoſdam creaturas Dei ſibi interdicere, abſtinentes vino & animalibus. Hieronymus dicit* Paulum palmæ fructibus; & Hilarionem, paucis maſſæ caricis perpetuò victitaſſe. *Athanaſ. & Baſilius lib. de Virgini-* D *tate, Leguminibus, pane, & oleo, paucis nonnunquam adhibitis oluſculis, ieiunijs carnem ſpiritui ſeruire cogentes, vti duntaxat volunt.*

67. In omnem diem feſtum Ethnicorum] *Arguit eos, quod dies, vel dijs, vel imperatoribus paganorum ſacros cum illis celebrarent, vtique in eorum venerationem: imò nec à ſpectaculis illis abſtinerent, in quibus vel gladiatorio certamine occumbebant, vel ferarum dentibus laniabantur multi. In hoc verò, ſeſe audaciſſimos piarum paternarumq; traditionum contẽptores manifeſtabant, cùm omnes ſiue ſpectacula ſcenica, ſiue ludos Circenſes, aut theatrales, ſtudioſè fugiendos monuerint, vt omniũ vitiorum fomenta, malarumq; cupiditatum irritamenta, ac (vt cum Chryſoſtomo dicam) ciuitatum peſtes, malorum omnium fontes, peſtilentiæ cathedram, incontinentiæ gymnaſium, luxuriæ officinam, impudicitiæ orcheſtram, & fornacem Babylonicam.* [Ho. 8. de pœnit. Hom. 62. ad popu.] *Turpia enim ſpectandi conſuetudo* A *etiam imitandi licentiã ſumit, & vitia per oculorũ feneſtras in animos noſtros celerrimè conuolant, irritant, accendunt, & inflammant.* Nihil eſt nobis dictu, viſu, auditu (*ait Tertullianus*) cum inſania Circi, cum impudicitia theatri, cũ atrocitate arenæ, cum Xiſti vanitate. [Cap. 38. Apolog.] *Et ſolennia Cæſarum irridens paulò ſuperius.* Grande, *ait*, videlicet officium focos & choros in publicum educere, vicatim epulari, ciuitatem tabernę habitu abolefacere, vino lutum cogere, cateruatim curſitare, ad iniurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras. Siccine exprimitur publicum gaudium per publicum dedecus? Hæcine ſolennes dies principum decent, quæ alios dies non decent? & cætera. *Et eo paulò inferior Minutius Felix:* Nos (*inquit*) qui moribus & pudore cenſemur, meritò pompis veſtris & ſpectaculis abſtinemus: quorum & [In Octauio.] B de ſacris originem nouimus, & noxia blãdimenta damnamus. Nam in ludis curulibus, quis non horreat populi in ſe rixantis inſaniam? In gladiatorijs, homicidij diſciplinam? In ſcenicis, etiam non minor furor, turpitudo prolixior? Nunc enim mimus vel exponit adulteria, vel monſtrat: nunc eneruis hiſtrio, amorem dum fingit, infligit. Idem deos veſtros induendo, ſtupra, ſuſpiria, odio dedecorat, &cęt. *Effundit & eloquentiæ ſuæ flumen in theatris inſectandis Lactantius lib. 6. cap. 20. Deterret & quantum grauiter poteſt Cyprianus, Epiſt. ad Donatum. Epiphanius, Eccleſiam Catholicam ſpectacula, vt equeſtria certamina damnare, ſcribit. Et B. Augu-* C *ſtinus theatra vt caueas turpitudinum, & publicas flagitiorum profeſſiones auerſanda docet.* [Lib. 1. de conſenſu Euang. cap. 33.]

68. Quidam & carnis voluptatibus, &c.] *Inferius quoque cap. 8. 9. 20. & 23. ſcortationum, adulteriorũ, & variarũ libidinum Gnoſticos reos facit: quod adeò cunctis hæreticis commune fuit, vt ſcribat Hieron. in 9. cap. Oſeæ,* Difficilè hæreticum inueniri, qui diligat caſtitatẽ. *Manifeſta ſunt omnibus Nicolaitarum lenocinia.* Carpocratianos *ſcribit Clemens Alexa. 3. ſtro.* ad cœnas conuenientes viros ſimul & mulieres, lumine amoto, commiſceri quomodo, & cum quibus voluiſſent. *Paria de Florianis ante Auguſtinum, ſcriptis mandauerat Philaſtrius.* Apellem deſertorem continentiæ, & carne lapſum *vocat in præſcript. Tertullianus*: vt & Marcionem propter ſtuprum D virgini illatum, Eccleſia motum fuiſſe aſſerit. *Hermogeni exprobrat, quod aſſiduè nuberet, & totus adulter eſſet, prædicatione & carne. Montanum deſcribit apud Euſeb. libr. 5. cap. 18. Apollonius, quas mulieres vt prophetiſſas circumducebat, à viris proprijs, ad propriam libidinem abſtraxiſſe. Cyprianus Epiſt. 18. quoſdam ſuæ tempeſtatis vocat* ſtupratores virginum, & matrimoniorum corruptores, ac depopulatores. *Parum ab iſtorum auorum ſuorum lubricis veſtigijs deflexiſſe cernunt omnes huius ſæculi noſtri ſchiſmaticos, dum* continẽtiam omninò impoſſibilem eſſe, cunctis inculcãt; ſacramenti matrimonij vincula ſoluunt; & qui cœtibus eorum præſunt, omnes ferè deſerto continentiæ voto, inceſtas nuptias amplexantur.

69. Qua-



69 Quapropter ex omni modo] *Hîc rurſum & ex ipſis Gnoſticorum verbis & factis indicat Irenæus, quàm laſciui & impuri fuerint, qui omni tempore & loco de ſyzygiæ, id eſt, carnali cum fœminis copulatione ſibi meditandum profiterẽtur. Tertullianus Irenæo ſubſcribit his verbis*: [Lib. aduerſ. Valent. c. 30.] Nam & honorandorum coniugiorum ſupernorum gratia, dicitur apud illos meditandũ atq; celebrandum ſemper ſacramentum, comiti, id eſt, fœminæ adhærendo. Alioqui degenerem nec legitimum veritatis, qui diuerſatus in mundo non amauerit fęminam, nec ſe ei iũxerit. *Cæterùm, ex his poſt doctum Pamelium, obſeruo Tertull. Latinè ſcribentem, coniugium Sacramentum appellare, quod Epiphanius, Irenæus, & Paulus Apoſt. Græcè vocant μυςήριον.* [Epheſ. 5.] *Itaq; his veteribus Gnoſticis noui Hugnoſtici hac etiam in re deteriores ſunt, quòd Matrimonium legitimum inter Chriſtianos Sacramentum eſſe inficientur. Sed de hoc rurſum poſtea.*

70 Nymphonem] *Codices ex.* Symphonem: *vetus,* Nymphonem: *Græc.* νυμφῶνα, *thalamum nuptialem: ex hoc igitur reſtituimus.*

71 Quemadmodum aqua per tubum] *Has blaſphemias in Chriſti Domini incarnationẽ ex vtero B. Mariæ virginis, validiſſimè proſternit lib. 3. cap 18 31. & 32. Poſt eum verò Tertull. lib. de carne Chriſti acerrimè in illos pugnauit, & Vigilius martyr toto lib. 3. contra Eutychen, huic negotio incumbit.*

72 Cùm ſit igitur tale illorum arg. &c.] *Illorum ſententiam reijcit, primò, quòd neq; propheticis concionibus, neq; Chriſti doctrina, aut Apoſtolica traditione nitereтur. Iiſdem telis Florini hæreſim ſic conficit lib. de Monarchia apud Euſeb. li. 5. hiſt. c. 19.* Iſta dogmata, Florine, ſanę doctrinę & ſententię non ſunt. Iſta dogmata ſunt Eccleſię repugnãtia, vtpotè, quæ eos qui illis obſequuntur, in maximã impietatẽ deijciant. Iſta dogmata, ne hæretici quidẽ, qui erant ab Eccleſia exturbati, vnquã affirmare audebant. Iſta dogmata Presbyteri qui ante nos fuerunt, quiq; erant ipſorum Apoſtolorum diſcipuli, minimè tibi tradiderũt. *Vides quàm graue Irenæo viſum fuerit à traditione ſumptum argumentum: ſed de hoc in ſequentibus commodior erit dicendi locus.* [Lib. 3.] *Secundò verò, quòd ſuas Hypotheſes ex ἀγγράφοις, id eſt, nõ ſcriptis, ſcilicet legitimis, ſed ſuppoſititijs, nothis, & à ſeipſis confictis ſtabilirẽt, quibus ſimplices ineſcatos in retia ſua pertraherent, quod apertius infra cap. 17. indicat.* Super hæc aũt (*ait*) inenarrabilem multitudinem apocryphorum, & perperam ſcripturarum, quas ipſi finxerunt, adferunt, ad ſtuporem inſenſatorum, &c. *Et cap 35.* Euangelium nomine Iudæ proditoris proponunt, &c. *Addam et Epiphan. qui Marcionem, librum ex Euangeliorũ, & Apoſtoli mutilatis & deprauatis ſententijs concinnatum, quem Apoſtolicum nominabat; Sethianos, libros ſeptem nomine Seth; librum vnum nomine Abrahæ; alioſq; nomine Moſis; Encratitas, ſcripturas quæ dicebãtur Andreæ, Ioannis, et Thomæ; Archonticos quoq;, ſibi ipſis libros confictos, quos Symphoniæ magnæ, & paruæ, nomenclatura ornabant, conſcripſiſſe & circumtuliſſe in ſingulos ſcribens, teſtatur. De pſalmis à Valentino magna* A *impudentia confictis, conqueritur Tertullian. lib. de carne Chriſti. Auguſtinus quoque libr. de natura boni, contra Manichæos, cap. 44. indicat ſcripturam quandam blaſphemijs refertam, cui* Theſauri *nomen dabant, eoſdem legiſſe, audiuiſſe, credidiſſe: ſicut & epiſtolam Manichæi, quam* Fundamentum *nominabant, libro, quo prolixè eam confutat. Idem etiam lib. 14. de ciuit. cap. 23. Multa ſub nominibus Prophetarum, & Apoſtolorum, ab hæreticis prolata fuiſſe, quæ ſub nomine apocryphorum, authoritate canonica, diligenti examine remota fuerint, teſtis eſt. Hoc quoque ſtratagema, nec ſæculi noſtri hæreticis defuit, qui quendam Bertramum contra Euchariſtiam; Carolum magnum, contra imagines; & Huldricum, ſiue Vldaricum, Auguſtanum, aduerſus cœlibatum, confinxerunt, aut deprauarunt.*

73 De arena reſticulas nectere] *Græca prouerbij verba ſunt,* Ἐξ ἄμμȢ σχονία πλέκειν, *in quibus mira apparet in explicanda Valentinianorum ſtoliditate proprietas, qui ſcripturarum vndique collecta ramenta, nullo pacto inter ſe cohæren-* B *tia, ad ſui erroris confirmationem nectere conarentur. Alio poſtea idem ſignificante vſus eſt Syneſius, epiſtola aduerſus Andronicum, qui ciuilem virtutem cum Sacerdotio, quod eſt* κλώθειν τὰ ἀτύγκλωςα, *id eſt, ea nere, quæ neri nequeunt, eleganter epiſtola quinquageſima ſeptima eſſe dicit Syneſius, coniungebat.*

74 Quomodo ſi quis regis imaginem, &c.] *Hac homœoſi, omnium hæreticorum artem veteratoriam lepidè explicat, qua putres fabulas ſuas eloquijs diuinis operiunt, ac ſi quis ſimiam fœdum ac turpe animal purpura ornaret, aſinum exuuijs leonis indueret,* & plumbeos enſes (*ait Nazianzenus ad Nicobulum*) argenteis vaginis conderet & occultaret, *aut (ſi ex ſacris maius) lupos rapaces veſtimentis ouium; & Satanam in Angelum lucis transformaret. Valentinianos iſtos, ſcortis publicis ſimiles aſſerit, ſtringẽs in illos calamum Tertullia. quæ vt illito quotidie ſibi fuco laſciuos irretiunt; ſic & illi figmentis, quæ in dies comminiſcebantur, incautos ineſcabant:* C *pharmacopolas etiam referre, ſcribit Vincentius Lirinenſis, qui noxia gramina ſalubribus titulis coronant.*

75 Confirmet] *Ita vet. cod. Græcè* διοςίζοιτο: *expunximus itaque,* conformet.

76 Saluator] *Deleuimus,* Saluatore.

77 Et Aporiam, id eſt conſternationem, &c.] Deſperationem *poſt Cornarium, vertit Nicolaus Gallaſius, vt ſuis, opinor, antiſtibus & ſymmyſtis patrocinetur, quos non puduit ex iſtis impijs Valentinianorum fabulis, Chriſtum ſpem noſtram & ſalutem, dum ſanguinis guttas ſudore emitteret, & in cruce penderet*, ingenti onere iræ diuinæ obrutum, flammis inferni addictum (*coactus, & non niſi exhorreſcens, verbis eorum vtor, ne impoſtorem vociferentur.*) profundo inferni gurgite ſepultum, demerſum, pereuntemque, & deſperantem *facere. Imò eò nequiores Valentinianis ſunt, quod illi verborum idem ſignificantium ambi-* D *guitate rem obſcurant, dum Achamoth, Sophiam, & Chriſtum pro eodem vſurpant: iſti autem nihil circuitione vſi, etiam de conficta inſigni in Chriſtum contumelia gloriantur.*

*Verùm quî deſperaſſet, qui pro alijs, eorum facinore excuſato, tanta charitate orabat? Quî deſperaſſe putandus eſt, qui regni conſortium furi pollicebatur, ſpiritum commendabat in manus Patris, quem verbis nequaquam ambiguis obnixè precabatur? Spem abijcientes, aut manus ſibi violẽtas adferunt, aut diuinam maieſtatem cõtumelijs afficiunt, conuitijſq; & blaſphemijs proſcindunt, nec certè vnquam pias has voces,* Deus meus, Deus meus, *vſurpant. Ego plura, niſi properarem, aduerſus iſta blaſphemiarum portenta attuliſſem: ſed nunc primos earum authores, tanquam fontes digito indicaſſe ſuffecerit. Primùm, vt ingratus hæreſiarcharum animus, vel eorum ſaltem pateat diſcipulis, qui per quos profecerint, & à quibus hauſerint (ijſdem enim Scripturis nituntur) candidè non agnoſcant. Deinde, vt noſtros ad ſanctorum Patrum aſſiduam lectionem adhorter, ex qua nihil ferè recentiores hæreticos (ne tantopere gloriẽtur)*

E *aduerſum*

Hęc pertractauimus in dialogis noſtris.

aduerſum nos euomere, quod ex priorum graueolentis auerni lacubus, autore diſsimulato, hauſtum non ſit, facilè deprehendēt. Rurſus de hoc infra lib. 2 c. 28.

78. Initia] Deleuimus initio, authoritate vet Cod cui cō ſentit Epiphanius his verbis, horum quos volebat ſaluare Saluator, primitias aſſumpſit.

79. Inuenit eam quoniam, &c.] Expunximus duas voces in, & hoc, authoritate veteris Codicis, cui conformis eſt lectio Græca, εὑρίσκει αὐτὴν διὸ καὶ ταύτῃ, &c.

80 Ad hoc autem] Deleuimus adhuc, quoniam Græcè eſt, ὑπὸ δὲ τούτου. Deinde omnem, pro communem, tam ex cod. vet. quàm Græco repoſuimus.

81. Doctrinam facit] Vetus Codex, facti: ſed illud maluimus, quoniam Græcè eſt, τὴν διδασκαλίαν ποιεῖται.

82. Etenim principium] Deleuimus, in principio. autho. vet. Cod. & lect. Græc.

83. Et veritatem] Ita vetus cod. Græcè quoq; καὶ ἀλήθειαν: expunximus autem verbum.

84. Deinde] Expunximus de re, authoritate vet. Cod. Græcè quoq; legitur ἔπειτα.

A 85. Hi transuertētes, &c.] Obſerua iſtos impietati Neſtorij, et Gnaphæi, quos Epheſina & Conſtantino. ſynodi damnarunt, non tantū ſemina dediſſe, verùm & eam ſuperaſſe, cùm in quatuor illi, iſti autem tantùm in duas perſonas vnicum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum diſtraxerint. Vt verò illos validiſsimis argumentis in ſequentibus proſternit: ſic poſteriores apertiſsimè conuicerunt Cyrillus Alexand. Gelaſius; Vigilius martyr, libris 5. contra Eutychen; & Theodorus Antiochenus Iſagoge in Anaſtaſium. Cæterùm, in Neſtoriano cœno volutari Lutherum, Zuingliū, & quotquot B. Virginem Deigenitricē vocari non ſuſtinent, euincit dilucidè grauiſsimus ſcriptor Lindanus libr. 1. de trāquillitate animi, & Dialogo 2. dubitantij, quòd hîc indicare placuit, vt vel hinc contra eorum venena pharmacum petas.

B 86. Pro hominibus] Deleuimus, omnibus, & mox repoſuimus, Neque de Ogdoade, expungendo atque, authoritate vet. Cod. & Græcæ lectionis.

EXPOSITIO PRAEDICATIONIS VERITATIS, quam ab Apoſtolis Eccleſia perceptam cuſtodit. CAP. II.

ETENIM Eccleſia, tametſi per vniuerſum orbem vſque ad extremos terræ fines diſperſa, fidem eam ab Apoſtolis eorumque diſcipulis acceptam, quæ eſt in vnum Deum Patrem omnipotētem, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & in vnū Ieſum Chriſtum filiū Dei noſtrę ſalutis cauſa incarnatū, & in Spiritum ſanctum, qui per prophetas Dei diſpēſationes & aduētus prædicauit, & ortū ex Virgine, & paſsionē & reſurrectionē à mortuis, & cū carne in cęlos aſcenſū dilecti Domini noſtri Ieſu Chriſti, & è cælo in gloria Patris aduentum ipſius ad inſtauranda omnia, & à morte ad vitam reuocandā omnē mortalium omnium carnem, vt Chriſto Ieſu Domino noſtro* & Deo & Saluatori & regi de benigna Patris inuiſibilis volūtate omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & inferorum, & omnis lingua ei confiteatur, atque ipſe iuſtam de omnibus ſententiam ferat, ſpiritualia videlicet nequitiæ, & angelos tranſgreſſores, quique perfidè defecerant, impioſque item homines & iniuſtos, & flagitioſos, & blaſphemos in ignem æternum mittens, iuſtis contrà & pietate præditis, quique ipſius præcepta ſeruauerunt, atque in ipſius charitate, partim iam inde ab initio, partim ex pœnitentia, perſtiterunt, vitam donet, atque incorruptibilitatem largiatur, gloriamque ſempiternam afferat.

Ἡ μὲν γὰρ ἐκκλησία, καίπερ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη, παρὰ δὲ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἐκείνων μαθητῶν παραλαβοῦσα τὴν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα τὸν πεποιηκότα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ *τὰς θαλάσσας, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, πίστιν· καὶ εἰς ἕνα Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν σαρκωθέντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας· καὶ εἰς πνεῦμα ἅγιον τὸ διὰ τῶν προφητῶν κεκηρυχὸς τὰς οἰκονομίας, *καὶ τὰς ἐλεύσεις, καὶ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν, καὶ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἔγερσιν ἐκ νεκρῶν, καὶ τὴν ἔνσαρκον εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ ἠγαπημένου C Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς παρουσίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα, καὶ ἀναστῆσαι πᾶσαν σάρκα πάσης ἀνθρωπότητος, ἵνα Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, καὶ θεῷ καὶ σωτῆρι καὶ βασιλεῖ κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ πατρὸς τοῦ ἀοράτου, πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται αὐτῷ, καὶ κρίσιν δικαίαν ἐν τοῖς πᾶσι ποιήσηται, τὰ μὲν πνευματικὰ τῆς πονηρίας, καὶ ἀγγέλους τοὺς παραβεβηκότας, καὶ ἐν ἀποστασίᾳ γεγονότας, καὶ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἀδίκους, καὶ ἀνόμους, καὶ βλασφήμους τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψῃ, τοῖς δὲ δικαίοις καὶ ὁσίοις, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τετηρηκόσι, καὶ ἐν τῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ διαμεμενηκόσι, *τοῖς ἀπ' ἀρχῆς, τοῖς δὲ ἐκ μετανοίας ζωὴν χαρισάμενος, ἀφθαρσίαν δωρήσηται, D καὶ δόξαν αἰωνίαν περιποιήσῃ.

*τὴν θάλασσαν

*θεοῦ, καὶ τὰς

*τοῖς μὲν ἀπ'

SCHOLIA D. BILLII IN Cap. II.

ET mare] Sic enim legendum in ſingulari. Eſt quippe Dauidis verſus. Diſpenſationes] addo θεοῦ ex vet.

Partim iam inde ab initio] id eſt, qui de pietatis ac iuſtitiæ curriculo nunquam deflexerunt. Quibus eos ſubijcit, qui cùm prius vitiorum lenocinijs, ac voluptatum illecebris ſeſe dediſſent, poſteà ad meliorem frugem ſe receperunt. hîc autem poſt τοῖς addo μὲν ex vet.

ANNOTATIONES R. P. FR. FEVARDENTII IN CAP. II.

1. Eccleſia enim] Hîc duas veræ Eccleſiæ certiſsimas notas obſeruo: primam, quòd ſit Catholica, id eſt, per totum orbem diffuſa: ſecundā, quòd Vna, in ſummis fidei ac doctrinæ capitibus: quæ nullis vnquā hæreticorum ſectis acciderunt. Deinde, Symbolū fidei, quod paulò ſupra nominabat Regulam veritatis per Baptiſmum acceptam; iterumq; initio ſequentis 19. capitis; quamq; denominationem ab eo mutuati ſunt Tertull. lib. præſcript. De velandis virg. & contra Hermog. Auguſtin. lib. 1. de Symbolo, & Chryſoſt Hom. 1. in Symbolum, ab ipſi Apoſtolis & Diſcipulis Chriſti editum, ac vniuerſis terræ finibus traditū eſſe. Audacter autē hi omnes illud opponūt hæreticorū placitis, eaq; ad huius amuſsim examinari volūt, quòd nullatenus dubitēt Apoſtolos cōpoſuiſſe, prædicaſſe, & vniuerſis per orbē Eccleſiis tradidiſſe Vt verò ab omnib. explodatur, & exſibiletur illorū impietas, q. huius authores Apoſtolos eſſe pernegant, aliorū Patrū teſtimonia priorib. adijciā. Clemēs Romanus auritus et oculatus teſtis epiſt 1. ad Iacobum, ait: Chriſto reſurgente, & aſcendente



A 87 Ab Euryſtheo] Suidas ſcribit hunc fuiſſe Steneli Mycenarum regis filium, qui Iunonis inſtinctu imperabat Herculi, vt varia monſtra ſuperaret, adeoq; in ipſum Cerberum inferorum ianitorem inuaderet, quò poſſet perire. Vnde durus Euryſtheus vocatur à Virgil. lib. 1. Georg. quòd nullis Herculis laboribus potuerit mitigari.

88 Hæc vbi dicta dedit] Hoc centone Homerico, in quo interpres ſpreta cum quantitate lege carminis, ſyllabarum tantū numerum ſeruauit, palam facit, quàm ineptè & impudēter ſyluas ſcripturarum cædant & comportent hæretici, ad ſuas opiniones adſtruendas. Porrò pari centone Medæā tragœdiam ex verſibus Virgilij, Oſidium Getam; et ex eodem quoq; poëta, vicinum quendam ſuum Cebetis tabulam expreſsiſſe, author eſt Tertu. li. de B præſcript. Hieron. ad Paulinum, ſe Virgiliocentonas, Homerocentonasq; legiſſe affirmat, ſed authores non indicat. Probæ Falconiæ illuſtris fœminæ, quæ ſub Honorio & Theodoſio iuniore vixiſſe putatur, nomine feruntur Centones ex Maronis verſibus, quibus, vtriuſq; teſtamenti varios locos deſcribit. Legi etiam ex Homeri carminibus, mirabili induſtria conſarcinatas plurimas ſacrorum Bibliorum hiſtorias, Eudociæ Theodoſij iunioris vxoris nomine, conſcriptas; etſi Zonaras Patricio cuidam opus tribuat. Cæterùm, iret ad ipſam, reſtituimus, pro, irent, at ipſe.

89 Et in ſubſtantiuum] Hac dictione non ſemel vtitur, vt ex capite 10. libri huius liquet: ſed diuerſa ſignificatione. Hîc quum Græcè ſit, ἀνυπόστατον, nihil aliud ſignificare puto, quàm adeò imbecillum & inualidum eſſe Gnoſticorum argumentum, vt ſtare nequeat.

Vt quis Mimum ipſorum] Mimus eſt qui dicta & facta aliorum verbis ac geſticulationibus exprimere conatur. Inde Pantomimi, omnium perſonarum imitatores: & Archimimi, pro hiſtrionum principibus. Deniq; Mimus pro ridiculo facto, & quaſi fabula riſu digna, tranſlatè ponitur.

Patres huius fabulæ] Veteris codicis noſtri, & Græcæ lectionis authoritate, patres repoſuimus, partes autem deleuimus.

# EXPOSITIO PRÆDICATIONIS Veritatis, quam ab Apoſtolis Eccleſia *percipiens cuſtodit.

*prædicans.

## CAPVT II.

ECcleſia enim per vniuerſum orbem vſque ad fines terræ ſeminata, & ab Apoſtolis & à diſcipulis eorum accepit eam fidem,[2] quæ eſt in vnum Deum Patrem omnipotentem, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt; & in vnum Ieſum Chriſtum Filium Dei, incarnatum pro noſtra ſa- C lute; & in Spiritum ſanctum, qui per Prophetas prædicauit diſpoſitiones Dei, & aduentum, & eam quæ eſt ex Virgine generationem, & paſsionem, & reſurrectionem à mortuis, & in carne in cælos aſcenſionem dilecti Ieſu Chriſti Domini noſtri, & de cælis in gloria Patris aduentum eius, ad recapitulanda vniuerſa, & reſuſcitandam omnem carnem humani generis, vt Chriſto Ieſu Domino noſtro, & Deo, & Saluatori, & Regi, ſecundum placitum Patris inuiſibilis omne genu curuetur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur ei, & iudicium iuſtum in omnibus faciat. Spiritalia quidem nequitiæ, & angelos tranſgreſſos, atque apoſtatas factos, & impios, & iniuſtos, & iniquos, & blaſphemos homines in æternum ignem mittat. Iuſtis autem & æquis, &[3] præcepta eius ſeruantibus, & in dilectione eius perſeuerantibus[4] quibuſdam quidem ab initio, quibuſdam autem ex pœnitentia, vitam donans, incorruptelam loco muneris conferat, & claritatem æternam circundet.

Pſal. 145. 6. Actor. 14. 15. Apoc. 14. 7.

Ephe. 1. 10.

Philip. 2. 10.

dente in cælum, miſſo Sancto Spiritu, collata Apoſtolis ſcientia linguarum, adhuc D in vno poſiti, Symbolum, quod nunc fidelis tenet Eccleſia, vnuſquiſque quod ſenſit dicēdo, condiderunt: vt diſcedentes ab inuicem, hanc regulam per omnes gentes prædicarent. Adultos quoq; diſertis verbis illud idem recitaſſe cùm ſacro Lauacro tingerētur, præſcripto proculdubio Apoſtolorum, idem ipſe ſcribit libro ſeptimo de conſtitut. Apoſtolor. capite 41. Subſcribunt ei Ruffinus expo ſymboli; Hieronymus epiſtol. ad Pammachium; Ambroſius epiſtol. 81 & ſerm. 38. Auguſtinus ſerm. 115. & 181. de tempore; Leo magnus ſerm. & epiſtola 13. Iſidorus libro ſecundo de Eccleſ. officijs capite 23. & Petrus Chryſologus paſsim. Quin & Apoſtolos eoſdem illud ipſum decantaſſe dum ſacroſancta Euchariſtiæ myſteria celebrarent, facilè mihi perſuaſerim, & maximè cùm poſt verba B. Dionyſij Areopag. capit 3. Eccleſ. Hiera. & B. Iacobi Ieroſ. Epiſcopi ſententiam mecum conſidero huiuſmodi: Diaconus d. Sapienter attendamus. Sacerdos. Credo in vnum Deum, Patrē omnipotentem, Factorem cæli & terræ. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei, & cæt. Hæc ibi. Quis non videt primam hanc traditionem ad Apoſtolos, & non vel ad Concilium Toletanum tertium, vel Conſtantinop. referendam eſſe?

Nec ingratum curioſis lectoribus fore exiſtimo, ſi etiam ex hæreſiarcha Luthero, hæreticos huius Apoſtolici Symboli aduerſarios retudero. Frequenter ille in ſuis Colloquijs, (quæ collegit & publicauit 1571. commenſalis eius Petrus Rebenſtock) ad ſuos aiebat: Symboli verba ab Apoſtolis conſtituta eſſe credo, qui in congregatione ſua hoc Symbolum verbis tam breuiſsimis & conſolatorijs confecerunt. Eſt opus Spiritus ſancti rem tanta breuitate, tam efficaciſsimis & emphaticis verbis deſcribere Extra Spiritum ſanctum & Apoſtolos non potuiſſet ita componi, etiam ſi millia ſæcula illud componere conarentur. &c.

Tomo 2. pag. 106.

2 Quæ eſt in vnum Deum] Valentinus Gentilis, alijque noui

*noui ex Polonia & Tranſyluania Trinitarij & Arriani, hinc perfidiæ ſuæ aduerſus coæternam & conſubſtantialem Patri Deitatem* CHRISTI *præſidia ſumere conantur; quaſi mens Irenæi fuiſſet, ſolum Patrem* DEVM *& Creatorem mundi prædicare; non autem Filium ac Spiritum ſanctum. Quàm verò nequiter ac flagitioſè iſtud colligant, vel inde patet, quod è contrariò hîc confirmet, vnam fidem habendam eſſe in vnum* DEVM *Patrem, Filium, ac Spiritum ſanctum, tanquam videlicet in Deum trinum & vnum: infra perſæpè Filium appellet Deum ac Dominum: eidemq́ ac Spiritui ſancto cunctarum rerum creationem & gubernationem æquè atque Patri tribuat. Hîc ergo Beatus martyr formam ſeruans Symboli Apoſtolici, vocem* DEI *in ſingulis perſonis ſibi repetendam, in tanta præſertim breuitate, minus neceſſarium exiſtimauit, contentus vnum eſſe* DEVM *creatorem nimirum Patrem, & Filium, & Spiritum profiteri. Sic enim & Iu-* A *ſtinus martyr ait:* Vnus verè eſt Deus omnium, qui in Patre, Filio, Spirituq́; ſancto cognoſcitur. *Lib. de fid.*

3. Præcepta eius ſeruantibus, &cæt.] *Hæc dicta ſunt in tetrum errorem Simonis Magi & Valentini, qui bona opera reÿciebant. Proinde vides, quo pacto iuſtitiam veram coram Deo non ſola fide, ſed & ſpe, & charitate, & operibus bonis conſiſtere docuerunt huius ſæculi Patres, quod vel ex vnius Irenæi colligere peramplius poteris libro ſecundo, capite quinquageſimo primo; & libro tertio, capite vigeſimo; libro quarto, capite vigeſimo ſeptimo, trigeſimo ſecundo, trigeſimo quarto, & quadrageſimo nono. Quod annotare libuit, vt omnibus innoteſceret impudens mendacium eorũ,*

*DE ECCLESIAE CHRISTIANAE VNANIMI CONſenſu, in his quæ ad fidem & traditiones pertinent. CAP. III.*

ACceptam inquam hanc prædicationẽ ac fidem, vti ante diximus, Eccleſia, tametſi B per totum terrarum orbem ſparſa, ſummo ſtudio & cura, perinde atq; vnam domum incolens, conſeruat, ac velut animã vnam atque vnum idemq́ue cor habens, his æquè fidem accommodat, & miro conſenſu, quaſi vno ore prædita, hæc prędicat, docet, ac tradit. Quanquam enim diſpares inter ſe mũdi linguæ ſunt, vna tamẽ & eadem eſt traditionis vis. Ac neq; hę, quæ in Germanijs ſitæ ſunt, Eccleſiæ aliter credunt, aut aliter tradunt, nec quæ in Hiſpanijs, aut Gallijs, aut in Oriente, aut in AEgypto, aut in Africa, aut in mediterraneis orbis regionibus ſedem habent. Verũ vt Sol hic à Deo conditus in vniuerſo mundo vnus atq; idem eſt: ita etiam veritatis prædicatio paſsim lucet, omneſq́ue homines, qui ad veritatis agnitionem venire C cupiunt, illuſtrat. Nec verò aut is ex Eccleſiæ antiſtitibus, qui dicendi facultate pollet, ab his diuerſa dicturus eſt (nemo enim ſupra magiſtrum aſſurgit:) aut is rurſus, qui parum dicendo valet, traditioni detrimentũ afferet. Nam cùm vna atq; eadẽ fides ſit, nec qui de ea vberrimã orationem habere poteſt, exuberat: nec qui pauca habet quæ dicat, eam imminuit.

Τοῦτο τὸ κήρυγμα παρειληφυῖα, καὶ ταύτην τὴν πίστιν, ὡς προέφαμεν, ἡ ἐκκλησία, καίπερ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ διεσπαρμένη ἐπιμελῶς φυλάσσει, ὡς ἕνα οἶκον οἰκοῦσα· καὶ ὁμοίως πιστεύει τούτοις, ὡς μίαν ψυχὴν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσα καρδίαν καὶ συμφώνως ταῦτα κηρύσσει καὶ διδάσκει καὶ παραδίδωσιν, ὡς ἓν στόμα κεκτημένη. καὶ γὰρ αἱ κατὰ τὸν κόσμον διάλεκτοι ἀνόμοιαι, ἀλλ' ἡ δύναμις τῆς παραδόσεως μία καὶ ἡ αὐτή. καὶ οὔτε αἱ ἐν Γερμανίαις ἱδρυμέναι ἐκκλησίαι ἄλλως πεπιστεύκασιν, ἢ ἄλλως παραδιδόασιν, οὔτε ἐν ταῖς Ἰβηρίαις, οὔτε ἐν Κελτοῖς, οὔτε κατὰ τὰς ἀνατολάς, οὔτε ἐν Αἰγύπτῳ, οὔτε ἐν Λιβύῃ, οὔτε αἱ κατὰ μέσα τοῦ κόσμου ἱδρυμέναι, ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος τὸ κτίσμα τοῦ θεοῦ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ εἷς καὶ ὁ αὐτός, οὕτω καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας πανταχῆ φαίνει, καὶ φωτίζει πάντας ἀνθρώπους τοὺς βουλομένους εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. καὶ οὔτε ὁ πάνυ δυνατὸς ἐν λόγῳ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις προεστώτων, ἕτερα τούτων ἐρεῖ. οὐδεὶς γὰρ ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, οὔτε ὁ ἀσθενὴς ἐν τῷ λόγῳ ἐλαττώσει τὴν παράδοσιν. μιᾶς γὰρ καὶ τῆς αὐτῆς πίστεως οὔσης, οὔτε ὁ πολὺ περὶ αὐτῆς δυνάμενος εἰπεῖν, ἐπλεόνασεν, οὔτε ὁ τὸ ὀλίγον, ἠλαττόνησε.

## SCHOLIA D. BILLII IN Cap. III.

ACceptam inquam] *Hoc caput cum præcedenti connecto. Necdum enim abſoluta eſt periodus.*

Exuberat] *Alludit ad illud, quod de Manna ſcriptum eſt, Nec qui plus habuit, abundauit; nec qui minus, minorauit.*

## NOTAE EX ADVERSARIIS Frontonis Ducæi in Cap. III.

SIC & lumen prædicatio] *Abũdat in Lat. vox* lumen, *cùm abſit à Græco Porrò locus ille de Manna eſt 2. Corint. 8. ver. 15.* Qui multum nõ abundauit, & qui modicum non minorauit, *ſed apertius redditur Exod. 16. v. 18.* Nec qui plus collegerat, habuit amplius; nec qui minus parauerat, reperit minus. *Ad hoc exemplum fortaſſe hic quoq́ verba Irenæi Latinè reddenda fuerũt: nam verba Græca LXX. planè eadem ſunt, quæ apud Epiphanium.*

## ANNOTATIONES R. P. FR. FEVARDENTII IN CAP. III.

1. Hanc prædicationem, & cæt.] *Eccleſiarum omnium conſenſum vt inexpugnabilem aheneumq́ue murum meritò hæreticis omnibus opponit, quia ſi vſquam Chriſti promiſſio de iugi Spiritus præſentia, ſi infernalium portarum profligatio, ſi Apoſtolicorum laborum fructus, ſi denique, quam tantis votis efflagitabat Dominus noſter in poſtremo conuiuio, vnio, conſenſio, & pax vſquam apparet: omnium maximè erit, quum qui tam variorum idiomatum diuerſitate, tantorum ſæculorum lapſu, tanta terrarum, regnorum, prouinciarum, climatum diremptione; tantis vorticibus, fluminibus, & æquoreis fluctibus ſeparati patres, vt alium orbem incolere videantur; eadem de eiſdem ſentiunt,* D *credunt, ſcribunt, docent: idq́ue tanta animi conſtantia, vt potius ignes, beſtias, cruces, gladios, ac mille mortes ſuſtineant, quàm vt vel latum vnguem ab eis auellantur. Hæc proculdubio eſt vnitas Spiritus tantorum populorum vnici pædotribæ & doctoris, in vinculo pacis, pro qua, vt ſarta tecta ab omni incõmodo, & ſchiſmatica diſſenſione conſeruetur, omnia potius ſubeunda tormenta, arbitratur præclarus ille Dionyſius Alexandrinus epiſtola ad* Nouatum; *nec minus, ſed multo plus commendationis habere martyriũ ea de re ſuſceptum docet, q̃ illud quod ſuſcipitur, ne idolis omnino immoletur. Hegeſippum dum Romã pergeret, refert Euſebius libro quarto hiſto. capite vigeſimo primo, & multis cum Epiſcopis Aſiæ & Europæ ſermonem conferret, vnam eandemq́ inueniſſe doctrinæ formam & inſtitutionem, virginem adhuc Eccleſiam exclamaſſe.*



A *qui centurias conſarcinauerunt, quos ſcribere non puduit, hunc martyrem & reliquos eius ſæculi Patres, ſalutem & iuſtitiam coram Deo, ſoli fidei ſine operibus acceptam tribui debere, docuiſſe.*

4 Quibuſdam quidem ab initio] *Vel paruulos intelligit, qui recens baptizati; nullo proprio interueniente delicto morientes, rectà cælum petunt, æterna claritate circundati: vel martyres, qui horrendis tormentis pro Chriſto excarnificati, glorioſiſsimo functi certamine, mox Chriſto capiti ſuo ſuprema beatitate iunguntur. Ex his autem duo obſeruanda arbitror: primum beat. hunc martyrem leuius æquo, à quibuſdam annumerari inter illos, qui ſanctorum animas ante extremum diem iudicij, aperta Dei viſione interdicunt, propter obſcuriora quædam eius verba in calce libri quinti,* B *quæ facilè alio ſenſu intelligi poſſunt: cùm hic apertè dicat, quoſdam ſine pœnitentia, ab initioq́ donari vita & claritate æterna. Secundum, martyrij priuilegio, ante acta vitæ admiſſa peccata adeo emundari & deleri, vt ſine laborioſiore ſatisfactione hîc vel alibi, mox itur in cælum, quod alijs poſt Baptiſmum peccantibus neutiquam conceditur. Illuſtrabitur autem hic locus adiectis Tertulliani, & B. Cypriani verbis, quæ non obſcurè fauent doctrinæ Catholicæ de purgatorio. Ille libro de reſurrectio. carnis ſic habet:* Nemo peregrinatus à corpore, ſtatim immoratur penes Dominum, niſi ex martyrij prærogatiua, ſcilicet paradiſo non inferis diuerſurus. *Iſte epiſtola 58. ad Antonianum:* Aliud eſt ad gloriam peruenire: aliud miſſum in carcerem non exire inde, donec ſoluat nouiſſimum quadrantem. Aliud ſtatim fidei & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum, emundari, & purgari diu igne. Aliud peccata omnia paſſione purgaſſe.

# *OSTENSIO NEQVE PLVS, NEQVE minus de ea quæ eſt fide poſſe quoſdam dicere.*

## CAPVT III.

HAnc[1] prædicationem cùm acceperit, & hanc fidem, quemadmodum prædiximus, Eccleſia, & quidem[2] in vniuerſum mundum diſſeminata, diligenter cuſtodit, quaſi vnam domum inhabitans, & ſimiliter credit ijs, videlicet quaſi vnam animam habens & vnum cor, & conſonanter hæc prædicat & *Actor. 4. 32.* C docet & tradit, quaſi vnum poſſidens os. Nam etſi in mundo loquelæ diſſimiles ſunt, ſed tamen virtus traditionis vna & eadem eſt.[3] Et neque hæ quæ in Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt:[4] neque hæ quæ in Hiberis ſunt,[5] neque hæ quæ in Celtis,[6] neque hæ quæ in Oriente,[7] neque hæ quæ in AEgypto, neque hę quę in Libya,[8] neque hæ quæ in medio mundi ſunt conſtitutæ:[9] ſed ſicut ſol[10] creatura] Dei in vniuerſo mundo vnus & idem eſt,[11] ſic & lumen, prædicatio veritatis, vbique lucet, & illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitionem veritatis venire. Et neque qui valdè præualet in ſermone, ex ijs qui præſunt Eccleſijs, alia quàm hæc ſunt, dicet. *2. Cor. 8. 15.* Nemo enim ſuper magiſtrum eſt: neque infirmus in dicendo deminorabit traditionẽ. *Exod. 16. 18.* Cùm enim vna & eadem fides ſit, neque is qui multum de ea poteſt dicere[12] ampliat,] neque is qui minus, deminorat.

*exclamaſſe. Iſta etiam conſenſione populorum & gentium, in gremio Eccleſiæ ſe iuſtiſsimè detentũ profitetur Auguſtinus libro contra epiſt. Manichæi, capite quarto. Eos verò qui tot tantasq́ per vniuer-* D *ſum orbem Eccleſias erraſſe putant, vel vnius Tertulliani grauiſsimi & antiquiſsimi ſcriptoris verbis attendere optarem.* *Lib. Præſcr.* Age (*inquit*) nunc omnes errauerint: deceptus ſit Apoſtolus de teſtimonio reddendo quibuſdam. Nullã reſpexerit Spiritus ſanctus, vti eam in veritate deduceret, ad hoc miſſus à Chriſto; ad hoc poſtulatus de Patre, vt eſſet doctor veritatis; neglexerit officiũ Dei villicus, & cætera. Aliquos Marcionitas & Valentinianos liberanda veritas expectabat; interea perperam euangelizabatur, perperã credebatur, tot millia millium perperam tincta, tot opera fidei perperam miniſtrata, tot virtutes, tot chariſmata perperam operata, tot ſacerdotia, tot miniſteria perperam functa, tot deniq; martyria perperam & in vacuum. *Miratur Vincentius Lirinẽſis poſt hæc adhuc quoſdam ſupereſſe, tanta inueteratæ frontis duritia, tanta impudentiæ incude, tam* *Lib. contra Propha. nouat.* *adamantinæ pertinaciæ: qui tantis eloquiorum cæleſtium molibus non ſuccũbant, tantis ponderibus non fatiſcant, tantis malleis non conquaſſentur, tantis poſtremò fulminibus non conterantur.*

2 In vniuerſum mundum diſſeminata] *Obſerua quã longè lateq́ iam extenderetur Eccleſia, aduerſus illos, qui inſtar cuiuſdam ideæ Platonicæ, eam inaſpectabilem faciunt; vel quibus voluerint angulis terrarum, vt repagulis coërcitam contendunt.* Ex quo cępit congregatio Chriſtianorum, (*ante Irenæum ſcripſit Hegeſippus*) in omne hominum penetrauit genus, nec vlla natio Romani orbis remanſit, quæ cultus eius expers relinqueretur. *Lib. 2. de exci. ca. 12.* *Dilucidius paulò poſt lib. contra Iudæos, Tertu. regni Chriſti multò ampliora pomeria eſſe cõuincit, quàm vnquam* Salomonis, Darij, Pharaonis, Alexandri, aut Cæſaris; quippe ſuis limitibus concluſa: Chriſtum autem credebant & audiebant Parthi, Medi, Elamitę, Meſopotamij, Armeni, Phryges, Cappadoces, & incolentes Pontum, Aſiam, & Pamphiliam, immorantes AEgyptum, & regionem Aphricæ, quæ eſt trans Cyrenem, Romani, Hieroſolymitæ, Getulorum varietates, Maurorum fines, Hiſpaniarũ omnes termini, Galliarum diuerſæ nationes, & Britannorum inacceſſa Romanis loca, & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum, & cæt. in quibus omnibus locis Chriſti nomen & regnum



porri-

porrigitur, vbique creditur, ab omnibus colitur, vbiq; regnat, vbique adoratur. *Hactenus ille.*

3. Neque hæ quæ in Germania] *Succincta partium enumeratione, ſuperiorem theſin confirmat. Porrò Apoſtolorum ſæculo, Germanos iam Chriſto nomen dediſſe, ſcribit Ioannes Auentinus antiquitatum non ſegnis inueſtigator, dum Lucium illum Cyrenenſem Pauli conſobrinum in Vindelicia, & Rhetijs; Marcum Pauli eiuſdem collegam in Norico; Creſcentem Moguntiæ; & Clementem quendam Metis, Euangelium primò promulgaſſe teſtatur. Maternum, Eucherium, & Valerium à Beato Petro miſſos, vt Treueris & Coloniæ, Chriſtum annunciarent, tradunt eorum archiua; illicque illuſtres Eccleſias fuiſſe ſua ætate teſtantur Athanaſius & Hilarius. Arnobius quoque inter varias nationes Chriſto deditas, Alemannos nominat, lib. 1. aduerſus Gentes.*

4. Neque hæ, quæ in Hiberis] *Non illos, qui iuxta Pontum Caucaſios montes incolunt populos, Irenæum arbitror commemorare, quum imperante Conſtantino, Chriſtum amplexos narrent Ruffinus, Socrates, & Theodoritus: ſed Hiſpanos, qui Ibero flumine alluuntur, à quo vniuerſa regio Iberia, ſicut ab Heſpero Heſperia, & poſtremò ab Hiſpali vrbe ad fretum Atlanticū ſita (quæ nunc Seuilia eſt) Hiſpalia, & iam Hiſpania nominatur. Europæ partibus adnunciatum iri Euangelium, prædixerat Abdias ita ſcribens:* Tranſmigratio exercitus huius filiorum Iſrael, *id eſt, Eccleſia diſcipulorum ex Iudæa,* omnia loca Chananæorum, vſque ad Zarpha, *Franciam interpretantur omnes Hebræi:* & tranſmigratio Ieruſalem, *id eſt, Apoſtolorum,* quæ eſt in Sepharad, *Chaldæus paraphraſtes Hiſpaniam vertit,* poſſidebunt ciuitates Auſtri, *verbo ſcilicet & miraculis ad Chriſtum adducendo. Beatum Iacobum fratrem Io. Hiſpaniam, & ſub occaſum mundi partes luce prædicationis illuſtraſſe ſcribit Iſidorus: & Diuum illum Paulum aſsiduum Euangelij buccinatorem, cuius vnius ore vniuerſus ferè terrarum orbis reſonuit; à Nerone primò dimiſſum, in Gallias, Hiſpanias, aliaſque Occidentis regiones, vt antea ſe in votis habuiſſe ad Romanos cap. 15. ſignificauerat, profectum; ipſas Chriſto vindicaſſe aſſerunt Athanaſius ad Dracontium; Chryſoſtomus Homil. 7. de laudibus Pauli; Epiphanius; Addo Viennenſis; & Sophronius. Celebres etiam Eccleſias in Hiſpania Tarraconenſi, ad Legionem, Aſturicæ, Cæſarauguſtæ, & Emeritæ in Luſitania, commemorat Beatus Cyprianus Epiſt. 35. Granatam quoq; Chriſtum agnouiſſe teſtatur Concilium Elibertinum.*

5. Neque hæ, quæ in Celtis] *Celtæ Pomponio, Appiano, & Plinio, populi ſunt Galliæ comatæ inter Garumnam & Sequanam, quorum etiam meminerunt Manethon AEgyptius, et Beroſus Chaldæus libro quinto Antiquit. Vix autem inuenire licebit, aliquam orbis partem, quæ tanta auiditate, tantoque ardore animi Euangelium amplexa ſit, & quæ tot Apoſtolicos viros DEO largitore habuerit, atq; Gallia. Paulus enim Hiſpaniam petens, Trophimum Arelatæ; & Creſcentem Viennæ Galliarum reliquit Apoſtolos, auctore Addone Viennenſi. Maſsilienſes, & Aquenſes induſtria Lazari, Maximini, Marthæ, Magdalenæ, & Marcellæ, fidei Elementa mox ab Aſcenſione Domini ſuſceperunt. Tholoſanos, Burdegalenſes, Cadurcenſes, omnemque Aquitanorum, Vaſconum & Gothorum gentem, totumq; tractum illum à Rhodano ad Oceanum vſque, Beat. Martiale ex ſeptuaginta Diſcipulis inſtitutore & Doctore, Chriſti nomine oppletum, tradit eiuſdem diſcipulus Aurelianus. Lugduni ante Irenæum verbum DEI annunciauerat Photinus Martyr: illicq; & Viennæ illuſtres Eccleſias Chriſtianorum fuiſſe ante Cypriani Epiſtolam quadrageſimam ſecundam, declarant graues literæ illæ martyrum apud Euſebium libro 5. cap. 1. Hiſtor. quæ ingentem martyrum multitudinem ex eis locis referunt. Bituriges, Nathanaelem; Cenomani, Simonem Leproſum, qui & Iulianus dicitur; Senonenſes & Carnotenſes, Sauinianum & Potentianum; Sixtum & Sinicium, imperante Nerone, Sueſsionenſes; adhucq; ſuperſtite Beato Petro; pietatis Chriſtianæ doctores habuerunt. Dionyſius Areopagita Beati Pauli Diſcipulus, vnà cum Eleutherio, Ruſtico, Luciano, & Regulo, Apoſtolorum auditoribus, Pariſienſes, Meldenſes, Siluanectenſes, & Bellouacos, veræ fidei Catholicæ articulos docuerunt. Superioribus quoq; beatus Clemens adiunxerat Nicaſium, Taurinum, & Exuperium; quos Rothomagenſes, Ebroicenſes, & Baiocenſes, vt Apoſtolos & Paſtores magna alacritate receperunt. Multo plures videre poteris apud Vincentium, Antoninum, Petrum de Natalibus, Faſciculum temporum, Sigebertum, Martyrologia, & Chartophylacia.*

6. Neque hæ, quæ in Oriente] *Chriſti adhuc in Palæſtina agentis pietate, doctrina, & miraculis, pertractos quoſdam etiam Orientis Reges, clarū eſt ex Euſebio, Damaſceno, & Nicephoro; qui Edeſſæ Toparcham ex Meſopotamiæ finibus ad eum miſiſſe narrant. Perſarum quoque Satrapam potentiſsimum, vt illius ſaltem effigie potiretur miſſo pictori negotium commiſiſſe, vnus refert Nicephorus lib. 2. cap. 7. Parthos, Medos, AElamitas, Meſopotamios, Cappadoces, Pōticos, Aſianos, &c. Ieroſolymis interfuiſſe, cùm Spiritus ſanctus deſcendit in Apoſtolos, & ſuis linguis audiſſe eos loquentes magnalia Dei, Lucas recenſet. B. Thomæ Parthiam in diuiſione Apoſtolorum obtigiſſe ſcribit Euſebius lib. 3. cap primo. Aſtipulatur Hieronymus, dicens ſe traditione accepiſſe, illum Parthis, Medis, Perſis, Hircanis, Bactris, & Magis prædicaſſe; imò & ad inſulam Taprobanam penetraſſe addit Nicephorus lib. 3. cap 1. In Scythiam conceſsiſſe B. Andream affirmat Euſebius lib 3. ca. 1. cui Sogdianos & Sacos addit Sophronius; Nicephorus autem lib. 2 cap. 39. & lib. 3. cap 1. eum per Cappadociam, Galatiā, & Bithyniam, in Scytharum ſolitudines, ad vtrumque Pontum Euxinum acceſsiſſe; Nazianzenus etiam miſſum in Epirum indicat oratione contra Arrianos. Aſiæ minoris Eccleſiæ Chriſtianæ, ex Apocalypſi beati Ioannis notiores ſunt, quàm hîc recenſere opus ſit.*

7. Neque hæ, quæ in AEgypto, neq; hæ, quæ in Lybia] *In celebrioribus Africæ partibus Chriſtianos conuentus frequentiſsimos habuiſſe abundè teſtatur Tertullianus, qui nec interioris Africæ incolas Getulos, nec Mauros, nec Carthaginenſes, nec AEgyptios Euangelicæ lucis expertes fuiſſe ſua tempeſtate ſcribit.* [Lib. contra Iud.] *Alexandriam à Beato Marco fidei noſtræ ſacris myſterijs initiatam, & recto inde ordine clariſsimos pietatis Doctores Abilium, Iuſtum, Cerdonem, Anianum, Primum, Pantenum, Clementem, Heraclam, & cæt. habuiſſe ex Hiſtor. Eccleſiaſt. clarum eſt: illicque ex Thebaide, & tota AEgypto, innumeros ferè martyrum greges, vt oues ad lanienam adductos, Epiſtola Beati Dionyſij Alexandrini, ad Fabium Antiochenum apertè teſtatur.* [Euſeb. lib. 6. cap. 34.] *Illa ſiquidem à Ptolemæis, ad Chriſtum vſque Philoſophiæ, & omnium optimarum diſciplinarum officina fuerat: à Chriſti verò Aſcenſione, vſque ad furores Mahumeticos, peritiſsimos & facundiſsimos Theologos habuit, qui politiore doctrina, & eloquentia mirè inſtructi, ſacrarumque literarum ſtudio, ait Euſebius libro quinto, capite decimo, probè exercitati, Eccleſiam ampliarunt & propagarunt; quales ex antiquorum monumentis fuiſſe colligimus Origenem, Pierium, Didymum, Ammonium, Petrum, Alexandrum, Athanaſium,*



*ſium, Theophylum, Cyrillum. Væ peccatis noſtris, numinis iram concitantibus, quæ florentiſsimam hanc dudum Eccleſiam, immaniſsimarum belluarum iugo, id eſt, Turcico imperio tradiderunt. Sed & interior AEthiopia ſtatim Chriſtum agnouit, credidit, adorauit, Candacis illius Eunuchi concionibus, quem Philippus baptiſauerat.* Is ſiquidem poſt reditum in patriam, primùm vnius Dei cognitionem, & ſalutarem Seruatoris Ieſu in humanum genus ingreſſum, prædicauit, *inquit Euſebius:* [Lib. 2. hiſt. cap. 1.] *& eo nomine,* AEthiopûm Apoſtolum *eum nominat Hieronymus:* [In cap. 53. Iſaiæ.] *illucque poſtea miſſum beatum Matthæum alacri excepiſſe animo ſcribit Abdias libro ſeptimo: ac tandem glorioſo pro nomine Chriſti martyrio, vitæ finem feciſſe teſtis eſt Sophronius. Nominatim etiam Lybiæ Epiſcoporum meminit canon ſextus Nicenæ Synodi; & ex eadem prouincia Epiſcopos, ſuo, id eſt Carthaginenſi concilio interfuiſſe, teſtis eſt beatus martyr Cyprianus.*

8 Neque hæ quæ in medio mundi] *Habitabilis terræ medium Hebræi magno conſenſu Iudæam conſtituunt, & eam ob rem cor maris, ac vmbilicum terræ, non rarò à Prophetis nominari: quibus ante Vadianum & Lyranum, ſubſcribunt Hieronymus & Gregorius.* [In Pſa. 73. Lib. 37. mor. cap. 18.] *Ipſam quoque Ieruſalem non vnius regionis Iudææ, ſed & multarum gentium metropolim vocitat Philo, Legatione ad Caïum: quibus fit, vt Eccleſias quæ in Iudæa & Palæſtina tum extabant, hîc commemorare beatum Irenæum exiſtimem. Illic enim primùm illuceſcere debuit Euangelij ſplendor, & hinc radios ſuos ſpargere in omnes gentes, quia de Sion legē exituram, & verbum Domini de Ieruſalem, prædixerat Iſaias: & virgam virtutis, qua robur Euāgelij deſignatur, emittendam ex Sion, Dauid præcinuerat. Ante excidiū Solymorū in omnibus finibus Iudææ, Samariæ et Galilææ inſignes fuiſſe Chriſtianorum Eccleſias conſtat ex Chriſti, Apoſtolorum & diſcipulorum eius concionibus & miraculis in Euangelijs, & Actis Apoſtolicis, quæ fratrum, qui in Azoto, Lydda, Ioppe, Cæſarea, Ptolemaide, Pella, Effrem, Damaſco, Tyro, & Sidone erant, meminerunt. Sed & poſt horrendam illam vaſtationem Syriæ & euerſionem Ieruſalem, Iudæis partim extinctis, partim per orbem diſperſis, regionem eam incolere, & conuentus Eccleſiaſticos celebrare Chriſtianos permiſerunt Imperatores Romani. Vbi enim Iacobus martyrio ſublatus eſt, Diſcipuli, qui adhuc lucis vſura fruebantur, vnà cum ijs, quibus cum Domino ſecundum carnem intercedebat cognatio, conuenientes, Simeoni filio Cleophæ, Eccleſiæ illius clauum commiſerunt: quem ad Traianum vſque feliciter rexit. Plurimos autem alios ex Hebræorum gente recto ſucceſsionis ordine poſt iſtum huic quoq; præfuiſſe docet Euſebius libr. 3. Hiſtor. cap decimo, vigeſimoſexto, trigeſimo: & lib. 4. cap. 5.*

9 Sed ſicut ſol] *Solis exemplo ob varias tribus, prouincias, & linguas, quibus profertur Eccleſia, vnitatem fidei & doctrinæ, nullo pacto dirimi poſſe appoſitè oſtendit: quod pari ſchemate, ſed vberiore facundia beatus martyr Cyprianus imitatus, his explicauit.* Eccleſia vna eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: [Lib. de Vnit. Eccleſ.] quomodo ſolis multi radij, ſed lumen vnum: & rami arboris multi, ſed robur vnum tenaci radice fundatum. Et cùm de fonte vno riui plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur, vnitas tamen ſeruatur in origine. Auelle radium ſolis à corpore, diuiſionem lucis vnitas non capit. A fonte præcide riuum, præciſus areſcet. Sic & Eccleſia Domini luce perfuſa, per orbem totum radios ſuos porrigit, vnū tamen lumen eſt, quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur, &c.

10 Creatura] *Deleuimus,* creaturæ, *authoritate veter. cod. & lectionis Græcè τὸ κτίσμα.*

11 Sic & lumen] *Religio fuit hanc vocem expungere, tametſi eam contextus Græcus non habeat. Quid autem ſi legamus:* ſic & lumen, & prædicatio veritatis? &c. *Sic enim aptius quadrabit aſſumptæ ſimilitudini de Sole: & his ſequentibus verbis,* vbique lucet, & illuminat & cæt. *Cæterùm, his videmus eam vnitatem doctrinæ & conſenſionem eiuſdem fidei, quam diximus vnam eſſe notarum veræ Eccleſiæ, hîc vehementer vrgeri ab Irenæo, & diſſectis cunctorum hæreticorum ſectis appoſitè obijci: quandoquidem hæ nunquam ſecum, aut cum veritate conueniant. Manifeſtum eſt enim (vt Gnoſticos iſtos prætermittam) Arianos mox in quatuor, deinde in ſeptem, præterea in decem partes diuiſos fuiſſe: nec Donatiſtæ, Manichæi, Pelagiani eaſdem defenderunt hypotheſes. Quanta etiam nunc diſsidia ſunt inter Turcas, Perſas, Tartaros, & Mauros de Maometico Alcorano ac errore? Hoc ſæculo Lutheraniſmus vix exortus illicò diſtractus eſt in Carolſtadianos, Zuinglianos, Caluinianos, Oecolampadianos, Schvvermeros, Anabaptiſtas, Suenckfeldianos, & alias plurimas claſſes. Omnibus modis, id eſt, Principum interceſsionibus, literis, precibus, officijs, ſynodis, & colloquijs habitis VVittebergæ, Marpurgi, Suabachij, Smalcaldiæ, Ratiſbonæ, Conſtantiæ, Tiguri, Arouiæ, Baſileæ, VVormatiæ, Maulbrunæ, Altemburgi, Heidelbergæ, Frankentali, Mompelgarti & cæt. in concordiam redire ſategerunt: ſed infeſtioribus ſemper ex his diſceſſerunt Miniſtri, quàm acceſſerant. Non eſt igitur in horum cœtibus vera fides aut Eccleſia: ſed ſpiritus omnis erroris, vertiginis ac perditionis.*

12 Ampliat] *Expunximus,* amplius, *docente vet. cod. & Græco verbo ἐπλεόνασεν.*

*QVA RATIONE FIAT, QVOD QVIDAM PLVS, quidam minus cognitionis habere putentur.* CAP. IIII. A

QVOD autem quidam ingenio ac ſcientia præſtare, aut inferiores eſſe dicantur, non eò ſit, quod argumentum ipſum mutent, ac præter eum, qui huiuſce vniuerſitatis architectus & cõſeruator eſt, (quaſi non in eo nobis ſatis præſidij ſit) alium quendam Deum, aut alium Chriſtum, aut alium vnigenitum excogitent: verùm in eo demum conſiſtit, vt quis ea omnia, quæ in parabolis dicta ſunt, accuratius pertractet, fideique argumento accommodet, in eoque etiam, vt Dei molitionem ac diſpenſationem ob humani generis ſalutem factam exponat, quodq́; diuturna animi lenitate tum angelorum, qui ab eo receſſerunt, defectionem; tum hominum inobedientiam tulerit, explanet: quidq́ue cauſæ ſit cur alia caduca, & alia æterna, alia cæleſtia, & alia terrena, vnus & idẽ Deus procrearit, enarret: quaq́ue de cauſa Deus, cũ inuiſibilis eſſet, Prophetis tamen non in vna forma, B ſed aliter alijs atque alijs conſpicandum ſe præbuerit, intelligat: quî etiam factum ſit vt plura Teſtamẽta hominum generi contigerint, indicet, quiſque cuiuſque Teſtamenti character ſit, edoceat: quid item cauſæ fuerit, quam ob rem Deus omnia in incredulitate concluſerit, vt omnium miſereatur, inueſtiget: quam etiam ob cauſam Verbum Dei caro factum ſit, cruciatuſq́ue ſubierit, grata oratione complectatur: cur prætereà extremis tẽporibus, hoc eſt in fine potius quàm in initio, aduentus filij Dei extiterit, commemoret: de fine quoque ipſo & rebus futuris, quicquid in Scriptura ſitum eſt, explicet: tum etiam quãobrem Deus Gentiles, quorum ſalus deplorata erat, cohæredes & concorporeos, & participes ſanctorum effecerit, non taceat: quoq́ue pacto mortale hoc corpus immortalitate, & corruptibile hoc incorruptibilitate induendum ſit, ediſſerat: denique quî popu- C lus factus ſit, qui populus non erat; & dilecta, quæ dilecta non erat; & quî plures filij deſertæ, quàm eius, quæ virum habebat, prædicet. In his enim alijſq́ue id genus exclamauit Apoſtolus: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & imperueſtigabiles viæ eius! In hoc inquam doctorum induſtria poſita eſt, non in eo, vt quiſpiam vltra Creatorem & opificem Enthymeſin errantis AEonis, quæ ipſius parens ſit, prætereà comminiſcatur, eoq́ue blaſphemiæ prorumpat: aut rurſus in eo, quod eá ſublimius ſit, Pleromate; nunc triginta AEonas, nunc innumerabile AEonũ Examen confingat: quemadmodum aiunt iſti diuinæ ſapientiæ verè expertes magiſtri: cùm interim vera & vniuerſa Eccleſia vnam & eãdem toto terrarum orbe fidem teneat, vt antè diximus.

Τὸ δὲ πλεῖον ἢ ἔλαττον κατὰ σύνεσιν εἰδέναι τινάς, οὐκ ἐν τῷ τὴν ὑπόθεσιν ἀλλάσσειν γίνεται, καὶ ἄλλον θεὸν παρεπινοεῖν παρὰ τὸν δημιουργὸν, καὶ ποιητὴν, καὶ τροφέα τοῦδε τοῦ παντὸς ὡς μὴ ἀρκουμένου τούτου, ἢ ἄλλον χριστὸν, ἢ ἄλλον μονογενῆ· ἀλλὰ ἐν τῷ τὰ ὅσα ἐν παραβολαῖς εἴρηται προσεπεργάζεσθαι, καὶ οἰκειοῦν τῇ τῆς πίστεως ὑποθέσει, καὶ ἐν τῷ τήν τε πραγματείαν καὶ οἰκονομίαν τοῦ θεοῦ τὴν ἐπὶ τῇ ἀνθρωπότητι * γινομένην ἐκδιηγεῖσθαι, καὶ ὅτι ἐμακροθύμησεν ὁ θεὸς ἐπί τε τῇ τῶν παραβεβηκότων ἀγγέλων ἀποστασίᾳ καὶ ἐπὶ τῇ παρακοῇ τῶν ἀνθρώπων σαφηνίζειν. καὶ διὰ τί τὰ μὲν πρόσκαιρα, τὰ δὲ αἰώνια. καὶ τὰ μὲν οὐράνια, τὰ δὲ ἐπίγεια εἷς καὶ ὁ αὐτὸς θεὸς πεποίηκεν ἀπαγγέλλειν. καὶ διὰ τί ἀόρατος ὤν, ἐφάνη τοῖς προφήταις ὁ θεὸς, οὐκ ἐν μιᾷ ἰδέᾳ, ἀλλὰ ἄλλως, ἄλλοις συνιέναι. καὶ διὰ τί διαθῆκαι πλείους γεγόνασι τῇ ἀνθρωπότητι μηνύειν, καὶ τίς ἑκάστης τῶν διαθηκῶν ὁ χαρακτὴρ διδάσκειν. καὶ διὰ τί συνέκλεισε πάντα εἰς ἀπείθειαν ὁ θεὸς, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ ἐξερευνᾶν. καὶ διὰ τί ὁ λόγος τοῦ θεοῦ σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἔπαθεν, εὐχαριστεῖν. καὶ διὰ τί ἐπ' ἐσχάτων τῶν καιρῶν ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, τουτέστιν ἐν τῷ τέλει ἐφάνη * ἡ ἀρχὴ, ἀπαγγέλλειν. καὶ περὶ τοῦ τέλους καὶ τῶν μελλόντων, ὅσα τε κεῖται ἐν ταῖς γραφαῖς ἀναπτύσσειν, καὶ τί ὅτι τὰ ἀπεγνωσμένα ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα, καὶ συμμέτοχα τῶν ἁγίων πεποίηκεν ὁ θεὸς, μὴ σιωπᾶν. καὶ πῶς τὸ θνητὸν τοῦτο σαρκίον ἐνδύσεται ἀθανασίαν, καὶ τὸ φθαρτὸν ἀφθαρσίαν, διαγγέλλειν. πῶς τε ἐρεῖ, ὁ οὐ λαὸς λαὸς, καὶ ἡ οὐκ ἠγαπημένη ἠγαπημένη. καὶ πῶς πλείονα τῆς ἐρήμου τὰ τέκνα μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα, κηρύσσειν. ἐπὶ τούτων γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῖς ἐπεβόησεν ὁ ἀπόστολος, Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. ἀλλὰ οὐκ ἐν τῷ ὑπὲρ τὸν κτίστην καὶ δημιουργὸν μητέρα * τούτων, καὶ αὐτοῦ ἐνθύμησιν αἰῶνος πεπλανημένου παρεπινοεῖν, καὶ εἰς τοσοῦτον ἥκειν βλασφημίας, * οὐδὲ τὸν ὑπὲρ ταύτην πάλιν πλήρωμα, * τὸ μὲν ἕνα, νῦν δὲ ἀνήριθμον φῦλον αἰώνων ἐπιψεύδεσθαι, καθὼς λέγουσιν οὗτοι οἱ ἀληθῶς ἔρημοι θείας συνέσεως διδάσκαλοι, τῆς οὔσης ἐκκλησίας πάσης μίαν καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν ἐχούσης εἰς πάντα τὸν κόσμον, καθὼς προέφαμεν.

*γενομένην
* καὶ οὐκ ἐν ἀρχῇ
* τούτου καὶ
* οὐδὲ εἰς τὸ
* νῦν μὲν τριάκοντα

## SCHOLIA D. BILLII IN Cap. IIII.

INgenio ac prudentia] *Habet hoc loco vetus interpres vocabulum vnum, quod in Græco deeſt, nempè intelligẽtiam, vt ſit ſenſus, Quòd quidam pro ingenij acumine in Scripturarũ intelligentia plus videant &c.*

In eo nobis ſatis præſidij] *ad verb. quaſi non ipſe nobis ſufficiat, in Græc. pro* τούτους *legendum* τούτῳ, *vel certè* ἀρκουμένου τούτου: *tametſi id minus probem.* ἀρκοῦντος *enim potius dixiſſet, ſi ſignificationem actiuam exprimere voluiſſet.*

Salutem factam] γενομένην *lego cum vet.*

Quodque diuturna lenitate] *Ex his verbis ſentire videtur Irenæus dæmonas ante extremum iudicij diem vindice* D *illo igne minimè excruciari: id quod ſummæ Dei longanimitati tribuit. In qua ſententia eſt Theod. lib. 3. Polym. & nonnulli alij. Sed tamen contraria ſententia, vt verior ab Eccleſia tenetur.*

Grata oratione complectatur] *Suſpectũ eſt mihi hoc loco verbum* εὐχαριστεῖν, *quòd parũ alijs his verbis reſpondeat,* διδάσκειν, μηνύειν, ἐξερευνᾶν, ἀπαγγέλλειν, *&c. Itaq; ſic verti, vt ſimul cum gratiarum actione, declarationis etiam cuiuſdam ſignificationem habeat.*

Potius quàm in initio] *in Græc. pro* ἡ ἀρχὴ *lego,* καὶ οὐκ ἐν ἀρχῇ *cum vet. tametſi non negẽ commodè quoque legi poſſe* ἡ ἀρχὴ, *vt hîc locus ita vertatur, hoc eſt, Principium in fine apparuerit.*

Popu-



A

## *SECVNDVM QVID FIAT PVTARE alios quidem plus, alios verò minus habere agnitionis.*

### CAPVT IV.

PLus autem [aut] minus ſecundùm prudentiam noſſe quoſdam intelligentiam, non in eo quòd argumentum mutetur, efficitur; & alius Deus excogitetur præter fabricatorem, & factorem, & nutritorem huius vniuerſitatis, quaſi non ipſe ſufficiat nobis; aut alius Chriſtus, aut alius Monogenes: ſed in eo quòd omnia quæ in parabolis dicta ſunt exquirere, & adiungere veritatis argumento, & in eo vt inſtrumentum & diſpoſitionem Dei in genere humano factam enarret.[2] Et quoniam magnanimus extitit Deus, & in tranſgreſſorum Angelorum apoſtaſia, & in inobaudiẽtia hominum, ediſſerere: & quare alia quidem temporalia, alia verò æterna, & quædam cæleſtia, quædam terrena vnus & idem fecit annunciare. Et quare cùm inuiſibilis ſit, adparuit Prophetis Dei, non in vna forma, ſed alijs aliter adeſſe,[3] & quare Teſtamenta multa tradita humano generi, annunciare: & quis ſit vniuſcuiuſque Teſtamentorum character, docere: & quare concluſit omnia in incredulitatem Deus, vt vniuerſis miſereatur, exquirere: & quare Verbum Dei caro factum eſt, & paſſus eſt, gratias agere: & quare in nouiſſimis tẽporibus aduentus Filij Dei, hoc eſt, in fine adparuerit, & nõ in initio, annũciare: & de fine, & de futuris quæcunq; poſita ſunt in Scripturis reuoluere:[4] & quare deſperatas Gẽtes cohæredes & [concorporatas] & participes Sanctorum fecit Deus, nõ tacere: & quemadmodum mortalis hæc caro induet immortalitatem, & corruptibile incorruptelam, annunciare: & quemadmodũ factus eſt, qui non erat popus, lupopulus; & non dilecta, dilecta; & quẽadmodum plures filij eius quæ deſerta eſt, magis quàm eius quæ habet virum,[5] præconiare. In talibus enim & in ſimilibus eis exclamauit Apoſtolus, O altitudo diuitiarum ſapientiæ & agnitionis Dei, quàm inſcrutabilia iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius![6] Sed non in eo, vt ſupra Creatorem & fabricatorem, [matrem eius] & illorum Enthymeſin AEonis errantis adinuenires, & ad tantam peruenires blaſphemiam: neque in eo quod eſt ſuper hanc rurſus Pleroma, aliquando quidem xxx. aliquãdo verò innumerabiles multitudines AEonum mentiri. Quemadmodum dicunt hi qui verè ſunt deſerti à diuina ſententia magiſtri: cùm ea quę eſt Eccleſia vniuerſa vnam & eandem fidem habeat in vniuerſo mundo, quemadmodum prædiximus.

B (margin)
Hebr. 1. 1.
Galat. 4.
Rom. 11.
Ioan. 1. 14.
Epheſ. 3. 6.
1. Cor. 15. 15.
Oſee 2. 24.
Rom. 9. 25.
Galat. 4. 28.
Rom. 11. 33.
C (margin)

Populus factus] *Hoc verbũ* ἐρεῖ *non agnoſcit vet. interp.*

Quæ ipſius parens ſit] *vet. interp. legit in Græco,* μητέρα τούτου καὶ αὐτῶν. *ac* τούτου *quidem ego lubens lego. Inſectatur enim Irenæus eos qui Demiurgo, hoc eſt ſummo illi rerum omnium opifici matrem Enthymeſin affingunt. Sed* αὐτῶν *planè improbo. Ad quid enim referetur? Ac ne* αὐτοῦ *quidem defendi poteſt: neq; enim AEonis illius inconſulti parens erat Enthymeſis, ſed ex eo potius orta, vt quidam ſtultiſſimi nebulones fingebant.*

Aut rurſus in eo] *pro* τὸν *legendum eſt in Græc.* εἰς τὸ.

D

Nunc triginta] *in Græc. pro* τὸ μὲν ἕνα, *corrigo ex vet.* νῦν μὲν τριάκοντα.

## NOTAE EX ADVERSARIIS Frontonis Ducæi in CAP. IV.

Noſſe quoſdam intelligentiam] *Vox,* intelligentiam, *redundat, vt è Græco apparet, ſed ſubſtituenda eſt potius vox,* φρόνησιν, *pro,* prudentiam: *nam intelligentiã noſſe, phraſis eſt ſcripturæ, vt Iſa 56. v. 11.* οὐκ εἰδότες σύνεσιν. *Hier.* ne ſciẽtes intelligentiã. *Rurſus,* ſed in eo quod exquirere, ἑλληνίζει, *pro,* ſed in eo vt exquirat quis & adiungat veritatis argumento, ἐν τῷ προσεπεργάζεσθαι, *ſicut vertit,* ἐν τῷ ἐκδιηγεῖσθαι, in eo vt factam enarret, & quoniam magnanimus extitit Deus &c. ediſſerat, & quare alia &c. fecit, annuntiet, *& cætera eodem modo vſq; ad,* præconiare.

Quaſi non ipſe ſufficiat] *apud Epiphan. in Baſilien. edit. legebatur,* ὡς μὴ ἀρκουμένους τούτους: *Gallaſius edidit,* ὡς μὴ ἀρκουμένου τούτου, *& vertit,* quaſi ipſe nobis non ſufficiat, *melius quàm Corn* ita vt hoc non ſis contentus, *ſimplicius erit,* quaſi non ſufficiat iſte, *hoc eſt, quaſi non ſatis ſit, ſed alterius adiuuandus ſit viribus.* ἀρκεῖσθαι *enim valet idem quod* ἀρκεῖν, *ſufficere, ſatis eſſe*

Sed alijs aliter adeſſe] *Interpres* συνιέναι *vertit adeſſe, cùm potius ita debuerit,* ſed alijs aliter, intelligere, *vel,* intelligat, *hoc eſt, vt intelligat cur alijs aliter apparuerit. Paulò poſt,* paſſum eſt, *Verbum ſcilicet, quaſi* συνεῖναι.

Neque in eo quod eſt ſuper hanc] *Græcas voces immutarat pro arbitrio Gallaſius, nos ea vt in Baſilienſi edit. Epiphanij erant edidimus, & in margine Billij correctiones, vt & in alijs locis addidimus, in quibus fortaſſe pro* τὸ μὲν ἕνα *ſcribendum* νῦν μὲν λ: *nota tricenarij.*

## ANNOTATIONES R. P. FR. FEV-ARDENTII IN CAP. IV.

PLus autem] *Non eſt piorum ac ſapientum virorum aliũ Deum, aut Chriſtum comminiſci; ſed quæ obſcurè ſcripta ſunt exquirere: ac in primis Diuinam longanimitatem in peccatores, ſummam in iudicando æquitatem, in Verbi incarnatione ineffabilem gratiam, in Gentium vocatione beneuolentiam, ſimiliaq; myſteria cum pietate atq; ſtudio perquirere, alijſque manifeſtare.*

2 Et

2. Et quoniam magnanimus extitit Deus,] *Sic Græc'ſans vertit ἐμακροθύμησεν, vetus interpres, pro magno animo, & multa patientia, tulit quorundam Angelorum defectionem, conceſſa illis ad reſipiſcendum ſi voluiſſent, aliquanta temporis mora: alludens ad Pauli verba, Roman. 9. cap.* Suſtinuit Deus *ἐν μακροθυμίᾳ, id eſt*, in multa patientia & longanimitate, vaſa iræ aptata in interitum, & cæt.

3. Et quare teſtamenta multa] *vetus Teſtamentum, quod cum typis ſuis obſoleuit; & recens Euangelio, miraculis, & vilioribus ſacramentis ſancitū, longè diuerſa eſſe fœdera hic & infra quoq; diſſerit, & probat li. 4. c. 21. 22. & 24: id quod & an-* A *te eum abundè cōuicerat B. Iuſtinus martyr & Philoſophus toto ferè Dialogo cū Triphone: & quæſt. 97. & 101. ad Ortho. Iſthæc autē obſeruare placuit in eos, qui vt Iudaicorum ſacramentorum vmbras, Euangelicis ſacramentis pares faciant, & nihil amplius iſtis quàm illis, nobis præſtari; ex duobus Teſtamentis vnicum eſſe vociferantur, contra apertiſſimas ſcripturas. Matth. 26. 2. Corint. 3. Heb. 7. 8. 12. 13. Gal. 4.*

4. Et quare deſperatas Gētes] *Vix inuenias myſterium abſtruſius, quodq; Iudæis & Apoſtolis ab*

*QVAE SIT VALENTINI SENTENTIA: ET IN quibus ab eo diſcipuli eius diſcrepent. CAP. V.*

Videamus nūc, cùm vix duo aut tres ſint, quàm ſit incōſtans eorum ſententia, vt qui de iiſdem nō eadem dicant, verùm B & rebus & verbis pugnantia inter ſe pronuncient. Siquidē Valentinus, qui primus ex ea ſecta, quæ Gnoſtica nuncupatur, veteres doctrinas ad characterem ſuum & inſtitutum accommodauit, ad hūc modum docet. Statuit enim binarium quendam eſſe, qui nullo nomine exprimi poſſit: cuius altera pars Arretus vocetur, altera Sige. Poſteà ex hoc binario alterum binariū ortum eſſe, cuius partem alteram Patrem, alteram Veritatē appellat. Ex hoc porrò quaternario Sermonem & Vitam, Hominem & Eccleſiam editos eſſe. Atque hanc eſſe primam Ogdoadem. Et quidem ex Sermone & Vita decem virtutes profluxiſſe, quēadmodum ſuperius diximus: ex Homine autem & Eccleſia duodecim: è quibus vnam, cùm ab aliorum cœtu ſeſe remouiſſet, reliquum negotium effeciſſe. Horos inſuper duos finxit, vnum inter Bythum & reliquum Pleroma interiectum, progenitos AEonas ab ingenito patre diſtin- C guentem: alterum autē illorum matrem à Pleromate dirimentē. Quin Chriſtum etiā nō ab iis AEonibus, qui in Pleromate ſedem habēt, productūm fuiſſe; verùm à matre illinc excluſa ſecundum meliorum recordationē, non ſine quadam vmbra procreatū. Atq; hunc quidem, vt qui maſculus eſſet, exciſa à ſe vmbra ad Pleroma recurriſſe: matrem autē vnà cum vmbra relictam, ac ſpirituali ſubſtātia orbatā, alterum filiū extuliſſe atq; hunc eſſe Demiurgum quem etiā eorū, quæ ipſi ſubiecta ſunt Principem ac velut Imperatorem eſſe dicit. Cum eo porrò productum etiā fuiſſe ſiniſtrum principē tradit: in quo nimirum ei cum illis cōuenit, qui Gnoſtici falsò nuncupātur, de quibus poſteà diſſeremus. At verò Ieſum interdum quidē ex eo, qui ab eorum matre ſeſe contraxit, & cum rebus vniuerſis refudit, hoc eſt ex Theleto ortum fuiſſe ait: interdum autē ex eo, qui ad Pleroma ſeſe retu D lerat, hoc eſt à Chriſto: nonnunquā rurſus ab Homine & Eccleſia. Deniq; Spiritum ſanctum ab Eccleſia productum fuiſſe, ad AEonum examinationē & fœcunditatem, vt qui inuiſibili modo in eos ingrediatur, efficiatq; vt illi veritatis plantas proferant. Secūdus autem Ogdoadem ita diſtinguit, vt alter quaternarius ſit dexter, alter ſiniſter: traditq; illum lucē appellari, hunc tenebras. Virtutē autem illam quæ abſceſſit, atque ab aliis ſeſe remouit, non eſſe è numero triginta AEonum, ſed poſt triginta AEonas.

Eſt quædam ante omnia Proarche cogitationem omnem & orationem ac nomenclaturam ſuperans, quam ego Solitatem appello. Vnà cum hac Solitate vis alia exiſtit, quam item ipſam Vnitatē voco. Vnitas porrò hæc & Solitas, vnum cùm eſſent, nō proferendo protulerunt initium omnium rerum intelle-

Ἴδωμεν νῦν καὶ τὴν τούτων ἄστατον γνώμην, δύο πού καὶ τριῶν ὄντων, πῶς περὶ τῶν αὐτῶν οὐ τὰ αὐτὰ λέγουσιν, ἀλλὰ τοῖς B πράγμασι καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἐναντία ἀποφαίνονται. ὁ μὲν γὰρ πρῶτος ἀπὸ τῆς λεγομένης γνωστικῆς αἱρέσεως, τὰς * ἀρχὰς εἰς ἴδιον χαρακτῆρα * διδασκαλείου μεθαρμόσας οὐαλεντῖνος, οὕτως ἐξηροφόρησεν, ὁρισάμενος εἶναι * δυάδα ἀνονόμαστον, ἧς τὸ μέν τι καλεῖσθαι ἄρρητον, τὸ δὲ, σιγήν. ἔπειτα ἐκ ταύτης τῆς δυάδος δευτέραν δυάδα προβεβλῆσθαι, ἧς τὸ μὲν πατέρα ὀνομάζει, τὸ δὲ, ἀλήθειαν. ἐκ δὲ τῆς τετράδος ταύτης καρποφορεῖσθαι λόγον καὶ ζωὴν, ἄνθρωπον καὶ ἐκκλησίαν, εἶναί τε ταύτην ὀγδοάδα πρώτην. καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ λόγου καὶ τῆς ζωῆς δέκα δυνάμεις λέγει προβεβλῆσθαι, καθὼς προειρήκαμεν. ἀπὸ δὲ τοῦ ἀνθρώπου καὶ τῆς ἐκκλησίας δώδεκα, ὧν μίαν ἀποστᾶσαν καὶ ὑστερήσασαν τὴν λοιπὴν πραγματείαν πεποιῆσθαι. ὅρους τε δύο ὑπέθετο, ἕνα μὲν μεταξὺ τοῦ βυθοῦ καὶ τοῦ λοιποῦ πληρώματος, διορίζοντα τοὺς * γενητοὺς αἰῶνας ἀπὸ τοῦ ἀγενήτου πατρὸς, ἕτερον δὲ C τὸν ἀφορίζοντα * αὐτὴν τὴν μητέρα ἀπὸ τοῦ πληρώματος. καὶ τὸν χριστὸν δὲ οὐκ ἀπὸ τῶν ἐν τῷ πληρώματι αἰώνων προβεβλῆσθαι, ἀλλὰ ὑπὸ τῆς μητρὸς ἔξω γενομένης κατὰ * τὴν γνώμην τῶν κρειττόνων ἀποκεκυῆσθαι μετὰ σκιᾶς τινός. καὶ τοῦτον μὲν ἅτε ἄρρενα ὑπάρχοντα, ἀποκόψαντα ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν σκιὰν, ἀναδραμεῖν εἰς τὸ πλήρωμα. τὴν δὲ μητέρα ὑπολειφθεῖσαν μετὰ τῆς σκιᾶς, κεκενωμένην τε τῆς πνευματικῆς ὑποστάσεως ἕτερον υἱὸν προενέγκασθαι. καὶ τοῦτον εἶναι τὸν δημιουργὸν, ὃν καὶ παντοκράτορα λέγει τῶν * ὑποκειμένων. συμπροβεβλῆσθαι δὲ αὐτῷ καὶ * ἀριστερὸν ἄρχοντα ἐδογμάτισεν, ὁμοίως τοῖς ῥηθησομένοις ὑφ' ἡμῶν ψευδωνύμως γνωστικοῖς. καὶ τὸν ἰησοῦν ποτὲ μὲν ἀπὸ τοῦ συσταλέντος ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῶν συναναχυθέντος τοῖς ὅλοις προβεβλῆσθαί φησι, τουτέστι τοῦ θελητοῦ. ποτὲ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀναδραμόντος εἰς τὸ πλήρωμα, τουτέστι τοῦ χριστοῦ. ποτὲ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου καὶ τῆς ἐκκλησίας, καὶ D τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ὑπὸ τῆς * ἐκκλησίας φησὶ προβεβλῆσθαι εἰς ἀνάκρισιν καὶ καρποφορίαν τῶν αἰώνων, ἀοράτως εἰς αὐτοὺς εἰσιὸν, δι' οὗ τοὺς αἰῶνας καρποφορεῖν τὰ φυτὰ τῆς ἀληθείας. Σεκοῦνδος δέ τινες λέγει εἶναι τὴν πρώτην ὀγδοάδα τετράδα δεξιὰν καὶ τετράδα ἀριστερὰν, οὕτως παραδιδοὺς καλεῖσθαι τὴν μὲν μίαν φῶς, τὴν δὲ ἄλλην σκότος. τὴν δὲ ἀποστᾶσάν τε καὶ ὑστερήσασαν δύναμιν μὴ εἶναι ἀπὸ τῶν τριάκοντα αἰώνων, ἀλλὰ μετὰ τοὺς τριάκοντα αἰῶνας, ὡς εἶναι ἀπὸ τῶν μετὰ τὴν ὀγδοάδα τὴν ἄλλην καλωτέρω γενομένων.

Φασὶ δὲ καὶ οὗτοι ὡς ἐπὶ τὸ ὑψηλότερον καὶ γνωστικώτερον ἐπεκτεινόμενοι τὴν πρώτην τετράδα οὕτως, ἔστι τις πρὸ πάντων προαρχὴ προανεννόητος, ἄρρητός τε καὶ ἀνονόμαστος, ἣν ἐγὼ μονότητα ἀριθμῶ. ταύτῃ τῇ μονότητι συνυπάρχει δύναμις, ἣν καὶ αὐτὴν ὀνομάζω ἑνότητα. αὕτη ἡ ἑνότης ἥ τε μονότης τὸ ἓν οὖσαι προήκαντο, μὴ προέμεναι * ἀρχὴν ἐπὶ πάντων πάν-

Marg.: * ἀρχαίας * διδασκαλίας * δυάδα τινὰ * γεννητοὺς * ἀγεννήτου * αὐτῶν * μνήμην * ὑποκειμένων αὐτῷ * ἄριστον * ἀληθείας * ἀρχὴν



A *initio maius negotium faceſſerit, quàm ſit vocatio Gētiū. Tantis enim promiſſionibus ſemini Abrahæ Meſſiam pollicitum cernebant, vt huic tantummodo deſtinatum putarent; quum ad plurimas easq; euidentiſſimas ſponſiones Gentibus factas non attenderent. Hinc exorta ſunt varia diſſidia, quæ vix publico Concilii decreto poſtea compeſcuerunt Apoſtoli. Hincq; Iudaiſantem vt plurimum Eccleſiā Ieroſolymitanam ſub Iacobo legimus. Ergo* deſperatas Gentes, *vocat, quæ religionis Chriſtianorum ineundæ, fideiq; excipiundæ in deſperationem iam venerant: quarum ſalus ex cognitione Euangelii nulla in poſterum ſperaretur. Deinde deleuimus,* corporatas, & concorporatas, *repoſuimus.*

5 Præconiare] *Nimia religione exprimendi κηρύσσειν, quod eſt publicare, voci præconis ſubiicere, interpres vertit* præconiare, *pro annunciare, promulgare, atq; prædicare. Hic & paſſim animaduertas licet, interpretem curare verbum verbo reddere, vt loquitur Horatius, quo fidus appareat tum mentis, tum verborum Irenæi explanator, cùm verba de verbis expreſſa fideliſſimè efferat, atque ea legenda & conferenda lectori prodat.*

* SIT

## *QVÆ * EST VALENTINI SENTENTIA, in quibus diſcrepant aduerſus eum diſcipuli eius.*

B

### CAPVT V.

Videamus[1] nunc & eorum inconſtantem ſententiam, cùm ſint duo vel tres, quemadmodum de eiſdem non eadem dicunt: ſed & nominibus, & rebus contraria reſpondent. Qui enim eſt primus ab ea quæ dicitur Gnoſtica hæreſis, antiquas in ſuum characterem doctrinas transferens Valentinus, ſic diffiniuit: [Dualitatem [2] quandam] innominabilem, cuius quidem aliquid vocari inenarrabile, aliud autem Sigen. Pòſt deinde, ex hac dualitate, ſecūdam dualitatem emiſſam, cuius aliud quidem Patrem [vocat, aliud] autem Aletheiam. Ex hac autem quaternatione fructificari Logon & Zoen, Anthropon & Eccleſiam. Eſſe autem hanc octonationem primam, & à Logo quidem & Zoe decem virtutes dicit emiſſas,] ſicut prædiximus. Ab Anthropo autem & Eccleſia XII. ex quibus vnam diſcedentem & deſtitutam, reliquam diſpoſitionem feciſſe. Terminos autē duos adhibet. Vnum quidem inter Bythum & Pleroma, determinantem [natos AEones [ab] infecto patre. Alterum verò ſeparantem illorum matrem] à Pleromate. Et Chriſtum autem non ab his qui ſunt in Pleromate Aeonibus emiſſum, ſed à matre foris facta ſecundùm memoriam melio- C rum enixam eſſe cum quadam vmbra. Et hunc quidem, quippe cùm eſſet maſculus, abſcidiſſe à ſemetipſo vmbram, & regreſſum ad Pleroma. Matrem autem ſubrelictam ſub vmbra, vacuatam autem ſpiritali ſubſtantia, alterum filium emiſiſſe. Et hunc eſſe Demiurgum, quem & omnipotentem dicit eorum quæ ei ſubiacent. Coëmiſſum autem ei & ſiniſtrum principem, ſimilem iis qui dicentur à nobis[3] falſi nominis Gnoſtici. Et Ieſum autem aliquando quidem ab eo qui ſeparatus à matre eorum, & coadunatus eſt cum reliquis, emiſſum dicit, id eſt, à Theleto: aliquādo autem ab eo qui recurrit ſurſum in Pleroma, hoc eſt à Chriſto: aliquando autem ab Anthropo & Eccleſia. Et Spiritum autem ſanctū à veritate dicit emiſſum, in examinationem & fructificationē Aeonum, inuiſibiliter in eos introeuntem, per quem AEones fructificarent folia veritatis. Hæc quidem ille.

Errores de Chriſti ac Spiritus ſancti emiſſione.

[4] Secundus autem primam Ogdoadem ſic tradit, dicens: Quaternationem eſſe dextram, & quaternationem ſiniſtram, & lumen & tenebras, & diſcedentem autem deſtitu- D tam virtutem, non à triginta AEonibus dicit fuiſſe, ſed à fructibus eorum.

[5] Alius verò quidam, qui & clarus eſt magiſter ipſorum, in maius ſublime, & quaſi in maiorem agnitionem extenſus, primam quaternationem, dixit ſic: Eſt quidem ante omnes Proarche, Proannennoetos, & Inenarrabilis, & Innominabilis, quam ego Monotetem voco. Cum hac Monotete eſt virtus, quam & ipſam voco Henotetem. Henotes & Monotes cùm ſint vnum, emiſerunt, cùm nihil emiſerint, principium omnium

### SCHOLIA D. BILLII IN Cap. V.

Veteres doctrinas] *pro ἀρχὰς διδασκαλείου, repono ἀρχαίας διδασκαλίας, ex vet.*

Ad hunc modum docet] *Græc. ἐξηροφόρησεν, corruptè vt opinor. Vetus habet, ſic definit, quaſi legerit, οὕτως ἔφη ὁρισάμενος.*

Binarium quendam] *addo τινὰ ex vet.*

Illorum matrem] *αὐτῶν lego cum vet.*

Meliorem recordationem] *μνήμην lego cum veteri, non γνώμην, vt ſit ſenſus, eam in recordatione beati illius ſtatus, quo non ſine magno dolore carebat, eiuſmodi factum edidiſſe.*

Ipſi ſubiectorum] *addo αὐτῷ ex vet.*

Siniſtrum principem] *ἀριστερὸν lego cum vet. nō ἄριστον.*

Ei cum illis conuenit] *Vetus legit ὅμοιον, non ὁμοίως: ſed malè, vt ſenſus apertè docet.*

A veritate] *malo cum veteri interpr. legere ἀληθείας, quàm ἐκκλησίας, quod id magis quadret cum eo quod poſt ſequitur, vt veritatis plantas proferant. Vbi tamen illic quoque annotandum eſt veterem interpretem φύλλα legiſſe, non φυτὰ,*

quam

ctuale, ingenitum, & inuiſibile: quod quidem initium monas appellatur. Cùm hac porrò Monade ſimul exiſtit vis eiuſdem cum ea eſſentię, quam & ipſam vnam voco. Hæ denique virtutes, hoc eſt Solitas & vnitas, Monas & vnum, reliquū AEonum gregem produxerunt. *Sed & ſacer Irenæus, deridens ipſos ob prædicta, tragicum illud in medium adduxit:*

Iu, iu, heu, heu. Tragicam enim exclamationem ſubdere ſanè conuenit, ob tantam in fingendis nominibus audaciam: quemadmodum ille abſterſo omni pudore, nomina commento ſuo impoſuit, in eo enim quod ait, Eſt quædam ante omnia Proarche cogitationem omnem excedens, quam ego Solitatem voco. & rurſus, Cùm hac Solitate vis alia exiſtit, quam & ipſam vnitatem nuncupo, manifeſtiſſimè ſe ea quæ dixit, commentitia eſſe confeſſus eſt, quandoquidem figmento ſuo eiuſmodi nomina impoſuit, quæ ante ab alio nemine impoſita fuerant. Perſpicuumque eſt eum eſſe, qui temeritate adductus hæc nomina condiderit: ita niſi ille in mundo extitiſſet, nominibus veritas careret. Nihil igitur impedit quin alius etiam quiſpiam in eodem argumento nomina ſtatuat hoc pacto. *Tum deinceps hæc idem beatus Epiſcopus Irenæus, velut diximus, ridicula verba etiam ipſe adiungit, aliamq́ nomenclaturam ex ſeipſo, velut dignam & conferendam nugacibus eorum deliramentis facetè appoſuit: Peponum nimirum & cucumerum genera ac cucurbitarum veluti ſubiectis quibuſdam affingens, ſicut doctrinæ ſtudioſis ex ijs quæ prius legerunt, clarum fuerit.*

Alij rurſus ex ipſis primam ac primigeniam Ogdoadem his nominibus appellandam dixerunt. Primùm Proarchen, deinde Anennoetum, tertiam Arretum, quartam Aoratum. Atque ex prima Proarche ortam eſſe primo & quinto loco Archen: ex Anennoeto autem ſecundo & ſexto loco Acataleptū: ex Areto tertio & ſeptimo loco Anonomaſtum: ex Aorato denique quarto & octauo loco Agennetum, primæ Ogdoadis complementum. Atque has virtutes Bytho etiam & Sige antiquiores eſſe volunt, quò videlicet perfectis perfectiores, & Gnoſticis eruditiores eſſe videantur. Ad quos meritò quiſpiam hæc verba vſurpare queat: O Nugatores Sophiſtæ! Etenim de ipſomet Bytho multæ variæque apud eos ſunt ſententiæ. Alij enim coniugis expertem eum eſſe dicunt, ac nec marem nec fœminam, nec omnino quicquam eſſe. Alij autem marem ſimul ac fœminā, eſſe aſſerunt, Hermaphroditi videlicet naturam ipſi tribuentes. Alij rurſus Sigen ei coniugem adiungūt, vt fiat prima coniugatio.

A πάντων νοητὴν ἀγέννητόν τε καὶ ἀόρατον, ἣν ἀρχὴν ὁ λόγος * καλεῖ. ταύτῃ τῇ μονάδι συνυπάρχει δύναμις ὁμοούσιος αὐτῇ, ἣν καὶ αὐτὴν ὀνομάζω τὸ ἕν. αὗται αἱ δυνάμεις, ἥ τε μονότης καὶ ἑνότης, μονάς τε καὶ τὸ ἓν προῆκαν τὰς λοιπὰς προβολὰς τῶν αἰώνων. (* μονάδα καλεῖ)

ἀλλὰ καὶ ὁ ἱερὸς Εἰρηναῖος καταγελῶν αὐτοὺς τὸ τραγικὸν ἐκεῖνο, ὃ ἐπὶ τοῖς προειρημένοις εἰς μέσον φέρων ἧκεν· ἰοὺ ἰοὺ, καὶ φεῦ φεῦ. τὸ τραγικὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐπιφωνεῖν ἐστιν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ συμφορᾷ τῶν τὰ γελοιώδη ταῦτα γεγραφότων τῆς τοιαύτης ὀνοματοποιΐας, καὶ τῇ τοσαύτῃ τόλμῃ, ὡς ἀπεριθριάσας τῷ ψεύσματι αὐτοῦ * ὄνομα τέθεικεν. (* ὀνόματα) ἐν γὰρ τῷ λέγειν, ἔστι τις προαρχὴ πρὸ πάντων προανεννόητος, * ἣν ἐγὼ μονάδα καλῶ. (* ἣν ἐγὼ μονότητα) καὶ πάλιν, ταύτῃ τῇ * μονάδι συνυπάρχει δύναμις, ἣν καὶ αὐτὴν ἑνότητα ὀνομάζω, σαφέστατα ὅτι τὰ πλάσμα αὐτοῦ ἐστι τὰ εἰρημένα ὡμολόγηκε, * καὶ ὅτι αὐτὸς ὀνόματα τέθεικε τῷ πλάσματι ὑπὸ μηδενὸς πρότερον ἄλλου τεθειμένα. (* μονότητι) (* ὅτι αὐτὸς) καὶ σαφές ἐστιν ὅτι αὐτὸς ταῦτα τετόλμηκεν ὀνόματα ποιῆσαι.

B καὶ εἰ μὴ παρῆν τῷ βίῳ αὐτὸς, οὐκ ἂν ἡ ἀλήθεια εἶχεν * ὄνομα. (* ὀνόματα) οὐδὲν οὖν κωλύει καὶ ἄλλον τινὰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως οὕτως ὁρίσασθαι ὀνόματα. [εἶτα λοιπὸν εἰς ταῦτα αὐτὸς ὁ μακάριος ἐπίσκοπος Εἰρηναῖος, ὥς γε προείπαμεν, γελοιώδη ῥήματα καὶ αὐτὸς προσῆπτεν, ἑτερωνυμίαν ἀφ' ἑαυτοῦ, ὡς ἀντάξια τῆς αὐτῶν ληρῳδίας χαριεντιζόμενος, πεπόνων γένη, καὶ σικύων καὶ κολοκυνθῶν, ὡς ἐπὶ ὑποκειμένων τινῶν ἐπιπλασάμενος, ὡς τοῖς φιλολόγοις σαφὲς ἂν εἴη, ἀφ' ὧν προανέγνωσαν.]

ἄλλοι δὲ πάλιν αὐτῶν τὴν πρώτην καὶ ἀρχέγονον ὀγδοάδα τούτοις τοῖς ὀνόμασι κεκλήκασι. πρῶτον προαρχὴν, ἔπειτα ἀνεννόητον, τὴν δὲ τρίτην ἄρρητον, ἄλλοι δὲ πάλιν αὐτῶν καὶ τὴν τετάρτην ἀόρατον· καὶ ἐκ μὲν τῆς πρώτης προαρχῆς προβεβλῆσθαι πρώτῳ καὶ πέμπτῳ * ἀρχὴν, ἐκ δὲ τῆς ἀρχῆς (* τόπῳ ἀρχὴν)

C τῆς ἀνεννοήτου δευτέρῳ καὶ ἕκτῳ τόπῳ ἀκατάληπτον. * ἐκ δὲ τῆς ἀρρήτου τρίτῳ καὶ ἑβδόμῳ τόπῳ ἀνονόμαστον. ἐκ δὲ τῆς * ἀοράτου ἀγέννητον πλήρωμα τῆς πρώτης ὀγδοάδος. (* ἐκ δὲ τῆς ἀνεννοήτου) (* ἀοράτου τετάρτῳ καὶ ὀγδόῳ τόπῳ) ταύτας βούλονται τὰς δυνάμεις προϋπάρχειν τοῦ βυθοῦ καὶ τῆς σιγῆς, ἵνα τελείων τελειότεροι φανῶσιν ὄντες καὶ γνωστικῶν γνωστικώτεροι, πρὸς οὓς δικαίως ἄν τις ἐπιφωνήσειεν.

ὦ ληρολόγοι σοφισταί. καὶ γὰρ περὶ αὐτοῦ τοῦ βυθοῦ πολλαὶ καὶ διάφοροι γνῶμαι παρ' αὐτοῖς. οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἄζυγον λέγουσι, μήτε ἄρρενα, μήτε θήλειαν, μήτε ὅλως ὄντα τι. ἄλλοι δὲ ἀρρενόθηλυν αὐτὸν λέγουσιν εἶναι, ἑρμαφροδίτου φύσιν αὐτῷ περιάπτοντες. σιγὴν δὲ πάλιν ἄλλοι συνευγέσιν αὐτῷ προσάπτουσιν, ἵνα γένηται πρώτη συζυγία.

*quam tamen lectionem minus probo.*

[1] Sed poſt triginta AEonas] *Vet. à fructibus eorum. Tertullianus, à fructibus de ſubſtantia venientibus.*

Initium omnium] *delenda præpoſ.* ἐπὶ *apud Epiphanium.*

Quod quidem initium] *addendum in Græc. poſt* ὁ λόγος, μονάδα *ex vet. & Tertull.*

Nomina impoſuit] ὀνόματα *lego ex Iren.*

Quam ego Solitatem voco] μονότητα *legendum in Græ. non* μονάδα, *quemadmodum ead. lin.* μονότητι, *non* μονάδι, *ex Iren. & Tertull.*

Quandoquidē figmento ſuo] *delendum* καὶ *in Græco.*

Nominibus veritas] ὀνόματα *lego cum vet.*

Primo & quinto loco] *addo* τόπῳ *ex vet. & Tertull.*

Ex Annenoeto] *deleo* τῆς ἀρχῆς *ex vet. & Tertull.*

Ex Aorato deniq;] *poſt* ἀοράτου *in Græc. hæc verba addo ex vet. interp & Tertu.* τετάρτῳ καὶ ὀγδόῳ τόπῳ.

D *Hoc autem, ait Tertull. quæ ratio diſponat, vt ſingula & quidem tam interciſis locis naſcantur, malo ignorare, quàm diſcere.*

O nugatores Sophiſtæ] ὦ ληρολόγοι σοφισταί. *Aliter tamen legiſſe videtur vet. interp. Vertit enim, O pepones Sophiſtæ vituperabiles. Quæ verba occaſionem præbent ſuſpicandi in Græco vel eſſe carmen illud Homericum;* ὦ πέπονες κάκ' ἐλέγχε' ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' ἀχαιοί. *Iliad. 2 vel certè paulum immutatum.*

Coniugis expertem] *Pudiciores hos vocat Tertull. qui honorem diuinitatis recordati, vt etiam vnius coniugis dedecus à Bytho auellerent, maluerunt nullum ei ſexum deputare: & fortaſſe hoc Deum, non hic Deus pronunciant.*

Herma-



A noeton & agēneton aoratū, quam Archen ſermo monada vocat. Cum hac monade eſt virtus eiuſdem ſubſtantiæ ei, quam & eam voco Hen. Hæ autem virtutes, id eſt, Monotes, & Henotes, & Monas, & Hen, emiſerunt reliquas emiſſiones Aeonum.[6] Iu iu! & Pheu, pheu! Tragicum verò dicere oportet, ſuper hanc nominum fictionem [&] tantam audaciam quemadmodum ſine rubore mēdacio ſuo nomina poſuit.[7] In eo] enim quod dicit, eſt ante omnia Proarche, Proanennoetos, quam ego Monoteta voco: Et iterum; Cum hac Monotete eſt virtus, quam & ipſam voco Henotetem. Manifeſtum [eſt] quoniam figmenta ſunt quæcunque ab eo dicta ſunt: confeſſus eſt, quoniam ipſe nomina poſuit figmento, quę à nemine altero poſita ſunt: qui niſi hæc auderet, hodie veritas ſecundùm eum non habuiſſet nomina.[8] Nihil igitur prohibet & alterum quēdam in tali argumento ſic præfinire nomina. Eſt quædam Proarche regalis Proanennoetos, Proanypoſtatos virtus Proprocylindomene.[9] Cum illa autem eſt virtus, quam ego cucurbitam voco: cum hac cucurbita] autem eſt virtus, quam & ipſam voco perinane, hæc cucurbita, & perinane cùm ſint vnum, emiſerunt. Cùm non emiſiſſent fructum, [in omnibus viſibilem manducabilem & dulcem, quem fructum] ſermo cucu- *Ironia.*

B merem vocat. Cum hoc cucumere eſt virtus eiuſdem poteſtatis ei, quam & ipſam peponem voco. Hæ virtutes cucurbita, & perinane, & cucumis, & pepo emiſerunt reliquam multitudinem Valentini delirioſorum peponum. Si enim eum ſermonem qui de vniuerſis ſit, transfigurari in primam quaternationem oportet, & quemadmodum vult aliquis ipſe ponere nomina, quis prohibet his nominibus, & multo credibilioribus, & in vſu poſitis, & ab * omnibus cognitis. (*hominibus.)

Alij autē rurſus ipſorum primam & archegonon octonationem his nominibus nominauerunt. Primùm Proarchen, deinde Anennoeton, tertiam autem Arrheton, & quartam Aoraton. Et de prima quidem Proarche emiſſum eſſe primo & quinto loco Archen, ex Anennoeto ſecundo & ſexto loco Acatalepton, & de Arrheto autem tertio & ſeptimo loco Anonomaſton, de Aorato autē quarto & octauo loco Agēneton. Pleroma hoc primæ Ogdoadis, has volunt virtutes fuiſſe ante Bythō & Sigen, vt perfectorum perfectiores appareant, & Gnoſticorum magis gnoſtici viri, ad quos iuſtè quis hoc dicat.[10] O pepones, ſophiſtæ vituperabiles, & non viri. *Ambitus Gnoſticorū*

C Etenim de ipſo Bytho variæ ſunt ſententiæ apud eos. Quidam enim ſine coniugatione dicunt eum neque maſculum, neque fœminam, neque omnino aliquid eſſe. Alij autem & maſculum & fœminam dicentes eſſe, hermaphroditi geneſim ei donant. Sigen autem alij coniugem ei addunt, vt fiat prima coniugatio.

Hermaphroditi naturam] *Alij, inquit Tertull. maſculum & fœminam eum dicunt, ne apud ſolos Lunenſes Hermaphroditum exiſtimet animalium commentator Feneſtella.*

## NOTAE EX ADVERSARIIS Frontonis Ducæi in CAP. V.

Sed à matre] *lege*, ſed à matre foris facta ſecundum memoriam meliorum enixum eſſe cum quadam vmbra, *vel*, foris autem facta enixa eſt. *Chriſtum ſcilicet dicit procreatum fuiſſe à matre foras exploſa. Porrò vocem* τινὸς *reſtituimus ex Baſilienſ.*

D Similem ijs qui dicentur] *Int. legit* ὅμοιον, *non* ὁμοίως, *ſed malè, vt Bill. monet: itaq; verti debuit, ſimiliter ijs, vel, eo modo quo ij, qui ducētur.*

Fructificarent folia veritatis.] *Interpres legit* τὰ φύλλα τῆς ἀληθείας: *apud Epipha. erat:* τὰ φυτὰ τῆς ἀληθείας, plantas veritatis: *quod magis probat Billius. Atq; editio quidem Gallaſij ex Epiphanio Græca Irenæi hactenus repræſentabat: in hac autem ex eodem in alijs locis eadem ab hoc vſque ad caput 9. ſubijcere placuit. licet enim non ſe ipſa verba Irenæi proferre Epiphanius profiteatur, tamen eadem pænè verba vſurpat cum ijs, quæ interpres Irenæi conuertit è Græco: nam & Theodoretus, vt & ipſe, ex eodem fonte iſtas hæreſum narrationes hauſerunt.*

Quaternionem eſſe dextram] *Scribe, dextrum, et, ſiniſtrum, item, & diſcedentem autem, ac deſtitutam virtutē non à triginta. In interpretat. Billij adde vocem vnam*, primam Ogdoadem: *Nam & hic vetus eam habet, & Epiphanius* πρώτην, *quem ſequitur Billij interpretatio, non vet. interp. vt cùm vertit, ſed poſt 30. AEonas, cuius loco noſter*, ſed à fructibus eorum.

*Illud*, Eiuſdē ſubſtantiæ ei, quam & eam voco Hen, *hoc ſibi vult*, ὁμοούσιον, *ſiue conſubſtantialē eſſe Monadi illā virtutem, quæ dicitur vnum, ſic enim in Bill. interp ſcribendum eſt.*

Iu iu, & Pheu] *vbi ſuperioribus attexuit quædam Epipha. de Epiphane, de Clemente Alexandrino, redit ad hæc Irenæi, in quibus illud* φεῦ *vſurpat: de quo Suidas quidem notat eſſe* σχετλιαστικὸν ἐπίρρημα, ἔστι δὲ καὶ θαυμαστικόν, *ſed admirantis notionem habet apud Tertull. adu. Valent. vbi ſcholaſtici* φεῦ *acclamant & laudant; hic verò dolentis, vt auctor ipſe indicat apertius alio in loco,* ὑπὲρ τὸ φεῦ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τραγικὴν ἐκφώνησιν καὶ σχετλιατισμόν ἐστι: *vel potius* σχετλιασμόν.

Quam & ipſam] *lego*, quam & ipſam voco Henotetem; manifeſtè quoniā figmenta ſunt quæcunq; ab eo dicta ſunt, cōfeſſus eſt. Quoniā &c.] *illud*, eſt, *quod aberat à prioribus editionibus non agnoſcit Græcus liber, &* σαφέστατα manifeſtiſſimè *ſonat.* Pleroma hoc primæ Ogdoadis] *addidimus in marg. primo loco vocē* τόπῳ *ex vet. int. apud quem interp. ita corrigenda eſt ex Græco, vt vicem expendat*, & octauo loco agennetō, Pleroma hoc primæ Ogdoadis. Has volunt fuiſſe, *etſi hoc abeſt à Græc. Agenneton ſcribi iubet non modò Græcus,* ἀγέννητον, *ſed & Tertull. qui omnia iſta exagitat adu. Valent. cap. 35.*

## ANNOTATIONES R. P. FR. FEV-ARDENTII IN CAP. V.

1 Videamus nunc & eorū inconſtantē, &c.] *Eccleſiarum omnium concordiæ mirabili, quæ non niſi à Spiritu*

ſancto oriri poteſt, hæreticorum diſſidia, pugnas, & quæ nũquam coire poſſunt, ſententias ſubijcit, vt zizaniorum & bellorum ſatorem, horum authorem eſſe nullus neſciat. Etenim ſicut ea, quæ germana eſt ſponſa & columba Chriſti, vnica eſt: eaq́; vnitate aduerſus hoſtiũ cuiuſlibet generis copias et impreſſiones inuicta permanſit: ſic hæreticorũ ſectæ diſſectæ, & quaſi ciuili bello pugnãtia capita, mutuis vulneribus ſemper conciderunt. Falſitatũ et mendaciorum teſſeram hãc certiſſimam eſſe, ex antiquiſſimis patribus oſtendere magis libet, quàm quippiam proprio marte cudere. *Lib. præſcrip.* Mentior (ait Tertull.) ſi non etiam à regulis ſuis variant inter ſe, dum vnuſquiſq; proinde ſuo arbitrio modulatur, quæ accepit: quemadmodum de ſuo arbitrio ea compoſuit ille, qui tradidit. Agnoſcit naturam ſuam, & originis ſuę morem, profectus rei. Idem licuit Valentinianis, quod Valentino; idem Marcionitis, quod Marcioni, de arbitrio ſuo fidem innouare. Et paulò ſuperius. Vnde extranei & inimici Apoſtolis hæretici, niſi ex diuerſitate doctrinæ, quam vnuſquiſque de ſuo arbitrio aduerſus Apoſtolos aut B protulit, aut recepit? Illic igitur & Scripturarum & expoſitionum adulteratio deputanda eſt, vbi diuerſitas inuenitur doctrinę. *Quæſt. 4. ad Ortho.* Hæc ille. Iuſtinum martyrem adijciam: Nunc cùm damnent (ait) hæretici alij alios, ob opinionum diſſenſiones; perſpicuum eſt omnes eorum hæreſes, occaſionem habuiſſe ex ambitione, & mutua inuidia hæreſiarcharum: propter quam cauſam, lupi graues ab Apoſtolo (Actor. 20.) nominati ſunt. Imò, fidem noſtram, dum ſibi aduerſantur, affirmant, vt ſcribit Hilarius libro ſeptimo de Trinitate. Inconſonæ perfidorum ſententię in vnum rectæ fidei modulum concinunt, trophæumq́; noſtræ victoriæ, eorum caſſa certamina gignunt. Sabellij enim perfidia, Arij damnat errorem: rurſus Ariani dogmatis error, Sabellij impietatem excludit, ait Vigilius martyr. *Lib. 2. contr. Eutychen.* Quod ſi aliquando coire contingat, id demum efficitur, quod A- C thanaſius ſcribit orat. 2. contra Arianos: Inſtar Herodis & Pilati in blaſphemias aduerſus Chriſtum illos conſentire.

Poſcit autem hic locus vt de nouiſſimorum quoque Hugnoſticorum mutuis pugnis, atque manifeſtis diſſenſionibus, præter ea, quæ paulò ante propoſuimus, etiam aliquid adijciamus. Inflatis buccis nunc crepant Geneuenſes, Heidelbergenſes, Tigurini, & Angli Caluinianis placitis addicti, ſeſe eſſe Auguſtanæ Confeſſionis Profeſſores, & cum fratribus Lutheranis cõcordes: ſed quàm mendaciter & impudenter id dicant, vel ex honorificis & fraternis titulis, quibus ſe ſe mutuò exornant, apertè colligitur. Caluinus namque lib. contra Heshuſium, Lutheranos appellat, homines proteruos, improbos, rabioſos, mancipia Satanæ, quæ Diabolus horribili modo faſcinauerit. Item, canes, nebulones, impuros ſpiritus, ebrios Saxones. Et ne reſpondeant, à morte Caluini hæc diſſidia ſublata eſſe, audiant Bezam, in Creophagia his verbis aduerſus eundem Heshuſium ſuccinentem: Ignoſce nobis, domi- D ne Doctor aſine, cum reliquis tuæ ſpeciei indiuiduis. Exinde fraternitatis & prætenſæ concordiæ gratia, vocat eũ Polyphemum, ſimiam, cothurnatum vegrandem & pileatum aſinum. Canem in balneo, aſiniſſimum ſophiſtam, belluam, laruam, aſinum bipedem & impurum, hominem hiſtrionicum & monſtroſum, mixtum ex ſimiarum & onagrorũ ſpecie, animal carniuorũ, Cyclopem, aſinũ ſeſquipedalem, & furentẽ, dignum qui ex tilia penderet. *Antioſimandro.* Danæi quoq; iudicio, Lutherani ſunt hæretici, damnati, & excommunicati. Iezlerus deniq; libro de diuturnitate belli Euchariſtici, pagina 93. recitat Lutheranos paſſim à ſuis Zuinglianis cenſeri Antropophagos, hæmatopotas, thyeſtas, carnifices, Chriſticidas, artolatras, impanati Dei cultores, abnegatores redemptionis per Chriſtum factæ, Eutychianos, Svvenckfeldianos, ſubuerſores complurium articulorum fidei, & A cęt. Atque hoc Sacramẽtariorum de fratribus ſuis Lutheranis iudicium, hoc pacis & concordiæ confictæ argumentum, hæc, ſi ſuperis placet, iactata harmonia.

His autem excitati Lutherani, inquit ibidem Iezlerus, Zuinglianos vocarunt conuictos hæreticos, dæmoniacos, diaboli omni ex parte, ante, pone, ſupra, infra, intus, & extra obſeſſos, diaboli martyres, gladio potius Magiſtratus ciuilis quàm verbis refellendos, fugiendos ab omnibus bonis, annumerandos cum Anabaptiſtis, Neſtorianis, Arianis, Turcis, omnium mortaliũ quos vnquam terra ſuſtinuit, deterrimos &cæ. Quæ igitur inter hos concordia? quis Euangelicorum, & reformatorum fratrum Hugnoſticorum conſenſus? quod vnitatis, & Chriſtianæ Apoſtolicæq́; charitatis vinculum? &c. B

2. Dualitatem quandam] Deleuimus, ſecundam, authoritate vet. Cod. Et paulò poſt, pro, vocant aliquid, repoſuimus vocat aliud: ſicut diffiniuit, pro, definit: Et paulò poſt, emiſſas, pro, demiſſas. Præterea, determinantem, pro, de termino autem: &, illorum matrẽ, pro, illum Nus à matre: idq́; tam authoritate veteris manuſcripti codicis, quàm Græcæ lectionis, & Domini Billij commonitione inſtructi.

3. Falſi nominis Gnoſtici] Hoc nomen Valentinianos ſibijpſis indidiſſe ex 24. ca. huius libri patet, idq́; ex omnium rerum ampliſſima notione, qua ſe præditos præ cunctis mortalibus iactabant, vt ait Clemens Alexand. lib. 1. pædag. cap. 6. Hoc autẽ, quaſi hæreditario iure ab omni æuo poſsidẽt hæretici, vt ſpecioſis titulis ſe ſuoſq́; cœtus adornẽt. C Simon ſe virtutẽ Dei magnã affirmabat: Mõtanus, Paracletum Eccleſiæ promiſſum: Noëtus in eam dementiam delatus eſt (ait Epiphanius) vt ſe Moſem diceret eſſe, & fratrem ſuum Aaronem. *Contra Noetia.* Manichæis frequenter exprobrat Auguſtinus, quòd nomen Manetis eorum Patriarchæ, vt apud Græcos ſignificatio inſaniæ vitaretur, geminata litera n, Mannichęum, quaſi manna fundentem appellauerunt. *Lib. de hære. c. 46. & lib. 19. cont. Fauſtum c. 22.* Magna quoque impudentia Nouatiani ſeſe Catharos, id eſt, mundos & puros vocabant, ait in eos ſcribens Epiphanius. Noſtro verò ſæculo & hanc auorum ſuorum philautiam pedibus & manibus ſequuntur hæretici, dũ ſuos hæreſiarchas, Prophetas, Apoſtolos, Paulos, & Helias, mundique huius Soles & luminaria: & viciſſim illi, Euangelicos, reformatos, ſanctificatos ex vtero, (& quid non?) quos miſerè dementant, vocare non erubeſcunt. D

4. Secundus autem] Huius meminit Tertullianus libro Præſcriptionum, dicitq́ue paucis exceptis, cum Valentino conſentire. Auguſtinus in hoc tantùm diſtare ſcribit, quod opera turpitudinis adderet: *Lib. de hære.* Epiphanius verò, quòd vocibus magis ſonoris aures quidem ſuorum demulceret; ſed omni ratione ex ſeminario diaboli erroris ſui ornatum haberet omnium miſerabilium miſerrimus. Theodoretus libro primo hæreticarum fabularum, pauciora recitat quàm hic Irenæus.

5. Alius verò quidam] Epiphanem iſtum vocant Theodoretus ac Epiphanius. Sed quàm obſcœnum monſtrum fuerit, et ſubita morte perierit, audire præſtat ex Clemente Alexand. lib. 3. ſtrom. Hic



Hic autem Epiphanes (ait) filius erat Car- A pocratis, & matris Alexandriæ nomine; ex patre quidem Alexandrinus, ex matre verò Cephalenæus. Vixit autem ſolùm ſeptemdecim annis, & Samæ, quæ vrbs eſt Cephalæniæ, vt Deus eſt honore affectus: quo in loco templum ex ingentibus lapidibus, altaria, delubra, muſæum, ædificatum eſt & conſecratum: & cùm eſt noua luna, conuenientes Cephalenæi, natalem in deos relationem Epiphani ſacrificant, libantque & conuiuantur, & hymnos canũt. Et paulò ante: Qui à Carpocrate & Epiphane deſcendunt, cenſent oportere vxores eſſe communes, à quibus in nomen (Chriſtianum) maximum emanauit probrum. *Lib. 4 hiſt. Eccleſ. ca. 7.* Id autem luculentius ſic exprimit Euſebius: Gentibus copiam & tanquam anſam B præbuerunt ſacro Dei verbo petulanter, impieque obtrectandi: eo planè conſilio, vt fama de flagitioſa iſtorum vitæ ratione paſſim diſſipata, turpem ignominiæ notam, vniuerſæ Chriſtianorum multitudini inureret. Vnde certè accidit, vti nefaria quædam opinio de nobis excitata per infidelium animos, longè lateque perſuaderet, quòd videlicet nefando concubitu matres & ſorores violare, tum etiam ſcelerato quodam alimenti genere vti non vereremur.

6 Iu, iu! & Pheu, pheu!] Iſtas eſſe indignantium & dolentium, imò & demirantium nonnunquam exclamationes, aliquando ſolas, aliquando duplicatas pro ſubiecta affectuum materia, Comicis ſimul & Tragicis Græcorum vſitatas notum eſt. In Auibus Ariſtophanis vtramque eadem ferè pagina reperias. In Sophoclis Aiace, vtramque etiam; C apud Euripidem ita frequens eſt, ἰοὺ, ἰοὺ præcipuè, vt notare ſuperuacuum ſit. Ideò autem de Tragicis aſſumere maluit Iren. vt Valentinianarum opinionum portenta tanto maiora oſtenderet, quanto perſonarum & rerum grauitate Comœdiam Tragœdia ſuperat. Nec erit alienum, hic Tertullianum appellare. Cogor, ait libro contra Valentin. hîc quid iſta nomina deſiderent proferre de pari exemplo. In ſcholis Carthaginenſibus fuit quidam rigidiſſimus Rhetor Latinus, Phoſphorus nomine. Cùm virum fortem peroraret, Venio, inquit, ad vos, optimi ciues, de pręlio cum victoria mea, cum felicitate veſtra ampliatus, glorioſus, fortunatus, maximus, triumphalis. Et Scholaſtici ſtatim familiæ Phoſphori, φεῦ, acclamant. Audiſti fortunatam, & Hedonen, & Acinetum, & Teletum; acclama familiæ Ptolemæi φεῦ. Hoc erit Pleroma illud arcanum, diuinitatis tricenariæ plenitudo.

A 7 In eo enim] expunximus nemo.

8 Nihil igitur prohibet] Ridicula & anilia ſomnia hæc, & verba hæreticorum irriſurus Beatus Martyr, etiam à ſeipſo (ait Epiphanius) aliam nomenclaturam appoſuit, velut dignam ad conferendam ipſorum nugacibus deliramentis, nimirum, peponum, & cucumerorum, ac cucurbitarum generibus, &c *Contra hæreſ. 12.* Vrbanis quoque & facetis verbis, aliquando hæreſim ſuggillare operæprecium iudicauit Tertullianus. *Libr. contra Valent.* Si ridebitur alicui, ait, materijs ipſis ſatiſfiet, multa ſunt ſic digna reuinci, ne grauitate adorentur. Vanitati propriè feſtiuitas cedit. Congruit & veritati ridere, quia lætans: de æmulis ſuis ludere, quia ſecura eſt. Vbicunque dignus riſus, officium eſt.

9 Cum illa autem] Duodecim has voces, vt & paulò poſt, alias octo, ex magnæ fidei veteri manuſcripto exemplari adiecimus, quæ etiam literam dilucidiorem faciunt.

B 10 O Pepones ſophiſtæ] Verſus eſt ex ſecundo libr. Iliados Homeri, quem æquo iure in eos vſurpat, quo beatus Paulus Epimenidis, Menandri, & Arati verbis aliquando vſus eſt. Pepo, cucumeris genus eſt Plinio, magnitudine cætera excedens, concoctu difficile, ſed maximè refrigerans & aluum emolliens. Πέπων tranſlatitiè Græci dicunt hominem fractum, effœminatum, diſſolutum, & mollem, vt in ſuprascripto verſu Homeri. Et alius, μαλθακότερα πέπονος συκῆς μοι γέγονας, id eſt, mollior mihi euaſiſti fico matura. Hi ſiquidem Gnoſtici tam fœdis libidinibus ſeipſos conſpurcabant, vt hominis detracto nomine, atrocioribus, dignis tamen, nomenclaturis impoſitis, Patres eorum inſtitutum deteſtentur. Hinc beati Ioannis auditor Polycarpus, Marcionem ſibi obuium vocauit Primogenitum Satanæ. Iren. in ſequentibus vocitat apoſtatas veritatis, & ſerpentis aduocatos; *Irenæus lib. 3. cap. 3. & lib. 3. cap. 39. & lib. 4 ca. 2. & 60.* Pandoræ Sophiſtas peruerſiſſimos; non homines, ſed muta animalia, hominum vmbras præferentes. Clemens Alexand. 7. ſtromat. agreſtes & inanes amygdalas, adulterantes veritatem; regulæ Eccleſiæ fures, principes ac duces myſteriorum impiorum, animalia im- C munda, quæ bifidas quidem habent vngulas, minimè autem ruminant. Et his antiquior Ignatius, vaniloquos, mentis ſeductores, Chriſtum mercantes, verbi Euangelici caupones, ſycophãtas, fructus mortiferos, progeniem maledictam, inimicos crucis Chriſti, ramos eorum, qui Dominum gloriæ occiderunt, prophetarum interfectores, malas herbas, feras homicidas, ſemẽtum diaboli nequam, inimici ſeminariũ, cippos & & ſepulchra mortuorum, malos operarios, canes mutos, ſerpentes ſe contrahentes, dracunculos ſquamoſos, aſpides, baſiliſcos, ſcorpiones, thoës aſtutos, & ſimias hominum imitatrices. *Epi. ad Tral. & ad Philad. & ad Antioc.* Et Clemens Roman. non homines, ſed feras crudeles in humana figura, lupos pernicioſos, diaboli organa, & iræ filios. *Lib. 2. Conſt. cap. 24. & lib. 6. cap. 10.* Tam obſcœnas ſiquidem & execrandas illorum impudentias fuiſſe refert Epiphan. libr. 1. contra hæreſ. 26. vt vix, ac ne vix quis legere valeat ſine graui animi indignatione, & ob has tam monſtruoſa nomina meritò ſortitos dicit, vt Borboriani, Coddiani, Stratiotici, Phibionitæ, Barbelitæ, Barbeliotæ vocarentur: cui facilè ſubſcribit Theodoretus lib. 1. hæret. fabularum.

*QVAE SVNT IN QVIBVS NON CONVENIAT inter Valentini diſcipulos. CAP. VI.*

A

AT verò Ptolemæus, Bytho, quem illi pro Deo colunt, coniuges duas, quas etiam affectiones vocat, excogitauit, ac dono dedit, Cogitationem ſcilicet, ac Voluntatem. Primùm enim in animum induxit aliquid proferre, ac deinde Voluntas, vt ipſe inquit, ſecuta eſt. Quare duabus hiſce affectionibus, vel etiam virtutib (virtutes enim eas rurſus appellat) hoc eſt Cogitatione & Voluntate velut inter ſe copulatis, Monogenis & Veritatis ortus ex coniugio extitit: quos quidem viſibiles duarum inuiſibilium Patris affectionum typos & imagines prodijſſe ait, hoc eſt, Veritatem Volũtatis, & Nun Cogitationis. Ac propterea adueniente Voluntate maſculus quidem ingenitę Cogitationis imago extitit, fœmina autem Voluntatis. Itaque Voluntas Cogitationis facultas effecta eſt. Cogitatio (B) etenim productionem illa quidem ſibi proponebat: cęterũ per ſe ipſa producere nequiebat, quę cogitabat. Cùm autem Volũtatis facultas acceſſit, tum demùm, quod cogitabat, in ortum produxit.

*Et heu vanam ſtulti deliram nugacitatem! Hoc enim neque de homine aliquis ſana mente præditus acceperit, nedum de* D E O. *Videtur autem mihi prudentior ipſo eſſe Homerus, in eo, quod Iouem curam ſecum in animo voluentem deſcribit ſollicitum & ægreferentem, & per totam noctem ſine ſomno perſeuerantem, quo Achiuis inſidias strueret, quum Thetis ipſum rogaſſet, vt pœnas darent Græcorum Principes, atque ipſi Græci, propter contumeliam ac iniuriam Achilli illatam.*

*Potius enim Homericam ſententiam de Ioue & Achiuis meritò dixerit, qui tantam ſuam audaciam euomuit, quàm de vniuerſorum Domino, qui ſimul vt cogitat, etiam perficit hoc, quod voluit: & ſimul vt vult, etiam hoc cogitat, quod voluit: tum cogitans cùm vult, & tum* (C) *volens cùm cogitat: cùm totus ſit cogitatus, totus mens, totus lux, totus oculus, totus auditus, totus fons omnium bonorum.*

Ait Colorbaſus primam Aeonum Ogdoadem nõ gradatim ita productã eſſe, vt alius ex alio fluxerit: verùm ſimul & cõfertim omnes AEonas à Propatore & Cogitatione ſua procreatos eſſe non minus certò aſſeuerat, quã ſi ipſe obſtetricis munere functus fuiſſet. Ac iam non ex Sermone & Vita Hominem & Eccleſiam, nec ex Homine & Eccleſia, vt alijs placet, Sermonem & Vitam procreatos eſſe ipſe cum ſuis ait: verùm alio modo id ita refert. Quod Propator emittere cogitauit, hoc Patris nomen accepit. Quoniam autem id quod produxit, verum erat, hoc Veritas appellatum eſt. Porrò cùm ſeipſum oſtendere voluit, hoc Homo dictum eſt. Deniq; poſtquam eos quos antè cogitauerat, protulit, hoc Eccleſia (D) nuncupatum eſt. Locutus eſt Homo Sermonem: hic eſt primogenitus filius. Sermonem vita conſecuta eſt. Ita Ogdoas prima confecta & abſoluta eſt.

## SCHOLIA D. BILLII IN Cap. VI.

ET affectiones] *apud Epiph. legendum* διαθέσεις, *non* διαθέσεσι. *atque hîc quædam ſunt in Græco, quæ non habentur in veteri tranſlatione, nempè,* καὶ τὴν μὲν ἔννοιαν ἀεὶ συνυπάρξασαν ἐν αὐτῷ ἐννοουμένην ἀεὶ τι προβαλέσθαι, τὸ δὲ θέλημα ἐν αὐτῷ ἐπιγινόμενον. *i. ac cogitationem quidem ſemper vnà cum ipſo extitiſſe, cogitantem aliquid proferre. Voluntatem verò ipſi aduentitiam fuiſſe.*

Οὗτος τοίνυν Πτολεμαῖος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἔτι ἐμπειρότερος ἡμῖν τοῦ ἑαυτοῦ διδασκάλου προελήλυθε, τῇ ἐκείνων ὑφηγήσει προσθήκης τινὸς ὑπερβολὰς ἐξευρών. δύο γὰρ οὗτος συζύγους τῷ θεῷ παρ' αὐτοῖς Βυθῷ καλουμένῳ ἐπενόησέ τε καὶ ἐχαρίσατο. ταύτας δὲ καὶ * διαθέσεσιν ἐκάλεσεν, ἔννοιάν τε καὶ θέλημα· καὶ τὴν μὲν ἔννοιαν ἀεὶ συνυπάρξασαν ἐν αὐτῷ ἐννοουμένην ἀεὶ τό τι προβαλέσθαι, τὸ δὲ θέλημα ἐν αὐτῷ ἐπιγινόμενον. πρῶτον γὰρ ἐνενοήθη προβαλεῖν, εἶτα φησὶν ἠθέλησε. διὸ καὶ τῶν δύο διαθέσεων τούτων, ἢ καὶ δυνάμεων, δυνάμεις γὰρ αὐτὰς πάλιν καλεῖ, τῆς ἐννοίας καὶ τῆς θελήσεως, ὥσπερ συγκραθεισῶν εἰς ἀλλήλας * τῇ προβολῇ τοῦ μονογενοῦς καὶ τῆς ἀληθείας, κατὰ συζυγίαν ἐγένετο, οὕς τινας τύπους καὶ εἰκόνας τῶν δύο διαθέσεων τοῦ πατρὸς προελθεῖν τῶν ἀοράτων ὁρατάς, τοῦ μὲν θελήματος τὴν ἀλήθειαν, τῆς δὲ ἐννοίας τὸν νοῦν. (B) καὶ * διὰ τούτου τοῦ θελήματος ὁ μὲν ἄρρεν εἰκὼν τῆς ἀγεννήτου * οὐσίας γέγονεν, ὁ δὲ θῆλυς τοῦ θελήματος. τὸ θέλημα τοίνυν δύναμις ἐγένετο τῆς ἐννοίας. * ἐνενόει μὲν γὰρ ἡ ἔννοια τὴν προβολὴν, οὐ μέντοι προβαλεῖν αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἠδύνατο ἃ ἐνενόει. ὅτε δὲ ἡ τοῦ θελήματος δύναμις ἐπεγένετο, τότε ὃ ἐνενόει προέβαλε [καὶ φεῦ τῆς τοιαύτης τοῦ ματαιόφρονος λῃρῳδίας. τοῦτο γὰρ οὐκ ἂν οὐδὲ ἐπὶ ἀνθρώπου λαμβάνοιτο παρά τινι τῶν ἐχόντων ἐρρωμένην τὴν διάνοιαν, μήτιγε ἐπὶ θεοῦ. δοκεῖ δέ μοι φρονιμώτερος αὐτοῦ ὑπάρχειν Ὅμηρος ἐν τῷ τὸν Δία φροντίδα παρ' αὐτῷ ποιούμενον διαγράφεσθαι μεριμνῶντά τε καὶ χαλεπαίνοντα, καὶ ἄυπνον παννύχως διατετελεκότα τὸ πῶς τοῖς Ἀχαιοῖς ἐπιβουλεύσῃ, τῆς Θέτιδος αὐτὸν ἀξιωσάσης εἰς τὸ δίκην τῖσαι τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἐξάρχους τε καὶ αὐτοὺς τοὺς Ἕλληνας διὰ τὴν πρὸς τὸν Ἀχιλλέα ὕβριν. μᾶλλον γὰρ τὴν Ὁμηρικὴν κατάληψιν περὶ Διὸς καὶ (C) Ἀχαιῶν εἰκότως ἂν φήσειεν, τὴν τοσαύτην αὐτοῦ τόλμαν ἐξεμέσας, ἢ περὶ τοῦ τῶν ὅλων δεσπότου, ὃς ἅμα τῷ νοηθῆναι καὶ ἐπιτετελεκέναι τοῦθ' ὅπερ ἠθέλησε, καὶ ἅμα τῷ θελῆσαι καὶ ἐννοεῖται τοῦθ' ὅπερ καὶ ἠθέλησε, * τοῦτο ἐννοούμενος * ὃ καὶ θέλει, καὶ τότε θέλων ὅτε ἐννοεῖται, ὅλος ἔννοια ὤν, ὅλος νοῦς, ὅλος φῶς, ὅλος ὀφθαλμός, ὅλος ἀκοή, ὅλος πηγὴ πάντων τῶν ἀγαθῶν.]

Κολόρβασος γὰρ λέγει τὴν πρώτην ὀγδοάδα, οὐ καθ' ὑπόβασιν ἄλλον ὑπὸ ἄλλου, ἀλλ' ὁμοῦ καὶ εἰς ἅπαξ τὴν τῶν ἓξ αἰώνων προβολὴν ὑπὸ τοῦ προπάτορος καὶ τῆς ἐννοίας αὐτοῦ τετέχθαι, ὡς αὐτὸς μαιωσάμενος διαβεβαιοῦται, καὶ οὐκέτι ἐκ λόγου καὶ ζωῆς ἄνθρωπον καὶ ἐκκλησίαν, καὶ ἐξ ἀνθρώπου ὡς οἱ ἄλλοι καὶ ἐκκλησίας λόγον καὶ ζωὴν φασὶ τετέχθαι αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ. ἀλλὰ ἑτέρῳ τρόπῳ οὗτοι λέγουσιν, ὅτι ὅπερ ἐνενοήθη προβαλεῖν ὁ προπάτωρ, τοῦτο πατὴρ ἐκλήθη. ἐπεὶ δὲ ὃ προεβάλετο ἀλήθεια ἦν, τοῦτο (D) ἀλήθεια ὠνομάσθη. ὅτε οὖν ἠθέλησεν ἐπιδεῖξαι * αὐτὸν, τοῦτο ἄνθρωπος ἐλέχθη. οὓς δὲ προελογίσατο ὅτε προέβαλε, τοῦτο ἐκκλησία ὠνομάσθη, καὶ ὁ ἄνθρωπος τὸν * λόγον, οὗτός ἐστιν ὁ πρωτότοκος υἱός. ἐπακολουθεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ ἡ ζωή. καὶ οὕτως πρώτη ὀγδοὰς συνετελέσθη.

* διαθέσεις
* ἡ προβολὴ τοῦ
* διὰ τοῦτο
* ἐννοίας
* ἐπιγινομένου ὁ μὲν
* τότε
* ὅτε
* ἑαυτὸν
* λόγον ἐλάλησεν

Veritatis ortus] *pro* τῇ προβολῇ, *lego* ἡ προβολὴ *ex vet. interp.*

Prodijſſe] προελθεῖν. Nun cogitationis] *Idem hoc loco eſt* νοῦς, *qui Monogenes.*

Ac propterea adueniente voluntate] *pro* διὰ τούτου, *lego cum vet.* διὰ τοῦτο. *addo autem* ἐπιγινομένου *(quo verbo ſuperius quoq; vtitur author) quia vetus interp. habet aduentitiæ.*

Ingeni-



A

*QVÆ SVNT IN QVIBVS NON conſonant aduerſus inuicem hi, qui ſunt à Valentino omnes.*

## CAPVT VI.

HI[1] verò qui ſunt circa Ptolemæum ſcientiores, duas coniuges habere Bythõ dicunt, quas & diſpoſitiones vocant, Ennœam & Theleſin. Primò enim mente concepit quid emittere, (ſicut dicunt) pòſt deinde voluit. Quapropter duobus his affectibus & virtutibus, id eſt, Ennœæ & Theleſeos, velut commixtis inuicem, emiſſio Monogenis & Aletheiæ ſecundùm coniugationem facta eſt. Quos typos & imagines duorum affectuum Patris egreſſas eſſe inuiſibilium viſibiles, Thelematis quidem Nun, Ennœas autem Aletheian: & propter hoc aduentitiæ volũtatis maſculus eſt imago, innatæ verò Ennœæ fœmininus, quoniam voluntas velut virtus facta eſt Ennœæ. Cogitabat enim [2] Ennœa] ſemper emiſſionem, non tamen & (B) emittere ipſa per ſemetipſam poterat quæ cogitabat. Cùm autem voluntatis virtus aduenit, tunc quod cogitabat, emiſit.

Gnoſticorũ Deus Poëticus.

Non videntur tibi hi, ô dilectiſſime,[3] Homerici Iouis, propter ſolicitudinẽ non dormientis, ſed curæ habentis quando poterit honorare Achillem, & multos perdere Grecorum, apprehenſionem habuiſſe, magis quàm eius qui eſt vniuerſorum Deus? Qui ſimul vt cogitauit, perficit id quod cogitauit: & ſimul ac voluit, & cogitat hoc quod voluit:[4] tunc cogitans cùm vult,] & tunc volens cùm cogitat: cùm ſit totus cogitatus, & totus ſenſus, & totus oculus, & totus auditus, & totus fons omnium bonorum.

Qui autem prudentiores putantur illorum eſſe, primam octonationem non gradatim, alterum ab altero *AEonem emiſſum dicunt, ſed ſimul & in vnum AEonum emiſſionem à Propatore, & Ennœa eius, cumque crearentur, ipſi ſe obſtetricaſſe affirmant. Et iam non ex Logo & Zoë Anthropõ & Eccleſiam, ſed ex Anthropo & Eccleſia Logon & Zoën dicunt generatos in hunc[5] modum] dicentes, Quando aliquid emittere voluit Propator, hoc Pater vocatus eſt; at vbi quæ emiſit, vera fuerunt, hoc Aletheia vocatum eſt. Cùm autẽ voluit ſemetipſum oſtendere, hoc Anthropos dictus eſt. Quos (C) autem præcogitauerat poſteaquam emiſit, hoc Eccleſia vocata eſt. Locutus eſt Anthropos Logon, hic eſt primogenitus Filius, ſubſequitur autem Logon, Zoë, & ſic prima octonatio completa eſt.

*Aeone.

Ingenitæ cogitationis] *pro* οὐσίας *apud Epiph. reponendum eſt* ἐννοίας, *vt perſpicuè ſenſus poſtulat.*

Nõ gradatim] *Quanto meliores, inquit Tertull qui totum hoc tædium amoliti, nullum AEonẽ voluerunt alium ex alio per gradus reuera Gemonios ſtructum, ſed mappa, quod aiunt, miſſa, ſemel octoiugem iſtam ex Patre, & Ennœa eius excluſam.*

Seipſum oſtendere] ἑαυτὸν *lego cum vet. Tertullianus autem, Quum ſemetipſum voluit probare.*

(D) Locutus eſt homo ſermonem] *addo* ἐλάλησε *in Græc. ex vet. int. atq; etiam ex ipſo Tertul. qui tamẽ videtur legiſſe* ἤχησε. *Vertit enim, ſonuit.*

## NOTAE EX ADVERSARIIS Frontonis Ducæi in CAP. VI.

ENnœan & Theleſin] *Apud Epiphanium in hæreſ. 33. videmus has voces,* θέλημα *&* θέλησιν *vſurpari* ἀδιαφόρως. *Tertull.* Cogitationẽ & voluntatem *Latinè dixit cap. 33. adu. Valen.*

Qui autem prudentiores] *Hæc Epiph. hæreſi 35. Colorbaſo cuidam attribuit, & eum ſequutus Theodoretus libro primo hæreticarum fabularum, Colorbaſijs: & Tertull. capite trigeſimo ſexto aduerſ. Valent.* Quanto meliores qui ſemel octoiugem iſtam ex patre & Ennœa eius excluſam voluerunt. *Colarbaſum idem nominat de Præſcription. capite quinquageſimo cum noſtro interprete Iren. cap. 10. libr. 1. Multa hîc ſunt* ἀνακόλουθα, *ſi ad Græcorum ſententiam examinentur, quam eleganter expreſſit Billius; ad verbum dicendum fuiſſet, emiſſionem AEonum ſimul emiſſam eſſe, vel procreatam.*

Non videntur tibi hi] *Hæc ex eodem Epiphanio deprompta ſunt, in quibus licet ipſa verba non proferat Irenæi, tamen ab eius ſententia non multum diſcedit. Correximus autem in Cornarij interpretatione quæ videbantur corrigenda ex vet. interp. ex quo & pro* τοῦτο *&* ὃ καὶ *legendum* τότε *&* ὅτε. *vnde conſtat etiam rectè à doctiſſimo Feu-ardentio quatuor illas voculas ex veteri codice adiectas eſſe. nec expunximus illud* φῶς, *tametſi abeſt à veteri, lux, quo modo ſcripſit Cornarius, non, lex.*

*Porrò non video cur hîc Billius vertat omnes AEonas, pro, ſex AEonas, ſic enim Græcè Epiphanius,* τὴν τῶν ἓξ αἰώνων προβολήν. *licet enim Tertullianus octoiugem nominet, tamen id ſit, quia parentes numerat cum liberis. Certè Græca Epiphanij ſequutus eſt hoc loco Billius, cùm tamen iudicio quidem noſtro, ex veteri interprete Græca fuerint emendanda. Planè enim opponi videntur hi Colorbaſij Valentinianis: nam illi quidem, vt leges libro primo, capite primo, de Logo & Zoe emiſſam ſecundam coniugationem volebant, Hominem ſcilicet & Eccleſiam: at iſti contra inuerſo ordine ex Anthropo & Eccleſia Logon & Zoen: id adeò quæ ſequuntur docent,* locutus eſt Anthropos Logon, hic eſt primogenitus filius, *ſubſequitur*

Logon Zoe. Ac Pamelius quidem in Tertull. corrigendum eſſe vult Epiphaniū, ita vt legatur, ſed velut alij volunt, pro, aut velut alij volunt: ſic enim verterat Cornarius καὶ δὲ ἀνθρώπου ὡς οἱ ἄλλοι: nobis tamen videtur illud ὡς οἱ ἄλλοι: ſcribendū poſt καὶ ἐκκλησίαν, vt Valentiniani deſignētur, ac deinde ἀλλ' δὲ ἀνθρώπου.

Vera fuerunt] In Græco legendum ἃ προεβάλετο ἀληθῆ ἦν. Tertul. quoq;: Quū protulit, quia vera protulit, hic veritas appellata eſt.

## ANNOTATIONES R. P. FR. FEV-ARDENTII IN CAP. VI.

1. Hi verò] Perſequens mutuas pugnas & contradictiones Gnoſticorum, docet illos Deum verum in poëticum (qui varijs coniugiorum, affectuū, & mutationum paſſionibus ſubijciatur) tranſmutare: cùm tamen Deus verus ineffabili ſapientia cuncta nouerit, & voluntate immutabili omnia poſſit atq; perficiat. Ad hunc certè locum reſpexit Cyrillus Ieroſol. cùm ſcripſit: Deus non ex parte videns eſt, ex parte autem viſione priuatus: ſed totus oculus, totus auditus: & totus mens, &c. Catech. 6.

2. Ennœa] deleuimus, Ennœæ authoritate vet. Codicis.

3. Homerici Iouis] locus eſt apud Homerum Iliad. 2.

Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε, καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ
Εὗδον παννύχιοι. Διὰ δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος,
Ἀλλ' ὅγε μερμήριζε κατὰ φρένα, ὡς Ἀχιλῆα
Τιμήσῃ, ὀλέσῃ δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν ἀχαιῶν.

Sic nos vtcunque carmine reddidimus.

Iamq; alij placida diuiq; homineſq; quiete
Gaudebant: ſed enim vigilans tum Iupiter vnus,
Mente volutabat clarum qui reddat Achillem,
Et cadat ad claſſem Græcorum multa virûm vis.

Ideò autem vltimum verſum ambiguè extulimus, quòd conſultus Euſtathius iſta moneat, ὅρα δὲ τὸ πολέας σχῆμα γὰρ ἀμφιβολίας ποιεῖ ἄδηλον γὰρ εἴτε πολλοὺς τῶν ἀχαιῶν ὀλέσῃ, ὧν ὀλλυμένων ἐτιμᾶτο ἀχιλλεὺς, εἴτε πολλοὺς τρῶας τε καὶ ἕλληνας, ἐπὶ ταῖς ναυσὶ ἀχαιῶν, ὅπερ κάλλιον. id eſt, Aduerte autem ad πολέας, quod multa virûm vis reddidimus; habet enim figuram amphibologiæ: quia incertum multoſne Græcorum, quorum nece honorabatur Achilles, an multos Troianorum ſimul & Græcorum, ad Græcorum naues (quod melius eſt) perditurus ſit. Beatus

## QVAM PVGNANTES SINT VALENTINIANORVM inter ſe ſententiæ de Saluatore. CAP. VII.

QVIN de Saluatore quoque non parua inter eos pugna eſt. Sunt enim, qui eum ex omnibus ortum eſſe dicant: eaque etiam ratione Eudocetum ipſum nuncupant, quòd videlicet vniuerſo Pleromati Patris gloriam per eum illuſtrare placuerit. Sunt item, qui eum ex ſolis ijs decem Aeonibus, quos Sermo & Vita in lucem extulerunt, productum fuiſſe tradant: ob eamque cauſam Sermonem & Vitam ipſum appellari, auita videlicet nomina retinentem. Alij rurſus eum ex duodecim illis Aeonibus, qui ex Homine & Eccleſia extiterunt, ortum eſſe malunt: hincq; fieri vt ipſemet ſeſe Filium hominis confiteatur, tanquam Hominis nepotem. Alij præterea eum CHRISTI & Spiritus ſancti, qui fulciendi Pleromatis cauſa producti ſunt, ſobolem eſſe malunt: ob idq; CHRISTVM eum dici, parentis nimirum illius, ex quo productus eſt, nomen ſeruantem. Non etiam deſunt, qui omnium propatorem & proarchen, & proanennœton Hominem vocari aſſerant: & hoc eſſe magnum illud & abſtruſum ſacramentum, nempè quòd vis illa, quæ omnia ſuperat, complexuq; ſuo continet, Homo appellatur: eamq; eſſe cauſam cur Saluator filium Hominis ſe dicat.

Πολλὴ δὲ μάχη παρ' αὐτοῖς καὶ περὶ τοῦ σωτῆρος. οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐκ πάντων γεγονέναι λέγουσι· διὸ καὶ εὐδοκητὸν καλεῖσθαι, ὅτι πᾶν τὸ πλήρωμα ηὐδόκησεν. *οἱ δὲ ἐκ μόνων τῶν δέκα αἰώνων τῶν ἀπὸ λόγου καὶ ζωῆς προβεβλῆσθαι αὐτὸν λέγουσι * τὰ προγονικὰ ὀνόματα τὰ διασώζοντα. οἱ δὲ ἐκ τῶν δεκαδύο αἰώνων τῶν ἐκ τοῦ ἀνθρώπου καὶ * ζωῆς γενομένων· καὶ διὰ τοῦτο υἱὸν ἀνθρώπου * ὁμολογεῖ, ὡσὰν εἰ ἀπόγονον ἀνθρώπου. οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ χριστοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος * εἰς στήριγμα τοῦ πληρώματος γεγονέναι λέγουσιν αὐτόν. καὶ διὰ τοῦτο χριστὸν λέγεσθαι αὐτὸν τὴν τοῦ πατρὸς, ἀφ' οὗ προεβλήθη διασώζοντα προσηγορίαν. ἄλλοι δὲ ὡς εἰπεῖν τινες δὲ αὐτῶν ῥαψῳδοὶ τὸν προπάτορα τῶν ὅλων, καὶ προάρχην, καὶ προανεννόητον ἄνθρωπον λέγουσι καλεῖσθαι. καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ μέγα καὶ ἀπόκρυφον μυστήριον, ὅτι ἡ ὑπὲρ τὰ ὅλα δύναμις καὶ ἐμπεριεκτικὴ τῶν πάντων ἄνθρωπος καλεῖται, καὶ διὰ τοῦτο υἱὸν ἀνθρώπου ἑαυτὸν λέγειν τὸν Σωτῆρα.

* διὰ τοῦτο δοξάζειν τὸν πατέρα. οἱ δέ.
* καὶ διὰ τοῦτο λόγον, καὶ ζωὴν λέγεσθαι τὰ π. ο. δ.
* ἐκκλησίας
* ἑαυτὸν ὁμολ.
* τῶν εἰς στήριγμα τοῦ πληρώματος προβεβλημένων γεγόν.

## SCHOLIA D. BILLII IN Cap. VII.

PAtris gloriam] addo in Græc. hæc verba ex vet. διὰ τοῦτο δοξάζειν τὸν πατέρα.

Ob eamq; cauſam] hîc quoq; add. ex vet. hæc verba, καὶ διὰ τοῦτο λόγον, καὶ ζωὴν λέγεσθαι αὐτόν.

Auita nomina] προγονικά. delēdus eſt in Græco articulus τά.

Ex Homine & Eccleſia] apud Epiphaniū pro ζωῆς, legendum ἐκκλησίας.

Seſe] addendum ἑαυτὸν in Græco.

Hominis nepotem.] ἀπόγονον.

Qui fulciendi Pleromatis] corrigenda ſunt Græca apud Epiphanium ex vet interpret. ac ſic legendum, τῶν εἰς στήριγμα τοῦ πληρώματος προβεβλημένων.

## NOTAE EX ADVERSARIIS Frontonis Ducæi in CAP. VII.

QVapropter beneplacitum] Græc. εὐδοκητὸν καλεῖσθαι: vnde apud Theodoretum corrigendum eſt illud Sydochiteon, hoc eſt, complacendum, & ſcribendum, Eudocetum εὐδοκητὸν, hoc eſt, beneplacitum, vel, cōplacitum. Sed ibidem legimus, vt apud Epiphanium, Seruatorem factū ad Pleromatis ſtabilimentum, hoc tamen apud vtrumque emendandum eſt, vt ex Tertulliano conſtat c. 39. Alij à Chriſto & Spiritu ſancto cōſtabiliēdæ vniuerſitati prouiſis confictū. ſic cap. 1. ſub finem τὸν χριστὸν εἰς ἐπανόρθωσιν τοῦ πληρώματος προβεβλημένον. deniq; in Græco videtur legendum ἑαυτὸν ὁμολογεῖν, cùm vetus habeat, ſe confiteri.

## ANNOTATIONES R. P. FR. FEV-ARDENTII IN CAP. VII.

1. MVlta autem pugna apud eos] Diuerſas illorum ſententias de Saluatoris noſtri æterna



Irenæus eum ſenſum ſequutus eſt, qui vel Euſtathio ipſi melior videtur, niſi dicas poſt perdere de eſſe ad naues, vt apud eundem etiam Homerica ſeruetur ambiguitas: quod ſubtilius forſan quàm verius excogitatum putem, cùm id non doceat Vetus codex, & ad Homeri locum alluſiſſe potius; quā eius verba vſurpaſſe videatur. Epiphanius aduerſus Ptolemaitas, Irenæi ſententiam pluribus verbis & apertioribus explicat.

4 Tunc cogitans cùm vult] Quatuor has voculas ex veteri codice adiecimus. Concinnè autem quatuor axiomatibus quæ de infinita Dei omnipotentia didicerat à Polycarpo, & alijs Apoſtolorum auditoribus, explicat, aduerſus Gnoſticorum impia figmenta, quibus illam certis limitibus coërcebant, admittentes Deum quidem omnipotentem eſſe, ſed eorum, quæ ei ſubiacebant: multa eundem ſubterfugere putantes, vt ex ſuperiori capite colligitur. Sagaciter enim animaduertebat hic B. Martyr, Deum Patribus ne ad promiſſa eius & iuſſa capeſſenda trepidarent, omnipotentiam ſuam propoſuiſſe; Apoſtolos quoq; prætermiſſis boni, iuſti, miſericordis, & varijs alijs, hoc vnum Dei Patris epithetum credendum initio Symboli affixiſſe: demumque huius immenſæ virtutis fidem, totius religionis Chriſtianæ baſim eſſe, quæ ſi aliquatenus vacillet, totum corruere Euangelium neceſſe ſit. Iudicent igitur quorum dogmata amplexentur, noſtri ſæculi Sacramentarij, qui vt ſuas opiniones tueantur de abſentia corporis Chriſti; ſumma cū Diuinæ maieſtatis blaſphemia, plurima eum poſſe facere pernegant. Quin & eo furore agitantur, vt reclamantibus omnibus Scripturis, miraculis, & operibus diuinis, Deum ipſum præter eius quam creauit naturæ leges, quicquam operari poſſe inficientur. An non hoc eſt Gnoſticum & Valentinianum, vel potius Atheiſmum buccis inflatis perſonare? Salubriùs multò Virginem percunctantem quanam arte viro non agnito pareret, Angelus iuſſit attendere, non eſſe impoſſibile apud Deū omne verbum. Huc pertinent & iſtæ Scripturarum voces: Nunquid manus Domini inualida eſt? Subeſt tibi cùm volueris poſſe: Non eſt abbreuiata manus Domini: ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea. Nun ſupra naturæ leges, limum in carnem; carnem in ſtatuam conuertit? Aridam virgam florere, ſolem curſum ſiſtere, brutum humana verba vſurpare, flammas alijs parcere, alios deuorare iuſſit?

5 Modum] ita vetus codex; Excuſi habebant mundum.

## QVALIS CONVERSATIO IPSORVM, & quæ eſt figuratio vitæ.

### CAPVT VII.

M[1]VLta autem pugna apud eos, etiam de Saluatore. Quidam enim eum ex omnibus generatum dicunt, quapropter beneplacitum vocari, quoniam vniuerſum Pleroma bene ſenſit per eum glorificare Patrem. Alij autem ex ſolis [decem] AEonibus, qui ſunt à Logo & Zoë emiſſi, &[2] propter hoc Logon & Zoen dici eum, parentum nomina cuſtodientem. Alij autem ex duodecim AEonibus[3] his [qui ſunt ab Anthropo & Eccleſia facti: &[4] propter hoc Filium hominis ſe cōfiteri, velut poſtgenitum Anthropi. Alij à Chriſto & Spiritu ſancto ijs] qui ad firmamentum Pleromatis emiſſi ſunt, factum eum dicunt,[5] & propter hoc Chriſtum vocari, ]Patris ſui à quo emiſſus eſt, cuſtodiētem appellationem. Alij autem ſunt qui ipſum Propatorem omnium & Proarchen, & Proanennoeton, Anthropon dicunt vocari, & hoc eſſe magnum & abſconditum myſterium, quoniam quæ eſt ſuper omnia virtus, & cōtinet omnia, Anthropos vocatur, & ideo hoc Filium hominis [ſe] dicere Saluatorē.

Diuerſis quinq; ſententijs ſuper vnico Saluatore noſtro pugnabant.

æterna generatione, quam ſilentio potius adorare, quàm curioſiùs inueſtigare debuiſſent, paucis enumerat. Obſerua quàm verè dixerint, multifidas falſitatis ſemitas eſſe, vbi ſemel à veritatis regula receſſeris: ac eorum qui blaſphemijs gaudent, varios cuneos, & diuerſa multum blaſphemiarum iacula. Mendacium enim multiplex & varium: ſed veritatis gratia ſimplex eſt. Talis eſt vecordia, ait ad Cledonium Nazianzenus, vt ſecum ipſa, & cum veritate pugnet. (Theod. lib. 2. de cura. Græc. affect. & ſer. 3. de Proui.)

2 Et propter hoc Logon, &c.] Chriſtum Dominum ea tantùm ratione Logon dicebāt, quod à decem illis ſæculis, quæ Logi & Zoës tertia illa coniugatio genuerat, emiſſus eſſet: perſonam diuinam æternamq; vnà cum Patre fuiſſe, vt initio Euangelij docet B. Ioannes, vel inficiari, vel obſcurare ſatagentes. In hoc autem vt Iudæorum impietatem ſectabantur Gnoſtici, ſic Arianorum & Mahumetis blaſphemijs ſeminaria præbuerūt. Noſtra porrò ætate, qua ab Orco omnium priorum ſæculorum ſordes reuocare conatur Satanas, Seruetus Geneuæ; Stancarus in Polonia; et Matthias Flacius Illyricus in Germania, idē virus ſpargere conati ſunt. Hi ſiquidem Filium Dei per quandam metaphoram λόγον vocari, ſimili Hebraiſmo quo Baptiſta, Vox nominatur aſſeruit: & nunquam in ſcripturis ſacris Diuinæ Trinitatis hypoſtaſim ſignificare, vt ante aliquot annos ex Melanchthonis epiſtola ad M. Vuarnerum euicit Fridericus Staphylus, parte 2. Epitomes ſectæ Lutheranæ; & poſt eundē abundantiùs ex Georgij Maioru ſcriptis; Academiæ VVittebergenſis cenſura; et Māſfeldenſi confeſſione, grauiſſimus et catholicus ſcriptor Lindanus, Dialogo 2. dubitantij; & lib. 1 de Tranquillitate animi.

3 His] expunximus ij.

4 Propter hoc Filium hominis ſe confiteri] Quorum ſententias tertio & quinto ordine recitat, circa temporalem Domini ex B. Virgine conceptionem, et natalem fuſiùs deſcribit & confutat lib. 3. c. 18. 26. 27. 28. 32. &c. oſtendens eū ea ratione Filium hominis, ſe fateri, quòd iuxta Prophetarum oracula, veram carnem ex Maria Deipara Spiritu ſancto cooperante aſſumpſerit. Iuſtini etiam martyris verba ſuper hoc nomine addere libet, Filiū hominis, inquit, ſeipſum dicebat, vel quia natus de Virgine oriunda à Dauide, Iacobo, Iſaaco, Abrahamoque: vel quia ipſe Abraham etiam reliquorum deinceps pater eſt, ex quibus Mariæ ſtirps exinde deducitur. Scimus enim patres filiarum, etiā liberorum patres eſſe, quos illæ pariunt. Cur homo Chriſtus, ait Tertu. & Filius hominis, ſi nihil hominis, & nihil ex homine? Niſi ſi aut aliud eſt homo quàm caro: (In dialog. & queſt. 66 ad orthodoxos.) (Lib. de carne Chriſti.)

caro: aut aliundè caro hominis quàm ex homine, aut A aliud eſt Maria quàm homo.

*Cæterùm à doctis viris Pamelio ac Frontone moniti, ſequenti linea,* ijs qui ad firmamētum Pleromatis, *ſubſtituimus, pro,* eorum qui, &c.

5. Et propter hoc Chriſtum vocari eum dicunt] *Septem has voces ex manuſcripto Veteri Codice meritò adiecimus. Cæterùm de Chriſti appellatione varia iſtorū ſomnia, infra deſcribit cap. decimo. Tertullianus, id nominis non ex natura, ſed ex diſpoſitione venire: nec proprium eſſe, ſed appellationem, qua vnctus dicitur vt veſtitus: ipſumq́ ad humanam naturam pertinere ſcribit.* Hinc Chriſtus, *vt idē alibi ait,* Dicitur à chriſmate, quod eſt vnctio, quæ

*QVÆ EST MARCI DOCTRINA.*
*CAP. VIII.*

IAM verò Marcus quidam, non paucos vtriuſque generis homines in errorem abductos, ad ſe illexit: quippe, qui miſerum illum eorum, de quibus antè verba fecimus, impoſtorum emendatorem eſſe ducerent, cùm magicarum præſtigiarum peritiſſimus eſſet. His itaque, quos in fraudem induxerat, perſuaſit, vt totos ſeſe ad eum conuerterent, velut ad hominem ſingulari quadam ſcientia præditum, vimq́ue maxi- B mam ab ijs locis, qui nec oculis cerni, nec vllo nomine exprimi poſſunt, conſecutum: vereq́ue præcurſorem Antichriſti ſe præſtitit. Anaxilai eum ludicra, cum Magorum (ſic enim appellantur) verſutia coniungens, mirifica quædam edere cenſetur.

Μάρκος δέ τις ἀπὸ τούτων ὁρμώμενος καὶ ἕτερα παρὰ τούτοις τολμήσας, κακὰ δὲ τῷ κόσμῳ ἐξήμεσε. γύναια γὰρ καὶ ἄνδρας ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένα τε καὶ πεπλανημένους ἐπηγάγετο, ὑποληφθεὶς ὁ ἐλεεινὸς διορθωτὴς εἶναι τῶν προειρημένων ἀπατεώνων, μαγικῆς ὑπάρχων κυβείας ἐμπειρότατος. ἀπατήσας δὲ τοὺς προειρημένους πάντας καὶ τὰς προειρημένας, προσέχειν * αὐτῷ ὡς γνωστικωτάτῳ, καὶ δύναμιν τὴν μεγίστην ἀ- αὐτῷ ἐπίθε
B πὸ τῶν ἀοράτων καὶ ἀκατονομάστων τόπων ἔχοντι, ὡς πρόδρομος ὢν ἀληθῶς τοῦ ἀντιχρίστου ἀποδέδεικται. τὰ γὰρ Ἀναξιλάου παίγνια τῇ τῶν λεγομένων μάγων πανουργίᾳ συμμίξας, δι' αὐτῶν φαντάζων τε καὶ μαγεύων, εἰς ἔκπληξιν τοὺς ὁρῶντάς τε καὶ πειθομένους αὐτῷ περιέβαλεν. ὡς καὶ οἱ ὑπ' αὐτοῦ ἔτι καὶ εἰς δεῦρο τοῦτο ἐπιτελοῦσιν. οἱ δὲ τὰ ἀπὸ περιεργείας ὁρῶντες, δοκοῦσι δυνάμεις τινὰς ἐν χερσὶν αὐτοῦ ἐπιτελεῖσθαι, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ταῦτα ποιούντων. τὸν γὰρ νοῦν καὶ αὐτοὶ ἀπολέσαντες οὐχ ὁρῶσι μὴ γινώσκοντες δοκιμάσαι ὅτι ἀπὸ μαγείας ἡ σύστασις τοῦ παρ' αὐτοῦ παιγνίου, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐπιτελεῖται.

## SCHOLIA D. BILLII IN Cap. VIII.

HOC *Caput apud Epiphanium, paulò aliter habetur, quā apud Irenæum.*

Perſuaſit] *in Græc. pro* προσέχειν αὐτῷ, *deſideratur aliquod verbum, fortè* ἐποίησε, *vel* ἔπεισε.

## NOTAE EX ADVERSARIIS Frontonis Ducæi in Cap. VIII.

AD ſe conuertit] *Cùm ſit Græcè* προσέχειν αὐτῷ, *legendum hîc videtur,* ad ſe conuerti velut ad ſcientiſſimum, *& cæt.* locis habentem fecit, *& Græc.* προσέχειν αὐτῷ ἐποίησε, *ad ſe conuerti fecit. Porrò vocem,* perfectiſſimum, *ſi è Græco vertit, nō de ſuo addidit interp. legendum eſt,* ὡς γνωστικωτάτῳ καὶ τελειοτάτῳ. *Ita dixit ante cap. 5.* ἵνα τελείων τελειότεροι φανῶσιν ὄντες καὶ γνωστικῶν γνωστικώτεροι, *vet. interpr. vt perfectorum perfectiores, Helleniſmo, pro, perfectis perfectiores. Cæterùm hæc ad verbum reddita habes apud interpretem Epiphanij ſub initium hær. 34.*

## ANNOTATIONES R. P. FR. FEV-ARDENTII IN CAP. VIII.

1. Alius verò quidam] *Huius Marci meminerunt Tertullianus lib. Præſcript. & Theodo. lib. 1. Hæret. fab. paucis omnes illius præſtigias complectentes: fuſiſſimè autem omnium Epipha. lib. 1. tom. 3. hæreſ. 34. ſectam Marcoſiorum ab eo eductam, & eum præter Valentinum, Secundum, Ptolemæum & Epiphanem multa mala in Creatorem euomuiſſe.*

2. Et ab inenarrabilibus locis] *Deleuimus* Logis, *& has quatuor voces ex veteri Codice adiecimus, his verbis ſubſcribente Epiphanio lib. 1. hæreſ. 34.* Vt ſtupore attonitos rudiores ad ſeſe ſuſpiciendum, tanquam cælitus delapſum Doctorem conuerteret, virtutem maximam ab inuiſis, cęleſtibus, & innominatis locis ſe recepiſſe, ſceleratus impoſtor iactabat. *Simili veſania non tantùm virtutem, ſed & librum è cælis delapſum ſe habere & circumferre prædicauerunt Origenis tempeſtate Helcæſaitæ: quem qui legiſſet et* Euſeb. lib. 6. Hiſt. ca. 31.
C *credidiſſet, aliam longè remiſſionem peccatorum acciperet ab ea, qua Chriſtus peccata remiſit.*

3. Præcurſor quaſi verè exiſtens Antichriſti] *Hoc encomio non tantū Irenæus ſuos Gnoſticos frequenter & iure exornat, ſed & quotquot contra hæreſiarchas manibus conſeruerunt. Sicut enim varia ſæculorum reuolutione, varij Prophetæ verbis, ſcriptis & rebus geſtis verum Chriſtum annunciabant, ideóque nuncij & anteambulones illius vocantur: ſic filio perditionis viam parant quotquot contra Chriſtum & Eccleſiam eius eriguntur, & ab Apoſtolo etiam* Antichriſti *nuncupantur, 1. Ioan. 2. & 4. Conſtantium Imperatorem, quòd hæreſi Arianæ faueret impenſius, Arianiſq́ue Eccleſias tradi iuſſiſſet, apertis verbis* Antichriſtum *vocant Athanaſius Epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, & Hilarius, tribus ad* Hiero. in 24. cap. Matt.
D *illum libris. Pari conſtantia eundem illum paucis pagellis plus decies* Antichriſti pręcurſorem, vmbram, ceruum, ſatellitem, ſpiritum & ſimulachrum appellitat *Lucifer Calaritanus lib. de non parcendo in Deum delinquentibus. Ambroſio quoque* Antichriſtus *fuerunt Arius, Sabellius, & omnes qui praua interpretatione ſimpliciores ſeducunt, quod & aliquot ante eum ſæculis ſcripſerat Origenes homil. trigeſima in Matthæum.* Comment. in 21. ca. Luc.

4 Anaxilai ludicra] *Quis hic fuerit Anaxilaus affirment alij, ego tantùm coniecturam meam adijciam. Epiphanius de eodem loquens, ex Irenæo arbitror, Græcè* παίγνια *eius nominat; quæ interpres* ludicra *tranſtulit. Quæ vox latæ ſignifica-*



A Domino nomen accommodauit, facta ſpiritalis, quia vnctus eſt à Deo Patre oleo lętitiæ præ participibus ſuis. Eſaiæ 61. Luc. 4. Pſal. 44. Heb. 1. Act. 4. Vnctus eſt autē non vt Deus, ſed vt homo, *ſcribit Theodoretus,* & poſt incarnationem Chriſtus nominatus eſt: *Cui penitus conſona habet Vigilius martyr, li. 4. contr. Eutychen. Hoc autem nomen commune Regibus, Prophetis, & Sacerdotibus fuiſſe, idem teſtatur. Cùm igitur Saluator noſter horum omnium partes ſuſceperit, et ad has obeundas cæleſtis Patris virtute vberrima, ſcilicet Spiritus ſancti gratia, in animam eius effuſa delibutus fuerit, meritò Chriſtus dicitur, non à Pleromate, vel quibuſdam Aeonibus, vt iſti fanatici perperam ſomniant.*

# *QVÆ * EST COLARBASEORVM & Marci doctrina.*

## CAPVT VIII.

B [1] ALius verò quidam ex ijs qui ſunt apud eos, magiſtri emendatorem ſe eſſe gloriās, Marcus eſt autem illi nomen, magicæ impoſturæ peritiſſimus, per quam & viros multos, & non paucas fœminas ſeducens, ad ſe conuertit, velut, ad ſcientiſſimum & perfectiſſimum, & virtutem maximam ab inuiſibilibus [2] & ab inenarrabilibus locis] habentem fecit, [3] præcurſor quaſi verè exiſtens Antichriſti. [4] Anaxilai enim ludicra, cum nequitia eorum qui dicūtur magi commiſcens, per hæc [5] virtutes perficere putatur apud eos, qui ſenſum non habent, & à mente ſua exceſſerunt.

*ſignificationis, nihil hîc tamen aliud, quàm ea quibus noſtris oculis illudunt præſtigiatores, ſi ad Irenæi & Epiphanij verba attendas, ſignificare videtur. Eū ergo ipſum eſſe ſuſpicor, de quo ita Plinius:* Lib. 35. ca 15.
*Luſit & Anaxilaus eo (ſulphure, de quo ibi ſermo eſt) candens in calice nouo, prunaq́ ſubdita circūferens, exardeſcentis repercuſſu, pallorem dirum velut defunctorum, effundente conuiuijs, (vel vt alia lectio habet) offundente cōuiuis. Ludendi ver-*
C *bum vnde* ludicra, *vt à* παίζειν παίγνια *deducas, Plinius vſurpauit. Deinde Anaxilaum poculo vſum, ſicut & Marcum hæreticum præſtigiarū Anaxilai imitatorem, idem Plinius & proximo cap. Irenæus apertè docent.*

5. Virtutes perficere putatur] *Miracula vera & hîc impoſtores iſtos edere pernegat: ſed & multò euidentioribus verbis infra lib. 2. cap. 57.*
Li. 2. Recog. *Hiſdem ferè verbis Clemens Ro. Impios in doctrinæ falſæ confirmationem, miracula facere poſſe inficiatus fuerat, niſi quatenus Antichriſto ſub finem mundi, permiſſum iri putat. Quod ſi omnino aliqua vera in conuenticulis hæreticorum peracta vel fuiſſe, vel fieri poſſe quis contendat:* errorem tamen eorum per illa, nihilò magis con-
qu. 5. ad Orthod. firmari, *argutè docet Iuſtinus martyr,* quàm ſi impietatem Gentium, ideo quod ſol ori-
D tur in eos, roreq́ue cæleſti aſpergantur, Deo aliquis gratam putet.

Tract. 13 & 14. in Ioan. Epiſt. ad Heronens. *Auguſt. quoq́ pernegans hæreticos edere miracula, illa quæ falſo tribuebantur Donatiſtis ſcribit meras eſſe fabulas. Iſta de his B. Ignatij obſeruanda eſt Apoſtolico digna ſpiritui præcautio.* Quiſquis dixerit præter illa quæ ſtatuta ſunt, etiam ſi fide dignus ſit, etiam ſi ieiunet, etiam ſi virginitatem ſeruet, etiam ſi ſigna faciat, etiam ſi prophetet: tibi lupus cenſeatur ſub ouis pelle ouium corruptionem moliens. *His ergo ſatis conſtat ſectas hæreticorum ſemper veris deſtitutas eſſe miraculis: ac proinde Authorum ac miniſtrorum extraordinariam, quam & ipſi profitentur, miſſionem, non eſſe à Deo. Currūt, & Dominus non mittit illos.* Ierem. 23. *Atq́ hæc de nullis, vel falſis hæreticorum miraculis. Contrà verò, nullum eſſe in Eccleſia Catholica doctrinæ vel fidei caput, Sacramentum, ritum, quem Deus de cælis per ſanctos ſuos euidentiſſimis peractis miraculis non probauerit & aſſeruerit, omni exceptione maioribus teſtibus ac ſcriptoribus efficere facillimum eſt. Nam huius fidei primi aſſertores eam prædicauerunt vbique,* Domino cooperante, & ſermonem confirmāte ſequentibus ſignis. Marc. 16.
*Notū eſt ex Eccl. hiſt. ſanctiſſimorum concil. Niceni et Chalcedonenſis decreta, in quibus Symbolum fidei noſtræ primū locum obtinet, apertis miraculis comprobata fuiſſe. Baptiſmi ſanctitatem & virtutem ſignis confirmatam fuiſſe docet hiſtoria Conſtantini; & quædam recitat Aug. lib. 22. ciu. ca. 8. Confirmationis præſtantiam prædicat B. Lucas in Actis c. 8. 10. & 19. & miraculū in ampulla, qua ſeruabatur ſanctū Chriſma, deſcribitur ab Optato Mileuitano lib. 2. con. Parm. Euchariſtiæ adhibitione ſeruatos fuiſſe Cæſarium & Gorgoniam referunt Ambroſ. & Nazian. aliaq́ue miracula virtute eiuſdem patrata recitant Chryſoſto. Amphilochius, Optatus, Euſebius, Proſper, & alij plurimi. &c.*

*Ad ritus accedo: Crucis Dominicæ pia conſignatione cacodæmones è corporibus & locis fidelium profligatos fuiſſe teſtificantur Ignatius, Iuſtinus, Tertullianus, Cyprianus, Lactantius, veteres omnes. Aquæ luſtralis vim eoſdem nullibi ferre potuiſſe, ex Clem. Rom. Alex. Pontiſ. Epiphanij, Theodoreti, Palladij, Nicephori ſcriptis conſtanter aſſeritur. Exorciſmis Catholicis etiam nūc frequenter illos abigi, notius eſt quàm quis poſſit ire inficias. Montem è loco ſuo motum, vt hunc Eccleſiæ ædificandæ cederet, idq́ Gregorij Thaumaturgi precibus, teſtes ſunt Gregorius Niſſenus, Rufinus, Nicephor. Oleo ſacrarum lampadarum infirmos curatos & mortuos ſuſcitatos eſſe ſcriptis mandauerunt Theodoretus, & Auguſt. li. 22. ciu. ca. 8. Vſum ſacræ & benedictæ ceræ, agni figura compactæ, Deum multis ſignis comprobaſſe docent Paulinus & Greg. Turonenſ. & diſſerit integro libro Vincentius Bonardus. Ad ſepulcra, veſtes, oſſa & alias reliquias Sanctorum innumera beneficia mortalibus cōceſſa fuiſſe prædicant Hieron. Ambroſ. Auguſt. Chryſoſtom. Theodoret. Damaſcenus, &c.* Hiſt. ſanct. cap. 21.

*Hæc autem & multo plura in Eccleſia Catholica facta eſſe adeò certum eſt, vt etiam præcipui hæreticorum miniſtri, qui iā tredecim Centurias annorum à Chriſto ad nos vſque hiſtoriæ in modum concinnauerunt, in ſingulis ætatibus hæc contigiſſe ſignatis Authoribus collegerint, ſcripſerint, vulgauerint. Supereſt ergo, vt contemptis omnium ſectariorum erroribus & blaſphemijs, in ea fide & Eccleſia cum Auguſtino nos contineamus, quæ tot tantiſq́ miraculis à Deo omnipotente coadunata, & hactenus oſtenſa & probata fuit. Lib. de vtil. creden. c. 17. & li. contra epiſt. Manich. ca. 4.*

*DE PRODIGIOSIS MARCI ERRORIBVS.*
*CAPVT IX.*

A

POcula vino mixta fingens ſe conſecrare, atq; inuocationis verba in longius protendens, efficit vt purpurea & rubicũda appareant, exiſtimeturq́ue gratia ab ijs, quæ ſupra omnia ſunt, ſanguinem ſuum per ipſius inuocationem in poculum illud ſtillare, geſtiantq́; ij, qui adſunt, ex ea potione guſtare, vt etiam in ipſos gratia ea, quę per hunc magum prædicatur, influat. Rurſus mulieribus pocula mixta porrigens, ipſas adſtante ſe conſecrari iubet. Quod cùm factum fuerit, ipſe aliud poculum lõgè maius eo, quod à muliercula ſeducta conſecratum eſt, proferens, atque ex minore illo, à muliere conſecrato, in id quod à ſe allatum eſt transfundens, ac ſimul hæc verba ſubiungẽs, Gratia ea, quæ ſupra omnia eſt, cogitationemq́; omnem & ſermonem excedit, interiorem tuum hominẽ

B

impleat, atque inſperſo in terram bonam ſinapis grano, cognitionem ſuam in te amplificet, aliaq́; nonnulla huiuſmodi verba pronuncians, quibus miſeram illam velut œſtro quodam pungit, tum demum pręſtigiatoris hominis ſpecimen edit, magno videlicet poculo ex paruo vſq; adeò impleto, vt etiam redundet. Atq; alia quædã conſimilia faciens permultos fefellit, ac poſt ſe abduxit. Quin illud quoq; à vero nõ abhorret, habere eum dæmonẽ quendã aſſeſſorem, cuius opera tum ipſe vaticinia edere videtur, tum etiã efficit vt eæ omnes, quas dignas cenſet quibus gratiã ſuam impertiat, vaticinẽtur: potiſſimum enim circa mulieres ſtudiũ ſuum & operã impendit, eaſq́; pręſertim, quæ eleganter cultę ſunt ac purpuratę, maximiſ-

C

q́ue opibus præditæ: quas perſæpe ad ſe allicere ſtudens, aſſentabundè ita alloquitur: Libet tibi gratiam meam impertire, quandoquidẽ vniuerſorum pater angelũ tuum perpetuò cernit ante faciem ſuã. Locus autẽ tuę magnitudinis in nobis ſitus eſt. Oportet nos vnum effici. Accipe primum ex me, & per me, gratiã. Adorna teipſam, vt ſponſa ſponſum ſuum expectãs: vt ſis, quod ego, & ego viciſſim quod tu. Luminis ſemen in thalamo tuo colloca. Sponſum à me ſume, & capax ipſius eſto, atque in ipſo facito vt capiaris. En gratia in te deſcẽdit: aperi os tuum, & vaticinare. Reſpondente autem muliere, Nunquã vates fui, nec vaticinandi artem calleo, rurſus ille inuocationes quaſdam faciens, vt ſeductam illam in admirationem ac ſtuporem trahat, his eam verbis affatur. Aperi os tuum: loquere quicquid libet, & prophetabis. His i-

D

gitur verbis illa ſtultè elata ac tumida, atque ob vaticinandi ſpem & expectationem, in qua verſatur animo incaleſcens, corde plus quàm par ſit ſubſultante, audacia effertur, ac meras nugas, & quicquid temerè occurrerit inaniter & impudenter, vtpotè inani ſpiritu concalefacta (quemadmodum quidam nobis præſtãtior de huiuſmodi mulieribus ait, Audax & impudens res eſt anima inani aëre concalefacta:) ac deinceps Prophetiſſam ſeſe arbitratur, gratiaſque Marco agit, qui gratiæ ſuæ participem eam fecerit, eumq́ue non modò facultatum ſuarum largitione, vnde ille ingentem pecuniæ vim cogit, ſed etiam corporis ſui communicatione remunerari conatur, per omnia nimirum ei copulari ſtudens, vt cum eo in vnum veniat. Enimuerò mulieres quædam fideliores, ac timore Dei præditæ, nec ab eo in fraudem inductæ, (quas æquè ac reliquas ſeducere inſtituerat, iubens eas prophetare,) exufflantes eum,

*Ex Epiphan. hæreſ. 34.*

ΠΟτήρια οἴνῳ κεκραμένα προσποιούμενος εὐχαριστεῖν, καὶ ἐπὶ πλέον ἐκτείνων τὸν λόγον τῆς ἐπικλήσεως, πορφύρεα καὶ ἐρυθρὰ ἀναφαίνεσθαι ποιεῖ, ὡς δοκεῖν τὴν ἀπὸ τῶν ὑπὲρ τὰ ὅλα χάριν τὸ αἷμα τὸ ἑαυτῆς στάζειν ἐν τῷ ἐκείνῳ ποτηρίῳ διὰ τῆς ἐπικλήσεως αὐτοῦ, καὶ ὑπεριμείρεσθαι τοὺς παρόντας ἐξ ἐκείνου γεύσασθαι τοῦ πόματος, ἵνα καὶ εἰς αὐτοὺς ἐπομβρήσῃ ἡ διὰ τοῦ μάγου τούτου κληϊζομένη χάρις. πάλιν δὲ γυναιξὶν ἐπιδοὺς ἐκπώματα κεκραμένα, αὐτὰς εὐχαριστεῖν ἐγκελεύεται, παρεστῶτος αὐτοῦ. καὶ τούτου γενομένου αὐτὸς ἄλλο ποτήριον πολλῷ μεῖζον ἐκείνου, οὗ ἡ ἐξηπατημένη ηὐχαρίστησε, *προσενεγκὼν, καὶ μεταχενώσας ἀπὸ τοῦ μικροτέρου τοῦ ὑπὸ τῆς γυναικὸς ηὐχαριστημένου, εἰς τὸ ὑπ' αὐτοῦ *κεκοσμημένον ἐπιλέγων ἅμα οὕτως, Ἡ πρὸ τῶν ὅλων, ἡ ἀνεννόητος καὶ ἄρρητος χάρις πληρῶσαί σου τὸν ἔσω ἄνθρωπον, καὶ πληθῦναι ἐν σοὶ τὴν γνῶσιν αὐτῆς, ἐγκατασπείρουσα τὸν κόκκον τοῦ σινάπεως εἰς τὴν ἀγαθὴν γῆν. καὶ τοιαῦτά τινα εἰπὼν, καὶ ἐξοιστρήσας τὴν ταλαίπωρον, θαυματοποιὸς ἀνεφάνη τοῦ μεγάλου πληρωθέντος ἐκ τοῦ *μεγάλου ποτηρίου, ὥστε καὶ ὑπερεκχεῖσθαι ἐξ αὐτοῦ. καὶ ἄλλα τινὰ τούτοις παραπλήσια ποιῶν ἐξηπάτησε πολλοὺς, καὶ ἀπηγείοχεν ὀπίσω αὐτοῦ. εἰκὸς δὲ αὐτὸν καὶ δαίμονά τινα πάρεδρον ἔχειν, δι' οὗ αὐτός τε προφητεύειν δοκεῖ, καὶ ὅσας ἀξίας ἡγεῖται μετόχους τῆς χάριτος αὐτοῦ, προφητεύειν ποιεῖ. μάλιστα γὰρ περὶ γυναῖκας ἀσχολεῖται καὶ τούτων τὰς εὐπαρύφους, καὶ περιπορφύρους, καὶ πλουσιωτάτας, ἃς πολλάκις ὑπάγεσθαι πειρώμενος *κολακεύων φησὶν αὐταῖς, Μεταδοῦναί σοι θέλω τῆς ἐμῆς χάριτος, ἐπειδὴ ὁ πατὴρ τῶν ὅλων τὸν ἄγγελόν σου διαπαντὸς βλέπει πρὸ προσώπου αὐτοῦ. ὁ δὲ τόπος τοῦ μεγέθους *ἐν ἡμῖν ἐστι, δεῖ ἡμᾶς ἐν καταστῆναι. Λάμβανε πρῶτον ἀπ' ἐμοῦ καὶ δι' ἐμοῦ τὴν χάριν. εὐτρέπισον σεαυτὴν ὡς νύμφη ἐκδεχομένη τὸν νυμφίον ἑαυτῆς, ἵνα ἔσῃ ὃ ἐγὼ, καὶ ἐγὼ ὃ σύ. καθίδρυσον ἐν τῷ νυμφῶνί σου τὸ σπέρμα τοῦ φωτός. λάβε παρ' ἐμοῦ τὸν νυμφίον, καὶ χώρησον αὐτὸν, καὶ χωρήθητι ἐν αὐτῷ. ἰδοὺ ἡ χάρις κατῆλθεν ἐπὶ σέ· ἄνοιξον τὸ στόμα σου, καὶ προφήτευσον. τῆς δὲ γυναικὸς ἀποκρινομένης, Οὐ προεφήτευσα πώποτε, καὶ οὐκ οἶδα προφητεύειν, ἐπικλήσεις τινὰς ποιούμενος ἐκ δευτέρου εἰς κατάπληξιν τῆς ἀπατωμένης, φησὶν αὐτῇ, Ἄνοιξον τὸ στόμα σου, λάλησον ὅτι δήποτε, καὶ προφητεύσεις. ἡ δὲ χαυνωθεῖσα καὶ κεπφωθεῖσα ὑπὸ τῶν προειρημένων, διαθερμανθεῖσα τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῆς προσδοκίας τοῦ μέλλειν αὐτὴν προφητεύειν, τῆς καρδίας πλέον τοῦ δέοντος παλλούσης, ἀποτολμᾷ λαλεῖν ληρώδη καὶ τὰ τυχόντα πάντα κενῶς καὶ τολμηρῶς, ἅτε ὑπὸ κενοῦ τεθερμαμένη πνεύματος, (καθὼς ὁ κρείσσων ἡμῶν ἔφη περὶ τῶν τοιούτων, ὅτι τολμηρὸν καὶ ἀναιδὲς, ψυχὴ κενῷ ἀέρι θερμαινομένη) καὶ ἀπὸ τούτου λοιπὸν προφῆτιδα ἑαυτὴν *μεταλαμβάνει, καὶ εὐχαριστεῖ Μάρκῳ τῷ ἐπιδιδόντι τῆς ἰδίας χάριτος αὐτῇ, καὶ ἀμείβεσθαι αὐτὸν πειρᾶται, οὐ μόνον κατὰ τὴν τῶν ὑπαρχόντων δόσιν, ὅθεν καὶ χρημάτων πλῆθος πολὺ συνενήνοχεν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν τοῦ σώματος κοινωνίαν κατὰ πάντα ἑνοῦσθαι αὐτῷ προθυμουμένη, ἵνα σὺν αὐτῷ κατέλθῃ εἰς τὸ ἕν. ἤδη δὲ τῶν *προτέρων τινὲς γυναικῶν τῶν ἐχουσῶν τὸν φόβον τοῦ θεοῦ, καὶ μὴ ἐξαπατηθεισῶν, ἃς ὁμοίως ταῖς λοιπαῖς ἐπιτήδευσε παραπείθειν, κελεύων αὐταῖς προφητεύειν, καὶ καταφυ-

*προενεγκὼν
*κεκομισμένον
*μικροῦ
*κολακεύων
*σου ἐν ἡμῖν
*ὑπολαμβάνει
*πιστοτέρων



A

## *QVÆ EST INDVSTRIA MARCI, ET quæ ſunt, quæ ab eo fiunt.*

## CAPVT IX.

P[1]Ro calice enim vino mixto fingens ſe gratias agere, & in multum extendens ſermonem inuocationis, purpureum & rubicundum apparere facit poculũ, vt putetur ea gratia ab ijs quæ ſunt ſuper omnia, ſuum ſanguinẽ ſtillare in illius calicem, per inuocationem eius, & valde concupiſcere præſentes ex illo guſtare poculo, vt & in eos ſtillet quæ per magum hunc vocatur gratia. Rurſus[2] mulieribus dans calices mixtos, ipſas gratias agere iubet, præſente ſe: & vbi hoc factum eſt, ipſe alium calicem multo maiorem quàm eſt ille in quo illa ſeducta Euchariſtiam facit, proferens, & transfundens à minori qui eſt à muliere Euchariſtia factus, in illum qui eſt ab eo allatus multo maiorem, ſtatim dicens ita. Illa quæ eſt ante omnia inexcogitabilis & inenarrabilis gratia, adimpleat tuum intus ho-

B

minem, & multiplicet in te agnitionem ſuam, inſeminans granum ſinapis in bonam terram. Et talia quædam dicens, & in inſaniam mittens illam infelicem, admirabilia faciens apparuit, quando maior calix adimpletus eſt de minori calice, vt & ſupereffunderet ex eo. Et alia quædam[3] his ſimilia] faciens, exterminauit multos, & abſtraxit poſt ſe.

Datur autem intelligi eum & dæmonem quendam paredrum habere, per quem ipſe quoq; prophetare videtur. Et quotquot dignas putat fieri participes ſuę gratię, prophetare facit. Maximè enim circa mulieres vacat, & hoc circa eas quæ ſunt honeſtæ, & circumpurpuratę, & ditiſſimę, quas ſæpe adducere tentans, dicit blandiens eis. Participare te volo ex mea gratia, quoniam Pater[5] omnium angelum tuum ſemper videt ante faciem ſuam: locus autem tuæ magnitudinis in nobis eſt, oportet nos in vnum conuenire. Sume primùm à me, & per [me] gratiam, adapta te vt ſponſa ſuſtinens ſponſum ſuũ, vt ſis quod ego, & ego quod tu. Conſtitue in thalamo tuo ſemen luminis. Sume à me ſponſum, & cape eum, & capere in eo. Ecce gratia deſcendit in te, aperi os tuum, & propheta. Cùm autem mulier reſponderit, Nunquam prophetaui, & neſcio prophetare: inuocationes quaſdam faciens denuò ad ſtuporem eius quæ ſeducitur, dicit ei. Aperi

Gnoſtici dæmonibus & laſciuiæ dediti.

C

os tuum, & loquere quæcunque, & prophetabis. Illa autẽ ſeducta & elata ab ijs quæ prædicta ſunt, concalefaciens animam à ſuſpicione quòd incipiat prophetare, cùm cor eius multò plus quàm oporteat palpitet, audet, & loquitur delirioſa, & quæcunq; euenerint, omnia vacuè & audaciter, quippe calefacta ſpiritu, [6] ſicut melior nobis de talibus prophetis exequitur, quòd audax & inuerecunda eſt] anima, quaſi è vacuo aëre excalefacta eſt, & exinde Prophetidẽ ſemetipſam putat, & gratias agit Marco ei, qui participauit ei ſuam gratiam: & remunerare eum geſtit, non ſolùm ſecundùm ſubſtantiæ ſuæ dationem, vnde diuitiarum copiam magnam collegit, ſed & ſecundùm corporis copulationem, & ſecundùm omnia vniri ei cupit, vt cum eo deſcendat in vnum. Iam verò quædam ex fideliſſimis mulieribus, quæ habent timorem Dei, & non ſunt ſeducibiles, quas ſimiliter vt reliquas affectauit ſeducere, iubens eas prophetare, exufflantes &

## SCHOLIA D. BILLII IN Cap. IX.

D

FIngens ſe conſecrare] *Græca vox εὐχαριστεῖν hoc loco conſecrandi ſignificationem habet, non gratiarum actionis. Id quod vel ſtupidè ignorauit Gallaſius, vel malitioſè diſſimulauit.*

Inuocationis verba] *ἐπικλήσεως, ſcilicet Spiritus ſancti. Quorſum autem ſpectet hæc Spiritus ſancti inuocatio ex liturgijs Græcis perſpicuè liquet: in quibus inuocatur Spiritus ſanctus, vt panem & vinum in Chriſti corpus & ſanguinem vertat. Id quod rurſus vel veteratoriè, imò impiè diſſimulat Gallaſius, vel turpiter ignorat. apud Epiphanium corruptè hoc loco legitur ἐπικλύσεως, quemadmodum & eodem verſu, ποιεῖν, pro ποιεῖ.*

Proferens] *in Græc. pro προσενέγκων, legendum eſt προενεγκὼν ex vet. interp.*

Quod à ſe allatũ eſt] *Epiph. codicem emendo ex vet. ac pro κεκοσμημένον, lego κεκομισμένον.*

Ex paruo] *μικροῦ legendum, non μεγάλου.*

Aſſentabundè] *κολακεύων legendum.*

Tuæ magnitudinis] *addo σοῦ ex vet.*

Oportet nos] *legendum δεῖ ἡμᾶς ἐν καταστῆναι. Videtur tamen vetus interp. legiſſe εἰς ἓν καταστῆναι.*

Ac meras nugas] *addo καὶ ex vet.*

Seſe arbitratur] *ὑπολαμβάνει lego, non μεταλαμβάνει.*

Quædam fideliores] *pro προτέρων lego πιστοτέρων cum vet.*

Huiuſmodi choro] *θιάσου. videtur tamen vet. interp. legiſſe θιασώτου.*

Quod autem Marcus] *Vet. legit ἕν, ſed malè.*

Confiteri non deſtitit] *ἐξομολογουμένη, quæ tamen vox ſynecdochicè ἀντὶ τοῦ μετανοοῦσα hoc loco vſurpatur, quemadmodum & multis alijs locis apud authores Eccleſiaſticos.*

O quæ Deo aſſides] *Sic vertere placuit, vt perſpicuum ſit ad quem hæc referantur. Non enim ad iudicem diriguntur, vt prima fronte videri queat, ſed ad fictitiam quandam matrem,*

ac diris omnibus deuouentes ab huiuſmodi choro ſeſe abſtraxerunt, vt quibus hoc exploratum eſſet, vaticinandi munus non Marci beneficio hominibus contingere, verùm eos demum, quibus Deus gratiam ſuam ſupernè immiſerit, diuinitus datam prophetiam habere, ac tum vbi, & quando Deus voluerit, loqui, non autem cùm Marcus iuſſerit. Etenim is qui iubet, eo cui imperatur maior eſt, atque authoritate præſtantior: quippe cùm ille præſit, hic ſubſit. Quocirca ſi Marcus aut alius quiſpiam eſt qui iubet, vt conſueuerunt iſti in cœnis illis quas ſortibus ineunt, ſemper ludere, atque alij alijs vt prophetent imperare, conſentaneaque cupiditatibus ſuis vaticinia ſibijpſis edere, nimirum is qui iubet, homo cùm ſit, maiore authoritate præditus erit, quàm Spiritus ſanctus: quod quidem fieri non poteſt. Verùm huiuſmodi ſpiritus, quibus illi imperant, quiq́; ad eorum nutum arbitriumq́ue loquuntur, infirmi illi quidem & imbecilles ſunt, cæterùm audaces & impudẽtes, à Satana miſsi ad eos in fraudem & exitium impellẽdos, qui fidem eam, quam ab Eccleſia primùm acceperũt, firmam ac vegetam haudquaquam tuentur. Quòd autem Marcus amatoria quædam & illectantia pharmaca (quò videlicet earum quoque corporibus probrum & contumeliam inferat) ſi nõ omnibus, at certè nonnullis adhibere ſoleat, ipſæmet ſæpe, cùm ad Dei Eccleſiam redijſſent, confeſſæ ſunt, ſeq́; corpore ab eo contaminatas fuiſſe, miroq́ue ipſius amore exarſiſſe: adeo vt Aſianus etiam quidam ex noſtris diaconus, cùm eum hoſpitio excepiſſet, in hanc calamitatem inciderit. Ipſius enim vxor, ſingulari pulchritudine fœmina, tum animo tum corpore ab hoc mago corrupta eſt, eumq́ue cùm perdiu ſecuta eſſet, poſtea non ſine magno labore à fratribus conuerſa, per omne reliquum vitæ tempus admiſſum ſcelus confiteri non deſtitit, labem eam, quæ ei à mago acciderat, lugens ac lacrymis proſequẽs. Quin ipſius etiam diſcipuli, in ijſdem ſtudijs verſantes, mulierculas multas in fraudem impulſas corruperunt: perfectos interim ſe appellantes, atque ea ſcientiæ magnitudine præditos, vt nemo ad eam aſpirare poſſet, etiamſi Paulum dixeris, etiam ſi Petrum, aut aliũ quenquam Apoſtolorum: verùm ſe ſcientia mortales omnes antecellere, ſoloſq́ue ingentem illam ineffabilis potentiæ magnitudinem ebibiſſe, ac ſupra omnem virtutem in ſummo faſtigio collocatos eſſe: ob idq́; etiã liberè quiduis perpetrare, nullo rei vllius metu affectos. Redemptionis enim beneficio effici, vt à iudice nec prehendi nec conſpici poſsint. Quod ſi etiã ille manum ipſis iniiciat, adſtãtes ei vnà cum redemptione his ad eum verbis vtentur. O quæ Deo aſsides, & myſticæ ante AEonas Sigæ, quam magnitudines patris faciem ſemper intuentes, duce te ac perductore vtentes, ſurſum formas ſuas abſtrahunt, quas illa magnopere audax animo informans, ob Propatoris bonum nos earum imagines produxit, cùm tunc ſuperarum rerum cogitationẽ inſomnij cuiuſdã inſtar haberet: en iudex imminet, ac pręco cauſam dicere me iubet. Tu verò, vt res vtriuſque notas & exploratas habens, pro vtroque noſtram rationem, vt quæ vna ſit, iudici exhibe. Protinus autem vt mater hæc verba acceperit, Homericam Orci galeam illis imponit, vt proſpectum eorum iudici eripiat, ſtatimq́; ipſos ſurſum tractos in thalamum inducit, ſponſiſq́; ſuis attribuit. His verbis & actionibus multas quoq; in Rhodanẽſi noſtra regione mulieres in fraudẽ impulerunt: quæ quidẽ velut cauterio quodã inuſtam conſcientiã habentes, partim publicè pęnitentiã ege-

A ταφυσήσασαι, καὶ καταθεματίσασαι αὐτὸν, ἐχωρίσθησαν τοῦ τοιούτου θιάσου, ἀκριβῶς εἰδυῖαι ὅτι προφητεύειν οὐχ ὑπὸ Μάρκου τοῦ μάγου ἐγγίνεται τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' οἷς ἂν ὁ θεὸς ἄνωθεν ἐπιπέμψῃ τὴν χάριν αὐτοῦ, οὗτοι θεόσδοτον ἔχουσι τὴν προφητείαν, καὶ τότε λαλοῦσιν ἔνθα καὶ ὁπότε θεὸς βούλεται, ἀλλ' οὐχ ὅτε Μάρκος κελεύει. τὸ γὰρ κελεῦον τοῦ κελευομένου μεῖζόν τε καὶ κυριώτερον, ἐπεὶ τὸ μὲν προηγεῖται, τὸ δὲ ὑποτέτακται. εἰ οὖν Μάρκος μὲν κελεύει, ἢ ἄλλος τις, ὡς εἰώθασιν ἐπὶ τοῖς δείπνοις τοῦ κλήρου οὗτοι πάντοτε παίζειν, καὶ ἀλλήλοις ἐγκελεύεσθαι τὸ προφητεύειν, καὶ πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας ἑαυτοῖς μαντεύεσθαι, ἔσται ὁ κελεύων μείζων τε καὶ κυριώτερος τοῦ προφητικοῦ πνεύματος, ἄνθρωπος ὤν, ὅπερ ἀδύνατον. ἀλλὰ τοιαῦτα κελευόμενα ὑπ' αὐτῶν πνεύματα, καὶ λαλοῦντα ὁπότε βούλονται αὐτοὶ, ἐπίσαθρα καὶ ἀδρανῆ ἐστι, τολμηρὰ δὲ καὶ ἀναιδῆ ὑπὸ τοῦ B σατανᾶ ἐκπεμπόμενα πρὸς ἐξαπάτησιν καὶ ἀπώλειαν τῶν μὴ εὔτονον τὴν πίστιν, ἣν ἀπ' ἀρχῆς διὰ τῆς ἐκκλησίας παρέλαβον, φυλασσόντων. ὅτι δὲ φίλτρα καὶ ἀγώγιμα πρὸς τὸ καὶ τοῖς σώμασιν αὐτῶν ἐνυβρίζειν ἐμποιεῖ οὗτος ὁ Μάρκος ἐνίαις τῶν γυναικῶν, εἰ καὶ μὴ πάσαις, αὗται πολλάκις ἐπιστρέψασαι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, ἐξωμολογήσαντο, καὶ κατὰ τὸ σῶμα ἠχρειῶσθαι ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐρωτικῶς πάνυ αὐτὸν πεφιληκέναι, ὥστε καὶ διάκονόν τινα τῶν ἐν τῇ ἀσίᾳ τῶν ἡμετέρων ὑποδεξάμενον αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, περιπεσεῖν ταύτῃ τῇ συμφορᾷ. τῆς γυναικὸς αὐτοῦ εὐειδοῦς ὑπαρχούσης, καὶ τὴν γνώμην, καὶ τὸ σῶμα διαφθαρείσης ὑπὸ τοῦ μάγου τούτου, καὶ ἐξακολουθησάσης αὐτῷ πολλῷ τῷ χρόνῳ, ἔπειτα μετὰ πολλοῦ κόπου τῶν ἀδελφῶν ἐπιστρεψάντων, αὐτὴ τὸν ἅπαντα χρόνον ἐξο- C μολογουμένη διετέλεσε πενθοῦσα καὶ θρηνοῦσα ἐφ' ᾗ ἔπαθεν ὑπὸ τοῦ μάγου διαφθορᾷ. καὶ μαθηταὶ δὲ αὐτοῦ τινες περιπολίζοντες ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐξαπατῶντες γυναικάρια πολλὰ διέφθειραν, τελείους ἑαυτοὺς ἀναγορεύοντες, ὡς μηδενὸς δυναμένου ἐξισωθῆναι τῷ μεγέθει τῆς γνώσεως αὐτῶν, μηδ' ἂν παῦλον, μηδ' ἂν πέτρον εἴπῃς, μηδ' ἄλλον τινὰ τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ πλείω πάντων ἐγνωκέναι, καὶ τὸ μέγεθος τῆς γνώσεως τῆς ἀῤῥήτου δυνάμεως μόνους καταπεπωκέναι, εἶναί τε αὐτοὺς ἐν ὕψει ὑπὲρ πᾶσαν δύναμιν, διὸ καὶ ἐλευθέρως πάντα πράσσειν μηδένα ἐν μηδενὶ φόβον ἔχοντας. διὰ γὰρ τὴν ἀπολύτρωσιν ἀκρατήτους καὶ ἀοράτους γίνεσθαι τῷ κριτῇ. εἰ δὲ καὶ ἐπιλάβοιτο αὐτῶν, παραστάντες αὐτῷ μετὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τάδε εἴποιεν, Ὦ πάρεδρε θεοῦ καὶ μυστικῆς πρὸ * αἰῶνος σιγῆς, ἥντινα μεγέθη διὰ παντὸς βλέποντα τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς, ὁδηγῷ D σοι καὶ προσαγωγῷ * χρώμεθα, ἀνασπῶσιν ἄνω τὰς αὐτῶν μορφὰς, ἃς ἡ μεγαλότολμος ἐκείνη φαντασιωθεῖσα διὰ τὸ ἀγαθὸν τοῦ προπάτορος προεβάλετο ἡμᾶς τὰς εἰκόνας, τότε ἐνθύμιον τῶν ἄνω ὡς ἐνύπνιον ἔχουσα· ἰδοὺ ὁ κριτὴς ἐγγὺς, καὶ ὁ κῆρυξ με κελεύει ἀπολογεῖσθαι, σὺ δὲ ὡς ἐπισταμένη τὰ ἀμφοτέρων, τὸν ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἡμῶν λόγον, ὡς ἕνα ὄντα τῷ κριτῇ παράστησον. ἡ δὲ μήτηρ ταχέως ἀκούσασα τούτων τὴν ὁμηρικὴν ἄϊδος κυνέην αὐτοῖς περιέθηκε, πρὸς τὸ ἀοράτως ἐκφυγεῖν τὸν κριτήν. καὶ παραχρῆμα ἀνασπάσασα αὐτοὺς, εἰς τὸν νυμφῶνα εἰσήγαγε, καὶ ἀπέδωκε τοῖς ἑαυτοῦ νυμφίοις. Τοιαῦτα δὲ λέγοντες καὶ πράττοντες, καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς κλίμασι τῆς ῥοδανουσίας, πολλὰς ἐξηπατήκασι γυναῖκας, αἵ τινες κεκαυτηριασμέναι τὴν συνείδησιν, αἱ μὲν καὶ εἰς φανερὸν ἐξομολογοῦνται, αἱ

* αἰώνων

* χρώμενα



A anathematizantes eum, ſeparauerunt ſe ab huiuſmodi inſano, qui ſe diuinum ſpirare ſimulabat, pro certo ſcientes, quoniam prophetare non à Marco mago inditur hominibus, ſed quibuſcunque Deus deſuper immiſerit gratiam ſuam, hi à Deo] traditam habent prophetiam, & tunc loquuntur [vbi, &] quando Deus vult: ſed non quando Marcus iubet. Quod enim iubet, eo quod iubetur maius eſt & dominantius, quoniam illud quidem principatur, illud autem ſubiectum eſt. Si ergo Marcus quidem iubet, vel alius quis, ſicut ſolent in cœnis ſortibus hi omnes ludere, & ſibimetipſis inuicem imperare vt prophetent, & ſecundùm ſuas concupiſcẽtias eos ſibi prophetare, erit ille qui iubet & maior & dominantior prophetico ſpiritu, cùm ſit homo: quod eſt impoſſibile. Sed tales quidem qui iubentur ab ipſis ſpiritus & loquuntur quando volunt ipſi, terreni & infirmi ſunt, audaces autem & impudentes à ſatana immiſſi ad ſeductionem & perditionem eorum, qui non firmam fidem, quam ab initio per Eccleſiam acceperunt, cuſtodiunt.

Philtris vtebantur.

[7] Adhuc etiam [&] amatoria & adlectantia efficit, vt & corporibus ipſarum contumeliam inroget hic idem Marcus quibuſdam mulieribus, etſi non vniuerſis. Hæ ſæpiſſimè conuerſæ ad Eccleſiam Dei, confeſſæ ſunt, & ſecũdùm corpus exterminatas ſe ab B eo velut cupidine, & inflammatas valdè illum ſe dilexiſſe, [8] vt & Diaconus quidam eorum qui ſunt in Aſia, ſuſcipiens eum in domum ſuam, inciderit in huiuſmodi calamitatem. Nam cùm eſſet vxor eius ſpecioſa, & ſententia & corpore corrupta eſſet à mago iſto, & ſecuta eum eſſet multo tempore, poſt deinde cum magno labore fratres eã conuertiſſent, [9] omne tempus in exhomologeſi conſummauit, plangens & lamentans ob hanc quam paſſa eſt ab hoc mago corruptelam. Et diſcipuli autem eius quidem [10] circumobuerſati] in ijſdem, ſeducentes mulierculas multas corruperunt, perfectos ſemetipſos vocantes, quaſi nemo poſſit exęquari magnitudini agnitionis ipſorum, nec ſi Paulum aut Petrum dicas, vel alterum quendam Apoſtolorum: ſed plus omnibus ſe cognouiſſe, & magnitudinem agnitionis illius, quæ eſt inenarrabilis virtutis, ſolos ebibiſſe. Eſſe autem ſe in altitudine ſuper omnem virtutem. Quapropter & liberè omnia agere, nullum in nullo timorem habentes: propter enim redemptionem & incõprehenſibiles & inuiſibiles fieri iudici. Si autem & apprehenderit eos, aſſiſtentes ei cum redemptione hæc dicent: O aſſeſſor Dei & myſticæ illius pro AEonon Siges, quam magnitudines ſemper videntes faciẽ [11] Patris, te viæ duce] & adductore vtentes, abſtrahunt C ſurſum ſuas formas, quas valdè audax illa ducta phantaſmate propter bonum Propatoris emiſit nos imagines illorum, tunc intentionem illorum quæ ſunt ſurſum, quaſi ſomnium habens. Ecce, iudex in proximo, & præco me iubet meæ defenſioni adeſſe, tu autem quaſi quæ ſcias vtrorumque noſtrorum rationem, tanquam vnum exiſtentem, iudici aſſiſte. Mater autem citò audiens hæc, [12] Homericam inferorum galeam eis ſuperimpoſuit, vt inuiſibiliter effugerent iudicem, & ſtatim eripiens eos in thalamum duxit, & reddidit ſuis ſponſis. Talia autem dicentes, & operantes, & in ijs quoque, quæ ſecundùm nos regiones Rhodanenſes, multas ſeduxerunt mulieres, [13] quæ cauteriatas conſcientias habentes, quædam quidem [14] etiam] in manifeſto exhomologeſin

*trem, cuius nondum ſuperius facta eſt mentio.*

Ante æuum] *vet. interp.* αἰώνων *legit in plu. Verſu ſeq. apud Epiph.* χρώμενα *legendum, non* χρώμεθα.

Orci galeã] *Vide Eraſmum in prou. Orci galea.*

De vita Dei deſperarent] *verba ſunt Apoſt.*

## NOTAE EX ADVERSARIIS
Frontonis Ducæi in CAP. IX.

D E Vchariſtiam facit] *Contextus Græcus exigit vt legatur,* Euchariſtiam fecit.

Audet, & loquitur delirioſa] *Billius vult addi* καὶ, *quod non aliter fieri poteſt, quàm ſi ita efferantur iſta,* ἀποτολμᾷ καὶ λαλεῖ ληρώδη, *pro* ἀποτολμᾷ λαλεῖν. *Sic ad Rom. 10. 20.* ἠσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ καὶ λέγει. *fortaſſe interpres imitari voluit phraſim ſcripturæ: ſed in interpretatione Billij deeſt verbum,* inaniter & impudenter effutit, *vel,* loquitur.

In cœnis ſortibus] *Hæ cœnæ, in quibus ſortibus vtebantur, in memoriam nobis reuocant, illa apud Horatium;* Nec regna vini ſortiêre talis. *&,* quem Venus arbitrum dicet bibendi? *cùm Modiperatores talorum iactu deligerent.*

Pro AEonon Siges] *Græc.* πρὸ αἰῶνος σιγῆς. *Billius tamen veterem ſequutus eſt interpretem; vt & Epiphanij interpres,* myſtici ante Sęcula ſilentij.

Nos imagines illorum.] *In Græco immutatam à Gallaſio reſtituimus lectionem Epiphanij, quam tuetur vetus interpr. ſuadetq́; addamus* αὐτῶν *poſt* εἰκόνας: *Billius quoq; vertit,* nos imagines earum produxit. *Sed retulit ad formas vel magnitudines, vetus autem ad AEones, ideoq; fortè ſcripſit,* illorum.

Quæ ſecundum nos regiones,] *Tractum intelligit ad Rhodanum, ſiue Rhodanenſem; non, vt vertit Gallaſ in regionibus Rhodanuſiæ, quod ita reperiſſet à Cornario verſum apud Epiphanium.* Ῥοδανουσία *fortaſſe dicta regio, vt &* Λουγδουνησία, *Lugdunenſis Gallia. Atqui Hieronym. in 64. c. Iſa. Gnoſticos, ait, per Marcum AEgyptium Galliarum primùm circa Rhodanum, deinde Hiſpaniarum nobiles fœminas decepiſſe, miſcentes fabulis voluptatem, & imperitiæ ſuæ nomen ſcientiæ venditantes.*

Quædam autem] *In Græco verbum addendum eſt,* ἡσυχῇ ἑαυτὰς χωρίζουσιν, ἀπηλπικυῖαι. *Locus Apoſtoli, ad quem alludit, non alius videtur eſſe, quàm ille ad Epheſ. 4. 18.* alienati à vita Dei.

runt, partim cùm id facere præ pudore non ſuſtinerent, ac tacitè quodammodo de vita Dei deſperarēt, vel prorſus à fide deſciuerunt: vel certè in vtramque partem propendent, quodq́ue prouerbio dici ſolet, nec foris nec intus ſunt, hunc videlicet ex ſcientiæ filiorum ſemine fructum percipientes.

A ταῖς, αἱ δὲ, δυσωπούμεναι τοῦτο, ἡσυχῇ δὲ ἑαυτὰς ἀπηλπικυῖαι τῆς ζωῆς τοῦ θεοῦ, ἔνιαι μὲν εἰς τὸ παντελὲς ἀπέστησαν, ἔνιαι δὲ ἐπαμφοτερίζουσι, καὶ τὸ τῆς παροιμίας πεπόνθασι, μήτε ἔξω μήτε ἔσω οὖσαι, ταύτην ἔχουσαι τὴν ἐπικαρπίαν τοῦ σπέρματος τῶν τέκνων τῆς γνώσεως.

## ANNOTATIONES R. P. FR. FEV-ARDENTII IN CAP. IX.

1. Pro calice enim vino mixto] *Ne Marcum hunc, magicæ impoſturæ peritiſſimum iniuria ſuperiori capite dixiſſe videretur, tria præſtigiarum illius exempla ſubnectit. Primum apertiùs hic narrat poſt Epiphanium Nicetas Choniates lib. 4. theſauri cap. 6* Ille, vt Diuus Irenæus author eſt, vitrea quædam albi coloris pocula præparabat: deinde, carmine neſcio quo vſus, confeſtim eorum aliud in rubrum, aliud in purpureū, aliud deniq; in cęruleum conuertebat. *Poſtea confutans iſtas præſtigias, addit.* B Præſentium oculos faſcinabat, efficiebatq́ue vt ea, quæ conſpicerentur, contra ſe habere viderentur quàm eorum natura ferret. Nec enim pellucida vaſorum vitreorum corpora in varios mutare colores potuiſſet, &c.

*Secundum autem erat, dum ex minore poculo, quod ſeductis mulierculis porrexerat, multo maius, quod ipſe tenebat, adeò explebatur, vt etiam ex ipſo ſupereffundi putarent.*

*Poſtremum, quando deliria quæ palpitantes, & ſtupentes effutiebant, vaticinia eſſe ſibi perſuadebant. Hinc autem primū obſerua quantæ, qualéſue ſint hæreſiarcharum artes, & Cacodæmonis vires in erroribus propagandis: quippe qui Apoſtolos, Prophetas & Martyres Catholicum dogma innumeris miraculis conſtabiliſſe cernentes, illiſq; hominum mentes facilè commoueri: hoc chariſmate ſe omninò deſtitui iniquiſſimo animo ferunt, & tanto liuore tabeſcunt, vt Sanctorum miraculis, quàm maximè poſſunt, detrahant. Vt autem vel illos æquare ſaltem videantur, ad diabolicas magorum fraudes ſeſe conuertunt,* C *quibus incautis imponant, auaritiā ſuam expleant, & gloriæ inſeruiant. Nec deeſt furoris ſui ſatellitibus, technarumq; miniſtris mendaciorum parens, qui cùm exigentibus hominum delictis permiſerit æquiſſimus & ſupremus iudex, nihil non poteſt. Hinc ſtupendæ impoſturæ Apollonij Tianei, quibus (apud Euſebium) Hierocles illum conatur Chriſto adæquare. Inde oracula illa Delphica, Pythica, Claria, Dodonea, quæ ſaluberrimo Chriſti aduentu periſſe ſcribit idem Euſebius. Ex eadem officina prodierunt inſignes Simonis Magi illuſiones, quas fuſiſſimè deſcribunt Clemens, Abdias, Iuſtinus, & hic noſter Irenæus. Similibus artibus graſſabitur filius ille perditionis, cuius aduentus erit in ſignis & prodigijs mendacibus. Poſtremò, & hic obſeruare licet, impios illos priores Gnoſticos, relicto Catholicorum ritu, quem Chriſtus per Apoſtolos omnibus Eccleſijs tradiderat, celebrandæ Euchariſtiæ, recentes formulas cuiuſdam Cœnæ finxiſſe, quod & poſteriores noſtro hoc æuo ſedulò imitati ſunt.*

*Contra Hieroclem.*

*Lib. 4. de præpar. c. 1. & 2. & lib. 5. cap. 1. 2. 3. 4.*

*Lib. 6. de cōſtit. Apoſt. cap. 9. & lib. 2. recog.*

2. Mulieribus dans calices mixtos] *Auguſtiſſimi ſacrificij Euchariſtiæ ceremonias illos mutaſſe, vel hinc clarum eſt, quòd conſecrandi, offerendi, & integrum Sacerdotij munus, ſuis etiam meretriculis concederent: quod Quintiliani, Pepuſiani, & Phrygæ poſtmodum imitati, eam ob rem, vt putrida membra, ab Eccleſia Chriſti reſecti, inter Satanæ manus à Damaſceno, Auguſtino, & Epiphanio traduntur.* Non permittitur mulieri in Eccleſia loqui, *ait ex Paulo Tertullianus*, ſed nec docere, nec tingere, nec offerre, nec vllius virilis muneris, nedum Sacerdotalis officij ſortem ſibi vendicare. *Hoc inſtitutum à Chriſto & Apoſtolis promanaſſe his teſtatur B. Clemens:* Non permittimus (*verba Apoſtolorum recitat*) mulieres in Eccleſia docere, ſed tantùm orare, & magiſtros audire. Nam Magiſter ipſe & Dominus IESVS CHRISTVS cùm nos duodecim ad docendum Gentes miſiſſet, nuſquam mulieres miſit ad prædicationem, quamquam non deerant. Erat enim nobiſcum Mater Domini, & ſorores eius, præterea Magdalena, Maria Iacobi, & Martha, & Maria, ſorores Lazari, & Salomæ, & quædam aliæ. Si enim caput mulieris vir eſt, non eſt æquum reliquum corpus capiti imperet. *Et hanc quoque veterum Gnoſticorum impietatem recentes imitantur, adeò verum eſt prouerbium, Patrē ſequitur ſua proles: cùm Sacerdotium nullum ſupereſſe aſſerunt, quod non etiam ad mulieres porrigatur; eaſdemq; publicis ſuis cœtibus, quos Eccleſias putant, non tantùm intereſſe, de ſacris diſſerere, ſed & cantitare iubent, licet Apoſtolus illas tacere magna cautione iubeat. 1. Corinth. 14. 1. ad Timot. 2. & 5. cap.*

*Lib. de hære. Contra hære. 40.*

*Lib. de velan. virginibus.*

*Lib. 3. conſti. Apoſt.*

3. His ſimilia] *Ita vetus Codex; Gracè quoque τούτοις παραπλήσια: ideò deleuimus,* diſſimilia.

4. Datur autem intelligi Dæmonem quendam] *Vt pijs Eccleſiæ DEI paſtoribus nunquam non adeſt Spiritus ſanctus, qui eos doceat, dirigat, & ſeruet: ſic Pſeudoprophetis Satanam operas ſuas non denegare, cùm hoc loco, tum libro ſecundo capite quinquageſimo ſeptimo, euidentiſſimè comprobat, vnam & eandem eſſe hæreticis cum Dæmonijs conuerſationem aſſerens. Atque vt priſcorum ſcilicet Iudæ, Simonis, Manetis, Apellis, Neſtorij, Montani, Nouati, & Berengarij hiſtorias præteream, aliquot noſtri ſæculi hæreſiarcharum obſeſſiones attingam. Quiſquis ſedato animo Martini Lutheri arrogantiam, iactantiam, maledicentiam, frequentes vertigines, paroxiſmos, conſternationes, furorem animi, obſcœna verba, furioſa conuitia in omnes ordines, & Satanicam ſuperbiam, quæ ſe mille Auguſtinos, mille Cyprianos, mille Concilia Martyrum, doctorumq; priſcorum myriadas, ſi contra ſe ſtarent, non curare dicit: & aduerſus dicta Patrum, Hominum, Angelorumq́ue (verba illius ſunt) dogma ſuum conſtituere: quiſquis (inquam) hæc cum eis, quæ ſuis ſcripta reliquit, comparare voluerit, illum à diabolo corpore & ani-* D *mo agitatum fuiſſe non dubitabit. Scribit enim Lib. pro ſcholis erigendis.* Aliqui gloriantur de ſpiritu: ſed ſpiritus huc, ſpiritus illuc, ego quoque fui in ſpiritu, atque etiam ego vidi ſpiritus, fortè pluſquā illi ipſi adhuc intra annum videbunt. *Et longè apertius libello de Miſſa angulari, ait: (Tomo ſeptimo VViteberge impreſſ. per Thomam Klug. pagina 228.)* Diabolū & ſe inter ſeſe mutuum familiariter noſſe, & quod plus vno ſalis modio ſimul comederint, illumq́ue dulci alloquio ſe frequenter conueniſſe, & nocte excitaſſe, atque ſtimulaſſe, vt contra Miſſam ſcriberet, & ad eam rem argumenta ſuppeditaſſe.

*Quin-*



faciunt, quædam autem [15] reuerentes hoc ipſum, in ſilentio ſenſim ſemetipſas retrahunt, deſperantes à vita Dei; quædam quidem in totum abſceſſerunt; quædam autem [inter] vtrunque dubitantes, [&] quod eſt prouerbij, paſſæ ſunt, [16] neque intus, neque foris exiſtentes, hunc fructum habentes ſeminis filiorum agnitionis.

*Tom. 1. collo. menſ. Lutheri pag. 52.*

*Quinetiam de hac ipſa familiaritate cum Satana à ſe inita, gloriari ſolitum fuiſſe, ex his eius ad commenſales verbis à diſcipulo eius Henrico Petro Rebenſtock collectis & publicatis, apertè colligitur:* Vndiquaque (*inquiebat*) me Satan vexat, non ſimpliciter, ſed compoſitè: multis enim modis mihi præ cæteris fauet. &cæt. *Quis verò ipſi Luthero de ſe inter amicos hæc affirmanti non crederet?*

*Zuinglius Sacramentariorum coryphæus, lib. de ſupplemento Euchariſtiæ narrat, anxiè cogitanti ſibi, quomodo verba inſtitutionis ſacramenti corporis Chriſti in alienum ſenſum detorqueret, intempeſta 13. Aprilis nocte ſpiritum monitorem adfuiſſe, & albúſne, an ater fuerit, ambigit. Qui autem mentis compos eſt, nocturnum illud negotium perambulans in tenebris, aliquem ex poteſtatibus tenebrarum extitiſſe non dubitabit. Quin & Lutherus li. de abroganda Miſſa, Oecolampadium Zuinglij cooperarium, alioſq́ue Sacramentarios ignitis Satanæ telis in ſubitaneam mortem impulſos aſſirmat. Eraſmus Alberus Baſilienſis Eccleſiaſtes Cacodæmonem Carolſtadio concionanti procerioris ſtaturæ hominis ſpecie apparuiſſe ſcribit, triduo antequam ad tartara abriperetur.*

*Quid Caluinum moror? Ipſe epiſtola ad Bucerum monentem, vt maledictis & conuicijs abſtineret, reſpondit:* Non ſui eſſe ingenij morbum, ſed ſui Genij. *Nū hoc ſit à ſpiritu Domini malo, qui ab eo qui pacis eſt, & Chriſtianæ modeſtiæ toto cælo differt, exagitari, & duci, iudicent prudentiores.*

5 Pater omnium] *Ita vetus cod. Gracè quoque πατὴρ τῶν ὅλων: expunximus igitur* omnē.

6 Sicut melior nobis, &c.] *Licet,* meliora, *haberent veteres omnes editiones cum codice manu ſcripto, viſum eſt tamen immutare; cùm apertiſſimum mendum eſſet: quod ex Græca lectione ſic reſtituimus: ſicut & paulò poſt ſubſtituimus,* quod audax & inuerecunda eſt anima, *pro eo quod erat,* eo quod audax & verecunda anima. *Et poſt aliquot lineas,* hi à Deo, *pro,* hi ab eo, *repoſuimus. Cuius autem Scriptoris verba ſint, ſi quæris, memineris ſuperius nos ex Euſebio annotaſſe, hunc martyrem priſcorum verba frequenter adducere, tecto nomine: difficile verò ac penè ἀδύνατον eſt, ex tam exiguis reliquijs Scriptorum illius ſæculi, quæ ſuperſunt, colligere.*

7 Adhuc etiam & amatoria] Pocula, *vel deeſſe, vel ſubaudiendum non dubito. Philtris autē, id eſt poculis ad illecebras amoris ciendas arte cōmpoſitis, impuros homines iſtos vſos fuiſſe: ſed et Carpocratis ſectatores iiſdem artibus pudicitiæ mulierum inſidiatos cap. 20. huius libri narrat. Verùm ab eorum vſu etiam profanos abhorruiſſe his oſtendit Ouidius.*

Nec data profuerint pallentia philtra puellis:
Philtra nocent animis, vimq́ue furoris habent.

*Attende igitur quàm vagis & fœdis libidinibus conſpurcata erat horum conuerſatio, quamq; propter* A *flagitioſos quoſdam nebulones, malè audiret nomen Chriſtianum, interq; gentes blaſphemaretur.*

8 Vt & Diaconus quidā] *Attende mercedem, qua hoſpites ſuos compenſare ſolent ſalaces hæreſeon miniſtri & prædicantes. Cæterùm non ſine fraude atque nequitia conatur Petrus Vermilius libro contra cælibatum & vota religioſa, ex hoc Irenæi loco ſuadere matrimonium cunctis Diaconis, Sacerdotibus, & Monachis licitum eſſe, propterea quod iſte ſcribatur vxorem habuiſſe. At verò, Aſiaticus & Græcus fuit, quibus poſt ſacros ordines fœminas, quas ante duxerāt, domi retinere ſemper fuit permiſſum. Adhæc, vel ex hoc quod tam facilè Marco illa conſenſerit, veriſimillimum efficitur Diaconum ſuſceptis ſemel ſacris ordinibus, ab eadem continuiſſe: vt & Petrus vocatus ad Apoſtolatum, omnia (& in his, ait Hieronymus, vxoris vſum) pro Chriſto reliquerat.*

B *Sed quàm malè miſereq́ue cedat nouis iſtis apoſtatis contra diuinas eccleſiaſticaſq́ue leges inire matrimonia, ſeu potius inceſtas ſacrilegaſq́ue nuptias, ex vno eorum omnium authore Martino Luthero demonſtro. Is matrimonij ſui miſerias & calamitates referens (vt eſt apud diſcipulum eius Henricum Petrum Rebenſtock) aiebat:* Habeo vxorem, & ſex liberos. Anno 1525. in ſeditione ruſticorum (*cùm omnia plangore & lamentis alibi reſonarent*) 12. Iunij vxorem duxi. *Deinde expoſtulans cum ea d.* Tu mihi perſuades quicquid vis. Totum habes dominium. Vos mulieres eſtis in culpa, quæ aſtu & technis ineſcatis viros, quod ego quoque experior &c. *Et poſtea:* Habui meam vxorem ſuſpectam ſuperbia, vt eſt &c. Omnes fœminæ didicerunt hanc artem, quia ſuis lacrymis, mendacijs, interlocutionibus virum capere, & verba mutare poſſunt &c. *Et alibi zelotypia laborans ait:* Nulla ego C bona de vxore mea, atque Philippo Melanthone ſpero, &c. *Reliqua lubens prætermittā, quibus apparet iuſtiſſima vltione fieri, vt infelices iſti continentiæ deſertores miſerrimis modis à ſcortis ſuis accipiantur.*

*Tom. 2 collo. pagin. 18.*

*Pagin. 158.*

*Pag. 125.*

9 Omne tempus in exhomologeſi conſummauit] *Magnō conſenſu Græci & Latini Patres, confeſſionem illam, qua quis poſt baptiſmum ſe multorum peccatorum reum ingenuè agnoſcit, non ſolùm coram Deo, aut generali facta Confeſſione; ſed & coram eis qui Eccleſiæ præſunt, & quæ apertam diſtinctamq́ue continet delictorum enumerationem, Exhomologeſin vocarunt. Hanc verò Chriſti præſcripto, Apoſtolorum vſu, & vniuerſarum per orbem Eccleſiarum conſenſu, ad eluenda peccata neceſſarium remedium eſſe, & ſecundam à naufragio tabulam ex hoc capite apertum eſt. Qui autem ex ſacris literis hoc comprobari poſtulauerit; Auguſtinum audiat:* Nemo ſibi dicat, *ait*, occultè ago, apud Deum a- D go, nouit Deus qui mihi ignoſcit, quia in corde ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt: Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt in cælo? Ergo ſine cauſa ſunt claues datæ Eccleſiæ Dei? Fruſtramus Euangelium Dei? Fruſtramus verba Chriſti? *Non ſolùm apertis illis Ieſu Chriſti vocibus, quibus dicendi iuris in delinquentes, paſtoribus confertur poteſtas: ſed & Ioannis Baptiſtæ & Apoſtolorum praxi hanc euidentiſſimè confirmari, ante multa ſæcula exiſtimauit magnus ille Baſilius in Regulis breuioribus:* Neceſſariò, *inquit*, his peccata aperiri debent, quibus credita eſt diſpenſatio myſteriorum Dei. Siquidem rationem hanc in pœnitentia etiam veteres illos cernimus ſequutos fuiſſe, quando & in Euangelio ſcriptum eſt, quod Ioanni confitebantur peccata ſua: & in Actis

*Lib. 50. hom. ho. 49.*

*Matt. 18. 18. Ioan. 20. 23.*

*Interrog. 288.*

*Matth. 3. 6.*



*Apoſto-*

Actor. 19. 6. Lib. de Pœni. Apoſtolicis, ipſis à quibus etiam baptizabantur cun- A ćti. *Viri Apoſtolici Tertulliani, addam ſuffragium:* Tantum, *ait*, releuat Confeſſio delićtum, quantum diſſimulatio exaggerat. Cófeſſio enim ſatisfaćtionis conſilium eſt, diſſimulatio cõtumaciæ. Aćtus pęnitẽtiæ, qui magis Gręco vocabulo exprimitur & frequentatur, exhomologeſis eſt, qua delićtum Domino cõfitemur, non quidem vt ignaro: ſed quatenus Satisfaćtio Confeſſione diſponitur, Confeſſione pęnitentia naſcitur, pœnitentia Deus mitigatur Itaque exhomologeſis proſternendi & humilificãdi hominis diſciplina eſt, &cæt. *Et paulò poſt:* Ieiunijs preces alere, ingemiſcere, lacrymari, & mugire dies nocteſque ad Dominum Deum tuum, Presbyteris aduolui, & caris Dei adgeniculari, &cæt. *Tantum Præceptorem ſequatur non inferior*
Li. de lapſis. *diſcipulus Cyprianus:* Videt Deus, *ait*, corda & pećtora ſingulorũ, & iudicaturus eſt, nõ tantùm de faćtis, ſed & de verbis, & de cogitationibus noſtris, omnium B mentes. volũtatesq́; cõceptas in ipſis adhuc clauſi pećtoris latebris intuetur. Denique quanto & fide maiores, & timore meliores ſunt, qui quamuis nullo ſacrificij aut libelli facinore conſtrićti: quoniam tamẽ de hoc vel cogitauerunt, hoc ipſum apud Sacerdotes Dei dolẽter & ſimpliciter confitentes, exhomologeſim conſcientiæ faciunt, animi ſui pondus exponunt, ſalutarem medelam paruis licet & modicis vulneribus exquirũt, ſcientes ſcriptum eſſe; Deus non deride-
Galat. 6. tur. *Græcas etiam per Orientem Eccleſias, hos docuiſſe & ſeruaſſe ritus, euidentiſſimum eſt ex D. Clementis Epiſtola prima ad Iacobum: Dionyſio ad Demophilum: Origene in Pſalm. 32. Euſebio libro quinto Hiſtor. capit. 27. & libro ſexto, capit. vigeſimo ſeptimo, quorum ſententias breuitati conſulens non adfero.*

10. Circumobuerſati] *Ita veter. Cod. deleuimus autem*, circumobſeruati.

11. Patris, te viæ duce] *Sic reſtituendum tam ex vet. cod. quàm ex Græc. textu viſum eſt, pro eo quod antea erat*, matris ſui à te.

12. Homericã inferorum galeã] *Prouerbio iſto innuit non maioris momẽti eſſe iſtorũ ſomnia, quàm poetarum figmẽta. Deſumptum eſt autẽ ex Homero Ilia. 5. qui finxit Palladẽ ſe galea Orci cõtexiſſe, ne à Marte cõſpiceretur. Idẽ poſtea vſurpat Nazian. 1. orat. in Iulian. qui rabiẽ ac furorem in Chriſtianos, externæ cuiuſdã philoſoph. mãſuetudinis ſimulacro operire volebat.* Nulla ratione, *ait*

*QVEMADMODVM MARCVS PER NVMEROS, ET ſyllabas, & per literas hypotheſim ſuam conſtituere conatur.*

*CAPVT X.*

HIC Marcus Colorbaſicæ Siges vuluam & conceptaculum ſe vnum fuiſſe dicẽs, vt qui Vnigenitus ipſi eſſet, defećtus ſemen in ſe conditũ ad hunc ferè modum peperit Ipſam enim ſublimiſſimam quaternitatẽ ex ijs locis quæ nec in aſpećtũ cadũt, nec vllo nomine appellari poſſunt, muliebri forma ad eum C deſcendiſſe (neq; enim maſculã eius vim mundus ferre poterat) atque & quænam eſſet, indicaſſe, & rerum omniũ ortum, quẽ nemini vnquã nec Deorum, nec hominũ declarauerat, ei ſoli in hæc verba expoſuiſſe. Quãdo primum is qui Patris expers. eſt, quiq́; nec in cogitationem cadit, nec ſubſtãtia vlla pręditus eſt, nec mas denique, nec fœmina eſt, id quod in eo inenarrabile eſt, gigni; & quod inuiſibile eſt, informari voluit, os aperuit, ac ſermonẽ ſibi ſimilem emiſit: qui adſtans hoc quod ipſe erat ei oſtendit, vtpote qui eius quod oculorum ſenſum fugiebat, forma extitiſſet. Nominis porrò pronuntiatio talis fuit. Primum nominis ipſius ſermonem protulit: qui quidẽ erat ἀρχὴ. Ac ſyllaba illius quatuor elementis cõſtabat. Secundam adiũxit, quæ & ipſa quatuor elementa continebat. Deinceps & tertiam addidit, quæ etiã ipſa decem elementa complećtebatur. Denique & quartam pro- D locutus eſt, quę & ipſa duodecim elementorum erat: Itaq; totius nominis enunciatio triginta literarum extitit ac quatuor ſyllabarum. Singula autẽ elementa peculiares literas, ac notas, peculiaremq́; pronunciationẽ, & figuras atq; imagines habent, nec eorum quicquam eſt, quod illius, cuius elementum eſt, formam perſpiciat. Quin ne ipſum quidem cognoſcit, imò nec vlla ex ijs elementi vicini enunciationẽ nouit: verùm id quod enunciat, perinde eſſe arbitratur ac ſi totum enunciaret. Nam cùm horum quodlibet vniuerſi pars ſit, ſonum ſuum integrum ſonum eſſe cenſet, nec tinnire deſinit, quouſque ad extremã extremi elementi literam ſingulariter tinniens perueniret. Tunc autem rerum omnium in integrum reſtitutio exiſtit, cùm omnia in vnam literam delabẽtia vnum & eundẽ enunciationis ſonum ediderint.

* Οὗτος μάρκος μήτραν καὶ ἐκδοχεῖον τῆς κολορβάσου * εἰσηγήσατο, αὐτὸν μονώτατον γεγονέναι λέγων, ἅτε μονογενὴς ὑπάρχων αὐτῷ, τὸ τοῦ ὑστερήματος * κατατεθὲν εἰς αὐτὸν, οὕτως ἀπεκύησεν. αὐτὴν τὴν πανυπερτάτην ἀπὸ τῶν ἀοράτων καὶ ἀκατονομάστων * τούτων τετράδα κατεληλυθέναι σχήματι * γυναικείου πρὸς αὐτόν. ἐπειδὴ (φησὶ) τὸ ἄρρεν αὐτῆς ὁ κόσμος φέρειν οὐκ ἠδύνατο, καὶ μηνῦσαι * αὐτὴ τίς ἦν, καὶ τὴν τῶν πάντων γένεσιν, ἣν οὐδενὶ πώποτε οὐδὲ θεῶν οὐδὲ ἀνθρώπων ἀπεκάλυψε, τούτῳ μονωτάτῳ διηγήσασθαι, οὕτως εἰποῦσαν, Ὅτε τὸ πρῶτον * ὁ πατὴρ ὠδίνεν, ὁ ἀνεννόητος καὶ ἀνούσιος, ὁ μήτε ἄρρεν, μήτε θῆλυ, ἠθέλησεν αὐτοῦ τὸ ἄρρητον γεννηθῆναι, καὶ τὸ ἀόρατον μορφωθῆναι, ἤνοιξε τὸ στόμα, καὶ προήκατο λόγον ὅμοιον αὐτῷ. ὃς παραστὰς ὑπέδειξεν αὐτῷ ὃ ἦν, αὐτὸς τοῦ ἀοράτου μορφὴ φανείς. ἡ δὲ ἐκφώνησις τοῦ ὀνόματος ἐγένετο τοιαύτη. ἐλάλησε λόγον τὸν πρῶτον τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἥτις ἦν ἀρχή. καὶ ἦν ἡ συλλαβὴ αὐτοῦ στοιχείων τεσσάρων. ἐπισυνῆψε τὴν δευτέραν, καὶ ἦν καὶ αὐτὴ στοιχείων τεσσάρων. ἑξῆς ἐλάλησε τὴν τρίτην, καὶ ἦν καὶ αὐτὴ στοιχείων δέκα. καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ἐλάλησε, καὶ ἦν καὶ αὐτὴ στοιχείων δεκαδύο. ἐγένετο οὖν ἡ ἐκφώνησις τοῦ ὅλου ὀνόματος στοιχείων μὲν τριάκοντα, συλλαβῶν δὲ τεσσάρων, ἕκαστον δὲ στοιχείων ἴδια γράμματα καὶ ἴδιον χαρακτῆρα, καὶ ἰδίαν ἐκφώνησιν, καὶ σχήματα καὶ εἰκόνας ἔχειν, καὶ μηδὲν αὐτῶν εἶναι ὃ τὴν ἐκείνου καθορᾷ μορφὴν, οὗπερ αὐτὸς στοιχεῖόν ἐστιν· ἀλλὰ οὐδὲ γινώσκει αὐτὸν, οὐδὲ μὴν τὴν τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἕκαστον ἐκφώνησιν * πολιορκεῖ, ἀλλ' ὃ αὐτὸς ἐκφωνεῖ, ὡς τὸ πᾶν ἐκφωνοῦντα, τὸ ὅλον ἡγεῖσθαι ὀνομάζειν. ἕκαστον γὰρ αὐτῶν μέρος ὂν τοῦ ὅλου, τὸν ἴδιον ἦχον ὡς τὸ πᾶν ὀνομάζειν, καὶ μὴ παύσασθαι ἠχοῦντα, μέχρις ὅτου ἐπὶ τὸ ἔσχατον γράμμα τοῦ * ἑκάστου στοιχείου μονογλωσσήσαντος καταντῆσαι. τότε δὲ καὶ τὴν ἀποκατάστασιν τῶν ὅλων ἔφη γενέσθαι, ὅταν τὰ πάντα κατελθόντα εἰς τὸ ἓν γράμμα, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐκφώνησιν ἠχήσῃ, ἧς ἐκφω-

* Οὗτος
* σιγῆς ἑαυτὸν μονώτατον
* σπέρμα κατατεθὲν
* τόπων
* γυναικείῳ
* ἑαυτὴν
* ὁ πατὴρ ὁ ἀπάτωρ, ὁ ἀνεννόητος
* γινώσκει
* ἐσχάτου στοιχείου μονογλωσσήσαντα καταντῆσαι



A *Theologus*, vnquãm ſeipſum occultabit, ne ſi in omnem quidem partem ſe vertet, atque in omnes formas conſiliorum calliditate atque artificio mutet, atque Orci galeam, vt dici ſolet, induat, aut Gygis annulo & Palæ conuerſione ſeſe ſuffuretur. *Vſus eſt & eodem Orig. lib. 1. contra Celſum, magis conueniſſe declarans, vt Chriſtus in Aegyptum fugiens, ſubduceret ſeſe Herodis inſaniæ, quàm ſi Plutonis galea latitans, eundem fefelliſſet.*

13 Cauteriatas] *Alludit ad hanc Pauli ſen-*
1. Tim. 4. v. 1. *tentiam:* In nouiſſimis tẽporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & dośtrinis Dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, cauteriatã habentium ſuam conſcientiam: *quæ, dućta metaphora à ſeruis maleficis, & beſtijs quæ caute-* B *rio, vt dignoſci queant, notantur: futurorum hæreticorum mendacia, hypocriſes, & impoſturas, quibus noćtes dieſq́; reclamante conſcientia, orbi imponunt, & tanta obſtinatione quaſi tradućto cauterio indureſcunt, vt citius frangas quàm corrigas.*

14 Etiã in manifeſto exhomologeſim faciunt] *Publicam pœnitentiam in priſca Eccleſia vſitatam fuiſſe vel ex hoc loco omnibus liquet, cuius hic modus erat: Facta coram legitimo Paſtore peccatorum tum occultorũ, tum publicorum, ſi quæ erant, enumeratione: cùm Eccleſiæ ædificationi expediret, Sacerdotis authoritate, & pœnitentium conſenſu, mulćtas, ſatisfaćtiones, ſeu mauis, pœnitentiæ fructus palam agere iubebantur. Ritus latiſſimè deſcribit Concilium Agathenſe, diſtinćt. 20. c. In capite. Hoc ita ſe habere, & Theodoſij Imperatoris exemplum indicat: & diſertis verbis teſtantur Origenes hom. 2. in pſal. 32. Cypri. lib. de lapſis: Tert. libr. de pœnit.*

15 Reuerentes] *Ita legendum, pro*, reuertentes, *cùm Græcè legatur*, αἱ δὲ δυσωπούμεναι, *id eſt, leuitatis, defećtionis, aliorumq́; vitiorum, quibus deprauatæ impoſtorum fallacia fuerant, pudore affećtæ, & in ſeipſis erubeſcentes.*

16 Neque intus, neque foris] *Græcum prouerbium eſt;* μήτε ἔξω, μήτε ἔσω, *eleganter his mulierculis accommodatum, quæ cùm apertè viderent ſe à Gnoſticis deluſas, & corruptas mente & corpore fuiſſe, nec ipſis vltra adhærebant, nec Eccleſiæ per exhomologeſim reconciliari ſatagebant. Simile eſt huic*, Media agina ferri, *quo Tertullianus vtitur in eos, qui inter bo-* Lib. contra Hermogenẽ. *num & malum, vt inter ſacrum & ſaxum ſuo arbitrio agitati, in neutram partem feruntur. Ego noſtri temporis mediatores, quos* politicos *vulgo appellamus, rectè* ἀμφοτερίζοντας, *&* ἀμφιβίους *mulierculis hiſce non abſimiles nominari poſſe crediderim.*

*QVEMADMODVM QVIDAM EX EIS PER numeros, & ſyllabas, & per literas conantur conſtituere eam, quæ eſt ſecundùm eos * argumentationem.*

*agnitionẽ.

CAPVT X.

C HIC igitur Marcus vuluam & ſuſceptorium[2] Colarbaſi ſilentij ſemet ſolum fuiſſe dicens, quippe vnigenitus exiſtens defećtus] ſemen, quod depoſitum eſt in eum, ſic enixus eſt. Illam quæ eſt à ſummis, & ab inuiſibilibus, [& innominabilibus] locis quaternationem deſcendiſſe figura muliebri ad eum. Quoniam, inquit, eius maſculinum mundus ferre non poterat, & oſtendiſſe quoque ſemetipſam quæ eſſet, & vniuerſorum geneſim, quam nemini vnquam neq; deorum neque hominum reuelauit, huic ſolo enarraſſe, ita dicentem. Quando primùm Pater, cuius Pater nemo eſt, qui eſt incogitabilis &[3] inſubſtantiuus, qui neque maſculus neque fœmina eſt, voluit ſuum inenarrabilem, narrabilem fieri, & quod inuiſibile ſibi eſt, formari; aperuit os, & protulit Verbum ſimile ſibi, quod adſiſtens oſtendit ei quod erat ipſe cùm inuiſibilis forma apparuiſſet. Enunciatio autem nominis fasta eſt talis: Error de nomine tetragrammatõ. Loquutus eſt Verbum: verbum primũ nominis eius fuit ἀρχὴ, & ſyllabæ eius literarum quatuor. Coniunxit & ſecundam, & fuit hæc literarũ quatuor. Poſt loquutus eſt & tertiam, & fuit hæc literarum x. Et eam quæ eſt poſt hæc locutus eſt, & fuit ipſa literarum XII. Facta eſt ergo enunciatio vniuerſi nominis, literarum XXX. ſyllabarum autem quatuor. Vnumquodque autem elementorum ſuas literas, & ſuum charaćterem, & ſuam enunciationem, & figurationes, & imagines habere: & nihil eorum eſſe, quod il- D lius videat formam, [4] cuius] elementum eſt. Sed ne cognoſcere eum, ſed ne quidem proximi eius vnumquodque enunciationem ſcire, ſed quod ipſe enunciat, ita omne quod enunciat, illud quod eſt totum nominet. Vnumquemque enim ipſorum, pars exiſtens totius, ſuum ſonum quaſi omne [nominare:] & non ceſſare ſonantia, quoadúſque ad nouiſſimam literam nouiſſimi elementi ſingulariter enunciata deueniant.

[5] Tunc autem [&] redintegrationem vniuerſorum dicit futuram, cùm[6] omnia deuenientia in vnam litteram,] vnam & eandem conſonationem ſonent, cuius ex- De reſtitutione omnium.

SCHOLIA D. BILLII IN Cap. X.

HIc Marcus] οὗτος *leg. cum vet.*

Siges] *hoc loco in Græc. pro* εἰσηγήσατο, αὐτὸν, *lego cum vet.* σιγῆς ἑαυτὸν, *ſenſu etiam hoc poſtulante.*

Defećtus ſemen] *hic ex vet. interp. addo in Græc.* σπέρμα.

Ex ijs locis] *pro* τούτων, *repono* τόπων *ex vet. & verſ. ſeq.* γυναικείῳ *pro* γυναικείου.

Et quænam eſſet] ἑαυτὴν *lego cum vet.*

Cuius quidem enunciationis imaginem eſſe Amen illud, quod nos vnà dicimus, eſſe fingebat. Sonos autem eos eſſe, qui AEonem illum ſubſtantiæ expertem atque ingenitum informant. Atque has demum eas formas eſſe (quas Dominus angelos appellauit) quę Patris faciem perpetuò vident. Cõmunia porrò & enarrabilia elementorũ nomina AEonas, & Sermones, & radices, & ſemina, & Pleromata, & fructus nũcupauit. Singularia autẽ & cuiuſq; propria in Eccleſiæ nomine contineri atque intelligi ait. Quorum elementorum extrema vltimi litera vocẽ ſuam emiſit, cuius vox ad elementorum imaginem egreſſa, peculiaria elementa procreauit, ex quibus cùm hæc in fera deſcripta, atque exornata, tum ea, quæ hæc anteceſſerũt, orta fuiſſe tradit. Et quidem literam ipſam, cuius ſonus ſonum infrà ſequebatur, à ſyllaba ſua ad Vniuerſi complementum ſurſum receptam eſſe: cæterùm ſonum velut foras eiectum infra remanſiſſe. At verò elementum ipſum à quo litera vnà cum ſua pronunciatione infra deſcendit, triginta literarum eſſe aſſerit, quarum etiam quælibet alias rurſus literas continet, quibus literæ nomen exprimitur. Ac rurſus aliam atque aliam per alias atque alias literas appellari, ita vt literæ in infinitum quendam numerum excreſcant. Ad hunc autem modum apertius id quod dico intelliges. Elementum Delta quinque literas complectitur, nimirum δ, & ε, & λ, & τ, & α: rurſuſque hæ literæ alijs literis perſcribuntur, aliæque item alijs. Si ergo tota elementi Delta coagmentatio in infinitum cadit, alijs nimirum alia gignentibus, atque inter ſe ſuccedentibus, quanto tandem elemento illo maius vaſtiuſque tantum literarum pelagus erit? Et ſi vna litera vſque adeò infinita eſt, animaduertas velim, quæ in toto nomine ſit literarum profunditas, ex quibus Marci Sige Propatorem conſtare docuit. Qua etiam de cauſa Propatorem, quòd ſe comprehẽdi non poſſe perſpectum haberet, hoc ſingulis elementis, quibus etiam AEonum nomen imponit, dediſſe, vt propriam enunciationem ederent, quandoquidem ſingula vniuerſo pronunciãdo impares erant. Hæc autem Quaternitatem planius ipſi his verbis declaraſſe. Lubet ipſam quoque veritatem tibi ſpectandam proponere. Ex ſuperis quippe ædibus eam deuexi, vt nudam eam conſpicias, eiuſque pulchritudinem intelligas, atque adeò loquentem audias, eiuſque prudentiam admireris. Vide igitur caput eius ſurſum Α & Ω, collum Β & Ψ, humeros vnà cum manibus Γ & Χ, pectus Δ & Φ, diaphragma Ε & Υ, dorsũ Ζ & Τ, ventrẽ Η & Σ, fœmora Θ & Ρ, genua Ι & Π, tibias κ & ο, crura λ & ξ, pedes μ & ν. Hoc nimirũ eſt de magi ſententia corpus veritatis, hæc elemẽti figura, hic literæ character. Atq; hoc elementũ hominẽ vocat, eſſeq; illud ait fontẽ omnis ſermonis, atq; initiũ omnis vocis, & omnis inenarrabilis narrationẽ, & tacitæ Siges os. Hoc inquã eſt veritatis corpus. Tu verò in altũ ſublata mẽtis intelligẽtia ſuijpſius genitorẽ ac Patris largitorẽ Sermonẽ ex ore veritatis audi. Hãc orationẽ cũ illa habuiſſet, Veritatem cõiectis in eũ oculis, apertoq; ore ſermonẽ edidiſſe ait, ac ſermonẽ hũc nomen factũ eſſe, hoc inquã nomen quod ſcimus ac loquimur, Chriſtũ Ieſũ: quod cũ protuliſſet, ſtatim cõticuiſſe. Cũ autẽ Marcus ab ea longiorẽ aliquã orationem expectaret, Quaternitas rurſus in mediũ progreſſa, his verbis vſa eſt. Vilẽ & contemnendum ſermonem eum eſſe arbitratus es, quem ex ore veritatis accepiſti. Atqui non hoc quod noſti, tenere te cenſes, antiquum nomen eſt. Vocem enim ipſius duntaxat habes: vim autẽ ignoras. Ieſus etenim

A ἧς ἐκφωνήσεως εἰκόνα τὸ ἀμὴν ὁμοῦ λεγόντων ἡμῶν ὑπέθετο εἶναι, τοὺς δὲ φθόγγους ὑπάρχειν, τοὺς μορφοῦντας τὸν ἀνούσιον καὶ ἀγέννητον αἰῶνα. καὶ εἶναι τούτους μορφάς, ἃς ὁ κύριος ἀγγέλους εἴρηκε, τὰς διηνεκῶς βλεπούσας τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός. τὰ δὲ ὀνόματα τῶν στοιχείων τὰ ῥητὰ καὶ κοινά, αἰῶνας καὶ λόγους, καὶ ῥίζας, καὶ σπέρματα, καὶ πληρώματα, καὶ καρποὺς ὠνόμασε, τὰ δὲ καθ' ἕνα αὐτῶν καὶ ἑκάστου ἴδια ἐν τῷ ὀνόματι τῆς ἐκκλησίας ἐμπεριεχόμενα, νοεῖσθαι ἔφη. * ὡς στοιχείου τὸ ὕστερον γράμμα φωνὴν προήκατο τὴν αὐτοῦ, οὗ ἦχος ἐξελθὼν κατ' εἰκόνα τῶν στοιχείων, στοιχεῖα ἴδια ἐγέννησεν, ἐξ ὧν τά τε ἐνταῦθα καταδιακεκοσμῆσθαί φησι, καὶ * τὰ πρὸ τούτων γεγεννῆσθαι. τὸ μέν τοι * γράμμα αὐτὸ τὸ ἦχος τῷ ἦχει, οὗ ὁ ἦχος ἦν συνεπακολουθῶν τῷ ἦχει, καὶ τὸ ὑπὸ τῆς συλλαβῆς τῆς ἑαυτοῦ ἀνειλῆφθαι ἄνω * λέγειν εἰς ἀναπλήρωσιν τοῦ ὅλου, μεμενηκέναι δὲ εἰς τὰ κάτω τὸν ἦχον, ὥσπερ ἔξω ῥιφέντα. τὸ δὲ στοιχεῖον αὐτὸ ἀφ' οὗ τὸ γράμμα σὺν τῇ ἐκφωνήσει τῇ ἑαυτοῦ συγκα-
B τῆλθε * κάτω, ὃ γραμμάτων εἶναί φησι τριάκοντα, καὶ ἓν ἕκαστον τῶν τριάκοντα γραμμάτων, ἐν ἑαυτῷ ἔχειν ἕτερα γράμματα, * δι' οὗ τὸ ὄνομα τοῦ γράμματος ὀνομάζεται· καὶ αὖ πάλιν τὰ ἕτερα δι' ἄλλων ὀνομάζεσθαι γραμμάτων, καὶ τὰ ἄλλα δι' ἄλλων, ὡς εἰς ἄπειρον ἐκπίπτειν τὸ πλῆθος τῶν γραμμάτων. οὕτω δ' ἂν σαφέστερον μάθοις τὸ λεγόμενον. τὸ δέλτα στοιχεῖον γράμματα ἐν αὐτῷ ἔχει πέντε· * αὐτὸ δὲ τὸ Δέλτα, καὶ τὸ Ε, καὶ τὸ Λάμβδα, καὶ τὸ Ταῦ, καὶ τὸ Ἄλφα, καὶ ταῦτα πάλιν τὰ γράμματα δι' ἄλλων γράφεται γραμμάτων, καὶ τὰ ἄλλα δι' ἄλλων. εἰ οὖν ἡ πᾶσα ὑπόστασις τοῦ Δέλτα εἰς ἄπειρον ἐκπίπτει, ἀεὶ ἄλλων ἄλλα γεννώντων, καὶ διαδεχομένων ἄλληλα, πόσῳ μᾶλλον ἐκείνου τοῦ στοιχείου μεῖζον εἶναι τὸ πέλαγος τῶν γραμμάτων; καὶ εἰ τὸ ἓν γράμμα οὕτως ἄπειρον, ὅρα ὅλου τοῦ ὀνόματος τὸν βυθὸν τῶν γραμμάτων, ἐξ ὧν τὸν προπάτορα ἡ Μάρκου σιγὴ συνε-
C στάναι ἐδογμάτισε. διὸ καὶ τὸν πατέρα ἐπιστάμενον τὸ ἀχώρητον αὐτοῦ, δεδωκέναι τοῖς στοιχείοις, ἃ καὶ αἰῶνας καλεῖ, ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὴν ἰδίαν ἐκφώνησιν ἐκβοᾶν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἕνα τὸ ὅλον ἐκφωνεῖν. ταῦτα δὲ σαφηνίσασαν αὐτῷ τὴν τετρακτὺν εἰπεῖν, * θέαν δή σοι καὶ αὐτὴν ἐπιδεῖξαι τὴν ἀλήθειαν. κατήγαγον γὰρ αὐτὴν ἐκ τῶν ὕπερθεν δωμάτων, ἵν' ἐσίδῃς αὐτὴν γυμνήν, καὶ καταμάθοις τὸ κάλλος αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ ἀκούσῃς αὐτῆς λαλούσης, καὶ θαυμάσῃς τὸ φρόνημα αὐτῆς. ὅρα οὖν κεφαλὴν ἄνω, τὸ Ἄλφα καὶ τὸ Ω, τράχηλον δὲ Β καὶ Ψ, ὤμους ἅμα χερσὶ Γ καὶ Χ, στήθη Δ καὶ Φ, διάφραγμα Ε καὶ Υ, νῶτον Ζ καὶ Τ, κοιλίαν Η καὶ Σ, μηροὺς Θ καὶ Ρ, γόνατα Ι καὶ Π, κνήμας Κ καὶ Ο, σφυρὰ Λ καὶ Ξ, πόδας Μ καὶ Ν. τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα τῆς κατὰ τὸν μάγον ἀληθείας, τοῦτο τὸ σχῆμα τοῦ στοιχείου, οὗτος ὁ χαρακτὴρ τοῦ γράμματος. καὶ καλεῖ τὸ στοιχεῖον τοῦτο ἄνθρωπον, εἶναί τε πηγήν φησιν αὐτὸ παντὸς λό-
D γου, καὶ ἀρχὴν πάσης φωνῆς, καὶ παντὸς ἀῤῥήτου ῥῆσιν, καὶ τῆς σιωπωμένης σιγῆς στόμα. καὶ τοῦτο μὲν τὸ σῶμα αὐτῆς. σὺ δὲ μετάρσιον ἐγείρας διανοίας νόημα τὸν * αὐτὸν γεννήτορα καὶ πατροδότορα λόγον, ἀπὸ * στομάτων ἀληθείας ἄκουε. ταῦτα δὲ ταύτης εἰπούσης, προσβλέψασαν αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἀνοίξασαν τὸ στόμα λαλῆσαι λόγον· τὸν δὲ λόγον ὄνομα γενέσθαι, καὶ τὸ ὄνομα γενέσθαι τοῦτο, ὃ γινώσκομεν καὶ λαλοῦμεν * Χριστὸν Ἰησοῦν, ὃ καὶ ὀνομάσασαν αὐτὴν παρ' αὐτῇ καὶ σιωπήν. προσδοκοῦντος δὲ τοῦ Μάρκου πλεῖόν τι μέλλειν αὐτὴν λέγειν, πάλιν ἡ τετρακτὺς παρελθοῦσα εἰς τὸ μέσον, φησίν, Ὡς εὐκαταφρόνητον ἡγήσω τὸν λόγον, ὃν ἀπὸ στομάτων τῆς ἀληθείας ἤκουσας. οὐ τοῦθ', ὅπερ οἶδας καὶ * δοκεῖς, παλαιόν ἐστιν ὄνομα· φωνὴν γὰρ μόνον ἔχεις αὐτοῦ, τὴν δὲ δύναμιν ἀγνοεῖς. Ἰησοῦς μὲν γάρ ἐστιν

* ὧν στοιχείων τὸ τοῦ ἐσχάτου ὕστατον
* τὰ
* γράμμα, οὗ τὸ ἦχος ἦν συνεπακολουθῶν τῷ ἤχει κάτω, ὑπὸ τῆς
* λέγει
* κάτω
* γραμμάτων
* δι' ὧν
* αὐτὸ τὸ Δέλτα
* Θέλω
* ἑαυτοῦ γεννήτορα
* στόματος
* παραυτίκα σιωπῆσαι
* στόματος
* δοκεῖς ἔχων, παλαιὸν



A clamationis imaginem eſſe, Amen, ſimul dicentibus nobis tradidit [7] eſſe. Sonos] autem eos eſſe qui formãt inſubſtantiuum & ingenitum AEona, & eſſe has formas, quas Dominus Angelos dixit, quæ ſine intermiſſione vident faciem Patris. Nomina autem elementorum communia & enarrabilia AEonas & verba & radices & ſemina & plenitudines & fructus vocauit, ſingula autem ipſorum & vniuſcuiuſque propria in nomine Eccleſiæ contineri, & intelligi ait. Quorum elementorum nouiſſimi elementi vltima litera vocem emiſit ſuam, cuius ſonus exiens ſecundùm imaginem elementorum elementa [8] propria] generauit, ex quibus & quæ ſunt hîc, diſpoſita dicit, & ea quæ ſunt ante hæc generata: ipſam quidem literam, cuius ſonus erat conſequens ſonum deorſum à ſyllaba ſua ſurſum receptam dicit, ad impletionem vniuerſi. Remanſiſſe autem deorſum ſonum quaſi foras proiectum, elementum autem ipſum ex quo litera cum enunciatione ſua deſcendit deorſum, literarum ait eſſe xxx. [9] & vnamquamque ex his xxx. literis in ſemetipſa habere alias literas, per quas nomen literæ nominatur. Et rurſus alias per alias nominari literas, & alias per alias, ita vt in immenſum decidat multitudo literarum.

De Angelis.

De elementis.

B Sic autem planiùs diſces quod dicitur. Delta elementum litteras habet in ſe quinque, ipſum Δ, & Ε, Λ, & Τ, & Α, & hæ rurſus literæ per alias ſcribuntur literas, & aliæ per alias. Si ergo vniuerſa ſubſtantia deltæ in immenſum decidit, alijs alias literas generantibus & ſuccedentibus alterutrum, quanto magis illius elementi maius eſſe pelagus literarum? Et ſi vna litera ſic immenſa eſt, vide totius nominis profundum literarum, ex quibus Propatora Marci ſilentium conſtare docuit. Quapropter & Patrem ſcientem incapabile ſuum, dediſſe elementis, quæ & AEonas vocat vnicuique eorum ſuam enunciationem exclamare, eo quòd non poſſit, vnum [10] illud] quod eſt totum enunciare. Hæc itaque exponentem ei quaternationem [dixiſſe.] Volo autem tibi & ipſam oſtendere veritatem. Depoſui enim illam de ſuperioribus ædificijs, vt circunſpicias eam nudam, & intuearis formoſitatem eius. Sed & audias eam loquẽtem, & admireris ſapientiam eius. Vide quid igitur caput eius ſurſum primùm Α & Ω. Collum autem Β & Ψ. Humeros cum manibus Π & Χ. Pectus Δ & Φ. Cinctum Ε & Υ. Ventrem Χ & Τ. Verenda Η & Σ. Femora Θ & Ρ. Genua Ι & Π. Tibias Κ & Ο. Crura Λ & Ξ. Pedes Μ & Ν. Hoc eſt corpus eius, quæ eſt ſecundùm Magum, Veritatis; hæc [11] figura] elementi, hic character literæ, [&] vocat elementum hoc, Hominem. Eſſe autem fontem ait, eum omnis verbi, & initium vniuerſæ vocis, & omnis inenarrabilis enarrationem, & taciti ſilentij
C os, & hoc quidem corpus eius.

Deliratio de veritatis forma per literas Græcas.

Tu autem ſublimius alleuans ſenſus intelligentiã, Autogenitora & Patrodotora, verbum ab ore Veritatis audi. Hæc aũt cùm dixiſſet illa, attendentem ad eum Veritatẽ, & aperientem os, locuta eſt Verbum: Verbum aũt nomen factum, & nomen eſſe hoc quod ſcimus & loquimur Chriſtum Ieſum, quod cùm nominaſſet, ſtatim tacuit. Cùm autẽ putaret Marcus plus aliquid eã dicturã, rurſus Quaternatio veniens in mediũ ait, Tanquã contemptibile putaſti eſſe Verbũ quod ab ore Veritatis audiſti, non hoc ꝙ ſcis & putas habere, olim eſt nomen. Vocem .n. tantũ habes eius, virtutẽ autem ignoras. Ieſus aũt

Qui Patris expers eſt] *addo ex vet.* ὁ ἀπάτωρ, *& deleo hoc verbum* ὤδινεν.

Gigni] τὸ ἄῤῥητον γεννηθῆναι. *Vetus legiſſe videtur* τὸ ἄῤῥητον ῥητὸν γεννηθῆναι. *Sed malo hoc loco Græca ſequi, quod* γεννηθῆναι *aptius quadret cum* μορφωθῆναι *quod ſequitur.*

Ac ſyllaba illius] συλλαβή. *Complexionem primò verteram quòd ſyllaba, vt apud Grãmaticos vſurpatur, hic quatuor literis non cõſtaret. Sed pro-*
D *pius animũ aduertenti, aliter poſtea viſum eſt. Inſanus enim Marcus omnia hic pro libidine ſua fingit.*

Cuius elementum eſt] *vetus interpres legiſſe videtur,* οὐδὲ αὐτὸς ὑπέρ, *ſed malè.*

Enunciationem nouit] γινώσκει *lego cum vet. non* πολιορκεῖ: *tametſi hæc quoq; lectio prorſus improbanda non ſit.*

Extremi elementi] *pro* ἑκάστου *lego* ἐσχάτου *cum vet. Ibidem pro* μονογλωσσήσαντος κατασῆναι, *lego* μονογλωσσήσαντα καταθῆναι, *cũ vet.*

Quorum elementorum] *in Græc. pro* ὡς στοιχείου τὸ ὕστερον *lego cum vet.* ὧν στοιχείων τὸ τοῦ ἐσχάτου ὕστατον. *Paulò poſt pro* καὶ τῷ, *lego* καὶ τά.

Cuius ſonus] *Græca hoc loco ita emendanda ſunt,* οὗ τὸ ἦχος ἦν συνεπακολουθῶν τῷ ἤχει κάτω ὑπὸ *& cæt. Verſ ſeq. pro* λέγειν, *ſubſtituo* λέγει.

Triginta literarum] *dele in Græc.* ὃ *ex vet. linea ſeq pro* δι' οὗ, *lege* δι' ὧν.

Quaternitatem] *inducitur hîc quaternitas ea, quæ à Sige obſcurius dicta erant, explanans.*

Libet] *in Græc. pro* θέαν *legendum* θέλω *cum vet.*

Dorſum] *Vetus interpres pro dorſo hîc ventrem habet, ac poſtea pro ventre, pudenda: ſed in literis error obrepſit.*

Suijpſius genitorem] *in Græco* ἑαυτοῦ γεννήτορα, *vel vnico verbo* αὐτογεννήτορα *lego cum vet. quemadmodum & eodem verſ.* πατροδότορα, *&* στόματος.

Statim conticuiſſe] *in Græc. pro* παρ' αὐτῇ καὶ σιωπήν, *legendum* παραυτίκα σιωπᾶν, *vel* σιωπῆσαι. *lin. ſeq. rurſus legendum* στόματος, *non* στομάτων.

Te tenere cenſes] *poſt* δοκεῖς, *addo ex vet.* ἔχειν.

Sex literis conſtans] *pro* ἓξ ὢν *lege* ἓξ ἔχων.

Qui ipſum cognatione] αὐτοῦ *vel* αὐτῷ, *addo ex vet. & lin. ſeq. pro* αὐτῶν *repono* αὐτῷ.

Inferiorum elationem] *legendum in Græc.* ὑπὸ αὐτά, *aut aliquid ſimile.* ἀναφορὰν *opponit* ἀποῤῥοίᾳ.

Habent igitur] *addo* οὖν *ex vet.*

Quoniam autem non ſatis] ἐπειδὴ τοῦ ὑστερήσαντος λόγου.

A inſigne nomen eſt, ſex literis conſtans, omnibus, qui vocati ſunt, notum ac perſpectum. At illud quod eſt apud Pleromatis AEonas, cùm multis partibus conſtet, alterius formæ ac figuræ eſt, his demum cognitum & exploratum, qui cognatione ipſum attingunt, quorumque magnitudines apud eum ſemper ſunt. Quocirca ita habeto: has vigintiquatuor literas, quæ apud vos ſunt, velut riuos quoſdam eſſe, tres eas virtutes, quibus vniuerſus ſuperorum elementorum numerus continetur, adumbrantes. Sic enim exiſtima, nouem mutas literas, Patris & Veritatis eſſe, quòd videlicet muti ipſi ſint, hoc eſt eiuſmodi qui nullis verbis exprimi poſsint. Semiuocales autē, quæ octo ſunt, Sermonis & Vitæ, quòd inter vocales & conſonantes velut mediæ interiectæ ſint, atque vt à ſuperioribus defluant, ita viciſsim inferiora ad eas referātur. Vocales porrò, quę ipſæ quoque ſeptem ſunt, Hominis & Eccleſiæ: quandoquidem vox per hominem progreſſa omnia informauit. B Vocis etenim ſonus formam ipſis indidit. Habent igitur Sermo & Vita octo, Homo & Eccleſia ſeptem, Pater & Veritas nouem. Quoniam autem non ſatis conſtabat numerus, is qui in Patre inſidebat, deſcendit, ad eum videlicet à quo ſeiunctus fuerat idcirco miſſus, vt ea quę facta erant, emendarentur, ac Pleromatum vnitas æqualitate prędita vnam in omnibus, quæ ex omnibus manat, virtutem proferret. Atq; ita ſeptenarius numerus octonarij vim accepit: factique ſunt tres loci numeris cōſimiles, cùm ſint Ogdoades: qui quidem tres in ſe ducti quatuor & viginti efficiunt.

Et quidem tria elementa, (quæ ipſe coniugij nexu cum tribus virtutibus deuincta eſſe ait, ac proinde ſex ſunt, è quibus viginti quatuor literæ profluxerunt) per ſermone omni præſtantioris quaternitatis C rationem quadruplicata eundem cum ipſis numerū pariunt: quæ quidem illius eſſe ait, qui appellationē omnem excedit. Ea porrò ad inuiſibilis ſimilitudinē à tribus virtutibus ferri. Atq; horum elementorū imagines imaginū eas eſſe literas dicit, quas duplices appellamus: quæ quidem ſi viginti quatuor literis adiungantur, analogiæ vi tricenarium numerum edunt. Huius rationis & adminiſtrationis fructum in imaginis ſimilitudine extitiſſe ait eum, qui poſt ſex dies quartus in montem aſcendit, ac ſextus factus eſt: qui deſcendit, atq; in hebdomade detentus eſt, cùm inſignis Ogdoas eſſet, atque omnem elementorum numerum in ſe contineret: quem, cùm ad baptiſmū acceſsiſſet, columbæ deſcenſus perſpicuè oſtendit, quæ quidē eſt ω & α. Huius enim numerus eſt vnum & octingenta. Ob eamq; cauſam dixiſſe Moſem ſexto D die conditum hominem fuiſſe: iuxta adminiſtrationem autem ſexto die, quæ eſt paraſceue, vltimum hominem ad primi hominis regenerationem apparuiſſe. Cuius quidem adminiſtrationis principium ac finem extitiſſe ſextam illam horam, in qua ligno affixus eſt. Perfectum enim Nun, cùm ſenarium numerum procreandi ac regenerandi facultate præditum eſſe perſpectum haberet, regenerationē eam, quę per eum, qui inſignis apparuit, in hunc numerum contigit, filijs lucis declaraſſe. Vnde etiam duplices literas inſignem numerum habere ait. Etenim inſignis numerus vigintiquatuor elementis adiunctus nomen triginta literarum conficit. Miniſtra porrò, quemadmodum ait Marci Sige, ſeptem numerorum magnitudine vſus eſt, vt voluntarij cōſilij fructus eluceret. Iam verò inſignem hunc numerū, inquit, nunc eum intellige, qui ab inſigni formatus eſt, quique velut

A ἐστὶν ἐπίσημον ὄνομα,* ἐξ ὧν γράμματα ὑπὸ πάντων τῶν τῆς κλήσεως γινωσκόμενον, τὸ δὲ παρὰ τοῖς αἰῶσι τοῦ πληρώματος πολυμερὲς τυγχάνον, ἄλλης ἐστὶ μορφῆς καὶ ἑτέρου τύπου, γινωσκόμενον ὑπ' ἐκείνων τῶν συγγενῶν, ὧν τὰ μεγέθη παρ'* αὐτῷ ἐστι διαπαντός. ταῦτ' οὖν τὰ παρ' ὑμῖν εἰκοσιτέσσαρα γράμματα ἀποῤῥοίας ὑπάρχειν γίνωσκε τῶν τριῶν δυνάμεων εἰκονικὰς τῶν περιεχουσῶν* τὸν ὅλον τῶν ἄνω στοιχείων τὸν ἀριθμόν. τὰ μὲν γὰρ ἄφωνα γράμματα ἐννέα νόμιζε εἶναι, τοῦ πατρὸς καὶ τῆς ἀληθείας, διὰ τὸ ἀφώνους αὐτοὺς εἶναι, τουτέστιν ἀῤῥήτους καὶ ἀνεκλαλήτους. τὰ δὲ ἡμίφωνα, ὀκτὼ ὄντα, τοῦ λόγου καὶ τῆς ζωῆς, διὰ τὸ μέσα ὥσπερ ὑπάρχειν τῶν τε ἀφώνων καὶ τῶν φωνηέντων, καὶ ἀναδέχεσθαι τῶν μὲν ὑπερθεν τὴν ἀπόῤῥοιαν,* τῶν δ' ὑπ' αὐτὴν τὴν ἀναφοράν. τὰ δὲ φωνήεντα, καὶ αὐτὰ ἑπτὰ ὄντα, τοῦ ἀνθρώπου καὶ τῆς ἐκκλησίας· ἐπεὶ διὰ τοῦ ἀνθρώπου φωνὴ προελθοῦσα, ἐμόρφωσε τὰ ὅλα. ὁ γὰρ ἦχος τῆς φωνῆς μορφὴν αὐτοῖς περιεποίησεν. *ἔστιν ὁ μὲν λόγος B ἔχων, καὶ ἡ ζωὴ τὰ ὀκτώ. ὁ δὲ ἄνθρωπος καὶ ἡ ἐκκλησία, τὰ ἑπτά, ὁ δὲ πατὴρ καὶ ἡ ἀλήθεια τὰ ἐννέα. *ἐπειδὴ δὲ ὑστερήσαντος λόγου ὁ ἀφεδρασθεὶς ἐν τῷ πατρὶ κατῆλθε, πεμφθεὶς ἐπὶ τὸν ἀφ' οὗ ἐχωρίσθη ἐπὶ διορθώσει τῶν πραχθέντων, ἵνα ἡ τῶν πληρωμάτων ἑνότης ἰσότητα ἔχουσα καρποφορῇ μίαν ἐν πᾶσι τὴν ἐκ πάντων δύναμιν. καὶ οὕτως ὁ τῶν ἑπτὰ τὴν τῶν ὀκτὼ ἐκομίσατο δύναμιν, καὶ ἐγένοντο οἱ* τόποι ὅμοιοι τοῖς ἀριθμοῖς ὀγδοάδες ὄντες, οἵτινες τρεῖς ἐφ' ἑαυτοὺς ἐλθόντες, τὸν τῶν εἰκοσιτεσσάρων ἀνέδειξαν ἀριθμόν. τὰ μὲν τρία στοιχεῖα *ἀφιῆσιν αὐτὸς τῶν τριῶν ἐν συζυγίᾳ δυνάμεων ὑπάρχειν, ἅ ἐστιν ἕξ, ἀφ' ὧν ἀπεῤῥύη τὰ εἰκοσιτέσσαρα στοιχεῖα τετραπλασιασθέντα τῷ τῆς ἀῤῥήτου τετράδος λόγῳ, τὸν αὐτὸν αὐτοῖς ἀριθμὸν ποιεῖ ἅπερ φησὶ τοῦ ἀνονομάστου ὑπάρχειν, φορεῖσθαι δὲ αὐτὰ ὑπὸ τῶν τριῶν δυνά- C μεων, εἰς ὁμοιότητα τοῦ ἀοράτου, ὧν στοιχείων εἰκόνες εἰκόνων τὰ παρ' ἡμῖν διπλᾶ γράμματα ὑπάρχειν, ἃ συναριθμούμενα τοῖς εἰκοσιτεσσαρσιστοιχείοις* δυνάμει τῶν κατὰ ἀναλογίαν τὸν τριάκοντα ποιεῖ ἀριθμόν. τούτου τοῦ λόγου καὶ τῆς οἰκονομίας ταύτης καρπὸν φησὶν ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος *πεφυκέναι, ἐκεῖνον τὸν μετὰ τὰς ἓξ ἡμέρας, τέταρτον ἀναβάντα εἰς τὸ ὄρος, καὶ γενόμενον ἕκτον,* τὸν κρατηθέντα, καὶ καταβάντα ἐν τῇ ἑβδομάδι, ἐπίσημον ὀγδοάδα ὑπάρχοντα, καὶ ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ τὸν ἅπαντα τῶν στοιχείων ἀριθμόν,* ἐφανέρωσεν ἐλθόντος αὐτοῦ ἐπὶ τὸ βάπτισμα, ἡ τῆς περιστερᾶς κάθοδος, ἥτις ἐστὶν Ω καὶ A. ὁ γὰρ ἀριθμὸς αὐτῆς μία καὶ ὀκτακόσιαι. καὶ διὰ τοῦτο Μωσέα ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν εἰρηκέναι τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι* καὶ τὴν οἰκονομίαν D δὲ ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν, ἥτις ἐστὶ παρασκευή, τὸν ἔσχατον ἄνθρωπον εἰς ἀναγέννησιν τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πεφηνέναι· ἧς οἰκονομίας ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ τὴν ἕκτην ὥραν, ἐν ᾗ προσηλώθη τῷ ξύλῳ. τὸν γὰρ τέλειον νοῦν ἐπιστάμενον τὸν τῶν ἓξ ἀριθμὸν δύναμιν ποιήσεως καὶ ἀναγεννήσεως ἔχοντα, φανερῶσαι τοῖς υἱοῖς τοῦ φωτὸς τὴν δι' αὐτοῦ φανέντος ἐπισήμου εἰς αὐτὸν* δι' αὐτοῦ γενομένην ἀναγέννησιν. ἔνθεν καὶ τὰ διπλᾶ γράμματα τὸν ἀριθμὸν ἐπίσημον ἔχειν φησίν. ὁ γὰρ ἐπίσημος ἀριθμὸς συγκερασθεὶς τοῖς εἰκοσιτεσσαρσιστοιχείοις, τὸ τριάκοντα γραμμάτων ὄνομα ἀπετέλεσε. κέχρηται δὲ διακόνῳ τῷ τῶν ἑπτὰ ἀριθμῶν μεγέθει, ὥς φησιν ἡ Μάρκου σιγή, ἵνα τῆς αὐτοβουλήτου βουλῆς φανερωθῇ ὁ καρπός. τὸν μέντοι ἐπίσημον τοῦτον ἀριθμὸν ἐπὶ τοῦ παρόντος* φησὶ τὸν *ἐπὶ τοῦ ἐπισήμου μορφωθέντα, νόησον τὸν

ὥσπερ

*ἐξ ἔχων
*συγγενῶν αὐτοῦ, ὧν
*αὐτῷ
*τῶν δὲ ὑπὸ αὐτὰ
*ἔστιν οὖν ὁ μὲν
*ἐκ δὲ τοῦ ὑστερήσαντος
*οἱ τρεῖς τόποι
*ἄφησιν
*δυνάμει τῇ κατὰ
*πεφηνέναι
*τὸν καταβάντα καὶ κρατηθέντα
*ὃν ἐφανέρωσεν
*κατὰ τὴν
*αὐτὸν ἀριθμὸν γενομένην
*τὸν ἀπὸ τοῦ ἐπισήμου.



A eſt inſigne nomen, ſex habens literas, ab omnibus qui ſunt vocationis cognitum. Illud autem quod eſt apud AEonas Pleromatis, cùm ſit multifarium exiſtens, alterius eſt formæ, & alterius typi. Quod intelligitur ab ipſis qui ſunt cognati eius, quorum magnitudines apud eum ſunt ſemper. Has igitur, quæ apud nos ſunt viginti quatuor literæ, emanationes eſſe intellige trium virtutum imaginales eorum, quæ continent vniuerſum, quæ ſunt ſurſum elementorum, numerum. Mutas enim literas nouem puta eſſe, Patris & Veritatis, quoniam ſine voce ſint, hoc eſt, & inenarrabiles & ineloquibiles. [Semiuocales] autem cùm ſint octo, Logi eſſe & Zoes, quoniam quaſi mediæ ſint inter mutas & vocales, & recipere eorum quidem quæ ſuperſint, emanationem, eorū verò quæ ſubſint eleuationem. Vocales autem & ipſas ſeptem eſſe, Anthropi & Eccleſiæ: quoniam per Anthropum vox progrediens formauit omnia. Sonus enim vocis, formam eis] circumdedit. Eſt igitur Logos habens & Zoe VIII. Anthropos autem & Eccleſia VII. Pater autem & Alethia IX. Ex minori autem computatione, qui] erat apud Patrem deſcendit emiſſus illuc vnde fuerat ſeparatus ad emendationem factorum, vt Pleromatum vnitas æqualitem habens, fructificet vnam in omnibus quę eſt ex omnibus virtus: & ſic is qui eſt numeri* VII. eorum qui ſunt octo accepit virtutem, & facta B ſunt tria loca ſimilia numeris, cùm ſint octonationes [quæ ter] in ſe venientia vigintiquatuor oſtenderunt numerum: & tria quidem elementa, quæ dicit ipſe trium in coniugatione virtutum exiſtere, quæ fiunt VI. ex quibus emanauerunt vigintiquatuor literæ, quadripertita inenarrabilis Quaternationis ratione eundem numerum faciunt, quæ quidem dicit illius qui eſt [innominabilis] exiſtere. Indui autem eas à tribus virtutibus, in ſimilitudinem illius qui eſt inuiſibilis. Quorum elementorum imagines imaginum eſſe eas quæ ſunt apud nos duplices literæ, quas cum XXIIII. literis adnumerantes, virtute quæ eſt ſecundùm analogiam, XXX. faciunt numerum. Huius rationis & diſpoſitionis fructum dicit in ſimilitudinem imaginis apparuiſſe, & illum qui poſt VI. dies quartus aſcendit in montem, & factus eſt VI. qui deſcendit & detentus eſt [in] hebdomade cùm eſſet inſignis octonatio, &[12] haberet] in ſe omnem elementorum numerum, quem manifeſtauit, cùm ipſe veniſſet ad baptiſmum, columbæ deſcenſio, quæ eſt Ω & A. Numerus enim ipſius vnum & DCCC. & propter hoc Moſen in ſexta die dixiſſe [hominem factum, diſpoſitionem autem in ſexta die][13] quæ eſt in cœna pura: nouiſſimum hominem in regenerationem primi hominis apparuiſſe. Cuius diſpoſitionis initium & finem ſextam horam, in qua affixus eſt ligno: perfectum enim ſenſum ſcien- C tem eum numerum qui eſt ſex,[14] virtutem] fabricationis & regenerationis habentem, manifeſtaſſe filijs luminis eam generationē quæ facta eſt per eum, qui manifeſtatus eſt inſignis in eum numerū.[15] Hinc] etiam & duplices literas numerum inſignē habere ait. Inſignis enim numerus commixtus vigintiquatuor elementis, XXX. literarum nomen explicuit.[16] Vſus] eſt autem Diacono VII. numerorū magnitudine,] quemadmodū dicit Marci Sige, vt ab ſe cogitatæ cogitationis manifeſtetur fructus: & inſignem quidem hunc numerū in præſenti,[17] ait] eum qui ab inſigni figuratus eſt, intelligi eum qui quaſi

ΙΗΣΟΥΣ.

*ſeptenarij.

Matt. 17.1.

Matth. 3.16.

Gen. 1.26.

λόγου. *Malo tamen* ἐκ δὲ *cum veteri. Neq; enim quadrat* ἐπειδὴ *cum his quæ præcedunt. Senſus autem horum verborum hic eſt: Quoniam Pater & Veritas nouem literas continebant, Homo autem & Eccleſia ſeptem duntaxat, Sermo verò & Vita octo, corrigendæ huiuſce numerorum inæqualitatis cauſa factum eſt, vt litera vna qua Pater abundabat, ad Hominem & Eccleſiam deſcenderit: ac ſic* D *cuique ex his coniugationibus ſuus literarum octernio conſtitit.* Tres loci] τρεῖς *addo ex vet.*

Deuincta eſſe ait] *pro* ἀφίησι, *lego* ἄφησι *cum vet.*

Analogiæ vi] *legendum in Græco* δυνάμει τῇ κατὰ ἀναλογίαν, *ex vet. interp. & lin. ſeq.* πεφηνέναι, *non* πεφυκέναι.

Qui deſcendit] *legendum in Græc.* τὸν καταβάντα καὶ κρατηθέντα.

Quem cum] *addo* ὃν *in Græc. ex vet. interp.*

Iuxta adminiſtrationem] *hoc loco pro* καὶ, *lego* κατὰ, *ob verbum* πεφηνέναι, *quod in actiua ſignificatione nunquam in vllo authore legiſſe me memini, ſed tantùm in neutra.*

In hūc numerum] *in Græc. pro vlt.* δι' αὐτοῦ.

Bis enim habetur] *lego* ἀριθμὸν *cum vet.*

Inſignem numerum] ἐπίσημον, *id eſt, ſenarium. Nota autem ſenarij apud Græcos eſt* ϛ. *Proinde cùm tres ſint duplices literæ, ſenario æquipollent.*

Numerorum magnitudine] ἀριθμῶν μεγέθει.

Qui ab inſigni] ἀπὸ *lego cum vet.*

Alia autem] ἄλλα *addo ex vet.*

Rerum inimitabilium] ἀμιμήτων. *Imitabilium habet vetus tranſlatio, ſed malè, vt exiſtimo.*

Et quartum à medio] μέσου *lego cum vet. non* μέρους.

## NOTAE EX ADVERSARIIS
Frontonis Ducæi in CAP. X.

ET ſyllabæ eius] *Græca ſonant,* & ſyllaba eius literarum quatuor.

Vnigenitum AEonem] *Græcè repoſuimus* ἀγέννητον, *quod immutarat Gallaſius in* ἀγένητον.

Ipſam quidem literam] *in Græco dele* αὐτὸ τὸ ἦχος τῷ ἦχει, *& lege, vt in margine ſcripſimus,* τὸ μέν τοι γράμμα, οὗ τὸ ἦχος ἦν συνεπακολουθοῦν. Ventrem X & T] *Ad exemplar Græ. ſcribendū eſſet, Cinctum* E *&* T. *Dorſum* Z *&* T. *Ventrem* H *&* Σ. *Femora* Θ *&* P. *Paulò poſt in Græc. pro* τὸν αὐτὸν γεννήτορα καὶ πατροδόρα, *fortaſſe legendū,* τὸν αὐτογεννήτορα καὶ πατροδώτορα: *vt poſtea* αὐτοβουλήτου, ab ſe cogitatæ, *vertitur.* Ex minori autem] λόγος *hîc cōputatio vel ratio verti poteſt, non autem ſermo, quod ſcripſerat Gallaſius: paulò poſt:*

qui

A diuiſus ac bifariam ſectus eſt, foriſq́; manſit ac vi & prudentia ſua per productionem, quæ ex eo extitit, ad virtutis Hebdomadis imitationem huic mundo ſeptem virtutibus conſtanti vitam dedit, eumq́ue ita comparauit, vt rerum omnium, quæ in aſpectum cadunt, anima eſſet. Atque hic quidem hoc opere vtitur, vt ſponte ac libera voluntate à ſe confecto: alia autem, vt quæ rerum inimitabilium imitamenta ſint, matris cogitationem ſubminiſtrant. Ac primũ quidem cælum α proloquitur, proximum ε, tertium η, quartum ac medium vim vocalis ι enunciat, quintum ο, ſextum υ, ſeptimum & quartum à medio ω exprimit, quemadmodum Marci Sige, quę multa quidem blaterat, cæterùm nihil veri dicit, affirmat. Atque hæ virtutes, inquit, omnes ſimul inter ſe connexæ tinniunt, ac laudibus eum, à quo productæ ſunt, efferunt. B Gloria autem huius ſoni ad Propatorem tranſmittitur. Huius porrò laudationis ſonum in terram delatum, eorum, quæ in terra ſunt, effectorẽ ac parentem eſſe ait.

ὥσπερ μερισθέντα, ἢ διχοτομηθέντα, καὶ ἔξω μείναντα, ὃς τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει τε καὶ φρονήσει, διὰ τῆς ἀπ' αὐτοῦ προβολῆς τοῦτον τὸν τῶν ἑπτὰ δυνάμεων κατὰ μίμησιν τῆς ἑβδομάδος δυνάμεως ἐψύχωσε κόσμον, καὶ ψυχὴν ἔθετο εἶναι τοῦ ὁρωμένου παντός. κέχρηται μὲν οὖν καὶ αὐτὸς οὗτος τῷδε τῷ ἔργῳ, ὡς αὐθαιρέτως ὑπ' αὐτοῦ γενομένῳ* τὰ δὲ διακονεῖ μιμήματα ὄντα τῶν ἀμιμήτων τὴν ἐνθύμησιν τῆς μητρός. καὶ ὁ μὲν πρῶτος οὐρανὸς φθέγγεται τὸ Α, ὁ δὲ μετὰ τοῦτον τὸ Ε, ὁ δὲ τρίτος Η, τέταρτος δὲ καὶ μέσος τῶν ἑπτὰ τὴν τοῦ Ι δύναμιν ἐκφωνεῖ. ὁ δὲ πέμπτος τὸ Ο, ἕκτος δὲ τὸ Υ, ἕβδομος καὶ τέταρτος* ἀπὸ μέσου τὸ Ω στοιχεῖον ἐκβοᾷ, καθὼς ἡ Μάρκου σιγὴ ἡ πολλὰ μὲν φλυαροῦσα, οὐ τὸ μηδὲν δὲ ἀληθὲς λέγουσα, διαβεβαιοῦται, αἵτινες δυνάμεις ὁμοῦ φησὶ πᾶσαι εἰς ἀλλήλας συμπλακεῖσαι, ἠχοῦσι καὶ δοξάζουσιν ἐκεῖνον, ὑφ' οὗ προεβλήθησαν. ἡ δὲ δόξα τῆς ἠχῆς ἀναπέμπεται εἰς τὸν προπάτορα. ταύτης μέντοι τῆς δοξολογίας τὸν ἦχον εἰς τὴν γῆν φερόμενόν φησι πλάστην γενέσθαι καὶ γεννήτορα τῶν ἐπὶ τῆς γῆς.

*τὰ δὲ ἄλλα.
*ἀπὸ μέσου τὸ

qui eſt numeri *V I I. intellige, qui eſt numeri ſeptenarij, virtutem ipſorum octo accepit ſiue octonarij, ſic enim ſolet interpres vertere articulos Græcos* τῶν ὀκτὼ, eorum qui ſunt octo.

Quorum elementorum.] *lego in Græco* εἰκόνας εἰκόνων, *& in Latina interpretat. verto,* duplices literæ; quas cum XXIIII. literis adnumeraueris, virtute, q. e s analogiam, vel, quæ adnumeratæ faciunt numerum.

Quæ eſt in cœna pura.] *Græc* ἥ ἐστι παρασκευή. *Hic veteris interpretis locus Ioſeph. Scaligeri obſeruationem confirmat in Feſtum voce Penem, Cœna pura eſt, qua fungebantur, cùm in caſto eſſent. Gloſſarium: Cœna pura* προσάββατον, *imitatione Gentilium* παρασκευὴν *Iudæorum ita vocat. Porrò in Græcis, qui nihil hîc immutandum cenſebit, verbo medio* C *actiui datam ſignificationem contendet. nam* φαίνειν *in actiua ſæpe ſumitur pro in lucem edere, vel exhibere, aut proferre, vt apud Philonem,* τὴν εὐσέβειαν ἀπέφηνε. *Quòd ſi placeat legere,* κατ' οἰκονομίαν δὲ, *hîc vertes, ſecundum diſpoſitionem autem.*

Vſus eſt Diacono] *Apud Græcos nota ſenarij eſt* ϛ, *quæ & ipſa duabus literis* σ τ *æquiualet;* ἐπίσημον *appellant: Alij* ἐπίσιγμον. *ſed minus rectè, quomodo & apud Hieronymum legebatur in Pſal. 77. in illo loco citato à Sixto Senen li 6. Bibliot. annot. 131. Scriptum eſt in Matthæo, quod Dominus noſter hora ſexta crucifixus ſit. Rurſum ſcriptum eſt in Marco, quia hora 3. crucifixus ſit. Error ſcriptorum fuit: & in Marco hora 6 fuit: ſed multi epiſemum Græcum* ϛ, *putauerunt eſſe* γ. *ſic enim habet editio Victorij correctior.*

ANNOTATIONES R. P. FR. FEVARDENTII IN CAP. X.

1. Hic igitur Marcus] *Impuriſsimus nebulo Vnigenitũ Dei ſe mentiebatur, & Quaternationem quandam de cælis deſcendentem forma muliebri, arcana plurima ſibi reuelaſſe, quæ ſyllabis & literis Græcis adumbrarẽtur. In textu porrò repoſuimus voces,* defectus, *&* ſic: *expunximus verò* lumen: *tam Græcæ lectionis authoritate, quàm Reuerend. P. Frontonis commonitione.*

2. Colarbaſi ſilentij] *Colarbaſi huius meminit Tertullianus, quem ita cum Marco iungit, vt eadem cum illo ſenſerit, videlicet, alterum Deum eſſe à Creatore; Chriſtum in carnis ſubſtantia non fuiſſe; Corporum nullam fore reſurrectionem; & Græcorum Alphabeti literis, ſic veritatẽ omnem affixiſſe, vt ineptum, vanum, otioſum, imò & periculoſum putet, illorum vanitates omnes adferre. At Auguſtinus, Theodoretus, & Damaſcenus ſectam ei ſeparatim tribuunt. Epiphanius veluti nodum diſſoluens, primùm quidem Marci opinionem illum ſequutum, tuncq́ue ſectam ipſorum inſtar bicipitis ſerpentis fuiſſe affirmat: ſed poſtea velut maius quid præter ſocios nouiſſet, de ſuo quoque nomine vocatos cœtus habuiſſe. Nicetas in Orthodoxia ſcribit Colobarſum (ceu Colabarſum) quaſdam Ptolemai, Marci & Valentini ſententias refixiſſe, atque horum Quaternitatem ad Octonarium numerum perduxiſſe, ſcalas perditionis, tam ſibi quàm factionis ſuæ ſectatoribus compingendo: quos errores ibidem refellit.*

*Lib. Præſcr.*
*Lib. de hære.*
*Lib 1. hæret. fabul*
*Contra hæreſ. 35.*

3. Inſubſtantiuus] *Græcè eſt* ἀνούσιος, *id eſt, ſubſtantiæ expers. Si ſubſtantiam, quatenus accidentibus ſubſternitur, vel etiam limitibus* D *coerceri poteſt, Deo haudquaquam quadrare ſenſerint: tantùm abeſt eos erraſſe, vt etiam ſuffragantes ſibi Patres plurimos habeant. Auguſtinus manifeſtum eſſe dicit, Deum abuſiuè vocari ſubſtantiam. Dionyſius frequenter ſubſtantiam, ſed ineffabilem, ſuperſubſtantialem, & omnibus ſubſtantijs ſupereminentem, Deitatem vocat. Damaſcenus libr. 1. ca. 8.* ταῖς ὅλαις οὐσίαις ἐπικρατεύουσαν, καὶ πάσης οὐσίας ἐξῃρημένην, *id eſt, vniuerſis ſubſtantijs ſupereminentem vltra omnia, & ab omni ſubſtantia exceptam.*

*Lib. 7. de Trinit. c. 4. & 5.*
*Lib. de cæle. Hier. cap. 4. et li de Diui. no. ca. 1. & 5.*

*LOCA QVAEDAM SCRIPTVRAE A MARCO detorta. CAP. XI.*

HVIVS autem rei argumentum ducit ab infantibus recens in lucem editis, quorum ſonus, confeſtim atque ex vulua prodierũt, vniuſcuiuſque horum elementorum ſonum edit. Quemadmodũ igitur, inquit ille, ſeptem virtutes ipſum gloria afficiunt: ſic etiam anima Marcum in infantibus plorans ac lugens, eum concelebrat. Atq; hinc eſt quod Dauid ait: Ex ore infantiũ & lactantiũ perfeciſti laudẽ. Et rurſus: Cæli enarrant gloriam Dei. Hincq́ue etiam fit, vt anima cùm in la-

ΤΗν δὲ ἀπόδειξιν φέρει ἀπὸ τῶν ἄρτι γεννωμένων βρεφῶν, ὧν ἡ ψυχὴ ἅμα τῷ ἐκ μήτρας προελθεῖν ἐπιβοᾷ ἑνὸς ἑκάστου τῶν στοιχείων τούτων τὸν ἦχον. Καθὼς οὖν αἱ ἑπτὰ (φησὶ) δυνάμεις δοξάζουσι τὸν λόγον, οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ἐν τοῖς βρέφεσι κλαίουσα καὶ θρηνοῦσα Μάρκον, δοξάζει αὐτόν. διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸν Δαβὶδ εἰρηκέναι, Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. καὶ πάλιν, *Οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν διηγοῦνται δόξαν θεοῦ. καὶ διὰ τοῦτο ἐν τε πόνοις

*οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται.



A in partes diuiſus eſt, aut præciſus & foris perſeuerauit, qui ſua virtute & prudentia per eam quæ eſt ab eo emiſſionem, hunc qui ſeptem virtutum ſecundùm[18] imitationem] hebdomadis virtutis animauit mundum, & animam poſuit eſſe huius vniuerſi quod videtur. Vtitur autem & ipſe hic hoc opere quaſi ſpontaneè ab ipſo][19] facto: reliqua verò] miniſtrant, cùm ſint imitationes imitabilium, enthymeſin matris. Et primum quidem cælum ſonat A, quod autem eſt poſt illum E, tertium autem H, quartum verò & medium numeri VII. Iota virtutem enarrat, quintum verò O, ſextum autem Y, ſeptimum autem & IIII. à medio Ω elementum[20] exclamat] quemadmodum Marci Sige, quæ multa quidem loquacius exequitur, nihil autem verum loquitur,] affirmat. Quæ virtutes, ait, omnes ſimul in inuicem complexæ ſonant & glorificant illum à quo emiſſæ ſunt, gloria autem ſoni mittitur in Propatorem. Huius autem glorificationis ſonum in terram delatum ait plaſmatorem factum, & generatorem eorum quæ ſunt in terra.

B

4. Cuius elementum eſt] *Ita legendum docuerunt Græcus contextus, & P. Fronto: expunximus autem,* neque ipſum ſuper. *Item paulò poſt,* à, *pro,* extra, *ſubſtituimus codicis veteris authoritate.*

5. Tunc & redintegrationem vniuerſorum] *Non procul recedere videntur à magno illo anno Platonis, quem bona fide dolet Tertull. omnium hæreticorum factum eſſe condimentariũ. Quod verò exclamatione Eccleſiaſtica,* AMEN, *commenta ſua confirmari putabant, eiuſdem impudentiæ eſt cum eo, quod Æonum ſuorum labyrinthos hac coronide,* C PER OMNIA SAECVLA SAECVLORVM, *probari volebant. Cæterùm,* poſtquam Patri omnium per nomen Filij & Spiritus ſãcti oblata fuerat Euchariſtia corporis & ſãguinis Chriſti, AMEN, quod Hebraica lingua, fiat, ſignificat, totum cœtum Chriſtianorum ceciniſſe, *ſcripſit ante Irenæum Iuſtinus martyr. Putat verò Auguſtinus, ex ijs nominibus eſſe, quæ propter ſanctiorem authoritatem in aliam linguam transfuſa nõ fuerunt. Huiuſq́ue, vt* Hallelu-ia, *ſacroſanctum vſum eſſe affirmat epiſt. 178.*

*Lib. de anima.*
*Apolog. 2.*
*Lib. 2. de do. Chriſt. ca. 11.*

6. Omnia deuenientia] *Quinq; has voces ex vet. cod. adiecimus, conſentiente Græca lectione,* ὅταν τὰ πάντα κατελθόντα εἰς τὸ ἓν γράμμα.

7. Eſſe. Sonos] *ita legendum docent codices Græci, quibus conformis eſt vet cod.*

8. Propria] *Deleuimus,* progenia, *authoritate ve. cod. & Græcæ lectionis.*

9. Et vnamquamque ex his xxx. literis in ſemetipſa habere &c. *Sic hunc locum P. Frontonis conſilio correximus. Excuſi codices habebant:* & vnaquæque ex his xxx. literis in ſemetipſo habere alias literas.

10. Illud] *Deleuimus* illam: *& mox pro* dediſſe, *repoſuimus* dixiſſe, *authoritate vet. cod. & Græcæ lect.*

11. Figura] *Expunximus,* factura.

12. Haberet] *eraſimus,* habet: *& mox ſeptem dictiones addidimus, authoritate vet. cod. & lectionis Græcæ.*

13. Quæ eſt cœna pura] *Ita & lib. 5. c. 23. ſextam diem, qua Dominus cruci confixus eſt, appellant cœnam puram: cuius nominis meminerunt etiam Tertull lib. 5. adu. Mar. cap. 4. Auguſtinus Tractatu 120. in Ioan. & Beda in cap. 19. Ioan. Sic autem eam diem appellant, quòd iuxta Legis præſcriptum puros veſtimentis, cibis, corporibus, & animis eos eſſe decebat, qui ſacrum Paſcha eſſent celebraturi. Vnde & Iudæorum principes non intrauerunt prætorium Pilati, vt non contaminarentur (ait Euangeliſta) ſed puri videlicet, manducarent Paſcha.*

14. Virtutem] *Ita vetus cod. Græcè etiam* δύναμιν *legitur; prius erat* virtutum.

15. Hinc etiam] *Prius legebatur:* Hic etiam.

16. Vſus eſt] *Cod. excuſi,* viſus eſt.

17. Ait] *Expunximus,* vt.

18. Imitationem] *Deleuimus,* micationem.

19. Facto, reliqua verò] *Ita vet. cod. & litera Græca; deleuimus* ab eo fœtore aliqua.

20. Exclamat] *Expunximus* exdant, *authoritate ve. co. & Græcæ lectionis.*

*QVOMODO SOLVVNT PARABOLAS.*

D

CAPVT XI.

OStenſionem autem affert ab ijs qui nunc naſcuntur infantibus, quorum anima, ſimul vt de vulua progreſſa eſt, exclamat vniuſcuiuſque elementi hunc ſonum. Sicut ergo ſeptem virtutes (inquit) glorificant Verbum, ſic & anima in infantibus plorans & plangens Marcum, glorificat eum. Propter hoc autem & Dauid dixiſſe, Ex ore infantium & lactantium perfeciſti laudem: & iterum, Cæli enarrant gloriam Dei. Et propter hoc quando in doloribus & calamita-

*Pſal. 8. b.*
*Pſal. 18. a.*

SCHOLIA D. BILLII IN Cap. XI.

CAeli enarrant] *in Græc. delendum* τῶν οὐρανῶν.

Recreandi ſui cauſa] εἰς διυλισμόν. *Vetus ad reuelationem.* διυλισμὸς *propriè percolationem ſignificat.*

membris conſtat] *poſt* δωδεκαμελοῦς, *pone* ὄντος *ex vet. & poſt* γραμμάτων, ἑκάστου.

Elocuta eſt] *Sic lego in Græco cum vet.* ἣν προσομιλήσει μὴ προσομιλήσασα.

Reſolutione] ἀναλύσεως *lego cum vet.*

ANNO.

A boribus & ærumnis verſatur, recreandi ſui cauſa in laudationis ſignum ω inclamet: quò nimirum ſuperior anima quod ſibi cognatum eſt, agnoſcens, opem ei mittat. Ac de toto quidem nomine quod triginta literarum eſt, & de Bytho qui ex huius literis incrementũ capit, ac præterea de veritatis corpore, quod duodecim membris cõſtat, ac ſingula membra duabus literis, ad hæc de ipſa voce, quã elocuta eſt, cùm non elocuta ſit, & de nominis illius quod nullis verbis expreſſum eſt, reſolutione, ac denique de mundi hominiſque anima, quemadmodum diſpẽſationem eam habent, quæ eſt iuxtà imaginem, hoc pacto delirauit. Sequitur iam vt quonam modo Quaternitas parem ex nominibus vim ac facultatem ipſi demonſtrauit, referamus: vt ne quid eorum, quę ab ipſis tradi accepimus, te fugiat, quemadmodum ſæpenumerò à nobis poſtulaſti.

πόνοις καὶ ταλαιπωρίαις ψυχὴ γενομένη εἰς διϋλισμὸν αὐτῆς ἐπιφωνεῖ τὸ Ω, εἰς σημεῖον αἰνέσεως, ἵνα γνωρίσασα ἡ ἄνω ψυχὴ τὸ συγγενὲς αὐτῆς, βοηθὸν αὐτῇ καταπέμψῃ. καὶ περὶ μὲν τοῦ παντὸς ὀνόματος τριάκοντα ὄντος γραμμάτων τούτου, καὶ τοῦ βυθοῦ τοῦ αὔξοντος ἐκ τῶν τούτου γραμμάτων, ἔτι τε καὶ ἀληθείας σώματος δωδεκαμελοῦς * ἐκ δύο γραμμάτων συνεστῶτος, καὶ τῆς φωνῆς αὐτῆς, * ἣν προσομιλήσασα, καὶ περὶ τῆς * ἐπιλύσεως τοῦ μὴ λαληθέντος ὀνόματος, καὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου ψυχῆς καὶ ἀνθρώπου, καθ᾽ ἃ ἔχουσι τὴν κατ᾽ εἰκόνα οἰκονομίαν οὕτως ἐλήρησεν. ἑξῆς δὲ ὡς ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἰσάριθμον δύναμιν ἐπέδειξεν ἡ τετρακτὺς αὐτῷ ἀπαγγελοῦμεν, ἵνα μηδέν λάθῃ σε τῶν εἰς ἡμᾶς ὑπ᾽ αὐτοῦ λεγομένων ἐληλυθότων, ἀγαπητέ, καθὼς, πολλάκις ἀπῄτησας παρ᾽ ἡμῶν.

* ὄντος, ἐκ δύο γραμμάτων ἑκάστου συνεστῶτος,
* ἣν προσομίλησε μὴ προσομιλήσασα.
* ἀναλύσεως

## ANNOTATIONES R. P. FR. FEVARDENTII IN CAP. XI.

B 1. Oſtenſionem autem] *Quanta cæcitate, & ſtoliditate laborarent præſtigiatores, vel inde apparet, quòd à vagitu, & eiulatu recens editorum paruulorum, ſuorum placitorum demonſtrationes peterent, & gloriolam ſibi venarentur. At longè aliud lacrymas illas protendere monet Tertull.* Vitam nempè vagitu ſalutant, & de proſpectu lacrymabilis vitæ, augurem incommodorum vocem illam flebilem quidam interpretantur, *(ait) Platonem, vt opinor, in Axiocho, ſi Platonis eſt; Lucretium, aut fortaſſè Plinium ſubindicãs. Is enim Naturam potius nouercæ crudelioris nomine, quàm melioris parentis appellandam cenſet, quod hominem tantùm nudum, & in nuda humo, natali die abijcit ad vagitus ſtatim & ploratum, vt vitam à ſupplicijs auſpicetur. Alia ratio vagitus puerorum atque hic recitata eſt, etiam adferri poteſt, quam ex verbis Martialis Campani Medici Burdegalenſis, latronum vinculis & cæde diuinitus liberati, libenter ſubiungam. Vagitus puerorum, inquit, conuenięter natura prodeuntiũ*

Lib. de anima.

Lib. 7. nat. hiſt.

*QVO PACTO MARCVS AD PRODIGIOSVM DOgma ſuum conſtituendum literis ac numeris abutatur. CAP XII.*

AD hunc itaque modum, illa vndique ſapientiſsima Sige, viginti & quatuor elementorum ortum ipſi exponit. Cum Solitate enim Vnitatem ſimul exiſtere: ex quibus duæ, vti ſuperius diximus, productiones extiterunt, Monas nimirũ & Vnum: quæ quidem interſe iuncta quatuor efficiunt. Bis enim duo ſunt quatuor. Ac rurſus duo, & quatuor in vnũ iuncta ſenarium numerũ declararunt. Senarius porrò quater in ſe ductus viginti quatuor formas procreauit. Ac primę quidem quaternitatis nomina, quę ſancta ſanctorũ intelligũtur, nec vllis verbis exprimi poſſunt, à ſolo filio cognoſcũtur, quæ pater ſcit quænam ſint. At verò auguſta ac veneranda nomina, quęque non ſine fide vſurpantur, apud eum hæc ſunt, ἄρρητος, σιγή, πατὴρ, ἀλήθεια. Huius porrò quaternarij numerus totus eſt quatuor & viginti literarum. Nomen enim ἄρρητος ſeptem literas in ſe complectitur, σιγὴ quinque, πατὴρ totidem, ἀλήθεια ſeptem, quæ quidem, hoc eſt bis quinque & bis ſeptem, in vnum coacta, quartum & vicenarium numerum cõficiunt. Eodem etiam modo ſecunda Quaternitas, λόγος & ζωή, ἄνθρωπος & ἐκκλησία parem elementorum numerum oſtendunt. Quin Saluatoris quoque nomen id, quod in ſermonem cadit, hoc eſt ἰησοῦς ſex literarum eſt: illud autem quod omnem ſermonis facultatem ſuperat, viginti quatuor literarum. Eodem modo Chriſtus ſeptem literarum eſt: quod autem in Chriſto eiuſmodi eſt, vt omnem vim ſermonis excedat, literarum triginta. Atque hac ratione ipſe ſe dicit α & ω, vt περιστερὰν, id eſt, columbam indicet: hũc enim numerum habet hæc auis. At verò Ieſus, ait ille, inenarrabilem ortum hunc habet. etenim ex prima illa rerũ omnium parente Quaternitate ſecunda, Quaternitas filiæ inſtar proceſsit, atque Ogdoas effecta eſt. Ex ea

C ΟΥ̓́τως οὖν ἀπαγγέλλει ἡ πάνσοφος αὐτοῦ σιγὴ τὴν γένεσιν τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων, τῇ μονότητι συνυπάρχειν * ἑνότητα, ἐξ ὧν δύο προβολαὶ, καθ᾽ ἃ προείρηται, μονάς τε καὶ τὸ ἓν ἐπὶ δύο οὖσαι, τέσσαρα ἐγένοντο. δὶς γὰρ δύο, τέσσαρες· καὶ πάλιν αἱ δύο καὶ τέσσαρες, εἰς τὸ αὐτὸ συντεθεῖσαι, τὸν τῶν ἓξ ἐφανέρωσαν ἀριθμόν. οὗτοι δὲ οἱ ἓξ τετραπλασιασθέντες, τὰς εἰκοσιτέσσαρας ἀπεκύησαν μορφάς. καὶ τὰ μὲν τῆς πρώτης τετράδος ὀνόματα, ἅγια ἁγίων νοούμενα, καὶ μὴ δυνάμενα λεχθῆναι, γινώσκεσθαι ὑπὸ μόνου τοῦ υἱοῦ, ἃ ὁ πατὴρ οἶδε τίνα ἐστί· τὰ δὲ σεμνὰ, καὶ μετὰ πίστεως ὀνομαζόμενα παρ᾽ αὐτῷ, ἐστὶ ταῦτα· ἄρρητος καὶ σιγή, πατήρ τε καὶ ἀλήθεια. ταύτης δὲ τῆς τετράδος ὁ σύμπας ἀριθμός, ἐστὶ στοιχείων εἰκοσιτεσσάρων. ὁ γὰρ ἄρρητος ὄνομα, γράμματα ἔχει ἐν ἑαυτῷ ἑπτά, ἡ δὲ σιγή, πέντε, καὶ ὁ πατὴρ * καὶ ἡ ἀ-

D λήθεια ἑπτὰ, ἃ συντεθέντα ἐπὶ τὸ αὐτὸ, τὰ δὶς πέντε, καὶ δὶς ἑπτὰ, τὸν τῶν εἰκοσιτεσσάρων ἀριθμὸν ἀνεπλήρωσεν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ δευτέρα τετράς, λόγος καὶ ζωή, ἄνθρωπος καὶ ἐκκλησία, τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν τῶν στοιχείων ἀνέδειξεν. καὶ τὸ τοῦ σωτῆρος δὲ ῥητὸν ὄνομα * ὀκτὼ καὶ δέκα γραμμάτων ὑπάρχειν ἕξ, τὸν δὲ ἄρρητον αὐτοῦ, γραμμάτων εἴκοσι τεσσάρων. * υἱὸς χριστός, γραμμάτων δώδεκα, τὸ δὲ ἐν χριστῷ ἄρρητον, γραμμάτων τριάκοντα. καὶ διὰ τοῦτο φησὶν αὐτὸν Α καὶ Ω, ἵνα τὴν περιστερὰν μηνύσῃ τοῦτον ἔχοντος τὸν ἀριθμὸν τούτου τοῦ ὀρνέου. ὁ δὲ ἰησοῦς ταύτην ἔχει (φησὶ) τὴν ἄρρητον γένεσιν. ἀπὸ γὰρ τῆς μητρὸς τῶν ὅλων τῆς πρώτης τετράδος ἐν θυγατρὸς τρόπῳ προῆλθεν ἡ δευτέρα τετράς, καὶ ἐγένετο ὀγδοάς, ἐξ ἧς προῆλθε δεκάς·

* ἑνότητα
* πέντε, καὶ ἡ
* ἰησοῦς
* καὶ χριστὸς γραμμάτων ἑπτὰ



A tibus anima fuerit, in releuationem ſuam dicit Ω, in ſignum laudationis, vt cognoſcens illa quæ ſurſum eſt anima, quod eſt cognatum ſuum, adiutorium ei deorſum mittat. Et de omni quidem nomine quod eſt xxx. literarum, & de Bytho, qui augmentum accepit ex huius literis, adhuc etiam de Veritatis corpore, quod eſt duodecim membrorum, vnoquoque membro ex duabus literis conſtante, & de voce eius quam locuta eſt non locuta, & de reſolutione eius nominis, quod non eſt enarratum; & de mundi anima, & hominis ſecundùm quæ habent illam quæ eſt ad imaginem, diſpoſitionem ſic delirauit. Dehinc autem quemadmodum ex nominibus æquiparatam virtutem oſtendit eorum Quaternatio, referemus, vt nihil lateat te Dilectiſſime, eorum quæ ad nos peruenerunt ex ijs, quæ ab ijs, dicuntur, quemadmodum ſæpe poſtulaſti à nobis.

B *in lucem ex vtero matrum, magno conatu impetuque facultatis expultricis, ea cauſa dari poteſt: quoniam in eo diu incluſi nouam tandem & repentinam loci mutationem facere coguntur. Excluſi expulſique foras, poſt qualecunque fuerit aëris temperamentum, ratione reliquorũ diuersè ſemper affecti, confeſtim excipiunt, ſimul & induunt. Quò fit, prout corpora, & ambientis temperies ea circundantis exſtiterint, vagitus vel edantur frequentes, vel nulli aut rari fiant. Exoriuntur in ſumma, propter loci tepidi, & plerumque temperati exitum, & propter aëris ambitum intemperie ſua cutim puerorum ex tempore vellicantem, & acriter mordentem, atque ſic vim prorſus alienam calori natiuo inſinuantem. Natura puerorum iam enatorũ rei nouitate perterrita, iniuriam quamuis etiam per ſe ægrè ferens queritur: & modò gemitus, modò lacrymas, modò vtrunque ſtatim exprimit: at contrà, quum nihil mali experitur, tunc quieſcit, nec vagit læta ſua ſorte.*

## *QVEMADMODVM CONVERSATIONEM ſecundum figuram eius * qui apud eos eſt, Pleroma exponunt * factum.*

* quæ
* factam.

## CAPVT XII.

C SIC[1] autem annunciat perquàm ſapiens eorum Sige, generationem xxiiii. elementorum cum ſolitate eſſe[2] vnitatem] ex quibus duæ ſunt emiſſiones, ſicut prædictũ eſt, monas & hen, quæ duplicatæ, iiii. factę ſunt: bis enim duo quatuor, & rurſus duo & quatuor in idipſum compoſitæ, ſex manifeſtauerunt numerum. Hi autem] quadruplicati] vigintiquatuor generauerũt figuras. Et quidem quæ ſunt primæ quaternationis nomina ſancta ſanctorum intelliguntur, quę non [poſſunt] enarrari, intelliguntur autem à ſolo Filio, quæ Pater ſcit quænam ſunt. Alia verò quæ cum grauitate, & honore, & fide nominantur apud eum ſunt hæc, Ἄρρητος & σιγή, πατὴρ & ἀλήθεια. Huius autem quaternationis vniuerſus numerus eſt literarũ viginti quatuor: ἄρρητος enim nomen literas habet in ſe ſeptem,[3] σιγὴ quinque, πατὴρ quinque, ἀλήθεια vii. quæ compoſita in ſe bis quinque, & bis ſeptem, xxiiii. numerum adimpleuerunt. Similiter & ſecunda quaternatio Logos & Zoe, Anthropos & Eccleſia[4] eundem numerum elementorum oſtenderunt] & Saluatoris quoque narrabile nomen ἰησοῦς, literarum eſt ſex:[5] inenarrabile autem eius, literarum vigintiquatuor.[6] Et χριστὸς literarum vii. quod eſt autem in Chriſto inenarrabile, literarum xxx. Et propter hoc ait eum Α & Ω, vt[7] περιστερὰν manifeſtet, ] cùm hunc numerum habeat hæc auis. IESVS autẽ hanc habet (inquit) inenarrabilem geneſim. A matre enim vniuerſorum, id eſt primæ quaternationis, in filiæ locum proceſſit ſecunda quaternatio, & facta eſt octonatio, ex qua

D

## SCHOLIA D. BILLII IN Cap. XII.

1 VNitatem ſimul exiſtere] *ἑνότητα legendum.*

[Σιγὴ quinque] *atqui hæc vox quatuor tantùm literis conſtat. Sed furioſus Marcus, vt in reliquis alijs, ſic in ſubducendis numeris de veritate parum laborat.*

Si literarum numerum] *Ne hîc quidem numeri ratio conſtat, nec multis alijs locis.*

Πατὴρ totidem] *addo in Græco πέντε ex vet.*

Nomen id quod in ſermonem cadit] *hoc loco in Græco pro ὀκτὼ καὶ δέκα legendum ἰησοῦς cum vet. & pro τὸν, τὸ.*

Eodem modo Chriſtus] *Hic quoque in Græco pro υἱὸς χριστὸς γραμμάτων δώδεκα, lego cum vet. καὶ χριστὸς γραμμάτων ἑπτα.*

Hæc auis] *Ne hîc quidem video quo pacto vox περιστερὰ (quæ columbam ſignificat) numero his literis α & ω reſpondeat.*

Filiæ inſtar] *ἐν θυγατρὸς τρόπῳ filiæ in modum. Vetus interp. legiſſe videtur τόπῳ, non τρόπῳ, ſed malè.*

Octo & octoginta emergunt] *delendum in Græc. καὶ ω, & pro δεκαοκτὼ reponendum. ἰησοῦς ex vet. interpr. lin. ſequ. pro ἰησοῦ legendum ἰησοῦς, & delendum ω, & pro ἔχει ſubſtituendum ἔχεις.*

Supercæleſtis] *ὑπερουράνιον malo, vt eſt in Græco, quàm ὑπερουρανίου, vt vetus interp. Verùm ibidem pro η καὶ τοῦ σ, legendum ex vet. τοῦ ἰησοῦ.*

Octingentorũ octoginta] *hic in Græ. dele ἔπειτα ex ve.*

Hoc eſt Ieſum] *in Græc. pro τὸ ει η, repone ex veteri, τὸν ἰησοῦν. lin ſeq. pro τοῦ lege τοῦτο.*

A Decas prodijt, ſicq; decas & ogdoas extitit. Decas porrò cum ogdoade iuncta, eamq; decuplans, octogenarium numerum peperit: rurſuſque octogenarium in decem ducens, octingenteſimum numerũ procreauit. Ita cùm vniuerſus literarum numerus ab octonario ad denarium progreſſus eſt, octo & octoginta emergũt: quod quidẽ eſt *ἰησοῦς*. Hoc enim nomen, ſi literarum numerum ineas, octo & octoginta efficit. Habes perſpicuè quinam de eorum ſententia ſupercęleſtis quoque Ieſu ortus ſit. Vnde etiam Græcorum alphabetum vnitates octo, decurias octo, totidemque centurias cõtinere, quæ octingentorũ octoginta octo numerum edant, hoc eſt Ieſum ex omnibus numeris conſtantem, ob idque α & ω eum nuncupari, vt ipſius ex omnibus ortus ſignificetur. Ac rurſus ad hunc modum id exponunt. Prima quaternitate iuxta numeri progreſsionẽ in ſeſe compoſita, exijt denarius. Vna enim & duæ & tres & quatuor in vnum conflatæ decem efficiunt, quod eſt Iota: idq; Ieſum eſſe volunt. B Quinetiam Chriſtus, inquit, qui literarum octo eſt, primam ogdoadem ſignificat: quæ quidem cum decade copulata octogenarium numerum peperit. Dicitur autem & fili' Chriſtus, hoc eſt duodecas. Etenim nomen hoc *υἱὸς* literarum eſt quatuor, *χριστὸς* autem octo: quæ quidẽ ſimul iuncta duodecadis magnitudinẽ oſtenderunt. Enimuerò priuſquam huiuſce nominis inſigne filius appareret, hoc eſt, *ἰησοῦς*, in magna ignoratione & errore homines verſabantur. At poſtea quã nomen ſex literarum conſpicuum factum eſt (carnẽ videlicet induens, vt ad hominis ſenſum laberetur, habens in ſe ipſo ſex & viginti quatuor) tum demũ eo cognito, huiuſmodi ignoratione liberati ſunt, atq; à morte ad vitã aſcenderũt, vtpote quibus hoc nomen ad veritatis patrem ducis munus obierit. C Placuiſſe enim rerũ vniuerſarum parenti ignorationem depellere, ac mortem delere. Ignorationis porrò depulſio ipſi' cognitio extitit. Ob eamq; cauſam de ipſius voluntate electũ eum hominem fuiſſe, qui ad ſupernæ virtutis imaginem diſpenſatus eſt. Ex Quaternitate ſiquidẽ AEones profluxerunt. Etenim in quaternitate erãt Homo & Eccleſia, Sermo & Vita. Ab his igitur, inquit, emanantes virtutes Ieſum eum, qui in terra apparuit, produxerunt. Et quidem Sermonis locum ſuppleuiſſe Angelũ Gabrielem; Vitæ, Spiritum ſanctum; Hominis, Altiſsimi virtutem; Eccleſiæ denique locum, Virginem indicaſſe. Sic nimirum apud eum is homo, qui ex diſpenſatione extitit, per Mariam in ortum editus eſt, quem rerum omnium parens per vuluam tranſmeantem Sermonis opera ad ſui cognitionem elegit. Cùm autem ad aquam ſeſe contuliſſet, in ipſum columbæ inſtar deſcendiſſe illum ait, qui ad ſupera ſeſe receperat, ac duodecimum numerum expleuerat, in quo inerat ſemen eorum qui vnà cum eo ſati fuerant, ſimulque & deſcenderant, & aſcenderant. D Hanc porrò virtutem, quę deſcendit, Patris ſemen eſſe, Patrẽ & Filium in ſe habens, eãq; quæ per eos agnoſcitur, nec vlla ſermonis facultate exprimi poteſt, Siges virtutem, cunctoſque AEonas. Atque hunc eſſe Spiritum illum, qui per os Ieſu verba fecit, ſeq; hominis filium confeſſus eſt, & Patrem patefecit: quique in Ieſum deſcẽdit, ipſiq; copulatus eſt. Ac mortem, inquit, de medio ſuſtulit ille ex diſpẽſatione Saluator: Patrẽ autẽ Chriſtũ Ieſum eſſe cognouit, proinde Ieſum nomẽ eſſe illius, qui ex diſpenſatione extitit, docet, impoſitũ autem fuiſſe ad exprimendã hominis illius, qui in eum deſcẽſurus erat, ſimilitudinẽ ac formationem. Hunc porrò cùm excepiſſet, ſimul & ipſum hominem, &

A δεκάς· οὕτως ἐγένετο δεκὰς καὶ ὀγδοάς· ἡ οὖν δεκὰς ἐπισυνελθοῦσα τῇ ὀγδοάδι, καὶ δεκαπλασίονα αὐτὴν ποιήσασα, τὸν τῶν ὀγδοήκοντα προεβίβασεν ἀριθμόν, καὶ τὰ ὀγδοήκοντα πάλιν δεκαπλασιάσασα, τὸν τῶν ὀκτακοσίων ἀριθμὸν ἐγέννησεν, ὥστε εἶναι τὸν ἅπαντα τῶν γραμμάτων ἀριθμὸν ἀπὸ ὀγδοάδος εἰς δεκάδα προελθόντα, *Η καὶ Π καὶ Ω, ὅ ἐστι δεκαοκτώ. τὸ γὰρ ἰησοῦ ὄνομα κατὰ τὸν ἐν τοῖς γράμμασιν ἀριθμὸν Ω, ἐστιν ὀγδοήκοντα ὀκτώ. τὸ γὰρ *ἔχει σαφῶς καὶ τὴν ὑπερουράνιον τοῦ Η καὶ τοῦ Σ κατ' αὐτοὺς γένεσιν, διὸ καὶ τὸν ἀλφάβητον τῶν ἑλλήνων ἔχειν μονάδας ὀκτώ, καὶ δεκάδας ὀκτώ, καὶ ἑκατοντάδας ὀκτώ, τὴν τῶν ὀκτακοσίων ὀγδοήκοντα ὀκτὼ *ψῆφον, ἐπιδεικνύοντα, *τουτέστι τὸ Ε, Ι, Η, τὸν ἐκ πάντων συνεστῶτα τῶν ἀριθμῶν, καὶ διὰ *τοῦ Α καὶ Ω ὀνομάζεσθαι αὐτὸν τὴν ἐκ πάντων γένεσιν σημαίνοντα. καὶ πάλιν οὕτως τῆς πρώτης τετράδος κατὰ *πρόσβασιν ἀριθμοῦ εἰς αὐτὴν συντιθεμένης, ὁ τῶν δέκα B ἀνεφάνη ἀριθμός. μία γὰρ καὶ δύο καὶ *τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συντεθεῖσαι, δέκα γίνονται. καὶ τοῦτ' εἶναι θέλουσι τὸν ἰησοῦν. ἀλλὰ καὶ ὁ χριστὸς, φησὶ, γραμμάτων ὀκτὼ ὤν, τὴν πρώτην ὀγδοάδα σημαίνει, ἥτις τῷ δέκα συμπλακεῖσα τὸν ἰησοῦν ἀπεκύησε. λέγεται δὲ (φησί) καὶ υἱὸς χριστὸς, τουτέστιν ἡ δωδεκάς. τὸ γὰρ υἱὸς ὄνομα γραμμάτων ἐστὶ τεσσάρων, τὸ δὲ χριστὸς, ὀκτώ· ἅτινα συντεθέντα τὸ τῆς δωδεκάδος ἐπέδειξαν μέγεθος. πρὶν μὲν οὖν (φησὶ) τούτου τοῦ ὀνόματος τὸ ἐπίσημον φανῆναι, τουτέστι τὸν ἰησοῦν τοῖς υἱοῖς, ἐν ἀγνοίᾳ πολλῇ ὑπῆρχον οἱ ἄνθρωποι καὶ πλάνῃ. ὅτε δὲ ἐφανερώθη τὸ ἑξαγράμματον ὄνομα, ὃς σάρκα περιεβάλλετο, ἵνα εἰς τὴν αἴσθησιν τοῦ ἀνθρώπου κατέλθῃ, ἔχων ἐν ἑαυτῷ αὐτὰ τὰ ἓξ καὶ τὰ εἰκοσιτέσσαρα, τότε γνόντες αὐτὸν, ἐπαύσαντο τῆς ἀγνοίας, ἐκ θανάτου δὲ εἰς ζωὴν ἀνῆλθον, τοῦ ὀνόματος C αὐτοῖς *ὁδοῦ γενηθέντος πρὸς πατέρα τῆς ἀληθείας. τεθεληκέναι γὰρ τὸν πατέρα τῶν ὅλων, λῦσαι τὴν ἄγνοιαν, καὶ καθελεῖν τὸν θάνατον. ἀγνοίας δὲ λύσις, ἡ ἐπίγνωσις αὐτοῦ ἐγίνετο, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλεχθῆναι τὸν κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ κατ' εἰκόνα τῆς ἄνω δυνάμεως οἰκονομηθέντα ἄνθρωπον. ἀπὸ τετράδος γὰρ προῆλθον οἱ αἰῶνες. ἦν δὲ ἐν τῇ τετράδι ἄνθρωπος καὶ ἐκκλησία, λόγος καὶ ζωή. ἀπὸ τούτων οὖν δυνάμεις (φησὶν) ἀποῤῥυεῖσαι γενεσιουργῆσαι τὸν ἐπὶ γῆς φανέντα ἰησοῦν. καὶ τοῦ μὲν λόγου ἀναπεπληρωκέναι τὸν τόπον τὸν ἄγγελον γαβριήλ, τῆς δὲ ζωῆς τὸ ἅγιον πνεῦμα, τοῦ δὲ ἀνθρώπου τὴν δύναμιν *τοῦ υἱοῦ, τὸν δὲ τῆς ἐκκλησίας τόπον ἡ παρθένος ἐπέδειξεν. οὕτως τε ὁ κατ' οἰκονομίαν διὰ τῆς μαρίας γενεσιουργεῖται παρ' αὐτῷ ἄνθρωπος, ὃν ὁ πατὴρ τῶν ὅλων διελθόντα διὰ μήτρας, ἐξελέξατο διὰ λόγου εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ. ἐλθόντος δὲ αὐτοῦ εἰς τὸ ὕδωρ, κατελθεῖν εἰς αὐτὸν ὡς περιστερὰν, τὸν ἀναδραμόντα ἄνω, καὶ πληρώσαντα τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν, ἐν ᾧ ὑπάρχει τὸ σπέρμα τῶν συσπαρέντων αὐτῷ, D καὶ συγκαταβάντων καὶ συναναβάντων. αὐτὴν δὲ τὴν δύναμιν κατελθοῦσαν, σπέρμα φησὶν εἶναι τοῦ πατρὸς, ἔχον ἐν ἑαυτῷ καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, τήν δὲ διὰ τούτων γινωσκομένην ἀνονόμαστον δύναμιν τῆς σιγῆς καὶ τοὺς ἅπαντας αἰῶνας. καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ λαλῆσαν *διὰ τοῦ ἰησοῦ, τὸ ὁμολογῆσαν ἑαυτὸν υἱὸν ἀνθρώπου, καὶ φανερώσαντα τὸν πατέρα, κατελθὸν μὲν εἰς τὸν ἰησοῦν, ἡνῶσθαι δ' αὐτῷ. καὶ καθεῖλε μὲν τὸν θάνατον (φησὶν) ὁ ἐκ τῆς οἰκονομίας σωτὴρ, ἐγνώρισε δὲ τὸν πατέρα χριστόν. εἶναι οὖν τὸν ἰησοῦν ὄνομα μὲν τοῦ ἐκ τῆς οἰκονομίας ἀνθρώπου λέγει, τεθεῖσθαι εἰς ἐξομοίωσιν καὶ μόρφωσιν τοῦ μέλλοντος εἰς αὐτὸν κατέρχεσθαι ἀνθρώπου, τὸν χωρήσαντα αὐτόν. ἐσχηκέναι δὲ αὐτόν τε κέναι αὐ-

*Η καὶ Π, ὅ ἐστιν Ιησοῦς. *ἔχεις σαφῶς *τοῦ ἰησοῦ κατ' *ψῆφον δεικνύοντα *τοῦτ' ἐστι τὸν ἰησοῦν τὸν ἐκ *τοῦτο Α *πρόβασιν *τρεῖς καὶ τέσσαρες *ὁδηγοῦ *τοῦ ὑψίστου *διὰ στόματος τοῦ ἰησοῦ *ὃν χωρήσαντα αὐτὸν ἐσχηκέναι τὸν ἄνθρωπον τε



A proceſſa eſt decas, ſic factum decimo octauo decas: itaque adiuncta octonationi & decuplum eam faciens [Lxxx. fecit numerum, & rurſus] octuagies decies octingentorum numerum fecit, vt ſit vniuerſus literarum numerus ab octonatione in decadem progrediens octo & octuaginta [8] & Dccc.] quod eſt IESVS. Ieſus enim nomen ſecundùm Græcarum literarum computum dat ſummam Lxxxviii. habens manifeſtè & ſupercæleſtis IESV ſecundùm eos geneſim. Quapropter [&] A B Græcorum habere monadas octo, & decadas viii. hecatondas viii. [9] Dccc] Lxxxviii. numerum oſtendentia, hoc eſt, Ieſum qui eſt ex omnibus conſtans numeris, & propter hoc A & Ω nominari eum, cùm ſignificet ex omnibus eius generationem. Et iterum ita primæ [quaternationis] ſecundùm proceſſionem numeri [in] ſemetipſam compoſitæ x. apparuit numerus. A enim & B [&] [5] & α in ſemetipſo compoſita x. faciunt, quod eſt I, & hoc eſſe volunt Ieſum.

Sed & Chriſtus (inquit) literarum eſt viii. ex quibus primam octonationem ſignificari, quæ cum Iota applicata [Dccc.] Lxxxviii. numerum generauit. Dicitur autem (ait) & filius CHRISTVS, hoc eſt, duodecas: *υἱὸς* enim nomen literarum quatuor eſt, *χριστὸς* autem octo, quæ compoſita duodecadis oſtenderunt magnitudinem. Prius autem, in- B quit, quàm huius nominis inſigne appareret, hoc eſt, Ieſus filius, in ignorantia magna fuerunt homines & errore. [Cùm autem manifeſtatum] eſt vi. literarum nomen, hoc quod eſt, ſecundùm carnem amictum eſt, vt ad ſenſibilitatem hominis deſcenderet, habens in ſemetipſo ipſum quoq; [vi.] & vigintiquatuor, tunc cognoſcẽtes eum, ceſſauerunt ab ignoratione, & à morte in vitam aſcenderũt, nomine eis facto ducatore ad Patrem veritatis. Voluiſſe enim Patrem vniuerſorũ ſoluere ignorantiã, & deſtruere mortem. Ignorantiæ aũt ſolutio, agnitio eius fiebat, & propter hoc dictum ſecundũ voluntatem eius, eum qui eſt ſecundum imaginem eius, quæ ſurſum eſt virtus, diſpoſitũ hominem: à quaternatione enim progreſſi ſunt Aeones. Erãt autem in quaternatione Anthropos & Eccleſia, Logos & Zoe. Ab ijs igitur virtutes, ait, emanatę generauerunt eum qui in terra manifeſtatus eſt, Ieſum: & Logi quidẽ locum adimpleſſe Angelũ Gabriel, Zoes autem Spiritum ſanctum, Anthropi autem Altiſſimi virtutem, Eccleſiæ autẽ locum Virgo oſtendit, & ſic ille qui eſt ſecundùm diſpoſitionem, per Mariam generatur apud eum homo, quem Pater omnium tranſeuntem per vuluam elegit per Verbũ ad agnitionẽ ſuam. Cùm aũt veniſſet ipſe ad aquam, deſcendiſſe in eum quaſi columbam *Luc. 3. 22.*
C eum qui recurrit ſurſum, & impleuit xii. numerũ, in quo inerat ſemen eorum qui con- *Ioan. 1. 32*
ſeminati ſunt cum eo, & condeſcenderunt & coaſcenderunt. Ipſam aũt virtutem quæ deſcendit, ſemen dicit eſſe Patris, habens in ſe & Patrem & Filium, & eam quæ per eos cognoſcitur innominabilis virtus Siges, & omnes Aeonas: & hunc eſſe Spiritum qui locutus eſt per os Ieſu, qui ſe confeſſus eſt Filium hominis, & manifeſtauit Patrem, deſcendens quidem in Ieſum, vnitus eſt, & deſtruxit quidẽ mortem (ait) qui fuit ex diſpoſitione Saluator Ieſus. Agnouit aũt Patrem Chriſtum Ieſum eſſe. Ergo Ieſum nomen quidẽ eius, qui [eſt] ex diſpoſitione homo dicit, poſitum autem eſſe in [aſſimilationem] & figurationem eius, qui incipit in eum deſcendere hominis, quem capientẽ habere & ipſum

Iuxta numeri progreſſionem] *πρόβασιν lego cum ve. non πρόσβασιν. lin. ſeq. poſt τρεῖς, addo καὶ τέσσαρες in Græc. ex vet. Hoc enim perſpicuè ſenſus poſtulat.*

Quod eſt Iota] *addo in Græc. ὅ ἐστιν ex vet.*

Octogenarium] *in Græco corruptè legitur τὸν ἰησοῦν. Vetus tranſlatio habet* Lxxxviii. *numerum ſed mendum hic eſſe cenſeo. Neq; enim ex octonario & denario inter ſe ductis hic numerus emergit.*

D Filijs appareret] *in vet. interp. corruptè legitur filius, pro, filijs. Græc. τοῖς υἱοῖς.*

Sex & viginti quatuor] *αὐτὰ vetus interp. non agnoſcit.*

Ducis munus] *pro ὁδοῦ, ὁδηγοῦ lego cum veteri.*

Electum eum] *Vetus interp. λεχθῆναι legit, non ἐκλεχθῆναι.*

Altiſſimi virtutem] *in Græco non υἱοῦ, ſed ὑψίστου lego cum vet.*

Per os Ieſu] *addo in Græco στόματος ex vet.*

Proinde Ieſum] *in Græ. hæc inuerſa ſunt. Nã pro οὖν τὸν, legendum τὸν οὖν.*

Hunc porrò cùm excepiſſet] *pro τὸν, lego ὃν, cum vet. & verſ. ſeq deleo δὲ.*

Et Iu & Hèu] *in Græco pro ἰησοῦ lego ἰοὺ cum vet. interp. Eſt autem ἰοὺ apud Græcos interiectio dolentis. lin. ſeq. pro φώνησιν, ἐκφώνησιν lubens legerim.*

Cùm iam à principio] *ſenſus rationem potius habui, quàm verborum. Hic enim nec Græca mihi ſatisfaciunt, nec vetus tranſlatio.*

Longas adieciſſe] *μακρὰ lego cum vet. non μικρὰ. Et lin. ſeq poſt οὖν, addo παρ.*

Tu enim ſolus] *pro μόνον vet. legit μόνος εἷς.*

Os aperuiſſe] *αὐτὸν legendum, non αὐτὸ cum vet.*

Patremque qui omnia capit] *in Græco pro αὐτὸ γεγονότα πάντα, legendum exiſtimo καὶ αὐτὸν τὸν.*

Exponentem] *ἐκδιηγούμενον lego, non ἐνδιηγούμενον.*

Ipſiuſque cogitationi] *pro τοῦ υἱοῦ legendum τούτου, ita poſtulante ſenſu. Ac ſic etiam legit vet. interp. Ead. lin. lege ἐπιψευδόμενος.*

Marce idolorum architecte] *hæc metrica forma exprimuntur, etiamſi pedum ratio non habeatur.*

Apoſtaticę] *ἀποστατικῆς lego cum vet. non ἀποστολικῆς.*

Sermonem, & Patrem, & Arreton, & Sigen, & Veritatem, & Eccleſiã habuiſſe. Hæc verò iam & Iu, & Heu, & tragicam omnẽ exclamationem ac querelam ſuperãt. Quis enim non in tantorum mendaciorũ artificẽ & conſarcinatorem odio commoueatur, veritatem perſpiciens à Marco idolum effectam, atq; Alphabeti literis recens, &, vt prouerbio dicitur, heri ac nudiuſtertius, quaſi notis quibuſdam compunctã, cùm iã inde à principio ſit? Græci etenim ſe à Cadmo primùm ſex & decem literas accepiſſe cõfitentur: ac poſtea temporis progreſſu nunc Aſpiratas, nunc Duplices inueniſſe: Poſtremùm verò omnium Palamedem Longas adiecisse tradunt. Quid igitur? antequam apud Græcos hæ literæ extarent, nõ erat veritas? Etenim de tua ſentẽtia, Marce, ipſius corpus Cadmo, iiſque qui Cadmi ętatẽ anteceſſerunt, poſterius eſt: iiſq; itẽ, qui reliquas literas addiderũt, atq; adeo te quoq; ipſo poſterius. Tu enim ſolus eam, quam tu veritatẽ vocas, in idolum redegiſti. Quiſnam autem tuã iſtam tot nugas effundentem Sigen feret, quæ & omni nomine ſublimiorem nominat, & omni ſermone ſuperiorem exponit, & imperueſtigabilẽ explicat: eumque quem tu corporis ac figuræ expertem eſſe ais, os aperuiſſe, ac Sermonem, tanquam vnum aliquod ex compoſitis animãtibus produxiſſe dicit: ipſiuſq; Sermonẽ parenti ſuo ſimilem, atq; inuiſibilis formam referentẽ, triginta elemẽta & quatuor ſyllabas continere? Ex quo ſequi neceſſum erit, vt de tua ſententia ille rerum omnium parens, perinde ac Sermo, triginta elementis & quatuor ſyllabis conſtet. Ecquis rurſus te feret in figuras & numeros, nunc triginta, nunc viginti quatuor, nunc ſex duntaxat, rerum omnium cõditorem & artificem & effectorem Dei Sermonem concludentem, eumque in quatuor ſyllabas & triginta elementa diſſecantem? ac rerum omnium Dominum, qui cœlos firmauit, ad octingẽteſimum octuageſimum octauum numerum, æquè atque Alphabetum, deuehentem, Patremque, qui omnia capit, cùm à nullo ipſe capiatur, in quaternitatem & ogdoadem, & decadẽ & duodecadem ſubdiuidentem, ac per huiuſmodi multiplicationes id quod in Patre ineffabile eſt, omniq; cogitatione, vt ipſe inquis, pręſtantius, exponentem? Et quem, tum corporis, tum ſubſtantię expertẽ appellas, eius naturam ac ſubſtantiã ex multis literis, quarum aliæ ex alijs gignantur, extruis ipſe, falſum Dædalum, ac nefarium ſupremæ virtutis fabrum te præbens: quamq; ab omni diuiſione remotam eſſe ais, in mutos & vocales ac ſemiuocales ſonos diſtribuens, idque quod in ipſis mutum eſt, rerum omnium parenti ipſiuſque Cogitationi falsò attribuens, in ſummam blaſphemiam grauiſsimámque impietatem eos omnes, qui tibi fidem adhibent, coniecisti. Quocirca etiam optimo iure, atque ad tantam temeritatem tuam perappoſitè Diuinus ſenex ac veritatis præco verſibus ita in te exclamauit: Marce idolorum architecte, & portentorum obſeruator, Aſtrologicæ ac magicæ artis perite, per quas falſis & cum errore coniunctis doctrinis robur concilias, his qui à te ſeducuntur, apoſtaticæ virtutis facinora pro miraculis oſtendens, quorum edendorũ facultatem per angelicam virtutem Azazelis pater tuus Satanas tibi ſuppeditat, vt qui te nefariæ atq; impiæ verſutiæ pręcurſorem nactus ſit. Atq; hæc quidem verba in te torſit pius ſenex. Nos verò reliqua eorum myſteria, quæ longa ſunt, breui oratione complecti, & quæ diuturno tempore occultatã ſunt, in lucem proferre conabimur. Sic enim facilè ab omnibus refelli poterunt.

A τὸν ἄνθρωπον, αὐτόν τε τὸν λόγον, καὶ τὸν πατέρα, καὶ τὸν ἄρρητον, καὶ τὴν σιγὴν, καὶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐκκλησίαν, καὶ ζωήν· ταύτῃ δὴ ὑπὲρ τὸ *ἰησοῦ καὶ τὸ φεῦ, καὶ ὑπὲρ τὸ πᾶσαν τραγικὴν *φώνησιν καὶ σχετλιατισμόν ἐστι. τίς γὰρ οὐκ ἂν μισήσειε τῶν τηλικούτων ψευσμάτων κακοσύνθετον ποιητὴν, τὴν μὲν ἀλήθειαν ὁρῶν εἴδωλον ὑπὸ μάρκου γεγονυῖαν, καὶ τοῦτο τοῖς τοῦ ἀλφαβήτου γράμμασι κατεστιγμένην νεωστὶ πρὸς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, τὸ δὴ λεγόμενον χθὲς καὶ πρώην. ἕλληνες ὁμολογοῦσιν ἀπὸ κάδμου πρῶτον ἓξ καὶ δέκα παρειληφέναι, εἶτα μετέπειτα προβαινόντων τῶν χρόνων αὐτοὶ ἐξευρηκέναι, ποτὲ μὲν τὰ δασέα, ποτὲ δὲ τὰ διπλᾶ. ἔσχατον δὲ πάντων παλαμήδην φασὶ τὰ *μικρὰ τούτοις προστεθεικέναι. πρὸ τοῦ *οὖν ἕλλησι ταῦτα γενέσθαι, οὐκ ἦν ἀλήθεια; τὸ γὰρ σῶμα αὐτῆς κατὰ σὲ μάρκε, μεταγενέστερον μὲν κάδμου καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ, μεταγενέστερον δὲ τῶν τὰ λοιπὰ προστεθηκότων στοιχεῖα, μεταγενέστερον δὲ καὶ σαυτοῦ. σὺ γὰρ *μόνον εἴδωλον κατήγαγες

B τὴν ὑπὸ σοῦ λεγομένην ἀλήθειαν. τίς δ' ἀνέξεταί σου τὴν τοσαῦτα φλυαρέσασαν σιγὴν, ἣ τὸν ἀνονόμαστον ὀνομάζει, καὶ τὸν ἄρρητον ἐξηγεῖται, καὶ τὸν ἀνεξιχνίαστον ἐξιστορεῖ. καὶ ἠνοιχέναι τὸ στόμα φησὶν, *αὐτὸ ὃν ἀσώματον καὶ ἀνείδεον λέγεις, καὶ προενέγκασθαι λόγον, ὡς ἕν τι τῶν συνθέτων ζώων, τόν τε λόγον αὐτοῦ ὅμοιον ὄντα τῷ προβαλόντι, καὶ μορφὴν τοῦ ἀοράτου γεγονότα, στοιχείων μὲν εἶναι τριάκοντα, συλλαβῶν δὲ τεσσάρων. ἔσται οὖν κατὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ λόγου, ὁ πατὴρ τῶν πάντων, ὡς σὺ φὴς, στοιχείων μὲν τριάκοντα, συλλαβῶν δὲ τεσσάρων. ἢ πάλιν τίς ἀνέξεταί σου εἰς σχήματα καὶ ἀριθμοὺς, ποτὲ μὲν τριάκοντα, ποτὲ δὲ εἰκοσιτέσσαρα, ποτὲ δὲ ἓξ μόνον συγκλείοντος τὸν τῶν πάντων κτίστην καὶ δημιουργὸν καὶ ποιητὴν λόγον τοῦ θεοῦ, κατακερματίζοντος αὐτὸν εἰς συλλαβὰς μὲν τέσσαρας, στοιχεῖα δὲ τριάκοντα, καὶ τὸν

C πάντων κύριον τὸν ἐστερεωκότα τοὺς οὐρανοὺς, εἰς ΩΠΗ κατάγοντος ἀριθμὸν ὁμοίως τῷ ἀλφαβήτῳ *αὐτὸν γεγονότα πάντα χωροῦντα πατέρα, ἀχώρητον δὲ ὑπάρχοντα εἰς τετράδα, καὶ ὀγδοάδα, καὶ δεκάδα, καὶ δωδεκάδα ὑπομερίζοντος· καὶ διὰ τῶν τοιούτων πολυπλασιασμῶν, τὸ ἄρρητον καὶ ἀνεννόητον, ὡς σὺ φὴς, τοῦ πατρὸς *ἐκδιηγούμενον, καὶ ὃν ἀσώματον καὶ ἀνούσιον ὀνομάζεις, τὴν τούτου οὐσίαν καὶ τὴν ὑπόστασιν ἐκ πολλῶν γραμμάτων ἑτέρων ἐξ ἑτέρων γεννωμένων, κατασκευάζεις, αὐτὸς δαίδαλος ψευδὴς καὶ τέκτων κακὸς γενόμενος τῆς προπανυπερτάτου δυνάμεως· καὶ ἣν ἀμέριστον φὴς εἶναι, εἰς ἀφώνους καὶ φωνήεντας καὶ ἡμιφώνους φθόγγους ὑπομερίζων τὸ ἄφωνον αὐτῶν τῷ τῶν πάντων πατρὶ, καὶ *τῇ τοῦ υἱοῦ ἐννοίᾳ *ἐπιψευδόμενοι, εἰς τὴν ἀνωτάτω βλασφημίαν καὶ μεγίστην ἀσέβειαν ἐμβέβληκας ἅπαντας τοὺς σοὶ πειθομένους. διὸ καὶ δικαίως καὶ ἁρ-

D μοζόντως τῇ τοιαύτῃ τοῦ τόλμῃ ὁ θεῖος πρεσβύτης καὶ κήρυξ τῆς ἀληθείας ἐμμέτρως ἐπιβεβόηκέ σοι, εἰπὼν οὕτως, Εἰδωλοποιὲ μάρκε, καὶ τερατοσκόπε, ἀστρολογικῆς ἔμπειρε καὶ μαγικῆς τέχνης, δι' ὧν κρατύνεις τῆς πλάνης τὰ διδάγματα, σημεῖα δεικνὺς τοῖς ὑπὸ σοῦ πλανωμένοις *ἀποστολικῆς δυνάμεως ἐγχειρήματα, ἃ σοὶ *χωρηγεῖς ὡς πατὴρ σατανᾶ, *εἰ δι' ἀγγελικῆς δυνάμεως ἐγχειρήματα ἀζαζὴλ ποιεῖν ἔχων σὲ πρόδρομον *ἀντὶ θεοῦ πανουργίας. καὶ ταῦτα μὲν ὁ θεοφιλὴς πρεσβύτης· ἡμεῖς δὲ τὰ λοιπὰ τῆς μυσταγωγίας αὐτῶν μακρὰ ὄντα, πειρασόμεθα βραχέως διεξελθεῖν, καὶ τὰ πολλῷ χρόνῳ κεκρυμμένα εἰς φανερὸν ἀγαγεῖν. οὕτω γὰρ ἂν γένοιτο εὐέλεγκτα πᾶσι.

*ἰοὺ
*ἐκφώνησιν
*μακρὰ
*οὖν παρ' ἕλλησι
*μόνος εἰς εἴδωλον
*αὐτὸν δὴ
*καὶ αὐτὸν τὸν γεγονότα πάντα χωρ.
*ἐκδιηγουμένου
*τῇ τούτου ἐννοίᾳ
*ἐπιψευδόμενος
*ἀποστατικῆς
*χορηγὸς
*δι' ἀγγελικῆς δυνάμεως ἀζ.
*ἀντιθέου



hominem, & ipſum Logon, & Patrem, & Arrheton, & [Sigen,] & Alethian, & Eccleſiam, & Zoen.

Hæc iam ſupra iu iu, & ſuper pheu, & ſuper vniuerſam tragicam exclamationem & doloris vociferationem ſunt. Quis enim non oderit eum, qui tantorum mendaciorũ malus compoſitor eſt poëta, cùm videat veritatem idolum à Marco factam, & hoc Alphabeti literis ſtigmatam nuper, ſicut quod eſt ab initio, quod dici ſolet, [10] Heri & antè? Græci confitentur à Cadmo ſe [primùm] ſedecim accepiſſe. Pòſt deinde procedentibus temporibus ſemetipſos adinueniſſe, aliquando quidem adſpiratas, aliquando autem duplices. Nouiſſimè autem omnium Palamedem aiunt longas eis adpoſuiſſe. Prius igitur quàm apud Græcos hæc fierent, non erat veritas? Corpus enim eius ſecundùm te, Marce, poſterius eſt tempore quàm Cadmos, & [11] ij] qui ante eum ſunt; poſterius autem his, qui reliqua elementa addiderunt; poſterius autem tempore, quàm & tu ipſe. Tu autem ſolus in idolum depoſuiſti eam, quæ à te prædicatur Veritas. Quis autem ſuſtinebit tuam illam, quæ tantùm verboſa eſt Sigen, quæ innominabilem nominat AEonem, inenarrabilem exponit, & eum qui inueſtigabilis eſt enũciat, & aperuiſſe os dicit eum quem incorporalem & infiguratum dicis, & emiſiſſe verbum quaſi vnum ex his quæ compoſita ſunt animalia? Verbum quoque eius [ſimile] eſſe ei qui eum emiſit, & formam inuiſibilis factum] elementorum quidem eſſe triginta, ſyllabarum autem quatuor. Erit ergo ſecundùm ſimilitudinem verbi Pater omnium, ſicut [12] tu ais] elementorum quidem triginta, ſyllabarum autem quatuor. Aut iterum quis ſuſtinebit te, in ſchemata & numeros, aliquando quidem triginta, aliquando autem vigintiquatuor, aliquando ſex tantùm, concludentem vniuerſorum conditorem, & Demiurgum, & factorem Verbum Dei, & minuentem eum in ſyllabas quidem quatuor, elementa autem triginta: & omnium Dominũ qui firmauit cælos, in DCCC. LXXXVIII. deducẽtem numeros ſimiliter atque Alphabetum? Et ipſum qui omnia capit Patrem, à nullo autem capitur, in quaternationem & octonationem & duodecadem ſubpartientem, & per huiuſmodi multiplicationes illud quod eſt inenarrabile & incognoſcibile, quemadmodum tu dicis, Patris enarrantem? Et quem incorporalem & inſubſtantiuũ nominas, huius materiam & ſubſtantiam ex multis literis alijs ex alijs generatis fabricas, [13] ipſe Dædalus fictor [&] faber malus factus ſublimiſſimæ virtutis: & quem indiuiſibilem dicis ſubſtantiam, in mutas, & vocales, & ſemiuocales ſonos ſubdiuidens, id quod eſt mutum. In his omnium Patri & huius intentioni mentiens, in ſummam blaſphemiam & magnam impietatem immiſiſti omnes qui tibi credunt. Quapropter & iuſtè & aptè tali temeritati tuæ diuinæ adſpirationis Senior & præco veritatis verſibus] inuectus eſt in te dicens ſic. [14] Idolorum fabricator Marce, & portentorum inſpector, aſtrologiæ cognitor & magicæ artis, per quæ confirmas erroris doctrinas, ſigna oſtendens his qui à te ſeducuntur, apoſtaticæ virtutis operationes, quæ tibi præſtat tuus pater Satanas per Angelicam virtutem [15] Azazel facere, habens te præcurſorem contrariæ aduerſus Deum nequitiæ. Et hæc quidem amator Dei Senior. Nos autem reliqua myſteria eorum, quæ ſunt longa, conabimur breuiter expedire, & ea quæ multo tempore ſunt occultata, in manifeſtum producere. Sic enim fit vt facilè argui & conuinci poſſint ab omnibus.

*Ead. lin. pro* χωρηγεῖς ὡς, *lego cum vet.* χωρηγεῖ σὸς. *Ibidem deleo hanc particulam* εἰ: *& lin. ſeq.* ἐγχειρήματα, *idq; adſtipulante vet. & pro* ἀντὶ θεοῦ, *vnico vocabulo repono* ἀντιθέου.

## NOTAE EX ADVERSARIIS
Frontonis Ducæi in CAP. XII.

Σιγὴ quinque] *Rationem numeri non conſtare vidit Billius, niſi huic voci dentur quinq; literæ, & reperiri tamen in ea quatuor tantùm, verùm furioſum Marcum de veritate parum laborare; quod confirmari poteſt exemplo vocis* χριστὸς, *in qua literas ait eſſe octo, neque enim, licet* ς *diuidas in* σ *&* τ, *plures quàm ſeptem reperies: alij alia comminiſcuntur; Cornarius apud Epiphanium ſcripſit,* σειγὴ verò quinque: *ſed an ex auctoritate manuſcripti, an ex coniectura, non monuit. Tantum hoc addam ex Catecheſi 6.* τῶν φωτιζομ. *Cyrilli Hieroſolymit.* τέκνον γὰρ εἶναι τοῦ βύθου ἐλέγετο ἡ Σιωπὴ: proles enim Profundi dicebatur Silentium. *Ita ſi diceretur ille* Σιγὴ *AEon* σιωπὴ, *quinque literas haberet, verùm ſæpius ab eodem Cyrillo, Epiphanio, & alijs Sige dicitur, quamobrem ad illud prius reuoluamur neceſſe eſt, vt cum illo Terentiano monitore dicamus:* Quæ res in ſe neq; conſilium, neque modum habet vllum, eam conſilio regere non potes. Quid enim, *inquit Tertullianus,* recti habent, quæ tam peruerſè proferuntur?

Cùm hunc numerum habeat hæc auis.] *Quo pacto vox* περιστερὰ, *quæ columbã ſignificat, numero his literis* α *&* ω *reſpondeat, ſe non videre, ait vir doctiſſimus: verùm id oſtendere perfacile eſt:* π *valet 80.* ε *5.* ρ *100.* ι *10.* σ *200.* τ *300.* ε *5.* ρ *100.* α *1. quæ omnia collecta efficiunt vnum & octingenta: & hunc numerum notæ Græcorum deſignant* α *&* ω. α *enim vnum,* ω *valet octingenta. Tertull. de Præſcript. cap. 50. & hic noſter cap. 10.* Quem manifeſtauit cùm ipſe veniſſet ad baptiſmum, columbæ deſcenſio, quæ eſt Ω & A. Numerus enim ipſius vnum & DCCC.

Et DCCC. quod eſt Ieſus] *Non aſſentior Billio delenti καὶ* Ω, *ſed Feu-ardentio potius reſtituẽti ex manuſcripto,* & DCCC.

 nam

nam quod tanto illi viro numeri ratio conſtare non viſa ſit, in cauſa fuit auctoritas interpretis veteris, aut quod Græcorũ notas nimis anxiè noluerit excutere: ſic enim æra ſummæ poſſunt explicari: ι efficit decem, η octo, Ϲ 200. ο 70 υ 400. Ϲ 200. ergò collectæ hæ notæ ι, η, Ϲ, ο, υ, ς, reddunt 888. atque hoc eſt, quod poſtea dicit; Ieſus enim nomen ſecundum Græcarum literarum computum dat ſummam DCCC. LXXXVIII. Habes manifeſtè: ſic enim reſtituendum eſt è Græco, τὸ γὰρ ἰησοῦ ὄνομα κατὰ τὸν ἐν τοῖς γράμμασιν ἀριθμὸν ὥστιν ὀγδοήκοντα ὀκτώ. Teſtis laudari poteſt Sibylla Cumana li. 1. ὀκτὼ γὰρ μονάδας, τόσσας δεκάδας ἐπὶ τούτοις, ἠδ' ἑκατοντάδας ὀκτὼ, ἀπιστοκόροις ἀνθρώποις Οὔνομα δηλώσει Namq; octo Monades, totidem decades ſuper iſta, Atq; hecatontadæ octo infidis ſignificabit Humanis nomen.

Quapropter & A B Grecorum] Græc. τὸν vel τὸ ἀλφάβητον, Quapropter & Alphabetum Græcorum habere monadas octo, & decadas octo, & hecatontadas octo, DCCC. LXXXVIII. numerum oſtendentia, vel oſtendentes. Oſtendi verò hæc ſingula ſic poſſunt: Ab α vſque ad ι ſunt monades octo, nam Senarij nota aſciſcitur ς: ab ι vſque ad ρ ſunt decades octo, nonam enim exprimit nota alia ϟ: à ρ vſque ad ω hecatontades octo, nonam hæc poſtrema refert ϡ, millenarium verò α ſubſcripta virgula.

A enim & B & ς] Græc. μία γὰρ καὶ δύο καὶ τρεῖς, A enim & B & Γ & Δ in ſemetipſo compoſita X faciunt, vel remotis notis numerorum, vnum enim, & duo & tria, & quatuor in ſemetipſo, vel, in vnum compoſita.

Quæ cum iota applicata] Billius in Græco eſſe corruptè τὸ ἰησοῦν ἀπεκύησε, in veteri verò tranſlatione, LXXXVIII. numerũ generauit. porrò ibi mendũ eſſe cenſet, quod ex octonario & denario inter ſe ductis hic numerus non emergat. At poſtquã hæc ſcripſit ille, reſtituit ex manuſcripto legitimã lectionẽ Feuardentius DCCC. LXXXVIII. numerum generauit. Sic igitur intelligendũ eſt applicatam eſſe ogdoadem cũ iota ſine decade, vt ante expoſitum eſt, primùm enim adiunctã decadem dixit octonationi, & decuplam eam facientem LXXX feciſſe numerum, & rurſus applicatam octuagies decies octingentorum numerum feciſſe; nam decies octoginta ſunt 800. ac tum demum repetitur ogdoas tertio vt 888. efficiat. Sanè id fuiſſe in cauſſa, vt hic Græcè ſcriptum ſit τὸν ἰησοῦν, pro DCCC. LXXXVIII. quod literæ vocis ἰησοῦς notæ ſint numeri illius.

ὑὸς enim nomen] Literarum eſt quatuor, ſi intelligamus impropriam diphthongum ϥ duas complecti υ & ι. inde illa lectio manuſcripti Irenæi, ϥος, pro υιος.

per Mariam generatus] generatur, γεννᾶσθαι, γεγένηται.

Et ſuper vniuerſam] In Græco dele, τὸ, & lege ὑπὲρ πᾶσαν: & paulò poſt in Latino interp. & hoc Alphabeti literis ſtigmatam nuper, ſicut quod eſt ab initio, quod dici ſolet, heri & ante. Græci confitentur à Cadmo ſe primùm ſedecim accepiſſe: videtur legiſſe, ὥσπερ τὸ ἀπ' ἀρχῆς, non πρὸς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, hoc opinor ſenſu, quod heri & nudiuſtertius vel admodum nuper actum eſt, perinde venditant, ac ſi ab orbe condito cœpiſſet eſſe. Cornarius apud Epiphanium verterat, ad hoc quod ab initio eſt heri ac nudiuſtertius, quod dici ſolet. Gallaſius ſic immutauit, ad id quod initio dictum eſt, Heri ac nudiuſtertius. atque ita indicauit ſe illa, τὸ δὴ λεγόμενον, non intellexiſſe notam eſſe prouerbij: vt ex his alijſq; eiuſmodi colligi poſſit eam propriam illius eſſe laudem, vt quæ non omninò malè à Cornario reddita erant, deteriora reddidiſſe videatur.

Tempore quam Cadmos] ſcribendum, tempore quã Cadmus, & ij, qui ante eum ſunt, poſterius autem his qui reliqua elementa addiderunt, poſterius autem tempore, quàm & tu ipſe. quę tantũ verboſa eſt Sigẽ.

Innominabilem nominat Aeonem] vox AEonem abeſt à Græco: itaq; cogitandum eſt, an addenda ſit ex veteri, hoc modo, ὀνομάζει αἰῶνα.

Et formam inuiſibilis factam,] ſcribe, factum, verbum ſcilicet, γεγονότα λόγον.

inuectus eſt in te dicẽs] Interpres vetus omiſit aduerbium ἐμμέτρως, quod Epiphanij interpres Cornarius ita reddiderat, ac veritatis præco concinnus acclamauit. Gallaſius eum ſequutus, edidit κῆρυξ τῆς ἀληθείας ἐμμετρος, nos antiquam lectionem reſtituimus, quam ſequitur Billius, ideoq; hic ſcribi poteſt, pręco veritatis verſibus inuectus eſt: vt apud Platonẽ, ἐπέρχεται δέ μοι ἐμμέτρως εἰπεῖν: Et Plutarchus, μὴ χρᾶν ἔμμετρα τὴν Πυθίαν, de oratione numeris aſtricta: nam hos eſſe octo ſenarios iambicos non omninò malos, & excepto ſexto, cui ſextus pes deeſt, integros animaduertet, qui expendere volet, quorũ primas voces notabo 1. Εἰδωλοποιὲ, 2. Ἀστρολογικῆς, 3. Δι' ὧν κρατύνεις, 4. Σημεῖα, 5. Ἀποστατικῆς, 6. Ἀεὶ χορηγεῖ, 7. Δι' ἀγγελικῆς, 8. Ἔχων σε πρόδρομον.

## ANNOTATIONES R. P. FR. FEV-ARDENTII IN CAP. XII.

1. Sic autem] Confingit Marcus Silentium ſibi plurima narraſſe de vnitate, ſenario, quaternione, nomine IESV CHRISTI, Spiritu ſancto, & columba: quæ omnia velut impia & idololatrica figmenta coarguuntur. Hunc locum ita citat Nicetas libro quarto theſauri: Prolixam fabulam, eam, vt Irenæus ait, Sigen ſeu ſilentium vocabat. Nomine ſanè, quod neutiquam fabulæ conueniret.

2. Vnitatem] Ita vet. Cod cui conformis eſt Græc lect. excuſi habebant, vnitam.

3. σιγὴ quinque] Manifeſtus error Marci eſt: niſi aut literam vltimam η, velut compoſitam ex duplici, pro duabus cõputet: aut articulum adiecerit, ἡ σιγή: aut in quodam obliquo σιγεὶ, aut σιγῆν: aut deniq; vt velle viſus eſt, interpres Epiphanij, σειγὴ ſcribendum cenſuerit.

4. Eundem numerum] Ita reſtituimus ex vet. cod. indicio. Cæterùm; hæ de nominis IESV literis delirationes refellũtur etiam lib. 2. c. 41.

5. Inenarrabile autem eius] Hæc Marci figmẽta ſibi non conſtant, quando vix interiecta linea, contrà ſcribit illud ipſum nomen eſſe literarum triginta. Quod autem ſit nomen illud ineffabile, conſtans 24. aut 30. literis non ſatis intelligo: quando nec Ἰησοῦς, nec χριστὸς tot continẽt: nec ineffabilia cenſentur nomina. Nomen quidẽ IEHOVA, à quo fortaſsè iudicauit nomen IESV deductum, priſci dixerunt eſſe ἀνεκφώνητον, id eſt, ineffabile: non quod effari non poſſet: ſed quod magna reuerentia ab eo effando abſtinerent.

6. Et χριστὸς literarum ſeptem] Hoc quidem verum: ſed poſtea ſecũ pugnans hæreticus ait, eſſe literarum octo, ex quibus prima octonatio ſignificetur: adeò immemores ſunt hi mendaciorum conſarcinatores.

7. Vt περιστερὰν manifeſtet] Antiqua omnia exemplaria, Per iſta manifeſtè, habebant, mendum tamẽ facilè indicat Tertul in calce libri de præſcript. Denique Ieſum Chriſtum, aiebant hæretici, deſcendiſſe, id eſt, columbã in Ieſum veniſſe, quæ Græco nomine cùm περιστερὰ pronuntietur, habere ſecundum numerum Dccci. Accedit & Epiphanij Græca lectio, ἵνα τὴν περιστερὰν μηνύσῃ: Vt periſteram, id eſt, columbam manifeſtet.

8. Et Dccc.] Hunc numerũ appoſuimus ex vet. cod. conſentiente Græc. lect. deleuimus verò Dat.



9. Dccc.] Hunc numerum adiecimus cùm ex Græco, tum P. Frontonis iudicio.

10. Heri & ante Græci confitentur ab æſtimatione] Quas firmas putabant demonſtrationes ex literis Græcorũ, quaſi æternæ fuiſſent, ineptas & futiles eſſe oſtendit: cùm heri & antè; id eſt, adeò recentem & temporaneam eſſe illarum inuentionem ingenuè profiteantur Græci, quod earum authores, & inuentores facilè deſignent. Cæterùm à CADMO PRIMVM, non ab æſtimatione, legendum, certiſſimum eſt: Hunc enim è Phœnicia in Græciam primùm ſexdecim literas attuliſſe ferunt: α, β, γ, δ, ε, ι, κ, λ, μ, ν, ο, π, ρ, σ, τ, υ, idq; paulò ante Xerxis tempora, euincit ex antiquitatibus Ioſephi Euſebius li. 10 de præpara. euan. cap. 2. Simonidem Liricum poetam poſtea quatuor iſtas ζ, η, ψ, & ω addidiſſe ſcribit Plinius lib. 8 cap 58. Palamedem verò tempore belli Troiani θ, ξ, χ, φ, quæ ſupererant inueniſſe.

Iuſtin. mart. orat. paræ. Herod. lib 5.

11 Et ij qui ante ſunt] A P. Frontone moniti deleuimus eos: & paulò poſt, tẽporis quàm Palamedes; cùm etiam abſint à Græco contextu. Sicut & in ſequentibus, verboſa, pro, verbo ſata: & factum, pro factam ſubſtituimus.

12. Tu ais] Deleuimus tuus, autho. vet. cod. & lect. Græc.

13. Ipſe Dædalus fictor] Rectè comparat eum Senior cum Dædalo Athenıẽſi fabro, qui quod ſororis filium interemiſſet, iudicij metu fugit in Cretam, vbi Labyrinthũ, opus portentoſiſsimum fabricaſſe dicitur: ſic & hic animorũ proditor & perditor inextricabilium errorum labyrinthos extruebat.

14. Idolorum fabricator Marce] Non ſolius Idololatriæ interioris, quæ ſomnia ſua pro Dei vero verbo conſtituere ſatagebant, hæreticos reos facit; ſed etiam quod Dei naturam, & proprietates impuris mendacijs immutarent, aliumq;, imò & plures deos alienos fingerent, frequenter conuincit infrà lib. 1 ca. 19. lib 2. c. 9. & 47 & lib. 3. c. 40. Subſcribit Tert. dicens, Hæreſes ab Idololatria non diſtare, cũ & authoris & operis eiuſdẽ ſint, cuius & Idololatria. Deum enim aut fingunt alium &c. Idem. Sicut nationes manibus; ita & hæretici verbis idola fabricantur, id eſt, alium Deum, & alium Chriſtum. Sic Athanaſius et Lucifer Calar. Arianorum hæreſim idololatriam reputant: Cyrillus Neſtorianam; Auguſtinus Manichæam; Hieronymus deniq; in ca. 8. Ezech. in cap. 3. Danielis, in cap. 2. Oſeæ, quæcunq; à prophetis aduerſus idola dicuntur, ad hæreſes transferens, docet omnem hæreſim ſpiritalem idololatriam eſſe. Qui & rurſus ſcribit: Hæreticorũ vnuſquiſq; fingit quod voluerit, & adorat figmentum ſuum, vt Marcion Deum otioſum, Valentinus αἰῶνας triginta, Baſilides deum Abraxas, &c. Ita ſubſcribit Aug. Quiſquis talẽ cogitat Deũ, qualis non eſt Deus, alienum & falſum deũ in corde ſuo portat. De ſeipſo verò, cùm adhuc Manichæorum hæreſi detineretur, ait: Vanum phantaſma & error meus, erat Deus meus.

Lib. Præſcr. cap. 40.
Lib. adu. Praxeam.
In. cap. 3. Amos.
Quæſt. 29. in Ioſue.
Li. 4. confeſ. cap. 7.

Sed propius aduertamus an pari turpitudine ac infamia nunc laborent Lutherani & Sacramentarij præcipui huius tempeſtatis hæretici. Id profectò ſi mutuis eorum de ſe inuicem teſtimonijs credendum, iam confectum & probatum eſt. Lutherus namq; Sacramentarios appellat canes, ſacramentiperdas, idololatras, qui Chriſtum & Deum Patrem in verbis ſuis obtruncant, & diabolũ loco Dei proponunt. Iezlerus verò Zuingliocaluinianus teſtatur ſuos Sacramentarios cenſere, Lutheranos eſſe Antropophagos, Chriſticidas, artolatras, & impanati Dei cultores. Ecquis negabit hoc mutuũ tam Euangelicorũ, et ab omni Pontificio errore defecatorum miniſtrorum, de ſeipſis teſtimonium verum eſſe? Cùm præſertim & Anglicani in ſua Apologia, & Geneuani in Præfat. Harmoniæ confeſſionum, & Polonici in conſenſu Sendomirienſi palam conteſtentur, Lutheranos & Zuinglianos fratres, amicos, & coniunctiſſimos verbi miniſtros eſſe: ac proinde iniquiſſimè eis diſcordiam & ataxiam obijci?

Theſi 27. cont. theſ. 32. Louan. anno 1545.
Libr. de diuturnit. bellũ Euchariſt. pag. 93.

Verùm firmioribus argumentis quod propoſitũ eſt efficiamus. Lutherus in c. 47. Gen. Chemnitius, Schluſſelburgius, & aſſeclæ Lutherani ex hac parte; Caluinus, Vermilius, Bucerus, Sacramentarij ex altera, ſponte admittunt, Chriſtum in perceptione Euchariſtiæ, ex fide adorandum eſſe. At verò, hi alibi proteſtantur, eundem Chriſtũ tam à pane Cœnæ abeſſe, quàm ſummus cælorum vertex abeſt à centro terræ: illi verò tam nullum legitimum Sacerdotem, qui reuera conſecrare poſſit, miniſtrum habent: ſed meros laicos ac prophanos homines. Igitur Euchariſtiam ſeu Cœnæ ſuæ panem adorantes, reipſa ſunt idololatræ.

Inſtit. lib. 4. cap 17. §. 37. Defenſ vet. Doct de Cœna Domini.

Deinde, manifeſtũ eſt Lutheranos, opiniones quas Satanas contra Miſſæ ſacrificiũ Luthero ſuggeſſit, verbi Dei loco admittere & credere; Zuinglianos & Sacramentarios ſententiam illam velut Euangelium diuinum colere, quam ſpiritus perambulans in tenebris nocturnis Zuinglio reuelauit. Nec has modò, ſed & vniuerſas quas vel recenter adinuenerunt, vel ex veteribus hæreſiarchis inſtaurauerũt hæreſes & fanaticas opiniones pro Dei verbo venerari. Nemo igitur negabit, hos omnes verè idololatras & dici & eſſe.

Præterea, Deum confingentes authorem malorum, id eſt, omniũ tam in dæmonibus quàm in hominibus ſcelerum effectorem; quique homines deſtinatò creet vt perdat; ad quodlibet audendi & agendi (ſublata omni arbitrij libertate) neceſſariò compellat; qui nulla prauorum hominum cura tangatur; qui deniq; nec intelligere, nec velle, nec efficere valeat vt vnũ corpus ſimul ſit in multis locis: an non nouum & falſum deum comminiſcuntur & adorant? Huiuſmodi enim Deum nec Prophetæ nec Apoſtoli prædicauerunt, nec vniuerſus mundus Chriſtianus hactenus cognouit.

Adhæc, Chriſtum proponentes communi more de matre ſua natum; ignorantem; impropriè docentẽ, & abſurdè ratiocinantem; qui iudicio Dei oppoſitus nec mereri, nec ſatisfacere pro nobis potuerit; qui mollitie animi oblitus ſit ſe eſſe Redemptorem mundi; qui officio ſuo fungi detrectauerit; vota inconſiderata, caſtiganda, reuocãda, & vocationi ſuæ contraria emiſerit; res impoſsibiles à Patre ſibi concedi poſtulauerit; qui deniq; omnium mundi peccatorum reus, diuinæ maledictioni ac iræ ſubditus, voces deſperationis plenas moriens emiſerit: Chriſtum planè nouum, id eſt, abominandum idolum à ſuis adorandum & colendũ erigunt atq; conſtituunt. Etenim talem Chriſtũ non annunciauerunt Apoſtoli, non prædicauerũt Diſcipuli, non crediderunt Martyres, non inuocauerunt Confeſſores, non timuerunt Virgines, non coluit hactenus tota Chriſtianorum Eccleſia. &c. Aperiat itaq; Spiritus S. oculos cæcorum iſtorum, vt perſpecta & relicta idolorum ſuorum fœda abominatione, ad vnius veri Dei & Chriſti eius cultum in Eccleſia Catholica hactenus ſeruatum tandem aliquando redire poſſint.

15. Azazel] Nomen vnius Dæmoniorum, qui elementis præſunt, operaſq; Magis impendunt, ex Cabala Hebræorum putat eſſe Agrippa, et meridiei regem eſſe, Amaymonque aliàs vocari nugatur, eundem quoq; in exercitu Satanæ latiſſimè imperare ſcribit Reuchlinus lib. 3. de arte Cabaliſtica.

Lib. 2. de occulta Philoſ.

*DE OVIS ERRORE ATQVE INVENTIONE FAnatica expoſitio: vnà cum pia anthoris admonitione. CAP. XIII.* A

ORTVM igitur AEonum ſuorum, ouiſque aberrationem & inuentionem in vnum coniungentes, myſtico quodam & altiore ſenſu exponere nituntur iſti, qui omnia ad numeros detorquent. Ex vnitate enim & binario omnia coagmentata eſſe inquiunt: atq; ab vnitate vſq; ad quaternarium numerantes, ad hunc modũ decadẽ gignunt. Vnum etenim, & duo, & tria, & quatuor, in vnum cõflata, decem AEonum numerum procrearunt. Rurſus autem binarius ab ea progreſſus vſq; ad ſenariũ, hoc eſt duo, & quatuor, & ſex, duodecadem effecerũt. Ac rurſus ſi à binario ad denarium vſque numeremus, exiſtit tricenarius, in quo octo, & decem, & duodecim continentur. Itaq; duodecadem, quòd aſſeclam ſenarium habuerit, ſenarij ratione paſsionem vocant. B Ob eamq; cauſam, quia circa duodenarium numerũ error contractus ſit, ouem abſceſsiſſe atque aberraſſe: quandoquidem defectionem à duodecade factam eſſe contendunt. Eodemq; modo à duodecade etiam virtutẽ vnã abſcedentẽ perijſſe vaticinantur: eamq; per mulierẽ eam ſignificari, quæ cũ drachmã amiſiſſet, accenſa lucerna eã inuenit. Sic igitur & numeros qui ſuper erant, nempe in drachma nouẽ, in oue vndecim, inter ſe cõiunctos nonagenarium nonum numerum procreare, nouies quippe vndecim nonaginta nouẽ efficere. Vnde etiam ἀμὴν hunc numerum habere aiunt. Nec verò tibi aliam quoque eorum expoſitionem referre grauabor, vt vndecũq; eorum fructum animaduertas. Literam enim η addita ſenarij nota Ogdoadem eſſe volũt, vtpote à prima litera octauo loco ſitam: ac rurſus poſtea abſque ſenarij nota literarum ipſarum numerum ſubducentes, eaſq; vſque ad C η copulantes, tricenarium edunt. Etenim qui ab α auſpicatus in η deſierit, per literarum numerũ, dempta ſenarij nota, atq; coniunctis literarum incrementis, tricenarium numerum reperiet. Etenim vſque ad elemẽtum ε quindecim fiunt. Quibus ſi ſeptenarium adiunxeris, duo & viginti emergent. Ad quæ cùm inſuper acceſſerit η, qui eſt octonarius, mirificus ille tricenarius expletur. Atque hinc adducti, Ogdoadẽ triginta AEonum matrem eſſe probant. Quoniam igitur tricenarius numerus ex tribus virtutibus compactus eſt, ter in ſe ductus nonaginta efficit. Ter enim triginta nonaginta ſunt. Atq; itẽ ternarius in ſeipſo compoſitus nonarium procreauit. Et quoniam duodecimus AEon abſcedens vndecim alios ſurſum reliquit, aiunt literarum formã in λόγου. i. ſermonis figura aptè & cõgruenter ſitam eſſe. Vndecimã enim literarum eſſe λ, qui tricenarius eſt numerus, atq; ad D ſupernæ diſpenſationis imaginẽ collocatã eſſe: quandoquidẽ ab α, ſi ſenarij notã exceperis, literarum numerus vſq; ad λ compoſitus, iuxta earum incrementum adiuncta λ nonum ac nonagenarium numerum efficit. Quòd autem λ, quæ ordine vndecima eſt, ad æqualis ſuæ inueſtigationem deſcenderit, vt duodenarium numerum abſolueret, eoq; inuento expleta ſit, perſpicuũ eſſe ex ipſa figura literæ M, quæ ex duabus λ compoſita eſt. Ex quo etiam effici, vt ipſi nonagenarij noni locum, hoc eſt defectum, ſiniſtrę manus typum per cognitionem fugiant, vnum autem conſectentur, quod quidem ſi ad nonaginta nouẽ acceſſerit, ad dextram eos manum transfert. Equidẽ non dubito, vir chariſsime, quin tu, cùm hæc leges, huiuſ-

ΤΗ'Ν οὖν γένεσιν τῶν αἰώνων αὐτῶν, καὶ τὴν πλάνην τοῦ προβάτου καὶ ἀνεύρεσιν ἑνώσαντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ, μυστικώτερον ἐπιχειροῦσιν ἀπαγγέλλειν οὗτοι, οἱ εἰς ἀριθμοὺς τὰ πάντα κατάγοντες, ἐκ μονάδος καὶ δυάδος φάσκοντες τὰ ὅλα συνεστηκέναι, καὶ ἀπὸ μονάδος ἕως τῶν τεσσάρων ἀριθμοῦντες, οὕτω γεννῶσι τὴν δεκάδα. μία γὰρ καὶ δύο καὶ τρεῖς καὶ τέσσαρες συντεθεῖσαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ, τὸν τῶν δέκα αἰώνων ἀπεκύησαν ἀριθμόν. πάλιν δὲ αὖ ἡ δυὰς ἀπ' αὐτῆς προελθοῦσα ἕως τοῦ ἐπισήμου, οἷον δύο καὶ τέσσαρες καὶ ἕξ, τὴν δωδεκάδα ἐπέδειξε. καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς δυάδος ὁμοίως ἀριθμούντων ἡμῶν ἕως τῶν δέκα, ἡ Λ ἀνεδείχθη, ἐν ᾗ ὀκτὼ καὶ δέκα, καὶ δώδεκα. B τὴν οὖν δωδεκάδα * διὰ τὸν ἐπίσημον συνεσχηκέναι, διὰ τὸ συνεπακολουθῆσαι αὐτῇ ἐπίσημον τὸ ἐπίσημον πάθος λέγουσι. καὶ διὰ τοῦτο περὶ τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν τοῦ σφάλματος γενομένου, συναχο- τὸ πρόβατον ἀποσκιρτῆσαν πεπλανῆσθαι. ἐπειδὴ λυθῆσαν τὴν ἀπόστασιν ἀπὸ δωδεκάδος γεγενῆσθαι φάσκουσι. αὐτῇ, σι, ὧν αὐτῶν τρόπῳ καὶ ἀπὸ τῆς δωδεκάδος * ἀπόστασιν διὰ τὴν ἐπὶ μίαν δύναμιν ἀπολωλέναι μαντεύονται. καὶ ταύτην σημον εἶναι τὴν γυναῖκα τὴν ἀπολέσασαν τὴν δραχμὴν, καὶ ἅψασαν λύχνον καὶ εὑροῦσαν αὐτήν. οὕτως οὖν * καὶ ἐπὶ τοὺς ἀριθμοὺς τοὺς καταλειφθέντας, ἐπὶ μὲν τῆς δραχμῆς τοὺς ἐννέα, ἐπὶ δὲ τοῦ προβάτου τοὺς ἕν * καὶ δέκα ἐπιπλεκομένους ἀλλήλοις, τὸν τῶν ἐνενήκοντα ἐννέα τίκτειν ἀριθμόν. ἐπεὶ ἐννάκις τὰ ἕνδεκα ἐνενηκονταεννέα γίνεται. διὸ καὶ τὸ ἀμὴν τοῦτον λέγουσιν ἔχειν τὸν ἀριθμόν. οὐκ ὀκνήσω δέ σοι καὶ ἄλλως ἐξηγουμένων αὐτῶν ἀπαγγεῖλαι, ἵνα C πανταχόθεν κατανοήσῃς τὸν καρπὸν αὐτῶν. τὸ γὰρ στοιχεῖον τὸ Η σὺν μὲν τῷ ἐπισήμῳ ὀγδοάδα εἶναι θέλουσιν ἀπὸ τοῦ πρώτου ὀγδόου κείμενον τόπου, εἶτα πάλιν ἄνευ τοῦ ἐπισήμου ψηφίζοντες τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν τῶν στοιχείων, καὶ ἐπισυντιθέντες μέχρι τοῦ Η, τὴν τριακοντάδα ἐπιδεικνύουσιν. ἀρξάμενος γὰρ ἀπὸ τοῦ ἄλφα, καὶ τελευτῶν εἰς τὸ Η, τῷ ἀριθμῷ τῶν στοιχείων * ὑφεξαιρουμένου δὲ τὸ ἐπίσημον, καὶ ἐπισυντιθεὶς τὴν ἐπαύξησιν τῶν γραμμάτων εὑρήσεις τὸν τῶν τριάκοντα ἀριθμόν. μέχρι γὰρ * τοῦ Θ στοιχείου πεντεκαίδεκα γίνονται. ἔπειτα προστεθεὶς αὐτοῖς ὁ τῶν ἑπτὰ ἀριθμὸς, Β καὶ Κ ἀπετέλεσε. προσελθὼν τούτοις τὸ Η, (ὅ ἐστιν ὀκτὼ) τὴν θαυμασιωτάτην τριακοντάδα ἀνεπλήρωσε. κἀντεῦθεν ἀποδεικνύουσι τὴν ὀγδοάδα μητέρα τῶν τριάκοντα αἰώνων. ἐπεὶ οὖν * ἐκ τριάκοντα δυνάμεων ἥνωται ὁ τῶν Λ ἀριθμὸς, τρεῖς αὐτὸς γενόμενος, τὰ ἐνενήκοντα ἐποίησε. τρεῖς γὰρ τριάκοντα D ἐνενήκοντα, καὶ αὐτὴ δὲ ἡ τριὰς ἐφ' ἑαυτὴν συντεθεῖσα, ἐννέα ἐγέννησεν. οὕτως τε ἡ ὀγδοὰς τὸν τῶν * ἐννέα παρ' αὐτοῖς ἀπεκύησεν ἀριθμόν. καὶ ἐπεὶ ὁ δωδέκατος αἰὼν ἀποστὰς καταλέλοιπε * τοὺς ἄνω ἕνδεκα, τα * κατάλληλον λέγουσι τὸν τύπον τῶν γραμμάτων * τῷ σχήματι τοῦ λόγου κεῖσθαι. ἑνδέκατον γὰρ τῶν γραμμάτων κεῖσθαι τὸ Λ, ὅ ἐστιν ἀριθμὸς τῶν Λ, καὶ κατ' εἰκόνα κεῖσθαι τῆς ἄνω οἰκονομίας. ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ ἄλφα χωρὶς τοῦ ἐπισήμου αὐτῶν τῶν γραμμάτων ὁ ἀριθμὸς ἕως τοῦ Λ συντιθέμενος κατὰ τὴν παραύξησιν τῶν γραμμάτων σὺν αὐτῷ τῷ Λ τὸν τῶν ἐνενηκονταεννέα ποιεῖται ἀριθμόν. ὅτι δὲ τὸ Λ ἑνδέκατον ὂν τῇ τάξει, ἐπὶ τὴν τοῦ ὁμοίου αὐτοῦ κατῆλθε ζήτησιν, ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν, καὶ * εὑρὼν αὐτὸν ἐπληρώθη, φανερὸν εἶναι ἐξ αὐτοῦ τοῦ σχήματος τοῦ στοιχείου * ἐκ δύο Λ συνεσχημένου. διὸ καὶ φεύγειν * αὐτοὺς διὰ τῆς γνώσεως τὴν τῶν ΕΘ χώραν, τουτέστι τὸ ὑστέρημα, τύπον ἀριστερᾶς χειρός. μεταδιώκειν * δὲ τὸ ἕν, ὃ προστεθὲν τοῖς ἐνενήκοντα ἐννέα, εἰς τὴν δεξιὰν * αὐτοῦ χεῖρα μετέστησε. σὺ μὲν ταῦτα διερχόμενος ἀγαπητὲ, εὖ οἶδα,

(Marginal notes: διὰ τὸ τὸν ἐπίσημον; λ.; * ἀποστᾶσαν; * καὶ τοὺς; * ὑπεξαιρουμένου; τοῦ Ε; * ἐκ τριῶν δυν.; * ἐννέα καὶ ἐνενήκοντα; * ἄνω τοὺς; * καταλλήλως; * ἐν τῷ; * εὑρὼν; * Μ ἐκ δύο; * αὐτοὺς; * αὐτοὺς)



A

## *QVEMADMODVM EA QVÆ SVNT in lege in ſuum transferunt figmentum.*

### CAPVT XIII.

GEnerationem itaque AEonum, & errorem ouis, & adinuentionem, [2] adunantes] in vnum: myſticè audent annunciare hi qui in numeros omnia deduxerunt, de monade & dualitate dicentes omnia conſtare, & à monade vſque ad quatuor numerantes, ſic generant decadem. Vnum enim & duo, & tres, & quatuor, in vnum compoſitæ decem AEonum generauerũt numerum. Rurſus autem dualitas ab ea progreſſa vſque ad epiſemon, duo & quatuor & ſex, duodecadem oſtendit, & rurſus à dualitate ſimiliter numerantibus nobis, vſque ad [x,] xxx. numerus oſtenſus eſt, in quo eſt Ogdoas & decas & duodecas.[3] Duodecadẽ] igitur eo quod epiſemon habuerit conſequentem ſibi, propter epiſemon paſſionem vocant. Et prop- B ter hoc circa duodecim numerum cùm labes quædam facta fuiſſet, ouem luxuriatam aberraſſe. Quoniam apoſtaſiam à duodecade factam dicunt. Similiter & à duodecade abſcedentem vnam virtutem periſſe diuinant, & hanc eſſe mulierem quæ perdiderit drachmam, & accenderit lucernam, & inuenerit eam. Sic igitur & numeros reliquos in drachma, quæ ſunt nouem,[4] in oue verò vndecim perplexos ſibimetipſis] xcviiii. numerum generare: quoniam nouies vndecim xcviiii. fiant. Quapropter & Amen] hunc habere dicunt numerum.

Non pigritabor autem tibi & aliter eos interpretantes annunciare, vt vndique conſpicias fructum eorum. Literam enim H cum [5] epiſemo Ogdoadem eſſe volunt cùm ab alphabeta octauo ſit poſita loco, rurſus iterum ſine epiſemo computantes numerũ ipſarum literarum, & componentes vſque ad H, triacontadem oſtendunt. Incipiens enim quis ab A, & perficiens in H, per numeros literarum, abſtrahens autem epiſemum, & inſuper coniungens incrementum literarum, inueniet tricenarium numerum. Vſque [enim] ad E, literæ xv. fiunt: pòſt deinde [6] appoſitus] eis vii. numerus, ii & xx. perficit. Cùm autem appoſitum eſt eis, H, quod eſt viii. admirabilem triacontadem adim- C pleuit, & hinc oſtendunt Ogdoadem matrem triginta AEonum. Quoniam igitur ex tribus virtutibus vnitus eſt tricenarius numerus, ter idem factus xc. fecit. Et ipſa autẽ trias in ſe compoſita viiii. generauit. Sic Ogdoas xcix. generauit numerum. Et quoniam duodecimus AEon abſiſtens reliquit, [ſurſum] xi. conſequenter dicunt typum literarum in figura Logi poſitum eſſe. Vndecimã enim in literis eſſe Λ, qui eſt numerus xxx. & ſecundùm imaginem poſitum eſſe ſuperioris diſpoſitionis, quoniam ab Alpha ſine epiſemo, ipſarum literarum numerus [7] vſq; ad Λ compoſitus, ſecundùm augmentum literarum cum ipſo, Λ, xc, & ix. facit numerum. Quoniam autem Λ, quæ eſt] vndecimo loco in ordine, ad ſimilis ſui] deſcendit inquiſitionem, vt impleret xii. numerũ, & cùm inueniſſet eum, adimpleta eſt: manifeſtũ eſſe ex ipſa figuratione literæ: Λ enim quaſi ad ſui ſimilis inquiſitionem aduenieus, & inueniens, & in ſemet rapiens ipſum, * duodecimi adimpleuit locum, M, litera ex duobus Lambdis ΛΛ conſiſtente. Quapropter & [8] fugere] eos per agnitionem xcix. locum, hoc eſt, deminorationem, typum ſiniſtrę manus; ſectari autem vnum, quod additum ſuper xcix. in dexteram eos] manum tranſtulit.

(Margin: * duodecimum.)

D Tu quidem hæc pertranſiens dilectiſſime, optimè ſcio quoniàm ridebis multum,

## SCHOLIA D. BILLII IN Cap. XIII.

QVis aberrationem & inuentionem] *Græc.* τὴν πλάνην τοῦ προβάτου καὶ ἀνεύρεσιν. *Vide autem quàm hîc fœdè hallucinatus ſit Gallaſius, hoc eſt in loco omnium facillimo, maximeqúe perſpicuo. Vertit enim* πλάνην *impoſturã, &* ἀνεύρεσιν *commentum.*

Si à binario] *duo enim & quatuor, & ſex, & octo, & decem, triginta efficiunt.*

Quod aſſeclam] *in Græc. legendum cum ve.* διὰ τὸ τόν. *lin. ſeq. Græca ita legenda ſunt, delenda* διὰ τὸ, συνεπακολουθήσαντα αὐτῇ διὰ τὸν ἐπίσημον.

Abſcedentem] *legendum in Græ.* ἀποστᾶσαν. *lin. ſeq. delendum* ἐπὶ.

In oue vndecim] *falſa eſt hæc ſupputatio. Nam ſi vndecim legamus, vt habet Epiphanij codex, falſum erit quod hîc dicitur in oue ſupereſſe vndecim, cùm ſuperſint 99. Rurſus ſi legamus cum vet. interp. vndecies ix. hæc profectò in nouem ducta, non 99. ſed 821. efficient. Malui tamen Græc. hoc loco ſequi, vt numeri ratio conſtet, ac quæ ſequuntur his reſpondeant.*

Αμὴν] μ *enim &* ν *efficiunt 90.* ἡ *&* α, *9.*

Dempta ſenarij nota] *pro* ὑφεξαιρουμένου *lege* ὑπεξαιρουμένου.

Vſque ad elementum ε] *ſic legendum, non* Θ.

Ex tribus virtutibus] τριάκοντα, *id eſt, triginta habet Epipha-*

A modi ipſorũ falſa ſapientiæ opinione ſeſe venditantem ſtultitiam effusè riſurus ſis. Æquum eſt autem eos lugere, qui talẽ Dei cultum, vereq́; ineffabilis potentiæ magnitudinem, totque ac tantas Dei adminiſtrationes per Alpha & Beta, ac per numeros adeò frigidè & contortè lacerant. Ii autem omnes, qui ab Eccleſia abſcedunt, atque anilibus hiſce fabulis fidem arrogant, verè ipſimet à ſe condemnati ſunt: quos Paulus nobis poſt vnam atque alteram admonitionem vitandos eſſe præcipit. Ioannes verò Domini diſcipulus condemnationem eorum auxit, vt qui ne ipſis quidem ſalutem à nobis dici velit. Qui enim, inquit, dicit eis, Aue, communicat operibus eorum malis. Idq́ue haud ſanè abs re. Non enim eſt ſalus impijs dicit Dominus. Impij enim, imò omni impietate ſceleratiores iſti ſunt, qui cæli ac terræ conditorem ſolum Deum omnipotentem, præter quem Deus alius nullus eſt, ex defectu, eoq́ue ex alio defectu orto, productum eſſe dicunt: ita vt de eorum mente ac ſententia à tertio defectu ortum traxerit. B Quam quidem ſentẽtiam profectò exufflare & execrari debemus, proculq́ue ab eis fugere: quoq́ue aſſeuerantius loquuntur, atque inuentis ſuis impenſius oblectantur, eò magis perſuaſum habere eos à malorum ſpirituum Ogdoade vehementius afflari. Quemadmodum enim ij, qui in phreneſim inciderunt, quò effuſius rident, ac valere ſe exiſtimant, atque vt ſani omnia faciunt, nonnulla etiam ſupra quàm ſani, eò grauius ac perículoſius ægrotãt: ad eundem modum hi quoque, quò magis inſigni quadam ſapientia pollere ſibi videntur, ſeq́; ipſos eneruant, dum arcu immodicè contento iaculantur, tanto magis deſipiunt. Egreſſus enim immundus ignorantiæ ſpiritus, ac poſtea eos non Deo, ſed mundanis quæſtionibus occupatos nactus, aſſumptis ſeptem alijs ſpiritibus nequioribus ſe, eorumq́; animo, quaſi quæ ſupra Deum C ſint cogitatione comprehendere queant, intumefacto, atq; aptè ad ſuſcipiendam fraudem comparato, malorum ignorantiæ ſpirituum Ogdoadem in eos immiſit.

A οἶδα, ὅτι γελάσεις πολλὰ τὴν τοιαύτην αὐτῶν οἰησίσοφον μωρίαν. ἄξιοι δὲ πένθους οἱ τηλικαύτην θεοσέβειαν, καὶ τὸ μέγεθος τῆς *ἀληθείας ἀρρήτου δυνάμεως, καὶ τὰς τοσαύτας οἰκονομίας τοῦ θεοῦ, διὰ τοῦ ἄλφα καὶ τοῦ βῆτα, καὶ δι' ἀριθμῶν οὕτως ψυχρῶς καὶ βεβιασμένως διασύροντες. ὅσοι δὲ ἀφίστανται τῆς ἐκκλησίας, καὶ τούτοις τοῖς γραώδεσι μύθοις πείθονται, ἀληθῶς αὐτοκατάκριτοι, οὓς ὁ Παῦλος ἐγκελεύεται ἡμῖν, μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτεῖσθαι. Ἰωάννης δὲ ὁ τοῦ κυρίου μαθητὴς ἐπέτεινε τὴν καταδίκην αὐτῶν, μηδὲ χαίρειν αὐτοῖς ὑφ' ἡμῶν λέγεσθαι βουληθείς. ὁ γὰρ λέγων αὐτοῖς, φησί, χαίρειν, κοινωνεῖ τοῖς ἔργοις αὐτῶν τοῖς πονηροῖς. καὶ εἰκότως· οὐκ ἔστι γὰρ χαίρειν τοῖς ἀσεβέσι, λέγει κύριος. ἀσεβεῖς δὲ ὑπὲρ πᾶσαν ἀσέβειαν οὗτοι, οἱ τὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, μόνον θεὸν παντοκράτορα, ὑπὲρ ὃν ἄλλος θεὸς οὐκ ἔστιν, ἐξ ὑστερήματος, καὶ αὐτοῦ ἐξ ἄλλου ὑστερήματος γεγονότος, προβεβλῆσθαι λέγοντες, ὥστε κατ' αὐτοὺς εἶναι αὐτὸν B προβολὴν τρίτου ὑστερήματος. ἣν γνώμην ὄντως καταφυσήσαντας, καὶ καταθεματίσαντας, δέον πόρρω που μακρὰν φυγεῖν ἀπ' αὐτῶν· καὶ ᾗ πλέον διϊσχυρίζονται, καὶ χαίρουσιν ἐπὶ τοῖς παρευρέμασιν αὐτῶν, ταύτῃ μᾶλλον εἰδέναι πλέον αὐτοὺς ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ τῆς ὀγδοάδος τῶν πονηρῶν πνευμάτων· καθάπερ οἱ εἰς φρενῖτιν διάθεσιν ἐμπεσόντες, ᾗ πλέον γελῶσι, καὶ ἰσχύειν δοκοῦσιν, καὶ ὡς ὑγιαίνοντες πάντα πράττουσι, ἔνια δὲ καὶ ὑπὲρ τὸ ὑγιαίνειν, ταύτῃ μᾶλλον κακῶς ἔχουσιν· ὁμοίως δὲ καὶ οὗτοι ᾗ μᾶλλον ὑπερφρονεῖν δοκοῦσι, καὶ ἐκνευρίζουσιν ἑαυτοὺς ὑπέρτονα τοξεύοντες, ταύτῃ μᾶλλον οὐ σωφρονοῦσιν. ἐξελθὸν γὰρ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα τῆς ἀγνοίας, ἔπειτα σχολάζοντας αὐτοὺς οὐ θεῷ, ἀλλὰ κοσμικαῖς ζητήσεσιν εὑρόν, προσπαραλαβὸν ἕτερα ἑπτὰ πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ C χαυνῶσαν αὐτῶν τὴν γνώμην, ὡς δυναμένων τὰ ὑπὲρ τὸν θεὸν ἐννοεῖν, καὶ *ἐπιτήδειον εἰς *ὑπερέκκρουσιν, κατασκευάσαν τὴν ὀγδοάδα τῆς *ἀνοίας τῶν πονηρῶν πνευμάτων εἰς αὐτοὺς ἐνεθήκωσε.

* ἀληθῶς
* ἐπιτηδείαν
* ὑπέκκρουσιν
* ἀγνοίας

*Epiphanij codex: ſed* τελῶν *malo cum vet. Intelligit enim meo iudicio Ogdoadem, decadem & duodecadem.*

Nonum & nonagenarium] ἐννενήκοντα *addo ex vet.*

Sursum reliquit] *pro* τοὺς ἄνω *leg. cum vet.* ἄνω τοὺς, *& ead. lin* κατάλληλως.

In figura ſermonis] *deeſt* ἐν *apud Epiph. Nolui autem hic repugnante non modò Græco Codice, ſed etiam veteri interprete quicquam immutare. Tantùm admonebo lectorem pro* λόγου *legendum mihi videri* λ. *Neque enim hic* λόγος *quicquam ad rem facit.*

Figura literæ M] *addendum M in Græco ex vet.*

Typum fugiant] αὐτοὺς *lego cum vet. quemadmodum & ſeq. lin.*

Vereque ineffabilis] ἀληθῶς *lego, non* ἀληθείας.

Non eſt ſalus] *id eſt ſalutatio, Græc.* χαίρειν.

Ad ſuſcipiendam fraudem] ὑπέκκρουσιν *(ſic enim legendum, non* ὑπερέκκρουσιν*) ita verto, vt idem ſignificet quod* παράκρουσιν.

Ignorantiæ ſpirituum] ἀγνοίας *lego cum vet. poſtulante ita ſenſu, non* ἀνοίας, *vt in Epiph.*

## NOTAE EX ADVERSARIIS
Frontonis Ducæi in CAP. XIII.

VNum enim & duo] *Vt conſentiant hæc cum Græcis & inter ſe, ita corrigenda ſunt,* vna enim & duæ & tres & quatuor in vnum compoſitæ decem.

In oue verò vndecies IX.] *Falſam eſſe ſupputationem ait vir doctiſſ. nam ſi legamus vndecim, vt habet Epiphanij Codex, falſum erit, quod hic dicitur in oue ſupereſſe vndecim, cùm ſuperſint 99. Exiſtimauit quippe hic alludi ad centenarium ouium numerum, Matth. 18, 12. ex quibus vna perdita, ſupererant 99 ſed aduertendum eſt Irenæum initio capitis huius dixiſſe, cùm circa duodecim numerũ labes facta eſſet, ouem luxuriatam aberraſſe, atq; ita reliqua eſſe vndecim, vt apud Epiphanium legimus: vtiq; hic legendum eſt;* In oue verò vndecim perplexos ſibimetipſis *XCVIIII.* numerum generare: quoniam nouies vndecim *XCVIIII.* fiant. Quapropter & Amen hunc habere dicunt numerum.

D

Ter idem factus] *Græca dilucidiora ſunt & vberiora. ſed ita corrigenda:* τρὶς αὐτὸς γενόμενος τ. ε. ε. τρὶς γὰρ τριάκοντα. ter idem factus *XC.* fecit. Ter enim triginta nonaginta ſunt. Et ipſa autem.

Quoniam ab Alpha ſine epiſemo] *Reſtitue,* quoniam ab Alpha ſine epiſemo ipſarum literarum numerus vſque ad λ cõpoſitus ſecundum augmẽtum literarum cum ipſo λ, *XC.* & *IX.* facit numerũ. Quoniam autem λ, quæ eſt vndecimo loco, ad ſimilis ſui deſcendit inquiſitionem, vt & cæt.

Qua-



A tantam illorum in tumore ſapientem ſtultitiam.[9] Sunt autem digni planctu qui tantum Dei religionem & magnitudinem verè inenarrabilis virtutis, & tantas diſpoſitiones Dei per A & B, & per numeros tam frigidos, & ſic [vi] extortos enunciant. Quotquot autem abſiſtunt ab Eccleſia, & ijs anilibus fabulis aſſentiunt, verè à ſemetipſis ſunt damnati. Quos Paulus iubet nobis poſt primam & ſecundam correptionem deuitare.[10] Ioannes enim Domini diſcipulus ſuperextendit damnationem in eos, neque Aue [à] nobis eis dici volens. Qui enim dicit, inquit, eis Aue, communicat operibus ipſorum nequiſſimis: & meritò.[11] Non eſt enim gaudere impijs, dicit Dominus. Impij autem ſuper omnem impietatem hi ſunt, qui factorem cæli & terræ, vnum Deum omnipotentem, ſuper quem alius Deus non eſt, ex Labe, & ipſa ex altera Labe facta emiſſum dicunt: & ſic iam ſecundùm eos eſſe eum emiſſionem tertiæ Labis. Quam ſententiam dignè[12] exufflantes & catathematizantes, oportet porrò alicubi & longè fugere ab eis: & quanto plus hæc affirmant & gaudent in ijs adinuentionibus ſuis, tanto magis ſciamus plus eos agitari ab Ogdoadis nequiſſimis ſpiritalibus, quemadmodum hi qui in phreneticam paſſionem inciderunt, aut plus rident & valere ſe putant, & quaſi ſani omnia a- B gunt, quædam autem & quaſi plus quàm ſani ſunt, tanto magis malè habent: ſimiliter autem & hi quo magis plus ſapere putantur, eneruantes ſemetipſos[13] ſuper tonum ſagittantes, tanto magis non ſapiunt. Exiens enim immundus ſpiritus ignorantiæ, dein vacantes eos non Deo, ſed mundialibus quæſtionibus inueniens, aſſumens alios ſpiritus ſeptem nequiores ſemetipſo, & infatuans illorum ſententiam, quaſi poſſint quæ ſunt ſuper Deum adinuenire, & aptabiliter in excluſionem compoſitam Ogdoadem ignorantiæ nequiſſimorum ſpirituum in eos depoſuit.

Tit. 3. 10.
2. Ioan. 9. 11.
Iſa. 48. 22.
Luc. 11.

Quapropter & fugere.] *Hic locus in Græco eſt corrigendus:* τὴν τῶν ϛθ χώραν, *pro,* τὴν τῶν ΕΘ χώραν, *vel, vt in Epiphanij editione Baſilienſi erat,* τὴν τῶν ἐθ, *facili mutatione τοῦ* ϛ, *quæ nota eſt nonagenarij, in* ε. *His lucem afferent, quæ docet Beda in libello de loquela per geſtum digitorum: nam ſiniſtræ digitis vtebantur veteres, vt eorum geſtibus vſque ad 99. numerarent. centum ve-* C *rò & reliquas centurias dexteræ geſtibus exprimebant, vnguem ſcilicet indicis in medio figentes, artu pollicis centum dabant.*

*Iuuenalis Sat. 10.*

Atque ſuos iam dextera computat annos.

Non eſt enim gaudere] *Locus eſt Iſaiæ 48. v. 22. apud LXX.* οὐκ ἔστι χαίρειν, λέγει κύριος, τοῖς ἀσεβέσιν. *quæ cum noſtro vertit Auguſt. de ciuit. 14. 8. vulgata Lat.* Non eſt pax impijs. *Atque vt Hebræi cùm ſalutarent ſe inuicem, dicebant* שלום לך *Pax tibi, ſic & Græci initio Epiſtolarum ſcribebant* χαίρειν : *& dum ſe ſalutabant,* χαῖρε: *ergo alluſio in Græcis apertior eſt,* ὁ λέγων αὐτοῖς χαίρειν. Qui dicit illis gaudere. *Et:* Non eſt gaudere impijs.

Ab Ogdoadis nequiſſimis ſpiritalibus] D *Græca ſonant,* ab Ogdoade nequiſſimorum ſpirituum.

Aut plus rident, & valere] *interpres legiſſe videtur* ἢ *pro* ᾗ, quanto plus rident, & valere ſe putant *& cæt.* tanto magis malè habent.

Super tonum ſagittantes.] ὑπέρτονα τοξεύειν, *numero multitudinis, vt in prouerbio trito,* ἄσκοπα τοξεύειν. ὑπέρτονον *autem non modò dicitur* νεῦρον, *chorda, quæ intẽditur, ſed & quiduis grande, vehemens, aut immodicum: vt apud Ariſtophanem,* βοάσομαι τὸν ὑπέρτονον βοάν. *Suidas,* μεγάλην, ὑψηλήν, ὑπερέχουσαν. *& Clemens Alexand. 2. Strom.* ὑπέρτονον ᾄδειν: *& 3. Strom.* ὑπέρτονον φθέγγεσθαι. *Porrò videant docti, num paulò poſt legendum ſit,* τὸ πνεῦμα τῆς ἀνοίας, Spiritus inſipientiæ: *vt ſub finem capitis* τὴν ὀγδοάδα τῆς ἀνοίας: *etſi vtrobique interpretes,* ignorantiæ, *vertunt: dixit enim eos non ſapere, quanto plus ſapere putantur. & Apoſtolus, 2. Timoth 3. 9.* Inſipientia eorum manifeſta erit *denique auctor ipſe cap. 1* φυλάξασθαι τὸν βυθὸν τῆς ἀνοίας: obſeruare ſe à Fundo inſenſationis.

## ANNOTATIONES R. P. FR.
FEV-ARDENTII IN CAP. XIII.

1. Generationem] *figmenta Marcoſiorum de oue perdita, numero binario & ſenario, drachma perdita, litera epiſemo, lambdæ figura & virtute, non tam irriſione, quàm deploratione digna ſunt: authoresq́; eorum cauendi.*

2. Adunantes] *Ita legendum docuit ve. cod. Græca lect. habet* ἐνώσαντο ἐπὶ τὸ αὐτὸ : *deleuimus itaque* adunantis.

3. Duodecadem] *Expunximus,* Vnde eadem, *authoritate ve. cod. & lectionis Græcæ.*

4. In oue verò vndecim perplexos ſibimetipſis] *Sic legendum Billij ac Frontonis iudicio proponimus. Codices excuſi,* vndecies nouem perplexos ſibimetipſos : *vt proxima linea,* & Amen, *pro* tamen *reſtituimus.*

5. Cum epiſemo] *id eſt, cum numero ſenario.*

6. Appoſitus] *Ita reponendum, pro* appoſitis: *vt paulò poſt* ſurſum, *pro,* rurſum, *docuit vet. cod. conſentiente Græca lect.*

7. Vſque ad λ compoſitus] *Ita pro,* compoſitum: *& linea proxima,* facit numerum, *pro* faciunt: *deinde,* quę eſt vndecimo loco : *&,* ſui, *pro* ſuorum : *item paulò poſtea* eos, *pro* eius, *Frontonis ſubſtituimus iudicio.*

8. Et fugere] *Deleuimus,* figuræ, *veteris cod. & Græc. lect. authoritate: vt & paulò poſt pro,* eos, *repoſuimus* eius.

9. Sunt autem digni planctu] *Amentiam eorum pia miſeratione deflendã exiſtimat pijſſimus hic Martyr, quòd Prophetarum & Apoſtolorum ſcriptis tanta impudentia luxatis, ſpreta quoque omnium per orbem Eccleſiarum Apoſtolica traditione; Chriſtianæ fidei adoranda myſteria per Pythagoricos numeros, & aniles Cabaliſtarum fabulas, violenter diſtorquebant, & Gentibus irridenda exponebant. Itaque hoc grauiſſimi Martyris dicto reuocamur, ne prolixiorib. ſcholijs in numeris illis ſupputandis, colligendis, & explicandis, oleum & operam perdamus. Qui prophana ſitiunt, habent, vnde ſitim expleant. Ego tantùm præter ea, quæ ad veram Theologiam ſpectant, editiones priores cum veteri codice fideliter conferendi, partes ſuſcepi.*

10. Ioan-

11. Non eſt gaudere impijs] οὐκ ἔστιν χαίρειν, *Græciſmus eſt, & ſimilibus ſingulis ferè capitibus abundat, vt ſemper annotare immenſum & tædioſum fuerit.*

12. Exufflantes & catathematizantes] *Alludit ad ſacros illos ritus, quibus in Baptiſmo adulti conuerſi ad occidentem manibus impingebant, & expuendo exufflabant & execrabantur Dæmonem: quod & non minus cautè obſeruabant, hæreticorum blaſphemas ſententias poſtmodum auerſantes. Porrò, baptiſandus antea edocebatur abrenunciare diabolo, vt pluribus in locis teſtatur Clemens Rom. & Chriſto ſe aggregare. In ipſo autem Baptiſmi articulo his profitebantur:* Abrenuncio Satanæ, & operibus eius, pompis, cultui, angelis, & machinationibus eius, & omnibus quæ ſub ipſo ſunt.

*Lib. 3. Conſt. Apoſt. ca. 18. & lib 7. cap. 40. & 41.*

*His adhuc apertiora alius etiam Apoſtolorum diſcipulus Dionyſius Areopag. habet.* Diſcinctum & miniſtrorum manibus exutum baptiſandum, occidentem verſus ſtatuens Epiſcopus, intendentem, manuſque impingentem, ad eandem regionem conuerſus, inſufflare, ἐμφυσῆσαι τῷ σατανᾷ, & conſpuere illum ter Satanam iubet, ac præterea ter abrenunciationem profiteri. *Non ſolum enim immunda quæque cum flatu expuere conſueuiſſe Chriſtianos ex Tertulliano conſtat, verùm & aquam baptiſmi adituros prius ſub Antiſtitis manu conteſtatos eſſe, ſe diabolo renunciare & pompæ, & angelis eius; atq; etiam quotidianis exorciſmis eundem traduxiſſe, expuliſſe, reiciſſe, & reſpuiſſe. Cùm autem paruulos ſacro fonte abluerent, qui ætatis imbecillitate exufflare, & expuere nō poterant, Eccleſiæ miniſtros et ſuſceptores, illorum vice iſthac peregiſſe, ex Auguſtini ſcriptis apertum eſt: libro de eccl. dog. capite trigeſimo primo; libro de nuptijs & concup. capit. decimoſeptimo, decimo octauo, vigeſimo nono; & libro quinto Hypogno. Hæc ex occaſione ſcribere libuit in eos, qui Chriſtianos illos ritus tantopere criminantur.*

*Libr. de Eccleſ. Hierar. cap. 2.*

*Lib. 2. ad vxorem lib de Coron. mil. Lib. ad Scap.*

13. Super tonum ſagittantes.] *Oſtendit ridiculos planè & inanes eſſe Gnoſticorum conatus, ſumpta metaphora à ſagittarijs, qui plus quàm par ſit, arcum extendere nituntur. Iis enim accidit, vt quò longius ſe iaculaturos putent, eo magis fallantur, atq; deridendos ſe præbeant, dum aut frangitur arcus, aut eorum vires eneruantur. Putarim verò* ὑπέρτονα τοξεύειν, vehementius quàm oporteat in tendendo arcu eniti, *ſignificare. Interpres vetus forſan legit non* ὑπέρτονα, *ſed* ὑπέρτονον, *vel vno, vel duobus vocabulis, eodem quidem ſenſu; niſi quod diſtinctè vix reperias: ſed magis placet* ὑπέρτονα.

*QVAS AEONVM SVORVM FIGVRAS AFFERANT. CAPVT XIV.*

LIBET etiam, quo pacto creationem ipſam ad inuiſibiliū imaginem à Demiurgo, velut ignorante eo, per matrem fabricatam eſſe aiunt, tibi exponere. Primùm igitur quatuor elementa, ignem, aquam, terram, aerem, ad ſupernę quaternitatis imaginem producta fuiſſe tradunt: eorum autem actiones, hoc eſt caliditatem, frigiditatem, ſiccitatem, & humiditatem in eundem numerum adiunctas, Ogdoadis imaginem planè referre: deinde virtutes decem ad hūc modum recenſent. Primùm ſeptem corpora globoſa orbiculari forma prædita, quæ etiam cælos appellant. Tum orbem eū, cuius cōplexu illa continentur, quem item octauum cælum nominant. Poſtremò Solem & Lunam. Hæc, quæ decē numero ſunt, inuiſibilis illius decadis, quæ à Sermone & Vita prodijt, imagines eſſe contendunt. At verò duodecadem per eum orbem, qui ſignifer appellatur, indicari. Per duodecim enim ſigna duodecadem illam ex Homine & Eccleſia natam perſpicuè adumbrari dicunt. Et quoniā Vniuerſitatis conuerſioni, cuius ſumma eſt celeritas, Saturnus ſublimiorem locum tenens, è contrario adiunctus eſt, qui ad cauitatem ipſam grauat, reliquorumque orbium celeritatem tarditate ſua compenſat: adeo vt ipſe trigeſimo quoque anno conuerſionem ſuam à centro ad centrum conficiat. Qua etiam de cauſa Hori, qui ipſorum matrem triginta nominibus prẹditam continet, figurā eum eſſe aiūt. Lunā rurſus cælum ſuum triginta diebus peragrantem, per hos dies numerum triginta AEonum expreſsiſſe. Quin Solem quoque duodecim menſibus orbem ſuum obeuntem circularemque ſuam in integrum, vt ita dicam, reſtitutionē terminantem, per duodecim menſes Duodecadem apertè demonſtrare. Dies item, qui duodecim horarum ſpatio definiuntur, illuſtris Duodecadis figuram gerere. Horam item quæ duodecima diei pars eſt, triginta gradibus ad exprimendam Tricenarij figuram ornatam eſſe. Atque ipſius etiam Signiferi orbis ambitum eſſe trecentorum ſexaginta graduum: quodlibet enim ſignum triginta gradus habere. Eodemq; modo per circulum, coniunctionis illius, quę inter duodecim & triginta exiſtit, imaginem ſeruatā eſſe aſtruunt. Quin ipſam quoq; terram (quā in duodecim climata diuiſam eſſe, ac ſingularem in ſingulis quibuſque climatibus virtutem cælitus ad perpēdiculum ſuſcipere, fœtuſq; virtuti illi, quæ influxionem ſuam traijcit, ſimiles procreare aiunt) Duodecadis, eiuſque filiorum apertiſsimum typum eſſe affirmant. Adhæc Demiurgum aiunt, cùm in animo habuiſſet ſupernæ Ogdoadis infinitatem, æternitatem, interminatamq; ac temporis expertem naturā imitari, nec, quia ex defectu ortus erat, ipſius conſtantiam

Βούλομαι δέ σοι καὶ ὡς αὐτὴν τὴν κτίσιν κατ' εἰκόνα τῶν ἀοράτων ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ ὡς ἀγνοοῦντος αὐτοῦ, κατεσκευάσθαι διὰ τῆς μητρὸς λέγουσι διηγήσασθαι. πρῶτον μὲν τὰ τέσσαρα στοιχεῖα φασὶ πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα, εἰκόνα προβεβλῆσθαι τῆς ἄνω πρώτης τετράδος. τάς τε ἐνεργείας αὐτῶν συναριθμουμένας, οἷον θερμόν τε καὶ ψυχρὸν, ξηρόν τε καὶ ὑγρὸν, ἀκριβῶς ἐξεικονίζειν τὴν ὀγδοάδα. ἑξῆς δέκα δυνάμεις οὕτως καταριθμοῦσιν. ἑπτὰ μὲν *σωματικὰ κυκλοειδῆ, ἃ καὶ οὐρανοὺς καλοῦσιν, ἔπειτα τὸν περιεκτικὸν αὐτῶν κύκλον, ὃν καὶ ὄγδοον οὐρανὸν ὀνομάζουσι· πρὸς δὲ τούτοις ἥλιόν τε καὶ σελήνην. ταῦτα δέκα ὄντα τὸν ἀριθμὸν, εἰκόνας λέγουσιν εἶναι τῆς ἀοράτου δεκάδος τῆς ἀπὸ λόγου καὶ ζωῆς προελθούσης, τὴν δὲ δωδεκάδα μηνύεσθαι διὰ τοῦ *ζώου τοῦ καλουμένου κύκλου· τὰ γὰρ δώδεκα ζῴδια φανερώτατα τὴν τοῦ ἀνθρώπου καὶ τῆς ἐκκλησίας θυγατέρα δωδεκάδα σκιαγραφεῖν λέγουσι· καὶ ἐπεὶ ἀντεπεζεύχθη, φασὶ τὴν τῶν ὅλων φορὰν ὠκυτάτην ὑπάρχουσαν, *ὥσπερ ὁ χρόνος, ὁ πρὸς αὐτῷ τῷ κύτει βαρύνων, καὶ ἀντιταλαντεύων τὴν ἐκείνων ὠκύτητα τῇ ἑαυτοῦ βραδυτῆτι, ὥστε αὐτὸν ἐν τριάκοντα ἔτεσι τὴν περίοδον ἀπὸ σημείου ἐπὶ σημεῖον ποιεῖσθαι, εἰκόνα λέγουσιν αὐτὸν τοῦ ὅρου τοῦ τὴν τριακοντώνυμον μητέρα αὐτῶν περιέχοντος. τήν σελήνην τε πάλιν ἑαυτῆς οὐρανὸν *ἐμπεριεχομένην τριάκοντα ἡμέραις διὰ τῶν ἡμερῶν τὸν ἀριθμὸν τῶν τριάκοντα αἰώνων *ἐκτυποῦσι. καὶ τὸν ἥλιον δὲ ἐν δεκαδύο μησὶ περιεχόμενον, καὶ τερματίζοντα τὴν κυκλικὴν αὐτοῦ ἀποκατάστασιν, διὰ τῶν δώδεκα μηνῶν τὴν δωδεκάτην φανερὰν ποιεῖν. τὰς δὲ ἡμέρας δεκαδύο ὡρῶν τὸ μέτρον ἐχούσας, τύπον τῆς φαεινῆς δωδεκάδος εἶναι. ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν ὥραν φασὶ τὸ δωδέκατον τῆς ἡμέρας ἐκ τριάκοντα μοιρῶν κεκοσμεῖσθαι διὰ τὴν εἰκόνα τῆς τριακοντάδος. καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου τὴν περίμετρον εἶναι μοιρῶν τριακοσίων ἑξήκοντα. ἕκαστον γὰρ ζῴδιον μοίρας ἔχει τριάκοντα. οὕτως δὲ καὶ διὰ τοῦ κύκλου τὴν εἰκόνα τῆς συναφείας τῶν δώδεκα πρὸς τὰ τριάκοντα τετηρῆσθαι λέγουσιν. ἔτι μὴν καὶ τὴν γῆν εἰς δώδεκα κλίματα διῃρῆσθαι φάσκοντες, καὶ καθ' ἕκαστον κλίμα *δύναμιν ἐκ τῶν οὐρανῶν *κατακάθετον ὑποδεχομένην, ἐοικότα τίκτουσαν τέκνα τῇ καταπεμπούσῃ τὴν ἀπόρροιαν *δύναμιν, τύπον εἶναι τῆς δωδεκάδος καὶ τῶν τέκνων αὐτῆς σαφέστατον διαβεβαιοῦνται. πρὸς δὲ τούτοις θελήσαντα φασὶ τὸν δημιουργὸν τῆς ἄνω ὀγδοάδος τὸ ἀπέραντον καὶ αἰώνιον, καὶ ἀόριστον καὶ ἄχρονον μιμήσασθαι, καὶ μὴ δυνηθέντα τὸ

μόνιμον

*σώματα · *ζωδιακοῦ · *ὁ ὑπερῷον χρόνος · *ἐμπεριεχομένην · *ἐκτυπῶσαι · *ἑκάστην δύναμιν · *κατὰ κάθετον · *δυνάμει



# *QVEMADMODVM INCOGNITVM omnibus conantur inducere Patrem.*

## CAPVT XIV.

[1]VOlo autem tibi referre quemadmodum[2] & ipſam conditionem ſecundùm imaginem inuiſibilium à Demiurgo quaſi ignorante eo, fabricatam per Matrem dicunt. Primò quidem quatuor elementa dicunt, ignem, aquam, terram & aerem, imaginem emiſſam eſſe ſuperioris quaternationis, & operationes eorum cum eis annumeratas, id eſt, calidum & frigidū, humectum & aridum, diligenter[3] imaginare Ogdoadem, ex qua decem virtutes ſic enumerant. Septem quidem corpora circundata, quæ etiam cælos vocant. Pòſt deinde continentem eos circulum, quem octauum cælum vocant, pòſt deinde ſolem & lunam. Hæc cùm ſint decem numero, imagines dicunt eſſe inuiſibilis decadis eius, quæ à Logo & Zoe progreſſa ſit. Duodecada autem oſtendi per eum,[4] qui Zodiacus vocatur circulus. XII. enim ſigna, manifeſtiſſimè Hominis & Eccleſiæ filiam duodecadem, quaſi per quandam vmbram pinxiſſe dicunt:[5] & è contrario ſuperiunctum, inquiunt, vniuerſorum oneri cùm ſit velociſſimum quod ſuperpoſitum eſt cælum, *qui ad ipſam concauationem adgrauat, & ex contrarietate moderatur illorum velocitatem ſua tarditate, ita vt in XXX. annis circuitum à ſigno in ſignum faciat, imaginem dicunt eum Hori eius, qui trigeſimam nominis illorum matrem circumcontinet. Lunam quoque rurſus ſuum cęlum circumeuntem XXX. diebus, per dies numerum XXX. AEonum ſignificare. Et ſolem autem in duodecim menſibus circumeuntem & perficientem circularem ſuam apocataſtaſin, per duodecim menſes duodecadem manifeſtare. Et ipſos autem dies duodecim horarum [menſuram] habentes, typum non apparentis duodecadis eſſe: ſed & horam dicunt, quod eſt duodecimum dici, ex triginta partibus adornatam propter imaginem triacontadis: & ipſius autem Zodiaci circuli circumcommenſurationem eſſe partium CCCLX. quodque enim ſignorum partes habere XXX. Sic quoque per circulum imaginem copulationis eorum quæ ſunt duodecim ad XXX. cuſtoditam dicunt. [6]Adhuc etiam & terram in XII. climata diuiſam dicentes, & in vnoquoque climate vnamquamque virtutem ex cælis ſecundùm [demiſſionem] ſuſcipientem, & ſimiles generantem filios ei virtuti quæ [demiſerit diſtillationem,] typum eſſe duodecadis & filiorum eius manifeſtiſſimum aſſeuerant. Adhæc autem volentem (aiunt) Demiurgum ſuperioris Ogdoadis interminabile, & æternum, & infinitum, & intemporale imitari, & cùm non potuiſſet perſeuerabile eius & perpetuum

*quia

### SCHOLIA D. BILLII IN Cap. XIV.

DEinde virtutes] *pro* ἑξῆς *vetus legit* ἐξ ἧς. *Sed prior lectio mihi magis arridet.* ἑξῆς *enim reſpondet* τῷ πρῶτον.

Corpora] σώματα *legendum, non* σωματικά.

Qui ſignifer] ζωδιακοῦ *legendum, non* ζώου.

Saturnus ſublimiorem locum tenens] *Corruptus eſt hic locus apud Epiphanium,* ὥσπερ ὁ χρόνος. *Vetus habet, quod ſuperpoſitum eſt cælū, quaſi in Græco legerit* οὐρανός. *legendum eſt autem* ὁ ὑπερῷον, *vel* ὑπερκείμενος χρόνος. *de Saturno enim Irenæum loqui perſpicuum eſt.*

Peragrantem] *pro* ἐμπεριεχομένην, *legendum* ἐμπεριερχομένην. *Nam & vetus tranſtulit circumeuntem.*

Expreſſiſſe] ἐκτυπῶσαι *legendum, non* ἐκτυποῦσι.

Illuſtris duodecadis] οὐ φαεινῆς *legit vet. interp. id eſt, inuiſibilis & occultæ.*

Ac ſingularem] *ante* δύναμιν, ἑκάστην, *pono ex vet. lin. ſeq.* κατὰ κάθετον *duobus verbis legi debet.*

Virtuti illi] *legendum in Græco* δυνάμει.

& æternitatem exprimere potuiſſet, hanc rationem inijſſe vt æternitatem ipſius in tempora & temporũ articulos, ingentéſque annorum numeros deponeret: quòd videlicet numeroſa temporum copia infinitatem eam ſeſe imitãdo conſequi exiſtimaret. Hic porrò, cùm veritas ei velut de manibus elapſa eſſet, ſubſecutum fuiſſe mendacium dicunt: ob eamq́; cauſam expletis temporibus fore, vt opus ipſius intereat.

μόνιμον αὐτοῦ καὶ ἀΐδιον ἐκτυπῶσαι, διὰ τὸ καρπὸν εἶναι ὑστερήματος εἰς χρόνους, καὶ καιροὺς, ἀριθμούς τε πολυετεῖς, τὸ αἰώνιον αὐτοῦ καταθέσθαι, οἰόμενον ἐν τῷ πλήθει τῶν χρόνων μιμήσασθαι αὐτοῦ τὸ ἀπέραντον. ἐνταῦθά τε λέγουσιν ἐκφυγούσης αὐτὸν τῆς ἀληθείας ἐπηκολουθηκέναι τὸ ψεῦδος, καὶ διὰ τοῦτο κατάλυσιν πληρωθέντων τῶν χρόνων λαβεῖν αὐτοῦ τὸ ἔργον.

## NOTAE EX ADVERSARIIS Frontonis Ducæi in CAP. XIV.

Corpora circundata] *ſcripſit fortaßè circulata, vel circularia, ζώματα κυκλοειδῆ, orbiculari forma.*

Qui ad ipſam concauationem] *paulò antè legiſſe videtur, ὁ ὑπερῷον οὐρανός, dum vertit,* quod ſuperpoſitum eſt cælum: *idcirco retulit ad vocem Græcam,* qui ad ipſam, *pro,* quod ad ipſam concauitatem. *Billius legit vt apud Epiphanium,* qui ſuperpoſitus eſt Saturnus, qui ad cauitatem ipſam grauat. *Cornarius autem vertit,* qui ſuo corpore grauat, & viciſſim ponderat illorum velocitatem ſua tarditate. *Certè κύτος Heſychio eſt etiam ζῶμα, ὄγκος, corpus, & moles. itaque ſuſpicabamur ita poſſe verti,* qui præter ipſam molem adgrauat, & ex contrarietate moderatur illor. veloc. ſua tarditate. *quaſi innuat non modò ſuo pondere ac mole cælum retardare cui incumbit, ſed etiam ingenita ſibi motus tarditate.*

A ſigno in ſignum] *fortaßè, à puncto ad punctum intelligit, niſi malis ad 12. ſigna referre, de quibus paulò ante.*

Circumeuntem & perficientem.] *legendum in Græco περιερχόμενον, vt paulò ante de Luna, ἐμπεριερχομένην: nam & hîc interpres circũeuntem vertit.*

## ANNOTATIONES R. P. FR. FEV-ARDENTII IN CAP. XIV.

1. Volo autem] *Recitantur figmenta de quatuor elementorum origine, de Zodiaco, Sole, Luna, cælorum rotatione, climatibus terræ, atq; mendacij origine, à mendaciſſimis Marcoſijs inuecta.*

2. Et ipſam conditionem] *Sic etiam Tertullianus Latinè ſcribens, Creaturam et huius mundi Creationem frequenter appellat. Li. de reſur. carnis, & de corona militis.*

3. Diligenter imaginare] *Sic* ἐξεικονίζειν *reddidit, Græcam dictionem nimia religione ſequutus, pro eo quod alius dixiſſet,* Imaginem exprimere.

4. Qui zodiacus] *Sic vocatur circulus interſecans æquatorem ſpheræ, à figuris animaliũ, quæ in eo imaginantur, vt ſunt aries, taurus, leo, cancer, &c.*

5. Et è contrario ſuperiunctum] *Apud Epiphanium hæc paulò apertius redduntur.*

6. Adhuc etiam & terram in XII. climata] *Climata vocantur terræ partes ſecundum latitudinem ab auſtro ſeptentrionem verſus per ſenſibilem maximorum dierum variationẽ differentes. Primi climatis quod dicitur Diameroes, ſpatium dicunt eſſe 465. milliarium Italicorum: ſecundi Diaſienes, 420. tertij Dialexandrias, 370. quarti Diarhodes, 320. quinti Diaromis, 270. ſexti Diaboriſtenes, 225. ſeptimi Diariphæos, 185. Vlteriora climata per Aſtrologos conſtituta nõ inuenio. Paulò poſt ex codice manu ſcripto, & Frontonis iudicio repoſuimus* demiſſionem, *pro,* dimiſſione, *&,* demiſerit diſtillationem, *pro,* demiſerit deſtellationem: *itemq́ue* deformare, *id eſt, exprimere, pro,* deformari.

## *QVOMODO AD FIGMENTA SVA CONSTITVENDA Scripturam detorqueant.* CAP. XV.

Atque huiuſmodi ſunt, quæ de rerum ortu afferunt, gignentes quotidie ſinguli pro virili ſua aliquid noui. Neq; enim perfecti viri apud eos exiſtimatione floret, niſi qui ingentia mendacia produxerit. De Propheticis autẽ ſcriptis, quæcunq; ad inſtitutum ſuum detorquẽdo accommodant, oſtendere primùm, ac deinde ea refellere operæpretium eſt. Moſes enim, inquiunt, creationis opus exordiens, ſtatim in ipſo limine matrem omnium rerum oſtendit, cũ dixit: In principio creauit Deus cælum & terrã. Quatuor etenim hæc nominans, Deum, principium, cælum, & terram, quaternitatẽ ipſorum, vt quidem ipſi aiunt, expreſſit. Quin id quoq;, quod in ea obtutum oculorũ fugit, tectumq́ue atq; abſtruſum eſt, his verbis indicauit: Terra autẽ erat inuiſibilis & incondita. At ſecundam quaternitatẽ, primæ quaternitatis ſobolem, ita ipſum extuliſſe volunt, cũ abyſſum & tenebras, aquam & ſpiritum, qui ſuper aquas ferebatur, nominauit. Moxq́ue Decadis mentionem haud obſcurè facientem, diem & noctem, & firmamentum & veſperam, & id quod vocatur mane, aridam item & mare, & herbam, ac decimo loco lignum dixiſſe: ſicq́; per decem hæc vocabula decem AEonas indicaſſe. Duodecadis porrò virtutem ad hunc modum apud eum abumbrari. Solem enim, & lunam, & ſtellas, & tempora, & annos, & cete, & piſces, & reptilia, & volatilia, & quadrupedia, & feras, & poſt hæc omnia duodecimo loco hominem dicere. Ad hunc ſcilicet modum à Spiritu tricenarium illum per Moſem commemoratũ eſſe tradunt. Quin hominem quoq; ad ſupernæ virtutis imaginem effectum, vim eam in ſe habere, quæ ab vno fonte promanat. Hanc autem in cerebri regione inſidere, ex eaq́ue vires quatuor ad ſupernæ quaternitatis imaginem profluere, quarum vna viſus, altera auditus, tertia odoratus, quarta guſtatus nuncupatur. At verò Ogdoadem per hominem ita indicari: quòd nimirum aures duas habeat, totidemq́; oculos, duas item nares, duplicemq́; guſtum, amari nẽpe & dulcis. Totum verò hominem totam tricenarij illius imaginem ita referre docẽt. In manibus enim eũ

Καὶ περὶ μὲν τῆς κτίσεως τοιαῦτα λέγοντες, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιγεννᾷ ἕκαστος αὐτῶν καθὼς δύναται * καινότερον. τέλος γὰρ οὐδεὶς ὁ μὴ μεγάλα ψεύσματα παρ' αὐτοῖς καρποφορήσας. ἐκ δὲ τῶν προφητικῶν ὅσα * μεταμορφοῦσιν, ἀναγκαῖον μηνύσαντα τὸν ἔλεγχον αὐτοῖς ἐπάγειν. ὁ γὰρ Μωϋσῆς, φασίν, ἀρχόμενος τῆς κατὰ τὴν κτίσιν πραγματείας, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τὴν μητέρα τῶν ὅλων ἐπέδειξεν, εἰπών, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. τέσσαρα οὖν ταῦτα ὀνομάσας, θεὸν καὶ ἀρχήν, οὐρανὸν καὶ γῆν, τὴν τετρακτὺν αὐτῶν, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, διετύπωσε. * καὶ τὸ ἀόρατον δὲ * καὶ τὸ ἀπόκρυφον αὐτῆς μηνύοντα εἰπεῖν, ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος. * τὴν δευτέραν τετράδα γέννημα πρώτης τετράδος, οὕτως αὐτὸν εἰρηκέναι θέλουσιν, ἄβυσσον ὀνομάζοντα καὶ σκότος * ἐν σφίσιν αὐτοῖς καὶ ὕδωρ, καὶ τὸ ἐπιφερόμενον τῷ ὕδατι πνεῦμα, μεθ' ἣν τῆς δεκάδος μνημονεύοντα σαφῶς λέγειν καὶ ἡμέραν καὶ νύκτα, στερέωμά τε καὶ ἑσπέραν, καὶ ὃ καλεῖται πρωΐ, ξηράν τε καὶ θάλασσαν, ἔτι τε βοτάνην, καὶ δεκάτῳ τόπῳ ξύλον. οὕτω δὲ διὰ τῶν δέκα ὀνομάτων τοὺς δέκα αἰῶνας μεμηνυκέναι. τῆς δὲ δυοδεκάδος οὕτως ἐξεικονίσθαι παρ' αὐτῷ τὴν δύναμιν. ἥλιον γὰρ λέγειν καὶ σελήνην, ἀστέρας τε καὶ καιρούς, ἐνιαυτούς τε καὶ κήτη, ἰχθύας καὶ ἑρπετά, πετεινὰ καὶ τετράποδα, θηρία τε καὶ * πετεινά που τοῖς δυοδέκατον τὸν ἄνθρωπον. οὕτως ὑπὸ τοῦ πνεύματος τὴν * τριάκοντα διὰ Μωϋσέως εἰρῆσθαι διδάσκουσιν. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν πλαστὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα τῆς ἄνω δυνάμεως ἔχειν ἐν αὐτῷ τὴν ἀπὸ τῆς * μιᾶς πηγήν. ἱδρῦσθαι δὲ * ταῦτα ἐν τῷ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον τόπῳ, ἀφ' ἧς ἀπορρεῖν δυνάμεις τέσσαρας κατ' εἰκόνα τῆς ἄνω τετράδος καλουμένας, τὴν μὲν ὅρασιν, τὴν δὲ ἀκοήν, τὴν δὲ τρίτην ὄσφρησιν, καὶ τὴν τετάρτην γεῦσιν. τὴν δὲ ὀγδοάδα φασὶ μηνύεσθαι διὰ τοῦ ἀνθρώπου οὕτως. ἀκοὰς μὲν δύο * ἔχοντα, καὶ τοσαύτας ὁράσεις, ἔτι τε ὀσφρήσεις δύο καὶ διπλῆν γεῦσιν, πικροῦ τε καὶ γλυκέος. ὅλον δὲ τὸν ἄνθρωπον πᾶσαν τὴν εἰκόνα τῆς τριακοντάδος οὕτως ἔχειν διδάσκουσιν, ἐν μὲν ταῖς χερσὶ διὰ τῶν δακτύλων τὴν

* καινότερον. τέλειος
* μεθαρμόζουσιν
* καὶ τὸ
* καὶ τὸ
* τὴν δὲ δευτέραν
* ἐν οἷς εἰσι καὶ
* ἐπὶ πᾶσι τούτοις.
* τριακοντάδα
* μιᾶς πηγῆς δύναμιν.
* ταύτην
* ἔχοντος



deformare,] ideo quòd fructus ſit Labis; in temporum ſpatia, & tempora, & numeros multorum annorum, æternitatem eius depoſuiſſe, exiſtimantem in multitudine temporum imitari eius interminatum. Hîc dicunt, cùm effugiſſet eum veritas, ſubſequutum mendacium: & propter hoc deſtructionem adimpletis temporibus accipere eius opus.

## *QVIBVS EX SCRIPTVRIS TESTImonijs vtantur.*

## CAPVT XV.

Et de conditione quidem talia dicentes, quotidie adinuenit vnusquiſque eorum quemadmodum poteſt, aliquid noui.[1] Perfectus enim nemo, niſi qui maxima mendacia apud eos fructificauerit. De propheticis autem quęcunque transformantes coaptant, neceſſarium[2] eſt] manifeſtantes argutionem [his inferre. Moyſes enim, inquiũt, incipiens id quod eſt ſecundùm conditionẽ opus, ſtatim in principio matrem omnium oſtendit, dicens: In principio fecit Deus cælum & terram. Quatuor hæc nominans, Deum & principium, cælum & terrã, quaternationem ipſorum, quemadmodum ipſi dicũt, figurauit. Et inuiſibile autem & abſconditum eius manifeſtantem dicere. Terra autem erat inuiſibilis & incompoſita. Secundam autem quaternationem progeniem primæ quaternationis, ſic eum dixiſſe volunt, Abyſſum nominantem & tenebras, in quibus ſunt & aquæ, & qui ferebatur ſuper aquas, Spiritus. Poſt quam decadis cõmemorantem lumen dicere, & diem, & noctem, & firmamentum, & veſperam, & quod vocatur mane, & aridam, & mare, adhuc] etiam & herbam, & decimo loco lignum: ſic quoque per decem nomina, x. AEonas manifeſtaſſe.

*Geneſ. 1. 1.* Probationes Quaternationis.

Duodecadis autem ſic formatam apud eos virtutem. Solem enim dicere, & Lunam, ſtellas, & tempora, & annos, & cetos, adhuc etiam piſces, & ſerpentia, & volatilia, & quadrupedia, feras quoq;, & ſuper hæc omnia duodecimũ hominem: ſic ab Spiritu triacontadem per Moyſen dictam docent. Necnon & formatum hominem ſecundùm imaginem ſuperioris virtutis, habere in ſe eam quæ ſit ab vno fonte, virtutem. Conſtitutam autem eam eſſe in eo, qui ſit in cerebro loco, ex qua] defluant virtutes quatuor ſecundùm imaginem ſupernæ tetradis, quę vocatur vna quidem viſio, altera autem auditus, tertia odoratus, & quarta guſtatio:

Duodecadis

Octonationem autem dicunt ſignificari per hominem, ſic: Aures quidem duas habentem, & totidem viſus, adhuc etiam odorationes duas, & duplicem guſtationẽ, amari & dulcis. Totum autem hominem omnem imaginem triacontadis ſic habere docent. In manibus quidem per digitos decadem baiulare: in toto [autem] corpore, cùm

Octonationis.

## SCHOLIA D. BILLII IN Cap. XV.

Aliquid noui] *addo τι in Græc. ex vet. Et eadem linea pro τέλος, lego τέλειος.*

Detorquendo accommodant] *in Græc. pro μεταμορφοῦσι, legendum μεθαρμόζουσι.*

In principio creauit Deus cælum & terram] *hæc verba in Græco deſiderantur.*

Id quoque quod in ea] *in Græco bis pro τὸν legendum τὸ Et ſeq. lin. poſt τὴν, ponendum δὲ.*

Aquã & ſpiritum] *in Græc. pro ἐν σφίσιν αὐτοῖς legiſſe*



*videtur*

A decadem per digitos geſtare: in toto item corpore, quod duodecim membris cõſtat, duodecadem. Illud enim perinde partiuntur, ac veritatis corpus apud ipſos diuiditur: de quo ſuperius à nobis dictũ eſt. Ogdoadem deniq;, vt quæ nec verbis exponi, nec oculis cerni poſſit, in viſceribus abſtruſam intelligi. Rurſus ingens illud luminare, hoc eſt Solem, ob Quaternitatis numerum quarto demum die idcirco conditum eſſe aſſerunt. Eodemq; modo tabernaculi illius à Moſe conſtructi atria, ex byſſo & hyacintho, & purpura & coccino elaborata, eandẽ apud ipſos imaginẽ oſtẽdunt: poderq; item ſacerdotis quatuor ingentis pretij lapillorum ordinibus adornatus, de eorum ſententia quaternitatẽ deſignat. Et ſi quę alia huiuſmodi in Scripturis ſita ſunt, quæ ad quaternarium numerum reuocari queant, quaternitatis ſuæ cauſa facta ea eſſe contendũt. Ogdoadẽ rurſus ita demonſtrari. Octauo die hominẽ effictum eſſe aiunt. Quandoq; enim eum B ſexto die, quandoq; rurſus octauo cõditum eſſe ipſis placet. Niſi fortaſſe hoc dicturi ſunt Choicũ quidem ſexto die cõditum fuiſſe, carnalem autẽ octauo. Hęc enim apud eos diſtincta ſunt. Quidam autẽ alium eſſe volunt hermaphroditũ eum hominẽ, qui ad Dei imaginem ac ſimilitudinẽ extiterit, quem etiã Spiritualem eſſe aiunt: aliũ, qui ex terra effictus ſit. Quin diſpenſationẽ quoq; illã arcę in diluuio, in qua octo homines exitio erepti ſunt, perſpicuam ſalutaris Ogdoadis indicem eſſe aiunt. Idemque ipſum ex eo ſignificari, quod Dauid inter fratres ſuos natu octauus ſit. Itidemq; per circũciſionem eã, quę octauo die adhibebatur, ſupernæ Ogdoadis circunciſionem declarari. In ſumma quicquid in Scripturis inuenitur, quod ad octonariũ numerũ referri queat, id Ogdoadis myſteriũ explere aſſerunt. Cõſimilem etiã in modum decadẽ per eas gentes ſignificari aiunt, quas De- C us ſe Abrahę in poſſeſſionẽ daturum receperat: atque item per id, quod Sara exactis decẽ annis ancillã ſuam Agar ei conceſſit, vt ex ea liberos gigneret, idem oſtendi. Quin ille quoq; Abrahæ ſeruus ad Rebeccã miſſus, eiq; in puteo armillas decem aureorum dono offerens, & ipſius fratres decem dies eam retinentes: Hieroboam item decem ſceptra accipiens, & decem tabernaculi atria, & columnæ decem cubitorum magnitudinis, & decẽ filij Iacob ad emercandũ frumentum in AEgyptum primò miſſi, & decem Apoſtoli, quibus abſente Thoma Dominus apparuit, inuiſibilem apud eos decadem exprimebant. Iam verò Duodecadem, circa quam paſſionis defectus myſterium contigit, ex qua paſſione ea omnia, quę in oculorum obtutum cadunt, conſtructa eſſe volunt, inſigniter ac perſpicuè quibuſuis Scripturæ locis poſitã & conſignatam eſſe aiunt. Nam & duodecim filios Iacob, ex D quibus duodecim etiam tribus manarũt, & rationale illud variegatum, duodecim lapillos habens, & duodecim tintinnabula, & duodecim lapides infra montem à Moſe collocatos, eoſque item, qui à Ioſue in flumine, totidemque alij trans flumen ſiti ſunt, & & eos, qui fœderis arcam geſtabant, & lapides eos, qui ab Elia in vituli holocauſto fixi ſunt, & Apoſtolorum numerum, ac denique omnia, quæ duodenarium numerum continent, Duodecadem ſuam exprimere dicunt. horum porrò omnium coniunctionem, quem tricenarium appellant, per arcam Noe, cuius altitudo triginta cubitorum erat: & per Samuelem, qui Saulẽ inter eos, quos ad epulas inuitauerat, primo loco collocauit: & per Dauidẽ, qui triginta totos dies in agro delituit, & per eos, qui cũ ipſo in ſpeluncam ingreſſi ſunt: ac per id, quod ſacroſanctum

A τὴν δεκάδα βαστάζειν, ἐν ὅλῳ δὲ τῷ σώματι εἰς δωδεκάδυο μέλη διαιρουμένῳ τὴν δωδεκάδα. διαιροῦσι δὲ αὐτὸ καθάπερ τὸ τῆς ἀληθείας διῄρηται * παρ αὐτοῖς τοῖς σώμασι, περὶ οὗ προειρήκαμεν. τήν τε οὖν ὀγδοάδα, ἄρρητόν τε καὶ ἀόρατον οὖσαν, ἐν τοῖς σπλάγχνοις κρυβομένην νοεῖσθαι. ἥλιον δὲ πάλιν τὸν μέγαν φωστῆρα ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν γεγονέναι διὰ τὸν τῆς τετράδος ἀριθμὸν φάσκουσι. τῆς τε σκηνῆς τῆς ὑπὸ Μωϋσέως κατασκευασθείσης αἱ αὐλαί, ἐκ βύσσου καὶ ὑακίνθου καὶ πορφύρας καὶ κοκκίνου γεγονυῖαι, τὴν αὐτὴν παρ' αὐτοῖς ἐπέδειξαν εἰκόνα. τόν τε τοῦ ἱερέως ποδήρη, τέσσαρσι * στοιχείοις λίθων πολυτελῶν κεκοσμημένον, τὴν τετράδα σημαίνειν διορίζονται. καὶ εἴ τινα τοιαῦτα κεῖται ἐν ταῖς γραφαῖς εἰς τὸν τῶν τεσσάρων δυνάμενα ἄγεσθαι ἀριθμόν, διὰ τὴν τετράδα αὐτῶν φασι γεγονέναι. τὴν δὲ ὀγδοάδα πάλιν δείκνυσθαι οὕτως· ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν ἡμερῶν πεπλάσθαι λέγουσι τὸν ἄνθρωπον. ποτὲ μὲν γὰρ αὐτὸν τῇ B ἕκτῃ βούλονται γεγονέναι, ποτὲ δὲ τῇ ὀγδόῃ, εἰ μὴ τὸν μὲν χοϊκὸν ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν ἐροῦσι πεπλάσθαι, τὸν δὲ σαρκικὸν ἐν τῇ ὀγδόῃ. διέσταλται γὰρ ταῦτα παρ' αὐτοῖς. ἔνιοι δὲ ἄλλον θέλουσι τὸν καθ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ γεγονότα ἀρσενόθηλυν ἄνθρωπον, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν πνευματικόν· ἄλλον δέ, τὸν ἐκ τῆς γῆς πλασθέντα. καὶ τὴν τῆς κιβωτοῦ δὲ * οἰκὸν μίαν ἐν τῷ κατακλυσμῷ, ἐν ᾗ ὀκτὼ ἄνθρωποι διεσώθησαν, φανερώτατα φασὶ τὴν σωτήριον ὀγδοάδα μηνύειν. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τὸν Δαβὶδ ὄγδοον ὄντα τῇ γενέσει τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ σημαίνειν. ἔτι μὴν καὶ τὴν περιτομὴν ὀκταήμερον γινομένην, τὸ περίτμημα τῆς ἄνω ὀγδοάδος δηλοῦν. καὶ ἁπλῶς ὅσα εὑρίσκεται ἐν ταῖς γραφαῖς ὑπάγεσθαι δυνάμενα εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν ὀκτώ, τὸ μυστήριον τῆς ὀγδοάδος ἐκπληροῦν λέγουσιν. ἀλλὰ καὶ τὴν δεκάδα σημαίνεσθαι, διὰ τῶν δέκα ἐθνῶν, ὧν ἐπηγγείλατο ὁ θεὸς τῷ ἀβραὰμ εἰς κατάσχεσιν δοῦναι λέ- C γουσι· καὶ τὴν * περὶ σάρραν δὲ οἰκονομίαν, * ὡς μετὰ ἔτη δέκα δίδωσιν αὐτῷ τὴν ἑαυτῆς δούλην ἄγαρ, ἵνα ἐξ αὐτῆς τεκνοποιήσηται, τὸ αὐτὸ δηλοῦν. καὶ ὁ δοῦλος δὲ ἀβραὰμ πεμφθεὶς ἐπὶ ῥεβέκκαν καὶ ἐπὶ τὸ φρέαρ, διδοὺς αὐτῇ ψέλια χρυσῶν δέκα, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῆς κατέχοντες αὐτὴν ἐπὶ δέκα ἡμέρας. ἔτι τε * ῥοβοὰμ ὁ τὰ δέκα σκῆπτρα λαμβάνων, καὶ τῆς σκηνῆς αἱ δέκα αὐλαί, καὶ οἱ στῦλοι οἱ δεκαπήχεις, καὶ οἱ δέκα υἱοὶ ἰακὼβ ἐπὶ τὴν ὠνὴν τοῦ σίτου τὸ πρῶτον εἰς αἴγυπτον πεμφθέντες, καὶ οἱ δέκα ἀπόστολοι, οἷς φανεροῦται μετὰ τὴν ἔγερσιν ὁ κύριος, τοῦ θωμᾶ μὴ παρόντος, τὴν ἀόρατον διετύπουν κατ' αὐτοὺς δεκάδα. τὴν δυοδεκάδα δέ, περὶ ἣν καὶ τὸ μυστήριον τοῦ πάθους τοῦ ὑστερήματος γεγονέναι, ἐξ οὗ πάθους τὰ βλεπόμενα κατεσκευάσθαι θέλουσιν, ἐπισήμως καὶ φανερῶς πανταχῆ κεῖσθαι λέγουσιν. D ὡς τοὺς δώδεκα υἱοὺς ἰακώβ, ἐξ ὧν καὶ δεκαδύο φυλαί, καὶ τὸ λόγιον τὸ ποικιλτὸν δώδεκα λίθους ἔχον, καὶ τοὺς δώδεκα κώδωνας. καὶ τοὺς ὑπὸ μωϋσέως τεθέντας ὑπὸ τὸ ὄρος δώδεκα λίθους. ὡσαύτως δὲ ὑπὸ ἰησοῦ ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ ἄλλους εἰς τὸ πέραν, καὶ τοὺς βαστάζοντας τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης, καὶ τοὺς ὑπὸ ἠλίᾳ τεθειμένους ἐν τῇ ὁλοκαυτώσει τοῦ μόσχου, καὶ τὸν ἀριθμὸν δὲ τῶν ἀποστόλων, καὶ πάντα ἁπλῶς ὅσα τὸν δοδέκατον ἀριθμὸν διασώζει, τὴν δωδεκάδα αὐτῶν χαρακτηρίζειν λέγουσι. τὴν δὲ τούτων πάντων ἕνωσιν, ὀνομαζομένην τριακοντάδα, διὰ τῆς τριάκοντα πηχῶν τὸ ὕψος ἐπὶ νῶε κιβωτοῦ, καὶ διὰ σαμουὴλ κατακλίναντος τὸν σαοὺλ ἐν τοῖς τριάκοντα κλητοῖς πρῶτον, καὶ διὰ δαβίδ, ὅτε ἐπὶ τριάκοντα ἡμέραις ἐκρύβετο ἐν τῷ ἀγρῷ, καὶ διὰ τῶν συνεισελθόντων αὐτῷ εἰς τὸ * σπήλαιον ἰσραήλ· καὶ διὰ τοῦτο τὸ μῆκος γίνεσθαι

* παρ' αὐτοῖς σῶμα, περὶ οὗ
* στοίχοις
* οἰκονομίαν ἐν
* κατὰ σάρραν
* πῶς μετὰ
* ἱεροβοὰμ
* σπήλαιον καὶ διὰ τοῦτο



A in XII. membra diuidatur, duodecadem. Diuidunt autem illud, quemadmodum Veritatis apud eos diuiſum eſt corpus, de quo prædiximus. Ogdoadem autem & inenarrabilem & inuiſibilem, in viſceribus abſconditam intelligi. Solem quoque iterum, qui ſit magnum luminare, in quarta dierum fieri, propter quaternationis numerum dicunt. Cap. 10.
[3] Tabernaculi quoque quod à Moyſe compoſitum eſt, atria de byſſo, & hyacintho, & Exod. 26.
purpura, & coccino facta, eandem apud eos* oſtendere imaginem: Sacerdotis quoque poderem quatuor ordinibus lapidum pretioſorum adornatum, quaternionem ſignificare præfiniunt. Exod. 28.8. Et ſi qua omnino talia ſunt poſita in ſcripturis, quæ quatuor poſſunt numerum deſignare: propter quaternationem ipſorum dicunt factum.

* oſtendũt.

Octonationem rurſus oſtendi ſic. In octauo dierũ formatum dicunt hominem. Aliquando enim [4] volunt eum ſexto] die factum, aliquãdo autem octauo, niſi fortè choïcum quidem in [ſexto] dierũ dicũt formatũ, carnalem autem in octauo: diſtincti ſunt enim hæc apud eos. Quidam autẽ & alterum eſſe volunt qui ſecundũ imaginem & ſimilitudinem Dei factus eſt homo maſculofœmineus, & hunc eſſe ſpiritalem: alterũ autem qui ex terra plaſmatus ſit. [5] Sed & arcæ] diſpoſitionẽ in cataclyſmo, in qua octo ho- Geneſ. 6.19.
B mines liberati ſunt, manifeſtiſſimè dicunt ogdoadẽ oſtendere. Hoc autẽ idem & Dauid, 1. Reg. 16.
cùm octauus eſſet genitus inter fratres ſuos, ſignificare. Adhuc etiam & circunciſionẽ Geneſ. 17.12.
quæ octauo die fit, circũciſionem ſuperioris ogdoadis manifeſtare, & omnino quæcunque inueniuntur in Scripturis adduci poſſe ad numerũ octauum, myſterium ogdoadis adimplere dicunt.

Sed & decadem ſignificari per decem gentes, quas promiſit Deus Abrahæ in poſſeſ- Decadis.
ſionem dare, dicunt. Et diſpoſitio autem quæ eſt ſecundùm Saram, quomodo poſt decem annos dat ei ancillam ſuam Agar, vt ex ea filium faciat, idem ſignificare. Et ſeruus Geneſ. 16.3.
autem Abraham miſſus ad Rebeccam, & ſuper puteum dans ei armillas aureorũ de- Geneſ. 24.15.
cem, & fratres eius tenẽtes eam *diebus decem. Adhuc etiam Ieroboam, qui decem ſce- 3. Reg. 11.31.
ptra accepit, & tabernaculi decem atria, & columnæ decem cubitorum: & decem filij 32.
Iacob ad emptionem tritici prima vice in AEgyptum miſſi: & decem Apoſtoli, quibus manifeſtatur poſt reſurrectionem Dominus, cùm Thomas non eſſet præſens, inuiſibi- Ioan. 20.26.
lem deſigurabant, ſecundùm eos, decadem.

* in dies.

Duodecadem autem, erga quam & myſterium paſſionis Labis fuiſſe, ex qua paſſione Duodecadis.
C viſibilia fabricata eſſe volunt, ſignanter & manifeſtiſſimè poſitam vbique dicunt: vt] duodecim filios Iacob, ex quibus duodecim quoque tribus, & Logium varium duode- Exod. 28.10.
cim habens lapides, [6] & duodecim tintinnabula, & eos qui à Moyſe poſiti ſunt ſub mõ- 18. & 33.
te duodecim lapides. Similiter autem & eos qui à Ieſu in flumine poſiti ſunt, & alteros Ioſue 4.3.
qui tranſpoſiti ſunt, & portantes arcam teſtamenti, & eos qui ab Helia poſiti ſunt in ho- 3. Reg. 18.31.
locauſto vituli. Et numerus quoque Apoſtolorum, & omnia omnino quęcunque duodecim numerum cuſtodiunt, duodecadem ipſorum ſignificare volunt. Horum autem vnitatem omnium, quæ vocatur triacontas, per arcam, cuius triginta cubitis altitudo fuit ſub Noe, [7] & per Samuelem declinantem Saul, qui triginta diebus ab- 1. Reg. 9.22.
ſcondebatur in agro, & per eos qui cum eo intrauerunt in ſpeluncam, & propter id 2. Reg. 20.5.
quod longitudo fuerit ſancti tabernaculi triginta cubitorum. Et quæcunque alia 2. Reg. 23.13.

*videtur vetus interp.* ἐν οἷς εἰσι, *ac rectè.*

Poſt hæc omnia] *in Græco pro* πετεινά πούτοις, *lego cum vet.* ἐπὶ πᾶσι τούτοις. *lin. ſeq. pro* τριάκοντα, *legendum rurſus cum vet.* τριακοντάδα.

D Quæ ab vno fonte] *pro* πηγήν, *lego cum vet.* πηγῆς δύναμιν. *& ea. lin.* ταύτην, *pro* ταῦτα.

Duas aures habeat] ἔχοντος *legendum in Græc.*

Veritatis corpus] *addo* σῶμα *ex vet. & ead. lin. deleo* τοῖς σώμασι.

Ordinibus] στοίχοις *legendum videtur.*

Diſpenſationem quoque] οἰκονομίαν *legendum in Græco, non* οἰκὸν μίαν, *vt Gallaſius, cuius hîc quoque tanta non dicam oſcitantia, ſed væcordia extitit, vt ne illud quidem animaduerterit,* μίαν *cum ſubſtantiuo maſculini generis minimè iungi. Præſtitiſſet profectò quieſcere, quàm tam inconſideratè ſcribere.*

Per id quod Sara] *in Græc. poſt* τὴν, *addo* κατὰ, *ex vet. & pro* ὡς, *lego* πῶς.

Hieroboam item] *Vel ex hoc vno loco quàm præcipitãter ac nullo cum iudicio in hac verſione ſe geſſerit Gallaſius, liquidò perſpici poteſt: vbi, dum veterem interpretem conſulere grauatur, eiuſmodi errorem admiſit, qui nõ dicam ſacræ Theologiæ profeſſori, qualem ſe eſſe vult, ſed ne ei quidem, qui literas ſacras vel à limine ſalutarit, condonandus ſit. Quæ enim eſt hæc metamorphoſis, vt de Hieroboam Roboam faciat, quem certum eſt non decem, ſed duas tantùm tribus imperio ſuo ac ditioni ſubiectas habuiſſe? In Græco ergo pro* ῥοβοάμ, *repono* ἱεροβοάμ.

In ſpeluncam] *Delendum in Græco* ἰσραήλ. *Et ead. lin. pro* τοῦτο, *legendum* τοῦ.

## NOTAE EX ADVERSARIIS
Frontonis Ducæi in CAP. XV.

QVæcunque transformantes coaptant.] *Rectè correxit Billius,* μεθαρμόζουσιν, *quo verbo ſæpius vtitur alibi: vt cap. ſequenti,* εἰρηκέναι μεθαρμόζουσι: *& cap. 17.* εἰς τοῦτον χαρακτῆρα μεθαρμόζουσιν: *& ca. 1.* καὶ μεθαρμόσοι, καὶ ποιήσοι μορφὴν κυνός.

Poſtquam decadis.] *In Græco emenda* μνημονεύοντα φῶς λέγειν, *pro* σαφῶς λέγειν: *quod neq; Cornarius vidit, qui*

tabernaculum triginta altitudinis cubitos habebat, A ac ſi quæ alia eiuſdem numeri reperiunt, tricenarium ſuum per ea confirmare ac demonſtrare contendunt.

γίνεσθαι τῆς ἁγίας σκηνῆς τριάκοντα πηχῶν, καὶ εἴ τινα ἄλλα ἰσάριθμα τούτοις εὑρίσκουσι τὴν τριακοντάδα αὐτῶν διὰ τῶν τοιούτων ἐπιδεικνύναι φιλονεικοῦσιν.

*vertit apud Epiphanium,* ac clarè dicere; *neq; Gallaſius, qui,* dum apertè dicit; *neq; ipſe demum Billius, apud quem ita ſcribi poteſt;* Moxque decadis mentionem facientem, lumen, & diem, & noctem. *Sanè haud aliter conſtare poteſt ratio: neq; enim decimo erit loco lignum, ſi numerare incipias à die. Atqui Geneſi 1. v. 3. poſt illa:* Et Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas: *ſequitur:* dixitque Deus, Fiat lux. *Rurſus apud vet. interp. illud,* decadis commemorantem, ἑλληνίζει, *pro, mentionem facientem. Ita* μνησθήσονται *vertitur Pſal. 21. apud Auguſtinum,* commemorabuntur, & conuertentur ad Dominum: *pro, recordabuntur.*

Luminare magnum ] μέγαν φωστῆρα *ſcripſimus, pro,* μέγα.

Quaternationem ipſorum ] *Græca exigunt,* ipſorum dicunt facta, τοιαῦτα γεγονέναι, talia eſſe facta. *paulo poſt* B *ita diſtingue in Græco:* πάλιν δεικνύεσθαι οὕτως. ἐν τῇ. *Quod ſequitur de Ieroboam apud Epiphanij interpretem Cornarium etiam corrigendum eſt, qui nimirum auctor idoneus viſus eſt Gallaſio, à quo magnam partē interpretationis mancipio acciperet.*

Et Samuelem declnantem] *1. Reg. 9. 22.* Aſſumens Samuel Saulem & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum, qui fuerant inuitati: erant enim quaſi triginta viri. *At in Græco LXX.* καὶ ἔθετο αὐτοῖς ἐκεῖ τόπον ἐν πρώτοις τῶν κεκλημένων ὡσεὶ ἑβδομήκοντα ἀνδρῶν, in primis vocatorum circiter LXX. virorum *Hoc notandum eſt, vt hinc colligamus Irenæum, vel hæreticos illos aliam Græcam editionem habuiſſe, in qua ex Hebræo, vt in vulgata Latina legebatur. Porrò,* declinare, *poteſt etiam retineri bona cum venia Latinorum profanorum, apud quos, & ſomnus declinat ocellos, & agmen duces declinant, etſi reclinantem aptius fuiſſet, vt Lucæ 2. 7.* reclina- C uit, ἀνέκλινεν. *& 9. v. 4.* κατακλίνατε, facite diſcumbere. *Sic autem explendus eſt hic locus è Græco,* Collocantē Saulem inter triginta vocatos primum, & per Dauidem, qui triginta diebus. &c.

Qui triginta diebus.] *Explendus eſt locus ex Græcis:* declinantem Saul, & per Dauidē, qui triginta diebus abſcondebatur. *Atqui Dauid 1. Reg. 20. v. 5. dicit:* vt abſcondar in agro vſque ad veſperam diei tertiæ. *& apud LXX.* vſque ad veſperam tantùm, κρυβήσομαι ἐν τῷ πεδίῳ ἕως δείλης. *vbi ergo 30. dies? Planè fugit hic ratio iſtos Arithmeticos nouos, niſi quē alium ſcripturæ locum fortè ſpectabant. At 2. Reg. 23. v. 13.* nec non & ante deſcenderant tres, qui erant principes inter triginta, & venerant ad Dauid in ſpeluncam Odollam. *LXX.* καὶ κατέβησαν τρεῖς ἀπὸ τῶν τριάκοντα πρὸς Δαυὶδ, εἰς τὸ σπήλαιον ὀδολλάμ. *Atq; ita fortaſſe legendum eſt apud Irenæum,* τὸ σπήλαιον ὀδολλάμ. καὶ διὰ τοῦτο, *pro* ἰσραήλ. *ſed in alijs exēplaribus LXX.* τρεῖς ἀπὸ τριάκοντα ἄρχοντες *legimus, quæ cum Lat. vulgata cōueniunt, vt omnia tres illos viros dicant, non triginta, vt hæretici: etſi aliorum triginta ſeptem meminit illud ipſum cap. 2. Reg.*

## ANNOTATIONES R. P. FR. FEV-ARDENTII IN CAP. XV.

1. Perfectus enim nemo, &c.] *Magiſterij ſummum gradum, & perfectionis ſuæ apicem in aggerandis mendaciorum, & recentium nugarum plauſtris conſtituiſſe, & erroribus prioribus peiores ſic addere contendiſſe, vt de impietatis palma contendere viderentur, poſt Irenæum hìs grauiter affirmat Nazianzenus.* Certi homines aſcenſiones in corde ſuo ponunt, non cōfeſſionis, *Orat. 2. de pace.*

## QVOMODO EX SCRIPTVRIS FOEDE DETORTIS, Bythum nemini cognitum fuiſſe probent. CAPVT XVI.

Neceſſarium autem eſſe cenſui his ea adiungere, quæ ipſi quoque de Propatore ſuo, qui cunctis ante Chriſti aduentum ignot⁹ erat, ex Scripturis hinc atq; hinc excerptis perſuadere conātur, vt Dominum noſtrum oſtendant alium Patrem annunciare præter vniuerſitatis huiuſce conditorem, quem, vti ſuperius diximus, impij homines ex defectu ortum eſſe volunt. Itaque hæc Eſaiæ prophetæ verba, Iſrael autem me non cognouit, & populus me non intellexit, ad inuiſibilis Bythi ignorationē detorquent. Idque ꝙ per Oſeā dictū eſt, non eſt in eis veritas, nec Dei D agnitio, eodē pertinere contendunt. Illud item, Non eſt qui intelligat, aut requirat Deum, Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, de Bythi ignoratione dictum eſſe ſtatuunt. Eodemq; modo id quod per Moſem dictū eſt, Nemo videbit Deum, & viuet, ad eum referendum eſſe monent. Conditorē enim illi à Prophetis conſpectum fuiſſe falsò aſſerūt. Illud autem, Nemo videbit Deū & viuet, de inuiſibili omnibuſq; ignota magnitudine dictum eſſe volunt. Et quidē de inuiſibili Patre rerumq; omniū conditore hæc verba vſurpata eſſe, Nemo videbit Deū & viuet, cuiuis noſtrum perſpicuū eſt: quòd autem nō de eo, quem ipſi comminiſcuntur, Bytho, ſed de rerum omnium effectore, qui ipſe inuiſibilis Deus eſt, inferius à nobis oſtendetur. Quin Danielem etiam idem

Ἀναγκαῖον * ἡγησάμην προσθεῖναι τούτοις καὶ ὅσα περὶ τοῦ προπάτορος αὐτῶν, ὃς ἄγνωστος ἦν τοῖς πᾶσι πρὸ τῆς τοῦ χριστοῦ παρουσίας, ἐκλέγοντες ἐκ τῶν γραφῶν πείθειν ἐπιχειροῦσιν, ἵνα ἐπιδείξωσι τὸν κύριον ἡμῶν καταγγέλλοντα πατέρα παρὰ τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς, ὃν (καθὼς προέφαμεν) ἀσεβοῦντες, ὑστερήματος καρπὸν εἶναι λέγουσι. τὸν γοῦν προφήτην ἡσαΐαν εἰπόντα, Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκε, τὴν τοῦ ἀοράτου βυθοῦ ἀγνωσίαν εἰρηκέναι μεθαρμόζουσι. καὶ διὰ ὡσηὲ τὸ εἰρημένον, οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἀλήθεια, οὐδὲ ἐπίγνωσις θεοῦ, εἰς τὸ αὐτὸ συντείνειν βιάζονται. καὶ, οὐκ ἔστιν ὁ συνιὼν ἢ ἐκζητῶν τὸν θεόν· πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, ἐπὶ τῆς τοῦ βυθοῦ ἀγνωσίας τάττουσι. καὶ τὸ διὰ μωϋσέως δὲ εἰρημένον, οὐδεὶς ὄψεται τὸν θεὸν, καὶ ζήσεται, εἰς ἐκεῖνον ἔχειν πείθουσι τὴν ἀναφοράν. τὸν μὲν γὰρ ποιητὴν ἐπιψευδόμενοι, ὑπὸ τῶν προφητῶν ἑωρᾶσθαι λέγουσι. τὸ δὲ, οὐδεὶς ὄψεται τὸν θεὸν, καὶ ζήσεται, περὶ τοῦ ἀοράτου μεγέθους καὶ ἀγνώστου τοῖς πᾶσιν εἰρῆσθαι θέλουσι. καὶ ὅτι μὲν περὶ τοῦ ἀοράτου πατρὸς καὶ ποιητοῦ τῶν ὅλων εἴρηται τὸ, οὐδεὶς ὄψεται τὸν θεὸν, πᾶσιν ἡμῖν φανερόν ἐστιν· ὅτι * δὲ οὐδὲ περὶ τοῦ ἐπὶ τούτων παρεπινοουμένου βυθοῦ, ἀλλὰ περὶ τοῦ δημιουργοῦ, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ ἀόρατος θεὸς, δειχθήσεται τοῦ λόγου προϊόντος. καὶ τὸν δανιὴλ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο

* δὲ ἡγησάμην

* δὲ οὐ περὶ τοῦ ὑπὸ τούτων



A æqualia numeris his inueniuntur, triacontadem ipſorum per huiuſmodi oſtendun adſeuerationes.

ſed abiurationis; nec Theologiæ, ſed blaſphemiæ. Etenim de liberalitate ac munificentia in profundendis impietatis opibus, inter ſe certant, perinde atque non id metuant, ne impijs erroribus ſeſe conſtringant: ſed ne hac in re leuius tolerabiliusque peccent, quàm cæteri.

2. Neceſſarium eſt] *Deleuimus* eſſe, *authoritate vet. cod. & Græ. lect.* Et arguitionem, *id eſt, confutationem, pro,* argutionem, *repoſuimus.*

3. Tabernaculi quoque ] *Qui frigidas Gnoſticorum allegorias, vt decet, contempſerit, &* B *horum rituum Moſaicorum, Chriſto, Eccleſiæ, & Sacramentis concinnè accommodatas expoſitiones ſolidiores deſiderauerit, ex doctiſſimis Ruperti, Bedæ, & Rabani commentarijs; Origeniſq; homilijs in Pentateuchum; Clementis Alex. Strom. 5. & Philonis Iudæi libris allegoriarū, abundè illi ſatiſfactum iri puto.*

4. Volunt eum ſexto] *Deleuimus,* dicunt eum ſeptimo: *& mox, pro* ſeptimo, *repoſuimus,* ſexto, *aut. vet. cod. & Græcæ lect.*

5. Sed & arcæ] *Sic omnino legendum poſcit & ſenſus, & Græca editio.*

6. Duodecim tintinnabula ]*Horum tintinnabulorum pias quorundam Patrum allegoricas explicationes, paucis perſtringere, & Gnoſticis delirijs opponere placuit.* Duodecim Apoſtolos ſignificabant, *ait Iuſtinus martyr,* pendentes à potentia Chriſti æterni ſacerdotis, per quorum vocem, gloria, ac gratia C eius mundus repletus eſt. *Tertullianus:* Cur duodecim *Apoſtolos elegit, & non alium quemlibet numerum?* Næ & ex hoc, meum Chriſtum interpretari poſſem, non tantùm vocibus Prophetarum, ſed & argumentis rerum prædicatum. Huius enim numeri figuras apud Creatorem, deprehendo: duodecim fontes Elim; & duodecim gemmas in tunica ſacerdotali Aaron: & duodecim lapides ab Ieſu de Iordane electos, & in arcam teſtamenti conditos, totidem enim Apoſtoli portendebantur, & cæt. *Clemens Alexand.* Trecenta autem ſexaginta ſex tintinnabula, quæ pendēt à veſte talari, eſt tempus annuum: annus, inquam, Domini acceptus, prædicans & reſonans maximum aduentum Seruatoris. Veſte ſacerdotali, *ſcribit Auguſtinus,* vtique ſignificatur Eccleſia: per hæc autem tintinnabula, vt nota ſit conuerſatio ſacerdotis, ſicut dicit Apoſtolus, Teipſum præbe exemplum bonorum operum. Moſi præcipitur, *ait Gregorius,* vt tabernaculum ſacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur, vt videlicet voces prædicationis habeat, ne ſuperni ſpectatoris iudicium ex ſilentio offendat. Veſtimentis autem tintinnabula inhærent, vt vitæ viam cum linguæ ſonitu ipſa quoque bona opera clament ſacerdotis. *Beda:* Si Ioſephi verbis intendere voluerimus, quibus dicit in tunica pontificis mala ſeptuaginta duo fuiſſe, & eiuſdem numeri tintinnabula, congruit hoc figuris myſteriorum, vt ſicut in humero ac pectore Apoſtolicum ferre numerum iuſſus eſt: ita etiam Diſcipulorum ſeptuaginta duorum, qui & ipſi ad prædicandum miſſi ſunt, circa pedes numerum adſignatum haberet.

*In dialogo.*

*Libr. 4. contra Marc.*

*Lib. 5. Stromа.*

*Quæſt. 119. in Exod.*

*Lib. 1. regiſtri cap. 24.*

*In 28. ſcap. Exodi.*

7. Et per Samuelem ]*Hîc aliqua deeſſe in omnibus noſtris exemplaribus Latinis oſtendit tum lectio Græca, tum Bibliorum contextus. Sic ergo legatur:* per Samuelem, qui primum diſcumbere fecit Saul inter triginta vocatos: & per Dauid, qui triginta diebus abſcondebatur in agro, *&c. Itaque ſuſpectum eſt vocabulum,* declinantem, *à Græco* κατακλίναντος, *quod re vera de eo dicitur, qui conuiuas locis certis diſcumbere facit.*

## *DE REDEMPTIONE SVA QVANTA dicunt & faciunt.*

## CAPVT XVI.

Neceſſarium autem duxi addere ijs, & quanta de Propatore ipſorum, qui incognitus erat omnibus ante aduentum Chriſti, eligentes de Scripturis ſuadere contendunt, vt oſtendant Dominum[1] noſtrum] alterum annunciare Patrem præter fabricatorem huius vniuerſitatis, quem (ſicut prædiximus) impiè blaſphemantes, Labis fructum eſſe dicunt. Prophetam igitur Eſaiam dicentem,
D Iſrael me autem non cognouit, & populus me nō intellexit, inuiſibilis Bythi ignoran- *Iſaiæ 1. 3.*
tiam dixiſſe coaptant: & in Oſee, quod dictum eſt, Non eſt in eis veritas, neque agnitio *Oſeæ 4. 1.*
Dei, in hoc idem tendere conantur: &, Non eſt intelligens aut requirens Deum: Omnes *Pſalm. 13. 3.*
declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, in Bythi ignorantia apponunt. Et per Moyſen
autē dictum, Nemo videbit Deum, & viuet, in illū habere ſuadent relationē.[2] Et fabri- *Exod. 33. 20.*
catorē quidem à prophetis viſum dicūt, illud autem quod ſcriptum eſt, Nemo videbit Deum & viuet, de inuiſibili magnitudine & incognita omnibus dictum volūt. Et quoniā quidē de inuiſibili Patre factore omniū dictū eſt, Nemo videbit Deum, omnib⁹ nobis manifeſtū eſt: quoniam autē non de hoc qui ab ijs adinuētus eſt Bythus, ſed [de] Demiurgo, & ipſe eſt inuiſibilis Deus, oſtēditur ꝓcedēte ſermone. Et Danielem autem hoc

### SCHOLIA D. BILLII IN Cap. XVI.

Neceſſarium autem] δὲ *addo ex vet.*

Quod autem non ] *pro* οὐδὲ *in Græc. legendum* οὐ, *& ead. lin. pro* ἐπὶ, ὑπὸ, *vel* παρά.

Cùm parabolarum] *in Græco delendum* ἑτέρω.

A iſtud ſignificare aiunt, cùm parabolarum ſolutiones tanquam ei minimè notas & exploratas ex angelo ſciſcitatur: angelū item ipſum ingens Bythi myſterium ipſi occultantem his ad eum verbis vſum eſſe: Abi quàm celerrimè Daniel, hi enim ſermones obſepti ſunt, quouſque intelligāt, qui intelligunt, & qui albi ſunt, dealbentur. Seipſos porrò albos illos ac perſpicacis ingenij homines eſſe gloriantur.

τοῦτο σημαίνειν * ἐν τῷ ἑτέρῳ ἐπερωτᾶν τὸν ἄγγελον τὰς ἐπιλύσεις τῶν παραβολῶν, ὡς μὴ εἰδότα. ἀλλὰ καὶ τὸν ἄγγελον ἀποκρυπτόμενον ἀπ' αὐτοῦ, τὸ μέγα μυστήριον τοῦ βυθοῦ εἰπεῖν αὐτῷ, Ἀπότρεχε δανιὴλ, οὗτοι γὰρ οἱ λόγοι ἐμπεφραγμένοι εἰσὶν, ἕως οἱ συνιέντες συνιῶσι, καὶ οἱ λευκοὶ λευκανθῶσι. καὶ αὐτοὺς εἶναι τοὺς λευκοὺς, καὶ συνιέντας αὐχοῦσι.

*ἐν δὲ τῷ ἐπερωτᾶν.

## NOTAE EX ADVERSARIIS
Frontonis Ducæi in CAP. XVI.

OStenditur procedente] *Græc.* δειχθήσεται, oſtendetur; *locus Danielis ſic habet in edit. noua Romana:* δεῦρο Δανιὴλ ὅτι ἐμπεφραγμένοι καὶ ἐσφραγισμένοι οἱ λόγοι, ἕως κ. τ. ἐκλευ. καὶ ἐκλευκανθῶσι, *& cætera, non diuerſa ab ijs quæ lat. vulgata Danielis duodecimo, ver. 9. & 10.* Vade Daniel, quia clauſi ſunt, ſignatiq; ſermones. *at nō legimus, vt citant hæretici,* καὶ οἱ λευκοὶ λευκανθῶσι. *Nonnihil diuerſa ſunt à Prophetæ autographo, quæ citat ex hoc loco Cyprianus contra Iudæos, quæ tamen cōueniunt cum ijs, quæ apud hunc ipſum Irenæum lib. 4. c. 43.*

## ANNOTATIONES R. P. FR. FEV-ARDENTII IN CAP. XVI.

1. Dominum noſtrum] *Ita legendum proponimus ex vet. cod. & Græca lect. prius erat,* B Dominum non alterum, &c.

2. Et fabricatorem quidem] *Duplici ratione mendacij illos arguit, vna, quòd Creatorem mundi alium à ſummo & inuiſibili Deo facerent; altera, quod illum in eſſentia viſum eſſe à Prophetis, idq́ue oculis ipſis carnalibus putarent. At rectius docet Auguſtinus, omnes viſiones Moſi, & alijs Prophetis factas, per ſubiectam creaturā exhibitas fuiſſe ad ſignificandum Deum inuiſibilem: nec Moſem ipſum apertè vnquam Deum vidiſſe. Varijs autem modis creaturam aſſumi ad Deum noſtris ſenſibus ſignificandum, argutè idem poſtea perſequitur. Aliquando videlicet in Angelo; aliquando in ſpecie per Angelum diſpoſita; aliquando* B *verò & ipſi Prophetæ verbis & factis perſonā Dei ſignificarunt. Idipſum quoq; multis Scripturæ ſententijs, et Ambroſij, Hieronymi, Athanaſij, & Nazianzeni teſtimonijs confirmat ampliſſimè Epiſtola 111.*

Li. 2. de Trinit. cap. 15. et 16. & lib. 3. cap. 10.

3. Recurre Daniel] *Hunc Danielis locum ita legit Cyprianus:* Muni ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus conſummationis, quod addiſcant multi, & impleatur agnitio, quoniam cùm fiet diſperſio, cognoſcent omnia hæc. *Non autem de Deo aliquo ignoto, vt hi perperam putant: ſed de cæcitate Iudæorum, qui ſcripturas ſanctas intellecturi non eſſent, donec Chriſtus in nouiſſimis temporibus veniſſet, qui diſcipulis verbo, & opere explicaret, rectè interpretatur.* Lib. 1. contra Iudæos ca. 4.

## *QVOMODO SCRIPTVRAS AD INSTITVTVM ſuum detorqueant. CAP. XVII.*

INſuper, apocryphorū librorū, & adulterinarum ſcripturarū, quas ipſi confinxerunt, infinitā multitudinem afferunt, vt ſtultos ac væſanos homines, veritatiſq́ue literarum ignaros in ſtuporem trahant. Commentum etiam illud aſſumūt, quòd cùm Dominus puerili ætate eſſet, atque elemēta diſceret, ac ludimagiſter, vt mos eſt, ei dixiſſet, Age, dic Alpha, reſpondit, Alpha. Cumq; rurſus præceptor Beta dicere iuſſiſſet, reſpōdit Dominus, Tu mihi prius expone quid ſit Alpha, tumq́ue quid Beta ſit, ex me audies. Idq; ita interpretantur, quaſi ſolus ipſe id, quod C cognitionem ſuperat, norit, quod quidem in figura ipſius Alpha declarauit. Quin nonnulla quoq; eorū, quæ in Euangelio extant, ad hunc characterem detorquent, velut id quod anno ætatis duodecimo matri reſpondit, Neſcitis quoniam in his quę Patris mei ſunt, oportet me eſſe? Quibus verbis, inquiunt, eum, quem non norant, Patrem eis annunciabat. Atq; hac de cauſa Diſcipulos ad duodecim tribus miſit, vt ignotum ipſis Deum prædicarent. Atque etiam ei qui eum his verbis alloquutus erat, Magiſter bone, eum qui verè bonus erat his verbis ei ingenuè confeſſus eſt: Quid me dicis bonum? Vnus eſt bonus, Pater qui in cælis eſt. Cælos enim hoc loco AEonas appellatos eſſe aiunt. Per id præterea quòd his, qui ex eo ſciſcitabantur, in qua poteſtate hæc faceret, non reſponderit, ſed mutua interrogatione eos perculſerit, per D id inquam quod dicere recuſauit, Patris ineffabilitatem ab eo oſtenſam eſſe interpretantur. Itidemq; in eo quod dixit, Sæpe vnum ex his ſermonibus audire concupiui, nec præſto habui, qui diceret, per vnum, eum qui verè vnus eſt Deus, quē ipſi nō cognouerint, ab eo declaratum eſſe inquiunt. In eo præterea, quòd cùm Hieroſolymis appropinquaſſet, ſuper eam fleuerit, ac dixerit, Si cognouiſſes & tu hodie quę ad pacem, abſcondita ſunt autem à te, abſcondendi vocabulo, quòd abditus abſtruſuſq́; ſit Bythus, planū feciſſe. Et rurſus in his verbis, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: diſcite à me &c. in his inquam verbis Patrem veritatis annunciaſſe. Quod enim ignorabāt, inquiūt, hoc ſe eos edocturum promittebat. At verò pro ſumma huiuſce commenti ſui confirmatione ac velut coronide hæc afferunt: Confiteor tibi Domine cæli & terræ, quo-

ΠΡὸς δὲ τούτοις ἀμύθητον πλῆθος ἀποκρύφων καὶ νόθων γραφῶν ἃς αὐτοὶ ἔπλασαν, παρεισφέρουσιν εἰς κατάπληξιν τῶν ἀνοήτων καὶ τὰ τῆς ἀληθείας μὴ ἐπισταμένων γράμματα. προσπαραλαμβάνουσι δὲ εἰς τοῦτο κἀκεῖνο τὸ ῥᾳδιούργημα, ὡς τοῦ κυρίου * τὰ διὰ τοῦ διδασκάλου αὐτῷ φήσαντος, καθὼς ἔθος ἐστὶν, Εἰπὲ ἄλφα, ἀποκρίνασθαι τὸ ἄλφα. πάλιν τε τὸ βῆτα τοῦ διδασκάλου κελεύσαντος εἰπεῖν, ἀποκρίνασθαι τὸν κύριον, Σύ μοι πρότερον εἰπὲ τί ἐστι τὸ ἄλφα, καὶ τότε σοι ἐρῶ τί ἐστι τὸ βῆτα. καὶ τοῦτο ἐξηγοῦνται, ὡς C αὐτοῦ μόνου τὸ ἄγνωστον ἐπισταμένου, ὃ ἐφανέρωσεν ἐν τῷ τύπῳ τοῦ ἄλφα. ἔνια δὲ καὶ τῶν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κειμένων εἰς τοῦτον τὸν χαρακτῆρα μεθαρμόζουσιν. ὡς τὴν πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ δωδεκαετοῦς ὄντος ἀπόκρισιν, οὐκ οἴδατε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ με εἶναι; ὃν οὐκ ᾔδεισαν (φησὶ) πατέρα κατήγγειλεν αὐτοῖς. καὶ διὰ τοῦτο ἐκπέμψαι τοὺς μαθητὰς εἰς τὰς δώδεκα φυλὰς, κηρύσσοντας τὸν ἄγνωστον αὐτοῖς θεόν, καὶ τῷ εἰπόντι αὐτῷ, Διδάσκαλε ἀγαθὲ τὸν ἀληθῶς ἀγαθὸν θεὸν ὡμολογηκέναι, εἰπόντα, Τί με λέγεις ἀγαθόν; εἷς ἐστιν ἀγαθὸς, ὁ πατὴρ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. οὐρανοὺς δὲ νῦν τοὺς αἰῶνας εἰρῆσθαι λέγουσι. καὶ διὰ τὸ μὴ ἀποκριθῆναι τοῖς εἰποῦσιν αὐτῷ, ἐν ποίᾳ δυνάμει τοῦτο ποιεῖς· ἀλλὰ τῇ ἀντεπερωτήσει ἀπορῆσαι αὐτοὺς, τὸ ἄρρητον τοῦ πατρὸς * ἐν τῷ εἰπεῖν, δεδειD χέναι αὐτὸν ἐξηγοῦνται. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ εἰρηκέναι, πολλάκις ἐπεθύμησα ἀκοῦσαι ἕνα τῶν λόγων τούτων, καὶ οὐκ ἔσχον τὸν ἐροῦντα, ἐμφαντικώτερον φασὶν εἶναι διὰ τοῦ ἑνὸς τὸν ἀληθῶς ἕνα θεὸν, ὃν οὐκ ἐγνώκεισαν. ἔτι ἐν τῷ προσεγγίσαντα αὐτὸν τῇ ἱερουσαλὴμ, δακρῦσαι ἐπ' αὐτὴν, καὶ εἰπεῖν, Εἰ ἔγνως καὶ σὺ σήμερον τὰ πρὸς εἰρήνην, ἐκρύβη * δὲ σοῦ· διὰ τοῦ ἐκρύβη ῥήματος τὸ ἀπόκρυφον τοῦ βυθοῦ δεδηλωκέναι. καὶ πάλιν εἰπόντα, Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, τὸν τῆς ἀληθείας πατέρα καταγγελκέναι. ὃ γὰρ οὐκ ᾔδεισαν, φησὶ, τοῦτο αὐτοῖς * ὑπέσχετο· δίδαξιν δὲ τὴν ἀνωτάτω, καὶ οἱονεὶ κορωνίδα τῆς ὑποθέσεως αὐτῶν φέρουσι ταῦτα. ἐξομολογήσομαί σοι πάτερ κύριε τῶν οὐρανῶν καὶ τῆς γῆς, ὅτι

* παιδὸς ὄντος καὶ τὰ γράμματα μανθάνοντος καὶ τοῦ διδασκάλου.

* ἐν τῷ μὴ εἰπεῖν,

* δὲ ἀπό σου.

* ὑπέσχετο διδάξειν. ἀπόδειξιν δὲ τὴν



A idem ſignificare, in eo quod interrogat Angelum [abſolutiones] parabolarum, quaſi non ſcientem, ſed & Angelum abſcondentem ab eo magnum myſterium Bythi dicere ei,[3] Recurre Daniel. Hi enim ſermones obſtructi ſunt quoaduſque intellectores intelligant, & albi inalbentur: & ſeipſos eſſe albos & intellectores gloriantur.

## [1] *SCRIPTVRAS TAM CANONICAS QVAM apocryphas ad figmentorum ſuorum aſſertionem detorquebant.*

## CAPVT XVII.

SVper hæc autem inenarrabilem[2] multitudinem apocryphorum & perperum ſcripturarum, quas ipſi finxerunt, adferunt ad ſtuporem inſenſatorum, & quæ ſunt veritatis non ſcientiū literas. Aſſumunt autem in hoc & illam falſationem, quaſi Dominus cùm puer eſſet,[3] & diſceret literas, cùm dixiſſet magiſter eius, quemadmodum in conſuetudine eſt, dic A, reſpondit A. Rurſum cùm magiſter iuſſiſſet dicere eum B, reſpondiſſe Dominum, tu prior dic mihi quid eſt A, tunc ego dicam tibi quid eſt B. Et hoc exponunt quaſi ipſe ſolus[4] incognitum] ſcie C rit, quod manifeſtauit in typum A. Quædam autem eorum quæ in Euangelio poſita ſunt in hunc characterem transfigurant. Sicut illud quod ad matrem ſuam, duodecim annorum exiſtens, reſpondit dicens: Non ſcitis quoniam in his quæ Patris mei ſunt oportet me eſſe? Hunc quem non ſciebant, * dicunt, Patrem annunciabat eis: & propter hoc emiſiſſe Diſcipulos in duodecim tribus annuntiantes ignotum eis Deum. Et ei qui dixiſſet illi, Magiſter bone, eum qui verè bonus eſſet Deus confeſſum eſſe reſpondentem, Quid me dicis [bonum?] vnus eſt bonus, Pater in cælis. Cælos autem nunc AEonas [dictos] dicunt. Et propter hoc non reſpondiſſe eis, qui ei dixerunt, In qua virtute hoc facis? ſed è contrario interrogatione ſua conſternaſſe eos: inenarrabile Patris in eo quod non dixerit, oſtendiſſe eum interpretantur.[5] Sed & in eo quod dixerit, Sæpius concupiui audire vnum ex ſermonibus iſtis, & non habui qui diceret mihi, * manifeſtantius dicunt eſſe per hoc vnum eum, qui ſit verè vnus Deus, quem non cognouerint. In eo quod appropinquauit ad Hieruſalem, plorauit ſuper eam, & dixit: Si cognouiſſes & tu, hodie quæ ſunt ad pacem, abſcondita autem ſunt à te, per eum ſermonem qui eſt abſconditus[6] apocryphon Bythi] manifeſtaſſe. Et iterum dicentem, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, diſcite à me, Veritatis Patrem] annunciaſſe. Quod enim neſciebant, inquiunt, hoc eis promiſit ſe] docturum. Oſtenſionem autem ſuperiorū, & D velut finem regulæ ſuæ adferunt hæc, Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ, quo-

Luc. 2. 49.
Luc 9. 1. et 2.
Matt. 19. 17.
Matt. 21. 23.
Luc. 19. 42.
Matt. 11. 28.
Luc. 10. 21.

* dicit,

* manifeſtantis

## SCHOLIA D. BILLII IN Cap. XVII.

PVerili ætate eſſet] *in Græco pro* τὰ διὰ, *legendum cum vet.* παιδὸς ὄντος καὶ τὰ γράμματα μανθάνοντος, καὶ τοῦ δ.

Per id pręterea quòd] *pro* διὰ τὸ, *vet. legit,* διὰ τοῦτο: *ſed malè, vt ſenſus oſtendit.*

Dicere recuſauit] *in Græc. ante* εἰπεῖν, *ponendum* μὴ, *vel* οὐκ.

Abſcondita ſunt à te] *addo* ἀπὸ *in Græc.*

Se eos edocturum] *Corruptus eſt hic locus apud Epiph. ita reſtituendus ex vet. interp.* ὑπέσχετο διδάξειν. ἀπόδειξιν δὲ τὴν ἀνωτάτω, *&c.*

Abſcondiſti hæc] *addo* ταῦτα *in Græc.*

Sic tibi complacuit] *delendum* μοι.

## NOTAE EX ADVERSARIIS
Frontonis Ducæi in CAP. XVII.

APocryphorum & perperum] ἀποκρύφων καὶ νόθων γραφῶν, *melius fortè, apocrypharum et perperarum ſcripturarum.*

Et propter hoc non reſpondiſſe] *Interpres fortaſſe legit* διὰ τὸ; *ſed Helleniſmum exprimere voluit, ſic enim ſolet articulos reddere.*

Per eum ſermonem qui eſt] *nimis incommodè* ῥῆμα *vertit*

A niam abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis: ita Pater mi, quoniam ſic tibi complacuit. Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo, & nemo nouit Patrem niſi Filius, & Filium niſi Pater, & cui Filius reuelauerit. In his enim verbis ab eo id liquidò demonſtratum eſſe aiunt, quod eum veritatis patrem, quem ipſi confinxerunt, nemo ante eius aduentum vnquam cognouerit: idque perinde aſtruere conantur, tanquam creator & opifex omnibus ſemper cognitus fuerit: hæc autem Dominus de cunctis ignoto patre, quem ipſi annunciant, dixerit.

ὅτι ἀπέκρυψας * ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ * ταῦτα ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. ναὶ ὁ πατήρ μου, ὅτι ἀπὸ ἔμπροσθέν σου * εὐδοκία μοι ἐγένετο· πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου. καὶ οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός, καὶ τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατήρ, καὶ ᾧ ἂν ὁ υἱὸς ἀποκαλύψῃ. ἐν τούτοις διαῤῥήδην φασὶ δεδειχέναι αὐτὸν ὡς τὸν ὑπ᾽ αὐτῶν παρεξευρημένον πατέρα ἀληθείας πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ μηδενὸς πώποτε ἐγνωκότος· καὶ κατασκευάζειν θέλουσιν, ὡς τοῦ ποιητοῦ καὶ κτίστου ἀεὶ ὑπὸ πάντων ἐγνωσμένου. καὶ ταῦτα τὸν κύριον εἰρηκέναι περὶ τοῦ ἀγνώστου τοῖς πᾶσι πατρός, ὃν αὐτοὶ καταγγέλλουσι.

*εὐδοκία ἐγένετο

*vertit ſermonem, quod Grammatici verbum: ſic ergo planius erit, per verbum, abſcondita ſunt, apocryphon Bythi manifeſtaſſe. hoc eſt, dum vſus eſt verbo ἐκρύβη, deſignaſſe occultationem ſiue obſcuritatem Bythi.*

B Confiteor tibi Pater] *Cùm id ſuadeat vetus interpres, legendum eſt, vt Lucæ 10. v. 21.* ἐξομολογοῦμαί σοι, *in Græco: tametſi videri poteſt auctor immutare nonnunquam verba ſcripturæ, vt cùm* οὐρανῶν, *pro* οὐρανοῦ *dicit, niſi & hoc vitium librarij eſt. Illud quidem certè in initio capitis ſequentis à librario eſt:* διὰ τὸ ἓν ἕκαστον, *nam* ἕνα ἕκαστον *non putauit rectè iungi poſſe cum* τὸ, *quod diuerſi generis ſit. tu intellige* διὰ τὸ παραδιδόναι ἓν ἕκαστον αὐτῶν αὐτήν. *repoſuimus enim ex Epiph. cod.* παραδιδόναι *pro* διδόναι, *quod erat in edit. Gallaſij.*

## ANNOTATIONES R. P. FR. FEV-ARDENTII IN CAP. XVII.

1. Scripturas] *Hunc nouum titulum appoſuimus, quod magis conuenire nemo non iudicabit: veterem autem in proximi capitis initium, ad quod etiam quatuor poſteriores lineas iſtius reiecimus, vt ſit illius principium.*

2. Multitudinem apocryphorum] Apocryphum *illud eſt B. Auguſtino, cuius occulta origo Patribus non claruit.* κρύπτω *enim, à quo* ἀπόκρυφον, *eſt condo ſiue recondo. Porrò Gnoſticos non tantùm libros, quorum origo ignota erat, ſed & blaſphemias ſpirantes habuiſſe, & ſuperius dictū eſt, et hoc capite plus ſatis liqueſcit; cùm Chri-* Lib. 14. de ciu. cap. 33.

### *QVOT APVD EOS REDEMPTIONIS modi ſint. CAP. XVIII.*

PORRO redemptionis traditionem inuiſibilem ipſis atque incōprehenſibilem eſſe contigit, vt quæ eorum parens ſit, quæ nec comprehendi nec oculis conſpici queūt. Ac proinde, cùm incerta & inſtabilis ſit, fieri non poteſt C vt vno ac ſimplici ſermone à me exponatur: quando quidem vnuſquiſque eorum pro libitu ſuo eam tradit. Quot enim ſunt huius ſententiæ doctores, tot etiam ſunt redemptiones. Et quidem quòd ad baptiſmi illius, per quem ad Deum regeneramur, inficiationem, totiuſque adeo fidei abiectionem, hoc genus à Satana ſuggeſtum ſit, cùm ad eorum dogmata refellenda ventum erit, ſuo loco referemus. Aiunt autem hanc ijs, qui perfectam cognitionem conſecuti ſunt, neceſſariam eſſe, vt in eam virtutē, quæ ſupra anima eminet, regenerentur. Aliter enim fieri non poſſe, vt cuiquā aditus ad Pleroma pateat: quippe cùm ea ſit, quæ vſq; ad intimum Bythi ſinum eos detrudat. Etenim per conſpicui quidem Ieſu baptiſmum peccata remitti: per Chriſti autē, qui in eum deſcenderit, redemptionem, perfectionem cōparari. Illum item animalem, hanc ſpiritualem eſſe ſtatuunt. D Ac baptiſmum quidem à Ioanne ad pœnitentiam annunciatū: redemptionem verò à Ieſu conſequendæ perfectionis cauſa allatam. Eoque ſpectare, id quod ait, Baptiſmo alio habeo baptiſari: & ad eum magnopere feſtino. Quinetiam Zebedæi filijs, cùm mater eorum ab ipſo contenderet, vt eos ſecū in regno, alterum à dextris, alterum à ſiniſtris collocaret, Dominum hanc Redemptionem adiunxiſſe, cùm dixit; Poteſtis baptiſmo eo baptiſari, quo ego baptiſandus ſum? Paulū etiam expreſſo vocabulo eam quę in Chriſto Ieſu eſt redemptionē perſæpe indicaſſe, hancq; eam eſſe, quæ ab ipſis variè diſſentienterq; traditur. Nōnulli enim ipſorum nuptiale cubiculū extruunt, ac myſticū munus cum prophanorū quorundā verborum pronunciatione obeunt ijs quos initiāt, ſpiritualeſq; nuptias id quod agunt appellant, ad ſupernorum coniugio-

Τὴν δὲ τῆς ἀπολυτρώσεως αὐτοῖς παράδοσιν συμβέβηκεν ἀόρατον εἶναι καὶ ἀκατάληπτον, ἅτε τῶν ἀκρατήτων καὶ ἀοράτων μητέρα ὑπάρχουσαν. Καὶ διὰ τοῦτο ἄστατον οὖσαν οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ἑνὶ λόγῳ ἀπαγγεῖλαί ἐστι, διὰ τὸ ἓν ἕκαστον αὐτῶν, καθὼς αὐτοὶ βούλονται, παραδιδόναι αὐτήν. Ὅσοι γάρ εἰσι ταύτης τῆς γνώμης μυσταγωγοί, τοσαῦται καὶ ἀπολυτρώσεις. καὶ ὅτι μὲν εἰς ἐξάρνησιν τοῦ βαπτίσματος τῆς εἰς θεὸν ἀναγεννήσεως, καὶ πάσης τῆς πίστεως ἀπόθεσιν ὑποβέβληται τὸ * εἶδος οὗ ὑπὸ τοῦ σατανᾶ, ἐλέγχοντες αὐτοὺς ἀπαγγελοῦμεν ἐν τῷ προσήκοντι τόπῳ. λέγουσι δὲ αὐτὴν ἀναγκαίαν εἶναι τοῖς τὴν τελείαν γνῶσιν εἰληφόσιν, ἵνα εἰς τὴν ὑπὲρ πάντα δύναμιν ὦσιν ἀναγεγεννημένοι. ἄλλως γὰρ ἀδύνατον ἐντὸς πληρώματος εἰσελθεῖν· ἐπειδὴ αὕτη ἐστὶν ἡ εἰς τὸ * βάθος κατάγουσα αὐτούς. τὸ μὲν γὰρ βάπτισμα τοῦ φαινομένου Ἰησοῦ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, τὴν δὲ ἀπολύτρωσιν τοῦ ἐν αὐτῷ Χριστοῦ κατελθόντος, εἰς τελείωσιν. καὶ τὸ μὲν ψυχικόν, τὴν δέ, πνευματικὴν εἶναι ὑφίστανται. καὶ τὸ μὲν βάπτισμα ὑπὸ Ἰωάννου κατηγγέλθαι εἰς μετάνοιαν, τὴν δὲ ἀπολύτρωσιν ὑπὸ Ἰησοῦ κεκομίσθαι εἰς τελείωσιν· καὶ τοῦτ᾽ εἶναι περὶ οὗ λέγει, καὶ ἄλλο βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πάνυ ἐπείγομαι εἰς αὐτό. ἀλλὰ καὶ τοῖς υἱοῖς Ζεβεδαίου τῆς μητρὸς αὐτῶν αἰτουμένης τὸ καθίσαι αὐτοὺς ἐκ δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν μετ᾽ αὐτοῦ εἰς τὴν βασιλείαν, ταύτην προσθῆναι τὴν ἀπολύτρωσιν τὸν κύριον λέγουσιν, εἰπόντα, δύνασθε τὸ βάπτισμα βαπτισθῆναι, ὃ ἐγὼ μέλλω βαπτίζεσθαι; καὶ τὸν Παῦλον ῥητῶς φάσκουσι τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἀπολύτρωσιν πολλάκις μεμηνυκέναι. καὶ εἶναι ταύτην τὴν ὑπ᾽ αὐτῶν ποικίλως καὶ ἀσυμφώνως παραδιδομένην. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν νυμφῶνα κατασκευάζουσι, καὶ μυσταγωγίαν ἐπιτελοῦσι μετ᾽ ἐπιῤῥήσεών * τινων τοῖς τελουμένοις. καὶ πνευματικὸν γάμον φάσκουσιν εἶναι τὸ ὑπ᾽ αὐτῶν γινόμενον κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ἄνω

*εἶδος τοῦτο ὑπὸ

*βάθος τοῦ βυθοῦ κατ.

*τινων βε-



A niam abſcondiſti [ea] à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita Pater meus, quoniam in conſpectu tuo placitum factum eſt. Omnia mihi tradita ſunt à Patre, & nemo cognouit Patrem niſi Filius; & Filium niſi Pater, & cuicunq; Filius reuelauerit. [In his] enim manifeſtiſſimè (aiunt) oſtendiſſe eum, quod ante aduentum eius nemo manifeſtè cognouerit Patrem veritatis; [7] & aptare] volunt, quod quaſi fabricator & conditor ſemper ab omnibus cognitus ſit, & hæc Dominum dixiſſe [8] de incognito] omnibus Patre, quem ipſi annunciant.

*ſtum ignorantem, & ſub cuiuſdam pedagogi ferula quaſi Alphabetum ediſcentem, ex illis ridiculè fingunt. Tunc enim à Simone, & Cleobio peſtilentes ſub nomine Chriſti, & Apoſtolorum compoſitos libros fuiſſe teſtatur B. Clemens, quos in fraudem ſimplicium Chriſtianorum circumferebant hæretici. Quod etiam ſuperioribus temporibus factitatum aſſerit, videlicet nomine Moſis, Enoc, Adæ, I-* B *ſaiæ, Dauidis, Heliæ, & trium Patriarcharum pernicioſa, & veritati infeſta ſcripta euulgata fuiſſe. Multos quoque Priſcillianorum corruptiſſimos codices, qui canonici titulati erant, ſe inueniſſe ſcribit Leo magnus. Quomodo enim decipere ſimplices poſſent, niſi venenata pocula quodam melle prælinirent, ne vſquequaque ſentirentur inſuauia, quæ eſſent futura mortifera?*

Vide infra lib. 2. ca. 49. Lib. 6. ca. 16. de conſtit. Apoſt.

Epiſt. ad Turibium c. 15.

3. Et diſceret literas] *Hunc veterum Gnoſticorum Chriſto communem ignorantiam noſtrā adſcribentium, æquè impiè ac pertinaciter recentes inſtaurare nituntur, quādo Caluino authore, aiunt eum permulta ignoraſſe: & Gallaſio aſtipulatore, oportuit eum diſcere ac erudiri more hominum. Nos has impietates copiosè refutauimus Dialogo 4. aduerſus eorum errores: infra quoque iterum de his dicetur.*

4. Incognitum] *Ita vet. cod. Græcè etiam* τὸ ἄγνωστον: *expunximus itaq;* cognitum.

5. Sed & in eo] *Sic legendum docuerunt cod. vet. & lectio Græca. Quod verò Chriſtum dixiſſe referunt, cùm in nullo Euangeliorum extet, confinxerant.*

6. Apocryphum Bythi] *Sic legendum, pro,* apocryphum Bythum: *& poſtea,* veritatis Patrem, *pro,* veritatem Patris: *itemque,* promiſit ſe, *pro,* promiſiſſe *docuit cum veteri codice, textus Græcus: ſicut & ſuperius,* oſtendiſſe eum, *pro,* non oſtendiſſe.

7. Et aptare] *Deleuimus* à patre, *autho. vet. cod. & Græcæ lect.*

8. De incognito] *Expunximus* de cognito, *autho. vet. cod. & Græc. lect.*

## *QVOT MODI APVD EOS SVNT REGEnerationis: & quemadmodum imbuunt eos qui ſibi credunt, & quibus ſermonibus vtuntur.*

C

## CAPVT XVIII.

REdemptionis autem ipſorum traditionem euenit inuiſibilem eſſe & [incomprehenſibilem: videlicet cùm ſit] incomprehenſibilium & inuiſibiliū mater, & propter hoc cùm ſit inſtabilis, non ſimpliciter, neque vno ſermone referendum eſt: quoniam vnuſquiſq; illorum quemadmodum ipſi volunt, tradunt eam. [1] Quanti enim ſunt huiuſmodi ſententiæ myſtici Antiſtites, tot ſunt & redemptiones, & [quia] ad negationem Baptiſmatis, eius quæ eſt in Deum [regenerationis] & vniuerſæ fidei [deſtructionem remiſſa] eſt ſpecies hæc à Satana, arguentes eos referemus aptiori loco. Dicunt autem eam neceſſariam eſſe ijs qui perfectam agnitionem acceperunt, vt in eam quæ eſt ſuper omnia virtutem, ſint regenerati. Aliter enim nobis impoſſibile eſſe intra] Pleroma introire, quoniā hæc eſt quæ D in profundum Bythi deducit eos. Et Baptiſma quidem apparentis Ieſu in remiſſionem eſſe peccatorum, redemptionem autem eſſe eius qui in eo deſcenderit Chriſtus ad perfectionem: & illud quidem animale, [2] illam autem ſpiritalem] eſſe repromittunt. [3] Et Baptiſma quidem à Ioanne adnunciatum in pœnitentia, redemptionem autem eius qui in eo eſt Chriſti, poſitam eſſe ad perfectionem: & hoc eſſe de quo dicit. Aliud baptiſma habeo baptizari, & valdè propero ad illud. Sed & filijs Zebedæi, matre ipſorum poſtulante vt ſedere faceret eos à dextris & à ſiniſtris cum eo in regno, hanc adpoſuiſſe redemptionem Dominum dicunt, dicentem: Poteſtis baptiſmo baptizari, quo ego * debeo baptizari? Et Paulum manifeſtè dicunt eam, quæ ſit in Chriſto Ieſu redemptionem ſæpiſſimè oſtendiſſe: & eſſe hanc eam quæ ab ipſis variè & inconſonanter traditur.

Matth. 3. 15. Luc. 12. 50. Matt. 20. 21.

*habeo

[4] Quidam enim ex ipſis ſponſale cubiculum quoddam adaptantes, & quaſi myſticum conficiunt cum quibuſdam profanis dictionibus ijs qui ſacrantur, & ſpiritales nuptias dicunt eſſe, id quod ab ipſis fit ſecundùm ſimilitudinem ſupernarum coniu-

rum ſimilitudinē. Alij ad aquam eos ducunt, atq; inter baptiſandum his verbis vtūtur: In nomine ignoti Patris vniuerſorum, in veritate matre omnium, in eo qui in Ieſum deſcendit, in vnione & redemptione & communione virtutū. Alij rurſus Hebraica quædam vocabula, quo magis eos, quos initiant, in ſtuporem trahāt, ad hunc modum effantur: Baſema, Chamaſsi, Baænaora, Myſtadia, Ruada, Cuſia, Babephor, Calathi. Quorum verborum hæc eſt interpretatio: Id quod virtutem omnem exuperat, inuoco, quod lux, & Spiritus bonus, & vita nominatur: quia in corpore regnaſti. Sunt rurſus qui redemptionē his verbis efferant: Nomen quod abſconditum eſt ab omni deitate & dominatione & veritate, quod induit Ieſus Nazarenus in vitis luminis Chriſti Domini viuentis per Spiritum ſanctum in redemptionem angelicam: nomen reſtitutionis in integrum, Meſsia Vphareg, Namamſæman, Chaldæam, Moſomedæa, Acphranæ, Pſana, Ieſu Nazaria. Quorū itē verborum huiuſmodi eſt interpretatio: Nō diuido ſpiritum, nec cor, nec ſupercęleſtē virtutē, quę miſericordia prędita eſt: Vtinam fruar nomine tuo Saluator veritatis. Atque hæc quidem profantur qui initiant: qui autē initiatus eſt, reſpondet: Confirmatus & redemptus ſum, ac redimo animam meam ab hoc ſęculo, & omnium quæ ab eo ſunt, in nomine Iao, qui redemit animam ſuam in redemptionem in Chriſto viuente. Ac poſtea ij qui adſunt his verbis vtuntur: Pax omnibus ſuper quos hoc nomen requieſcit. Tum autem eum qui initiatus eſt, opobalſamo inungunt. Hoc enim vnguentū fragrantiæ illius, quæ omnia exuperat, typū eſſe aiunt. Sunt etiā ex ipſis qui eos quidē ad aquā adducere ſuperuacaneum eſſe dicāt, oleo autem & aqua vnà permixtis, cum vocibus quibuſdā ijs, quæ anteà nobis cōmemoratæ ſunt, haud diſsimilibus, in eorum quos initiant, caput inijciunt: idq; redemptionem eſſe volunt. Atq; ipſi quoq; balſamum adhibent. Alij verò hæc omnia improbantes ac repudiātes, ineffabilis & inuiſibilis virtutis myſteriū per creaturas in aſpectū cadētes, interituiq; obnoxias, & eorum quæ in cogitationem nō cadunt, corporiſq; expertia ſunt, per ea quæ ſenſilia & corporea ſunt, peragendū eſſe negant: perfectamq; redemptionem in ineffabilis magnitudinis agnitione poſitā eſſe cenſent. Nam cùm & defectus & paſsio ex ignoratione profluxerint, quicquid ex ignoratione coagmentatum fuerit, per cognitionem deleri, ac proinde nihil aliud eſſe cognitionem, quàm interni hominis redemptionem. Nec verò corporalem hanc eſſe, cùm corpus interitui ſit obnoxium, nec animalem, cùm anima ex defectu orta ſit, ſitque tanquā ſpiritus domicilium. Quocirca ſpiritualem eſſe redemptionem oportere. Per cognitionem enim internum ac ſpiritualem hominem redimi aiunt, ſeq; rerum vniuerſarum cognitionē adeptos, nihil præterea requirere: atq; hanc verā redemptionem eſſe.

Sunt alij, qui iam iamque ex hac vita exceſſuros redimant, oleum aquæ immixtum in eorum capita inijcientes, vnà cum ijs inuocationibus, quas ſuperius commemorauimus. Quod quidē eò faciunt, vt à ſuperioribus principatibus & poteſtatibus apprehendi & teneri nequeant, atque vt internus eorum homo inuiſibili modo vlterius aſcendat: Perinde nimirum ac corpora eorum inter res conditas relinquantur. Iubent autem eos, cùm ad principatus ac poteſtates venerint, his verbis vti: Ego filius à Patre, Patre inquam præexiſtente, filius autem in eo qui præexiſtit. Veni vt tam mea, quàm alie-

A ἄνω συζυγιῶν. οἱ δὲ ἄγουσιν ἐφ' ὕδωρ, καὶ βαπτίζοντες οὕτως ἐπιλέγουσιν, Εἰς ὄνομα ἀγνώστου πατρὸς τῶν ὅλων, εἰς ἀλήθειαν μητέρα πάντων, εἰς τὸν κατελθόντα εἰς Ἰησοῦν, εἰς ἕνωσιν καὶ ἀπολύτρωσιν καὶ κοινωνίαν τῶν δυνάμεων. ἄλλοι δὲ ἑβραϊκά τινα ὀνόματα ἐπιλέγουσι, πρὸς τὸ μᾶλλον καταπλήξασθαι τοὺς τελειουμένους οὕτως, Βασεμὰ, Χαμοσσὴ, βαιανορὰ, μισταδία ῥουαδὰ, κουστὰ, βαβοφὸρ, καλαχθεῖ. τούτων δὲ ἡ ἑρμηνεία ἐστὶ τοιαύτη, Ὑπὲρ πᾶσαν δύναμιν τοῦ πατρὸς ἐπικαλοῦμαι φῶς ὀνομαζόμενον, καὶ πνεῦμα ἀγαθὸν, καὶ ζωὴ, ὅτι ἐν σώματι ἐβασίλευσας. ἄλλοι δὲ πάλιν τὴν λύτρωσιν ἐπιλέγουσιν οὕτως, Τὸ ὄνομα τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ πάσης θεότητος καὶ κυριότητος καὶ ἀληθείας, ὃ ἐνεδύσατο Ἰησοῦς ὁ ναζαρηνὸς ἐν ταῖς ζώαις τοῦ φωτὸς τοῦ χριστοῦ ζῶντος διὰ πνεύματος ἁγίου εἰς λύτρωσιν ἀγγελικὴν, ὄνομα τὸ τῆς ἀποκαταστάσεως μεσσία, οὐφαρὲγ, ναμεμψαιμὰν, χαλδαίαν, μοσομηδαέα, ἀκφρανὰι, ψαουα Ἰησοῦ ναζαρία. καὶ τούτων δὲ ἡ ἑρμηνεία ἐστὶ τοιαύτη, Οὐ διαιρῶ τὸ πνεῦμα, τὴν καρδίαν, καὶ τὴν ὑπερουράνιον δύναμιν, τὴν οἰκτίρμονα. ὀναίμην τοῦ ὀνόματός σου σωτὴρ ἀληθείας. καὶ ταῦτα μὲν ἐπιλέγουσιν οἱ αὐτοὶ τελοῦντες· ὁ δὲ τετελεσμένος ἀποκρίνεται, Ἐστήριγμαι, καὶ λελύτρωμαι, καὶ λυτροῦμαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ πάντων τῶν παρ' αὐτοῦ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰαὼ, ὃς ἐλυτρώσατο τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς ἀπολύτρωσιν ἐν τῷ χριστῷ τῷ ζῶντι. εἶτ' ἐπιλέγουσιν οἱ παρόντες, Εἰρήνη πᾶσιν ἐφ' οὓς τὸ ὄνομα τοῦτο ἐπαναπαύεται. ἔπειτα μυρίζουσι τὸν τελεσμένον τῷ ὀπῷ τῷ ἀπὸ βαλσάμου. τὸ γὰρ μύρον τοῦτο τύπον τῆς ὑπὲρ τὰ ὅλα εὐωδίας εἶναι λέγουσιν. ἔνιοι δὲ αὐτῶν τὸ μὲν ἄγειν ἐπὶ τὸ ὕδωρ περισσὸν εἶναι φάσκουσι, μίξαντες δὲ ἔλαιον καὶ ὕδωρ ἐπὶ τὸ αὐτὸ

C μετ' ἐπιῤῥήσεων ὁμοιοτρόπων, αἷς προειρήκαμεν, ἐπιβάλλουσι τῇ κεφαλῇ τῶν τελουμένων, καὶ τοῦτ' εἶναι τὴν ἀπολύτρωσιν θέλουσι· μυρίζουσι δὲ καὶ αὐτοὶ τῷ βαλσάμῳ. ἄλλοι δὲ ταῦτα πάντα παραιτησάμενοι, φάσκουσι μὴ δεῖν τὸ τῆς ἀῤῥήτου καὶ ἀοράτου δυνάμεως μυστήριον δι' ὁρατῶν φθαρτῶν ἐπιτελεῖσθαι κτισμάτων, καὶ τῶν ἀνεννοήτων καὶ ἀσωμάτων δι' αἰσθητῶν καὶ σωματικῶν. εἶναι δὲ τὴν τελείαν ἀπολύτρωσιν, αὐτὴν τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ ἀῤῥήτου μεγέθους. ὑπ' ἀγνοίας γὰρ ὑστερήματος καὶ πάθους γεγονότων, διὰ γνώσεως καταλύεσθαι πᾶσαν τὴν ἐκ τῆς ἀγνοίας σύστασιν. ὥστε εἶναι τὴν γνῶσιν, ἀπολύτρωσιν τοῦ ἔνδον ἀνθρώπου, καὶ μήτε σωματικὴν ὑπάρχειν αὐτήν. φθαρτὸν γὰρ τὸ σῶμα, μήτε ψυχικὴν, ἐπεὶ καὶ ἡ ψυχὴ ἐξ ὑστερήματος, καὶ ἔστι τοῦ πατρὸς ὥσπερ οἰκητήριον· πνευματικὴν οὖν δεῖ καὶ τὴν λύτρωσιν ὑπάρχειν. λυτροῦσθαι

D γὰρ διὰ γνώσεως τὸν ἔσω ἄνθρωπον τὸν πνευματικὸν, καὶ ἀρκεῖσθαι αὐτοὺς τῇ τῶν ὅλων ἐπιγνώσει, καὶ ταύτην εἶναι λύτρωσιν ἀληθῆ.

Ποτὲ γάρ τινες ἐξ αὐτῶν ἔλαιον ὕδατι μίξαντες ἐπιβάλλουσι τῇ κεφαλῇ τοῦ ἐξελθόντος· οἱ δὲ μύρον τὸ λεγόμενον ὀποβάλσαμον καὶ ὕδωρ, τὴν μὲν τοι ἐπίκλησιν κοινὴν ἔχοντες, ἵνα δῆθεν οἱ λαμβάνοντες ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ ταύτας τὰς ἐπικλήσεις ἀκράτητοι γένωνται, καὶ ἀόρατοι ταῖς ἄνω ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις, εἰς τὸ ὑπερβῆναι ἀοράτως τὸν ἔσω αὐτῶν ἄνθρωπον ὡς τῶν σωμάτων τούτων ἐν τῇ κτίσει καταλιμπανομένων. τῆς δὲ ψυχῆς αὐτῶν περισταμένης τῷ δημιουργῷ ἄνω τῷ ἐν ὑστερήματι γεγονότι, ὥστε καὶ ἐκεῖσε κοσμένειν παρ' αὐτῷ. ἐγκελεύονται δὲ τοῖς οὕτω παρ' αὐτοῖς ἐμπεπαγμένοις, ὅτι φησὶν, ἐὰν ἔλθῃ ἐπὶ τὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, ἔχε ἐν μνήμῃ τάδε εἰπεῖν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν τελευτήν. Ἐγὼ υἱὸς ἀπὸ πατρὸς, πατρὸς προόντος, υἱὸς δὲ ἐν τῷ * παρόντι, ἦλθον πάντα ἰδεῖν τὰ * προόντι ἀλλότρια

*Epiphan. heref. 36.*



A coniugationum. Alij autem adducunt ad aquam, & baptizantes ita dicunt: [5] In nomine ignoti Patris omnium, in Veritate matre] omnium, & in nomine deſcendentis in Ieſu ad vnitionem & redemptionem & communionem virtutum. Alij autem & Hebraica nomina ſuperfantur, vt ſtupori ſint, vel perterreant eos qui ſacrantur, ſic: [6] Baſyma eacabaſa eanaa, irrauriſta dyarbada caëotaba fobor camelanthi.

*Euſebius lib. 4. hiſt. cap. 10. hæc citat.*

Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν νυμφῶνα κατασκευάζουσι, καὶ μυσταγωγίαν ἐπιτελοῦσι μετ' ἐπιῤῥήσεων τινῶν τοῖς τελουμένοις. καὶ πνευματικὸν γάμον φάσκουσιν εἶναι τὸ ὑπ' αὐτῶν γινόμενον, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ἄνω συζυγιῶν. οἱ δὲ, ἄγουσιν εἰς ὕδωρ, καὶ βαπτίζοντες, οὕτως ἐπιλέγουσιν. εἰς ὄνομα ἀγνώστου πατρὸς τῶν ὅλων, εἰς ἀλήθειαν μητέρα τῶν πάντων, εἰς τὸν κατελθόντα εἰς τὸν Ἰησοῦν. ἄλλοι

B δὲ ἑβραϊκὰ ὀνόματα ἐπιλέγουσι πρὸς τὸ μᾶλλον καταπλήξασθαι τοὺς τελουμένους.

*Interprete Ioanne Chriſtophorſono.*

Nonnulli ex his genialem thalamum apparant, & inuocationibus quibuſdam nefandis abdita myſteria in eos exequuntur, quos ad ſuum errorem admittunt: & illud quod ab illis fit, ſpiritales eſſe nuptias ad ſimilitudinem connubiorum, quæ in cælis contrahuntur, prædicant. Alij autem eos deducunt ad aquas, & inter baptizandum ita fari ſolent. In nomine ignoti rerum vniuerſarum Parentis. & Veritatis omnium procreatricis, & illius qui è cælo in Ieſum delapſus eſt. Alij verò nomina proferunt Hebraica, quo initiatos maiore admiratione afficiant.

Horum autem interpretatio eſt talis: Hoc quod eſt ſuper omnem virtutem[ Patris] inuoco, quod vocatur lumen, & ſpiritus, & vita, quoniam in corpore [7] regnaſti.]

Alij autem rurſus redemptionem profantur ſic: Nomen quod abſconditum eſt ab vniuerſa deitate, & dominatione, & veritate, quod induit Ieſus Nazarenus in zonis luminis, Chriſtus Dominus viuentis per Spiritum ſanctum in redemptionem angelicā. Nomen quod eſt reſtaurationis, meſſiau farmagno in ſeenchaldia moſomeda eaacha faronepſcha Ieſu Nazarene. Et horum interpretatio eſt talis: Chriſti non diuido ſpiritum, cor & ſupercæleſtem virtutem miſericordem, fruar nomine tuo Saluator veritatis. Et hæc quidem profantur ipſi qui ſacrant. Qui autem ſacratur [reſpondet:] Confirmatus ſum, & redemptus ſum, & redimo animam meam ab AEone hoc, & omnibus quæ ſunt ab eo in nomine Iao, qui redemit animam eius in redemptionem in Chriſto viuente. Dehinc ſuperfantur qui aſtāt: Pax omnibus in quibus hoc nomen requieſcit. [8] Poſt deinde vngunt ſacratum opobalſamo. Vnguentum enim hoc typum eſſe dicunt

C eius ſuauitatis, quæ ſit ſuper vniuerſa.

[9] Quidam autem eorum adducere quidem ad aquam ſuperuacuum eſſe dicunt, admiſcentes autem oleum & aquam in vnum, cum quibuſdam prophanis dictionibus, ſimilibus quæ ſupra prædiximus, mittunt ſuper eorum caput qui ſacrantur: & hoc eſſe redemptionem volunt: vngunt autem & ipſi opobalſamo. [10] Alij autem hæc omnia recuſantes, dicunt non oportere inenarrabilis & inuiſibilis virtutis myſterium, per viſibiles & corruptibiles perfici creaturas: & ea quæ mente concipi non poſſunt, & incorporalia, & inſenſibilia, per ſenſibilia & corporalia. Eſſe autem perfectam redemptionē, ipſam agnitionem inenarrabilis magnitudinis: ea enim quæ ſunt de ignorantia Labis & paſſione facta, per agnitionem diſſolui vniuerſam ignorantiæ ſtatum, vti ſit agnitio interioris hominis: & neque corporalem eſſe eam, corruptibile enim eſt corpus: neque animalem, quoniam anima de Labe eſt ſpiritus velut habitaculum: ſpiritalem ergo oportere & redemptionem eſſe. Redimi enim per agnitionem interiorem hominem ſpiritualem, & ſufficere eis vniuerſorum agnitionem: & hanc eſſe redemptionem veram. [11] Alij ſunt qui mortuos redimunt ad finem defunctionis, mittentes eorum capitibus oleum & aquam, ſiue prædictum vnguētum cum aqua, & cum ſupradictis inuoca-

D tionibus, vt incōprehenſibiles & inuiſibiles principibus & poteſtatibus fiant, & vt [12] ſuperaſcendat ſuper inuiſibilia interior ipſorum homo, quaſi corpus quidem ] ipſorū in creatura mundi relinquatur, anima verò proijciatur Demiurgo: & præcipiunt eis veniētibus ad poteſtates hæc dicere, poſteaquam mortui fuerint. Ego filius à Patre, Patre] qui antè fuit, filius autem in eo qui antè fuit. Veni autem videre omnia quę ſunt mea &

## SCHOLIA D. BILLII IN Cap. XVIII.

AD fidei abiectionem] *Græc.* ἀπόθεσιν. *in Græc. pro* εἶδος τοῦ, *legendum* εἶδος τοῦτο.

Intimum Bythi ſinū] *addo in Græc.* τοῦ βύθου *ex vet.*

Prophanorum quorundam ] *addo* βεβήλων *ex vet.*

In eo qui in Ieſum deſcendit] εἰς τὸν κατελθόντα εἰς Ἰησοῦν. *Vetus editio, in nomine deſcendentis Ieſu. In codice tamen manuſcripto, ex quo infinita loca correcta ſunt, non Ieſu, ſed Spiritus legitur. Quæ quidem lectio eundem ſenſum habet cum codice Græco.*

Filius autem in eo qui præexiſtit ] *Græcus Epiphanij codex habet* ἐν τῷ παρόντι. *id eſt in præſenti. Sed apparet veterem interpretem legiſſe* προόντι. *Vertit enim qui ante fuit.*

na cernerem: quanquam non etiam prorſus aliena, A ſed Achamoth, quæ fœmina eſt, atque hæc in vſum ſuum effecit. Genus autem duco à præexiſtente: ac rurſus ad mea me confero, vnde veni. Atq; hac oratione habita, eũ Poteſtates effugere aiunt: ac deinde ad Demiurgum proficiſci, eumque his verbis conuenire. Vas ſum præſtantius quàm fœmina ea, quæ vas procreauit. Si mater veſtra radicem ſuam ignorat, ego meipſum noui, ac exploratum habeo vnde venerim: atque incorruptibilis ſapientiæ opem imploro, quæ eſt in patre, materque veſtræ parentis, quæ patris eſt expers, ac ne coniugẽ quidem maſculum habet, verùm fœmina ex fœmina orta vos effecit, matrem etiam ſuam ignorans, ſeque ſolam eſſe exiſtimans. Ego verò ipſius matrem imploro atque obteſtor. Hoc autẽ cùm Demiurgus audierit, magnopere perturbari, radicemque ſuam & matris genus incuſare Ipſum autem ad ſua proficiſci, proie- B cto ſuo vinculo & angelo, hoc eſt anima.

*Et de redemptione quidem hæc ſunt, quæ ad nos deuenerunt. Cumq; vnuſquiſq; ipſorum alia ab alio ſancit prout vult; & cùm vſq; in hunc diem gignantur apud ipſos & adnaſcantur, qui quotidie inueniunt quid noui, quod dicant, & illectos ſeducant, difficilè eſt omnia ipſorum ſtudia inquirere aut proferre.*

Veni vt] ἦλθον. *In Græco autem codice aliquantò pòſt, pro* ἐκ τῶν, *legendum* τόν.

Quæ patris expers] *Senſus hoc loco perſpicuè poſtulat, vt cum veteri interp. legamus,* πατέρα, *non, vt corruptè apud Epiphanium;* μητέρα.

Hoc autem] τοῦτο *legendum in Græc. cum vet.*

FINIS SCHOLIORVM D. BILLII.

## NOTAE EX ADVERSARIIS

Frontonis Ducæi in CAP. XVIII.

Redemptionem autem] *Interpres legiſſe videtur,* τὴν δὲ ἀπολύτρωσιν τοῦ ἐν αὐτῷ χριστοῦ κεκομίσθαι, *non vt habet Epiphanij Codex, qui tamen ſequendus eſt: non enim in Ioanne, ſed in Ieſu Chriſtum eſſe blaterabant Gnoſtici, neq; hic Chriſtum à Ieſu, vt ante, ſed Ioannem à Ieſu diſtinguit, ſic ergo corrigere potes,* redemptionem autem Ieſu poſitam eſſe ad perfectionem, *tametſi hoc eſt* κεῖσθαι, *non vt Græcus,* κεκομίσθαι, allatam eſſe.

Cum quibuſdam prophanis] *Apud Euſebium lib. 4. c. 10. hiſt. legitur* μετ' ἐπικλήσεών τινων τοῖς τελουμένοις, *&* εἰς ὕδωρ, *&* μητέρα τῶν πάντων, *&* εἰς τὸν ἰησοῦν, *&* καταπλήξασθαι τοὺς τελουμένους, *cætera vt apud Epiphanium. In vtroque ergo Græco libro omittitur vox* βεβήλων, *quam tamen exprimit Irenæi interpres, & Rufinus, dum vertit:* Etenim quidam eorum thalamum conſtruunt, & nefarium quoddam initiandi celebrant genus, tanquam ſecretis quibuſdam carminibus ac verbis, non tam ſacris quàm execrabilibus eum, qui introducitur conſecrantes. *Chriſtophorſonus etiam:* Et inuocationibus quibuſdam nefandis abdita myſteria in eos exequuntur. *Poteſt tamen hoc interpres noſter addidiſſe de ſuo, vt poſtea:* cum quibuſdam prophanis dictionibus ſimilibus. *Græcè tantùm eſt,* μετ' ἐπιρρήσεων ὁμοιοτρόπων. *Vbi vox,* prophanis, *omiſſa eſt à Billio.*

In nomine ignoti] *Licet Græcè legatur,* εἰς ὄνομα ἀγνώστου, *rectius tamen vetus interpres & Billius:* In nomine ignoti: *quàm Cornar. & Gallaſ.* In nomen ignoti: *nam & ita Rufinus verterat,* In nomine ignoti patris omniũ, & in veritate omnium matre, & in eo, qui deſcendit in Ieſu, & ad exemplum videtur hoc redditum ſacrorũ

A ἀλλότρια καὶ τὰ ἴδια. καὶ οὐκ ἀλλότρια δὲ παντελῶς, ἀλλὰ τῆς ἀχαμώθ, ἥτις ἐστὶ θήλεια, καὶ ταῦτα ἑαυτῇ ἐποίησε. κατάγω δὲ τὸ γένος ἐκ τοῦ προόντος, καὶ πορεύομαι πάλιν εἰς τὰ ἴδια ὅθεν ἐλήλυθα. καὶ ταῦτα εἰπόντα διαφεύγειν τὰς ἐξουσίας, ἔρχεσθαι δὲ ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν δημιουργὸν ἄνω περὶ τὴν πρώτην ὀγδοάδα, καὶ λέγειν * ἐκ τοῦ τοῦ βίου ἐξελθόντα τοῖς περὶ τὸν δημιουργόν, Σκεῦός εἰμι ἔντιμον μᾶλλον παρὰ τὴν θήλειαν τὴν ποιήσασαν ὑμᾶς, εἰ ἡ μήτηρ ὑμῶν ἀγνοεῖ τὴν ἑαυτῆς ῥίζαν, ἐγὼ οἶδα ἐμαυτόν, καὶ γινώσκω ὅθεν εἰμί, καὶ ἐπικαλοῦμαι τὴν ἄφθαρτον σοφίαν, ἥτις ἐστὶν ἐν τῷ πατρί, μήτηρ δὲ τῆς μητρὸς ὑμῶν, τῆς μὴ ἐχούσης * μητέρα, ἀλλ' οὔτε σύζυγον ἄῤῥενα, θήλεια δὲ ὑπὸ θηλείας γενομένη ἐποίησεν ὑμᾶς, ἀγνοοῦσα καὶ τὴν μητέρα αὐτῆς, καὶ δοκοῦσα ἑαυτὴν εἶναι μόνην, ἐγὼ δὲ ἐπικαλοῦμαι αὐτῆς τὴν μητέρα. τούτους δὲ τοὺς περὶ τὸν δημιουργὸν ἀκούσαντας σφόδρα ταραχθῆναι, καὶ καταγνῶναι αὐτῶν B τῆς ῥίζης καὶ τοῦ γένους τῆς μητρός. αὐτὸν δὲ πορευθῆναι εἰς τὰ ἴδια ῥίψαντα τὸν δεσμὸν αὐτοῦ καὶ τὸν ἄγγελον, τοῦτ' ἔστι τὴν ψυχήν. [καὶ περὶ μὲν τῆς ἀπολυτρώσεως ταῦτα ἐστὶν ὅσα εἰς ἡμᾶς * συνελήλυθαμεν. ὡς ἕκαστος αὐτῶν ἕτερα παρὰ τὸν ἕτερον νομοθετεῖ ὡς βούλεται, καὶ τῶν ἔτι εἰς δεῦρο γεννωμένων παρ' αὐτοῖς καὶ ἐπιφυομένων οἳ καθ' ἡμέραν εὑρίσκουσι τι καινὸν εἰπεῖν καὶ φαντάσαι τοὺς ἐπαγομένους, χαλεπόν ἐστι πάντα τούτων ζητῆσαι ἐξειπεῖν.]

* τὸν τοῦ

* πατέρα

* συνελήλυθεν

veræ noſtræ initiationis verborum. *Matt. 28. 19.* εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρός. *vulgata:* In nomine Patris, *quomodo & Cyprian. Epiſt. 23. & alij Latini Patres: tametſi Tertull. quoq; de Baptiſmo 13 dixerit,* Tinguẽtes eas in nomen Patris.

In nomine deſcendentis in Ieſu] *mirum quàm indiligentes hîc fuerint Cornarius & Gal-* C *laſius, qui vertunt,* in eum qui deſcendit Ieſũ, & in Ieſum, qui deſcendit.

Et ſpiritus & vita] *Gr.* πνεῦμα ἀγαθὸν καὶ ζωή: Spiritus bonus & vita, *fortè* ἅγιον, *vt poſteà,* Per Spiritum ſanctũ in redemptionem angelicam.

In Zonis luminis] *Gr.* ἐν ταῖς ζωαῖς τοῦ φωτός: in vitis luminis, *& ita Billius; noſter legit,* ἐν ταῖς ζώναις τοῦ φωτός· *nihil muto hîc, ſed addendũ moneo,* τοῦ χριστοῦ *Græco paulò poſt ex veteri, qui habet,* Chriſti non diuido ſpiritum: *nam & hoc indicant illa veſtigia Hebraicarum dictionum* μεσσία ου φαρεγ. Et incorporalia & inſenſibilia] *Addendum Græco vocabulum vnũ ex veteri,* καὶ ἀσωμάτων καὶ ἀναισθήτων, *niſi hoc fortaſſe ab interprete eſt, non ab auctore.*

D Alij ſunt qui mortuos] *Hæc quoniam Latinitate donarat etiam doctiſſ. Billius, & apud Epiphanium Græc. reperiebantur, ex eius libro deſcripſimus, quum non eſſent in editione Gallaſij: tametſi aduertendũ eſt, hæc non citari ab Epiph. planè vt erant apud Irenæum, ne quis miretur verbis ſingulis Græcis Latina non reſpondere.*

Ipſos abeuntes in ſua] *Nõ aſſentior doctiſſ. Billio, cenſenti hæc mendosè in plurali legi: ſic enim initio dixit;* Et precipiunt eis venientibus ad poteſtates, *&,* venire quoque eos. *Epiphanius verò iam inde ab initio dixit;* ἐγκελεύονται δὲ ἐὰν ἔλθῃ ἐπὶ τὰς ἀρχάς, *iubent cùm venerit ad principatus: ſic autem multis hæc præcepta ſunt, ab illis myſtis Gnoſticis, vt quid quiſque dicere deberet ſit expreſſum. neq; profert verba ipſa Irenæi Epiphanius, vt monuimus; ſed ab illo iſta mutuatus ſua pro arbitrio interſerit, vel immutat.*

Anima



A aliena, non autem aliena in totum, ſed ſunt Achamoth, quæ eſt fœmina, & hæc ſibi fecit: deduco ]enim genus ex eo qui ante fuit, & eo rurſus in mea vnde veni: & hæc dicentem euadere & effugere poteſtates dicunt. Venire quoque ad eos qui ſunt circa Demiurgum, & dicere eis. Vas ego ſum precioſum, magis quàm fœmina quæ effecit] vos. Si mater veſtra ignorat radicem ſuam, ego autem noui meipſum, & ſcio vnde ſim, & inuoco incorruptibilem Sophiam, quæ eſt in Patre. Mater autem eſt matris veſtræ, quę non habet patrem, neq; coniugem maſculum, fœmina autem à fęmina[ nata] effecit vos, ignorans & matrem ſuam, & putans ſeipſam eſſe ſolam, ego autem inuoco eius matrem. Hęc autem eos qui circa Demiurgum ſunt audientes, valdè conturbari, & reprehendere ſuã radicem, & genus matris, ipſum[ autem abire] in ſua, proijciens nodum ] ipſorum, id eſt animam. Et de redemptione quidem ipſorum, hæc ſunt quæ quidem in nos venerunt. Cùm autem diſcrepant adinuicem & doctrina, & traditione, & qui recentiores eorum agnoſcuntur, affectãt per ſingulos dies nouum aliquid adinuenire, & fructificare quod nunquam quiſquam excogitauit, durum eſt omnium deſcribere ſententias.

B Anima verò eorũ proijciatur] *Hæc omiſſa ſunt in interpretat. Billij, etſi apud Epiphanium Græcè reperiũtur, quæ ita Cornarius:* Anima verò ipſorum Opifici adſtet supernè in defectu conſtituto, vt & illic maneant apud ipſum. *ſic apud Tertull. ex eiſdem fabulis Valentin. cap. 32.* eaſq; Demiurgo ſuo reddent. *de his ipſis nænijs plura Theodoretus lib. 1. hæretic. fab. vbi de Aſcodrytis, hær. 15.*

FINIS NOTARVM D. FRONTONIS Ducæi.

## ANNOTATIONES R. P. FR. FEV-ARDENTII IN CAP. XVIII.

1. Quanti enim] *Diſſidia feralia etiam de præcipuis doctrinæ ſuæ capitibus, inter hæreticorum anteſignanos e-* C *merſiſſe, & hic rurſus commemorat: vt ſpiritui vertiginis, qui etiam ſecum ipſe pugnat, eorum opiniones accepto ferendas eſſe nullus neſciat.* Iſta inconſtantia, *ait Hilar.* (Li 7. de Trin.) oſtendunt omnia incerta, & vana eſſe apud ſe. Quomodo enim ſalutis cupidi, *ſcribit in ſimili argumento Iuſtinus,* poſſent tuto religione vera illis credere, inter quos parum conuenit, diſſidẽtes in ſuis opinionibus? (Orat. ad Græcos.) *Tantis autem diſſenſionibus funeſtiſſimum ouili Chriſti exitium, & fidei Chriſtianæ propudioſam abnegationem moliri calidiſſimum Satanam, nec ipſe Irenæus diſſimulat. Cæterùm, quod ad lectionem attinet, obſcurus eſt huius primæ clauſulæ ſenſus, partim interpretis nimia religione, partim malorum codicum vitio. Ergo vt facilior euadat, puta* Quanti *pro* Quot *poni, quod non auſi ſumus immutare, quia id agnoſcit vet. cod. Deinde ſecunda linea* Quia *nihil aliud quàm* Quod *ſignificat. Præterea* Deſtructionem, *quod habet vet. pro* D Rectitutionem, *atq; adeò* Reſtitutionẽ, *quæ fuerat Eraſmi cõiectura, repoſuimus. Rurſus* Repromiſſionẽ, *neſcio qua via in hunc locum irrepſerit, ſed ſenſum turbare manifeſtũ eſt, eã igitur expunximus cõtra veteris libri authoritatẽ. Deniq; pro* Inremiſſe, *quanquam* Remiſſa *habeat vet. cum Græc.* ὑποβέβληται *non reſpondeat,* Immiſſa *potius legendum cenſuerim; aut ſi malis,* ſubmiſſa.

2. Illam aũt ſpiritalem] *Sic legendum docet cum vet. co. Græca lectio: deleuimus autem,* illa autem ſpiritalia.

3. Et Baptiſma quidem à Ioanne] *Et ſi plurimis teterrimiſq; hi veteres Gnoſtici ſcaterent hæreſibus, nihilominus hac in re Catholicam ſententiam retinebãt, quòd non Baptiſmate Ioannis cõferretur remiſſio peccatorum, ſed ſolo Baptiſmo Domini noſtri Ieſu Chriſti. Illis ergo longè deteriores ſunt recentes Hugnoſtici, qui vt omnem gratiæ conferendæ virtutem per Chriſtum inſtituto Baptiſmati nefariè detrahant, illud ipſum Præcurſoris ſui lauacro æquare non verentur.*

4. Quidam ex ipſis ſponſale cubiculum] *Quia hæc ad verbum tranſcripſit Euſebius, verba eius ex recenti eaque emendatiſſima tranſlatione ſuperius addidimus. Obſerua autem ſacrilegos iſtorum auſus, quibus ſacrum Baptiſma prophanabant: ob eamq; rem pleroſq; antiquorum illud meritò damnaſſe.* (Lib. 4. hiſt. cap. 10.)

5. In nomine ignoti Patris] *Lectionem hanc omnium veterum editionum, data opera noluimus immutare, attamen Euſebij, Epiphanij & Theodoreti Græca lectio; & ea, quæ habentur ſuperius cap. 12. & initio huius cap. ſic legendum indicant:* In nomen ignoti Patris omnium, In veritatem matrem omnium, & in deſcendentem in Ieſum, ad vnitionem, & redẽptionem, & communicationem virtutum. *Omnium autem ad textum Irenæi accommodatius ſic legitur apud Nicetam Choniatem:* In nomine ignoti Patris omnium, & Veritatis matris omniũ, & eius qui deſcendit in Ieſu, ad coniunctionẽ, & redẽptionem, & communicationem virtutum, &c. *Tria verò hic apponunt, Primum,* Patrem, *quem putant omnibus retroactis ſæculis ignotum, aliumq; à mundi opifice. Secundum,* Alethiam, *Id eſt, veritatem illam matrem omnium, cuius idolum vigintiquatuor literarum figuris fictum recenſuit cap. 10. Tertium,* Chriſtum *initiò aliũ à Ieſu, quem Chriſtum fingebant in ſpecie columbæ, in Ieſum deſcendiſſe, dum à Ioanne baptiſaretur, tuncq; coadunatum eidẽ fuiſſe ad perficiendũ miracula, quæ ſcripta ſunt in Euangelio; ipſum quoq; annunciandũ vſq; ad tempus paſſionis, quo receſſit ad ſuperna, vnde euolauerat, ſolùm autem relictum Ieſum paſſionem ſubijſſe.* (Lib. 4. hiſt. Eccl. cap. 10. Contra Sethianos & Cerint.)

*Cæterùm, manifeſtum eſt horum nebulonum in corrumpenda ſacramenti Baptiſmi forma ſacrilegium optimo iure hic ab Irenæo coargui atq; damnari. Etenim cùm ab æterno Dei Filio completè & abſolutè inſtitutum fuerit, vt conferatur aſperſione vel immerſione aquæ, in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, nullius hominis eſt propria authoritate in his quicquam detrahere vel immutare.* Lex namq; tinguendi, *inquit Tertullian. lib. de Bapt.* impoſita eſt, & forma præſcripta. Ite, docete nationes, tinguentes eas in nomen Patris & Filij & Spiritus ſancti. (Cap. 13.) *Et lib. Præſcrip. cap. 20.* Iuſſit (*Apoſtolos*) ire, & docere nationes, tinguendas in Patrem & in Filium & in Spiritum ſanctum. *Cyprianus quoque Epiſtola vigeſima tertia ſcribit:* Dominus dixit, In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti gentes tingui, & in Baptiſmo præterita peccata dimitti. *Rurſumque Epiſtola ſeptuageſimatertia:* Poſt reſurrectionem Apoſtoli ad gentes mittuntur, & in nomine Patris & Filij &

 Spiri-

Spiritus ſancti baptizare gentiles iubentur. *Didymus quoq; lib. 2 de Spiritu ſancto ait*: Qui vnum de præceptis nominibus prætermittit, neq; ſacramenti perfectionem attingit, nec à peccatis hominem liberat. *Auguſtinus deniq; ſcribit* Certa ſunt verba Euangelica, ſine quibus non poteſt conſecrari Baptiſmus &c.

Lib. 6. de Baptiſ. ca. 25.

6. Baſima eacabaſa] *Nicetas in Orthodoxia hæc verba paulò aliter refert, ſcribens*: Quo maiorem ei, qui baptizatur ſtuporem inijciant, hęc Hebraica nomina ſuperaddunt, Camoſi, baë, anoora, myſtadia, rhuda, cuſtaba, phogor, calathi. Quorum interpretatio hæc eſt. O qui es ſuper omnē virtutem Patris, te inuocamus, qui lumē, & Spiritus bonus, & vita nominaris: quoniam in corpore regnaſti. *Difficillimum eſt verborum iſtorum fontes indicare, accipe tamen, quid de his nobis veriſimilius videtur. Impoſtores iſtos magicis artibus delectatos, iiſdēque multa prodigioſa & portentoſa effeciſſe ex Iuſtino, Irenæo, Tertull. Epiph. Theod. & Auguſt. certiſſimum eſt. Magos porrò monſtroſa, ipſoq; ſtridore pronunciationis etiam horrenda vocabula, & carmina ope cacodæmonū inueniſſe, & ſuſurraſſe, quibus ad præſtigias ſuas mirabilem energiam ineſſe aſſerebant, ex ſacris prophanisq; ſcriptoribus cunctis eſt in confeſſo. Apuleius enim magico ſuſurramine amnes reuerti, mare colligari, ventos expirari, ſolem inhiberi, lunā deſpumari, ſtellas euelli, diem tolli, noctemq; teneri poſſe putat. Virgilius etiam ait:*

B

Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam.
Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſis.
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

*Et Tibullus de quadam incantatrice:*

Hæc, cantu finditque ſolum maneſq; ſepulcris
Elicit, & tepido deuocat oſſa rogo.

*Et alia apud Ouidium iactat ſe,*

Vipereas rumpo verbis & carmine fauces,
Viuaq; ſaxa ſua conuulſaq; robore terra,
Et ſyluas moueo, iubeoq; tremiſcere montes,
Et mugire ſolum, maneſq; exire ſepulcris.

Vide Horatiū, ſi velis, libro 1. Ser. Satyra 8. Homerum in Odyſſ. Theocritum & alios.

*Nugatur etiam Serenus Samonicus de nomine* Abracadabra, *vt & alij de* Aratitha, *&c. Vero igitur ſimile eſt, aſtutos iſtos præſtigiatores iſthæc magica & barbara magis portenta quàm nomina finxiſſe, & magno ſupercilio inculcaſſe ad concitandos ſimplicium animos, vt cùm magno ſtupore auguſtiora putarent, quæ non intelligerēt; & Dæmones ictis pactis adſiſtentes ad horum vocabulorum pronunciationes, quæ poſtulabant magi præſtarent, vt ſuperius de Marci cœna habes cap. 9. Quod ſi quæ hic habes, Hebræa vocari ab Irenæo Yrgeas, Reſponderim nō ex ſuo, ſed Valentinianorum ſenſu eſſe intelligendum; cū id vnum confidenter & verè poſſim affirmare, ea nempè nec à Græca, nec ab Hebræa, Chaldaica, Syra, aut Arabica lingua petita eſſe.*

D

7. Regnaſti] *Ita legit vetus cod. Græcè eſt* ἐβασίλευσας; *deleuimus itaq;* renaſci.

8. Vngunt ſacratum opobalſamo] *Gradus quoſdam eſſe ad impietatem, nullumq; repentè peſſimum fieri, vel in his Gnoſticis apparet. Licet enim multa de ſacris literis corrumperent, infanda perpetrarent, horrendaq; in Deum euomerent: nihilominus proteſtationes & illinitiones in baptiſando Catholicis vſitatas obſeruabant; adeò rituum illorum traditio per vniuerſum orbem Apoſtolis tradentibus inualuerat. Nec eo nomine hoc loco, vel*

A

*in ſequentibus, illos damnat Irenæus, id certè non ſegniter facturus, ſi in hoc ab Apoſtolica traditione declinaſſent.*

*Qui autem ritum hunc è medio tollendum contendunt, eo nomine, quòd ab hæreticis iniquo etiam fine vſurparetur, præpoſterè & impiè iudicant, cùm & aquam, & communium nobiſcum verborum partem, reliquaſq; Euangeliorum particulas, quibus vtebātur, eadem opera auferrent.* Non enim eſt deteſtanda Sanctimonialiū virginitas, *ait Auguſtinus*, quia & Veſtales virgines fuerunt; nec reprehendenda ſacrificia Patrum, quia & ſacrificia gentium fuerunt: quia etſi vſus quarundā rerū ſimilis eſſe videtur nobis cum Gentibus, *addo, & hæreticis*, vt cibi, potus, tectorum, veſtimentorum, lauacrorum; longè tamen aliter his vtitur, qui ad alium finem earū vſum refert: & aliter, qui ex his Deo gratias agit, de quo falſa nnō credit.

Lib. 20. contra Fauſt. ca. 21.

B

*Cæterùm, ſacris olei & chriſmatis vnctionibus in Baptiſmo ab Apoſtolicis tēporibus tripliciter vſam eſſe Eccleſiam colligimus. Primò, circa aquas,* quas Pontifex, *authore Dionyſio Areopa.* ſancta prece ac inuocatione ſanctificabat, καὶ ζισὶ τῦ παναγίςαλιυ μύρυ ςαυροειδέσι χύσεσι τελειώσας αὐτὸ. i. ter in eas ad crucis effigiē ſanctiſſimū fundens vnguentū, illas hoc ritu perficit. *Secūdò, poſt abrenunciationes & exorciſmos, cū vel toto corpore, vt eſt apud Dionyſiū, & Cyrillū Ieroſolymit. vel pectore tantùm & ſcapulis baptiſandum vngebant oleo, quod inde Catechumenorum vocatur. Poſtremò, chriſmate, ex oleo & ſucco balſami compoſito, ad regiæ, & ſacerdotalis gloriæ vnitatem exprimendam, ait Cyprianus, in vertice ſignabantur baptiſati. Ab Apoſtolis Spiritu ſancto doctore, vniuerſas per orbem Eccleſias, in hunc vſq; diē hos ritus acceptos cōſtanter retinuiſſe, et ad Spiritus ſancti dona ſignificāda his vſas fuiſſe teſtes ſunt, qui primo ſæculo ab Apoſtolis, vel cū eiſdem vixerunt. Clemens Ro. lib. 3 de conſtit. Apo. ca. 15. 16. 17. & lib. 7. ca. 23. 28. 41. 42. 44. & lib. 3. Recog. & Epiſt. 3. Dionyſ. Areopa. lib. de Eccle. Hierar. c. 2. & 7. Author quæſt. apud Iuſtinū Martyrem quæſt. 137. Theophilus Antiochenus lib. 1. ad Autolycum; & qui poſteà vixerunt in Oriente, Orige. lib. 5. in epiſt. ad Ro. Chryſoſt. Hom. 12. in 1. ad Corint. & Homil. 6. ad Colloſ. Baſilius lib. de Spiritu ſancto c. 27. Nazianzenus oratione in ſanctum baptiſma. Addā & Latinæ Eccleſiæ Patres, Tertullia. lib. de carnis reſurrectione, lib. 1. contra Marc. & lib. de Baptiſ. Cyprianum epiſt. 72. ad Ianuariū; Arnobium commentarijs in Pſal. 4. 22. 82. 90. 132. & 134. Optatum Mileuitanum libr. 2. 3. & 7. contra Parmenianum; Auguſtinum 15. de Trinit. ca. 16. & lib. 4. de Symbolo c. 1. & Tractatu 44. in Ioannem; Ambroſium lib. 1. de ſacramentis cap. 1. & 7. Hieronymum Dialo. contra Lucife. Hæc paulò fuſius annotare libuit, vt omnibus innoteſcat, quanta pietate & ſinceritate ducantur Rhapſodi illi Magdeburgenſes, qui iſtos vngendi ſacros ritus Hæreticorum tantùm, & non Catholicorum & Apoſtolicorum virorum fuiſſe audent aſſerere.*

Lib. de Eccle. Hiera ca. 2.

In Catec. 2. myſtag.

Sermo de vnctione Chriſmatis.

C

D

9. Quidam autem eorum] *Ergo primum ſanctiſſimumq; Regenerationis noſtræ myſterium, quod eſt Baptiſma, per iſtos Gnoſticos Satanas omni ex parte labefactare conabatur; quādo illi verba illius forma à Chriſto tradita corrumpebant; iſti verò & proximè ſequentes ipſam materiam, id eſt, aquam omninò negligendam eſſe cenſebant. Hoc idem diabolicum planè ſtratagema etiam nunc per poſteriores Hugnoſticos reparare nititur, quando per Brentiū, Bezā, et ſimiles ſuadet, vti certa verborū forma, Magicū eſſe; et nullū aliud eſſe verbū Sacramentorū, quàm quod à Miniſtro pro ſuggeſtu exponitur. Per Caluinū aūt tradit, aquā non eſſe penitus neceſſariā:* nec



A

*nec Chriſtum de illa dixiſſe, Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c. Hoc autem didicit à Luthero, qui à ſuis interrogatus, Si liceret baptizare cereuiſia aut lacte, tandem reſpōdit.* Quicquid balneum dici poteſt, ad Baptiſmum conueniens eſt. Si non adſit aqua, cùm ſit cereuiſia, vel lac in neceſſitate, vel quicquid habueris: nihil in hoc ſitum eſt. *Habes ergo veterum Gnoſticorum impietates renatas in nouiſſimis: adeò ſemper ſibi ſimilis eſt Satanas omnium mendaciorum parens.*

Tō. 2. colloq. Pag. 130. & 132.

10. Alij hæc omnia recuſantes] *Seductores homines proficere in peius, & qui in ſordibus volutantur, in dies multo magis ſordeſcere apertè indicat hæc claſſis Gnoſticorum, quæ ceremonias, aquam, & verba ſacri Baptiſmi eadem opera reijcit vt indigna, quæ myſteria eorū inuiſibilia ſignificarent. Illi porrò ſunt, quos Epiphanius vocat Archonticos, Theodoretus & Nicetas Aſcodrugos & Aſcodrupitas, quibus Euthymius addit Paulicianos. Hi etenim diuina myſteria & dona ſpiritalia, rebus viſibilibus; & incorporea ſenſilibus & corporeis ſignanda & commemoranda eſſe negabant: proinde nec Baptiſmatis, nec aliorum ſpectabilium Sacramentorum vſum admittebant. In hos acerrimè diſputant Nicetas et Euthymius.*

B

*Recentiores Gnoſticos ne à tantis Patribus degenerarēt, eadem fœcunditate errorem ex errore ſerere ingemiſcit noſtrum ſæculum. Poſtquam enim ſacrum oleum cum ſale, ſaliua, aquæ conſecrationem, Symboli profeſſionem, abrenunciationes, & exorciſmos, quibus arcetur Satanas, è medio ſuſtulerunt: iam paruulis fidelium ſine Baptiſmate ſalutem pollicentur.*

11. Alij ſunt qui mortuos] *Huius loci ſenſum explicat, & emendationem ex vet. co. agnoſcit Epiphanius. Theodoretus etiam huius rei meminit in Aſcodrytos; ſed poſt mortem, Epiphanius verò ante, feciſſe indicat. Ego autem vtrumq; rectè, vereq; dicere puto, cùm duplici vnctione Chriſtianos olim vſos reperiam. Priore, ante mortem, de qua B. Iacobus concionatur:* Infirmus inducat Presbyteros Eccleſiæ, qui orent ſuper eum, vngentes oleo in nomine Domini &c. *Eadem, Chriſto procul dubio authore, Apoſtoli frequenter vnxerant, & ſanauerant infirmos, Marc. 6. Atq; hanc olei delibutionem, Sacramenti integram rationem habere, ſtupendoſq;, & mirabiles effectus, aſſerunt Clemens Rom. lib 8. de conſtit. Apo. cap. 35. Hieronymus in vita Hilarionis; Auguſtinus lib. 2. de viſit infir. cap. 4. & ſer. 215 de tempore; Innocentius primus Epiſtola ad Decentium Eugubinum; & Bernardus in vita S. Malachiæ. Poſteriori, poſt mortē, quando corpora ſanctorum antequam darentur ſepulturæ, in ſpem, opinor, reſurrectionis, oleo perungebantur; idque* Iuſta mortuis fieri ſolita *vocat Clemens Alexa. Tertullian. Sabæos teſtatur ſcire, pluris & charioris ſuas merces Chriſtianis ſepeliendis profligari, quàm paganis dijs ſuis fumigandis. His omnibus antiquior idemq; Apoſtolorum auditor Dionyſius Areopag. illius vnctionis formam & finem explicat:* Vbi, *ait*, cuncti conſalutauerunt, *allatum ſcilicet defuncti corpus*, ἐπιχέει τῷ κεκοιμημένῳ τὸ ἔλαιον ὁ ἱεράρχης: ſuper defuncto fundit oleum Pontifex. *Et poſt aliquot.* Olei vnctio baptizandum quondam euocabat ad ſacra certamina. Nunc autem infuſum oleum, ſignat eum qui defunctus eſt, eadem ſacra exegiſſe certamina, ſicq; fuiſſe conſummatum.

C

Contr. hæreſ. 36.

Iacob. 5.

Li. 2. pædag. cap. 8.

Ca. 42. Apol.

Lib. de Eccl. hier. cap. 7.

D

*Sed quid? probandi ne ſunt Gnoſtici, quòd vel altera, vel vtraq; harum vnctionū vtebantur? Si pari cum Catholicis fide, & animi intētione id feciſſent: hac in re nec Iren. nec quiſquam eos damnaſſet. At impium finē ſibi proponebāt, vt apud Irenæum habes; nec quibus decebat, verbis vtebantur; ideoq; magis ſimiarū more, vt de Nouatianis ſcribit Cypria. quæ cùm homines non ſint, humana tamē imitan-*

Epiſt. ad Iubaia.

A

*tur: ſic cùm hi in Eccleſia non eſſent, imò cōtra Eccleſiam; Eccleſiæ Catholicæ tamen veritatem, & ritus ſibi vendicare volebant. Pari ſtratagemate diuinorum Sacramentorum res, in idolorum myſterijs Diabolum quondam æmulatum fuiſſe argutè animaduertit Tertullianus, vt veritatem interuerteret.* Tingit & ipſe quoſdam, *ſubiungit*, vtique credentes & fideles ſuos: expiationem delictorum de lauachro repromittit, & ſic adhuc initiat Mithræ: ſignat illic in frontibus milites ſuos: celebrat & panis oblationem: & imaginem reſurrectionis indicit: & ſub gladio redimit coronam. Quid quod & ſummum Pontificem in vnius nuptijs ſtatuit? Habet & virgines, habet & continentes. *&c. Et libr. 1. ad vxorem.* Sacerdotium viduitatis, & celebratum eſt apud nationes, pro diaboli ſcilicet æmulatione. Regē ſæculi Pontificem maximum, rurſus nubere nefas eſt. Quantum Deo ſanctitas placet, cùm illam etiam inimicus adfectat, non vtique vt alicuius boni adfinis, ſed vt Dei Domini placita cum contumelia affectans? *Omittam, & quæ in hāc rem ſcripſit in calce libri de corona militis; vt pauca, ſed grauiſſima, ex Iuſtino martyre attexam.* Fabulæ poëtarum, *inquit*, à malis genijs inuectæ ſunt, ad decipiendos ſeducendoſq; homines. Docti enim oraculis Prophetarum de Chriſto venturo, curarunt ſpargi quædam de pluribus Iouis filijs, ſperantes fore, vt qui hæc nugarum portenta audiant, de Chriſto quoque non plus crederēt, quàm figmentis poëticis. *Et poſtea.* Dæmones nō ignari prædictionum propheticarum, eas parū intellectas conati ſunt per errorē à noſtro Chriſto, ad ſua figmenta detorquere, *&c. Plura quæ ſequuntur, licet elegantiſſima, ne paginas onerarem, indicare magis, quàm addere libuit, quæ tamen non ſine magna voluptate, & fructu nemo Chriſtianus legerit.*

Li. Præſc.

B

Apolog. 2.

C

12. Superaſcendat] *Nouem has voces, ex vet. cod. reſtituimus: quatuor verò expunximus, videlicet,* ſuperaſcendant, ſuper viſibilia interiorum.

*Ex his porrò, & ſequentibus plurimis locis conſtat B. Irenæum ſeptem Sacramentorum Eccleſiæ Catholicæ cōſtantiſſimum fuiſſe propugnatorem. Tametſi enim de illis ex profeſſo diſputationem non inſtituat in his libris, ſed Gnoſticorum duntaxat hæreſes refellat: illorum tamen omnium vel obiter meminit, docetq; ea per Chriſtum ad hominum iuſtitiam & ſalutem inſtituta, & ab Apoſtolis toto orbe tradita, religioſè ſeruata & miniſtrata, vt ex ſubiectis locus luculenter apparet.*

BAPTISMVM *in primis cum ſua forma, materia, ritibus, ac effectis hoc loco ab hæreticorum corruptelis egregiè vindicat. Hunc à Prophetis prædictum, à Chriſto conſtitutum, Apoſtoliſq; mandatum vt baptizarent omnes gentes in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, omninoq; ad ſalutem neceſſarium affirmat libro tertio cap. decimonono. Hoc autem conferri remiſſionem peccatorū, cum Chriſto vnitionem, & incorruptionem, tum eodem, tum præſenti confirmat. Circunciſionem ſpiritualem appellat, libr. 4. cap. 30. Paruulis etiam conferendum aſſerit lib. 2. cap. 39. Catechiſmi & exorciſmi conſuetos ritus probat lib. 1. cap. 1. 9. 13. & 19.*

D

CONFIRMATIONEM *agnoſcit, quando non per artes magicas, vt ſceleſtus Simon magus exiſtimabat, ſed per impoſitionem manuum Apoſtolicarum pijs dari Spiritum ſanctum docet libro 1. cap. 20. & libr. 4. cap 75. Præterea, inſulſos Gnoſticorum diſcipulos arguens, quòd illorum oleo aqua permixto, prophaniſq; verbis initiatos, confirmatoſq; ſeipſos reputarent, dicentes,* Confirmatus ſum, & redemptus ſum *&c. quandoquidem non*

*à viris profanis, quales erant Gnoſtici; nec verbis iſtis :* In nomine ignoti Patris, &c. *adhibetur Confirmationis Sacramentum: ſed ab Apoſtolorum ſucceſſoribus, & verbis conſtanti perpetuaq́; traditione illorum ſuſceptis.*

EVCHARISTIAE *panem, & calicem commixtum, per inuocationis verba corpus & ſanguinem Chriſti verè fieri; & vtrumq; per Chriſti ordinationē toto mundo, velut noui Teſtamenti ſacrificium, idq́ue ſuper altare per manus Sacerdotum offerri, conſtanter frequenterq́ue prædicat, & Prophetarum, Apoſtolorumq́; diſertis verbis confirmat, lib. 4. c. 32. 33. 34. 45. & Lib. 5. c. 2. Eandem ſeruari ſolitam docet Epiſtola ad Victorem, quando ad Polycarpum miſſa eſt ab Aniceto. Rationes inſtitutionis eius, & fructus mirabiles explicat lib. 4. c. 34. & lib. 5. c. 2. ſimulq́; Præfationis canonis verba, & aliquas preces non reticet libro 1. ca. 1. & 9. & lib. 4. ca. 34.*

POENITENTIAE *partes, id eſt, contritionem, confeſsionē, et ſatisfactionē, cōprobat, cùm primū de Exhomologeſi, id eſt, Confeſsione tā priuata quā publica frequenter diſſerit lib. 1. c. 9. & lib. 3. c. 4. ſolutionem Lazari à vinculis ſymbolū fuiſſe hominis peccatoris per Paſtores Eccleſiaſticos à peccatis ſoluēdi, li. 5. c. 13. Contritionē & ſatisfactionem aſſerit clariſsimis exemplis Adami & Euæ, præ admiſsi peccati confuſione confugientium ad latebras, indignos ſe iudicantium conſpectu Dei, mordentibus & compungentibus ficulneis folijs corpora ſua caſtigantium, deniq; inflictas à Deo laborum, tædiorum, triſtitiarum & gemituum, pœnas ſpontè ſubeuntium, lib. 3. ca. 35. 36. & 37. Pœnitentia quibuſdam vitam impetrari ſcribit, lib. 1. c. 2. Demum, per pœnitentiam nos poſſe ex grauiſsimis peccatoribus filios Dei fieri, ac hæreditatē incorruptelæ conſequi. lib. 4. c. 80.*

ORDINATIONEM *ſacrorum hominum tuetur, ſcribens, Omnes iuſtos ( nam non niſi pij & probati prius viri, tum ad ſacras functiones aſſumebantur ) Sacerdotalem ordinem habere: Apoſtolos fuiſſe Sacerdotes Domini, cui ſemper in altari ſeruierunt: & in altari perſæpe ſacrificandum, libro quarto, capite vigeſimo. Rurſum, Sacrificia in Eccleſia à liberis hominibus offerri: quod offert Eccleſia (nimirum per Sacerdotes, & alios in altari miniſtrantes) purum ſacrificium apud Deum deputari, libro quarto, capite trigeſimoſecundo, trigeſimotertio, trigeſimo quarto. Mixtum calicem, & panem percipere verbum Dei (Sacerdotum videlicet ore ac miniſterio) vt fiant Euchariſtia corporis & ſanguinis Chriſti, lib. 5. cap. 2.*

A

MATRIMONIVM, *Græcus author ſemel & iterum appellans Myſterium, ( proculdubio Chriſti & Eccleſiæ, vt loquitur Apoſtolus) quod Latini Sacramentum appellamus, euidenter affirmat, libro primo, capite primo: ad humani generis propagationem à Deo inſtitutum prædicat libro quarto, capite vigeſimoquarto : & libro quinto, capite ſecundo: indiſſolubilem porrò viri & fœminæ conſuetudinem habere ſatis propugnat, quando Gnoſticorum promiſcuas & vagas libidines, tam ſeuerè quā ſanctè redarguit, libro primo, capite 1. 9. 20. 22. 24. 27. & 31.*

B

VNCTIONIS *deniq; infirmorum vſum Catholicum ſatis adfirmat, quando eum hoc capite vindicat ab hæreticorum varijs corruptelis. Arguit enim aliquos, quòd defunctorum cadaueribus adhibendum cenſerent: cùm tamen Apoſtoli infirmorum tantùm, non mortuorum proprium eſſe perhibeant, Marci ſexto. Iacobi quinto. Alios & ſi infirmos vngerent, increpandos tamen eſſe iudicat, quòd impia & à ſe conficta verborum forma, non autem Eccleſiæ tradita vterentur : alios denique eiuſdem vnctionis fines ac effectus, ab his quos Apoſtoli tradiderunt, impiè comminiſcerentur, vt ex hoc capite facilè deprehenditur. Ac de his hactenus.*

## *QVOD EST PROPOSITVM OMNIbus hæreticis, & quò tendant.*

C

### CAPVT XIX.

CVM[1] teneamus autem nos regulam veritatis, id eſt, quia ſit vnus Deus omnipotens, qui omnia condidit per Verbum ſuum, & aptauit, & fecit ex eo, quod non erat, ad hoc vt ſint omnia, quemadmodum Scriptura dicit, Verbo enim Domini cæli firmati ſunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorū. Et iterum: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Ex omnibus autem nihil ſubtractum eſt, ſed omnia per ipſum fecit Pater; ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia, ſiue ſenſibilia, ſiue intelligibilia; ſiue temporalia, propter quandam diſpoſitionem; ſiue ſempiterna: & ea omnia, non per Angelos, neque per virtutes aliquas abſciſſas ab eius ſententia : nihil enim indiget omnium Deus,[2] ſed per Verbum & Spiritum ſuum omnia faciens, & diſponens, & gubernans, & omnibus eſſe præſtans. Hic qui[3] mundum ] fecit, etenim mundus ex omnibus : hic qui hominem plaſmauit,[4] hic qui Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, ſuper quem alius Deus non eſt, neque initium, neque virtus, neque pleroma. Hic Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, quemadmodum oſtendemus. Hanc ergo tenentes regulam, licet valdè varia & multa dicant, facilè eos deuiaſſe à veritate arguimus.

*Pſalm. 32. 6. Ioan. 1. 3. Coll. 1. 16.*

D

Omnes enim ferè quotquot ſunt hæreſes, Deum quidem vnum dicunt,[5] ſed per ſententiam malam immutant, ingrati exiſtentes ei, qui fecit eos, quemadmodum [& gentes] per idololatriam. *Plaſmata autem Dei contemnunt, contradicentes ſuæ ſaluti, ipſi ſui accuſatores amariſſimi, & falſi teſtes exiſtentes. Qui quidem reſurgent in carne, licet nolint, vti agnoſcant virtutem ſuſcitantis eos à mortuis: cum iuſtis autem non adnumerabuntur, propter incredulitatem ſuam. Cùm ſit igitur aduerſus omnes hæreticos detectio atque conuictio varia & multifaria, & nobis propoſitum eſt omnibus ijs ſecundùm ipſorum characterem contradicere; neceſſarium arbitrati ſumus priùs referre

*Plaſma* — *Danie. 13. 61.* — *Pſal. 1. 5.*



A

referre fontem & radicem eorum, vti *ſublimiſſimum ipſorum Bythum cognoſcens, intelligas arborem, de qua defluxerunt tales fructus.

*ſubtiliſſimum.

## ANNOTATIONES R. P. FR. FEV-ARDENTII IN CAPVT XIX.

1. Cùm teneamus ] *Prioribus & ſequentibus hæreſibus, partes potiores Symboli, quod* Regulam fidei *appellat, conſtanter opponit, præcipuè de Dei vnitate, eius omnipotentia, ac rerum omnium creatione : eadem opera Verbum, & Spiritum ſanctum, Patri coniungens in mundi productione & adminiſtratione, vt eorum vnica ſit & inſeparabilis operatio, quorum vnicam credimus voluntatem, ait Auguſtinus.*

*Lib. 1. de Trinit. cap. 4. & 12. & lib. 2. cap. 5.*

2. Sed per Verbum, & Spiritum ſuum ] *Opus creationis & gubernationis huius mundi æquè tribuens Spiritui ſancto atque Patri & Filio, ſatis docet eum cum his vnius eſſe voluntatis, poteſtatis, atque Deitatis: ac idcirco impiæ ſycophantiæ in hunc B. Martyrem conuincuntur Magdeburgenſes Centuriatores, cùm in fauorem Arianorum, Macedonianorum, et Eunomianorum ſcribūt, Irenæum de* Spiritus ſancti Diuinitate nunquam loquutum eſſe.

B

3. Hic qui mundum ] *Authoritate vet. cod. deleuimus,* vnum.

4. Hic qui Deus Abraham ] *Non ſolùm ineptus, ſed & palam impius fuit Valentinus Gentilis, qui ex hoc loco concludere voluit ſolum Patrem eſſe verum Deum Iſraelis, quem Patriarchæ cognouerunt & coluerunt, non autem Filium ac Spiritum: quoniam his tribus, vt dicebamus, totius mundi creationem & adminiſtrationem tanquam vni Deo vero hîc tribuit: figmenta verò Gnoſticorum de Propatore, Bytho, Syge, & AEonibus ſolummodo à Deitate excluduntur, non Filius aut Spiritus ſanctus.*

5. Sed per ſententiam malam immutant. ] *Sic & Beatus Hieronymus comment. in 3. cap. Danielis: in 8 Ezechielis: & in 3. Oſeæ, docet omnem hæreſim eſſe idololatriam, olim deſignatam per idola, quæ ſeu Iudæi ſeu Gentiles coluerunt : quoniam hæretici errorum ſuorum figmentis verum Deum in ſimulacrum tranſmutant, veluti hoc tempore Caluiniani Deum ſibi fingunt Authorem peccatorum, quiq́ue maiorem hominum partem deſtinatò creat vt damnet, non poſsit conſtituere duo corpora in eodem loco, aut vnum eodem tempore in duobus etc. Certè nec Prophetæ, nec Apoſtoli, nec Martyres, nec ſancti Patres talem Deum agnouerunt vel docuerunt. De his ſupra Cap. 12. nota 14.*

## *QVÆ EST SIMONIS SAMAritæ magi doctrina.*

### CAPVT XX.

C

SImon enim Samarites, magus ille, de quo diſcipulus & ſectator Apoſtolorū Lucas ait, Vir quidam autem nomine Simon, qui antè erat in ciuitate[1] magicam exercens [artem] & ſeducens gentem Samaritanorum, dicens ſe eſſe aliquem magnum, quem auſcultabant à puſillo vſque ad magnū, dicentes, Hic eſt verè virtus Dei, quæ vocatur magna. Intuebantur autem eum propter quòd multo tempore magicis ſuis dementaſſet eos. Hic igitur Simon qui fidem ſimulauit, putans Apoſtolos & ipſas ſanitates per magiam, & non virtute Dei perficere, & per impoſitionem manuum Spiritu ſancto adimplere credentes Deo per eum, qui ab ipſis euangelizatur Chriſtus Ieſus; per maiorem quandam magicam ſcientiam & hoc ſuſpicans fieri, & offerens pecunias Apoſtolis, vt acciperet & ipſe hanc poteſtatem quibuſcunque velit dandi Spiritum ſanctum, audiuit à Petro, Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſsideri: non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone hoc: cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniuſtitiæ video te eſſe. Et cùm adhuc *magis non crediđiſſet Deo, & * cupidius intendit cōtendere aduerſus Apoſtolos, vti & ipſe glorioſus videretur eſſe, &[2] vniuerſam magiam adhuc ampliùs inſcrutans, ita vt in ſtuporem cogeret multos hominum: quippe cùm eſſet ſub[3] Claudio Cæſare, à quo etiam ſtatua honoratus eſſe dicitur propter magiam. Hic igitur à multis quaſi Deus glorificatus eſt, & docuit ſemetipſum eſſe qui inter Iudæos quidem quaſi Filius adparuerit, in Samaria autem quaſi Pater deſcenderit, & in reliquis verò gentibus quaſi Spiritus ſanctus aduētauerit. Eſſe autem ſe ſublimiſſimam virtutem, hoc eſt, eum qui ſit ſuper omnia Pater, & ſuſtinere vocari ſe quodcunq; eum vocant homines. Simon autem Samaritanus, ex quo vniuerſæ hæreſes ſubſtiterunt, habet huiuſmodi ſectæ materiam.[4] Hic *Selenen quandam, quam ipſe à Tyro ciuitate Phœnices quæſtuariam cùm redemiſſet, ſecum circunducebat, dicens hāc eſſe primam mentis eius Conceptionem, matrē omnium, per quam initio mente concepit Angelos facere & Archangelos. Hanc enim Ennoiam exilientem ex eo, cognoſcentem quæ vult pater eius degredi ad inferiora, & generare Angelos & poteſtates, à quibus & mundum hunc factum dixit. Poſtea quàm autem generauit eos, hęc detenta eſt ab ipſis propter inuidiam,

*Actor. 8. 9.* — *Actor. 8. 20.* — *magus. *cupidus. — D — *Helenam.

uidiam, quoniam nollent progenies alterius cuiuſdam putari eſſe. Ipſum enim ſe in totum ignoratum ab ipſis. Ennoiam autem eius detentam ab ijs, quæ ab ea emiſſæ eſſent poteſtates, & Angeli; & omnem contumeliã ab ijs paſſam, vti non recurreret ſurſum ad ſuum patrem, vſque adeò vt & in corpore humano includeretur, & per ſæcula veluti de vaſe in vas tranſmigraret in altera muliebria corpora. Fuiſſe autem eam & in illa Helena, propter quam Troianum contractum eſt bellum: quapropter &[5] Steſichorum per carmina maledicentem eam, orbatum oculis: pòſt deinde pœnitentem & ſcribentem eas, quæ vocantur palinodias, & in quibus hymnizauit eam, rurſus vidiſſe. Tranſmigrantem autem eam de corpore in corpus, ex eo vt ſemper contumeliam ſuſtinentem, in nouiſſimis etiam in fornice proſtitiſſe: & hanc eſſe perditam ouem, quapropter & ipſum veniſſe, vti[6] eam aſſumeret primam] & liberaret eam à vinculis, hominibus autẽ ſalutem præſtaret per ſuam agnitionẽ. Cùm enim malè moderarentur Angeli mundũ, quoniam vnuſquiſque eorum concupiſceret principatum, ad emendationem veniſſe rerum, & deſcendiſſe eum transfiguratum, & aſſimilatum Virtutibus, & Poteſtatibus, & Angelis, vt & in hominibus homo appareret ipſe, cùm non eſſet homo; & paſſum autem in Iudæa putatum, cùm non eſſet paſſus.

Prophetas autem à mundi fabricatoribus Angelis inſpiratos dixiſſe prophetias: quapropter nec vlterius curarent eos, hi qui in eum & in * Selenen eius ſpem habeant, & vt liberos agere quæ velint: ſecundùm enim ipſius gratiam ſaluari homines,[7] ſed non ſecundùm operas iuſtas. Nec enim eſſe naturaliter operationes iuſtas, ſed ex accidenti, quemadmodum poſuerunt qui mundum fecerunt Angeli, per huiuſmodi pręcepta in ſeruitutem deducentes homines. Quapropter & ſolui mundum, & liberari eos, qui ſunt eius, ab imperio eorum, qui mundum fecerunt, repromiſit. Igitur horum myſtici ſacerdotes libidinosè quidem viuunt, magias autem perficiunt, quemadmodum poteſt vnuſquiſque ipſorum.[8] Exorciſmis & incantionibus vtuntur.[9] Amatoria quoq; & agogima, & qui dictũur paredri, & oniropompi, & quæcunq; ſunt alia parerga apud eos ſtudiosè exercentur.[10] Imaginem quoq; Simonis habẽt factam ad figuram Iouis, & Selenæ in figuram Mineruæ, & has adorant: habent quoque &[11] vocabulum à Principe impijſſimæ ſententię Simone, dicti Simoniani, à quibus falſi nominis ſcientia accepit initia, ſicut ex ipſis aſſertionibus eorum adeſt * dicere.

* Helenam

* diſcere

## ANNOTATIONES.

1. Magicam exercens artem] *Sic propriè reddidit* ἐν τῇ πόλει μαγεύων, *in ciuitate exercens artem magicam: vetus editio*, in ciuitate magus.

2. Vniuerſam magiam] *Mira ſunt & horrenda relatu, quæ de iſto ſcripſerunt Clemens Rom. & Abdias, quòd videlicet, per aëra volaret, igni commiſceretur, ſtatuas loco moueri, animare exanima, lapideſq́; panem faceret.* Poſſum facere, *aiebat*, vt volentibus me comprehendere non appaream, rurſus volens videri palam ſim, ſi fugere velim montem perforem, & ſaxa quaſi lutum pertranſeam, vinctus meipſum ſoluam, & eos, qui vincula iniecerint vinctos reddam, nouas arbores ſubitò oriri faciam, repentina virgulta producam, in ignem meipſum inijciam, vt non ardeam, vultum meum commuto, vt cognoſcar, ſed & duas facies habere me poſſum hominibus oſtendere, vt ouis aut capra efficiar, in aëre volando inuehar, aurum plurimum oſtendam, reges faciam, adorabor vt Dominus publicè, Diuinis donabor honoribus, *&cæt. Ad hæc nefanda, inſana mentis ambitione agitabatur*, vt glorioſus, *ait Irenæus, id eſt, quaſi ob præclara facinora eximius*, ab omnibus haberetur: *deinde turpis lucri gratia, cui addictiſſimum fuiſſe illum ſcribit Epiphanius. Hinc obſeruandum, quàm rectè Auguſtinus hæreticum definiat, eum eſſe*, qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatuſq́; gratia, falſas ac nouas opiniones vel gignit, vel ſequitur.

Lib. 3. recog. Lib. 1. hiſt. Apo.

Lib. de vtil. cred. ca. 1.

3. Sub Claudio Cæſare] *Ante Irenæum, B. Iuſtinus fuſius hoc ita deſcripſerat:* Simon Samarita ortus è Gitta oppido, ſub Claudio Cæſare, ſubnixus ope dæmonum, & fretus magicis artibus, in hac vrbe regia Deus eſt habitus & quaſi Deus honoratus: ſtatua poſita in Tiberi inter duos pontes, cũ hoc Latino titulo, SIMONI DEO SANCTO, quem fermè omnes Samaritæ, & aliquot etiam in alijs nationibus tanquam primarium Deum adorant vnà cum Helena quadam, quam tunc circumducebat, anteà publicè proſtitutam, quam ipſi appellant primam intelligentiam. *His ſubſcribunt Tertullianus cap. 13. Apolog. Euſeb libro 2. hiſtor. cap. 12. Cyrill. Ieroſo. Catech. ſexta; Theodoret. libro primo hæret. fabul. Obſerua autem viliſſimorum hæreticorum ſatanicam planè ſuperbiam, qua inſtar Diaboli pro dijs haberi & coli velint. Manichæis exprobrat Auguſtinus, quod Paſchati ac paſſioni Chriſti ſolenniter conſecratos dies reijcerẽt, vt diem mortis Manichæi celebrarent, atque per dominum ſuum Manichæum iurarent. An non hoc eſt impuriſſimo mancipio potius ſeruire, quàm ſupremo omnium Domino & Creatori?*

Apol. 2.

Lib contra epiſt. Manichæi ca. 8. & lib 19. cõtra Fauſt. ca. 22.

4. Hic Selenen] *Sic poſt Irenæum Auguſtinus, et Cyrillus illam appellant: ſed Iuſtinus, Tertullianus, Euſebius, Epiphanius, Theodoret. Damaſcen* Helenam *vocant; quòd ſemel indicaſſe ſufficiat.* Hanc eadem pecunia, quam Apoſtolis obtulerat, *ait Tertullian.* de loco libidinis publicæ redemit, dignam certè pro Spiritu ſancto mercedem: *ipſam verò circumduxiſſe, & cùm natura laſciuus eſſet, in abſcondito eidem permiſceri ſolitum ſcribit Epiphanius.*

Li. de anima

*Hic tantùm addenda videntur, quæ ſcribit Nicetas lib. 4. Orthodoxiæ, c. 1.* Simon meretrici cuidam Tyriæ genere, Helenæque nomine, quam ſecum circunductabat, primę Notionis appellationem indiderat. Et quemadmodum ſe Deum Patrẽ, ita & illam aliorum (*Iren.* omnium) eſſe matrẽ dicebat. In huius gratiam cælo ſe deſcendiſſe ſubiungebat, vt eam à vinculis quibus detinebatur, aſſereret: hominibuſq́; in ſeipſum credentibus ſalutis autor eſſet. *&c. In quibus perſpicimus quàm ſceleſtiſſimum laſciuiæ, gloriæq́; mancipium fuerit Simon omnium hæreticorum parens.*

Cõtra hæreſ. 21.



5. Steſichorum] *Lyricus poeta fuit natus 37 Olympiade, qui fertur ſcripſiſſe Helenæ vituperationem, indeq́; exoculatum fuiſſe, rurſusque ob palinodiam Caſtoris & Pollucis opera, viſum recepiſſe. Huius rei meminit & Tertullian. dicens*, Helenam vt Priamo, ſic oculis Steſichori exitioſiſſimã, quem & excæcauit ob conuitium carminis, dehinc reluminauit ob ſatisfactionem laudis. *Ex prophanis hanc fabulam tangunt Horatius ode 17. Epod. Lucianus libro ſecundo verarum hiſtor. & Philoſtratus libro ſexto de vita Apollonij.*

Lib. de anima.

6. Vti eam aſſumeret primam] *Sic legendum proponimus ex vet. cod. ita indicante etiam Tertulliano:* hanc eſſe ouem perditam, ad quam deſcenderit pater ſummus, Simon ſcilicet, & primùm recuperata ea, & reuecta neſcio humeris an fœminibus, exinde ad hominum reſpexerit ſalutem. *Deleuimus verò* pœnam.

Li. de anima.

7. Sed non ſecundùm operas iuſtas.] *Notauimus ad cap. 1. huius libri Simonianos & Valentinianos in hac fuiſſe hæreſi, non bonis operibus, ſed ſola fide hominem ſaluari. Adijcimus Eunomianos, imò & pſeudoapoſtolos, de quibus tam frequenter & grauiter conqueritur Apoſtolus, eodem errore imbutos fuiſſe, vt docet B. Auguſtinus lib de hæreſ. cap. 54. & lib de fide & operibus, cap. 14. vt vel inde conſiderent ſecum Lutherani et Caluiniani, quos habeant priores dogmatum ſuorum aſſertores.*

8. Exorciſmis & incantationibus vtuntur] *Exorciſmis, id eſt, adiurationibus et imprecationibus, quæ religionis metu obſtringunt, etiam Magos & à Chriſto alienos, vſos eſſe ex ſacris liquidum eſt. Apoſtolos quendam inueniſſe eijcientem dæmonia, qui ad eorum conſortium non pertinebat; multoſque impios ſupremo iudici dicturos*, In nomine tuo dæmonia eiecimus; *imò & laruatum illum pontificem, Dominum validiſſimo exorciſmo adiuraſſe, referunt Euangelia. Quin & ipſum Diabolum, Chriſto dixiſſe*, ὁρκίζω σε, adiuro te per Deum, ne me torqueas. *Quid ergo mirum, ſi mancipium eius, ad tetras impoſturas, adiurationibus dæmones euocaret?*

Luc. 9.

Matt. 7. Matt. 26.

Mar. 5.

9. Amatoria quoq;] *Nonnihil de his annotauimus in cap. 9. Reliqua quæ ad hunc locum pertinent ita explicat Theodo.* Qui ſectæ Simonis erant, ſe audacter omni libidini & intemperantiæ dedebant, & omni incantationũ & præſtigiarũ genere vtebantur, amatoria quædã & pellicentia machinantes, &c.

Lib. 1. hæret. fab.

*Cæterùm*, Agogima *ſuperius vertit*, adlectantia, *videlicet, pocula.* Ἀγωγίαι *quoq́; vocantur lenocinia, oblectamenta.* Πάρεδροι *propriè ſunt aſſeſſores, conſiliarij, & auxiliarij. Aſtabant etenim his impoſtoribus ſpiritus immundi, qui eis ad quiduis contra pietatem audendum & aggrediendum auxiliabantur.* Πάρεργον *autem, & ſi nõ vnum ſignificet, hoc tamen loco, res ſuperuacaneas, indicare puto* Oniropompi, *compoſita vox* ἀπὸ τοῦ ὀνείρου, *quod eſt ſomnus & ſomnium, &* πομπεύω, *pompam agito, oſtento, glorior: ſiquidem de inſomnijs ſuis tanquam de diuinis oraculis gloriabantur atque triumphabant.*

10. Imaginem quoque] *Diſputationem de imaginibus referemus in caput 24. huius libri.*

11. Habent quoque vocabulum] *Deleuimus* vocabula. *Cæterùm, nec Catholicos, nec Chriſtianos quidem appellandos eſſe hæreticos; ſed à principe ſectæ cognominandos, non ſolus hic cẽſet Irenæus, ſed & Iuſtin. martyr his verbis:* Sunt diſtincti cognominibus, denominati à quibuſdam vt quiſq; fuit auctor alicuius nouæ doctrinæ. Ex his alij vocãtur Marcionitæ, alij Valẽtiniani, alij Baſilidiani, alij Saturniani, alij alio vocabulo, quiſq; à primo inuentore ſui dogmatis. *De ijſdem & Lactan. ſcribit:* Illi dęmoniacis fraudibus irretiti, diuinũ nomẽ & cultum per imprudentiam perdiderũt. Cùm enim Phryges, aut Nouatiani aut Valentiniani, aut Marcitæ, aut Anthropiani, ſeu quilibet alij nominantur, Chriſtiani eſſe deſierũt, qui Chriſti nomine amiſſo, humana, & externa vocabula induerunt. *Antea quoq́; Tert.* Quid hęreticis (*inquit*) & Chriſtianis? Si hæretici sũt, Chriſtiani eſſe non poſſunt. *Iſthæc quoq́; perſequũtur & confirmãt Cypr. Athanaſ. Chryſoſt. alijq́; deinceps Patres, adeò vt etiam legibus ſuis Imperatores prohibuerint hæreticis nomen Chriſtianum vſurpare. C. Lege 6. de hæreſibus. Viderint illi qui hos & fratres ſuos appellant, & religionis reformatæ ſpecioſum titulum eis tribuunt, quo pacto poſſunt verè eſſe ipſi Catholici.*

Li. 4. cap 30.

Lib. Præſcr. cap. 7. & 28. Lib. de vnit. Eccleſ. Ser. 2. cont. Arrian. Hom. 33. in Acta.

## *QVÆ EST MENANDRI SENTENTIA, & quæ operationes ipſorum.*

## CAPVT XXI.

H[1]Vius ſucceſſor fuit Menander, Samarites genere, qui & ipſe ad ſummum magiæ peruenit. Qui primã quidem virtutem incognitam ait omnibus; ſe autẽ eum eſſe, q miſſus ſit ab inuiſibilibus ſaluatorem pro ſalute hominũ. Mundũ autem factũ ab Angelis; quos & ipſe ſimiliter vt Simon, ab Ennoia emiſſos dicit. Dare quoq; per eam quæ à ſe doceatur magiam ſcientiã addidit, vt & ipſos qui mũdũ fecerunt, vincat Angelos. Reſurrectionẽ enim per id quod eſt in eũ baptiſma accipere eius diſcipulos,[2] & vltra nõ poſſe mori, ſed perſeuerare non ſeneſcẽtes & immortales.

## ANNOTATIONES.

1. Huius ſucceſſor] *Quia huius hæreſiarchæ originẽ, dogmata, et perditos mores eleganter deſcribit Euſeb. verba eius addere libuit.* Menander, *ait*, qui Simoni mago ſucceſſit, ſeipſum propter ſceleratam morum ſuorum improbitatem, ſecundum Diabolicæ molitionis propugnaculum, illo priore nihilo planè imbecilliorẽ præſtitit. Erat iſte etiã Samaritanus: qui vbi ad ſummum præſtigiarũ faſtigium, vt facilè cum magiſtro contenderet, peruenerat, maioribus portentis ſe nobilitauit: & Seruatorẽ ad hominum conſeruationẽ ac ſalutẽ cælitus è ſęculis inuiſibilibus demiſſum, ſe prædicauit: docuitq́; neminem aliter ex angelorum dominatu qui mũdum fabricaſſent, ſe poſſe eri-

Lib 3. hiſt. cap. 20.

ſe eripere, quàm vt prius experientia magica ab ipſo tradita inſtruct[9] eſſet, & Baptiſmate, quod ille impertire ſolebat, ablutus. Quo quidē qui eſſent dignati, eos perpetuam in hac vita immortalitatem adepturos: & non amplius ſubituros mortem; ſed eodem in loco in ęternum commorantes, nulli ſenio nulliúe internecioni aliquando obnoxios fore. Iſta certè ex Irenæi ſcriptis facilè licet perſpicere. *Huc vſque Euſebius, qui & Antiochiæ potiſsimum plurimos illum ſeduxiſſe ex Iuſtini Apol. 2 ſubijcit Lib. 3 hiſt. cap. 20.*

Lib. de anima.

2. Et vltra non poſſe mori] *Tertull. impudentem hanc pollicitationem digna vellicatione excipiens, è contra* mortem omnium quæſtionum finem, & totius humani generis ſententia, naturæ debitum pronunciat. Hoc ſtipulata eſt vox Dei, hoc ſpopōdit omne, quod naſcitur, vt iam hinc nō Epicuri ſtupor ſuffundatur, negātis debitū iſtud ad nos pertinere: ſed hæretici magi Menādri Samaritani furor cōſpuatur, dicētis mortē ad ſuos nō modò nō pertinere, verū nec peruenire, in hoc ſcilicet, ſe à ſuperna & arcana poteſtate legatū, vt immortales, & incorruptibiles & ſtatim reſurrectionis cōpotes fiāt, qui baptiſma ei[9] induerint. A

# *RELATIO EIVS QVÆ EST SECVNDVM Saturninum doctrina.*

## CAPVT XXII.

E[1]X ijs Saturninus qui fuit ab Antiochæa, quæ eſt apud Daphnen, & Baſilides, occaſiones accipientes, diſtantes doctrinas oſtenderunt, alter quidem in Syria, alter verò in Alexandria. B Saturninus quidem ſimiliter vt Menander, vnum Patrem incognitū omnibus oſtendit, qui fecit Angelos, Archangelos, Virtutes, Poteſtates.[2] A ſeptem autem quibuſdam Angelis mundum factum, & omnia quæ in eo. Hominem autem Angelorum eſſe facturam, deſurſum à ſumma poteſtate lucida imagine apparente, quam cùm * continere non potuiſſent, inquit,[3] eo quod ſtatim recurrerit ſurſum, adhortati ſunt ſemetipſos, dicentes: Faciamus hominem ad imaginem &[4] ſimilitudinem noſtram: qui cùm factus eſſet, & non potuiſſet erigi plaſma per imbecillitatem Angelorum, ſed[5] quaſi vermiculus ſcarizaret, miſerantem eius deſuper Virtutem, quoniam in ſimilitudinem eius eſſet factus, emiſiſſe ſcintillam vitæ, quæ erexit hominem, & articulauit, & viuere fecit. Hanc igitur ſcintillā vitæ, poſt defunctionē, recurrere ad ea, quæ ſunt eiuſdem generis, dicit. Et reliqua ex quibus facta ſunt illa reſolui.[6] Saluatorem autem innatum] demōſtrauit, & incorporalem, & ſine figura, putatiuè autem viſum hominem. Et Iudæorum Deum vnum ex Angelis eſſe dixit, & propter hoc quòd diſſoluere voluerint Patrem eius omnes principes, adueniſſe Chriſtum ad deſtructionem Iudæorum Dei, & ad ſalutem credentium ei; eſſe autem hos, qui habent ſcintillam vitę eius. Duo enim genera (hic primus) hominum plaſmata eſſe ab Angelis dixit, alterum quidem nequam, alterum autem bonum. Et quoniā dæmones, peſſimos adiuuabāt, veniſſe Saluatorem ad diſſolutionem malorum hominum & dæmonum, C ad ſalutem autem bonorum.[7] Nubere autem & generare, à Satana dicunt eſſe. Multi autem ex ijs, qui ſunt ab eo, &[8] ab animalibus abſtinent,[9] per fictam huiuſmodi continentiam] ſeducentes multos. Prophetias autem quaſdam quidam ab ijs Angelis, qui mundum fabricauerint dictas; quaſdam autem à Satana, quem & ipſum Angelum aduerſarium mundi fabricatoribus oſtendit, maximè autem Iudæorum Deo.

Geneſ. 1.
* eque

## ANNOTATIONES.

Contra hæreſ. 23. Lib. 1. hæret. fab.

1. Ex ijs Saturninus] *Hunc* Saturnilium *vocant Epiphanius, & Theodoretus. Porrò cùm eum ab Antiochæa, quæ eſt ad Daphnen, ortum dicit Irenæus, ab alijs eiuſdem nominis vrbibus, quas duodecim fuiſſe narrat Stephanus, ſecernit: vt ibi ſuæ impietatis organa Diabolum præcipuè direxiſſe indicet, vbi maiore animi alacritate apoſtolorum prædicatio excepta fuerat. Illic enim miniſterio Pauli, Barnabæ, & celebrium aliquot aliorum virorum tanta incrementa Eccleſia fecerat, vt ibi primū vocarentur Chriſtiani. Septem annis Eccleſiæ illi præfuerat Petrus; poſtea Euodius; dehinc præclarus ille Ignatius* per magni Petri dexteram, *ait Theodoretus,* Pontificatus gratiam ſuſcepit.

Dialog. 1.

2. A ſeptem autem] *Libri huius c. 20. hunc errorem tribuit etiam Simoni: cap. 21 Menandro: quibus conſentiunt Tertull. Epiphan. Auguſt. Theodoret. & Philaſtrius. In eundem autem diſputatur infra libr. 2. cap. 2. 3. 11. 12. &c.*

3. Eo quòd ſtatim] *expunximus* eo ſtatu qui.

4. Et ſimilitudinem noſtram] *Vox* noſtram *hoc loco ſuſpecta eſt, propterea quòd Epiphanius ſcribat, eam à fictitijs Angelis Saturnini omiſſam fuiſſe: quo videlicet error veriſimilitudinem haberet, tanquam alij quidam feciſſent hominem, imago verò alterius fuiſſet.*

5. Quaſi vermiculus ſcarizaret] σκαρίζειν *ſaltare ſignificat, ſed apertius Theodoretus:* Cū autem figmentum non poſſet erigi, ſed inſtar vermis ſerperet, miſerta, inquit, diuina potentia vitæ ſcintillam immiſit. *Epiphanius:* Cū factus fuiſſet homo, & propter impotentiam ſuam non poſſent ipſum perficere, iacuiſſe ipſum, & ſe volutaſſe in terra ſitum inſtar vermis reptilis, *& cæt. Tertull.* ſuper terram iacuiſſe reptantem, &c.

Lib. 1. hæret. fab. D

Contra hæreſ. 23.

6. Saluatorem autem innatum,] *Deleuimus* ignotum, *docente vetere codice, & conſentientibus Tertull. ac Epiphanio, quod hic impoſtor Chriſtum verè natum & hominem factum negaret: ſed ſolo phantaſmate genitum & paſſum: ſeu, vt hic additur, putatiuè viſum hominem.*

Li. Præſ. Contra hæreſ. 23.

7. Nubere autem & generare] *Mirum eſt Gnoſticos fermè omnes matrimonium honeſtum nō tantum damnaſſe, ſed & ipſum execrando, Satanæ opus vocitaſſe, cùm promiſcuos concubitus & nefarias libidines palam profiterentur.* Sed bellum, *ait Theodoretus,* aduerſus

Epit. diuin. decret.



A aduerſus Creatorem huius vniuerſitatis gerebant, ideò ne per matrimonium opificium eius augeretur, formidabant. *Aduerſus hunc errorem acerrimè diſputat toto lib. 3. ſtrom. Clemens Alex. & Tertullianus lib. 1. contra Marcionem; atq; lib. 5. contra eundem, in cuius ſectione 38. etiam quinquies vocat nuptias Sacramentum, vt Auguſtinus libr. 1. de nuptijs & concupiſcentia, ſexies: & libro vnico de bono coniugali contra Iouinianum, decies. Videant ergo recentiores Gnoſtici quò pergant, quosq; dogmatum ſuorum parentes habeāt, cùm Matrimonium ſacramentum eſſe à Deo inſtitutum negant, vt inter prophanos contractus, quos leuiori negotio ſoluunt, reponant.*

8. Ab animalibus abſtinent] *Hunc locum ſimulque additam ex vetere codice emēdationem ita illuſtrat Epiphanius:* Matrimonium contrahere & generare, idem ſcurra ex Satana eſſe dicit. Vnde etiam plures ex ipſis ab animatis abſtinent, quo per ſimulatam ſuam vitam aliquos ad ſuam fraudem illiciant.] *Hos & procul dubio ſignificat B. Clemens Ro. d.* Quidam nuptias reſpuunt, carnem item & vinum in rebus abominandis ponunt: item nubere, & liberis operam dare prohibent, ac quoſdam cibos capere, ſcilicet vt hac continentia ſuæ ſententiæ prauitatem facilius probare poſſint. Quidam verò ex ijs docent abſtinendum carnibus, non quod parcant animantibus ratione carentibus, ſed quòd ea animam rationis participem habere exiſtimant, eoſque pœnas cædis daturos, qui ea occidere audent. *Hanc verò doctrinam dæmoniorum, cum Apoſtolo perpetuò damnauit Eccleſia, quæ nihil natura immundum eſſe, nihil à Satana, ſed omnia à Deo creata, benedicta, & valde bona eſſe credit. Obſerua autem quàm ſimulata pietate in Chriſti gregem graues lupi iſti graſſarentur, & Eccleſiā Dei, ait Clemens Ro.* veluti vulpeculæ vineam, labefactarēt.

Contra hæreſ. 23. B

Lib. 6. conſt. Apoſt. ca. 10.

9. Per fictam huiuſmodi continentiam] *Ita vet. co. deleuimus verò* perfecta huiuſmodi continētia.

Lib. 6. conſt. cap. 17.

# *QVÆ EST BASILIDIS ARGVMENTATIO.*

## CAPVT XXIII.

B[1]Aſilides autem, vt altius aliquid & veriſimilius adinueniſſe videatur, in immenſum extendit ſententiam doctrinæ ſuæ, oſtendens Nun primò ab innato natum Patre, ab hoc autem natum Logon,[2] deinde à Logo, Phroneſin, à Phroneſi autem Sophiam & Dynamin, à Dynami autem & Sophia virtutes, & principes, & Angelos, quos & primos vocat, & ab ijs primum cælum factum. Dehinc ab horum deriuatione alios item factos, aliud cælum ſimile priori feciſſe, & ſimili modo ex eorum deriuatione [cūm] alij facti eſſent,[3] antitypi] eis [qui] ſuper eos eſſent, aliud tertium deformaſſe cælum, & à tertio deorſum deſcendentium quartum, & deinceps, ſecundùm eum modum alteros & alteros principes & angelos factos eſſe dicunt, & cælos CCCLXV. quapropter & tot dies habere annum ſecundùm numerum cęlorum. C Eos autem qui poſterius continent cælum angelos,[4] quod etiam à nobis videtur,] conſtituiſſe ea quę ſunt in mundo omnia, & partes ſibi feciſſe terræ, & earum quæ ſuper eam ſunt gentium. Eſſe autem principem ipſorum eum, qui Iudæorum putatur eſſe Deus. Et quoniam hic ſuis hominibus, id eſt Iudæis, voluit * ſubigere reliquas gentes, reliquos omnes principes contraſtetiſſe ei & contraegiſſe. Quapropter &[5] reliquæ reſiluerunt] gentes eius genti.[6] Innatum autem & innominatum Patrē videntem perditionem ipſorum, miſiſſe primogenitum Nun ſuum, & hunc eſſe qui dicitur Chriſtus, in libertatem credentium ei, à poteſtate eorum qui mundum fabricauerunt. In gentibus ipſorum autem apparuiſſe eum in terra hominem, & virtutes perfeciſſe.[7] Quapropter neque paſſum eum, ſed Simonem quendam Cyrenæum angariatum portaſſe crucem eius pro eo: & hunc ſecundùm ignorantiam & errorem crucifixū transfiguratum ab eo, vti putaretur ipſe eſſe Ieſus: & ipſum autem Ieſum Simonis accepiſſe formam, & ſtantem irriſiſſe eos. Quoniam enim virtus incorporalis erat * æterna innati Patris, transfiguratum quemadmodum vellet, & ſic aſcendiſſe ad eum qui * miſit eum, deridentem eos, cùm teneri non poſſet, & inuiſibilis eſſet omnibus. Et liberatos D igitur eos qui hæc ſciant à mundi fabricatoribus principibus, & non oportere confiteri eum qui ſit crucifixus, ſed eum qui in hominis forma venerit, & putatus ſit crucifixus, & vocatus ſit Ieſus, & miſſus à Patre vti per diſpoſitionem hanc, opera mundi fabricatorum diſſolueret. Si quis igitur (ait) confitetur crucifixum, adhuc hic ſeruus eſt, & ſub poteſtate eorum qui corpora fecerunt: qui autem negauerit, liberatus eſt quidem ab ijs, cognoſcit autem diſpoſitionem innati Patris.[8] Animæ autem ſoli eſſe ſalutem: corpus enim natura corruptibile exiſtit.[9] Prophetias autem & ipſas à mūdi fabricatoribus fuiſſe ait principibus, propriè autem legē à principe [ipſorum, eum] qui eduxerit populum de terra AEgypti. Contemnere aūt & idolothyta & nihil arbitrari, ſed ſine aliqua trepidatione vti eis.[10] Habere aūt & reliquarum operationum vſum indifferentē, & vniuerſæ libidinis.[11] Vtuntur autem [& hi magia,] & incantationibus, & inuocationibus, & reliqua vniuerſa parerga: nomina quoq; quædam affingentes quaſi Angelorum annunciant, hos quidem eſſe in primo cælo, hos autem in ſecundo, & deinceps nitūtur CCCLXV. ementitorum cælorum & nomina, & principia, & angelos, & virtutes exponere. Quemadmodum & mundus nomen eſſe in quo dicunt deſcendiſſe & aſcendiſſe

* ſubijcere
* & Nus
* miſerat

[12] Salua-

[12] Saluatorem,eſſe Caulaucau.Igitur qui hæc didicerit, & Angelos omnes cognouerit, A & cauſas eorum,inuiſibilem & incomprehenſibilem eum[ angelis & ] poteſtatibus vniuerſis fieri,quemadmodum & Caulaucau fuiſſe. Et ſicut filium [13] incognitum ] omnibus eſſe,ſic & ipſos à nemine oportere] cognoſci, ſed cùm ſciant ipſi omnes,& per omnes tranſeant,ipſos omnibus inuiſibiles & incognitos eſſe. Tu enim (aiunt) omnes cognoſce,te autem nemo cognoſcat.[14] Quapropter & parati ſunt ad negationem, qui ſunt tales,imò & magis ne pati quidem propter nomen poſſunt, cùm ſint omnibus ſimiles.[15] Non autem multos ſcire poſſe hęc,ſed vnum à mille,& duo à myriadibus.[16] Et Iudæos quidem iam non eſſe dicunt, Chriſtianos autem nondum: & non oportere omninò ipſorum myſteria effari, ſed in abſcondito continere per ſilentium. [17] Trecentorum]autem ſexaginta quinque cælorum locales poſitiones diſtribuunt ſimiliter vt Mathematici.Illorum enim theoremata accipientes,in ſuum characterem doctrinæ tranſtulerunt:eſſe autem principem illorum*ἀβράξας,& propter hoc CCCLXV.numerum habere in ſe.

* Abraxas.

## ANNOTATIONES.

1. Baſilides]*Hunc Alexandria ortum, in Aegypto autem errorum ſuorum ſcholas inſtituiſſe Adriano imperante,tradit Euſebius:ſimulq; Caſtorem Agrippam ſcriptorem præſtantiſſimum,valentiſſima refutatione ſubtile captionum illius viri acumen apertiſſimè detexiſſe. Cæterùm, polygraphum fuiſſe, vt qui viginti quatuor commentariorum libros in Euangelium ſcripſerit, poſt Clementem Alex.monet idem Euſebius. Tertullianus paulò apertioribus verbis huius hæreſes ita extulit:*Baſilides dicit ſummũ Deum nomine Abraxam;quo mẽtem creatã,quam Gręci νοῦν appellãt.Inde Verbum,ex illo Prouidentiã,Virtutẽ, & Sapientiã. Ex ipſis inde Principatus, & Poteſtates, & Angelos factos.Deinde,infinitas Angelorum æditiones & probolas. Ab ipſis Angelis trecentos ſexaginta quinq; cælos inſtitutos: & mundum in honore Abraxæ,cuius nomen hunc in ſe habeat numerum computatum. *Sic quoq; Epiphanius, Theodoretus, & Nicetas.* (Lib.4.hiſt. cap.7. — Li.4.ſtrom.)

2. Deinde à logo ] *His delirijs plures deos conſtituere, imò & ex diabolis deos effingere Baſilidem,ſcribit Clemens Alexand.lib.4.& 5.ſtrom.*

3. Antitypi] *Deleuimus* tanti typi,*authoritate vet. codicis. Eſt autem ἀντίτυπος idem quod ſimilis & eiuſdem formæ.*

4. Quod etiam à nobis videtur] *Deleuimus,* qui à nobis videntur, *authoritate vet. codic. emendationem probantibus Theodoreto atque Niceta. Ille enim habet,*hoc cælum vltimum,quod à nobis videtur.*Iſte verò,*quod aſpectabile nobis eſt.

5. Reliquæ reſiluerunt gentes] *Expunximus* reſiduæ ruerunt,*autho.vet.co. locum verò illuſtrat Epiphanius:*Hanc gentem, etiam aliæ gentes bello impetiuerunt, & multa mala ipſi intulerũt,propter aliorum angelorum ęmulationẽ,quoniam propulſati velut contempti ab ipſo, etiam ipſi proprias gentes,contra gentem Iſrael commouerunt.*Theodoretus:*Iudæorum adminiſtrationẽ ſortito,volenti autem ſuis gentibus omnes gentes ſubijcere,alios principes reſtitiſſe. *Tertullian.* In vltimis quidem angelis, & qui hunc fecerũt mundum,nouiſſimum ponit Baſilides Iudæorum Deum:id eſt,Deum legis & Prophetarum, quem Deum negat,ſed angelum dicit.Huic ſortitò cõtigiſſe ſemen Abrahæ,atq; ideò hunc de terra AEgypti,filios Iſrael in terram Chanaan tranſtuliſſe.Hunc turbulentiorem præ cæteris angelis, atque ideò & ſeditiones frequenter & bella concutere, ſed & humanum ſanguinem fundere. (Contra hæreſ.34. — Lib.1.hæret. fab. — Li.de præſc.)

6. Innatum autem ] *Theodoretus:* Ingenitũ autem hęc videntem,primogenitam mentem ſuã miſiſſe, quam etiam Chriſtum appellauit, vt ſeruaret eos, qui vellent credere. *Subſcribit Nicetas.* (Lib.1.hæret. fab.) B

7. Quapropter neque paſſum ] *Tertullianus:* Hunc paſſum apud Iudæos non eſſe, ſed vice ipſius Simonẽ crucifixum eſſe; vnde nec in eum credendum eſſe,qui ſit crucifixus, ne quis confiteatur in Simonem credidiſſe.*Sed eo longè apertius Epiphanius:* Confingit nobis aliũ fabulæ ac dramatis actum,non Ieſum paſſum eſſe aſſerẽs: ſed Simonem Cyrenęum. Nam quoniam dum Dominus è Hieroſolymis exturbaretur, vt Euangelij ſeries habet, coegerunt quendam Simonẽ ad portandam crucem: hinc reperit vt nequitiei ſuę tragœdiam cõfingeret.Et illum,inquit, in eo,quod portabat crucem,transformauit in ſuam ſpeciem,& ſeipſum in Simonem,& pro ſeipſo tradidit Simonem, vt crucifigeretur.Cùm C autem ille crucifigeretur, ſtabat ex oppoſito inuiſibilis Ieſus,deridens eos,qui Simonem crucifigebant.Ipſe verò diſceſſit ad cæleſtia, tradito Simone ad crucifigendum,& illæſus proceſſit ad cælum. Verùm ipſe Simon crucifixus eſt, & non Chriſtus, &c. *Nicetas verò ſic impietatem iſtam refellit:* Si Cyrenenſis ille paſſus eſt, quis alter ille fuit, qui ſurrexit à mortuis? Vulnera quæ in cruce acceperat oſtendit Apoſtolis? Deniq; cum corpore in cælos aſcendit? (Li. de præſc.)

8. Animæ autem ſoli ] *Tertull.* Carnis reſurrectionem grauiter impugnat, negans ſalutem corporibus repromiſſam. (Li. de præſc.) D

9. Prophetias autem ] *Theodor.* Prophetias quoq; dixit ab angelis eſſe factas: legem autem fuiſſe latam à Principe Iudæorum. (Lib. hæret. fab.)

10. Habere autem ] *Epiphanius:* Sed & hinc omni immundicia profectum capiente,quę à Simone Mago initium accepit,omne ſtudium malitiei ac petulãtiæ diſcipulos ſuos perficere pręcepit hic erro,& viros ipſi fidem habentes,cum mulieribus multiplicem quandam mixturam praui propoſiti docet. Quare dicit Apoſtolus propter hos & ſimiles ipſis,reuelari iram Dei & iuſtum iudiciũ,ſuper eos, qui veritatem in iniuſtitia detinent.Propter hanc enim cauſam, voluptatis ſcilicet,multi in hæreſim delabũtur, cũ reperiant locum licenter perficiendi voluptatem ſuam in turpibus operationibus. (Contra hæreſ.34. — Rom. 1.)

11. Vtuntur autem & hi magia] *Locum hunc cum*



*cum emendatione ex vetere codice ſic explicat Theodoretus:* Porrò autem hi quoque, ſicut qui Menandri & Simonis ſectam ſequuntur, incantationibus & præſtigijs, & omnis generis impoſturis vtuntur. *Epiphanius verò,* Quin & magicis artibus ac curioſitatibus impoſtor ille addictus eſſe non deſijt. *Itaque pro* imaginibus *repoſuimus* magia. (Lib.1.hæret. fab. — Cõtra hæreſ. 24.) A

12. Saluatorem eſſe Caulaucau] *Theodoretus:* Seruatorem autem & Dominum Caulacuam nominant. *Damaſcenus de Nicolao Antiochen.d.* Hic in mundum inuexit quædam barbara nomina, vt Caulacauchus & Protonicus, aliaque permulta. *Epiphanius,* Alij καυλαυκαυχ glorificant, principem quendam hunc ſic appellantes, decipere conãtes imperitos per nominum terriculamenta, & confictã barbaram nominis appellationem. *Et poſt pauca:* Sed & de Caulaucauch, quis legentium non riſerit? quod dictiones Hebraicè probè dictas,& Græcè rectè expoſitas, & nunc apud eos qui Græcè norunt manifeſtas, & nihil obliqui habentes: ipſi in idolorum effictiones, & in formas, & inſubſtantiuos principatus, &, vt ita dicam, ſtatuarum figmenta efformant, apud ſimplices per imaginationem errorem diſpergentes, ad turpis & fabuloſæ artis ipſorum conſeminationem. Caulaucauch enim in Iſaia ſcriptum eſt, & eſt quædam dictio in duodecima viſione, vbi dicit θλῖψιν ἐπὶ θλῖψιν, ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδα, ἔτι μικρὸν ἔτι μικρὸν προσδέχου. *Id eſt,* afflictionem ad afflictionem, ſpem ad ſpem, adhuc parum adhuc parum aſſume. *Sic enim Septuaginta, quos imitatur, Græcè reddiderunt verba iſta Hebraica,* צו לצו צו לצו קו לקו,קו לקו,זעיר שם זעיר שם *Quæ ſic de verbo ad verbum vertit Sanctes,* Præceptum poſt præceptum, præceptum poſt præceptum: Linea poſt lineam, linea poſt lineam: parum ibi, parum ibi. *Communis tranſlatio:* Manda remanda, manda remanda: expecta reexpecta, expecta reexpecta: modicum ibi, modicum ibi. *Porrò verbis illis Iſaias Iudæorum impietatem deſcribit, qua Prophetarum voces, & comminationes cum dicterijs excipiebant, & mimeſi quadam imitabantur cum contemptu & irriſione. Vel, vt alijs placet, ſocordiam & ignorantiam populi arguit, qui velut pueri, pedetentim docendus erat, ſingulis diebus ſingula præcepta diuina tradenda, vt ſolent inſtitui infantes, quorum captus eſt admodum exiguus. At impoſtores iſti, ignota ſibi, aut ſaltem rudioribus verba, velut grandia myſteria continerent, populo inculcabant.* (Lib.1 hæret. fab. — Lib. de hære. — Cap.28.) B C

13. Incognitum ] *Deleuimus* cognitum,*authoritate veter.Codic.&* oportere,*pro,*oportet *legimus.* D

14. Quapropter & parati] *Tertullianus:* Martyria negat eſſe facienda. *Epiphanius:* Rurſus autem aſſerit non oportere martyrium ſubire. Qui enim Martyrium ſubit, mercedis exors reperietur, cùm Martyrium ſuſtineat, pro eo, qui hominem fecit. Suſtinet enim martyrium pro crucifixo Simone, &c. (Li. de præſc.)

15. Et Iudæos quidem ] *Epiphanius:* Quod ſi ipſe & ſodales eius interrogentur, Iudæos quidem ſeipſos non amplius eſſe dicunt: Chriſtianos autem nondum factos eſſe, ſed negare ſemper, habere autem in ſeipſo tacitè fidem & nemini oſtendere, &c. (Contra hæreſ.24.)

16. Non autem multos ] *Epiphanius:* Iubet autem ſolùm de Patre & ſuo myſterio, nemini reuelare, ſed ſilentio in ſeipſis continere. Vni verò de mille reuelare, & duobus de decem millibus. *Theodoretus:* Hæc autem dicunt eſſe ineffabilia, & nec ab omnibus capi aut comprehendi poſſe, præterquam ab vno ex mille.

17. Trecentorum autem ] *Hunc locum ita imitatus eſt Theodoretus:* Dicit autem Principem ipſorum eſſe Abraxax; nominis enim ſupputatio trecentorum ſexaginta quinq; numerum ſignificat. *Eadem habet & Damaſce. Auguſtin. verò in partium ſupputatione, diutius immoratur ita ſcribens.* Baſilides trecentos ſexaginta quinq; cælos eſſe dicebat, quo numero dierum annus includitur. Vnde etiam quaſi ſanctum nomen commendabat, quod eſt ἀβράξας: cuius nominis literæ ſecundum Græcam ſupputationem, eundem numerum complent. Sunt enim ſeptem, α, & β, & ρ, & α, & ξ, & α, & ς: id eſt, vnum & duo, & centum & vnum, & ſexaginta & vnum, & ducenta, quæ fiunt in ſumma, trecenta ſexaginta quinque. *Epiphanij prolixior tractatio, in qua etiam Irenæum nominatim appellat, in idem redit. Porrò, Beatus Hieronymus aſſerit* Mithram *ſub eodem numero aliarum literarum, Ethnicis eſſe, quam Baſilides portentoſo nomine vocat* Abraxan. (Lib.1. hæret. fab. — Lib. de hæreſ. — Lib. de hære. — Contra hæreſ. 24. — Lib.1. com. in Amos.)

*Cæterùm, Baronius vir doctiſſimus & lectiſſimus Appendice ad ſecundum Tomum Annalium, ex inſcriptionibus cuiuſdam gemmæ è ruderibus erutæ, contendit legendum potius* ΑΒΡΑCΑΞ, *ſeu* ABRASAX, *quàm* ABRAXAS: *& eundem Baſilidi loco fuiſſe ſummi* Dei, *cuius & imagines amuleti loco ſuis exhiberet planè monſtroſas, vt ex ea, quæ gemma continetur apparet; ac proinde ſummo iure damnatas fuiſſe ab Irenæo. Legit enim ille in hoc Irenæi capite:* Vtuntur autem imaginibus: *emendationemq; tam veteris codicis, quàm Epiphanij ac Theodoreti non ſequitur: ſed propriam ſententiam.*

## QVÆ EST CARPOCRATIS DOCTRINA, & quæ operationes eorum, qui ab eo ſunt.

### CAPVT XXIV.

C[1]Arpocrates autem & qui ab eo, mundum quidem, & ea, quæ in eo ſunt, ab Angelis multo inferioribus ingenito Patre, factum eſſe dicunt. Ieſum autem è Ioſeph natum, & qui ſimilis reliquis hominibus fuerit; diſtaſſe à reliquis ſecundùm id, quod anima eius firma & munda cùm eſſet, commemorata fuerit

A ta fuerit quæ viſa eſſent ſibi in ea [† circumlatione,] quæ fuiſſet in ingenito DEO: & propter hoc * ab eo miſſam eſſe ei virtutem, [vti mundi fabricatores] effugere poſſet, & per omnes tranſgreſſa, & in omnibus liberata, aſcenderet * ad Deum,[2] & ea, quæ ſimilia ei * amplecteretur ſimiliter.[3] Ieſu autem dicunt animam in Iudæorum conſuetudine nutritam contempſiſſe eos, & propter hoc virtutes accepiſſe, per quas euacuauit, quæ fuerunt in [pœnis] paſſiones quæ [inerant] hominibus. Ea igitur, quæ ſimiliter atque illa Ieſu anima, poteſt cōtemnere mundi fabricatores archontas, ſimiliter accipere virtutes ad operandum ſimilia. Quapropter & ad tantum elationis prouecti ſunt, vt quidam quidem ſimiles * ſe eſſe dicant Ieſu: quidam autem adhuc [&] ſecundùm aliquid illo fortiores, qui ſunt diſtantes ampliùs quàm illius diſcipuli, vt puta quàm Petrus & Paulus, & reliqui Apoſtoli. Hos autem in nullo deminorari à Ieſu. Animas enim ipſorum ex eadem circumlatione deuenientes, & ideò ſimiliter contemnentes mundi fabricatores, eadem [4] dignas habitas] eſſe virtute, & rurſus in idem abire. Si quis autē plus quàm ille contempſerit ea, quæ ſunt hic, poſſe meliorem quàm illum eſſe.[5] Artes enim magicas operantur & ipſi, & incātationes, philtra quoq; & chariteſia, & paredros [&] oniropompos, & reliquas malignationes, dicentes ſe poteſtatem habere ad dominandū iam principibus & fabricatoribus mundi huius. Non ſolùm autem, ſed & his omnibus, B quæ in eo ſunt facta.

* à Deo. * ad eum. * amplecterentur. * ſeſe

[6] Qui & ipſi ad * detrectationem diuini nominis & Eccleſiæ, quemadmodum & gentes à Satana præmiſſi ſunt, vti ſecundùm alium [& alium] modum, quæ ſunt illorum audientes homines, & putantes omnes nos tales eſſe, auertant aures ſuas à præconio veritatis. Aut vt videntes quæ ſunt illorum, omnes nos blaſphement, in nullo eis communicantes, neq; in doctrina, neque in moribus, neque in quotidiana conuerſatione. Sed vitam quidem luxurioſam, ſentētiam autem impiam ad velamen malitiæ ipſorum nomine * abutuntur, quorum iudicium iuſtum eſt, recipientium dignam ſuis operibus à Deo retributionem: & in * tantum inſania effrænati ſunt, vti & omnia quæcunq; ſunt, irreligioſa & impia poteſtatem habere operandi ſe dicant. Sola enim humana opinione negocia mala & bona dicunt. Et vtique ſecūdùm tranſmigrationes in corpora oportere in omni vita, & in omni actu fieri animas,[7] ſi non præoccupans quis in vno aduentu omnia agat ſemel ac pariter: quæ non tantùm dicere & audire non eſt fas nobis, ſed ne quidem in [mentis] conceptionem venire, nec credere ſi apud homines conuerſantes in his [8] quæ ſunt ſecundùm [nos ciuitates, tale aliquid agitatur, vti ſecundùm quod] ſcripta eorum, dicunt in omni vſu vitæ factæ animæ ipſorum, exeuntes in nihilo adhuc minus habeant. Ad operandum autem in eo ne fortè [9] propter eam, quod deeſt libertati * aliqua re cogantur iterum mitti in corpus, propter hoc dicunt Ieſum hanc dixiſſe C parabolam:[10] Cùm es cum aduerſario tuo in via, da operam vt libereris ab eo, ne fortè te det iudici, & iudex miniſtro, & miniſter mittat te in carcerem. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouiſſimum quadrantem. Et aduerſarium dicunt vnum ex Angelis, qui ſunt in mundo, quem diabolum vocant, dicentes factum eum ad id vt ducat eas, quæ perierunt animas [in] mundo, ad principem. Et hunc dicūt eſſe primum ex mundi fabricatoribus, & illum altero angelo, qui miniſtrat ei, tradere tales animas, vti in alia corpora includat. Corpus enim dicunt eſſe carcerem. Et id quod ait, Non exies inde quoad nouiſſimum quadrantem reddas, interpretantur, quaſi non exeat quis à poteſtate Angelorum eorum, qui mundū fabricauerunt;[11] ſed ſit] tranſcorporatum ſemper quoaduſque in omni omnino operatione, quæ in mundo eſt, fiat: & quum nihil defuerit ei, tum liberatam eius animam eleuari ad illum Deum, qui eſt ſupra angelos mūdi fabricatores. Sic quoque ſaluari & omnes animas, ſiue ipſæ præoccupantes in vno aduentu in omnibus miſceantur operationibus, ſiue de corpore in corpus tranſmigrātes, vel immiſſæ in vnaquaque ſpecie vitæ adimplentes et reddentes debita, liberari: vti iam non fiant in corpore.

Rom. 1. Matth. 5. 25.

* detractionem diuini Eccleſiæ nominis. * abutantur. * tantam inſaniam. * aliqua res

[12] Et, ſi quidem fiant hæc apud eos, quæ ſunt irreligioſa, et iniuſta, et vetita, ego nequaquam * credo. In conſcriptionibus autem illorum ſic cōſcriptum eſt, et ipſi ita exponunt, Ieſum dicentes in myſterio diſcipulis ſuis et Apoſtolis ſeorſum locutum, et D illos expoſtulaſſe, vt dignis et aſſentientibus, ſeorſùm hæc traderent, per fidem enim et charitatem ſaluari. Reliqua verò indifferentia cùm ſint, ſecundum opinionem hominum quædam quidem bona, quædam autem mala vocari, cùm nihil natura malum ſit.

* credam

[13] Alij verò ex ipſis ſignant, cauteriantes ſuos diſcipulos in poſterioribus partibus extantiæ dextræ auris.[14] Vnde et Marcellina, quæ Romam ſub Aniceto venit, cū eſſet huius doctrinę, multos exterminauit. Gnoſticos ſe autē vocant,[15] * etiam imagines quaſdā quidem depictas, quaſdam autē et de reliqua materia fabricatas habent, dicentes formā Chriſti factā à Pilato, illo in tempore quo fuit Ieſus cum hominibus, et has coronant, et

* &

proponunt



A proponunt eas cum imaginibus mundi philoſophorum, videlicet cum imagine Pythagoræ, & Platonis, & Ariſtotelis, & reliquorum; & reliquam obſeruationem circa eas ſimiliter vt Gentes faciunt.

## ANNOTATIONES.

1. Carpocrates] *Hunc genere Alexandrinum fuiſſe tradit Theodoretus; magum autem & impurum fornicarium Tertullianus; alios verò omnes hæreticos morū improbitate eundem ſuperaſſe: quippe qui ex Simonis, Menandri, Saturnili, Baſilidis & Nicolai ſentina, ſordes hauſerit, & ſectam inde conſtruxerit, quam Gnoſticorum nominauit, teſtis eſt Epiphanius.*

Lib. 1. hæret. fab. Lib. de anima. Contra hæreſ. 27.

† Circumlatione] *Theodoretus:* Dominum Ieſum ex Ioſeph & Maria natum eſſe dicebat, ſicut & alij homines; virtute autem fuiſſe inſignem, B vt qui puram habebat animam & memorem ſuæ cum ingenito cōſuetudinis. *Epiphanius quoq; correctiones ex vetere codice adhibitas agnoſcens:* quandoquidem, *ait,* validam præ cæteris hominibus habebat animam, & memoria tenebat ea, quæ viſa erant ab ipſa supernè, quando & in circumferentia ignoti illius patris erat, demiſſæ ſunt (inquiebat Carpocras) ab eodem patre in animam ipſius virtutes, quo viſorum ab ipſa recordata, & potentia corroborata, angelos mundi fabricatores effugeret, *& cæt. Pro* circulatione, circumlatione *repoſuimus: vt mox pro,* vt in mundi fabricatoribus, vti mundi fabricatores.

2. Et ea quæ] *Epiphanius:* Quin & ſimiles ipſi animas; æqualia ipſi amplexas, eodem modo liberatas, ſurſum volaſſe ad ignotum patrem, *& cæt. Damaſcenus:* Quod ſi quis ſimilia, quæ *IESVS* gereret; eum illius ſimilem eſſe di- C cebat.

3. Ieſu autem dicunt animam] *Hunc locum ad mediam vſque partem capitis huius, hiſdem verbis tranſcripſit Epiphanius contra hæreſ. 27. quæ ne paginas oneremus, adducere non libet. Eius verò authoritate, & veteris codicis conſenſu, pro* peius, *repoſuimus* pęnis, *& pro* erant, inerant hominibus.

4. Dignas habitas] *Ita legit vetus codex: Epiphanij interpres,* eadem virtute dignæ factæ. *Itaque de leuimus* dignos habitos.

5. Artes enim magicas] *Hanc ſententiam ſic exprimit Euſebius:* Iſti magicas Simonis præſtigias non ex occulto quidem, vt ille, ſed iam in apertum iure proferendas cenſuerunt: & non modò philtris amatorijs curioſè ab illis elaboratis, & quibuſdam dæmonibus, qui eorum animis nefaria iniecēre ſomnia, quique illis aſſeſſores extitēre, verùm etiam alijs non diſparibus ineptijs, ſe iam tanquam rebus maximi ferè D momenti & ponderis nobilitarunt.

Lib. 4. hiſtor. cap. 7.

6. Qui & ipſi ad detrectationē] *Epiphanius:* Sunt autem à Satana ſubornati ac producti, in opprobrium ac ſcandalum Eccleſiæ Dei. Indiderunt enim ſibijpſis cognomen Chriſtianorum, ad hoc vt Gentes per ipſos offendantur, & ſanctæ Eccleſiæ Dei vtilitatem & veram prædicationem, propter illorum nefaria facta & incomparabilem improbitatem auerſentur, & vt gentes ipſorum aſſiduò nefaria opera conſiderantes, putent etiam ſanctas Dei Eccleſias tales eſſe, & auertant, velut dixi, aures à Dei & veritatis doctrina, & cæt. *De iſdem quoque conqueritur Euſebius libro quarto hiſtor. capite ſeptimo, & longè ante hos, Iuſtin. mart. in colloquio cum Tryphone omnium grauiſſimè.*

Contra hæreſ. 27.

7. Si non præoccupans] *Iſthæc explicatius narrat Theodoretus.* Cùm Pythagoricas à corporibus in corpora traiectiones admiſiſſent, quod ei cōnexum à Pythagora dicebatur, non admiſerunt. Pythagoras enim dicebat animas quæ peccarant, mitti in corpora, vt & pœnas darent, & ritè expiarentur. Dicunt enim animas mitti in corpora, vt omne genus libidinis & petulantiæ peragant, eas ergo, quæ in vno deſcenſu impleuerint, non egere alia miſſione: quæ autem parum peccarunt, & bis mitti, & ter, & ſæpius, donec omnia vitiorum genera impleuerint.

Lib. 1. hæret. fab.

8. Quæ ſunt ſecundùm nos ciuitates] *Septem voculas, quas ex vetere cod. adiecimus, agnoſcit Epiphanius, & ſententiam longè apertiùs explicat.* Ita habent ipſorum libri, *inquit,* vt ſi quis prudentia præditus legat, admiretur, ac ſtupeat, & non credat, quod hæc ſic ab hominibus fiant, non ſolùm his, qui ciuitatem nobiſcum inhabitant; ſed etiam his, qui cum beſtijs & ſimilibus beſtijs ac pecoribus, fermè dixerim, quæ canes ac ſues faciunt, facere audent. Aiunt enim, oportere his omnibus penitus vti, vt ne egreſſæ animæ aliquo opere relicto, ea de cauſa reuertātur in corpus rurſus ad faciendum ea, quæ non fecerunt.

Contra hæreſ. 27.

9. Propter eam] *vetus codex ſubindicat legendū,* propterea quòd deeſt libertati aliqua res.

10. Cùm es cum aduerſario] *Hunc Euangelij locum & fuſiſſimè & præclarè diſcutit Tertullianus libro de anima, contra huius Carpocratis opinionem.*

11. Sed ſit] *Expunximus* ſic, *authoritate veteris codicis, probante id quoque Epiphanio.*

12. Et ſi quidem fiant hæc] *Cum laudis digna præfatione hæc ex Irenæo tranſcripſit Theodoretus vſq; ad illud,* alij verò ex ipſis ſignant.

Lib. 1. hæret. fab.

13. Alij verò ex ipſis] *Epiph.* Caterùm, ſignaculum per cauterium, aut nouaculam, aut ſubulam immittunt ac incutiunt Carpocratiani in dexteram inferiorem auriculam ijs, qui ab ipſis decepti ſunt. *Symbolis inuſtionibusq; iſtis externis, opinor, vtebantur, vt primo occurſu eiuſdem ſecum factionis aſſeclas agnoſcerent, conſilia communicarent, & promiſcuis concubitibus miſcerentur. In his verò nec à variarum Gentium moribus recedebant, quarum meminit Tertull. lib de velandis virginibus,* Garamantes pennis, ſtrobulis Barbaros, cicadis Athenienſes, cirris Germanos, & ſtigmatibus Britones, *inſignitos fuiſſe narrans. Signum quoq; inter Gnoſticos Epiphanius tradit extitiſſe virorum ad fœminas, & fœminarum ad viros: in extendendo manum ad ſaltationem, videlicet ſubter palmam contrectationem quandam titillationis, per hoc ſe inducere oſtendentes, quòd eiuſdem religionis eſſet, qui acceſſit. Hinc igitur mutua cognitione accepta, ſtatim ad epulationem conuertuntur. Vbi compotarunt, et venas impleuerunt, ad œſtrum ſe conuertunt. Et vir quidē concedens vxorem alteri, ad ipſam dicit,* Surge, fac dilectionem cum fratre & cæt. *Poſtremò, ſtigmata illa, obedientiæ & ſeruitutis perpetuæ ſigna erant, quibus ſectæ illi quaſi ſacramento nomina dabant, à qua deficere nunquam liceret. Sic dudum ſeruo Hebræo, qui anni*

Cōtra hæreſ. 26.

 ſeptimi

*Exod. 21. Deut. 15.*

A

*ſeptimi beneficio noluiſſet liber exire, ſeruitutem libertati anteponens, ſubula aurem ad oſtium perforare lex iubebat. Cæterùm, præcurſores certè Antichriſti agebant Gnoſtici, quem ſuos in dextera & fronte ſignaturum prædicit ſacra Ioannis reuelatio.* *Apoc. 13.* *An verò recentiores, veteribus illis meliores ſint, iudicent qui mores eorum melius explorarunt.*

14. Vnde & Marcellina] *vt Apoſtoli piarum mulierum opera vſi ſunt ad ciborum præparationem, & mulierum infidelium contubernia priuatim erudienda, ſemota omni turpitudinis ſuſpicione, alijsq́; pijs officijs, atq; ideò Presbyteras & Diaconiſſas illos inſtituiſſe conſtat: ſic & Pſeudoprophetæ iſti latiùs virus ſuum diſpergebant, & vtrumq; ſexum corrumpebant impudicarum mulierũ miniſterio. Marcellinæ autem huius meminerunt etiam Epiphan. & Auguſtin. Hieron. id genus beſtiarum catalogum contexuit, quem hîc addere libet:* Simon Magus hæreſim condidit Helenæ meretricis adiutus auxilio; Nicolaus Antiochenus omnium immundiciarum repertor, choros duxit fœminarum; Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos præpararet; Apelles Philomenen comitem ſuarum habuit doctrinarum; Montanus immundi ſpiritus prædicator, multas Eccleſias per Priſcam & Maximillam nobiles & opulentas fœminas, primùm auro corrupit, deinde hæreſi polluit. Arius vt orbem deciperet, ſororem principis prius decepit. Donatus per Africam, vt infelices quoſque fœtentibus pollueret aquis, Lucillæ opibus adiutus eſt. In Hiſpania Agape Elpidiũ, mulier virum, cæcum cæca duxit in foueam, ſucceſſoremq́ue ſui Priſcillianum habuit, cui iuncta Galla, alterius & vicinæ hæreſeos reliquit heredem.

*Clemens Ro. lib. 2. conſt. Apo. ca. 32. & lib. 3. ca. 15.*

*Epiſt. ad Cteſiph.*

B

*Optatus lib. 1. contra Par[men].*

C

15. Et imagines quaſdam] *Auguſtinus:* Sectæ Simonis fuiſſe traditur ſocia quædam Marcellina, quæ colebat imagines Ieſu, & Pauli, & Homeri, & Pythagoræ, adorando incenſumq́; ponendo. *Theodoretus:* Qui ſectæ Simonis erant, cũ ſtatuam eius in Iouis figuram conſtruxiſſent, Helenæ autem in Mineruæ ſpeciem, eis thura adolebant, ac libabant, & tanquam deos adorabant. *Epiphanius:* Habent imagines per colorẽ depictas, quidam etiam ex auro, & argento ac reliqua materia, quas ſanè imagines Ieſu eſſe dicunt, & ſub Pilato factas eſſe: habent autem eas occultè. Inſuperq́ue Philoſophorum quorundam Pythagoræ, Platonis, Ariſtotelis, & aliorum, cum quibus etiam alias imagines Ieſu collocant, collocataſq́ue adorant, & Gentium myſteria perficiunt. Qui verò ſunt Gentium mores alij, quàm ſacrificium atque alia?

*Lib. de hære.*

*Lib. 1. hæret. fab.*

*Contra hæreſ. 27.*

D

*Plurimas igitur ex Patribus & iuſtiſſimas rationes audis, quibus permotus Irenæus Gnoſticorum imagines reprobat: ſiquidem more gentium thure & ſacrificijs eis libabant, & tanquam viuentes deos, ſupremo cultu adorabant, creaturæ ſeruientes potius quàm Creatori. Deinde prophanorum & impiorum ſimulacris illas miſcebant, Chriſto Deo Saluatori noſtro illos æquantes. Poſtremò, dum occultè illas adſeruabant, cùm per Ethnicos palam liceret, facilè quiſq; ſibi perſuadebit monſtroſas, & propudioſas fuiſſe; maximè cùm talem Chriſtum illis figuris exprimerent, qualem portentoſis animi opinionibus eum eſſe confingebant.*

*Magdeburgenſes itaq; & Gallaſius, qui ex hoc Irenæi loco contendunt, tunc temporis nullum imaginum Chriſti & Apoſtolorum vſum in Eccleſia fuiſſe, nec veterum teſtimonijs, aut exemplis cõprobari poſſe: vel craſſiſſima ignorantia laborant, vel certè impudentiſſimo mẽdacio omnibus ſtudent imponere.*

*Non diſſimili impietate ac inſcitia in publico Mompelgartenſi colloquio palam Beza clamauit:* Eccleſiam veterem picturis caruiſſe. *Inſuper,* Eccleſiam primitiuam trecentis annis vſum imaginum non habuiſſe. *Prorupit rurſum in iſtas, etiam Lutheranis adſtantibus horrendas & execrandas voces:* fateor me ex animo Crucifixi imaginem deteſtari, ideò eam non poſſum ferre, &c.

*Ego autem contra, apertiſſimis & validiſſimis aſſertionibus, quod primum aſſerunt, falſum eſſe, & Chriſti, Apoſtolorumq́ue ſæculo, pium & publicum vſum venerandarum imaginũm inter Chriſtianos fuiſſe euincam.*

*1. Nicodemum illum, qui noctu primũ Ieſum conuenit, & eiuſdẽ poſtea corpus paſſionis cruciatibus laniatum, de cruce depoſuit,* proprijs manibus crucifixi imaginem ſibi efformaſſe, *eamq; ante mortem Gamalieli tradidiſſe aſſeruandam, & hunc Iacobo; Iacobum Simeoni; iſtumq́ue ſibi ſuccedenti Zachæo; ſicq́ue deinceps conſeruatam, quoaduſque Iudæi in Berytho Syriæ vrbe, omnia paſſionis Dominicæ probra in eandem renouarunt, pluribꝰ inde cõſequutis miraculis; elegãtiſſimo libro ante 1260. annos docuit magnus ille Athanaſius: quem perlectum ante annos octingentos, omnium Patrum ſuffragijs excepit vniuerſalis Nicena Synodus.*

*Lib. de paſſ. imaginis Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

*2. Superſtes adhuc cum Apoſtolis peregrinabatur Chriſtus, cùm mulier illa, quam à profluuio ſanguinis curauerat, in Cæſarea Paleſtinæ in monumentum accepti beneficij illius,* imaginem æream palam erexit, *quã Euſebius illic* adhuc ſtantem conſpexit, ſimulq́ue alias Petri & Pauli à Chriſtianis religioſè conſeruari. *Imò teſtantur Hiſtoriæ Euſebium proximè ſequutæ, illas Chriſti & Hemorrhoiſſæ ſtatuas, ad tempora vſque Iuliani Apoſtatæ permanſiſſe; qui, vt Iconoclaſtarum auum decebat, ſicut Chriſtianæ fidei, ita Chriſti & ſanctorũm imaginibus bellum indixerat.*

*Lib. 7. hiſtor. cap. 14. Aſterius Boſtrenſis Epiſc. orat. de muliere laborante. Sozomenus lib. 5. hiſt. cap. 20.*

*3. Accedit Apoſtolorum ipſorum conſtitutio in Synodo Antiochena, cuius ſumma talis eſt:* περὶ τοῦ μὴ πλανᾶσθαι τοὺς σωζομένους εἰς τὰ εἴδωλα· ἀλλὰ ἀντεικονίζειν τὴν θεανδρικὴν ἄχραντον χειροποίητον στήλην τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ τῶν αὐτοῦ θεραπόντων ἀντικρὺ τῶν εἰδώλων καὶ ἰουδαίων, *& cæt. Id eſt,* Non debere ſeruatos circa idola errare; ſed pro eis incontaminatam veri Dei ſimul & hominis, Saluatoriſq́ue noſtri IESV CHRISTI, & ſeruorum ipſius, manibus efformatam imaginem, contra idola & Iudæos erigere, &cæt. *Tria verò hîc diſertè notata habes. Primum, Chriſti Domini, & ſeruorum eius manibus efformandas eſſe imagines: deinde, idolorum diſtrictam prohibitionem; poſtremò, Gentium idolomaniæ, & Iudæorum ſuperſtitioni opponendas eſſe Chriſti, & Sanctorum imagines. Hunc autem Apoſtolicum canonem, germanum eſſe, non recens vnus, & alter in angulo affirmant; ſed propè innumerabiles, qui in publico totius orbis theatro ante octingentos annos conuenerunt Patres, ſynodo Nicena poſteriore. Hoc quoque canone innixus Baſilius magnus, ante 1270. aſſeruit,* imaginũ vſum ab Apoſtolis emanaſſe; *ſimulq; eo adhuc antiquior Euſebius,* à maioribus prodijſſe confirmans; *& Pamphilus martyr vtroq; ſuperior, hanc Apoſtolorum conſtitutionẽ, cum pluribus alijs ſe in Origenis bibliotheca reperiſſe teſtatur.*

*Epiſt. ad Iul. Lib. 7. hiſt. cap. 14. Turrianus lib. 1. pro cano. apo. ca. 25.*

*4. Subiungam Damaſceni, Euagrij, & Nicephori ex archiuis Edeſſæ ciuitatis depromtam narrationem,*

*Lib. 4. de fide orth. c. 17.*

*de Rege*



*Lib. 4. hiſt. c. 26. Lib. 2. hiſt. c. 7.*

A

*de Rege Abagaro, aliàs Augaro, qui fama curationum Chriſti permotus, conſequendæ ſanitatis ergô, Ananiam curſorem expeditum ad eum miſit. Sed cùm pro votis res minimè ſuccederet Regi, vt deſiderio quo flagrabat, vel ex parte faceret ſatis, pictorem eximium miſit, qui CHRISTI faciem effictam accuratè, afferret. At cùm pictor ob ſplendorem vultus, opus non poſſet abſoluere; Saluator* textum lineum petijt, in eoq́; expreſſam faciei imaginem ad Regem miſit. *Hãc adhuc ſua ætate, non ſine populi veneratione Edeſſæ conſpexiſſe, Leo Conſtantinopolitanus lector coram vniuerſali ſynodo Nicena confirmauit.*

*Niceph. lib. 2. hiſt. c. 43. & lib. 6. cap. 16 & lib. 14. cap. 2.*

*5. Perſarum etiam Regem eadem tempeſtate, Chriſti, & Matris eius figuras accepiſſe ſubijcit Nicephorus. Quin & Beatum Lucam Euangeliſtam B. Virginis, quam de facie nouerat, ſimulq; beatorum Petri & Pauli imagines depinxiſſe, quæ Pulcheriæ Imperatricis ſæculo, adhuc Conſtantinopoli ſeruabantur, non ſemel adfirmat.*

B

*6. Poſtremò, quis ſi vel à limine venerãdam antiquitatem ſalutauerit, neſcit crucis dominicæ ſignum & figuram, vſumq́ue eius, Apoſtolis ipſis, & Chriſtianis omnibus frequentiſſimum fuiſſe? Dionyſius Areopagita vnico libro de Eccleſiaſtica hiera. octies illius meminit. Nicodemus in hiſtor. de Paſſione & Reſurrectione Saluatoris, ter. Abdias decem & octo locis, eiuſdem expreſſione Apoſtolos varia perfeciſſe miracula recenſet. Iuſtinus in Dialogo, ex veteris Teſtamenti varijs figuris; & in calce Apolog. 2. in omnium rerum creatarum ordinibus effictam, accuratè docet. Quem nunc latent præclara Ignatij, Martialis, Tertulliani, Cypriani, Origenis, Lactantij, Athanaſij, de figuratione crucis verba? Apertiſſimum ergo eſt Chriſti, et Apoſtolorum æuo ſacrarum imaginum vſum fuiſſe.*

C

*Alterum falſæ aſſertionis caput, quo aiunt nec veteris Eccleſiæ exemplis, nec priſcorum patrum teſtimoniis imaginum vſum confirmari poſſe, ex Caluini officina prodijt; qui annis quingentis à Chriſto, quibus adhuc florebat Religio, & ſyncerior doctrina vigebat, Chriſtiana templa ab imaginibus vacua fuiſſe ſcribere non erubuit: quo mendacio nihil impudentiùs dici poteſt. Siquidem ante 1100. annos ſcripſit Auguſtinus,* pluribus locis Petrum & Paulum vnà cum Chriſto depictos, etiam Paganos vidiſſe; & Abrahæ ſponte filium immolantis nobilé factum, tot linguis cantatum, & tot locis pictum, vt aures & oculos diſſimulantium feriret. Inſuper Adami & Euæ folijs contegentium pudenda admiſſo peccato, picturas proſtitiſſe. *Idem apertiſſimis verbis,* Dominicæ crucis figuram hominiſque inibi patientis affixam imaginem, ad crucifixi Domini noſtri recordationem, & pigritantis fidei excitationem, humiliter complecti, & ſuppliciter venerari *ſuadet.*

*Lib 1. de conſenſu Euang. cap 10. Lib 22. contra Fauſt. ca. 73. Lib. 5. contra Iul. Pelagianum cap. 2. Lib. 2. de viſit. infir. c. 3.*

D

*Idem poſtremò, publica de B. Stephano martyrium fortiſſimè ſubeunte, ad populũ ſuum concione dicit:* Paſſio eius inſignis eſt, multumq́; mirabilis. Hanc modò de libro Actuum Apoſt. cũ legeretur audiuimus, non ſolùm, ſed etiam oculis ſpectauimus. *Quibus apertè ſignificat non modò hiſtorias Sanctorum Martyrum publicè legi ſolitas in templis; verùm in tabellis graphicè depictas et expreſſas oculis fidelium tum ſubiectas fuiſſe.*

*Serm. 2 de S. Steph.*

*Accedit & Paulinus, ad quem tot Auguſtini & Hieronymi extant epiſtolæ. Is Seuerum extollit,* quod in loco refectionis humanæ, id eſt Baptiſterio, B. Martini effigiem depinxiſſet, vt deponentibus in lauacro terrenæ imaginis vetuſtatem, imitanda cæleſtis animæ occurreret effigies. *Miſit præterea ad eundem hos verſus, quos imagini Crucifixi eo loci erectæ adſcribi curaret.*

*Epiſt. 12. ad Seuerum.*

A

Cerne coronatã Domini ſuper atria Chriſti
Stare crucem, duro ſpondentem celſa labori
Præmia: tolle crucem, qui vis auferre coronam.

*Et ad alias crucis imagines in ingreſſu baſilicæ:*

Ardua floriferæ crux cingitur orbe coronæ,
Et Domini fuſo tincta cruore rubet:
Quęq́; ſuper ſignum reſident cęleſte colũbę,
Simplicibus produnt regna patere Dei.

*Damaſus etiam ea ætate res geſtas ſuperiorum Pontificum colligens,* Ioannis Baptiſtæ confeſſionem, ex argento auream. Item, & crucis imaginem, Hilarium, qui longè eum præceſſerat, feciſſe narrat.

*De vitis Pontificum.*

B

*Hieronymus quoq; Paulam magno pietatis ardore montem Caluariæ conſcendiſſe narrat,* & proſtratam ante crucem, quaſi pendentem Dominum cerneret, adoraſſe.

*In epitaphio Paulæ.*

Veluti malum in naui, crucem erectam in Eccleſia eſſe, qua inter ſæculi naufragia ſeruatur incolumis, *concionabatur Ambroſius.*

*Ser. 55.*

*Eximium poëtam Chriſtianum Prudentium præterire non poſſum; qui certamina martyrum exprimentes imagines in templis collocatas verſibus cecinit, cùm genibus ad Sãcti Caſſiani martyris tumulum aduolueretur.*

Erexi ad cælum faciem, ſtetit obuia contra
Fuſis colorum picta imago martyris.
Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,
Ruptam minutis præferens punctis cutẽ.
Innumeri circum pueri, miſerabile viſu,
Confoſſa paruis membrá figebant ſtilis.
Aedituus conſultus ait, quod proſpicis hoſpes,
Non eſt inanis aut anilis fabula,
Hiſtoriam pictura refert, quæ tradita libris,
Veram vetuſti tẽporis monſtrat fidẽ: &c.

*Carmine de paſſione B. Caſſiani martyris.*

C

*His omnibus ſuperior Lactantius, his lectiſſimis verſibus (quos & Gyraldus, & antiqua exemplaria probant eſſe germana) docet qua pietate Chriſti de cruce pendentis imago, in templis publicè erecta ſit contemplanda, quando Chriſtum ita loquentem inducit:*

Quiſquis ades, medijq́; ſubis in limina tẽpli,
Siſte parũ, inſonteq́; tuo pro crimine paſſũ
Reſpice me, me conde animo, me in pectore
ſerua. &c.

*Carm. de paſ. Chriſti.*

*Et paulò poſt medium.*

Cerne manus clauis fixas, tractoſq́; lacertos,
Atq; ingens lateri vulnus, cerne inde fluorẽ
Sanguineum, foſſoſq́; pedes, artuſq́; cruẽtos.
Flecte genu, lignũq; crucis venerabile adora
Flebilis, innocuo terramq́; cruore madentẽ
Ore patens humili, lacrymis ſuffunde ſubortis, &c.

D

*Tertullianus deniq; vir Apoſtolicorum tẽporum, iam tum publicum & in ſacris conuentibus fuiſſe imaginum vſum oſtendit manifeſtè, ſcribens, etiam in ipſis ſanctis calicibus inſculptas fuiſſe Chriſti inſtar boni paſtoris ouẽ aberrantem in humeros referentis effigies.*

*Lib. de Pudicitia, ca. 7. & 10.*

*Huc vſq; Latinos Patres, impudens mendaciũ Caluini retegentes audiuimus; addamus iam, ſi placet, vt omni ex parte conuincatur, eiuſdem ætatis & Græcos. Imperante Theodoſio, B. Theodoretus Cyri Epiſcopus, Simeonem Stylitem tanta ſanctitatis fama nobilitatum ſcripſit,* vt Romani in omnibus etiam officinarum veſtibulis, & porticibus eius imagines collocarẽt, ſecuritatem & cuſtodiam quandam rebus ſuis præſtare arbitrati.

*In vita Simeonis.*

*At ille ipſe eſt Simeon, qui ante Theodoreti tempora, epiſtola ad Iuſtinum Imperatorẽ, grauiſſimè fuerat conqueſtus de Samaritis,* qui in Chriſti Domini noſtri imaginem, eiuſque Matris, infando facinore graſſati fuerant.

*Lib. 4. Apol. pro Chriſt.* *Addam pulcherrimum Leontij Neapolis Epiſcopi ſuffragium.* Sicut Iacob, *inquit*, accipiens à filijs veſtẽ Ioſeph ſanguine conſperſam, cum lacrymis eã oſculatus eſt, per eam arbitratus ſe Ioſeph oſculari, & in manibus habere: ſic & omnes imaginẽ Chriſti, aut Apoſtoli, aut Martyris tenentes, ipſum Chriſtum, aut Martyrem videmur nobis animo complecti.

*Epiſt. ad Iul. in Actis Conci. Niceni.* *Baſilium magnum ante hos omnes,* hiſtorias imaginum ſanctorum Prophetarum, Apoſtolorũ, & Martyrum in omnibus per Orientem Eccleſijs erectas ſeſe ſuſcepiſſe, & palam honoraſſe, vt ab Apoſtolis traditum fuerat, *idem ſibi ipſe teſtis eſt.*

*Se. de patriarcha Abraham in conc. Nic.* *Eius frater Gregorius Niſſenus*, non infrequenter paſſionis Chriſti figuram cum lacrymis intuebatur, *adeò efficaciter ob oculos hiſtoriam pictura ponebat.*

*In encomio Meletij.* *Iſtis non inferior Chryſoſtomus*, B. Meletij imaginem in annulis, poculis, phialis, thalami parietibus, & alijs locis, multos effinxiſſe, vt corporis ſanctiſſimi viri formam vbique conſpicerent, *& narrat & laudat. Quin & ſe* ex cera confictam imaginem, pietate plenam amaſſe *non diſſimulat.*

*Orat. quod vete. & nou. Teſt. vnus ſit legiſlator.* *Athanaſius omnem imaginibus exhibitum honorem ad prototypum referri docet.*

*Orat. 4. contra Arria.* *Denique his omnibus ſuperior Euſebius, imperatorem Conſtantinum tanto diuini amoris ardore incenſum refert,* vt etiam in medio foro vrbis Conſtantinopol. Danielem cum leonibus in ære inciſum, aurique laminis ſplendeſcentem; ſimulque in ipſo palatij introitu, in maxima tabula, ſalutaris Chriſti paſſionis inſigne ex lapillis pretioſis cuiuſque modi auroque multo politè elaboratis, *Lib. 3. de vita Conſtan. cap. 48.* A confectum, figendum curauerit. *Euicimus ergo ex Latinæ & Græcæ Eccleſiæ præſtantiſſimis plurimiſq; Patribus, non longius à Chriſti aſcẽſione, quàm quadringentis annis recedentibus,* ſub quibus ſincerior Dei cultus, *vel confitentibus aduerſarijs,* adhuc viguit, *vſum imaginum, Chriſti & Apoſtolorum tempore, atq; deinceps, et ſacrum, & publicum inter Chriſtianos fuiſſe. Qui illum igitur oppugnant, Manichæi, Iuliani apoſtatæ, impuriſſimi Maometis, Turcarum tyrannidis, & Iudæorum propugnatores potius, quàm pietatis & veritatis Chriſtianæ aſſertores haberi debent.*

*Sed vt etiam proprio iudicio Caluiniani & Bezani maneant condemnati, coronidis vice iſthæc adijciam. Beza, vt in Actis colloquij Monpelgartenſis refertur, pagin. 393. & 400. Vſum picturæ & ſculpturæ in hiſtorijs ſacris (inter quas, & Chriſti paſſionem commemorandam nemo Chriſtianus negabit) repræſentandis, per ſe ἀδιάφορον eſſe, conceſſit.* B *Deinde, Paulinum Nolanum Epiſcopum morem pingendorum parietum inuexiſſe ſimplici zelo: & eundem tam bono conſilio inſtituiſſe imagines (id verò, vt paulò ante ex eodem audiuimus, in locis ſacris) vt nemo ſtudium eius reprobare aut reprehendere poſſit.* Præterea, nos, *(inquit idem Beza)* non modò picturas, ſed etiam ſculpturas nunquam improbauimus: quarum magnus eſt vſus non ſolùm in ſacris hiſtorijs repræſentandis, ſed etiam in rebus ciuilibus. Quod verò ad imagines ſiue pictas ſiue ſculptas attinet, earum vſum nõ reijcimus. *Et poſtea (pag. 421.)* Deſcriptio Dei *Danie. 7.* in Daniele & Iſaia propoſita, ſi pingatur, ego ἀδιάφορον eſſe cõcedo. *Iſai. 6.* *Deniq; ſe ſuoſq; ſectatores iconomachos damnans, Librũ euulgauit, in quo plurimorũ hæreticorum imagines apprimè depictas repræſentat; & cum his, velut adhuc viuentibus loquitur, ingentemque conſolationem animi inde capere ſe profitetur. Igitur, idem ſaltem fieri poſſe ex Chriſti patientis imagine, ex Apoſtolorum, Martyrũ, aliorumq; Sanctorum iconibus nemo ſenſus communis & rationis compos negabit.* C

## *QVALIS EST DOCTRINA CERINTHI.*

### CAPVT XXV.

C[1]Erinthus autem quidam in Aſia, non à primo Deo factum eſſe mundum docuit, ſed à virtute quadam valde ſeparata, & diſtante ab ea principalitate, quæ eſt ſuper vniuerſa, [2] & ignorante [eum] qui eſt ſuper omnia [Deum.] Ieſum autem ſubiecit, non ex Virgine natum, ([3] impoſſibile enim hoc ei viſum eſt.) [4] Fuiſſe autem eum Ioſeph & Mariæ filium ſimiliter, vt reliqui omnes homines, & plus potuiſſe iuſtitia, & prudentia, & ſapientia * præ omnibus; *ab hominibus.* [5] & poſt baptiſmum deſcendiſſe in eum, Chriſtum, ab ea principalitate, quæ eſt ſuper omnia, figura columbæ; & tunc annunciaſſe incognitum Patrem, & virtutes perfeciſſe; in fine autem reuolaſſe iterum Chriſtum de Ieſu, & Ieſum paſſum eſſe, & reſurrexiſſe: Chriſtum autem impaſſibilem perſeueraſſe, exiſtentem ſpiritalem. D

### ANNOTATIONES.

*Lib. 2. hæret. fab.* 1. Cerinthus autem] *Hunc primùm in AEgypto Philoſophiæ diu operam dediſſe, author eſt Theodoretus, deinde Ieroſolymis, Cæſareæ, Antiochiæquẽ frequenter Apoſtolis ipſis reſtitiſſe; atque demùm in Aſia longè latequẽ impietatem ſuam propagaſſe ſcribit Epiphanius.*

*Cõtra hæreſ. 28.* *Cyrillus Ieroſolymitan. Cerinthum vaſtatorem Eccleſiæ nominat. Euſebius refert eum iactaſſe reuelationes, quaſi per Angelos ſibi dictata fuiſſent, quæ proferebat. Philaſtrius addit, illum aſſeruiſſe Chriſtum à mortuis nondum reſurrexiſſe. Auguſtin. obſeruationem legis Moſaicæ, feſtorum, victimarum, et ſacrificiorum Iudaicorum neceſſariam eſſe.*

*Dionyſius Alexand. lib. 2. de promiſſionibus, hunc quoque* regnum Chriſti terreſtre futurum ſomniaſſe docet, quippe qui inuitamentis corporis & carnis cum primis obſequeretur illecebris, & quarum rerũ cupiditate ducebatur, in eiſdem beatam vitam fore aſſeruit, vt in ventris & earũ partium, quæ ad venerem ſpectant, expletione. *Euſeb. lib. 3. hiſt. c. 22. & lib. 7. ca. 20.*

2. Et ignorante eum] *Emendationẽ ex vet. cod.*





A *agnoſcit, & ſententiam huius loci ſic exprimit Theodoretus:* Docuit eſſe quidem vnum vniuerſorum Deum, eum autem non eſſe mundi creatorem, ſed ſeparatas quaſdam poteſtates, & eum omnino neſcientes. *Itaque* eum, *pro* eo *repoſuimus, vt mox* Deum, *pro* Deo. *Lib. 2. hæret. fab.*

*Lib. de carne Chriſti.* 3. Impoſſibile enim] *In ſimili cœno volutatum Marcionem, argutiſſimo hoc dilemmate premit Tertull. rationem deſiderans, qua non putauerit Filiũ Dei ex Virgine natum eſſe:* Neceſſe eſt, *inquit*, vt aut impoſſibilem, aut inconuenientem Deo exiſtimaueris natiuitatem. Sed Deo nihil impoſſibile, niſi quod non vult. An ergo voluerit naſci (quia ſi voluit, potuit, & natus eſt) conſideremus. *Et poſt pauca.* Sceleſtiſſime hominum, qui interemptores excuſas Dei. Quodcunque Deo indignum eſt, mihi expedit. Saluus ſum, ſi nõ confundar de Domino meo. B Qui me (inquit) confuſus fuerit, confundar & ego eius. Alias non inuenio materias confuſionis, quæ me per contemptum ruboris probent bene impudentem & feliciter ſtultum. Natus eſt Dei Filius: prorſus credibile eſt, quia ineptum eſt. Et ſepultus reſurrexit: certum eſt, quia impoſſibile eſt. *Obſerua autem hæreticos tutiſſimum aſylum ſemper putaſſe, id clamitare Deo impoſſibile, quod credere renuunt.*

*Lib. Præſc.* 4. Fuiſſe autem eum Ioſeph &c.] *Tertullianus huius quoque erroris illum coarguit:* Cerinthus, *inquit*, Chriſtum hominem tantummodò ſine Deitate contendit. *Et libro de carne Chriſti:* Poterit hæc opinio Ebioni conuenire, qui nudum hominẽ conſtituit Ieſum. *Hoc & Ignatius notauerat Epiſt. ad Philadel. Euſebius libro tertio hiſt. & Hieron. in Catalogo, poſt Iren lib. 3. cap 3. teſtificantur B. Ioannem aduerſus horum blaſphemias Euangelium conſcripſiſſe.*

5. Et poſt Baptiſmum] *Apertius Epiphanius:* Ex ſupernis autem, ex ſupremo Deo, poſtquam adultus factus fuit Ieſus ex ſemine Ioſeph & Maria genitus, deſcendiſſe Chriſtum in ipſum, hoc eſt, Spiritum ſanctum in ſpecie columbæ in Iordane, & reuelaſſe ipſi, & per ipſum poſteris, ignotum Patrem. Et propterea poſtquam venit virtus in ipſum ex ſupernis, virtutes perpetraſſe: & vbi ipſe paſſus eſt, id quod ex ſupernis venerat, à Ieſu ſurſum volaſſe. *Cont. hær. 28.*

*Hinc autem manifeſtum eſt, hæc vetera monſtra Chriſtum in diuerſas laceraſſe perſonas, quarum vna cæleſtis & impatibilis eſſet, altera patibilis & terrena: quod Neſtoriani poſtea inuehere ſunt conati. Hoc & præſenti ſæculo pro viribus inſtaurat Beza, ſcribens in Chriſto duas eſſe vniones hypoſtaticas: Caluinus quoque adfirmans, Verbum, mediatoris ſuſcepiſſe perſonam. Has hæreſes refellit Irenæus libro 3. cap. 18. 19 20. 21. & nos in Dialogo tertio.*

*Epiphanius addit ſuperioribus, Cerinthianos vſos eſſe Euangelio ſecundum Matthæum ex parte, non ex toto. Paulum verò reprobaſſe, propterea quod nõ obedierit Circuncisioni. Atq; hos eſſe, qui ab eodẽ Paulo dicti ſunt Pſeudoapoſtoli, operatores doloſi, qui ſe transformant in Apoſtolos Chriſti.*

## *QVÆ EST EBIONITARVM DOCTRINA.*

### CAPVT XXVI.

C Q[1]Vi autem dicuntur Ebionæi, conſentiunt quidem mundum à Deo factum: [2] ea autem quæ ſunt erga Dominum, non ſimiliter vt Cerinthus & Carpocrates opinantur. Solo autem eo quod eſt ſecundùm Matthæum * Euangelio vtuntur, & Apoſtolum Paulum recuſant, apoſtatam eum legis dicentes. Quæ autem ſunt prophetica, curioſiùs exponere nituntur, [3] & circunciduntur ac perſeuerant in his conſuetudinibus, quæ ſunt ſecundùm legem, & Iudaico charactere vitæ vti, & Hieroſolymam adorant, quaſi domus ſit Dei.

### ANNOTATIONES.

*Lib. 3. hiſt. cap. 21. Cont. hær. 30. Li. 2. hær. fa.* 1. Qui autem dicuntur Ebionæi] *Quantum ad nomen huius Ebionis attinet, Euſebius, Epipha. & Theod. illud lingua Hebraica, inopem & mendicum ſignificare rectè putarunt; quandoquidem* אביון *pauperem, & pauperrimũ, Hebræis ſignificat. Hunc verò non ſolùm Romæ, & in Aſia prædicaſſe, radiceſq; ſpinoſarum propaginum, à Nabathea, Paneade, Moabitide, & Cocaborum* D *regione in Baſanitide terra, ſed & in Cypro egiſſe, teſtis eſt Epiphanius; ſimulq; ex Samaritanorum abominatione, Iudæorum improbitate, Oſſeorum & Nazoreorum opinione, Cerinthianorum forma, Carpocratianorum impietate, ſub Chriſtianorum appellatione: horrendum & pernicioſum dogmatis ſui monſtrum compoſuiſſe.*

*Lib. de carne Chriſti.* 2. Ea autem quæ ſunt] *Tertull.* Ebion nudum hominem, & tantum ex ſemine Dauid, id eſt, non & Dei filium conſtituit Ieſum: planè Prophetis aliquo glorioſiorem, vt ita in nonnullis angelum fuiſſe dicatur. *Cont. hær. 30.* *Epiphanius:* Primùm quidem Ebion, Chriſtum ex ſemine viri, hoc eſt ipſius Ioſeph, eſſe decreuit. &c. *Lib 3. hiſt. cap. 21.* *Euſeb.* Eum ſimplicem, vulgarem & ſolum hominẽ cenſuerunt, & ex concubitu coniunctioneq; Ioſeph viri cũ Maria vxore ſua in hanc lucem editum: verùm propter progreſſionem, quam in virtute feciſſet, hominem iuſtum cenſuerunt, at ſolum hominem tamen. *Addit poſtea rurſum, Ebionem prædicaſſe Chriſtum eſſe filium quidem Dauidis, ſed non Dei: operibus autem ſuis iuſtificatum fuiſſe. Lib. 3. hiſt. cap. 27. Quoſdam etiam eiuſdem ſectæ (vt nunquam ſibi conſentiunt hæreticorum miniſtri,) admiſiſſe Chriſtum natum ex Virgine de Spiritu ſancto: ſed non extitiſſe prius quàm homo fieret. Hanc impietatem poſtea ſuſcitarunt Samoſateniani & Photiniani, vt tradit Auguſtinus libro de hæreſ. capite quadrageſimo quarto. Et hoc ſæculo in eandem impegerunt Seruettani ac ſequaces: cuius erroris Caluinianos dicunt ſe habere conſortes & patronos. In hanc hæreſim diſputat Irenæus libro tertio capite trigeſimo, & trigeſimo primo.*

3. Circunciduntur] *Qui tunc temporis ſe Iudæum circunciſione, & reliquis ceremonijs profitebatur, imprimis à gemina perſecutione immunis erat. Priore, Romanorum, quia Imperatores patrio ritu Iudæos viuere conceſſerant. Poſteriore, Iudæorum qui in eos vt aſſeclas eiuſdem obſeruationis, non inſurgebant. Qui autem in Chri-*

*ſtum credebant, deſerto Iudaiſmo, vtrorumq; tyrannide adeò vexabantur,* vt permulti Ieſum eſſe Chriſtum fateri dubitarent, ne inſectationem ferrent eorum qui furijs ſpiritus impoſtoris agitati, confeſſores illius nominis enecare & perſequi non deſinebant, *vt eleganter ſcripſit Iuſtinus martyr in Dialogo. Ebionæos autem, ex prima iſtorum claſſe fuiſſe euidentiſſimum eſt.* A

## *QVÆ SINT NICOLAITARVM opera.*

### CAPVT XXVII.

NIcolaitæ autem magiſtrum quidem habent[1] Nicolaum, vnum ex VII. qui primi ad Diaconium ab Apoſtolis ordinati ſunt, qui indiſcretè viuunt. Pleniſſimè autem per Ioannis Apocalypſin manifeſtantur qui ſint, nullam differentiam eſſe docentes in mœchando, & idolothyton edere: quapropter dixit & de ijs ſermo, ſed hoc habes quòd odiſti opera Nicolaitarũ,[2] quæ & ego odi.] *Apoc. 2. 6. & 15.*

B

### ANNOTATIONES.

1. Nicolaum] *Hunc Nicolaum Antiochenum genere, proſelitum autem profeſſione, atq; è ſeptem illis Diaconis electis ab Apoſtolis in miniſterium quotidianum, vnum fuiſſe conueniunt omnes. At Clemens Alexand. & Theodor. admittunt quidem obiurgatum ab Apoſtolis de vxoris zelotypia, illam in medium adduxiſſe, & cui vellet nubere permiſiſſe: ſed exinde illum continenter & pudicè vixiſſe; filiasq; eius virgines, & filium incorruptum conſenuiſſe volunt. Alij porrò promiſcuos mulierum amplexus, imò & permixtiones obſcœnas, execrabilesq́ue tum peregiſſe, tum docuiſſe ſcribũt; quod et Irenæus innuit, dicens ſectatores eius indiſcretè viuere. Philaſtrius & Auguſtinus Nicolaitis tribuunt, quod poſt Deum plures virtutes finxerint, prodigioſisq́ue luſerint nominibus, ſicut poſtea Gnoſtici. Nicetas lib. 1. theſauri orthodoxiæ ſcribit eos, Fœminam quandam nomine Prunicum coluiſſe: & quoſdam eorum Caulaucam eſſe veneratos.* Sunt autem hæc (*inquit*) effœminatam mollitiem ſignificantia nomina. Quandoquidem πρῦνικος, coitum ſignificat. Græci enim ſi de virginum defloratoribus loquantur, his verbis vti ſolent, ἐπρυνίκευσεν τὴν δε. Ad Caulaucam quod attinet, honeſtè quidem ab Hebræis effertur: à Gnoſticis verò ad turpitudinem detortum eſt. *Euſebius porrò teſtatur hanc ſectam parum duraſſe: Tertullianus verò in Caianam hæreſim demutatam dicit.*

*Lib. 3. ſtrom. Lib. 3. hæret. fab. Epiph. contra hæreſ. 25. Tertull. lib. de Præſcript.*

2. Quæ & ego odi] *Authoritate vet. co. conſentiẽte quoq; vulgata Bibliorum tralatione, deleuimus* odio.

## *QVÆ EST CERDONIS SENTENTIA.* C

### CAPVT XXVIII.

ET Cerdon autem quidem ab ijs qui ſunt erga Simonem occaſionem accipiens, cùm veniſſet Romam ſub Hygino, qui nonum locum Epiſcopatus per ſucceſſionem ab Apoſtolis habuit, docuit eum qui à Lege & Prophetis annunciatus ſit Deus, non eſſe Patrem Domini noſtri Chriſti Ieſu. Hunc enim cognoſci, illum autem ignorari: & alterum quidem iuſtum, alterum autem bonum eſſe.

*Euſebius libr. 4. hiſtor. cap. 10. hæc citat.*

Κέρδων δέ τις ἀπὸ τῶν περὶ τὸν σίμωνα τὰς ἀφορμὰς λαβὼν, καὶ ἐπιδημήσας ἐν τῇ ῥώμῃ ἐπὶ ὑγίνου ἔνατον κλῆρον τῆς ἐπισκοπῆς διαδοχῆς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἔχοντος, ἐδίδαξε τὸν ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ προφητῶν κεκηρυγμένον θεὸν, μὴ εἶναι πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. τὸν μὲν γὰρ γνωρίζεσθαι, τὸν δὲ, ἀγνῶτα εἶναι. καὶ τὸν μὲν, δίκαιον· τὸν δὲ, ἀγαθὸν ὑπάρχειν. διαδεξάμενος δὲ αὐτὸν Μαρκίων ὁ Ποντικὸς, ηὔξησε τὸ διδασκαλεῖον ἀπηρυθριασμένως βλασφημῶν.

*Interprete Iacobo Billio.*

Quidam autem Cerdon nomine, cùm à Simone anſam arripuiſſet, ac Romani Hyginij tẽpore, qui nonum Epiſcopatus locũ ab Apoſtolis per ſucceſſionẽ acceptũ tenebat, perrexiſſet, Deum eum, qui à Lege & Prophetis prædicatus eſt, Domini noſtri IESV CHRISTI Patrem haud quaquam eſſe docuit. Hunc autem notum, illum ignotum; hunc iuſtum, illum bonum eſſe. Ei autem ſuccedens Marcion, natione Põticus, perfricta ſcilicet fronte, impia ac nefaria dogmata euomens. D

### ANNOTATIONES.

1. Et Cerdon] *Integrum hoc caput, vt Euſebius ex Irenæo tranſcripſit, Græcum, & noua tralatione Latinum factum addendum curauimus. Longè porrò prolixiorem catalogum blaſphemiarum illius recenſet Tertul. ſcilicet, quod legem & Prophetas repudiarit, Deo creatori renunciauerit, Chriſtum in ſubſtantia carnis non veniſſe, ſed ſolo phantaſmate: nec omnino paſſum, ſed quaſi paſſum: nec ex Virgine natum fuiſſe dixerit. Sed & reſurrectionem corporum negauit, ſolumq́ue Lucæ Euangelium, nec tamen totum, recepit. Apoſtoli Pauli neq; omnes, neque totas epiſtolas admiſit, Acta Apoſtolorum & Apocalypſim Ioannis, quaſi falſa, reiecit. Eius porrò inconſtantiam notans Irenæus lib. 2. ca. 4. ait, eum ſæpè in Eccleſiam veniſſe, & exhomologeſim faciendo, modò quidem latenter docendo, modò verò traductus in his quæ docebat malè, donec tandem à communione Chriſtianorum ſubmoueretur. Illum verò venena ſua non ſolùm à Simone mago, ſed & à Saturnino accepiſſe: eademq; Marcioni diſcipulo, vt vipera aſpidi, impertiuiſſe, docet Epiphanius contra hæreſim 41.*

*Lib. 4. hiſt. cap. 10. Li. de Præſc.*

QVAE



A

## *QVÆ SVNT QVÆ MARCION docuerit.*

### CAPVT XXIX.

S[1]Vccedens autem ei Marcion Ponticus, [adampliauit] doctrinam, impudoratè blaſphemans] eum qui à Lege & Prophetis annunciatus eſt Deus, malorum factorem, & bellorum concupiſcentem, & inconſtantem quoque ſententia, & contrarium ſibi ipſum dicens. [Ieſum autẽ ab eo Patre qui eſt] ſuper mundi fabricatorem Deum, venientem in Iudæam temporibus Pontij Pilati præſidis, qui fuit procurator Tiberij Cæſaris, in hominis forma manifeſtatũ, his qui in Iudæa erant,[2] diſſoluentem Prophetas, & Legem, & omnia opera eius Dei, qui mundum fecit, quem & Coſmocratorem dicit. Et ſuper hæc, id quod eſt ſecũdùm Lucam Euangelium
B circuncidens, & omnia quæ ſunt de generatione Domini conſcripta auferens, & de doctrina ſermonum Domini multa auferens, in quibus manifeſtiſſimè Conditorem huius vniuerſitatis ſuum Patrem confitens Dominus, conſcriptus eſt: ſemetipſum eſſe veraciorem, quàm ſunt hi qui Euangelium tradiderũt Apoſtoli, ſuaſit diſcipulis ſuis; non Euangelium, ſed particulam Euangelij tradens eis. Similiter autem & Apoſtoli Pauli epiſtolas abſcidit,[3] auferens quæcunque manifeſtè dicta ſunt ab Apoſtolo de eo Deo,] qui mundum fecit, quoniam hic Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, & quæcunque ex propheticis memorans Apoſtolus docuit prænunciantibus aduentum Dei. Salutem autem ſolùm animarum eſſe futuram, earum, quæ eius doctrinam * didiciſſent. Corpus autem videlicet, quoniam à terra ſit ſumptum, impoſſibile eſſe participare ſalutem. Super blaſphemiam autem quæ eſt in Deum, adiecit & hoc,[4] verè Diaboli os accipiens, & omnia contraria dicens veritati. Cain, & eos qui ſimiles ſunt ei, & Sodomitas, & AEgyptios, & ſimiles eis, & omnes omnino gẽtes, quæ in omni permixtione malignitatis ambulauerunt, ſaluatas eſſe à Domino, cùm deſcendiſſet ad inferos, & accurriſſent ei, & in ſuum aſſumpſiſſe regnum. Abel autẽ & Enoch, & Noe, & reliquos iuſtos, & eos qui ſunt erga Abrahã * Patriarchas, cũ omnibus Prophetis, & his qui placuerunt Deo, non participaſſe ſalutem, qui in Marcione fuit ſerpens præconiauit. Quoniam enim ſciebant, in-
C quit, Deum ſuum ſemper tentantem eos, & tunc tentare * eum ſuſpicati, non accurrerunt Ieſu, neque crediderunt annunciationi eius: & propterea remanſiſſe animas eorum apud inferos dixit. Sed huic quidem quoniam & ſolus manifeſtè auſus eſt circuncidere Scripturas, & impudoratè ſuper omnes obtrectare Deum;[5] ſeorſum cõtradicemus, ex eius ſcriptis arguentes eum, & ex ijs ſermonibus qui apud eum obſeruati ſunt Domini & Apoſtoli, quibus ipſe vtitur, euerſionem eius faciemus, præſtante Deo.

**audiſſent. *Patriarchã *eos*

### ANNOTATIONES.

1. Succedens autem ei Marcion] *Primæ huius ſententiæ emendationes ex vete. cod. agnoſcit Euſebius. Philaſtrius, hunc Epheſum veniſſe ſcribit, ibiq́ue à Ioannis diſcipulis conuictum, atque inde pulſum Romam confugiſſe: ibiq́ue noſter Irenæus Policarpo obuium factum, & ab eo primogenitum Satanæ vocatum fuiſſe teſtatur. Sed & adhuc vixiſſe, cùm aduerſus illum calamum ſtringeret Iuſtinus martyr indicat ipſe Apologia 2. Cæterùm, cùm aliquot ſæculis ante Epiphanium, quinque libris ortum, patriam, lapſum, ſuperbiam, luxuriam, hypocriſim, mortemq; eius graphicè depinxerit Tertullianus, in his vlterius recenſendis non immorabimur. Origenem ſolùm adijciam, lib. 1. Dialog. contra Marc. teſtificantem, eum tres deos confinxiſſe, videlicet Deum Iudæorum, Deum Chriſtianorum, Deum Gentilium. Inſuper, & duos Chriſtos, quorum alter apparuerit tempore Tiberij, alter à Creatore promittatur: cùm alioqui nõ niſi duos ſe Deos ponere profiteretur, bonorum auctorem vnum, malorum alterum.*

*Lib. 4. hiſt. cap. 10. Lib. 3. cap. 3.*

D

2. Diſſoluentem Prophetas & Legem] *Hoc illi commune fuit cum Simonianis, Baſilidianis, & Saturnianis, vt ex ſuperioribus liquet. Idem Epiphanius & Auguſtinus tribuunt Manichæis: Euthymius & Nicetas Bogomilis, Audeanis, & Euchytis ſeu Sataneanis: Antoninuq; Albingenſibus: Lindanus & Prateolus hodiernis Anabaptiſtis. Hanc verò hæreſim refellit Irenæus libro quarto, capite vigeſimo, viceſimo primo, viceſimo ſecundo, viceſimo quarto viceſimo ſeptimo, triceſimo, triceſimo primo, & alibi paſſim: & poſt hunc, Epiphanius contra hæreſim ſexageſimam ſextam. Auguſtinus denique duobus libris contra aduerſar. legis: & 33. contra Fauſtum. Tantùm addit Epiphanius, fraudes illius adeò inualuiſſe, vt ſua adhuc ætate Romæ & in Italia, in AEgyptoq́ue, & Paleſtina, & in Arabia, ac Syria, in Cypro, atque Thebaide, quin & in Perſide, & alijs pluribus locis ſectatores haberet. Porrò authoritate Euſebij, & veteris noſtri codicis pro* adimpleuit, *reſtituimus* adampliauit: *& pro* impuratè blaſphematus, impudoratè blaſphemans: *& mox pro* Ieſum autem qui eſt à Deo Patre, *repoſuimus* Ieſum autem ab eo Patre qui eſt.

3. Auferens quæcunque] *Sacrilegam hanc audaciam frequenter arguit Tertullianus, vt libro de carne Chriſti:* His conſilijs tot originalia inſtrumenta Chriſti delere Marcion auſus eſt, ne caro eius vera probaretur. Ex qua, oro te, authoritate? Si propheta es, prænuncia aliquid: Si Apoſtolus, prædica publicè: ſi Apoſtolicus, cum Apoſtolis ſenti:

A

ſenti: ſi tantùm Chriſtianus es, crede quod traditum eſt, &c. *Et lib. de Præſcrip.* Marcion exertè & palam machæra non ſtylo vſus eſt: quoniã ad materiam ſuam cædem ſcripturarum confecit. *Idem etiam exprobrat lib. 2. 4. & 5. quos in eius hæreſes ſcripſit. Hinc Cyrillus Ieroſ.* Marcion ab his quæ de lege veteri in nouo teſtamento redargutus, auſus eſt ea exſcindere teſtimonia, & ſine teſtimonijs relinquere eum qui annunciabatur fidei ſermonem: *quod & repetit Catech. 16.* Catech. 6

4. Verè Diaboli os accipiens] *Non maledicendi libidine, ſed ob execrandas, quas euomebat, blaſphemias in cælum, & totum Sãctorum ordinem, digno hoc epitheto Marcionem exornat Irenæus, eodem iure, quo Paulus Elymam magum* Filium Diaboli, & omnis iuſtitiæ inimicum *vocauerat. Verè enim Diaboli & ſerpẽtis, quem Apocalypſis deſcribit bellum facere in cælum, & habitantes in eo, organum erat. Sanctos ſiquidem Patriarchas, Prophetas, & iuſtos omnes, quos Chriſtus pio cruore redemit, damnare: impios verò quoſlibet ſeruare, an non eſt terram cælo, vel potius Paradiſum inferno miſcere?*

5. Seorſum contradicemus] *Ex hoc loco Euſebius colligit Irenæum libro quodam ſeparatim edito, è Marcionis ſcriptis, Marcionem ipſum refutaſſe.* Lib. 5. hiſt. cap. 8. *Porrò errores de duobus dijs confutat infra libro 2. capite tertio & decimo, & toto ferè libro tertio. Mundi opus indignũ eſſe Deo, refellit libro ſecundo, capite tertio. Abrahamum ſaluatum eſſe probat libro quarto capite decimo octauo. Quod legis diſſolutionem Chriſtum introduxiſſe cauillabatur, infringit lib. 4. cap. 27. & Clemens Alexan. 2. ſtro. Clariſſimos alios Eccleſiæ Proceres, Iuſtinum martyrem, Dionyſium Corinthium, Theophilum Antiochenum, Philippum Gortynenſem, Modeſtum, Melitonem, Apolinarium, aduerſus immanem hãc belluam ſumma induſtria ſcriptis depugnaſſe, teſtatur Euſebius libro quarto hiſtor. capite decimo ſeptimo, viceſimo ſecundo, viceſimo tertio, viceſimo quarto, viceſimo quinto, viceſimo ſexto, viceſimo ſeptimo. Patet etiam ex Clementis 2. ſtrom. Marcionitas docuiſſe, Timorem Dei ex Lege ortũ, malum eſſe: ex Tertulliano, Deum eſſe peccatorum authorem; & in homine poſt lapſum, non eſſe relictum liberum voluntatis arbitrium: quæ tres hæreſes hoc tempore à Caluinianis improbè reparantur.* B

## *QVÆ EST CONTINENTIVM auerſatio.*

### CAPVT XXX.

NVnc autem neceſſariò meminimus eius, vt ſcires quoniam omnes qui quoquo modo adulterant veritatem, & præconium Eccleſiæ lædunt, Simonis Samaritani magi diſcipuli & ſucceſſores ſunt. Quanuis non confiteantur nomen magiſtri ſui ad ſeductionem reliquorum, attamen illius ſentẽtiam docent, Chriſti quidem Ieſu nomen tanquam irritamentum* præferentes, Simonis aũt impietatem variè introducentes mortificant multos, per nomen bonum, ſententiam ſuam malè diſperdẽtes, & per dulcedinem & decorem nominis, amarum & malignum principis apoſtaſiæ ſerpentis venenum porrigentes eis. C

*proferẽtes.

Ab his autem qui prædicti ſunt, iam multæ propagines multarum hæreſum factæ ſunt, eo quòd multi ex ipſis, imò omnes [velint] doctores eſſe, & abſcedere quidem ab hęreſi in qua fuerunt. Aliud autem dogma ab alia ſententia, & deinceps alteram ab altera componentes, noua docere inſiſtunt, ſemetipſos adinuentores ſententiæ quamcunque compegerint, enarrantes.[2] Vt exempli gratia dicamus, à Saturnino & Marcione,[3] qui vocantur Continentes, abſtinentiam à nuptijs annunciauerunt, fruſtrantes antiquam plaſmationem Dei, & obliquè accuſantes eum qui & maſculum & fœminam ad generationem hominum fecit: & eorum quæ dicuntur apud eos animalia abſtinentiam induxerunt, ingrati exiſtentes ei qui omnia fecit Deo. Contradicunt quoque eius ſaluti, qui primus plaſmatus erat, & hoc nunc adinuentum eſt apud eos.

*Euſebius libro 4. hiſt. cap. 27. hæc citat.*

Ἀπὸ Σατορνίλου καὶ Μαρκίωνος οἱ καλούμενοι ἐγκρατεῖς ἀγαμίαν ἐκήρυξαν, ἀθετοῦντες τὴν ἀρχαίαν πλάσιν τοῦ θεοῦ, καὶ ἠρέμα κατηγοροῦντες τοῦ ἄρρεν καὶ θῆλυ εἰς γένεσιν ἀνθρώπων πεποιηκότος. καὶ τῶν λεγομένων παρ' αὐτοῖς ἐμψύχων ἀποχὴν εἰσηγήσαντο, ἀχαριστοῦντες τῷ πάντα πεποιηκότι θεῷ. ἀντιλέγουσί τε τῇ τοῦ πρωτοπλάστου σωτηρίᾳ. καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη παρ' αὐτοῖς.

*Interprete Iacobo Billio.*

A Saturnino & Marcione orti illi, qui Encratitæ nuncupantur, cælibatũ prædicarunt, veterẽ ſcilicet illam Dei effictionẽ abrogantes, eumq́; qui marẽ & fœminam ad hominum procreationem condidit, tacitè condẽnantes. Abſtinentiã etiam ab ijs, quæ apud ipſos animata vocantur, inuexerũt: qua in re ingrati in eum, qui omnia effecit, animi vitio laborarũt. Quin primi quoque parentis ſaluti aduerſantur: idq́; recens eorum commentum eſt. D

ANNOTATIONES.

1. Nunc autem & neceſſariò] *Ordo ſenſusq́; ſatis indicant, hoc caput non fuiſſe à ſuperiori ſeiungendum. Cæterùm, non ſolus Irenæus hic docet, omnes hæreticos Simonis magi diſcipulos eſſe, licet id non fateantur; ſed et Clemens vterq́;, Cyrillus, Epiphanius, Philaſtrius, Auguſtinus, & alij paſſim.*

2. Vt exempli gratia] *Quia hæc vſq; ad calcem tranſcripſit Euſebius, verba eius Græca, Latina facta hic adiecimus.* Lib. 4. hiſt. cap. 27.

3. Qui vocantur Continentes] *Hi ſunt qui ex Græcis*



A

*Græcis nominibus appellantur Encratitæ, quòd à coniugijs, vino, & carnibus tanquã rebus natura malis, omnino abſtinendũ cenſerent: item Hydroparaſtæ, quod in conficienda Eucharistia aqua ſolùm vtendum iudicarent: ijdẽ et Tatiani, de quibus ſequitur caput, quod huic fuiſſet continuò iungendum: ni confuſionem quandã Lectoribus ex tot permutationibus capitum adferre timuiſſem. Cæterùm, Epiphanius contra hæreſ. 61. quæ eſt Apoſtolicorum, ſcribit hos cum Encratitis, Marcionitis, & Saturninis ſenſiſſe, nõ poſſe ſaluari eos, qui non cælibes viuerent: quod Ignatius Epiſt. ad Philipp. Clemens 3. ſtrom. Augu. lib. de bono coniugali, alijq́; Catholici Patres paſſim refellunt.*

## *QVALIS EST TATIANI DOCTRINA.*

### CAPVT XXXI.

[1] TAtiano quodam primo hanc introducente blaſphemiam, qui cùm eſſet Iuſtini auditor, in quantum quidem apud eum erat, nihil enarrauit tale: poſt verò illius martyrium abſiſtens ab Eccleſia, & præſumptione magiſterij elatus & inflatus, quaſi præ cæteris eſſet, proprium characterem doctrinæ conſtituit. Æonas quoſdam inuiſibiles ſimiliter atq; hi qui à Valentino ſunt, velut fabulam enarrans: nuptias autem corruptelas & fornicationes ſimiliter vt Marcion & Saturninus dicens,[2] Adæ autem ſaluti ex ſe contradictionem faciens. B

*Euſebius libro 4. capite 27. hæc citat.*

Τατιανοῦ τινὸς πρώτως ταύτην εἰσενέγκαντος τὴν βλασφημίαν, ὃς Ἰουστίνου ἀκροατὴς γεγονώς, ἐφ' ὅσον μὲν συνῆν ἐκείνῳ, οὐδὲν ἐξέφηνε τοιοῦτον. μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ἀποστὰς τῆς ἐκκλησίας, οἰήματι διδασκαλείου ἐπαρθεὶς καὶ τυφωθεὶς ὡς διαφέρων τῶν λοιπῶν, ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου συνεστήσατο, αἰῶνάς τινας ἀοράτους ὁμοίως τοῖς ἀπὸ Οὐαλεντίνου μυθολογήσας, γάμον τε φθορὰν καὶ πορνείαν παραπλησίως Μαρκίωνι καὶ Σατορνίλῳ ἀναγορεύσας. τῇ δὲ τοῦ Ἀδὰμ σωτηρίᾳ παρ' ἑαυτοῦ τὴν ἀντιλογίαν ποιησάμενος.

*Interprete Iacobo Billio.*

Tatianus enim quidã impium hoc dogma primũ induxit, qui cùm Iuſtini auditor extitiſſet, quandiu cum eo verſabatur, nihil eiuſmodi extulit. Poſt quã autem ille martyrium obijt, tum demum ipſe ab Eccleſia diſcedens, magiſterij faſtu elatus ac turgidus, tanquam reliquis omnibus præſtantior, peculiarẽ doctrinæ formã condidit. Nam & inuiſibiles quoſdã Aeones inſtar Valentini confinxit, & Matrimonium labem ac fornicationem eſſe, perinde ac Marcion & Saturninus, prædicauit, ac præterea Adami ſaluti ex ſe repugnauit.

ANNOTATIONES.

C

1. Tatiano quodã] *Integrum hoc caput conſequenter tranſcribit Euſebius, cuius verba etiam emendationes ex vetere codice amplectuntur.* Lib. 4. hiſt. cap. 27.

*Quæ autẽ alij ſcriptores Eccleſiaſtici de hoc Tatiano tradiderũt, non inutile fuerit addidiſſe. Primò, ex Syria ortũ aſſerit Clemens Alexand. 3. ſtromat. Dein non paruam ſibi gloriam ex arte Rhetorica comparaſſe, teſtis eſt Hieronymus.* Lib. de ſcrip. eccl. *At de ſe loquentem Tatianum, cùm ſe prius idolorum myſteriorum participem fuiſſe confeſſus eſſet, audiamus:* Orat. contra Græcos. Cùm viderem, *ait*, omnes vbique deorum cultus per effœminatos & androgynos conſtitui experimento nouiſſem; item apud Romanos Latialem Iouem humano cruore, & ſanguine per homicidia fuſo placari; Dianã verò non procul Megalopoli ſimilibus gaudere, & alium alibi dæmonem malorum authorem facinorũ deprehenderem: in me deſcendens, quomodo tandem veritate potirer inquirebam. Et cùm diligenter circumſpicerem, in libros quoſdam barbaros incidere mihi contigit, antiquiores multo quàm Græcorum philoſophia, ſi ſpectes ætatem: & auguſtiores, ſi illorum errores. His ego fidem adhibui, quòd ſtylus non eſſet phaleratus, nec vlla ſcriptorum affectatio, & ſermo nuſquam obſcurus: futurorum item euẽtuum prænotione, & magnitudine promiſsionum, & quòd vnum vniuerſorum Monarcham ſtatuerent impulſus. *Hactenus ille. Romã autem commigraſſe, & B. Iuſtini ſectatorem effectum, in Eccleſia effulſiſſe, quandiu à latere eius non diſceſſit, ſed ad fidem propagandam, & contra Creſcentis Cynici latratus, Ethnicorumq́; ſycophantias tuendam egregiè, diuq́; nauaſſe operam conueniunt omnes. Quin & Euſebius addit eundem* διὰ τεσσάρων quatuor Euãgeliorum, & magnum librorum numerum, poſteris reliquiſſe, inter quos ille apud multos quaſi pleno ore celebratur, quẽ contra Gentiles edidit. *Sed nihil ex omni parte beatum.* Cum enim Iuſtinus martyrio functus eſſet, quaſi cæcus ductore deſtitutus, *inquit Epiphanius*, per præcipitia lapſus eſt, Romaque digreſſus ad Orientem ſeſe cõtulit, vbi varias ſparſit hæreſes. Myſterijs autẽ ſimiliter vſus eſt ad imitationem ſanctæ Eccleſiæ, hoc vno dempto quod ſolam aquam adhibebat, indeque Hydroparaſtarum ſuperſtitionem ortam aſſerit Theodoretus. Lib. 4. hiſt. cap. 27. Con. hær. 46. Lib. 1. hæret. fab. D *Deleuimus autem* doctrina conſtituta, non quaſdam inuiſibiles, *& repoſuimus*, doctrinę conſtituit. Aeonas quoſdam inuiſibiles.

2. Adæ autem ſaluti] *Libellum de Adæ pœnitentia licet reijciat Gelaſius, ipſum tamen pœnitentiam egiſſe de peccatis, cùm ſaluus ſit, neceſſe eſt.* Dist. 15. Caſtigatione etiam non vulgari plexus eſt, *ait Epiphanius*, & è regione paradiſi in exilium actus, quo memor eſſet, bonæ vitæ per pœnitentiam in memoriam reuocatæ. Con. hær. 46. *In hanc autem hæreſim diſputant Tertullianus in calce libri de Præſcript. Epiph. contra hær. 46. & ampliſſimè hic noſter Irenæus lib. 3. cap. 34. 35. 37. & 39. his argumentis eum ſaluum eſſe confirmans. Primò, quia Tatianorum ſententia contraria, eſſet inaudita & noua: ſecundò, quoniam Deus noluit maledicere Adamo vel Euæ, ſed tantùm terræ ac ſerpenti: tertiò, quia fructibus pœnitentiæ ſe ipſos mox addixerunt: quartò, quod decuerit Chriſtum paſtorem optimum hanc primam ouem ſuam aberrantem quærere & ſaluare: poſtremò, ne diabolus aduerſus Deum gloriaretur, quod adhuc inuictus cum primis ſpolijs ſuis remaneret.*

Cæte-

*Cæterùm, Tatiani damnantes Nuptias, negabant Matrimonium eſſe Sacramentum à Deo inſtitutum & probatum: quod & Hugnoſtici nunc faciunt. Inſuper, illi dicebant Euchariſtiam poſſe ſola aqua confici: quod & Beza probat, ſcribens in Epiſtolis,* Cœnam cum ſola ſicera, aut cereuiſia, aut aqua denique miniſtrandam eſſe, vbi vinum deeſſet. A

## *VNDE II, QVI DIFFERENTIAS INDVXERVNT, acceperunt occaſiones.*

### CAPVT XXXII.

ALij autem rurſus à Baſilide & Carpocrate occaſiones accipientes, indifferentes coitus, &[1] multas nuptias induxerunt: & negligentiam ipſorum quę ſunt idolothyta ad manducandum, non valde[2] hæc curare] dicentes Deum. Et quid? Etenim non eſt numerum dicere eorum, qui ſecundum alterum & alterum modum exciderunt à veritate.

### ANNOTATIONES. B

1. Multas nuptias] *Vt inſanæ libidinis ſuæ furores affatim explerent, & voluptatum amatores, huius licentiæ ineſcarent illecebris, hanc vxorum varietatem inducebant. Paris impudentiæ Ebionæos quoque reos agit Epiphanius, quod videlicet, ſi quis vellet prioribus nuptijs disiunctis, alteris copulari, vſque ad ſecundas & tertias nuptias Hermogenem etiam arguit Tertullianus,* quod aſsiduè nuberet. *Iſtiuſmodi priſcorum Gnoſticorum impuritatem, vt ne latum vnguem à patribus diſcederet proles, magno animi ardore imitantur recentiores. Lutherum enim, vt ab ipſo capite exordiar, impudiciſsimum hominem fuiſſe, plus ſatis indicant hæc eius verba, per diſcipulum & commenſalem eius Henricum Petrum Rebenſtock, Eſchersheymenſem miniſtrum in libris Colloquiorum illius euulgata:*
Tom.2.pag. 160. Cælebs olim hoc apud me concluſeram, vt ſi mihi inſperatò moriendum fuiſſet, vel etiam in lecto mortis, mihi puella deſponſanda adhiberetur: cui in teſtimonium duos cyphos (argenteos) dicaſſem. *Im-*
Pag.119. *puritatem ſuam rurſus indicans aiebat:* Mallem me lenonem fuiſſe, quàm Chriſtum 15. annis Miſſis ſacrificaſſe. *Alios quoque ad omnem laſciuiam in-*
Pag.125. *uitans dicebat:* Quiſquis Satanicas cogitationes, alijs cogitationibus, vt de puella pulchra, pellere poteſt, huic ſuadeo. *Nec tantũ priuatis colloquijs, ſed & publicis concionibus ac ſcriptis alios ad omnem intemperantiam & proprio exemplo, et his verbis accende-*
Tom.5. operũ VViteburgæ 1557. editorũ folio 119. *bat:* Vt nõ eſt in meis viribus ſitum, vt vir non ſim, tam non eſt etiam mei iuris, vt abſque muliere ſim. Rurſum vt in tua manu non eſt vt fœmina non ſis, ſic nec in te eſt vt abſque viro degas. Nec enim libera eſt electio, aut conſilium; ſed res natura neceſſaria, vt marem fœminæ, fœminam mari ſociari oporteat. Tam neceſſarium hoc eſt, quàm edere, bibere, purgare, mucum emungere, ſomno & excubijs intẽtum eſſe. *Obſecro, quis Nicolaita, quis Carpocratianus, quis ganeo, quis adulter, quis corruptor iuuentutis, iſto turpior & peſtilentior oriri poſſet? An non etiam cum Baſilidianis multas ſimul induxit nuptias, quando (vt in prædictis Colloquijs ſcribitur) Landgrauij Haſsiæ, & aliorũ principum* concubinatus *cenſet eſſe* matrimonia? Pag.153. *VValtzerrimam Frederici Saxoniæ Ducis* pellicem, con- Pag.166.
iugem occultam *appellat? Anglorum Regi Henrico ducit potius permittendum fuiſſe,* alteram Reginam Tom.1.Collo. Pagin.236.
quoque ducere, quàm priorem repudiare: & exemplo Iudæorum (*adde & Turcarum*) duas ſimul vxores habere? *Rurſumqúe in Sermone de Matrimonio, habito VViteburgæ 1522. ibidemqúe in tomo ſeptimo operum eiuſdem excuſo 1557. de marito pau-* Pag.123.
*lulum moroſam vxorem habente ait:* Hîc oportunum eſt vt maritus dicat: Si tu nolueris, alia volet. Si domina nolit, veniat ancilla. Si tum renuat, repudia eam: & in vicem Vaſthi, Eſther ſurroga, Aſſueri Regis exemplo. *An non eſt hoc ethnicam planè polygamiam reſtituere, &* C
*veterum Gnoſticorum impuritates ab orco reuocare?*

*Quanta verò ex his Lutheri concionibus & ſcriptis ſequuta ſit in Germania, & vbicunque admiſſum fuit hoc (ſi placet inferis) repurgatum Euangelium, laſciuia, & bonorum morum deprauatio, plus ſatis manifeſtum fecerunt Melanthon, ſcribens in quadam epiſtola,* fas eſſe Staphyl.
viro duas ſaltem vxores ſimul ducere: *Bucerus ex monacho, tertiò maritus: Ochinus & Beza Polygamiam publicis ſcriptis aſſerentes: Hetzerus Anabaptiſta tredecim eodem tempore retinens: & Bucoldius eiuſdem* Flor. Vander haer.
*farinæ quindecim aſſumens: Geneuenſes denique Turcico more Matrimonij vinculum multis leuioribusqúe de cauſis ita, totiesqúe ſoluentes, vt viuente prima vxore, liceat ſecundam, tertiam, ſextam, duodecimam, vigeſimamqúe (ſi fors tulerit) ſuperducere. Renatos igitur veteres Gnoſticos in iſtis nouis, quis negabit? Cal-* D
*uinianorum laſciuos mores & ſermones Commentarijs noſtris in epiſtolam B. Iudæ Apoſtoli oportuno loco retulimus.*

2. Hæc curare] *Ita vetus codex: expunximus verò,* hoc comparare.





## A *QVIBVS TEMPORIBVS FVERVNT omnes qui prædicti ſunt, & à quibus initia & doctrinas acceperunt.*

### CAPVT XXXIII.

SVper[1] hos autem ex his qui prædicti ſunt Simoniani, multitudo Gnoſticorum Barbelo exurrexit,[2] & velut à terra fungi manifeſtati ſunt, quorum principales apud eos ſententias enarramus.[3] Quidam enim eorum AEonem quendam nunquam ſeneſcentem in virginali ſpiritu ſubijciunt, quem Barbelon nominant. Vbi eſſe patrem quendam innominabilem dicunt: voluiſſe autem hunc manifeſtare ſe ipſi Barbeloni: Ennœam autem hanc progreſſam ſtetiſſe in conſpectu eius, & poſtulaſſe Prognoſin. Cùm prodijſſet autem & Prognoſis, his rurſum petentibus prodijt Incorruptela: pòſt deinde Vita ęterna: in quibus gloriantem Barbelon, & proſpicientem in magnitudine & conceptu] delectatam in hanc generaſſe ſimile ei
B lumen. Hanc initium & luminationis, & generationis omnium dicunt: & videntem Patrem lumen hoc, vnxiſſe illud ſua benignitate, vt perfectum fieret. Hunc autem dicunt eſſe Chriſtum, qui rurſus poſtulat, quemadmodum dicunt, adiutorium ſibi dari
*hanc Nun, & progreſſus eſt Nus. Super* hæc autem emittit pater Logon. Coniugationes autem fient Ennoiæ & Logi, & Aphtharſias & Chriſti, & AEonia autem Zoe, Thelemati coniuncta eſt; & Nus Prognoſi,[4] & magnificabant hi] magnum lumen & Barbelon. Pòſt deinde & de Ennoia, & de Logo Autogenem emiſſum dicunt ad repreſentationem magni luminis, & valde honorificatum dicunt, & omnia huic ſubiecta. Coemiſſam autẽ ei Alethiam, & eſſe coniugationem Autogenis & Alethiæ. De lumine autem, quod eſt Chriſtus, & de incorruptela, quatuor emiſſa luminaria ad circunſtantiam Autogeni dicunt, & de Thelemate rurſus & Aeonia Zoe quatuor[5] emiſſiones factas ad ſubminiſtrationem, quatuor luminaribus] quas nominant, Charin, Theleſin, Syneſin, Phroneſin. Et Charin quidem magno & primo luminario adiunctam, hunc autem eſſe Sotera volunt, & vocant eum Harmogen. Theleſin autem ſecundo, quem & nominant Raguel. Syneſin autem tertio luminario, quem vocant Dauid. Phroneſin autem quarto, quem nominant Elelet.
C Confirmatis igitur ſic omnibus,[6] ſuper hæc emittit Autogenes hominẽ perfectum & verum, quem [&] Adamantem vocant: quoniam neque ipſe domatus eſt, neque ij ex quibus erat, qui & remotus eſt [cum] primo lumine ab Harmoge. Emiſſam autem cum homine ab Autogene agnitionem perfectam & coniunctam ei, vnde & hunc agnouiſ-
*iniunctã ſe eum qui eſt ſuper omnia, virtutem quoque ei* inuictam datam à virginali ſpiritu, & refrigerant in hoc omnia hymnizare magnum AEona.[7] Hinc autem dicunt] manifeſtatam Matrem, Patrem, Filium. Ex Anthropo autem & Gnoſi natum lignum, quod & ipſum Gnoſin vocant. Deinde ex primo angelo qui aſtat Monogeni, emiſſum dicunt
*Prunicum Spiritum ſanctum, quem & Sophiam &* Pronicum vocant. Hunc igitur videntem reliqua omnia coniugationem habentia, ſe autẽ ſine coniugatione, quæſiſſe cui adunaretur: & cùm non inueniret, aſſeuerabat, & extendebatur, & proſpiciebat ad inferiores partes, putans hîc inuenire coniugem; & non inueniens, exilijt tædiata quoque, quoniam ſine bona voluntate patris impetum fecerat. Pòſt deinde ſimplicitate & benignitate acta, generauit opus, in quo [erat] ignorantia & audacia. Hoc autẽ opus eius eſſe Pro-
*abſtitiſſe archontem dicũt, fabricatorem conditionis huius: virtutem autem magnam* abſtu-
D liſſe eum à matre narrant, & abſtuliſſe ab ea in inferiora, & feciſſe firmamentum cæli, in quo & habitare dicunt eum. Et cùm ſit ignorantia, feciſſe eas, quæ ſunt ſub eo poteſtates, & angelos, & firmamenta, & terrena omnia. Deinde dicunt adunitum eum Atabadiæ generaſſe Kakian, Zelon, & Phthonum, & Erinnyn, & Epithymiam. Generatis autem his, mater Sophia contriſtata refugit, & in altiora ſeceſſit, & fit deorſum numerantibus octonatio. Illa igitur ſecedente, ſe ſolum opinatum eſſe, & propter hoc dixiſſe: Ego ſum Deus zelotes, & præter me nemo eſt. Et hi quidem talia mentiuntur.

### ANNOTATIONES.

1. Super hos autẽ] *Omnibus modis confuſas Gnoſticorum ſectas, inter ſeſe diſsectas iam ſubijcit: & delirationes eorum de Barbelone, Patre innominato, Ennœa, Autogene, Harmoge, Ligno, alijsq; portentis magis quàm nominibus recenſet. Ad hunc autem locum attendens Hieronymus Epiſtola ad Theodoram, laudat inſignem Lucini viri eius pietatẽ; quòd vaſtantibus Hiſpanias Baſilidis hæreſibus, nequaquam ſuſceperit Armagil, Barbelon, Abraxas, Balſamum, & ridiculum Leuſiboram, cæteraq; magis portenta quàm nomina: quæ ad imperitorum & mulierc-*

*cularum animos concitandos, quaſi de Hebrais fontibus hauſta, eßent impudenter iactabant. Idem rurſum* Com. *in cap. 3. Amos, hæc ſubnotans ait:* Et Iberæ ineptiæ in Balſamo, Barbeloque mirantur.

2. Velut à terra fungi] *Locum hunc explicans Epiphanius, nominatim ſic Irenæi meminit:* Gnoſticorũ quidem differentiæ ſunt decem, in vna plaga ſomnij ipſorum, & coniugationibus, & octonarijs & maſculorum ac fœminarum ſæculis viciſſim æqualiter percuſſis. In vno enim tempore, hi omnes velut fungi è terra eruperunt, & velut abominabilium ac graueolentium herbarum germina, & gramen ſpinoſum, & velut latebra multorum ſcorpionum ex vno omnes tẽpore in vitam excreuerunt. Et ſicut antea dixi, inſtar fungorum ſua deformitate ſub vnũ contactum apparuerunt, velut etiam à ſancto Irenæo iam de ipſis dictum eſt: contemporanæi enim hi fuerunt. *Fungorum autem Plinio multa ſunt genera, quorum origo à terra & pituita arborum, quos & annumerat inter ea, quæ periculosè manduntur, propter magnam cum venenis cognationem. De quorum veneno inter alios vide Nicandrum in Alexiphar. His verò rectè comparantur tot hæreticorum examina, quandoquidem inſtar fungorum temerè repenteq́; proſiliunt, & aut nullum, aut inutilem, vel pernicioſißimum fructum proferunt.*

Cont. hær. 31.

Lib. 22. c. 25.

3. Quidam eorum AEonem] *Hæc ferè ad verbum tranſcribit Theodoretus:* Ex Valentini ſeminib. *inquit,* Barbeliotarum, ſeu Borborianorum, vel Naaſinorum, vel Stratioticorum, vel Phemionitarum qui vocantur, execranda ſecta pullulauit. Ponebant enim AEonem quendam ab interitu alienum, degere in ſpiritu virginali, quem nominant Barbeloth: Barbeloth autem ab eo petijſſe præſcientiam. Cùm ea autem proceſſiſſet, deinde rurſus petiuiſſet, proceſſit incorruptibilitas, deinde vita æterna. Lætantem autem Barbeloth concepiſſe, & lucem peperiſſe. Eam dicunt inunctam ſpiritus perfectione, Chriſtum fuiſſe nominatam, &c.

Contra Barbeliotas. Epiph. contr. hær. 25. et 26.

A

4. Et magnificabant hi] *Ita vet. cod. deleuimus* & glorificabitur ei.

5. Emiſſiones factas] *Authoritate vet. cod. ſex has voces addidimus: expunximus* luminaria.

6. Super hæc emittit Autogenes] *Theodoretus;* Per ſe genitum autem dicunt produxiſſe hominem perfectum & verum, quem etiam Adamantem appellant. Vnà autem cum eo productam eſſe coniugem, perfectam cognitionem; hinc rurſus oſtenſam eſſe Matrem, Patrem & Filium; ex homine autem & cognitione, lignum germinaſſe. Cognitionem autem hoc quoque nominant. Iam verò ex primo Angelo productum eſſe dicunt Spiritum ſanctum, quem etiã ſapientiam & pronycon appellarunt. Hanc autem dicunt coniugem appetentem, peperiſſe opus in quo erat ignorantia & arrogantia. Hoc autem opus Protarchonta, hoc eſt, primũ principem appellant, & eum eſſe dicunt creaturarum opificem. Ipſum autem cum arrogantia congreſſum, genuiſſe vitium & partes eius. Hęc ergo ſummatim expoſui, figmenti prolixitatẽ prætermittens. Eorum autem myſteria, quis eſt adeò infelix, vt vel lingua proferat? Omnem enim improbam ratiocinationem, omnem denique execrabilem cogitationem ſuperant, quę ab illis tanquam diuina peraguntur. Borboriani ea de cauſa cognominati ſunt.

B

7. Hinc autem dicunt] *Ita reſtituimus ex vet. cod. prius erat,* hinc enim dicitur.

C

## *QVÆ SINT GNOSTICORVM GENERA, & quæ ſecundùm eos * ſententia.*

* ſententiæ

### CAPVT XXXIIII.

ALij autem rurſus portentuoſa loquuntur, eſſe quoddam primum lumen in virtute Bythi, beatum, & incorruptibile, & interminatum. Eſſe autem [&] hoc Patrem omnium, & [1] vocari] primum hominem. Ennœam autem eius progredientem filium, dicunt emittentis, & eſſe [2] hunc] Filium hominis, ſecundùm hominem. Sub his aũt Spiritum ſanctum eſſe, & ſub [ſuperiori] ſpiritu, ſegregata elementa aquam, tenebras, abyſſum, chaos, ſuper quæ ferri Spiritum dicunt, primam fœminam [eum] vocantes. Poſtea dicunt exultante primo homine cum filio ſuo, ſuper formoſitate ſpiritus, hoc eſt fœminæ; & [3] illuminante] cã generauit ex ea lumen incorruptibile tertium maſculum, quem Chriſtum vocant, Filium primi & ſecundi hominis, & Spiritus ſancti primæ fœminæ. Cõcumbentibus autem patre & filio fœminæ, quam & matrem viuentium dicunt, [4] cùm autem non potuiſſet portare nec capere magnitudinem luminum, ſuperrepletam & ſuperebullientẽ ſecundùm ſiniſteriores partes dicunt, & ſic quidem filium eorũ ſolum Chriſtum, quaſi dextrũ, & in ſuperiora alleuatitium, arreptũ ſtatim cum matre in incorruptibilẽ AEonem. Eſſe autem hanc & veram & ſanctam Eccleſiam, quæ fuerit appellatio, & conuentio, & adunatio Patris omnium primi hominis, & Filij ſecundi hominis, & Chriſti filij eorum, & prædictæ fœminæ. [5] Virtutem autem quæ [6] ſuperebullijt] ex fœmina * habẽtem humectationem luminis, à patribus decidiſſe deorſum docent, ſua autem voluntate habentem humectationẽ luminis, quem & Siniſtram, & Pronicon, & Sophiã maſculofœminam vocant, & [7] deſcendentẽ] ſimpliciter in [aquas,] cùm eſſent immobiles, & nemouiſſe quoque eas petulanter agentem vſque ad abyſſos, & aſſumpſiſſe ex eis corpus. [8] Humectationi] enim luminis eius omnia accurriſſe & adhæſiſſe dicunt, & circumtenuiſſe eam, quam niſi habuiſſet, tota abſorpta fortaſsè fuiſſet & demerſa à materia.

Deliria de Chriſto, Spiritu ſancto, Eccleſia, & Sophia.

D

* habentem

Deliga-



A Deligatam igitur hanc à corpore, quod erat à materia, & valdè grauatam repſiſſe aliquando, & conatam eſſe fugere aquas, & aſcendere ad matrem. Nõ potuiſſe autem, propter grauedinem circumpoſiti corporis. Valdè autem malè ſe habentem machinatam eſſe abſcondere illud quod erat deſuper lumen, timentem ne & ipſum læderetur ab inferioribus elementis, quemadmodum & ipſa: & cùm virtutem accepiſſet ab humectatione eius quod erat ſecundùm eam lumen, [9] reſilijt & in ſublimitatem elata eſt, & facta in alto dilatauit, & cooperuit, & fecit cælum hoc, quod apparet à corpore eius, & remanſit ſub cælo quod fecit, adhuc habens aquatilis corporis typum, cùm accepiſſet concupiſcentiam ſuperioris luminis, & virtutem ſumpſiſſet per omnia depoſuiſſet corpus & liberatam ab eo. Corpus autem hoc exuiſſe dicunt eam, fœminam à fœmina nominãt, & filium autem eius dicunt habuiſſe & ipſum aſpirationem quandam in ſe * incorruptelæ à matre relictam ei, per quam operatur, & potens factus emiſit & ipſe, vt dicunt, ab aquis filium ſine matre. Neque enim cognouiſſe matrem eum volunt, & filium eius ſecundùm patris imitationem, alterum emiſiſſe filium.

* corruptelæ.

[10] Hic quoque tertius quartũ generauit, & quartus ipſe generauit filium, de quinto ſextum filium generatum dicunt, & ſextus ſeptimum generauit: ſic quoque hebdomada perfecta eſt apud eos, octauum matre habente locum: & quemadmodum generationibus, ſic & dignitatibus, & virtutibus præcedere eos ab inuicem: [11] & nomina autem mẽdacio ſuo talia poſuerunt. Eum enim qui à matre primus ſit, Ialdaboth vocari; eum autem qui ſit ab eo, Iao; & qui ab eo, Sabaoth magnum; quartum autem Adoneũ, & quintum Eloeum, & ſextum Oreum, ſeptimum autem & nouiſſimum omnium Aſtapheũ. Hos autem cælos, & arotheas, & virtutes, & Angelos, & conditores ſubijciunt per ordinem ſedentes in cælo ſecundùm generationem ipſorum * apparentes regere quoq; cæleſtia & terreſtria, primo ipſorum Ialdaboth contemnente matrem in eo quòd filios & nepotes ſine vllius permiſſu fecerit, adhuc etiam Angelos, [& Archangelos,] & virtutes, & poteſtates, & dominationes: [12] quibus factis ad litem & iurgium aduerſus eum conuerſos eſſe filios eius de principatu: propter quæ contriſtatum Ialdaboth & deſperatum conſpexiſſe in ſubiacentem [fecem] materiæ, & conſolidaſſe concupiſcentiam ſuã in eam, vnde natum filium dicunt. [13] Hũc [autem ipſum] eſſe Nun in figura ſerpentis cõtortum, dehinc & ſpiritum, & animam, & omnia mundialia: inde generatam omnem obliuionem, & malitiam, & zelum, & inuidiam, & mortem. Hunc autem ſerpentiformem & contortum Nun, eorum adhuc magis euertiſſe patrem dicũt tortuoſitate, cùm eſſet cum Patre ipſorum in cælo & in paradiſo. [14] Vnde exultantem Ialdaboth in omnibus his quæ ſub eo eſſent gloriatum & dixiſſe: Ego & Pater, & Deus, & ſuper me nemo. Audientem autem matrem, clamaſſe aduerſus eum, Noli mentiri Ialdaboth: eſt enim ſuper te pater omnium primus Anthropus, & Anthropus filius Anthropi. Cõturbatis autem omnibus ad nouam vocem, & inopinabili nuncupatione, & quærentibus vnde clamor, & ad vocandos eos, & [15] ad ſeducendum] dixiſſe Ialdaboth dicunt: Venite faciamus hominem ad imaginem noſtram.

B

De hebdomade filiorum, horũq; nominibus.

* non apparentes.

De Nu ſerpentiformi.

C

[16] Sex autem virtutes audientes hæc, matre dãte illis excogitationem hominis, vti per eum euacuet eos à principali virtute, conuenientes formauerunt hominem immenſum latitudine & longitudine ſcarizante autem eo tãtùm adduxerunt eum patri ſuo] & hoc Sophia operante, vti & illũ euacuet ab humectatione luminis, vti non poſſet erigi aduerſus eum qui ſurſum eſt, habens virtutem. Illo autem inſufflante in hominem ſpiritum vitæ, latenter euacuatum eum à virtute dicunt: hominem autẽ inde habuiſſe Nun, & Enthymeſin, & hæc eſſe quæ ſaluantur, vt dicunt: & ſtatim gratias agere eum primo homini, relictis fabricatoribus. Zelantem autem Ialdaboth, voluiſſe excogitare euacuare hominem per fœminam, & de ſua Enthymeſi eduxiſſe fœminam, quam illa Prunicos ſuſcipiens inuiſibiliter euacuauit à virtute. Reliquos aũt venientes & mirantes formoſitatẽ eius, vocaſſe eam Euam, & concupiſcentes eam hãc, generaſſe ex ea ſibi filios, quos angelos eſſe dicunt. [17] Mater aũt ipſorum argumentata eſt per ſerpentem ſeducere Euam & Adã, ſupergredi pręceptum Ialdaboth. Eua autẽ quaſi à Filio Dei hoc audiens, facilè credidit, & Adam ſuaſit manducare de arbore, de qua dixerat Deus, non manducare. [18] Manducantes autem eos cognouiſſe eam quæ eſt ſuper omnia virtutem, dicunt, & abſceſſiſſe ab his qui fecerant eos.] Prunicum autem videntem, quoniã & per * ſuam blaſphemiã victi ſunt valde, valde gratulatum, & rurſum exclamaſſe, quoniam cùm eſſet Pater incorruptibilis, olim hic ſemetipſum vocans Patrẽ, mentitus eſt: & cũ homo olim eſſet & prima fœmina, & hæc adulterans peccauit. Ialdaboth autẽ propter eam quæ circa eum erat obliuionem, ne quidem intendentem ad hęc, proieciſſe Adã & Euam de paradiſo, quoniam tranſgreſſi erant præceptũ eius. Voluiſſe enim filios ei ex Eua generari, & non adeptum eſſe, quoniã mater in omnibus contrairet ei, & latenter

De formatione hominis & Euæ, eorumque lapſu.

D

* ſuum plaſma.



euacuans

A

euacuans Adam & Euam ab humectatione[luminis, vti neque] maledictionem participaret, neque opprobrium, is qui eſſet à principalitate ſpiritus. Sic quoq; vacuos à diuina ſubſtantia factos, maledictos eſſe ab eo, & deiectos à cælo in hunc mundum docent.

*De ſerpentè, angelis, & ſeptem dæmonibus, corporibus & animabus hominum.*

[19] Sed & ſerpentem aduerſus patrem operantem deiectum ab eo in deorſum mundum: in poteſtatem autem ſuam redigentem angelos qui hîc ſunt, & ipſum ſex filios generaſſe, ſeptimo ipſo extante ad imitationem eius, quæ circa Patrem eſt hebdomadis. Et hos ſeptem dæmonas mundiales eſſe dicunt, aduerſantes & reſiſtentes ſemper generi humano, quoniam propter eos pater illorum proiectus eſt deorſum. Adam autē & Euam priùs quidem habuiſſe leuia & clara, & velut ſpiritualia corpora, quemadmodū & plaſmati ſunt; venientes autē huc, demutaſſe in obſcurius, pinguius, & pigrius. Sed & animā diſſolutam & languidam, quippe à factore tantūmodo inſufflationem mundialem habentes, quoadusque iterum Prunicos miſerata eorum, reddidit eis odorem ſuauitatis humectationis luminis, per quam in commemorationem venerunt ſuam ipſorum, & cognouerunt ſeipſos nudos, & corporis materiam, & cognouerunt quoniam mortem baiulant, & magnanimes extiterunt, cognoſcentes quoniam ad tempus corpus circundatum eſt eis: & eſcas quoque inueniſſe eos, præeunte eos Sophia, & ſatiatos coiſſe inuicem carnaliter, & generaſſe Cain, quem & deiectibilis ſerpens cum filijs[ſuis] ſtatim ſuſcipiens euertit, & adimpleuit mundiali obliuione, ſtultitiam & audaciā] immittens, ita vt & dum fratrem ſuum Abel occideret, primus zelum & mortē oſtēderit. Poſt quos ſecundùm prouidentiam Prunici dicunt generatum Seth, pòſt Noream, ex quibus reliquam multitudinem hominum generatam dicūt, & ab inferiori hebdomade in omnē malitiam immiſſam, & apoſtaſiam *ſuperiori ſanctæ hebdomadæ, & idololatriam vniuerſam cōtemtionem, cùm contraria eis eſſet ſemper mater inuiſibiliter, & proprium ſaluaret, hoc eſt, humectationem luminis. Sanctam autem hebdomadam, ſeptem ſtellas quas dicunt planetas, eſſe volunt, & proiectibilem ſerpentem duo habere nomina, [20] Michael & *Samuel, dicunt.

B

*De Cain, Abel Seth, Norea, & ſancta hebdomada*

*ſuperiorē ſecundæ

*Samael,

*De diluuiò, Noe, Abraham, Moſe, ac Iudæis.*

Iratum autem Ialdaboth hominibus, quoniā eum non colebant, neque honorificabant, quaſi patrem & deum, diluuium eis immiſiſſe, vt omnes ſimul perderet. Contraſtante autem & hîc Sophia ſaluatos eos eſſe qui circa Noe erant in arca, propter humectationem illius luminis quod ab[ea]erat, per quam iterum adimpletum eſſe mundum hominibus: ex quibus quēdam [21] Abraham elegiſſe ipſum Ialdaboth, & teſtamentū poſuiſſe ad eum, ſi perſeuerauerit ſemen eius ſeruiens ei, dare ei hereditatem terræ. Pòſt, per Moyſen eduxiſſe eos ex AEgypto qui ab Abraham eſſent, & dediſſe eis Legem, & feciſſe eos Iudæos, ex quibus elegiſſe ſeptem dies, quos & ſanctam hebdomadam vocant, & vnuſquiſque eorum ſuum præconem * ad ſemet gloriandum, & Deum annunciandū, vti & reliqui audientes glorias, ſeruirent & ipſi his qui à prophetis annūciantur dij.

C

*aſſumet

*De Prophetis, Chriſto, & Ioanne.*

Sic aūt prophetas diſtribuūt: huius quidem Ialdaboth Moyſen fuiſſe, & Ieſum Naue, & Amos, & Abacuc. Illius autem Iao, Samuel, & Nathan, & Ionā, & Micheā: illius autem Sabaoth Heliam, & Ioel, & Zachariam. Illius autem Adonai, * Eſaiam, & Ezechiel, & Ieremiam, & Daniel. Illius autem Eloi, Tobiam, & Aggęum. Illius autem Orei, Michæam & Nahum. Illius autem Aſtāfei, Heſdrā & Sophoniam. Horum igitur vnuſquiſque glorificans ſuum patrem & Deum, Sophiam & ipſam per eos multa loquutam eſſe, de primo homine & incorruptibili AEone, & de illo Chriſto, qui ſit ſurſū dicunt præmonentem, & rememorantē homines in incorruptibile lumen, &, in primū hominē, & in deſcenſione Chriſti: in quibus cōterritis principibus, & admirantibus nouitatē, in his quæ à prophetis annunciabantur, operatā eſſe Prunicum per Ialdaboth neſcientem quid faciat, duorum hominū factas eſſe emiſſiones. Alterū quidem de ſterili Elizabeth, alterum autem ex Maria Virgine. Et quoniam non haberet eadem ipſa requiem, neque in cælo, neque in terra, contriſtatam inuocaſſe in adiutorium matrē. Mater autem eius *prior fœmina miſerata eſt ſuper pœnitentia filiæ, & poſtulauit à primo homine adiutorium ei mitti Chriſtum: qui & deſcendit emiſſus ad ſororem ſuam, & ad humectationem luminis. Cognoſcentem autem eā, quæ deorſum eſt Sophiam deſcendere ad fratrem eius, & annunciaſſe eius aduentum per Ioannem, & præparaſſe Baptiſmum pœnitentiæ, & antè adaptaſſe Ieſum, vti deſcendens Chriſtus inueniat vas mundum, & vti per filium eius Ialdaboth fœmina à Chriſto annūciaretur. Deſcendiſſe autem eum per ſeptem cælos, aſſimilatum filijs eorum dicunt, & ſenſim [eorum] euacuaſſe virtutem. Ad ipſum enim vniuerſam humectationem luminis concurriſſe dicunt, & deſcendentem Chriſtum in hunc mundum, induiſſe primùm ſororem ſuam Sophiam, & exultaſſe vtroſq; refrigerantes ſuper inuicem, & hoc eſſe ſponſum & ſponſam definiunt. [22] Ieſum] autem quippe ex Virgine per operationem Dei generatum, ſapientiorem, & mundiorem, & iuſtiorem hominibus omnibus fuiſſe in Chriſtum perplexum Sophiæ deſcendiſſe, & ſic factum eſſe Ieſum Chriſtum. Multos igitur ex diſcipulis eius non cognouiſſe Chriſti

*Oſeam.

*pro

D

deſcen-



A

*coincepiſſe.

deſcenſionem in eum dicunt: deſcendente autem Chriſto in Ieſum, tunc* cœpiſſe virtutes perficere, & curare, & annunciare incognitum patrem, & ſe manifeſtè filiū primi hominis confiteri.

*De paſſione, reſurrectione, & aſcenſione Chriſti.*

In quibus iraſcentes principes & Patrem Ieſu operatos ad occidendum eum: & in eo cùm adduceretur, ipſum quidem [Chriſtum] cum Sophia abſtitiſſe in incorruptibilem AEonem dicunt. Ieſum autem crucifixum, non autem oblitum ſuum Chriſtum, ſed miſiſſe deſuper virtutem quandam in eum, quæ excitauit eum in corpore, quod & corpus animale & ſpirituale vocant: mundialia enim remiſiſſe eum in mundo. Videntes autem diſcipuli reſurrexiſſe eum, non eum cognouerunt, ſed ne ipſum quidem Ieſum, cuius gratia à mortuis reſurrexit. [23] Et hunc maximum errorem inter diſcipulos[eius] fuiſſe dicunt, quoniam putarent eum in corpore mundiali reſurrexiſſe, ignorātes quoniam caro & ſanguis regnum Dei non apprehendunt. Confirmare autem volunt deſcenſionem Chriſti & aſcenſionem, ex eo quòd neque poſt Baptiſmum, neque poſt reſurrectionem à mortuis, aliquid magni feciſſe Ieſum dicant, diſcipuli ignorantes adunitum eſſe Ieſum Chriſto, & incorruptibilem AEonem hebdomadi, & mundiale corpus animale dicunt. Remoratum autem eum poſt reſurrectionem XVIII. menſibus, & * ſenſibilitatem in eum deſcendentem didiciſſe, quod liquidum eſt, & paucos ex diſcipulis ſuis, quos ſciebat capaces tantorum myſteriorum docuit hæc, & ſic receptus eſt in cælum, Chriſto ſedente ad dexteram Patris Ialdaboth, vti animas eorum qui cognouerunt eos, [24] pòſt[depoſitionem] mundialis carnis recipiat in ſe, ditans ſemetipſum patre eius ignorante, ſed ne vidente quidem eum, vti in quantum Ieſus ſemetipſum ditat in ſanctis animabus, in tantum Pater eius in detrimentis factus deminoretur, euacuatus à virtute ſua per animas. Iam enim non habiturum eum animas ſanctas, vt rurſus demittat eas in ſæculum, ſed tantùm eas quæ ſunt ex ſubſtantia eius, id eſt, quæ ſunt ex inſufflatione.

B

*ſenſibilitate in eum deſcendēte.

*De conſummatione.*

Conſummationem autem futuram quando tota humectatio ſpiritus luminis colligatur, & abripiatur in AEonem incorruptibilitatis. Tales quidem ſecundum eos ſententiæ ſunt, à quibus [25] velut Lernęa hydra multiplex capitibus fera, de Valentini ſchola generata eſt. [26] Quidam etiam ipſam Sophiam ſerpentem factam dicunt, quapropter & contrariam extitiſſe factori Adæ, & agnitionē hominibus immiſiſſe, & propter hoc, dictum ſerpentem omnium ſapientiorem. Sed & propter poſitionem inteſtinorum noſtrorum per quas eſca infertur, eo quòd talem figuram habeant, oſtendentem abſconſam generatricem ſerpentis figuræ ſubſtantiam in nobis.

C

*Geneſ. 3. 2.*

## ANNOTATIONES.

1. Vocare primum hominem] Inuocari *vet. cod. vnde ſuſpicor* vocari *faciendum, cùm & Theodoretus id videatur indicare contra Sethianos, vbi paucis, ſed apertioribus, totum hoc caput æmulatur.* Sethiani, *inquit*, quos vel Ophianos, vel Ophitas quidam nominant, hominem vocant omnium Deum, lucem ipſum rurſus cognominantes: eius autem mentis comprehenſionem, filium hominis, & ſecundum hominem appellant. Poſt eum autem eſſe Spiritum ſanctum; infra eos autem quatuor elementa, aquam, tenebras, abyſſum, chaos, fœminatum autem ſpiritum vocāt, & eum ſuper elementa ferri dicunt, amaſſe autem primum & ſecundum hominem, formam Spiritus, & progenuiſſe lucem, quam Chriſtū vocant.

D

2. Et eſſe hunc] *Deleuimus* hanc: *vt mox quoque pro* ſuperiori, *repoſuimus* ſuperiora: *&* eum, *pro* eam.

3. Illuminantem] *Putauimus legendum* Illuminante, *ſicut paulò antè*, exultante.

*Contra Sethianos.*

4. Cùm autem non potuiſſet] *Theodor.* Cùm non poſſet autem mulier ferre lucis magnitudinē, ſcaturijſſe, & Chriſtum quidem vnà cum matre attractum eſſe in Aeonem, à corruptione & interitu alienum, quem etiam veram Eccleſiam appellant.

5. Virtutem autem] *Theodor.* Rorem autem, qui è luce ſcaturijt, deorſum cecidiſſe dicunt, & appellatum eſſe ſapientiam, & Prounycon, & maſculofœminam.

6. Quæ ſuperebullijt] *Expunximus* ſuperebullit, *autho. vet. cod.*

7. Et deſcendentem] *Deleuimus* deſcendentes, *autho. vet. cod. cui conſentit his verbis Theodoretus.* In aquis autem, corpus quidem ex ipſis accepiſſe, & ne ſubmergeretur in periculum veniſſe, ſed tamen emerſiſſe. Ex corpore autem quo contectus fuit, cælum eſſe conſtitutum. Deinde cùm reliquum abieciſſet, ad matrem euolaſſe: *Epiph.* Hāc autem Prunicum dicunt deſcendiſſe in aquas, & ipſis permixtam fuiſſe, & non potuiſſe ad ſuperna procedere, eo quòd grauitati materiæ permixta eſſet. *Hæc quoque perſtringit Tertull. in calce libri de Præſcript.*

*Contra Sethianos.*

*Cont. hær. 37.*

8. Humectationi] *Expunximus*, Humectationem, *autho. vet. cod.*

9. Reſilijt & in ſublimitatem &c.] *Epipha.* Leuauit autem ſeipſam per vim ad ſuperiora, & ſeipſam extendit, atque ſic facta eſt ſuperius cælum, & ſic ſtabilita, inuenta eſt non amplius potens neque ſurſum aſcendere, neque infra deſcendere, ſed in medio fixa ac extenta permanſit. *Tertull.* Cùm in ſuperiora voluiſſet eniti, grauitate materiæ permixta ſibi, non potuiſſe ad ſuperna peruenire, & in medietate relictum, extendiſſe totum, effeciſſe ſic cælum.

10. Hic quoque tertius] *Theod.* Prunici filius,

M 3 rurſus

rurſus alium filium produxit, & ex illo dicunt alium eſſe conſtitutum, & vſque ad ſeptenarium numerum proceſſiſſe productiones. Ab vnoquoque autem eorum, vnum cælum fuiſſe fabricatum, & vnumquemq; proprium habitaſſe. *Hæc etiam attingit Tertull. lib. de Præſcript.*

*Con. hær. 26.* 11. Et nomina autem] *Epipha.* Cæterùm maiorum principum hæc nomina eſſe dicunt. In primo quidem cælo eſſe Iao principem. In ſecundo verò Saclam principem ſcortationis. In tertio Seth principem. In quarto verò dicunt eſſe Daden. In quinto Eloæum, qui & Adoneus appellatur. In ſexto verò alij Ialdabaoth eſſe dicunt, alij Elileum. Alij etiam ſeptimum cęlum conſtituunt, in quo conſtituunt eſſe Sabaoth. Alij, hoc negant, & Ialdabaoth in ſeptimo eſſe pronunciant. In octauo verò eam, quæ Barbelo appellatur. Tradunt autem Sabaoth, alij formam aſini habere, alij porci, &c. *Theodoretus.* Prædictis autem filijs nomina impoſuerunt vſi lingua Hebraica, quorum meminiſſe duxi ſuperuacaneum. *Quia verò his abutebantur ad commouendum imperitum vulgus, quaſi maiora ſanctitatis ſacramenta continerent, illorum originem & interpretationem præterire non libuit. Ialdabaoth compoſitum eſt à* ילד *Ialad, id eſt parere, parturire, generare & naſci, & plurali nomine* אבות *Aboth, id eſt Patres, inde Ialdabaoth, id eſt, qui generauit patres: vel* ילד־הבות *id eſt, à patribus genitus, filius patrum. Iao ex praua intelligentia nominis Dei Iehoua, addita tantùm litera, o, ad* יה *efficitur Iaho, de quo & ſuperius annotauimus. Adoneus ab* אדון *Adō, id eſt, Dominus. Eloæus ab* אלאה *Alah, à quo* אלוה *Eloha, id eſt Dij, aut Deus, Iudex, Angelus. Sabaoth à radice* צבא *Saba, id eſt, exitus, finis, tempus determinatū, vnde plurale fœmininum* צבאות *eſt exercitus. Oreus deducitur ab* אור*, quod & nomen & verbum poteſt eſſe, ſignificatq; lucem & lucere, inde Oreus, id eſt, lucidus. Aſtaphæus à verbo* שטף *Schataph; id eſt lauare, mundare, vnde nomen Scheteph, id eſt inundatio.*

12. Quibus factis] *Theodo.* Dicūt autem alios, cum primo ſeditionē agitaſſe, qui horum quidem erat auus, illorum verò abauus, aliorum tritauus: eum verò animi anxium in materiæ fecem cogitationem defixiſſe, & genuiſſe ex ipſa filium Ophiomorphon, ſeu ſerpentiformem. *Tertull.* Rurſum Ialdabaoth iſtum in indignationem conuerſum ex ſemetipſo edidiſſe virtutem & ſimilitudinem ſerpentis &c. *Itaq; vet. cod. auth. & Theodoreti, pro* faciem materiæ, fecem *repoſuimus.*

13. Hunc autem ipſum eſſe Nun] *Hæc fuit propria Ophitarum hæreſis, de qua ſcripſerunt abundantius Tertull. ad finem Libri Præſcr. Clemens Alex. 7. ſtro. Epiphanius contra hæreſ. 27. Philaſtrius, Auguſt. Theodoret. Damaſcenus.*

14. Vnde exultantem] *Theodo.* Deinde gloriantē Ophiomorphi patrem, dixiſſe, Ego Deus & Pater, & nullus eſt me ſuperior, matrem autē ægrè tuliſſe, & acclamaſſe: Ne mentire, eſt enim te ſuperior pater omnium, primus homo, filius hominis. Hæc autem verba cùm audiſſet ſerpētis pater, inquit: Agite, faciamus hominem ad imaginem noſtram. Quinetiam multa alia adijciunt, quæ & impietate plena ſunt, & nihil habent iucunditatis. *Hunc etiam locum tangit Epipha. contra hæreſ. 25.*

15. Ad ſeducendum] *Ita vet. cod. deleuimus autem* ad eſſe ſe ducendum.

*Lib. Præſcr.* 16. Sex autem virtutes] *Tertull.* Virtutes illas, & angelos inferiores, hominem feciſſe dicunt, & quia ab infirmioribus & mediocribus virtutibus inſtitutus eſſet, quaſi vermem iacuiſſe reptantem Illum verò Aeonem, ex quo Ialdabaoth proceſſiſſet, inuidia commotum, ſcintillam quandam iacenti homini immiſiſſe, qua excitatus, per prudentiam ſaperet & intelligere poſſet ſuperiora *Epiphan.* Septem ab eo geniti filij, ſiue ſæcula, ſiue dei, ſiue angeli (diuerſis enim nominibus apud ipſos appellantur) iuxta formam patris ſui Ialdabaoth, formauerunt hominem, &c. *Cont. hær. 37.*

17. Mater autem ipſorum] *Tertu.* Ialdabaoth aiunt, in indignationem commotum, conuerſum, ex ſemetipſo addidiſſe virtutem & ſimilitudinem ſerpentis: & hanc fuiſſe virtutem in paradiſo, id eſt, iſtum fuiſſe ſerpentem, cui Eua quaſi filio Dei crediderat. Decerpſit, inquiunt, de fructu arboris, atque ideò generi humano ſcientiam bonorum & malorum contribuit.

18. Manducantes autem] *Decem & octo has voces ex vet. cod. reſtituimus, id quoque approbantibus Epiphanio & Theodo.*

19. Sed & ſerpentē] *Epiph.* Ialdabaoth verò aiunt, non voluit commemorare ſupernam matrem, neque ſupernum patrem hominibus. Poſtea autem ſerpens & cognitionem intulit, & hominem ac mulierem, omnem ſupernorum myſteriorum cognitionem docuit. Quapropter pater, id eſt Ialdabaoth iratus, deiecit ipſum de cælo, & hinc regem de cælo ſerpentē dicunt: qui portionem ſerpentis, & nihil aliud poſſident. *Cont. hær. 37.*

20. Michael & Samuel] *Theodor.* Ophiomorphum autem illum vocant Michaelem & Samana. *Vetus cod. habet* Samael, *quod fortaſſe retinendum, non iniuria quis ideo putet: quod Magiæ ſeduli cultores iſti, magicis ſpirituum nominibus abuterentur, inter quæ non ſunt poſtrema iſthæc duo nomina. Illi ſiquidem ab antiquis Hebræorum patribus accepiſſe dicunt, ſeptem planetis, totidem præeſſe angelos, ex quibus Michael Mercurio, vel ſecundū alios Soli, & vento orientali præſit: Marti verò Camael, aliàs Zamael, qui fortè cum hoc Samaele idem eſt, dominatur. In malis etiam ſpiritibus, quatuor reges potentiſſimos, iuxta quatuor orbis partes conſtituunt, primumq; illorum Vrieum, & ab Hebræis Samaelē vocatum, atq; in oriente regnare putant. Illi rurſum in cōmunibus per Synagogas precibus (Genebrardo interprete) ſic orant:* Accuſationis Samuelis ne recorderis: memento autem defenſionem Michaelis: *quibus indicant ſe hunc Samuelem, quem Michaeli opponunt, maligni Angeli loco reputare.* *Trithemius ad Max. Cæſ. Reuchlinus li. 3. Cabalæ.*

*Quod etiam ſupra de Norea, quaſi Adæ filia ſcribunt, obſcurum eſt. Epiphanius quidem contra hæreſim 26. aliqua tradit de Noria, quam alij dixerunt fuiſſe vxorem Noe, & non Seth. Cæterùm, Vincentius in Speculo, Antoninus in ſumma, Nauclerus in generat. Bergomas in Supplemento, & VVernerus in faſciculo ſcribunt, cum Caino genitam fuiſſe Calmanam, cum Abele Delboram, quæ poſt necem eius nupſerit Seth. Comeſtor in hiſt. Scholaſt. aſſirmat Methodium martyrem, idipſum reuelatione accepiſſe, & tradidiſſe.*

21. Abrahā elegiſſe] *Epiph.* Et hic Ialdabaoth, inquiunt, eſt Deus Iudæorum: ſed non eſt ita; abſit: ſed iudicaturus eſt eos Deus omnipotēs, qui Deus eſt & Iudæorum, & Chriſtianorum, & omnium, & non Ialdabaoth quiſpiam eſt, iuxta delirum ipſorum fabulamentum. *Theodor.* Prophetas etiam diuidunt, & ſeptem filijs, vt volunt, attribuunt.



22. Ieſum autem] *Ita codex vetus, excuſi verò habebant.* Omnia autem.

*Li. 1. hæret. fab.* 23. Et hunc maximum errorem] *Theodo.* Ieſum autem dicunt eſſe alium præter Chriſtū: & eum quidem, qui Deus eſt, ex Virgine eſſe natum, Chriſtum autem è cælis ad ipſum deſcendiſſe. Dicunt autem Apoſtolos quoque erraſſe, ratos Saluatoris carnem reſurrexiſſe.

24. Poſt depoſitionem] *Sic legendum indicauit vetus codex: excuſi habebant,* poſt de paſſione.

25. Velut Lernæa hydra] *Hydram ſerpentem ferunt in Lerna palude prope Argos extitiſſe, quam alij centum capitum, alij verò tantùm octo dicunt, è quibus vnum immortale eſſet. Cum hoc autem monſtro multum diuq; conflictatum Herculem fingunt, eo quòd vno inciſo capite, plura renaſcerentur. De qua vide Heſiodum in θεογ. & Platonem in Sophiſta. Athanaſius Arianos, vt Irenæus Gnoſticos, cum hoc monſtro comparans:* Hæreticus, *ait,* vt res ipſa docet, prauum omninò & vndi quaq; corruptum animum ad impietatē habet. Ecce enim vbiq; refutati Ariani, erubeſcere tamen nequaquam poſſunt, ſed quemadmodum in fabulis Ethnicorum celebrata Hydra, ſublatis prioribus ſerpentibus, alijſq; pullulantibus peruicaciter contendebat nouo ſemper obiectu anguium contra eum, qui ipſi ſuos ſerpentes tollebat: Ita quoq; iſti execrabiles homines, Ethnico animo deiecti ab illis, quæ obijciebant, alias reperiunt, Iudaicas & ſtultas controuerſias comminiſcuntur, vt ita ſe magis Chriſti perduelles & oppugnatores declarent. *Eiuſdem etiam fabulæ elegantem accommodationem habet Baſilius magnus, in calce libri de vera virginitate.* *Ser. 4. contra Arianos.*

26. Quidam etiam ipſam] *Theod.* Nonnulli dicunt ipſum ſerpentem cum ſapientia conſuetudinem habere, & tanquam cum Deo aduerſario, cum creatore bellum gerentem Adam decepiſſe, & cognitionem dediſſe, & propterea dictum eſſe ſerpentem prudentiſſimum omnium eſſe; flexuoſam quoq; inteſtinorum noſtrorum poſitionem, corpus ſerpentis imitari *Hoc attigit & Epiphanius contra hæreſim 37.*

## *QVÆ EST CAIANORVM INRELIGIOSITAS, etiam impudentia: & vnde conſcripta ipſorum.*

### CAPVT XXXV.

*De Cain, Eſau, Core, Sodomitis, Iuda & Hyſtera.*

[1] ALij autem rurſus Cain à ſuperiore principalitate dicunt, & Eſau, & Core, & Sodomitas, & omnes tales cognatos ſuos confitentur, & propter hoc à factore impugnatos neminem ex eis malè acceptos. Sophia enim illud quod proprium ex eá erat, abripiebat ex eis ad ſemetipſam: & hæc Iudam proditorem diligenter cognouiſſe dicunt, & ſolum præ cæteris cognoſcentem veritatem perfeciſſe proditionis myſterium, per quem & terrena & cæleſtia omnia diſſoluta dicunt, & confinctionem afferunt huiuſmodi, Iudæ Euangeliū illud vocantes.[2] Iam autem & [collegi] eorum conſcriptiones, in quibus diſſoluere opera hyſteræ adhortantur. Hyſteram autem fabricatorem cæli & terræ vocant: nec enim aliter ſaluari eos niſi per omnia eant, quemadmodum & Carpocrates dixit, & in vnoquoque peccatorum & turpium operationum angelum aſſiſtere, & operantē accidere audaciam, & immunditiam inferre, id quod ineſt ei operationi[3] angeli nomine dicere:][4] O tu angele, abutor] opere tuo; O tu] poteſtas, perficio tuam operationem: & hoc eſſe ſcientiam perfectam, ſine tremore in tales abire operationes, quas ne nominare quidem fas eſt.

*Cur hæc Irenæus detexerit.*

A talibus matribus & patribus & proauis eos qui à Valētino ſint, ſicut ipſæ ſententię & regulæ oſtendūt eos, neceſſarium fuit manifeſtè arguere, & in mediū afferre dogmata ipſorum, ſi qui fortè ex ijs pœnitentiā agentes, & cōuertentes ad vnum ſolū conditorē & Deum factorem vniuerſitatis, ſaluari poſſint: reliqui autem non iam abſtrahantur à praua, quaſi veriſimili ſuaſione eorum, putantes maius & aliquid altius ab ijs ſcituros ſe myſterium. Sed à nobis bene diſcentes[5] quæ] ab illis malè docentur, derideant quidem doctrinam eorum, illorum autem miſereantur,] qui adhuc [in his] tam miſerrimis & inſtabilibus fabulis, tantam elationem aſſumpſerunt, vt meliores ſemetipſos reliquis propter talem agnitionem,] imò ignorantiam arbitrētur.[6] Delectatio autem eorum hæc eſt, ſiue aduerſus eos victoria, eſt ſententiæ eorū manifeſtatio. Quapropter conati ſumus vniuerſum malè compoſitum vulpeculæ huius corpuſculum in medium producere, & apertum facere manifeſtum. Iam enim non multis opus erit ſermonib. ad euertēdum doctrinam eorum, manifeſtam omnibus factam. Quemadmodū beſtiæ alicuius in ſylua abſconditę, & inde impetū facientis, & multos vaſtātis, qui ſegregat & denudat ſyluā, & ad viſionē adduxit ipſam ferā,[7] iam non elaborauit ad capiendam, vidētes quoniā ea fera fera eſt: ipſis enim adeſt videre & cauere impetus ei⁹, & iaculari vndiq; & vulnerare, & interſicere vaſtatricem illā beſtiā. Sic & nobis cùm in manifeſtū redegerimus eorum abſcondita, & apud ſe tacita myſteria, iam nō erit neceſſarium multis deſtruere eorum ſententiam. Adeſt enim & tibi, & omnibus qui tecum ſunt, ad hæc quæ prædicta ſunt exerceri, & * excutere nequam ipſorum doctrinas inconditas, & apta veritati oſtendere dogmata. Cùm igitur hæc ſic ſe habeant, quatenus promiſi, ſecundùm noſtram

**euertere.*

noſtram virtutem inferemus euerſionem ipſorum, omnibus eis contradicentes in ſe- A quenti libro. Enarratio enim in longum pergit, vt vides: & viatica quoque dabimus ad euerſionem ipſorum, occurrentes omnibus ſententijs ſecundùm narrationis ordinem, vt ſimus non tantùm oſtendentes, ſed & vulnerantes vndique beſtiam.

## ANNOTATIONES.

1. Alij autem] *Theodo.* Alij autem, quos Cainos nominant, dicunt etiam Cain à ſuperna authoritate fuiſſe liberatum, Eſau autem, Core, & Sodomitas, & omnes alios eiuſmodi, ſuos eſſe cognatos confitentur. & eos odio quidem eſſe habitos à creatore, ſed nihil ab eo noxiæ accepiſſe, ſapientia enim ab eis eripuit, quod in eis habebat Quinetiam Iudam proditorem ſolum ex omnibus Apoſtolis dicunt hanc cognitionẽ habuiſſe, & ideò effeciſſe proditionis myſteriũ. Eius autem Euangelium proferunt, quod illi compoſuerunt. *His conſona ſunt ea, quæ ſcribit Epiphanius contra hæreſim 38. ideò repetere neceſſe nõ duximus. Ad tantam Gnoſticorum iſtorum dementiã, non poſſum non obſtupeſcere, quod animis hominum, qui Chriſto nomen ſemel dederint, tantas errorum caligines offuderit pater ille mendacij, vt cælum terræ miſceant, dum ſceleratos iuſtificant, reprobatos ſaluant: Abel, Enoch, Noe, Abraham, & reliquum beatorum cœtum inferis mancipant: eos verò, qui Deo, Angelis, & hominibus exoſi ſunt, ſuſpiciunt, mirantur, adorant.*

*Pari cæcitate laborare mihi videtur recentiores Gnoſtici, vt ouo prognati eodem, cùm Aërium, Vigilantium, Nouatum, Donatum, Eunomium, Iouinianum, Berengarium, Felicianos, Albigenſes, VValdenſes, & Huſſitas totius orbis ſententia damnatos, in cælos ferunt, beatos, veroſq; Dei ſeruos prædicant.*

*Contrà verò, ſanctiſſimos & antiquiſſimos quoſq; Apoſtolorum diſcipulos ac ſucceſſores multis probris vexant, lacerant, reprobant. Luthero enim magnus ac diuiniloquus Dionyſius Areopagita, Pauli diſcipulus, & Galliarum Apoſtolus,* multa garrit de nominibus diuinis, de cæleſti & Eccl. Hierarchia: ſed ſunt mera commenta. *Sanctiſſimus & doctiſſimus Hieronymus, eidem apoſtatæ,* Totus nihil eſt. Nihil boni ſcripſit, inter Doctores Eccleſiæ non eſt numerandus, quia fuit hæreticus. Nihil de Chriſto tractat, niſi quod nomine vtitur. Neque de fide, ſpe, & charitate, neque operibus fidei loquitur. *Subdit denique, indicans quàm verè Cainico & Carpocratico animo affectus eſſet erga tam pium virum:* Nullum inter Scriptores ita odi vt ipſum: tantùm de ieiunijs, cibis, & virginitate ſcripſit. *Facundiſſimi & piiſſimi Chryſoſtomi libri Gnoſtico planè Lutheri iudicio,* ſunt tantùm chaos & ſacci verborum, ſine re. Author eſt ſeditioſus & garrulus. *Gregorius Nazianzenus, cognomento Theologus eiuſdem cenſura,* In ſua poëſi verſatus, nihil ſyncerè de Deo ſcripſit. *Nec patri ſuo ſubtiliſſimo & Philoſopho & Theologo Auguſtino hic degener filius pepercit dicens:* Multi libri Auguſtini nihil ſunt. *Hæc & multa grauiora pluraque conuitia in ſelectiſſimos Dei ſeruos, ſanctoſq; Eccleſiæ Chriſti proceres euomere non horruerunt noui Gnoſtici.*

*Quin & eò amentiæ peruenerunt, vt è calendario Chriſtianorum, nominibus SS. Apoſtolorum, Martyrum, Angelorum, Virginis Mariæ, imò Epiphanias, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Ieſu Chriſti, & ſacroſanctæ Trinitatis deletis, in eorum locum & ordinem Antiochos, Cæſares, Holofernes, Pharaones, & eos, qui paſſim ob blaſphemias, errores, & concitatos tumultus, magiſtratus ſententia iuſtiſſimè neci traditi ſunt ardeliones, ſubſtituerint &* B *ſuppoſuerint. Sed de his alibi.*

2. Iam autem & collegi] *Epiphan.* Sed & alia quædam ſcripta, eodem modo confingunt contra vterum, quem Hyſteram vocant, eamque Hyſteram creatorem vniuerſæ huius molis cæli ac terræ appellant. Et non poſſe, aiunt, alios ſaluari, niſi per omnia proceſſerint, velut etiam Carpocrates dicit. Vnuſquiſque enim ipſorum ob hanc nimirum cauſam, nefaria faciens, & turpes actiones perficiens, & quæcunq; peccata faciens, vniuſcuiuſq; nomen angeli inuocat, tum eorum, qui ſunt angeli, tum eorum qui fictè ab ipſis angeli dicuntur, & vnicuiq; eorum attribuit nefarium quoddam peccatorum in terra opus, propriam actionem ad nomen angeli cuius vult referens. *Expunximus ab excuſis co.* colligi. C

3. Angeli nomine dicere] *Authoritate vet. cod. deleuimus,* Angeli nomen edicere.

4. O tu Angele.] *Sic omninò legendum colligitur tam ex Epiphanio, quàm Nicetæ Orthodoxia. Quod ſi iure ſint iſti exſecrandi, quòd obſcœnitates ſuas puriſſimis Angelis velut authoribus tribuerent; quantomagis Caluiniani & Bezani, qui Deum Opt. Maxim. tam adulterij Dauidis, inceſtus Abſalom, & proditionis Iudæ authorem eſſe ſcribunt & prædicant; quàm conuerſionis Pauli, & confeſſionis Petri?*

5. Quæ ab illis] *Prius erat,* quoniam ab illis. *Rationem porrò deſignat, cur hæc portentoſa planè figmenta tam ſtudioſè laborioſeq; inueſtigarit & ſcripſerit.*

6. Delectatio autem eorum] *Id eſt, his nugis, imò execrandis & deteſtandis blaſphemijs gloriantur & triumphant, quarum oporteret penitus erubeſcere ac pudefieri. Niſi contra fidem omnium codicum, legere malueris,* Detectio autem eorum, &c *quam lectionem non temerè forſitan quis conſtabiliret ex eo, quod ſupra, c. 19. legitur.* D Cùm ſit aduerſus omnes hæreticos detectio &c. *& mox Præfatione in libr. ſecundum,* Quod ſit detectio & euerſio ſententiæ ipſorum: *iterũq; Præfatione in librum 4.* De detectione & euerſione falſæ cognitionis.

7. Iam non elaborauit] *Quid ſi legeremus, iam non elaborant, vt conueniat cum his,* videntes quoniam fera eſt?

Marginal notes: To. 1. Colloq. pag. 187. — Tom. 2. pag. 24. — Pag. 137. — Tom. 2. Coll. pag. 135. — Pag. 183. — Pag. 24. — Cõtra hæreſ. 38.

EXplicit liber Irenæi Primus.

*INCIPIT SECVNDVS.*

CAPITA



# CAPITA LIBRI SECVNDI.


A *HÆc inſunt in ſecundo libro redargutionis et euerſionis falsò cognomine agnitionis.*

*1. Oſtenſio quòd neq; extra pleroma ſit vniuerſorum Deus, neque extra plenitudinẽ eius eſſe aliquid, neq; quidem duos eſſe deos immenſo interuallo abinuicem diſtantes, neq; virtutem aliquam mundi fa-* B *bricatricem [in] immenſum ſeparatam à Patre ignorante eam.*

*2. Neque* * *interim in ijs, quæ continentur à Patre, alium quendam fabricaſſe hunc mundum, neq; Patrem per alia adminicula eam, quæ ſecundùm nos eſt, feciſſe conditionem, ſed tantùm per Verbum ſuũ, eſſe autem conditorem eum, qui eſt ſuper omnia Deus, & ipſum Patrem eſſe Domini noſtri Ieſu Chri-* C *ſti.* (* iterum)

*3. Quoniam inuiſibilis quidem eſt Pater, ſed non incognitus; neque ignorare eum quidem poterant angeli, licet plurimùm deorſum* * *deiecti eſſent ab eo.* (* ſubiecti)

*4. Quoniam [inſtabile] eſt Pleroma Valentini diſcipulorum.*

*5. Oſtenſio nõ eſſe eam, quæ eſt ſe-* D *cũdùm nos creaturam, imaginem Pleromatis eorum, neq; Demiurgum vnigeniti.*

*6. Quomodo* * *immenſus excidit de imaginibus eorum ſermo.* (* in immẽſum)

*7. Quoniam non eſt veriſimile ea quæ ſunt hîc, vmbram Pleromatis eorum eſſe.*

*8. Quàm falſa vmbra & vacua eorum oſtenditur.*

*9. Oſtenſio quoniam eſt & ſubſiſtit mũdi Fabricator Deus, non cõſtat autem, qui ſuper hunc adinuenitur pater.*

*10. De quæſtionibus et parabolis, quomodo oporteat ſoluere ea, quæ quæruntur.*

*11. Quoniam ſubſtantiã materiæ Labi adiungere non conſtat, voluntate autem & virtute Dei cõſtat, & fidem habet.*

*12. Contradictiones his, qui ſunt à Valentino.*

*13. Quomodo is ſermo, qui eſt de triacontade illorum concidit in vtroque, & ſecundùm id quod plus eſt, & ſecundùm id, quod minus.*

*14. Quoniam impoſſibile eſt ſeparatas eſſe abinuicem, quæ infra plenitudinem dicuntur coniugationes: adunitis autem ijs, impoſſibile eſt Sophiam ſine coniuge aſſumpſiſſe Labem, aut etiam generaſſe aliquid.*

*15. Quoniam in eodem Pleromate non poterat verbum & ſilentiũ eſſe.*

*16. Quoniam nullius momenti oſtenditur primus ordo* * *emiſſionum ipſorum.* (* emiſſionis)

*17. Quoniam ſenſus non potuiſſet emitti,* * *quia ipſe emittebat reliqua.* (* quoniam)

*18. Quid eſt emiſſio, & quoniam hæ, quæ ab his dicuntur emiſſiones, hominibus congruunt magis quàm Deo.*

*19. De quæſtionibus, quomodo & hinc ethnici veriſimilius de vniuerſorum generatione reſponderũt*


*& gratius:*

*& gratius: & quomodo ab ipſis* quæ ſunt à Valentino initia ſumpſerunt, eiuſq; ſunt ſecundùm eos regulæ.*

* qui

*20. Quæſtio de omni ſpecie emiſſionis, & de Pleromatis inconſequentia.*

*21. Quoniam quæ nobis, qui ſumus ab Eccleſia, imputant ij, qui ſunt à Valentino, illis rurſum imputant hi, qui ſunt à Baſilide, et illis iterum alij.*

*22. Quoniam ſi quis tranſmotus fuerit à Demiurgo, in multos deos, & ininfinitos mundos excidere eum neceſſe eſt.*

*23. Oſtenſio quoniam Logos in diminutione non eſt prolatus.*

*24. Quoniam ſecundùm hæreticos, voluntas Patris inuenitur feciſſe ignorantiam & Labem.*

*25. Quoniam Sophia nunquã in ignorantia & in deminoratione eſt.*

*26. Oſtenſio * quomodo neque enthymeſis ſine Æone propriam habuerit ſubſtantiam, neq; paſſio ſine enthymeſi.*

* quoniam

*27. Quoniam neque diſſolui neq; pati Æon poterat, cùm eſſet ſpiritalis, & in his, quæ ſimilia erant conuerſans.*

*28. Quoniam patris exquiſitio et inueſtigatio magnitudinis eius, neque paſſionem, neque Labem, ſed * tantùm perfectiones faciebat in Æone.*

* ſtatum perfectionis.

*29. Quoniam non capit Æonem infra Pleroma, deſiderium paſſionis percepiſſe.*

*30. Quomodo de ſemine ipſorum ſermo vniuerſus inſtabilis oſtenditur.*

*31. Quoniam non ignorauit Demiurgus in eũ ſeminis depoſitionẽ.*

*32. Et quoniam ſi in eum depoſitũ fuiſſet ſemen, non potuiſſet ignorare ea, quæ ſunt ſuper eum.*

*33. Quomodo contraria de matre & labe eius conſilia decreuerunt.*

*34. Oſtenſio quòd neq; conceptio, neque generatio ſeminis fuerit.*

*35. Quoniam ex ſolutione parabolarum impropriam & inconuenientem fictionem ſuam faciunt.*

*36. Quomodo omnis numerus conſtare poteſt ex Scripturis, & typus dici omnis argumenti.*

*37. Quomodo * deſtruetur, qui eſt de numeris ipſorum, & nominibus ſermo.*

* deſtruitur.

*38. Quoniam ſecundùm Legẽ neque imagines, neq; figuræ exiſtunt plenitudinis ipſorum: ſed neq; figuræ eſſe poſſunt.*

*39. Oſtenſio, quod non vno anno præconiauerit Dominus poſt Baptiſmum, ſed omnem habuiſſe eum ætatem.*

*40. De diebus & horis, & menſibus, & vocabulis, & ſyllabis: de amen, & de nonagintanouem ouibus, ex quibus vna perijt, & inuẽta eſt.*

*41. Oſtenſio quoniam neq; ſecundùm formam Pleromatis eorum facta * ſint, quæ facta ſunt, neque rurſus vanè & prout euenit.*

* ſunt.

*42. Quoniam non poſſit conſtare per numeros veritas.*

*43. Quæ ſunt, quæ à nobis poſſunt exolui; & quæ ſunt, quæ remittuntur Deo fabricatori.*

*44. Oſtenſio quoniã Demiurgus nõ ſit ſupergreſſibilis mẽte, neq; ſuper eum alteram diuinitatem eſſe.*

*45. Quid*



*45. Quid ſit, quod à Paulo dictũ eſt, ſcientia inflat, dilectio autem ædificat.*

*46. Quomodo oportet parabolas exolui.*

*47. Quoniã omnem agnitionem non poſſumus habere in hac vita.*

*48. Quomodo de emiſſionibus eorum ſermo, compoſitum oſtendit Patrem, & non ſimplicem, nec vniformem.*

*49. Quoniam non eſt veriſimile Verbum Dei tertiam habere à Patre emiſſionem.*

*50. Oſtenſio quoniam Nus [Logos,] & Logos Nus, & Nus ipſe eſt Pater omnium.*

*51. Quomodo Dominus quædam concedit Patri, & quæ cauſa eſt propter quam diem et horam à nemine altero cognoſci ait, niſi à ſolo Patre.*

*52. De natura animæ, quoniam ſecundùm illorum ſermonem, cùm animæ ſeruentur, neceſſe eſt & corpora participare ſalutem.*

*53. Quoniam in nullo poteſt interior illorum homo ſupergredi Demiurgum.*

*54. Quoniam non eſt veriſimile hos quidem ſpiritales eſſe, Demiurgum autem animalem.*

*55. Oſtenſio, quòd non ſit animalis Demiurgus.*

*56. De aſſumptione Apoſtoli vſq; ad tertium cælum, & cur dixit, Siue in corpore, ſiue extra corpus.*

*57. Quomodo ea, quæ aduerſus Valentinum dicuntur, omnem euertunt hæreſim.*

*58. * Conuerſio hæreticorum omnium in his, quibus non communicant cum Valentino.*

* Euerſio.

*59. Oſtenſio quòd non tranſeant animæ in alia corpora.*

*60. Oſtenſio quòd nõ bibant ſecundùm Platonem obliuionis poculũ.*

*61. Oſtenſio quoniam corpus nõ eſt obliuio.*

*62. Quoniam in corporis * communionem amittit ſuas * vires anima.*

* communione. * virtutes.

*63. Oſtenſio, quòd vnuſquiſq; noſtrum ſuam habeat animam, ſicut & ſuum corpus.*

*64. Quomodo perſeuerant animæ corporis habentes figuram.*

*65. Quomodo animæ cùm ſint [generabiles] in futurum incorruptibiles perſeuerant.*

*66. Euerſio Baſilidis cælorum fabricationis.*

*67. Oſtenſio quoniam prophetæ nõ à varijs dijs fecerint prophetationes, ſed ab vno & eodem.*

*68. Expoſitio [Hebraicorum] nominum eorum, quæ in Prophetis poſita ſunt.*

## 1 PRÆFATIO SECVNDI LIBRI.

IN primo quidem libro, qui ante hunc eſt, arguentes falſi nominis agnitionem, oſtendimus tibi dilectiſſime, omne ab his, [2] qui ſunt à Valentino, per multos & contrarios modos adinuentum eſſe falſiloquium, & ſententias expoſuimus eorum, qui priores extiterunt, diſcrepantes eos ſibimetipſis oſtendentes, multo autem prius ipſi veritati. Et Marci quoque magi ſententia, cùm ſit ex his, cũ operibus eius omni diligentia expoſuimus, & quanta ex Scripturis eligentes, adaptare conantur fictioni ſuæ, diligenter retulimus: ijdem quonam modo per numeros, & per viginti quatuor elementa alphabeti veritatẽ affirmare conantur & audent,

ἀναχεφαλαίωσις eorum, quæ lib. 1. habentur.

audent,[3] minutatim perexiuimus. Et quemadmodũ conditionem ſecundùm imaginẽ A inuiſibilis apud eos Pleromatis factã dicunt, & quanta de Demiurgo ſentiunt ac docent renunciauimus, & progenitoris ipſorum doctrinam Simonis magi Samaritani, & omnium eorum, qui ſucceſſerunt ei, manifeſtauimus. Diximus quoque multitudinẽ eorũ qui ſunt ab eo Gnoſtici, & differentias ipſorum, & doctrinas, & ſucceſſiones adnotauimus, quæque ab eis hęreſes inſtitutæ ſunt, omnes expoſuimus. Et quoniam omnes à Simone hæretici initia ſumentes, impia & inreligioſa dogmata induxerunt in hanc vitam, oſtendimus, & redemptionem ipſorum, & quomodo initiant eos, qui perficiuntur, & * factiones eorum & myſteria manifeſtauimus: & quia vnus DEVS conditor, [4] & quia non poſtremitatis fructus, & quia neque ſuper illum, neque poſt eum eſt aliquid.

* affectiones.

In hoc autem libro inſtruemus, quæ nobis apta ſunt, & quæ permittit tempus, et euertemus per magna capitula omnem ipſorum regulam: quapropter [5] quòd ſit detectio & euerſio ſententiæ ipſorum, operis huius conſcriptionem ita titulauimus. Oportet enim abſconditas ipſorum coniugationes, per manifeſtarũ coniugationum indiciũ & euerſionem Bythum diſſoluere, & quoniam neque fuerit aliquando, neque ſit accipere oſtenſionem.

Propoſitio ſequentis libri.

## ANNOTATIONES. B

1. Prefatio ſecundi libri ] *Magno ſtudio cauiſſe hunc ſanctiſſimum Martyrem, ne libri iſti aſſuetis hæreticorum artibus deprauarentur, neúe argumentorum, aut titulorum adiectione eius opus foret, euidentiſſimum eſt, tum ex obteſtatione ad ſcribas initio operis præfixa; tum ex præfationibus ſingulis librorum principijs appoſitis: quibus ea, quæ in ſuperiore propoſuit, & quæ in proximo dicturus eſt, paucis complectitur. Porrò ſecundi libri huius capita ſiue ſectiones, diſſimiles & plures ſunt in veteri noſtro exemplari, quàm in excuſis omnibus, quæ interdum magis conueniunt, interdum etiam minus, qua de re, lectorem hîc monere potius quàm quicquam mutare viſum fuit, vt & ſuis locis pro re nata indicabimus. Cæterùm, poſtquàm ſuperiore libro portentoſas Gnoſticorum opiniones, quaſi pernicioſa monſtra, è ſuis luſtris in apertum campum eduxiſſet; hoc ſecũdo ſingula acerrimè perſequitur: quæ & proprijs illorum placitis, quaſi ſuopte mucrone iugulat, ſimul & indicat quid quiſque illorum ex Philoſophorum lacunis hauſerit: vnde veteris Philoſophiæ, atque adeò Gnoſticorum deliriorum, quæ magna ex parte aboleuit diuina prouidentia, parum gnaris, paulò obſcurior liber fortaſſè videbitur. Nos tamen dabimus operam, vt non ſine fructu aliquo, æquo & beneuolo lectori, idem & ſimile ſemper hæreticorum ingenium, fraudeſq; Satanæ retegantur & omnibus pateſcant.*

2. Qui ſunt à Valentino ] *Id eſt, Valentini ſectatoribus atque diſcipulis: ſicut & alibi frequenter, qui ſunt à Simone, qui ſunt à Marcione &c. pro Simoniani & Marcionitæ: quod ſemel notaſſe ſufficiat.*

3. Minutatim perexiuimus ] *Iacobus Billius vir Græcè & Latinè doctiſſimus, ac Gregorij Nazianzeni, Damaſceni, Iſidori Peluſiotæ, primorumq; decem & octo libri primi Irenæi capitum interpres fidiſſimus & lectiſſimus; tres libros conſcripſit, qui poſt eius obitum, nomine Sacrarum obſeruationum in lucem prodierunt. In his plurimos huius ſanctiſſimi Martyris librorum locos ſolerter expendit, feliciter explicauit, ac magna fide correxit. Huius itaque diligentia & ſtudio (quod ſemel dictum ſufficiat) ſuffulti, eoſdem & alios multiplures pro viribus emendabimus, ab hoc quem nos ſignauimus incipientes.* Perexire (*inquit*) nouo, ac Latinis prorſus inuſitato more dixit, quod Græci διεξελθεῖν, id eſt, commemorare dicunt.

4. Et quia non poſtremitatis ] *Capite primo libri primi, retulit eos Demiurgum, id eſt, huius mundi Creatorem cenſere nunc Labis, nunc cuiuſdam Extremitatis fructum.* C

5. Quòd ſit detectio ] *Ex hoc loco, & primis in quartum librum Præfationis verbis; eiuſdemq; libri vltima clauſula; libri deinde quinti principio, veriſſimam eſſe apparet horum librorum inſcriptionem, quàm libro quinto hiſto. cap. ſeptimo. ponit Euſebius his verbis:* ἐλέγχου καὶ ἀνατροπῆς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως βιβλία πέντε, *id eſt, ne à veteri interprete diſcedamus,* detectionis & euerſionis falſi nominis ſcientiæ, libri quinque. *Et certè videtur vir Apoſtolicus eam ſumpſiſſe ex Apoſtoli 1. ad Timoth. verbis, quibus euitandas* ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως *monet. Præterea, ad eam reſpexiſſe putarim etiam Euſebium prima ſtatim præfatione Hiſt. Eccleſ. vbi eadem ferè verba, quæ hoc titulo habentur, retinet, dum ſe de his, qui Chriſti nomine paſſi ſunt, & qui falſas opiniones ſcriptis ſuis euerterunt, dicturum proponit. De his quædam annotauimus initio huius operis.*

## *OSTENSIO QVOD NEQVE EXTRA PLEROma ſit vniuerſorum Deus, neque extra plenitudinem eius eſſe aliquid, neque quidem duos eſſe deos immenſo interuallo abinuicem diſtantes, neque virtutem aliquam mundi fabricatricem [in] immenſum ſeparatam à Patre ignorante eam.* D

### CAPVT I.

Pſal. 145. 6. Apoc. 14. 7.

BENE igitur habet [1] à primo & maximo] capitulo inchoare nos à Demiurgo Deo, qui fecit cælum & terram, & omnia quæ in eis ſunt, quem ij blaſphemãtes extremitatis fructum dicunt: & oſtendere, quod neque ſuper eum, neque poſt eum eſt aliquid: neque ab aliquo motus, ſed ſua ſententia & * liberè fecit om-

* libere



A cit omnia,[2] cùm ſit ſolus Deus, & ſolus dominus, & ſolus conditor, & ſolus pater,[3] & ſolus continens omnia, & omnibus vt ſint, ipſe præſtans. [4] Quemadmodum enim poterit ſuper hunc alia plenitudo, aut initium, aut poteſtas, aut alius Deus eſſe: cùm oporteat Deum horum omnium pleroma in immenſo omnia circumcontinere, & circumcontineri à nemine? Si autem extra illum [eſt] aliquid, iam non omnium eſt pleroma, neque continet omnia. Deerit enim pleromati, aut ei qui ſit ſuper omnia Deo, hoc quod extra eum dicunt. Quod autem deeſt, & delibatum eſt ab aliquo, [hoc] non eſt omnium pleroma: & terminum autem, & medietatem, & finem habebit, ad eos qui ſunt extra eum. Si autem finis eſt in ea quæ ſunt deorſum, initium eſt [& in] ea quæ ſunt ſurſum. Similiter autem & ex reliquis partibus [5] neceſſitas eſt omnis id ipſum experiri, & ab eis qui foris ſunt contineri, & determinari, & includi. Is enim qui eſt deorſum finis, neceſſariò omni modo circunſcribit & circundat eum qui firmatur in eum. Et iterum ſecundùm eos, Pater omnium, quem videlicet & Proonta, & Proarchen vocant, cum pleromate ipſorum.[6] Et Marcionis bonus Deus in aliquo conditus, & * recluſus, & à foris circundatus ab altera principalitate, quam neceſſe eſt maiorem eſſe; quoniam id quod continet, eo quod continetur, maius eſt: quod autem maius eſt, id & firmius B eſt, & magis Dominus: & quod maius eſt, & firmius, & magis Dominus, hoc erit Deus. Cùm enim ſit ſecundùm eos & aliud quid, quod quidem extra pleroma eſſe dicunt,[7] in quod &] ſuperiorem erraticam virtutem deſcendiſſe opinantur, neceſſe eſt omni modo & continere id quod extra eſt, contineri autem pleroma: alioquin non erit extra pleroma. Si enim extra pleroma eſt aliquid, intra hoc ipſum quod extra pleroma dicunt, [erit] pleroma, & continebitur pleroma ab eo quod eſt extra.

Nihil poteſt eſſe ſupra Deum.

* incluſus.

[8] Cum pleromate autem ſubaudiatur & primus Deus, aut rurſus in immenſum diſtare & ſeparata eſſe ab inuicem, id eſt & pleroma, & quod eſt extra illud. Si autem * hæc dixerint, tertium quid erit, quod in immenſum ſeparat pleroma, & hoc quod eſt extra illud, & hoc tertium circum definit & [9] continebit vtraque ] & erit maius tertium hoc pleromate, & eo quod [eſt] extra illud, ſicut in ſuo ſinu continens vtraque: & in infinitum de his quæ continentur, & de his quæ continent incidet ſermo. Si [enim] tertium hoc initium habebit in ſuperiora, & finem in inferiora; omnino neceſſitas eſt, & à lateribus definiri illud, vel inchoans, vel deſinens ad alia quædam, & illa rurſus, & alia quæ ſunt ſurſum & quæ deorſum ad alia quædam habebunt initia, & hoc vſque in infinitum; vt nunquam ſtet eorum cogitatio in vno Deo; ſed per occaſionem C plusquam eſt quærendi, in id quod non ſit, excidat & abſiſtat à vero Deo: Similiter autem hæc & aduerſus eos qui ſunt à Marcione, aptata ſunt. [10] Continebuntur enim & circunfinientur ] & duo Dei [eius,] ab immenſo interuallo quod ſeparat eos ab inuicem. Si autem id excogitandi eſt neceſſitas; ſecundùm omnem partem multos deos immenſa ſeparatione diſtantes, ab inuicem quidem inchoantes, ad inuicem autem finientes, & illa ratione quâ nituntur docere ſuper fabricatorem cæli & terræ eſſe aliquod pleroma aut Deum, eadem ratione vtens quiſque aſtruet ſuper pleroma, alterum eſſe pleroma, & ſuper illud rurſus aliud, & ſuper Bythum aliud pelagus Dei. Et à lateribus autem ſimiliter eadem eſſe, & ſic in immenſum [excidente] ſententia, & ſemper neceſſitas erit excogitare altera pleromata, & alteros Bythos, & nunquam [aliquando] conſiſtere, ſemper quærentes alios præter dictos. Et erit autem incertum vtrumnam hæc ſint deorſum, quæ ſunt ſecundùm nos, an hæc ipſa ſuperiora ſint; & quæ dicuntur ab eis ſurſum, vtrumnam ſurſum aut deorſum ſint: & nullus ſtatus, neque firmitas continebit ſenſum noſtrum, ſed in immenſos mundos, & indeterminatos deos excedere D neceſſitas erit.

* hoc.

[11] Et cùm hæc ſic ſe habeant, ] vnuſquiſque Deus ſuis contentus erit, & non curioſè aget de alienis: ſi quo minus, iniuſtus erit, & auarus; & ceſſans eſſe quod Deus eſt. Et vnaquæque conditio ſuum fabricatorem glorificabit; & ipſo ſufficiens erit; & alterum non cognoſcet: ſi quo minus, apoſtata iuſtiſſimè ab omnibus iudicatus, digniſſimam concipiet pœnam. Oportet enim aut vnum eſſe qui omnia continet; & in ſuis fecit vnumquodque eorum quæ facta ſunt; quemadmodum ipſe voluit: aut multos rurſus & indeterminatos factores & deos, ab inuicem quidem incipientes, ad inuicem autem deſinentes per omnem partem: & alios omnes à foris * ab alterutro quodammodo recontineri; & * vel incluſos & manentes in ſuis vnumquenque eorum confiteri neceſſitas erit, neminem autem horum omnium eſſe Deum. Deerit enim vnicuique eorum partem minimam habenti, ad comparationem omnium reliquorum, & ſoluetur Omnipotentis appellatio, & neceſſitas erit in impietatem cadere talem ſenſum.

* ab alterō quodam maiore
* velut

[12] Qui autem ab Angelis mundum dicunt fabricatum, vel ab alio quodam mundi fabri-

di fabricatore, præter ſententiam eius, qui ſuper omnia Pater eſt, primò quidem ex hoc A ipſo peccant, præter voluntatem primi Dei talem & tantam conditionem Angelos feciſſe dicentes: quaſi efficaciores ſint Angeli quàm Deus, aut rurſus quaſi ille negligens ſit, aut minor exiſtens, aut nullam curam habens eorum quæ in proprijs ipſius fiant, vtrumnam malè an bene fiant, vt illud quidem diſſipet & prohibeat, alterum autem laudet & gaudeat: hoc autem ne homini quidem ſolerti applicet quis, [13] quanto magis Deo? [14] Pòſt deinde dicant nobis, Vtrumnam in his quæ ab illo continentur, & in proprijs eius, fabricata ſunt hæc, an in alienis & extra eum poſitis? Sed ſi quidem dicant extra eum, ſimiliter omnia prædicta inconuenientia occurrent eis, & includetur primus Deus ab eo qui extra eum eſt, in quo & deſinere eum neceſſe erit.

## ANNOTATIONES.

1. A primo & maximo] *Primum & maximum caput appellat, quod eſt in hac diſputatione ſummum, nempe Deum eſſe vnicum; quod hoc capite concluditur, quibuſdam de eius immenſitate præmiſſis. Siquidem tot deos conſtituebant fanatici iſti homines, quot Aeonas, & angelos, quotq; affectiones, & paßiones ipſis ineſſe ſomniabant, vt acutè deprehendit Clemens Alex. lib. 5. Stro. quod amplius ex ſequentibus patebit.*

2. Cùm ſit ſolus Deus] *Dictio excluſiua* ſolus, *etiam quinquies hic repetita, non ſeiungit Filium aut Spiritum ſanctum à Patre conditore omnium, vt blaterant noui Ariani; quandoquidem trium ſit vnica voluntas, poteſtas, atque Deitas, vt infra plenius dicetur: ſed tantùm excludit fictitios AEones, Bythos, Patricos, Matricos, & Angelos, à quibus omnia facta fuiſſe hi nebulones fabulabantur. Hoc idem argumentum de immenſitate diuina pertractant Dionyſius lib. de diuinis nom. cap. 9. Athanaſius contra gregales Sabellij: Nazianzenus Apologia prima: Auguſtinus libro primo Confeßionum, capite quinto, libro meditationum capite vigeſimo nono, & trigeſimo: Damaſcenus libro primo, capite octauo & cæt.*

3. Et ſolus continens omnia] *Vult Deum eminenter ac excellenter omnes omnium creatarum rerum perfectiones in ſeipſo comprehendere: quod & ante eum docuit his verbis Dionyſius:* Cuncta continet Deus ſecundùm ſuper expanſam & ſimplicem infinitatem ſuam. *Subſcribit Auguſtinus, libro quarto de Trinitate capite primo, & Tractatu primo in Ioannem.*

*Lib. de diu. nom. cap. 5.*

4. Quemadmodum] *Primum eſt argumentum huius capitis ſumptum ab infinitate Diuinæ naturæ, quæ ſua immenſitate omnia permeat, omnibus vbique adeſt, nullis limitibus definiri poteſt; ſed ipſa continet omnia & ambit. Nihil igitur extra Deum, nec Deus ipſe extra quidpiam eße poteſt. Non multum abſimili argumento Tertull. vtitur lib. 1. in Marcionem:* Sicut enim, *ait,* Creator, ex hoc & Deus, & indubitatus Deus, quia omnia ipſius, nihil extraneum illi: ita & alius idcirco non Deus, quia omnia non eius, ideoque & extranea. Deniq;, vniuerſitas Creatoris eſt, iam nec locum video dei alterius. Plena & occupata ſunt omnia ſuo authore. Si vacat aliquid ſpatij alicuius diuinitati in creaturis, planè falsè vacabit, &c. *De hac porrò Dei vnitate ante Irenæum grauiſsimè diſſerunt Ignatius Epi. Ad Philip. & Philadolph. Clemens in Recognit. Iuſtinus martyr libro de Monarchia, & Oratione ad Græcos; Athenagoras in Legatione: poſt eum verò Clemens Alex. in Parænetico, Arnobius aduerſ. gentes, Cyprianus lib. quod idola non ſunt dij: in primis autem Lactantius libr. 1. cap. 3. 4. 5. 6. 7. Hæc tantùm ſubijcio quæ in hanc rem ſcripſit lib. de ira Dei cap. 11.* Non poſſunt in hoc mundo multi eſſe rectores, nec in vna domo multi domini, nec in naui vna multi gubernatores, nec in armẽto aut grege duces multi, nec in vno examine multi reges: ſed nec in cælo multi ſoles eſſe poterunt, B ſicut nec animæ plures in vno corpore. & cæt *Cæterùm illud* Quemadmodum, *vſurpatur hic & infra non rarò interrogatiuè, pro* quomodo, *quod ſemel monuiſſe ſufficiet.*

5. Neceſſitas eſt omnis] *Græciſmus, vt & infra,* Neceſſitas ergo erit. Neceſſitas eſt omnino. *ἀνάγκη ſubaudito verbo ἐςὶ,* neceſſitas eſt *pro, neceſſe eſt. Vt apud Platonem ἀνάγκη τὰς αἰτίας πρώτας μεταδιώκειν; quæ Tullius vertit,* Neceſſe eſt primas cauſas conquirere. *Et πᾶσα ἀνάγκη,* omnis neceſſitas, *pro, omnino neceſſe eſt.*

6. Et Marcionis bonus Deus] *Libro primo cap. 29. recenſuit Marcionem duos longè diuerſos deos conſtituiſſe, vnum huius vniuerſi, & omnium malorum factorem; alterum autem totius bonitatis fontem, Patremque Domini noſtri Ieſu Chriſti. De his & Tertullianus:* Ponticus duos deos affert tanquam duas C ſimplegadas naufragij ſui: quem negare non potuit, id eſt, Creatorem, id eſt noſtrum: & quẽ probare non poterit, id eſt ſuum. *Et infra:* Marcion diſpares deos conſtituit, alterum iudicem, ferum, bellipotentem: alterum mitem, placidum, & tantummodo bonum atque optimum.

7. In quod &] *Sic legendũ exiſtimauimus cum veteri codice, conſentientibus quæ leguntur libro 1. cap. 1. & 13. de Achamoth matre, quam ouem extra Pleroma peregrinatam fingunt. Expunximus* id quod eſt.

8. Cum pleromate] *Aliud eſt argumentum, quo probat vel duos nuſquam eſſe Deos, vel infinitum numerum & Deorum, & Mundorum neceſſario conſtituendum eſſe: quod omni fide caret. Simile argumentum, ſed vi maiore torquet in Marcionem Tertullianus:* Veritas Chriſtiana, *inquit,* diſtrictè pronunciat, Deus ſi D non vnus eſt, non eſt: quia dignius credimus non eſſe quodcunque non ita fuerit, vt eſſe debebit. Deum autem, vt ſcias vnum eſſe debere, quære quid ſit Deus, & non aliter inuenies. *Et paulò infra:* Ineluctabilis iſte complexus, in hoc ſententiam conſtringit, aut negandum Deum eſſe ſummum magnum, quod nemo patietur ſapiens: aut nulli alij communicandum. Aut quæ ratio duo ſumma magna compoſuit? Primò enim exigam, cur non plura, ſi duo, quando locupletiorem oporteret credi ſubſtãtiam Diuinitatis, ſi competeret ei numerus? Honeſtior & liberalior Valentinus, qui ſimul auſus eſt duos concipere Bythum, & Sigen, cum vſq; ad *30.* Aeonum fętus, tanquã Aeonię ſcrophæ exa-



A phæ examen diuinitatis effudit. *Neque valde diſſimilia, pro Dei vnitate leguntur apud Philonem, Athenagoram, Lactantium, & Damaſcenum, quæ ſcitè collegiße videtur Thomas Aquinas libr. 1. contra Gentes cap. 43.*

8. Continebit vtraque] *Authoritate vet. cod. deleuimus,* continebitur aqua.

9. Continebuntur] *Expunximus,* Continebantur enim & circumfiniebantur: *paulopoſt quoque pro* excitante, *repoſuimus* excidente, *& pro* aliquantos, aliquando, *eiuſdem ve. cod. authoritate.*

10. Et cùm hæc ſic ſe habeant] *Tertium eſt argumentum, quo ab vnico mundo, eiusq; per prouidentiam adminiſtratione, vnicum Deum eße oſtendit. Idem, ſed prolixius, & apertius poſt Philonem perſequitur Lactantius lib. 1. cap. 3. euidentibus etiam adhibitis exemplis, de vnico in exercitu Imperatore, & vnica in corpore anima. Cyprianus tractatu contra idola, monarchiam diuinam probat ex apum rege, & gregis duce.*

11. Qui autem ab angelis] *Caput 2. ſignat hic vetus codex. Oſtendit verò nec mundum creatum fuiße ab angelis, vt Simon, Menander, Saturninus, Baſilides, & Carpocrates dicebant, lib. 1. cap. 20. 21. 22. 23. 24. Nec ab alia quadam virtute, ſeparata valde, & diſtante à ſupremo Deo, vt Marcionem, & Cerinthum voluiße ſcripſit lib. 1. cap. 25. 29. Varias autem Philoſophorum ſententias de ortu mundi recenſet, & refellit Lactantius lib. de ira Dei c. 10.*

12. Quanto magis Deo?] *Pro, quanto minus, Græcorum more.*

13. Poſt deinde] *Dilemma eſt vehementer eos premens, cuius alterum cornu habes initio capitis ſecundi, ideoq; ſectionem veteris codicis conuenire magis exiſtimo: ſed mutare nolui, ne his ſectionibus aßuetis negotium facerem.*

B

*NEQVE ITERVM IN IIS QVÆ CONTINENTUR à Patre, alium quendam fabricaſſe hunc mundum, neque Patrem per alia adminicula eam, quæ ſecundùm nos eſt feciſſe conditionem: ſed tantùm per Verbum ſuum: eſſe autem Conditorem, eum qui eſt ſuper omnia Deus, & ipſum Patrem eſſe Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

## CAPVT II.

S[1]I autem [in illius,] valde vanum erit præter ſententiam eius, in eius proprijs, ab Angelis, & ipſis qui ſunt poteſtatis eius, aut ab alio quodam dicere fabricatum eſſe mundum, aut quaſi non omnia reſpiciat ipſe, quæ ſint in C ſuis, aut non ſciat quæ ab Angelis futura ſunt. Si autem non præter voluntatem eius, ſed volente & ſciente, quemadmodum quidam opinantur, [iam] non Angeli, vel mundi fabricator cauſæ [erunt] fabricationis iſtius; ſed voluntas Dei. Si enim mundi fabricator eſt, Angelos ipſe fecit, aut etiam cauſa creationis eorum ipſe fuit; & mundum ipſe videbitur feciſſe, qui cauſas fabricationis eius præparauit: licet per longam ſucceſſionem deorſum Angelos dicant factos, vel mundi [2] fabricatorem à primo Patre, quemadmodum Baſilides ait, nihilominus id quod eſt cauſa eorum quæ facta ſunt, in illum qui prolator fuit talis ſucceſſionis, recurret: [3] quemadmodum in Regem correctio belli refertur, qui præparauit ea quæ ſunt cauſa victoriæ: & Conditio huius ciuitatis, aut huius operis, in eum, qui præparauit cauſas ad perfectionem eorum, quæ deorſum facta ſunt. Quapropter non iam ſecurim dicimus *incidere ligna, vel ſerram ſecare, ſed hominem concidere & ſecare rectiſſimè quis dicat eum, qui ipſam ſecurim & ſerram ad hoc fecit, & multo prius armamenta omnia, per quæ fabricata ſunt ſecuris & ſerra. [4] Sic igitur iuſtè ſecundùm illorum rationem, Pater omnium dicetur fabricator huius mundi, & non Angeli, neq; alius quis mũdi fabricator, præter D illum qui fuit prolator, & prius cauſa factionis huiuſmodi præparationis exiſtens.

*cõcidere.

Sit fortaſsè hic ſermo ſuaſorius ſiue ſeductorius apud eos, qui ignorant Deum, & [qui [5] hominibus] aſſimilant eum inopibus,] & his qui non poſſunt ſtatim aliquid ex parato fabricare, ſed indigentibus multis organis ad eorum fabricationem: non autem veriſimilis in totum apud eos, qui ſciunt quoniam nullus indigens omnium Deus, Verbo condidit omnia, & fecit, neq; Angelis indigens adiutoribus ad ea, quę fiunt: neque virtute aliqua valdè inferiori ab illo, & ignorante patrem. Neq; aliqua labe, neque ignorantia, vt is qui inciperet eum cognoſcere homo fieret: ſed ipſe in ſemetipſo, ſecundùm id quod eſt inenarrabile & inexcogitabile nobis, omnia prædeſtinans fecit quemadmodum voluit, omnibus conſonantiam, & ordinem ſuum, & initium creationis donans; ſpiritalibus quidem ſpiritalem & inuiſibilem, & ſupercæleſtibus cæleſtem, & angelis angelicam, & animalibus animalem, & natantibus aquatilem, & terrigenis terrigenam, omnibus aptam [6] qualitatis] ſubſtantiam: omnia autem quæ facta ſunt, infatigabili Verbo fecit. [7] Proprium eſt enim hoc Dei ſupereminentiæ, non indigere alijs organis ad conditionem eorum, quæ fiunt, & idoneus eſt & ſufficiens ad formationem omnium proprium eius Verbum, quemadmodum & Ioannes Domini diſcipulus

*Io. 1.*



cipulus

Ioan. 1. 3. cipulus ait de eo. Omnia per ipſum facta ſunt, [8] & ſine ipſo factum eſt nihil. In omnibus autem eſt & hic,[9] qui eſt ſecundùm nos mundus. Et hic ergo à Verbo eius factus eſt, ſicut ſcriptura Geneſeos dicit, Omnia quæ ſunt ſecundùm nos, feciſſe Deum per Verbum ſuum. Similiter autem & Dauid exequitur. (Pſalm. 32. 9. Pſal. 148. 5.) Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Cui igitur magis credemus de mundi fabricatione, hiſne qui prædicti ſunt hæreticis, ſic fatua & inconſtantia garrientibus; an Diſcipulis Domini, & fideli famulo Dei Moyſi & prophetæ? Qui [&] primò geneſim mundi narrauit, dicens. (Geneſ. 1. 1.) In principio fecit Deus cælum & terram, & deinceps reliqua omnia: ſed non, dij, neque Angeli. A

## ANNOTATIONES.

1. Si autem in illius] *Eſt alterum cornu ſuperioris Dilemmatis, quo à plurimis abſurdis vndequaque ſequentibus probat Mundum ab alio fabricari nec debuiſſe, nec potuiſſe, quàm ab vnico & vero Deo: quod etiam domeſticis exemplis confirmat.*

2. Fabricatorem] *Veteris codic. authoritate deleuimus* fabricatores: *& paulo ante* erunt, *pro* erant *poſuimus.*

3. Quemadmodum in Regem] *Confirmat mundum à Deo creatum, deſumpto exemplo à Rege, in cuius laudem aut vituperium omnis exercitus ac belli cui præeſt, ſucceſſus refertur. Proxima linea,* Conditio huius ciuitatis, *ſumitur pro, Omni creatione, re creata, hoc vniuerſo. Sic namq; in his libris frequenter vſurpatur, vt c. p. 6.* Ignis in conditione numeratur, *id eſt, inter res conditas: & cap. 56.* Sunt in cælis ſpiritales conditiones, *id eſt, creaturæ.*

4. Sic igitur] *Concludit ſolum Deum mundi eſſe conditorem, non angelos, vt Gnoſtici contendebant: quod, vt & reliquas hæreſes, ex Philoſophorum lacunis hauſerant. Siquidem angelos creatores eſſe corporum noſtrorum & animalium, ſententia fuerat Platonis & Porphyrij, quos ea de re acerrimè oppugnat Auguſtinus 12. de ciuit. c. 16. Idem etiam ex Philaſtrio, recitat Proclianitas cum Seleutianis ſenſiſſe creatores animarum eſſe angelos. Sed quæſtione 21. lib. 2. quæſt. in Exod. aſſerit angelos non poſſe animalium creatores, ſicut nec agricolæ ſegetum vel arborum, vel quorumcunque in terra gignentium. Hæc etiam fuſius excutit lib. 3. de Trinit. cap. 8. & noſter quoque Irenæus lib. 4. cap. 37.*

5. Hominibus aſſimilant] *Diuinam potentiam, vires quaſcunque creatas ſuperare, nec morem artificum in operibus imitari aſſerit: quippe quæ nullis organis, nullo coadiuuante, nulla denique ſubiecta materia egeat ad quorumcunque productionem. De his & Iuſtinus martyr ita in Ariſtotelem diſſerit:* (In Confut. dogmat. Ariſt.) Naturæ artique à Deo præſcriptum terminum eſſe nouimus; quod ſi Deus præſcriptioni non ſubeſt, ſed è quolibet facit quidlibet, nullo termino impediente quominus faciat, quæ vult: an non exemptus eſt à neceſſitate è ſubiectis creandi? *Athenagoras quoque putat eos peſſimè in Deum contumelioſos eſſe,* (Orat. de reſur. mort.) qui vires humanas & diuinas, artifices & Deum, inter ſeſe comparant. *Theophilus Antiochenus hinc Dei poteſtatem innoteſcere credit,* (Lib. 2 ad Autolycum.) quod ex his, quæ non ſunt, facit, vt libitum eſt, quæ vult. Quæ enim apud homines ſunt impoſſibilia, apud Deum poſſibilia habentur, *&c. Cæterùm vet. cod. authoritate* qui *tranſpoſuimus, &* inopibus *pro* in operibus *legendum propoſuimus.* B

6. Qualitatis ſubſtantiam] *Sic legendum docuit vetus codex, pro, æqualitatis: vt & paulò ſupra,* & ignorante Patrem, *pro,* patre.

7. Proprium enim hoc Dei ſupereminentiæ.] *Argumentum eſt ſumptum à diuina excellentia & omni ſufficientia. Qui ſuapte natura ſufficientiſſimus eſt ad omnia, non indiget cuiuſcunque alterius ope aut induſtria ad condendum quodcunque voluerit. Deus autem Pater, Filius, ac Spiritus ſanctus eſt iſtiuſmodi, dicentibus ſcripturis:* Bonorum meorum non eges: Meus eſt orbis terræ: Deus manibus humanis non colitur indigens aliquo. *Igitur &c. vel ſic: Deus coæterno & conſubſtantiali Verbo atque Spiritu ſuo potis fuit ſatis ad omnia condenda, vt voces Prophetarum & Apoſtolorum perſonant, Gen. 1. Pſal. 32. & 138. Io. 1. Heb. 1. Nullius itaque alterius à ſeipſo indiguit.* C

8. Et ſine ipſo factum eſt nihil] *Ita huic ſententiæ finem imponit etiam lib. 3. cap. 8. & 11. alibiq; non rarò: quod & Tertullianus libris adu. Hermogenem, Praxean, de reſurrectione carnis, & quinto adu. Marcionem; Cyprianus lib. 2. adu. Iudæos, cap. 3. Auguſtinus, Hieronymus, & vulgata editio: ex Græcis quoque Origenes, Nazianzenus, Cyrillus Alexand. non illibenter ſeruant; tametſi aliter videatur locus interpungendus Chryſoſtomo & Theophilacto, quibus nec Irenæus noſter vtramque admittens lectionem, lib. 3. cap. 11. contradicit.*

9. qui eſt ſecundùm nos mundus] *Græca Phraſis, qualis Act. 17.* καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι, quidam veſtrorum poëtarum dixerũt. *Et apud Nazianzenũ,* ἡ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένη, noſtra terra habitabilis. *Sic & proximè dicitur,* Omnia quæ ſunt ſecundùm nos, *id eſt, hæc terrena & viſibilia.* D

## *QVONIAM INVISIBILIS QVIDEM EST Pater, ſed non incognitus; neque ignorare eum quidem poterant Angeli, licet plurimùm deorſum * deiecti eſſent ab eo.*

*ſubiecti.

### CAPVT III.

Q[1]Voniam autem hic Deus, eſt Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti: & * de hoc Paulus Apoſtolus dixit, (Rom. 9. 5.) Vnus Deus Pater, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis; iam quidem oſtendimus vnum eſſe Deum: ex ipſis autem Apoſtolis, & ex Domini ſermonibus adhuc oſtendemus. Quale enim eſt, Prophetarum, & Domini, & Apoſtolorum relinquentes nos voces, attendere his, nihil ſani dicentibus? [2] Inſtabilis igitur qui eſt ſecundum eos Bythus, & id quod eſt huius pleroma, & Marcionis Deus. Siquidem (quemadmodum dicũt) extra ſe habet

*ideo.





A habet ſubiacens aliquid, quod vacuum & vmbram vocant: & vacuum hoc magis Pleromate ipſorum oſtenditur inſtabile. Eſt autem & hoc dicere, infra ſe omnia continente eo, ab altero quodam fabricatam eſſe conditionem. Oportet enim illos neceſſariò vacuum aliquid & informe confiteri, in quo fabricatum eſt hoc quod eſt vniuerſum, infra ſpiritale Pleroma, & informe hoc, vtrum ſciente Propatore, quæ in eo futura erant ex ſtudio ſic reliquiſſe, an ignorante? Et ſi quidem ignorante, iam non omnium erit præſcius Deus. Sed nec quidem [3] cauſam reddere habebunt, propter quam rem locum hunc temporibus tantis otioſum ſic reliquit. [4] Si autem præſcius eſt, & mente contemplatus eſt eam conditionem, quæ in eo loco futura eſſet, ipſe fecit eam, qui * & præformauit eam in ſemetipſo. Quieſcant igitur dicere ab alio factũ eſſe mundum: ſimul enim ac mente cœpit Deus, & factum eſt hoc, quod mente conceperat. Nec enim poſſibile erat alium quidem mente concipere, alium verò facere, quæ ab illo mente concepta fuerant. [5] Sed aut æternum mundum mente concepit ſecundùm eos hæreticos Deus, aut temporalem: quæ vtraque incredibilia. Sed, ſi quidem æternum eum mente concepit, & ſpiritalem, & viſibilem; talis & factus fuiſſet. Si autem talis qualis eſt; & ipſe fecit eum talem, qui talem quidem mente conceperat, aut in præſentia patris voluit eſſe eum ſecundùm mentis conceptionem talem, & compoſitum, & mutabilem, & tranſeuntem. B Cùm autem ſit talis, qualem Pater deformauerat apud ſemetipſum,[6] dignum eſſe Patris fabricatione. Quod autem à Patre vniuerſorum mente cõceptum eſt & præformatum, ſic quemadmodum & factum eſt, Labis eſſe dicere fructum, & Ignorantiæ prolationem, magnæ blaſphemiæ eſt. Erit enim ſecundùm illos, Pater omnium ſecundùm ſuam mentis conceptionem in pectore ſuo Labis[7] [emiſſiones] & ignorantiæ fructus generans: quæ enim mente conceperat, hæc facta ſunt.

*etiam

## ANNOTATIONES.

1. Quoniam autem hic Deus] *Concludit ex ſuperioribus, nouoq; Pauli teſtimonio, Deum mundi creatorem eſſe Patrem Domini noſtri IESV CHRISTI: & confictas ab eis fabulas de Bytho, Pleromate, Aeonibus, & multis dijs omnino ſtare non poſſe. Cæterùm, impurus canis Seruetus, & qui ex eo prodierunt Gentiliani, noui Ariani, & Samoſateniani volunt latratu ſuo ſuadere, Irenæum hoc loco, & alijs aliquot ſimilibus, Filium Dei omni Diuinitate ſpoliare, & ſolum Patrem verum Deum eſſe profiteri. Sed non attendunt ter quaterq; miſeri tenebriones, præcipuum beati Patris ſcopum eſſe, vt confictos à Valentinianis AEones, Bythos, Propatores, & mundi Labes, à quibus Chriſtum ortum ac miſſum comminiſcebantur, omnino refellat: probet autem è contrario illum verum eſſe Filium eius Patris, qui dicitur & eſt Deus Iſraelis, diſtinctus quidem ab eo ſecundum perſonæ rationem, ſed vnius cum eo naturæ atque dominij.* C

2. Inſtabilis igitur] *Vetus codex tertium caput ab hoc loco exorditur, & commodius forſan, cùm huic ſectioni magis conueniant argumenta capitibus præfixa. Concludit autem, Bythum illum, de quo tanta fabulatos fuiſſe ſcripſit lib. 1. cap. 2. 5. & 19. vnà cum Pleromate mera ſomnia eſſe. Deinde, pluribus aſſirmat, nec Deo ignorante aliquos condidiſſe hunc mundum, cùm omnia præſciat, & mente complectatur: nec ſine blaſphemia poſſe illum Labis, & Ignorantiæ fructum exiſtimari. Inſtabilem porrò vocat Bythum, id eſt, figmentum adeo infirmum, & ſomnium tam vanum, vt nullo modo ſtare, nullis argumentis ſtabiliri valeat.* D

3. Nec quidem cauſſam reddere habebunt] *Helleniſmus.* αἰτίαν οὐκ ἔχουσιν ἀποδοῦναι, *non poterunt cauſam aſſignare ac donare: vt* ἔχω εἰπεῖν, *poſſum dicere.*

4. Si autem præſcius] *Aſſerit eundem Deum hunc mundum tandem aliquando perfeciſſe, qui eum præſcientia mentis ab æterno conceperat.*

5. Sed aut æternum] *Docet hoc dilemmate, ſiue æternum, ſiue temporalem dixerint eſſe mundum, ſemper falſum eſſe quod dicebant, ab vno quidem mente conceptum, ab alio verò conditum eſſe; duos deos inde, & mundi fabricatores diuerſos conſtituentes.*

6. Dignum eſſe] *Marcionitarum quoque blaſphemia erat, mundi opus Deo indignum eſſe.* Narem enim contrahentes, *ait Tertullian.* conuertuntur ad deſtructionem Creatoris. Nimirum, inquiunt, grande opus & Deo dignum mundus! At cùm & animalia rides minutiora, quæ maximus artifex de induſtria ingenijs aut viribus ampliauit, ſic magnitudinem in mediocritate probari docens, quemadmodum virtutem in infirmitate. Imitare, ſi potes, apis ædificia, formicæ ſtabula, araneæ retia, bombycis ſtamina: ſuſtine, ſi potes, ipſas lectuli & tegetis tuæ beſtias, cantharidis venena, muſcæ ſpicula, culicis & tubam & lanceam. Qualia erunt maiora, cùm tam modicis, aut iuuaris, aut læderis, vt nec in modicis deſpicias Creatorem? *&c. Hanc hæreſim poſt Irenæum & Tertullianum, paſſim carpit Clemens Alexandrinus lib. 3. & 4. Strom. Origenes quoque homil. 2. in diuerſos; & Ruſinus author expoſitionis ſymboli apud Cyprianum, inter Manichæorum inſanias adnumerant, quòd Deum mundi creatorem negarint, vt ad Diabolum eius conditionem referrent.*

7. Emiſſiones] *Expunximus* emiſſionis, *auth. veteris codicis.*

## *QVONIAM [1] INSTABILE] EST PLEROMA Valentini diſcipulorum.* A

### CAPVT IV.

C[2]Auſa igitur quærenda eſt huiuſmodi diſpoſitionis Dei, ſed non fabricatio mundi [ alteri ] aſcribenda: & ante præparata omnia dicenda ſunt à Deo vt fierent, quemadmodum & facta ſunt. Sed non vmbra & vacuitas [3] confingenda eſt. Cæterùm, vnde vacuitas] quæretur, vtrum ab omnium Patre & prolatore, ſecundùm eos & ipſum prolatum, & eſt æqualis honore & cognatũ reliquis Aeonibus, fortè autem & antiquius ipſis. Si autẽ ab eodem emiſſum eſt, ſimile eſt ei qui emiſit, & his cũ quibus emiſſum eſt.[4] Neceſſitas ergo erit omni modo, & Bythum ipſorum cum Sige vacuo ſimilem eſſe, hoc eſt vacuum eſſe: & reliquos AEonas, cùm ſint vacui fratres, vacuam & ſubſtantiam habere. Si autem non eſt emiſſum, à ſe natum eſt, & à ſe generatum eſt, & æquiparans in tempore ei qui eſt ſecundùm eos Bytho omnium patri; & ſic eiuſdem naturæ, & eiuſdem honoris erit vacuum ei qui eſt ſecundùm eos, omnium patri. Oportet enim illum [ aut] emiſſum eſſe ab aliquo; aut à ſe generatum, & à ſe natum eſſe. Sed ſi quidem emiſſum eſt vacuum, vacuus & prolator eſt Valentinus, vacui & ſectatores eius. Si autem non prolatum eſt, ſed à ſe generatum eſt, & ſimile eſt, & fraternum, & eiuſdem honoris id quod eſt vacuum, ei patri qui prædictus eſt à Valentino: [5] antiquius autem & multo antè exiſtens, & honorificentius reliquis AEonibus ipſius [6] Ptolemæi & Heracleonis, & reliquis omnibus qui eadem opinantur.

B

Dilemma.

Bythus ſubſiſtere nequit.

Si autem & aporiati in his confiteantur continere omnia Patrem omnium, & extra Pleroma eſſe nihil: ([7] nam neceſsitas eſt omni modo definiri eũ, & circumſcribi ab aliquo maiore, & id quod extra, & quod intus, dicere eos ſecundùm agnitionem & ignorantiam, ſed non ſecundùm localem * ſententiam: in pleromate autem vel in his quæ continentur à patre facta à Demiurgo, aut ab angelis quæcunque & facta ſcimus, contineri ab inenarrabili magnitudine, velut in circulo centrum, aut velut in tunica maculam:) primò quidem qualis Bythus erit [8] ſuſtinens] in ſinu ſuo maculam fieri; & permittens in ſuis, alterum quendam condere vel proferre, præter ſuam mentem? Quod quidem imbecillitatem vniuerſo Pleromati afferre inciperet, cùm poſſet ab initio abſcindere labem, & eas quæ ab eo initium acceperunt emiſſiones, neque in ignorantia, neque in paſſione, neque in labe conſtitutionem creationis permittere accipere. Qui enim poſtea emendat labem,[9] & velut maculam emundat labem,] multo prius poterat obſeruare ne quidem initio in ſuis fieri talem maculam. Vel ſi initio quidem cõceſsit, quoniam aliter fieri non poterant, quæ facta ſunt; oportet & ſemper ſic fieri illa. Quæ enim initio non poſſunt emendationem [ percipere, ] quemadmodum hanc poſtea percipient? Aut quemadmodum homines aduocari [10] ad perfectum dicunt, cùm illa ipſa quæ ſunt] cauſæ ex quibus facti ſunt homines, vel ipſe Demiurgus, vel Angeli, in labe dicantur eſſe? Si ideo quòd benignus ſit, in nouiſſimis temporibus miſertus eſt hominum, & perfectum eis dat; illorum primò miſereri debuit, qui fuerunt hominis factores, & dare eis perfectum. Sic vtique & homines miſerationem percepiſſent, de [perfectis ] perfecti facti. Si enim operis ipſorum miſertus eſt, multo prius illorum miſereri debuit, & non ſinere in tantum cæcitatis venire eos.

* ſubſtantiam.

C

Dilemma.

[11] Soluetur autem eorum & ille qui eſt de vmbra & vacuo ſermo, in quibus eam quæ eſt ſecundùm nos factam dicunt conditionem, ſi in his quæ continentur à Patre facta ſunt hæc. Si enim paternum illorum lumen tale opinantur, vt omnia adimplere poſſit quæ intra eum ſunt, & omnia illuminare; quemadmodum vacuum * & vmbra in his quæ à Pleromate & à paterno lumine continentur poterat eſſe? Oportet enim eos & locum oſtendere intra Propatorem, aut intra Pleroma non illuminatum, nec retentum ab aliquo; in quo aut Angeli, aut Demiurgus fecit quæcunque voluit. Nec enim modicus locus eſt, in quo tanta & talis conditio facta eſt. Neceſſitas erit itaque vniuerſa, intra Pleroma, aut intra Patrem ipſorum localiter vacuum aliquid & informe & tenebroſum fieri, in quo fabricata ſunt, quæ fabricata ſunt. Incuſationem quoque recipiet paternum ipſorum lumen, quaſi non poſſit ea quæ intra ipſum ſunt illuminare, & implere. Adhuc autem [&] Labis fructus] dicentes ea, & erroris operam, Labem, & errorem * adducent intra Pleroma, & in ſinum Patris.

D

* vel

* inducent

### ANNOTATIONES.

1. Inſtabile] Subbilis *legebant omnes excuſi codices; & cum his Vaticanus manu ſcriptus. At, cùm vix dici poſſet, quid ſibi vellet hæc dictio, putarunt quidam vocem* ὑπόχολος *ad verbum reddidiſſe interpretem. Alij legen-*



A

*Alij legendum putarunt,* Solubile eſt Pleroma. *Cùm verò vetus codex haberet inter ſummas capitum initio libri poſitas,* inuiſibilis eſt Pleroma, *hîc autem* inſitabilis, *legendum putaui* inſtabile. *Accedit, quod cap. 3. lib. huius habet,* inſtabilis igitur qui eſt ſecundùm eos Bythus, & id, quod eſt huius Pleroma: *& Præfatione in hunc lib. vocat* inuiſibile Pleroma: *& infra cap. 5.* Pleroma vacuum, indiſpoſitum, & tenebroſum.

2. Cauſa igitur ] *Concludit mundi opificium ſoli Deo aſcribendum eſſe: Pleroma, Bythum, Sigen, & Vacuũ, quæ Valentinianos confinxiſſe lib. 1. cap. 1. & 5. docuerat, vnà cum profeſſoribus vana eſſe & inania. Porrò haſce fabulas ſumpſerant ab Orpheo & Heſiodo, qui, vt eſt apud Theophilum & Lactantium, tradiderunt omnium rerum principium, Chaos, quod iſti Bythum, Profundum, Aeona, Proarchen, & Propatora appellant. Auguſtinus autem li. de Geneſi contra Manich. non negat mundum ex ea rudi materia factum, quam Græci* χαὸς *vocant: ſed hoc ipſum à Deo ex nihilo conditum his verbis Moſis intelligit:* Terra autem erat informis, &c.

B

3. Confingenda eſt. Cæterùm vnde vacuitas] *Quinque has voculas ex vet. cod. inſeruimus, quibus longè euidentius efficitur Dilemma, quo probat Vacuum quod comminiſcebantur, ſiue à patre emiſſum dicant, ſiue à ſemetipſo generatum, omnino inane & fictitium eſſe.*

4. Neceſsitas ergo erit] *De hoc Græciſmo, & multis ſimilibus dictum eſt ſuperius.*

5. Antiquius autem] *Vet. co. hîc quarti capitis initium facit, ſed meo iudicio incommodius.*

6. Ptolemæi & Heracleonis ] *Ptolemæum hunc Præfatione in primum libru vocat* floſculum ſcholæ Valentini; *et ſub calcem primi capitis, eius adhuc meminit; vt & capite 40. huius ſecundi. Epiphanius illius epiſtolam prolixam ſatis, ſed venenis hæreſeos ſuæ ſcatentem tranſcripſit contra Ptolemaitas. Heracleonem verò paria cum Valentino ſenſiſſe ſcribit Tertullian. at nouitate quadam pronunciationis, alia ſentire videri voluiſſe; eundem plura ſubinde ſcripſiſſe aſſerit Clemens Alex. 4. ſtrom. Epiphanius hæreſes iſtius 30. loco annumerat, & propria diſputatione in eas agit.*

Lib. Præſc.

7. Nam neceſſitas eſt ] *Deleuimus tria puncta abſoluta, vt has quinq; lineas includeremus parentheſi, quòd id ſenſus omnino poſtulare videretur: & ſententiam interrogatione clauſimus.*

8. Suſtinens] *Deleuimus* ſubſiſtens, *autho. ve. cod.*

9. Et velut maculam ] *Expunximus* vel maculam: *mox quoque* percipere *pro* perficere *repoſuimus.*

10. Ad perfectum] *Octo voces adiecimus: deleuimus autem quatuor,* aut quem factum dicunt.

11. Soluetur autem] *Diſſoluit figmenta illorum de Vacuo, & vmbra Pleromatis, ex eo quod intra Patrem et conditorem huius mundi nihil poteſt inane, informe, erroneum, aut tenebroſum eſſe: cùm vel ipſis etiam fatentibus, lumen ſit clariſſimum.*

C

## *OSTENSIO NON ESSE EAM QVÆ EST ſecundùm nos creaturam, imaginem Pleromatis eorum, neque Demiurgum Vnigeniti.*

### CAPVT V.

A[1]Duerſus eos igitur qui dicunt extra Pleroma, vel ſub bono Deo hunc mundum factum, ea quæ paulò ante dicta ſunt à nobis apta ſunt; & concludentur tales cum patre ſuo, ab eo [2] qui [ eſt extra Pleroma, ] in quo etiã & deſinere eos neceſſe eſt. Aduerſus eos autem qui dicunt in his quæ continentur à Patre, ab alijs quibuſdam factum hunc mundum, omnia quæ nunc dicta ſunt abſurda & inconuenientia occurrent; & cogentur aut omnia lucida, & plena, & operoſa, ea quæ ſunt intra Patrem confiteri: aut paternum lumen accuſare, quaſi qui non poſſit omnia luminare: aut ſicut pars, ſic & vniuerſum Pleroma ipſorum vacuum, & indiſpoſitum, & tenebroſum confitendum. [3] Et reliqua omnia quæcunque ſunt conditionis accuſant, quaſi temporalia ſint, & æterna choica, aut * inaccuſabilia eſſe oportet, cùm ſint intra Pleroma & in ſinu patris: aut etiam in vniuerſum Pleroma ſimiliter venient incuſationes; & cauſa ignorantiæ * inuenietur Chriſtus eorum.[4] Sic enim dicunt, [cùm formaſſet] ſecundùm ſubſtantiam, Matrem ipſorum foras proiecit extra Pleroma, id eſt ſeparauit ab agnitione. Ipſe igitur in ea ignorantiam fecit, qui ſeparauit eam ab agnitione. Quomodo igitur idem ipſe reliquis quidem AEonibus ijs, qui eo anteriores erant, pręſtare agnitionem poterat; Matri autem eius cauſa eſſe ignorantiæ? Extra agnitionem enim fecit eam, extra Pleroma eam proijciens.

* accuſabilia.

* inuenitur.

D

Adhuc quoque ſi ſecundùm agnitionem & ignorantiam, intra Pleroma & extra Pleroma dicent, ſicut quidam ex ipſis dicunt, quoniam qui * ignorantiæ eſt intra, id eſt quod agnoſcit [ipſum] Saluatorem (quem, omnia eſſe dicunt) in ignorantia fuiſſe conſentire eos neceſſe eſt. Dicunt enim eum cùm foras extra Pleroma veniſſet, formaſſe Matrem ipſorum. Si] igitur id quod eſt extra ignorantiã dicunt vniuerſorum; exijt autem Saluator ad formationem Matris ipſorum; extra agnitionem vniuerſorum factus eſt, hoc eſt in ignorantia. Quomodo igitur illi agnitionem præſtare poterat, cùm & ipſa extra agnitionem eſſet? Et nos enim extra agnitionẽ cùm ſimus ipſorum, extra Pleroma eſſe dicunt.[5] Et iterum. Si igitur Saluator exiuit extra Pleroma ad inueſtigationẽ perditæ ouis, Pleroma autem eſt agnitio, extra agnitionem factus eſt, quod eſt ignorantia. Aut enim localiter quod eſt extra Pleroma conſentire eos neceſſe eſt: & omnia quę

* in agnitione.



prædi-

prędicta ſunt contraria occurrent eis. Vel ſi ſecundùm agnitionem dicunt quod eſt intus, & ignorantiam quod eſt extra; Saluator illorum, & multo ante Chriſtus [in] ignorantia facti erunt extra Pleroma, egreſſi ad formationem matris ipſorum, quod eſt extra agnitionem. A

Hæc autem aduerſus omnes qui quolibet modo vel ab Angelis, vel ab alio quodam præter * Verbum Dei mundum factum eſſe dicunt, ſimiliter adaptabuntur. [6] Quam enim incuſationem faciunt de Demiurgo, & de his, quæ facta ſunt materialia & temporalia, recurreret in Patrem. Si quidem quemadmodum in vẽtre Pleromatis facta ſunt, quæ inciperent mox demum diſſolui ſecundùm conceſſionem & ad placitũ Patris. Iam igitur non eſt fabricator cauſa huius operationis, valde bene putans ſemetipſum fabricare, ſed qui in ſuis concedit & probat Labis [prolationes] & erroris opera fieri, & in æternis temporalia, & in incorruptibilibus corruptilia, & in his quæ veritatis ſunt, ea quæ ſunt erroris. Si autem non concedente neque approbante Patre vniuerſorum facta ſunt hęc; potẽtior, & fortior, & dominatior is qui fecit in ijs, quę propria illius ſunt, quæcunque ille non conceſſit. Si autem non approbans conceſſit Pater ipſorum, quẽadmodum quidam dicunt; aut potens prohibere conceſſit * per neceſſitatem quandam, aut non potens. Sed ſi quidem non poterat, inualidus & infirmus eſt: ſi autem potens; ſeductor, & hypocrita, & neceſſitatis ſeruus: non conſentiens quidem, cõcedens autem quaſi non conſentiat] & initio concedens ſiſtere errorem & creſcere illum, [7] in poſterioribus temporibus ſoluere illum] conatur, quando iam multi malè perierunt per labem. [8] Non decet autem eum qui ſuper omnia ſit Deus, cùm ſit liber & ſuæ poteſtatis, neceſſitati ſeruiſſe dicere, vt ſit aliquid ſecundùm conceſſionem præter ſententiã eius. Alioquin neceſſitatem maiorem & * dominatiorem facient quàm Deum, quando id quod magis poteſt, antiquius ſit omnibus. Et ſtatim in principio cauſas abſcidere neceſſitatis debuit, & non concludere ſemetipſum ad habendam neceſſitatem, concedendo aliquid præterquam deceat eum. Multo enim melius, & conſequentius, & magis deificum erat, vt in principio initium [9] excideret] huiuſmodi neceſſitatis, quam poſtea quaſi de pnitentia, conaretur [tantam] fructificationem neceſſitatis eradicare. Et ſi neceſſitati ſeruiens erit [Pater] vniuerſorum, & ſub fatum cadet modeſtè ferens in his quę fiunt, præter neceſſitatem autem & fatum nihil agere poſſit: ſimiliter atque [10] Homericus Iupiter, qui per neceſſitatem dicit, Et ego enim tibi dedi velut volens, nolente animo: ſecundùm igitur hanc rationem neceſſitatis & fati inuenietur ſeruus, Bythus ipſorum.

*Margin:* * verum Deum. — Dilemma. — * propter — B — * dominationem.

C

[11] Quomodo autem & ignorabant vel Angeli, aut mundi fabricator primum Deum, quando in [eius] proprijs eſſent, & creaturæ exiſterent eius, & continerentur ab ipſo? [12] Inuiſibilis quidem poterat eis eſſe propter eminentiam, [13] ignotus autem nequaquam propter prouidentiam. Etenim licet valde per deſcenſionem multùm ſeparati eſſent ab eo, [14] quo modo [dicunt,] ſed tamen dominio in omnes extenſo, oportuit cognoſcere dominantem ipſorum; & hoc ipſum ſcire, quoniam qui creauit eos, eſt Dominus omnium. Inuiſibile enim eius cùm ſit potens, magnam mentis intuitionem & ſenſibilitatem omnibus præſtat potentiſſimæ & omnipotẽtis eminentiæ. Vnde etiam ſi nemo cognoſcit Patrem niſi Filius; neque Filium, niſi Pater; & quibus Filius reuelauerit; tamẽ hoc ipſum omnia cognoſcunt, quando ratio mentibus infixa moueat ea & reuelet eis, quoniam eſt vnus Deus omnium Dominus, & propter hoc Altiſſimi & Omnipotentis appellationi omnia ſubiecta ſunt; & huius inuocatione, etiam ante aduentum Domini noſtri [15] ſaluabantur homines, & à ſpiritibus nequiſſimis & à dæmonijs vniuerſis, & ab vniuerſa apoſtaſia. Non quaſi vidiſſent eum terreni ſpiritus aut dæmones, ſed cùm ſcirent quoniam eſt, [qui eſt] ſuper omnia Deus, cuius & inuocationem tremebant, & tremit vniuerſa creatura, & principatus, & potentia, & omnis ſubiecta virtus. Aut nunquid hi qui ſub Romanorum imperio ſunt, quamuis nũquam viderint Imperatorem; ſed valde & per terram, & per mare ſeparati ab eo, cognoſcent propter dominium, eũ, qui maximam poteſtatem habet principatus? Qui autem ſuper nos erant Angeli, vel ille quem mundi fabricatorem dicunt, non cognoſcent omnipotentem? quando iam & muta animalia tremant & cedant tali inuocationi? Et vtique non viderunt eum, tamen Domini noſtri nomini ſubiecta ſunt omnia: ſic & * vnus qui omnia fecit & condidit vocabulo, cùm alter non ſit, quàm ipſe qui mundum fecit. Et propter hoc [16] Iudæi vſque nunc, hac ipſa aduocatione dæmonas effugant, * quando omnia timeant inuocationem eius qui fecit ea. Si itaque mutis animalibus irrationabiliores [17] noluerint] angelos eſſe, inuenient quoniam oportebat, licet non vidiſſent hi eum qui ſuper omnia Deus eſt, vti cognoſcerent potentatum & dominium eius.

*Margin:* Luc.10.22. Matth.11.26. — D — Pſalm.8.8. — Iudæorum exorciſtæ. — * eius. — * quoniam

Ridiculum enim verè adparebit, ſi ſe quidem, qui ſuper terram ſunt, cognoſcere dicunt

cunt



A cunt eum qui ſuper omnia eſt Deus, quem nunquam viderunt; ei autem qui eos fecit, & vniuerſum mundum ſecundùm eos, non permittant, cùm ſit in ſummis & ſuper cælos, cognoſcere ea, quæ ipſi quum ſint in humilibus ſciunt: niſi ſi fortè ſub terra in tartaro eſſe Bythum ſuum dicunt. Quapropter & primos ſe cognouiſſe eum, quàm hi qui in altitudine * habitant Angeli; in tantam amentiam venientes, vti dementem pronũcient mundi fabricatorem: quorum verè quidem eſt miſereri, cùm in tanta dementia dicant neque Matrem agnouiſſe eum, neque ſemen eius, neque Pleroma Aeonum, neque Propatorem, neque quid eſſent quæ fabricauit.

*Margin:* Ironia. — * habitarẽt

## ANNOTATIONES.

1. Aduerſus eos igitur] *Deum planè poeticum et ridiculum ſibi fingere Valentinianos toto hoc capite oſtendit, ob portentoſas abſurditates in Deum Patrem, quem ſeruum neceßitatis, & Chriſtum Ieſum, quem ignorantem dicebant: ſimul & beatos Angelos, quos brutis etiam ipſis deteriores eſſe, ex illorum propoſitis ſequebatur.*

B

2. Qui eſt extra Pleroma] *Adiecimus duas voces* eſt Pleroma, *autho. vet. cod.*

3. Et reliqua omnia] *Nouo Dilemmate compellit eos, aut fateri æterna cæleſtiaq́; temporalia & terrena eſſe, quod ſecum manifeſtè pugnat: aut reprobandum eſſe Pleroma, Chriſtuſq́; ipſorum ignorantiæ cauſa, & in magna fuiſſe ignorantia dicendus.*

4. Sic enim dicunt, &c.] *Videlicet vt ſub principiũ capitis primi lib. 1. recitauit. addidimus autem* cùm formaſſet, *& deleuimus* eum formaſſe, *author. vet cod.*

5. Et iterum] *Caput ſextum hic inchoat vetus cod. & minus commodè.*

6. Quam enim incuſationem] *Oſtendit omnes illas accuſationes, quas nominatim aduerſus Demiurgum instituerunt, & contra Deum huius vniuerſi parentem vnicum recurrere.*

C

7. In poſterioribus] *Quinque has voces ex vetere codice adiecimus.*

8. Non decet autem] *Et hîc initium capitis 7. conſtituit vetus, non ſatis appoſitè. Concludit porrò Irenæus Gnoſticos ſuis delirationibus Deum totius libertatis fontem, turpißimè neceßitati ac ſeruituti, vt Ethnici Iouem ſuum ſubijcere. Quam impietatem Hugnoſtici nunc conantur reparare, poſt Caluinum & Bezam garrientes,* Deum neceſſitatis ſibi loco eſſe, nec poſſe vlla decreta ſua reuocare: *nec alia multa præſtare, de quibus in Dialo. noſtris diſſeruimus. Cæterùm, quod ſuperiori linea dicitur,* concedens ſiſtere errorẽ, *Billius iudicat poſitum, pro,* conſiſtere & emergere. *Græc.* σωίσαϑαι: *& poſtea,* De pœnitentia eradicare, *idem eſſe, quod mutare ſententiam:* ἐκ μεταβολῆς.

9. Excideret] *Deleuimus* excederet: *& mox* tantam *pro* tantum: *ac* pater *pro* mater, *autho. vet. cod. repoſuimus.*

D

10. Homericus Iupiter] *Locus eſt Iliados primo, quo poeta ſuum Iouem neceßitati & fato ſeruire non diſſimulat.* Aſt nullo modo, *ait noſter Auguſtinus,* violat corruptio Deum noſtrum, nulla voluntate, nulla neceſſitate, nullo improuiſo caſu, quoniam ipſe eſt Deus, & quod ſibi vult, bonum eſt, & ipſe eſt idem bonum. Nec cogeris ad aliquid, quia voluntas tua non eſt maior potentia.

*Margin:* Li. 7. Confeſ. cap. 4.

11. Quomodo autem & ignorabant] *Arguit errorem quo dicebant Angelos fabricatores mundi Deũ omnipotentem penitus ignoraſſe: tametſi enim poßit non videri propter infinitam eminentiam & incomprehenſibilem maieſtatem: ignorari tamen nequit propter omnipotentiæ ac prouidentiæ cunctis manifeſtißimos effectus.*

12. Inuiſibilis quidem] *Corporeis luminibus Dei maieſtatem conſpici non poſſe magno conſenſu docuerunt Patres, tum qui præceſſerunt, tum qui ſequuti ſunt ætatem huius præclari Martyris.* Si quis dixerit, *ait Dionyſius Areopag.* abſque vllo medio, quibuſdam ſanctorum diuinas apparitiones contigiſſe, intelligat vt ſecretum ipſum Dei, quodcunque tandem illud eſt, nemo vnquam vidit, neque videbit. Cæterùm diuinæ illæ apparitiones ſanctis viris per ſigna Deo conuenientiſſima, ſacris quibuſdam atque intuentium modo ac viribus accommodatis, viſionibus contigêre. *Habet ſimilia idem Epiſt. ad Caium monachum. Quin et Moſem Deũ vidiſſe, idẽ pernegat lib. de Myſtica Theologia c. 1. Subſcribit Dionyſ. Iuſtin. in dial. frequenter affirmans Patrem vniuerſorum, nemini vnquam viſum. Reliquos omitto.*

*Margin:* Li. de cæleſti Hiera. cap. 2.

13. Ignotus autem] *Deum ex operibus ſuis naturæ omnibus notum eſſe, & ab imperatore Romano ſumpto exemplo, paulò poſt confirmat. Idem poſt alia non minus ad rem accommodata, paulò ante Irenæum vſurparat Theophilus Antiochenus:* Vt anima, *inquit,* in humano corpore non videtur, inuiſibilis exiſtens, verùm ex corporis motu cognoſcitur: ſic nec Deus humanis & corporeis oculis videri poteſt: cæterùm ex prouidentia, qua ſingula ordinat, ſuiſque operibus aſpicitur, & apprehenditur. Quemadmodum ſi quis cernat nauem ſuis armamentis inſtructam mare ſulcare, & in portum appellere, certè credit aliquem, à quo gubernetur in ea eſſe gubernatorem: ſic certè nemo ſit adeò abiecti animi, quin credat Deum gubernatorem eſſe omnium, quamuis oculis carnalibus eum non aſſequamur. *Et paulò poſt:* Imperator terreſtris eſſe præſumitur, quamuis non ab omnibus videatur, oculos vertenti in leges & imperij adminiſtrationẽ. Præterea eſſe cognoſcitur, ſi quis oculos in potentatus & poteſtates nec non imagines eius conijciat, & Deũ ex potentia & operibus ſuis cognoſcere cunctaris? *Et qui vtrunq; præceßit Dionyſius Areo. Creaturarũ ordinatißimam diſpoſitionem, vt ab ipſo productam, imagines quaſdam ac ſimilitudines diuinorum exemplarium præ ſe ferre, vt pro viribus ad Deũ ſcãderemus, & ſeorſim ab omnibus, et in omnibus agnoſceremus, rectè affirmauit. Hinc autem concludit Iuſtinus martyr in Apolo. 2. Socratem, Heraclitum, et alios quoſdam, qui cum ratione inter Græcos vixerunt, Deum vnum & verum ita duce natura cognouiſſe, vt propemodum Chriſtiani dici poßint. Tertul. quoq; ſcribit:* Neminẽ negare, quia nemo ignorat quod vltro natura ſuggerit, Deum eſſe vniuerſitatis conditorem. *In Apologet. autem, & lib. de teſtimonio animæ, Animam rationalem vocat, naturaliter Chriſtianam. In hanc rem diſſerunt Lactantius lib. 1. cap. 3. & Auguſt. lib. de ſpirit. & lit. cap. 12. Tractat. 106. in Ioannem: lib. 8. de ciuit. cap. 6. & Serm. 55. de verb. Domini.*

*Margin:* Lib. 1. ad Autolycum. — Li. de diuin. no. cap. 7. — Lib. de ſpectaculis.

14. Quo modo dicunt] *Cod. excu. habebant* quoquomodo autem.

15. Sal-

16. Saluabantur homines] *His non vult B. Martyr, Patres à condito orbe ad Chriſti aduentum, rectà in cælum euolaſſe, quò aperta Dei viſione fruerentur: cùm infra doceat Chriſti animam ad inferna deſcendiſſe, & tribus diebus conuerſatam cum animabus defunctorum, quæ erant in medio vmbræ mortis. Supereſt ergo, vt de ea ſalutis ſpecie, quæ conſiſtit in remiſſione peccatorum, profligatione Satanæ, & ſpe in Chriſtum venturū, loquatur: quod apertius explicat lib. 4. cap. 30. Hîc quoque non obſcurè, cùm ait:* Saluabantur & à ſpiritibus nequiſſimis, &c *Rectè namq; Auguſtinus non vno loco contendit, priſcos Patres, qui ante aduentum Chriſti vixerunt, non ſolùm in filijs Iſrael, ſed etiam in Gentibus, quales fuerunt Iob & Melchiſedec, per fidem cultumq; vnius Dei & futuri Mediatoris, à peccatis potuiſſe mundari atq; iuſtificari. Lib. 2. de gratia Chriſti contra Pelag. cap. 24. & lib. 1. de peccatorum meritis & remiſſione, cap. 18. & 29.*

17. Iudæi vſque nunc] *Chriſtianos ſiue ex Gentibus, ſiue ex Iudæis, Irenæi ſæculo Dæmonas corporibus hominum exorciſmis frequenter eieciſſe, ampliſſimis teſtibus Tertulliano, Iuſtino, Theophilo & Cypriano, cuiuis facilè apparet: Iudæos verò mordicus adhuc Moſi addictos, & Chriſtum Meſſiam reſpuentes, non ita forſan omnibus. At non modò hic Irenæū, ſed et pleroſq; grauiſſimos authores id aſſerere comperio. Iuſtinus enim Archiſynagogum Tryphonem cum comitiua ſic alloquitur:* Si dæmonia adiuretis per omnia nomina veſtrorum regū, prophetarum, patriarcharum, iuſtorumque, nullum non erit contumax: at ſi quis veſtrum, adiuret ea per Deum Abraham, Iſaac & Iacob, fortaſſis obſequerentur. Vtuntur tamen veſtri Exorciſtæ, arte hac, ſicut & gentes, adhibendo ſuffitus & adligamenta. *Hæc ille. Accedit Ioſephus, qui Iudæum quendam nomine Eleazarum præſente Veſpaſiano Imperat. eius filijs, tribunis, & vniuerſo ſimul exercitu Romano, curaſſe eos, qui à Dæmonijs vexabantur, confirmat, exorciſmorum formulis, quas Rex Salomon quondam ediderat: ad quas etiam Chriſtum Dominum reſpexiſſe putat Hieronymus, cùm Iudæis diceret:* Si in Beel-zebub eijcio dæmonia, filij veſtri in quo eijciunt? *Sed omnem nodum diſſoluit Euangelium, quo apertè ſcribitur, Apoſtolos quendā inueniſſe, qui ad Chriſtianum contubernium nihil attineret, qui nihilominus in nomine Chriſti eijciebat Dæmonia. His mihi credibilius efficitur, quod ex Talmud Ieroſolymitano refert frater Petrus Galatinus: in nomine Ieſu Nazareni, quendam Iudæum, qui mortiferum quid deglutierat, ab alio mox ſanatum fuiſſe, lib. 8. de arcanis fidei cap. 5.*

18. Noluerint] *Expunximus* voluerint, *autho vet. cod.*

*Apol. ca. 23. In Dialog. Lib. 2. ad Auto.* — A — *Lib. 8. antiq. cap. 2.* — *In 12. Matt. Marc 9. Luc 9.* — B

## [1] *QVOMODO IMMENSVS EXCIDIT DE imaginibus eorum ſermo.*

### CAPVT VI.

C E[2] Sſe autem imagines eorum quæ intra Pleroma ſunt, latenter Saluatore operato ſic fieri in honorem eorum qui ſurſum ſunt, * ignoranteque Demiurgo vniuerſa Saluatorem dicunt honoraſſe Pleroma * in conditione per Matrem, ſimilitudines & imagines eorum quæ ſurſum ſunt emittentem. Sed quoniam quidem impoſſibile erat extra Pleroma eſſe aliquid, in quo imagines dicunt factas eſſe eorum qui ſunt intra Pleroma, vel ab alio quodam præter [3] primum] Deum fabricari hunc mundum oſtendimus.[4] Si autem ſuaue eſt vndiq; euertere eos, & mendaces arguere, dicemus aduerſus eos, quoniam ſi in honorem eorum, quæ ſurſum ſunt, facta ſunt hæc ſecundùm illorum imaginem à Saluatore, ſemper ea oportet perſeuerare, vti & ſemper ſint in honore quę ſunt [5] honorata.] Si autem tranſeunt, quę vtilitas huius breuiſsimi temporis honoris, qui aliquando quidem non fuit, rurſus autem non erit? Vanæ igitur gloriæ appetitor magis erit Saluator, quàm honorans quæ ſunt ſurſum, arguitur à nobis. Quis enim honor eſt æternorum eorum quæ ſemper ſunt, ea quæ ſunt temporalia; eorum quæ ſtant, ea quæ prætereunt; incorruptibilium, corruptibilia? Quandoquidem & apud homines qui ſunt temporales, nulla gratia eſt eius honoris, qui celeriter pręterit: ſed eius qui plurimum quantum poteſt perſeuerat. D Quæ autem ſtatim vt facta ſunt exterminantur, in contumeliam magis eorum qui putantur honorari, facta eſſe iuſtè dicentur: & cōtumelioſè tractari id quod eſt ęternum, corrupta eius & ſoluta imagine. Quid autem non ploraſſet, [& riſiſſet,] & aporiata eſſet mater ipſorum, non habuiſſe Saluator per quæ honoraret plenitudinem extremæ confuſionis, non habentis propriam ſubſtantiam, per quam honoraret] Propatorem? O vanæ gloriæ honor, qui ſtatim præterit, & iam nō apparet! Erit aliquis AEon, in quo in totū talis honor fuiſſe non reputabitur, & inhonorata erunt tunc quæ ſunt ſurſum: aut aliam iterum neceſſe erit Matrem emittere plorantem, & aporiatam, in honorem Pleromatis. O indiſſimilis, ſimul autē & blaſphemæ imaginis? Imaginem mihi dicitis emiſſam à mundi fabricatore Vnigeniti, quē & Nun vultis eſſe Patris vniuerſorum, & imaginem hanc ignorare quidem ſemetipſam, ignorare autem & conditionem, ignorare autem & Matrem, & omne quodcunque eſt ipſorum quæ ſunt, & eorum quæ ab eo facta ſunt: & non erubeſcitis aduerſus vos ipſos ignorantiam inducentes vſque ad ipſum Monogenen? Si enim ſecundùm ſimilitudinem eorum quæ ſunt ſurſum, à Saluatore facta ſunt hæc, ignorante eo [tanta] qui ſecundùm ſimilitudinem factus eſt: neceſſe eſt & circa eum, & ſecundùm eum, ad cuius ſimilitudinem factus eſt is, qui ignorat hu-

** ignorante itaque * in conditionem.* — *Dilemma.*



A rat huiuſmodi ignorantiam, non extiterit ſpiritaliter. Non enim poſſibile eſt cùm ſint vtrique ſpiritaliter emiſsi, neque plaſmati, neque compoſiti, in quibuſdam quidem ſimilitudinem ſeruaſſe, in quibuſdam verò deprauaſſe * imaginem ſimilitudinis, quæ in hoc ſit emiſſa, vt ſit ſecundùm ſimilitudinem eius, quæ ſurſum eſt emiſſionis]. Quòd ſi non eſt [6] ſimile,] Saluatoris erit incuſatio, qui diſsimilem emiſit imaginem, quaſi reprobabilis artifex. Nec enim dicere poſſunt, quaſi non haberet poteſtatem emiſsionis Saluator, quem Omnia eſſe dicūt. Si igitur diſſimilis eſt imago, malus eſt artifex, & [eſt] culpa Saluatoris ſecundùm eos. Si autem ſimilis eſt, eadem ignorantia inuenietur circa Nun Propatoris ipſorum, hoc eſt, Monogenen: & ignorauit] quidem ſemetipſum Nus Patris, ignorauit autem & Patrem, ignorauit autem & ea quæ ab eo facta ſunt. Si autem cognoſcit ille & eum qui ad ſimilitudinem eius factus eſt à Saluatore, neceſſe eſt cognoſcere quæ ſunt ſimilia, & ſoluta eſt ipſorum, ſecundùm ſuam regulam maxima blaſphemia.

** imaginū ſimilitudines.* — *Supra lib. 1. cap. 5. & 19.* — *Dilemma.*

[7] Et ſine hoc autem, quónam modo ea quæ ſunt creaturæ, ſic varia, & multa, & innu-
B merabilia, eorum AEonum qui ſunt intra pleroma xxx. imagines eſſe poſsūt, quorum & nomina, quæ ſunt ſecundū quod dicunt, in eo qui eſt ante hūc libro poſuimus? Et nō tantùm vniuerſæ creaturæ varietatem, ſed nequidem patris alicuius aut cæleſtiū, aut ſuperterreſtrium, aut aquatiliū poterunt adaptare pleromatis ipſorum paruitati. Quoniam enim Pleroma ipſorum xxx. AEones ſunt, ipſi teſtantur: quoniam autem in vna parte ipſorum quæ dicta ſunt non xxx. ſed multa milia ſpecierum eſſe adnumerant, eos oſtendere omnis quicunq; confitebitur. Quomodo igitur ea, quæ tam multa ſunt cōditionis & contrarijs ſubſiſtentia, & repugnantia inuicem, & interficientia alia, imagines & ſimilitudines eſſe poſſunt xxx. AEonum Pleromati; ſi quidem vnius naturæ, quemadmodum dicunt, ex æquali & ſimili exiſtant, & nullam habeant differentiam? Oportebat autem, ſi hæc illorum imagines ſunt, quemadmodum natura nequam homines dicunt quoſdam, & natura rurſus bonos; & AEonum ipſorum oſtendere tales differentias, & quoſdam quidem ex ipſis natura bonos dicere emiſſos, quoſdam autem & natura malos, vt imaginis illorum adinuentio congruens eſſet AEonibus. Adhuc autem quoniam in mundo altera quidem ſunt manſueta, altera verò fera; & quædam
C quidem [non nocentia, quædam nocentia, & reliquorū corrumpentia; [8] & quædam quidem ſuperterreſtria,] quædam aquatilia; quædam volatilia, quædam cæleſtia, ſimiliter [&] AEonas oſtendere debent tales habere affectiones, ſi quidem hæc illorum imagines ſunt.

*Matt. 25. 21.*

[9] Et ignis autem æternus, quem præparauit Pater Diabolo & angelis eius, cui [9] eorum qui ſunt ſurſum AEones imago ſit, interpretari debent: & ipſe enim in conditione numeratur. Si autem excogitationis eius qui paſſus eſt AEonis dicent imagines hæc eſſe, primùm quidem impiè agent aduerſus Matrem ſuam, malorum & corruptibiliū imaginem initiatricem eſſe eam dicentes. Deinde autem ea quæ ſunt multa & diſſimilia, & contraria natura, * quo iam modo vnius & eiuſdem imaginis erunt? Et ſi Pleromatis angelos multos eſſe dicent, & horum, illa quæ ſunt multa imagines eſſe; nec ſic [eis] conſtat ratio.[10] Primò enim differentias Pleromatis angelorum contrarias inuicē debent oſtendere, quemadmodum & ſubiacentes imagines contrariæ naturæ inuicem ſunt. Deinde autem cùm ſint multi & innumerabiles circa factorem angeli, quemadmodum omnes confitentur prophetæ, dena milia denum milium aſſiſtere ei, & multa milia milium miniſtrare ei; & ſecundùm eos, Pleromatis angeli angelos factoris ima-
D gines habebunt, & manet conditio integra in imagine Pleromatis, iam non conſequētibus xxx. AEonis in multiformem conditionis varietatem. Adhuc etiam, ſi ſecūdùm ſimilitudinem hæc illorum facta ſunt, illa rurſus, ad * quorum ſimilitudinem * erant facta? Si enim mundi fabricator non à ſemetipſo fecit hæc, ſed quemadmodum nullius momenti artifex, & quaſi primùm diſcens puer, de alienis archetypis tranſtulit Bythus ipſorum: vnde habuit ſpeciem eius, quam primùm emiſit diſpoſitionis? Conſequens eſt igitur illum ab altero quodam, qui ſuper eum eſt, exemplum accepiſſe: & illū rurſus ab altero. Et nihilominus in immenſum excidet de imaginibus ſermo: quemadmodum & de his, ſi non fixerimus ſenſum in vnum artificem, vt in vnum Deum, qui à ſemetipſo fecit ea quæ facta ſunt. Aut de hominibus quidem, aliquis permittit à ſemetipſis vtile aliquid ad vitam adinueniſſe: ei autem Deo qui mundum conſummauit, non permittit à ſemetipſo feciſſe ſpeciem eorum quæ facta ſunt, & adinuentionem ornatæ diſpoſitionis? Vnde autem & hæ illorum imagines, cùm ſint illis contrariæ, & in nullo poſſint eis communicare?[11] Quæ [enim ſunt] contraria, eorum quorum ſunt contraria, eſſe quidem poſſunt exitioſa; imagines verò nullo modo, quemadmodum aqua igni, & rurſus lumen tenebris, & alia tanta nequaquam erunt inuicem imagines.

** quonam* — *Dan. 7. 10.* — ** aliquorū * erunt*

Sic nee

Sic nec ea quæ ſunt corruptibilia, & terrena, & compoſita, & prætereuntia, eorum quæ ſecundùm eos ſunt ſpiritalium imagines erunt: niſi ſi & ipſa cõpoſita, & in circunſcriptione, & in figuratione confiteantur eſſe, & non iam ſpiritalia, & effuſa, & locupletia, & incomprehenſibilia. Neceſſe eſt enim ea in figuratione eſſe, & circunſcriptione, vt ſint imagines veræ: & abſolutum eſt ea non eſſe ſpiritalia. Si autem illa ſpiritalia, & effuſa, & incomprehenſibilia dicunt; quomodo poſſunt, quæ ſunt in figura & [in] circunſcriptione, imagines illorum eſſe, quæ ſunt ſine figuratione & incomprehẽſibilia? Si autem ſecundùm figurationem, nec ſecundùm formationem, ſed ſecundùm numerum & ordinem emiſſionis imagines ea dicent eſſe; primò quidem non ſunt imagines dicenda hæc & ſimilitudines eorum, qui ſurſum ſunt AEonum. Quæ enim nec habitum, nec figuram illorum habent, quemadmodum imagines ſunt ipſorum? Pòſt deinde & numeros, & emiſſiones ſuperiorum AEonum eoſdem & ſimiles ad eos qui ſunt conditionis adaptent. Nunc autem triginta oſtendentes AEones, & tantam multitudinem eorum, quæ ſunt in conditione, imagines eorum * quæ ſunt triginta dicentes, iuſtè vt inſenſati arguentur à nobis. *qui

A

## ANNOTATIONES. B

1. Quomodo immẽſus] *Iſthæc portentoſa figmenta de Aeonum ideis, ſeu imaginibus, Pleromate, Nu, & Monogene, quæ Gnoſticos magna impudentia inculcare lib. 1. cap. 1. ſcripſerat; toto hoc capite refellit: vnicum euincens eſſe rerum omnium opificem, qui ſine vllius alterius Virtutis adminiculo, mundum hunc diſpoſuerit. Hæc autẽ deliria, è Platonicis ideis fabricata fuiſſe infra cap. 19. luculenter aſſerit: quibus ſubſcribit Tertullianus lib. de anima:* In ideis Platonicis Gnoſticorum, hæretica ſemina relucere, quæ hæreticarum idearum ſacramenta *nuncupat. Iuſtinus quoque vtroque ſuperior, poſtquam ſecum pugnare Platonẽ oſtendit, ſubijcit:* Scripta Moſis nactus Plato; poſtquam non penſitauit ita vt debuit (*negationem, interpres Gelenius omiſit*) exiſtimauit eſſe quandam antiquiorem ſpeciem ſeparatam ab iſta; quæ ſenſu percipitur, illam etiam rerum exemplar nominare ſolitus. *Et paulò poſt.* Ad eundem modum de terra, cælo, homine, in errorem lapſus videtur, nam & horum ideas eſſe putat. *Nec ſolis tribus his antiquiſſimis Patribus, ſed & Ambroſio lib. 4. de fide cap. 3. & libr. 1. Hexæm. cap. 1. & 2. Nazianzeno Orat. 2. de Theologia: Auguſt. lib. 83. quæſt. q. 46. & Cyrillo lib. 2. in Iulianum, minus gratam fuiſſe idearum conſtitutionem liquet; ne ſolum Luciani Icaromenippum illas inſectari noſtri putent. Quanta verò de eis fuerit digladiatio inter ſummos Philoſophos Platonem & Ariſtotelem, & qui deinceps illarum aſſertores & inficiatores, quibuſq; rationibus innitantur illi et iſti; non paucis referunt earumdem acerrimi propugnatores Io. Franciſcus Picus libro 6. examinis vanitatis gentium & veritatis Chriſtianæ ca. 15. & F. Franciſcus Venetus, minor, lib. de Harmonia mũdi, cantici ſecundi, quinque capitibus.*

Ora. ad Græcos.

2. Eſſe autem imagines] *Probat merum delirium eſſe quod cum tanto ſupercilio tradebant, nimirum Saluatorem per quaſdam ideas & ſimilitudines Pleroma coluiſſe, etiam Patre id ignorante: quoniam repugnat aliquid conſiſtere extra perfectam plenitudinem (quam appellant Pleroma): vel ſi quidpiam fuerit, tam ſubitò periſſe. Inſuper, blaſphemum eſſe Vnigenito Dei ignorantiam tribuere docet.*

3. Primum Deum] *Deleuimus* primam.

4. Si autem ſuaue eſt] *Initium eſt capitis octaui in vet. cod. cui & præfixa eſt ea ſumma, quæ ibidem inſi a habetur.*

5. Honorata] *Codices excuſi habebant* inhonorata.

6. Simile] *Expunximus* ſimilis, *aut. vet. cod.*

7. Et ſine hoc autem] *Probat non eſſe veriſimile tot tamq; varias creaturas, ideas eſſe paucorum atque fictitiorum Aeonum: cùm & Aeones dicerent æquales & concordes eſſe: inferiora verò iſta ſibi plerunq; aduerſentur, & mutuam necem inferant. Rurſum, oportere quoſdam Aeones natura malos, feros, terreſtres, & reprobos eſſe: ac è contrario: cùm tales homines in terris degere non diffiterentur.* C

8. Et quædam quidem] *Vndecim dictiones ex veteri codice reſtituimus: deleuimus vnicam* innocentia.

9. Et ignis æternus] *Cùm ignis æternus, adeoque ipſa gehenna nullius AEonum idea ſit: falſa eſt ratio idearum ab eis conſtituta. Nec Angelorum Pleromatis ideæ ſunt, cùm ſint ſpecie diuerſi ac innumerabiles: AEones verò tantùm triginta, ac eiuſdem ſortis & formæ. Denique, cùm idearum progreſſio euadat in infinitum: in vnico & vero Deo creatore conſiſtendum & quieſcendum eſt.*

10. Primò enim] *Vetus codex hac ſententia exorditur caput nonum: cui addit idem argumentum quod infra habetur.* D

11. Quæ enim ſunt] *Cod. excuſi habebant,* Quæ cùm ſint.

QVO-



A

# QVOMODO NON EST VERISIMILE *ea quæ ſunt hîc, vmbram Pleromatis eorum eſſe.*

## CAPVT VII.

S[1]I autem hæc illorum vmbram dicent eſſe, quemadmodum quidam ipſorũ audent dicere, aut ſecundùm hoc imagines eſſe, neceſſe erit & corpora ipſos ea quæ ſunt ſurſum confiteri. Ea enim quæ ſurſum ſunt corpora, vmbram faciunt, non autem iam ſpiritalia, quandoquidem [2] nulli obſcurare poſſunt. Si autem & demus illis, [hoc] quod quidem eſt impoſſibile, eorum quæ ſunt ſpiritalia & lucida vmbram eſſe, in quam Matrem ſuam deſcendiſſe dicunt: tamen cùm illa ſint æterna, & ea quæ ex ipſis efficitur Vmbra ſempiterna perſeuerat, [3] & non iam tranſeunt hæc, ſed perſeuerant] cum his, quæ ſe adumbrant. Si autem hæc tranſeunt, & illa neceſſe eſt, quorum hæc ſunt vmbræ, tranſire: illis autem perſeuerantibus, * perſeuerant & vmbræ ipſorum. Si autem non ſecundùm id quod obumbretur * dicentes eam vmbram eſſe, ſed ſecundùm id quod multo ab illis ſeparata ſunt, paterni luminis ipſorum puſillitatem & infirmitatem accuſabunt, quaſi non attingat vſque ad hæc, ſed deficiat adimplere id quod eſt vacuum, & diſſoluere vmbram, & hoc quando nemo ſit impedimento: in caliginem enim conuertetur ſecundùm eos, & obcæcabitur paternum lumen eorum, & deficiet in his quæ ſunt vacuitatis locis, cùm minimè poſſit adimplere omnia. Non igitur iam dicant Pleroma eſſe omnium Bythum ipſorum.

B *perſeuerat & vmbra *dicent

[4] Si quidem] id quod eſt vacuum & vmbra, neque adimpleuit, neq; illuminauit, [aut] iterum Vmbram & Vacuum [prætermittant:] ſiquidem adimplet omnia paternum ipſorum lumen. Neque igitur extra primum Patrem, * id eſt, qui ſuper omnia eſt Deus, aut Pleroma aliquid eſſe poteſt, in quod Enthymeſin paſſi AEonis deſcendiſſe dicunt, vt non definiatur & [circumſcribatur] ab eo, qui eſt extra, & contineatur ipſum Pleroma, vel primus Deus: neque Vacuum eſſe, [5] aut Vmbram capiet, cùm iam ante ſit Pater, vti ne deficiat lumen eius, & definiatur in Vacuum. Irrationale eſt autem & impium adinuenire locum in quo ceſſat, & finem habet, qui eſt ſecundùm eos Propator & Proarche, & omnium Pater, & huius Pleromatis. Nec rurſus in Patris ſinu, alterum quendam dicere tantam fabricaſſe conditionem fas eſt, vel conſentiente, vel non conſentiente [eo,] propter prędictas cauſas. Impium eſt enim ſimiliter & demens, dicere tantam cõditionem ab Angelis, aut ab emiſſione quadam ignorante verum Deum, in his quæ ſunt ipſius, fabricaſſe; neque infra Pleroma ipſorum, cùm ſit vniuerſum ſpiritale, ea quæ ſunt terrena & choica poſſibile facta eſſe: ſed ne quidem ſecundùm illorum imaginem, cùm dicitur pauci & ſimilis formationis & vnum eſſe, poſſibile eſt, & quæ [ſunt] multæ conditionis, & contraria inuicem facta eſſe.

*idem

C

## ANNOTATIONES.

1. Si autem hæc] *Oſtendit inferiora iſta, ſupernarum rerum vmbras non eſſe, cùm illa corporea ſint, continuoq; tranſeant, hæc verò ſpiritalia & ſempiterna: ſed nec ea, quæ ſunt ſurſum, adumbrare quæ deorſum viſuntur. Fictitium quoq; Bythum illorum, non eſſe omniũ Pleroma; neque extra Deum Patrem vllum Pleroma exiſtere. Hæc verò ſomnia ex Democriti & Epicuri inſanis opinionibus mutuatos eſſe Gnoſticos, pari vanitate cum illis ineptientes, immutatis tantùm nomenclaturis, apertè conuincit infra, c. 19. Quod enim illi ἀτόμους, & κενὸν, hoc iſti Pleroma & Vacuum, ſiue (vt Irenæo placet)* ea quæ ſunt, & id quod non eſt, *nominarunt. Qui de his plura cupit, conſulat Plutarchum lib. 1. cap. 5. & lib. 2. cap. 1. de placitis Philo. Laertium in Epicuro; Lucretium Velleium Ciceronianum; & ex noſtris Auguſtinum epiſtol. 6. Primum autem eius argumentum eſt. Vmbræ non ſunt niſi rerum corporearum & opacarum: Aeones iuxta horum ſententiam, ſunt ſpiritales: igitur hîc nec vmbras nec ideas habent. Deinde, Aeones ſunt æterni: vmbra res fugaciſſima, &c.*

D

2. Nulli obſcurare poſſunt] *Græca locutio, pro, nulli caliginem offundere,* τὰ πνευματικὰ μηδενὶ ἐπισκοτεῖν δύναται.

3. Et non iam tranſeunt] *Septem has voces ex vet. cod. addimus.*

4. Si quidem] *Deleuimus* qui, *vt mox pro* vt *poſuimus* aut: *deinde* prætermittant, *pro* permittant: & circumſcribatur, *pro* circumſcriptura. *Probat autem hoc loco, extra Deum Patrem omnium, nullum Pleroma, nulla ſæcula, nullos ve Angelos eſſe poſſe.*

5. Aut vmbram capiet] *Id eſt, neque fieri poterit, vt Vacuum, aut Vmbra ſit. Sic cap. 16. Et hæc quidem in hominibus capit dicere. Græc.* ἐνδέχεται.

O QVAM

## *QVAM FALSA VMBRA ET vacua eorum oſtenditur.*

### CAPVT VIII.

F[1]Alſus autem apparuit, & qui eſt de vmbra Cenomatis, id eſt Vacui, ipſorum ſermo, ſecundùm omnia. Itaque vacuum oſtenſum eſt figmentum eorum, & inconſtans doctrina: [2] Vacui autem & hi qui attendunt eis, verè in profundum perditionis deſcendentes. [3] Quandoquidem eſt mundi fabricator Deus, conſtat * & ipſis, qui multis modis contradicunt ei, & confitentur eum, fabricatorem eum vocantes, & Angelum dicentes: vt non dicamus quoniam omnes clamant Scripturæ, [4] & Dominus hunc Patrem qui eſt in cælis docet, & non alium; quemadmodum oſtendemus procedente ſermone.

*ex

### ANNOTATIONES.

1. Falſus autem] *Quod huius lib. cap. 3. & 4. Vacuum, & eius vmbram vana commenta dixerat, & hîc rurſus confirmat; & infra lib. 4. cap. 38. apud Deum nihil vacuum eſſe aſſeuerans. Iſta autem eos confinxiſſe putarem, vt Moſis verba hæc deprauarent:* Terra erat inanis & vacua, *quibus duntaxat terræ molem adhuc inanem, inaſpectabilem, & informem tum fuiſſe docet, cùm illum ornatum, quem poſtea recepit, necdum haberet.*

2. Vacui autem & hi] *Ludit in ambiguitate vocabuli* Κενὸν, *quod initio capitis vacuum ſignificat, hîc autem ſtultum & inane.*

3. Quandoquidem] *Initium eſt capitis 10. in vete. codic. cui præfigitur idem argumentum, quod ibidem infra.*

4. Et Dominus hunc Patrem] *Nimirum Matt. ca. 5. v. 16.* Glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt *v. 45.* Vt ſitis filij Patris veſtri qui in cælis eſt. *Matt. cap. 6. v. 9.* Pater noſter qui es in cælis, &c.

## *OSTENSIO QVONIAM EST, ET SVBSISTIT mundi fabricator Deus non conſtat autem [eſſe] qui ſuper hunc adinuenitur pater.*

### CAPVT IX.

N[1]Vnc autem ſufficit id quod eſt ab eis, qui contraria nobis dicunt[2] teſtimonium, omnibus] hominibus ad hoc demum [conſentientibus,] veteribus quidem, & in primis [3] à Primoplaſti traditione hanc ſuadelam cuſtodientibus, & vnum Deum fabricatorem cæli & terræ [4] hymnizantibus: Reliquis autem poſt eos à prophetis Dei, huius rei commemorationem accipientibus: Ethnicis verò ab ipſa conditione diſcentibus. [5] Ipſa enim conditio oſtendit eum qui condidit eam; & ipſa factura ſuggerit eum, qui eam fecit; & mundus manifeſtat eum qui ſe [6] diſpoſuit.] Eccleſia autem omnis per vniuerſum orbem, hanc accepit ab Apoſtolis traditionem. Conſtante igitur hoc Deo, quemadmodum diximus, & teſtimonium ab * omnibus accipiente, quoniam eſt ille ſine dubio: qui ſecundùm eos adinuenitur pater, inconſtans & ſine teſte eſt, Simone mago primò dicente ſemetipſum eſſe ſuper omnia Deum, & mũdum ab Angelis eius factum: pòſt deinde his qui ſucceſſerunt ei, ſecundùm quod oſtendimus in primo libro, varijs ſententijs impias & inreligioſas aduerſus fabricatorem circunducentibus doctrinas, quorum diſcipuli cùm ſint hi, [7] Ethnicis peiores efficiunt eos, qui aſſentiunt eis. Illi enim creaturæ potiùs quã Creatori ſeruientes, & his qui non ſunt dij; verumtamen primum Deitatis locum attribuunt fabricatori huius vniuerſitatis Deo. Hi autem, hunc quidem Labis fructum dicentes, & animalẽ eum vocantes, & non cognoſcentem eam quæ ſuper eum eſt virtutem, dicentem quoque, Ego ſum [Deus,] & præter me non eſt alius Deus, mentiri eum dicentes, ipſi mentientes, omnem malitiam copulãtes ei; eum qui non eſt ſuper hunc, quod ſit fingentes, ſecundùm ſententiam ſuam deteguntur, eũm quidem qui eſt Deus blaſphemantes, eum autem qui non eſt, Deum fingentes, in ſuam ipſorum condemnationem.

*Rom. 1. 20.*
*hominibus
*Rom. 1. 25. Iſa. 45. 5.*

### ANNOTATIONES.

1. Nunc autem ſufficit] *In quatuor claſſes diſtributis hominibus, horum omnium conſentione & fide, probat vnicum & ſolum verum Deum eſſe, vniuerſorum opificem. Primam, quam ad Moſem vſque porrigi puto, aſſerit Adami traditione & doctrina, vnicum Creatorem celebraſſe. Etenim vt craſſam illam & immanem idololatriam, nonniſi à diluuio quarta decima videlicet hominum generatione, incepiſſe affirmant Clemens, Cyrillus, Epiphanius: ſic primum hominem fide in promiſſum mulieris ſemen, & Deum verum, veram religionem verbis & exemplis poſteros docuiſſe, Deo cruentis mactatis hoſtijs, conſtanter affirmant Hebræi. Aſtipulatur non ſemel Athanaſius magnus, cùm Abelem, prout à patre didicerat, de primogenitis Deo obtuliſſe confirmat, Epiſtola,* Quod Nicena ſynodus, &c. *& in,* Omnia mihi tradita ſunt, &c. *Secunda claſſe eos complectitur Irenæus, qui legis pædagogia & prophetarum oraculis à Moſe ad Chriſtum vſque, Deum verum agnouerunt & adorauerunt, vt fuſius explicat cap. vltimo huius; & vndecimo libri 3. Tertia, Ethnicos cõmemorat, qui ex ipſa mundi diſpoſitione, vnicum Numen agnouerunt, de quibus ca. 1. & 5. huius dictum eſt. Poſtrema Eccleſiæ iam per totum orbem expanſæ vnanimi voce, omnium euidentiſſimè propoſitam theſin aſſeuerat.*

*Lib. recogn. Lib. 4. cont. Iul.*
*Reuchlin. l. 1. Cabalæ.*

2. Teſtimonium] *Deleuimus* teſtimonia, & *adiecimus* omnibus *author. vet. cod. atque mox pro* ſentientibus, *repoſuimus* conſentientibus.

3. A Primoplaſti traditione] *Et paulò poſt:* Hãc accepit ab Apoſtolis traditionem. *Ex quibus perſpicitur quanta ſit authoritas visq; ſanctarum Traditionum, quam hîc conſtanter opponit cũctis hæreticis, etiam in ſummorum capitum totius Chriſtianæ religionis adſertionem. Sed de his copioſè diſſeremus in cap. 3. libri 3.*

4. Hymnizantibus] *Sic ferè ſemper reddit verbũ Græcum* ὑμνεῖουσι *vel* ὑμνολογοῦσι, *pro, hymnis celebrant, laudant.*

5. Ipſa enim conditio] *Non dubito Irenæum alludere ad iſta Pauli:* Inuiſibilia enim Dei, à creatura (*Irenæus ſuo more,* conditionem *appellat*) mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur: ſempiterna quoque virtus & Diuinitas, *&c. Nã, vt & Sapiens quoque ait:* A magnitudine & ſpecie creaturæ poteſt Creator videri. *Hinc Auguſtinus eleganter ſcribit:* Si quis audiat, dicunt hęc omnia: Non ipſa nos fecimus, ſed fecit nos qui manet in æternum. Cælum, terra, & omnia quæ in eis ſunt, vndique mihi dicunt, vt te amem: nec ceſſant dicere omnibus, vt ſint inexcuſabiles. Interrogaui terram, & quæcunque in ea ſunt: interrogaui mare, abyſſos, & reptilia: & reſponderunt. Non ſumus Deus tuus: quęre ſuper nos. Interrogaui auras flabiles &c. Interrogaui cælum, ſolem, lunam, & ſtellas &c. reſponderunt, & clamauerunt voce grandi: Non ſumus Deus tuus: ſed quæ fecit Deus tuus. Interrogaui mũdi molẽ; Dic mihi ſi tu es Deus meus, an non? Non ſum, inquit, ego: ſed per ipſum ſum ego. Supra me quære eum, qui fecit & regit me. Interrogatio creaturarum, eſt profunda conſideratio ipſarum, quoniam omnia clamant, Deus nos fecit *&c. Nec prætermittere poſſum, quæ in hanc rẽ fertur magnus Antonius reſpondiſſe cuidam ſuadenti illi, vt libris vacaret:* Meus liber (*inquit*) eſt natura rerũ à Deo conditarum: quæ quotieſcunq; animo lubitũ ſit meo, libros ipſius Dei ad legendum ſuppeditat. *Ergo appoſitè dicitur hîc ab Irenæo,* Creatura oſtendere Creatorem, factura factorem, & mundus conditorem atque rectorem ſuum.

*Li. 9. Confeſ. cap. 10. li. 10. ca. 6. & lib. Soliloq. c. 31.*
*Socrates lib. 4. cap. 18.*

6. Diſpoſuit] *Excuſi codices legebant* depoſuit.

7. Ethnicis peiores] *Non ſolùm dicit, ſed & probat hæreticorum miniſtros Ethnicis deteriores reddere ſuos auditores: quod & de his qui hac tempeſtate per Europàm ſurrexerunt hæreticis, euidenter & ſolidè me veriſſimum eſſe probantem, æquis animis ferant Lectores beneuoli.*

*Ne quis ergo addubitet hoc ipſum quod hîc contendit Vir Apoſtolicus etiam nouiſſimi huius æui Gnoſticis, id eſt, Lutheranis & Caluinianis contigiſſe, miniſtrorum de ſe mutuis teſtimonijs ſic oſtendo. Caluini namq; iudicio, Vltima admonit. ad Vveſtphalum,* Lutherani ſunt bruti homines, qui ne guttam quidem ingenui pudoris retinent, nec Dei, nec Angelorum iudicium magnopere curant, pleni furioſo impetu, nugatoria leuitate, cæca temulentia, canina improbitate, diabolica ſuperbia, feroces, omni humanitate ſpoliati, vertiginoſi, Cycoples, ſuperba factio Gigantũ, latratores, frenetici, proterui, beſtiæ. *Idem lib. contra Heshuſium, Lutheranos appellat* homines improbos, rabioſos, mancipia Satanę, quæ diabolus horribili modo faſcinauerit. *Item,* canes, nebulones, & impuros ſpiritus. *Bezæ Heſhuſius miniſter Lutheranus cum ſuis* eſt Polyphemus, ſimia, cothurnatus, vegrãdis & pileatus aſinus, canis in balneo, aſiniſſimus ſophiſta, impudens nebulo, impudens ſycophanta, bellua, larua, aſinus bipes, hiſtrio, monſtrum mixtum ex Simiarum & Onagrorũ ſpecie, animal carniuorum, Cyclops, furens, & dignus qui ex tilia pendeat. *Bullingerus Repetitione de Euchariſtia, Brentiũ Lutheri diſcipulum vocat* Aprum Calydonium, qui vineã Domini euertit. *Sturmius Palinodia ad Lucam Oſiãdrum, illum habet pro* Caio Caligula, & Vlyſſis nepote. *Ioannes Laſcus expertũ ſe queritur* Lutheranos Balticos, Turcis longè crudeliores & inhumaniores. *Eraſmus in Defenſione Diatribæ, ſcribit* Lutherum nulla maledicẽtia fuiſſe ſaturabilem, Oreſte inſaniorem, odio lymphatum, philautia temulentum. *Schluſſelburgius ex ſcriptis Caluinianorũ refert hos doctrinam Lutheranam vocare,* Commentũ hominum, craſſum delirium à diabolo ſuggeſtum, abſurdum & portentoſum dogma, Satanæ excremẽtum, cuius & ipſum Satanã pudeat. Lutheranos verò clamant eſſe hæreticos, aſinos, Diaboli incantatione excæcatos, à Satanæ ſpiritu motos, & Diabolos. *Iezlerus Sacramentarius lib. de diuturnitate belli Euchariſtici, pag. 93. fatetur ſectæ ſuæ propugnatores paſſim Lutheranos nominare,* Antropophagos, hæmatopotas, thyeſtas, Chriſticidas, artolatras, impanati Dei cultores, abnegatores redemptionis per Chriſtum factæ, *&c. An non ergo Ethnicis longè deteriores?*

*Lib. 2. art. 1. Theol. Cal.*

*Sed quales Caluiniani & Sacramentarij Lutheri & aſſeclarum ſuorum cenſura ſint habendi, idem Iezlerus dicat:* Cùm hæc (*inquit*) ad aures Lutheranorum peruenerunt, longè duriora verba in aduerſarios emiſerunt: aſſerendo quòd ſint mendaces, falſarij, Sacramentiperdæ, corruptores Teſtamenti Chriſti, dæmoniaci: à Diabolis omni ex parte, ante, ponè, ſupra, infra, intus, & extra obſeſſi, Diaboli Martyres: annumerandi cum Neſtorianis, Arianis, Turcis, & omnium mortalium, quos vnquam terra ſuſtinuit, deterrimi. *Lutherus ipſe Diſput. de Euchariſtia, eoſdem Sacramentarios nuncupat,* Sues, canes, idololatras, irrationales aſinos, tenebriones, laruas Diaboli, miſeros & vvermeros, inſanos atque freneticos moriones, progeniem viperarum, animicidas, hoſtes Filij Dei, latrones corporum & animarum, lupos rapaces, infernales moloſſos, Germanicos Turcas, ipſis etiam Turcis deteriores, diabolicos atque infernales lupos, à Satana miſſos & obſeſſos, Diabolum loco Dei proponentes, Chriſtum minus facientes quàm Arius atque Mahomet, quoſque Diabolus contra Chriſtũ moderatur, & additis calcaribus agitat. *Beza alter horum Antiſtes, apud Schluſſelburgium vocatur* atheus,

*Lib. 2. art. 1.*

atheus,beſtia,nugator, impudens fabula, Diabolus incarnatus,Beelzebub. *Ab Heshuſio*, proſtitutum ſcortum. *A Daniele Hoffmanno*, Præſtigiator,calumniator, conſcientiæ nullius, blaſphemus cauillator,peruerſus ac deteſtandus Verbi Diuini violator. *Schluſſelburgius rurſum affirmat*, ſpiritum Caluiniſticum eſſe ſpiritum tenebrarum,Satanam per Caluiniſtas vt per organa ſua loqui,Bezam ſuam Creophagiam dictante Diabolo concinnaſſe; Caluiniſmum denique Arianiſmum,& Maometiſmum eſſe fratres,ſorores, & tres caligas eiuſdem panni. *Georgio Richen Roſtochienſi miniſtro*, Sacramentarij ſunt Diaboli ad æternam gehennam damnati. *Zarnouius cenſet eoſdem eſſe* Antichriſtos,illuſores mundi, qui Dominum gloriæ hiſtrionem faciunt,inimicos Filij Dei,deluſos à Satana,Balaami filios, & Mahometanos. *Ioannes Schuts Præfatione in lib. cauſarũ ait:* Sacramentariſmus camarina eſt quædam,in quam multæ hæreſes confluunt, vltima Satanæ ira,quam furijs agitatus cõtra Chriſtum, eiuſque Eccleſiam exercet. Qui Sacramentariorum partes ſequitur (*ſubijcit ille*,) is manifeſtus atque eiuratus eſt hoſtis Dei, & fidei quam in Baptiſmate Chriſto dedit,oblitus *&c. Manifeſtum eſt igitur Lutheranorũ miniſtrorũ multiplici iudicio,Sacramentarios omnem Ethnicorũ impietatem penitus ſuperare.*

Lib. 3. tit. 8.
Io. Schutz li. cauſar. ca. 50.
Lib. 2. Dial.

*Quid etiam quod quiſq; iſtorum hæreſiarcharum,ſuos auditores,diſcipulos,& populares,ex quo nouum hoc euangelium ſuſceperunt, cunctis Paganis & Turcis deteriores euaſiſſe palam conteſtãtur? Lutherus profectò quãtum ex ſuo euangelio VVitebergenſes paucis annis profeciſſent,his ſatis indicat.* Ex euãgelio *Lutherano ſcilicet*, adeò effrenes facti ſunt homines, vt quicquid illis libeat,liceat. Non terrentur inferno,&c. Sub Papa mãſit nomẽ Chriſti:ſed noſtra ingratitudo & ſecuritas merebitur, quod Chriſtus nõ nominabitur: & implebitur illud verbum, Filius hominis cùm veniet,putas inueniet fidẽ? In tota Parochia VVitẽbergenſi tantùm vnus habetur Ruſticus,qui ſuam familiam ad verbũ Dei & catechiſmum hortetur. Cæteri omnes rectè ad Diabolum ire pergunt. *Item in Colloquijs collectis à conuiua eius Aurifabro, conqueritur*, Diſcipulos ſuos magna ex parte eſſe Epicureos; & hoc quærere in concionibus, vt bonos dies habeant: vocari reformatos, cùm reipſa potius incarnati dęmones eſſe videantur: vix inter Paganos,Iudæos, Turcas, aut alios infideles homines,adeò contumaces reperiri,apud quos omnis honeſtas,& quicquid eſt virtutũ penitus interierit, neq; vllius peccati ratio habeatur. *&c.*

To. 1. Colloq. pag. 37.
Pag. 49.
Pag. 94.
Fol. 244.

A

*Quis autem Luthero de ſuis diſcipulis & auditoribus non crederet? Spangembergius & ipſe Luthero familiaris,teſtatur ſuos Lutheranos* eſſe homines tam feros, vt iam nolint Deum agnoſcere,nec vllã illius rationem habere: ſed facere quicquid Diabolus & caro ſuaſerit. *His porrò de ſe ſuisque tam conſtanter teſtificantibus, quis fidem non haberet?*

Lib. Narrat. benef.

*Sed Caluinus fortaſsè,doctrinæ ſuæ profeſſores & diſcipulos aliquanto meliores eſſe confirmat. Imò verò cũ ipſis in inferno damnatis & cacodæmonibus comparat, præſcribens eis vt Cœnam ſuſcepturi ſeriò profiteantur,* Se ad nullũ bonum aptos; ſed in omne malum propenſos,& Diuinorũ pręceptorũ perpetuos infractores & contemptores eſſe: *quod ſanè diabolorum & perditorum proprium eſt. Præterea, de ſe ſuiſq; cõminiſtris,ſatellitibus,ſenioribus, & diaconibus, ſcribit:* Chriſtum non aſpicimus niſi carneis oculis, vnde fit vt nihil in ipſo magnificum appareat. Vitioſo noſtro ſenſu, quicquid in ipſo eſt, eiuſq; doctrina,peruertimus. Multa falſa arripimus, quæ Euãgelij contemptum pariunt. *Et rurſum.* Experiẽtia ipſa docet, nos eſſe à Deo penitus auerſos,eius odio plenos & infectos,& lucẽ Euãgelij noſtris peruerſis inuẽtionibus obſcurare. *Iterũq; vt & ipſe Propheta reputaretur, de ſectatorum ſuorum corruptiſſimis moribus,barbarie & atheiſmis ita vaticinatus eſt in Præf. Catechiſmi ſui,ad miniſtros ſuos in oriẽtali Friſia.* De poſteritate ſic ego anxius ſũ, vt vix cogitare audeã. Niſi.n. mirabiliter Deus è cęlo ſuccurrerit, videre mihi videor extremã barbariem impendere orbi. Atq; vtinam non paulò poſt ſentiant filij noſtri fuiſſe hoc verũ potius vaticinium,quàm coniecturam &c. *quæ nimis vera eſſe omnibus modis per Caluinianos proculcata in Gallijs, Heluetia,Germania,Anglia,Scotia, Hibernia,& Belgio religio Catholica palam teſtatur.*

B
In Catech.
In cap. 6. Io. v. 41.
In ca. 14. Io. v. 14. & 15.
C

*Euicimus ergo ex non ſuſpectis aut dubijs teſtibus; ſed de miniſtrorũ, ſcriptorũ, fructibus certiſſimis nõ ſolũ priores Gnoſticos, quod S. Martyr Iren. adfirmat; ſed etiã poſtremos iſtos, Ethnicis peiores eſſe, ac Diſcipulos ſuos efficere.*

## *DE QVÆSTIONIBVS ET PARABOLIS, QVOmodo oporteat ſoluere ea quæ quæruntur.*

### CAPVT X.

E [1] T qui dicunt ſemetipſos perfectos,& vniuerſorum habere agnitionem, Ethnicis peiores, & magis blaſphemi ſenſu etiam aduerſum ſuum factorem inueniuntur. Perquã itaq; irrationale eſt, prætermittentes eum qui verè eſt Deus,& qui ab omnibus habet teſtimonium; quærere ſi eſt ſuper eum is qui non eſt,& qui à nemine vnquam adnunciatus eſt. Quoniam enim [2] manifeſtè nihil] dictum eſt de eo,& ipſi teſtimonium perhibent. [3] Quia autem [parabolas,] quæ quæruntur & ipſæ quomodo dictæ ſint, malè ad eum qui adinuentus eſt ab ipſis transfigurãtes, alium nunc qui ante nunquam quæſitus eſt,generant,manifeſtum eſt. Per hoc enim ꝙ velint ambiguas exoluere Scripturas,ambiguas autem non quaſi ad alterum Deum, ſed quaſi ad diſpoſitiones Dei, alterum Deum * prædicauerunt, (quemadmodum prædiximus) de arena reſticulas nectentes, & quæſtioni minori quæſtionem maiorem adgenerantes. [4] Omnis autem quæſtio, nõ per aliud quod quæritur habebit reſolutionẽ, nec ambiguitas per aliam ambiguitatem ſoluetur,apud eos qui ſenſum habent, aut ænigmata per aliud [maius] ænigma: ſed ea quæ ſunt talia, ex manifeſtis, & conſonantibus, & claris accipiunt abſolutiones. [5] Hi autẽ bis quærentes exoluere Scripturas & parabolas,alteram maiorem & impiam quæſtionem introducunt, ſiquidem ſuper mundi fabricatorem Deum,quòd alius ſit Deus,non exoluentes quæſtiones, (vnde enim?) ſed

D
Lib. 1. c. 1. Vide Annot.
* fabricauerunt.



A ſed minori quæſtioni magnam quæſtionem adnectentes, & nodum inſolubilem * inferentes. Vt enim ſciant hoc ipſum ſcire,quòd vtique triginta annorum Dominus venit ad Baptiſmum veritatis, hoc non diſcentes, ipſum Deum fabricatorem, qui miſit eum ad ſalutem hominum, impiè contemnunt: & vt putentur poſſe enarrare vnde ſubſtantia materiæ, non credentes quoniam Deus ex his quæ non erant, quemadmodum voluit,ea quæ facta ſunt vt eſſent omnia, fecit [6] ſua voluntate & virtute ſubſtantia vſus,ſermones * varios collegerunt, verè oſtendentes ſuam * infirmitatem. Quoniã quidem his quæ ſunt,non credunt: in id quod non eſt,ceciderunt.

* inferẽtes.
Luc. 3. 23.
* vanos
* infidelitatem.

[7] Quod enim dicunt ex lacrymis Achamoth, humectam prodiſſe ſubſtantiam, à riſu autem lucidam,à triſtitia autem ſolidam, & à timore mobilem, & in his altum ſapere, & inflatum eſſe, quomodo hæc non digna irriſione,] & verè ridicula? qui non credunt quidem,quoniam ipſam materiam,cùm ſit potens & diues in omnibus Deus, creauit: neſcientes quantum poteſt ſpiritalis & diuina ſubſtantia, credentes autem quoniam Mater ipſorum,quam fœminam à fœmina vocant,à prædictis paſſionibus emiſit tantam conditionis materiam: * exquirentes quidem vnde ſuppeditauit fabricatori conditionis ſubſtantia; non quærentes autem vnde matri ipſorum, quam Enthymeſin & impetum Aeonis errantis dicunt,lacrymas tantas aut ſudores, aut triſtitias,aut reliqua materiæ emiſſio.

Lib. 1. cap. 1.
* & quærentes.
B

ANNOTATIONES.

1. Et qui dicunt ſemetipſos] *Rectè colligit ex ſuperioribus opiniones iſtorum, ſua abſurditate & impietate Ethnicorum paradoxa ſuperare, quantumuis omnia ſe noſſe venditarent: quoniam ſupra verum Deum, alius quærendus non eſt, nec eius opera alium oſtendunt: quicquid de Achamoth ſomniarent.*

2. Manifeſtè nihil] *Deleuimus* Manifeſtum eſt: *vt mox* parabolas, *pro* parabolæ: *& paulò infra* maius *pro* magis *repoſuimus.*

C

3. Quia autem parabolas] *Vult probationes Gnoſticorum ſumptas à parabolis de oue errante, operarijs, drachma perdita, fermento abſcondito, & alijs parabolis euangelicis, de quibus libr. 1. cap. 1. 13. 15. & 17. nullius eſſe ponderis, cùm poſſint in multos & contrarios ſenſus torqueri: ac ideo in contentionibus non debeant adduci, quãdoquidem non ſint certæ veritatis regulæ, vt cap. 46. huius libri apertius dicitur. Plurimum igitur abeſt, vt ex his efficere poſſint, ſupra Creatorem alium deum quærendum eſſe.*

4. Omnis autem quæſtio] *Id retundit quod importunè vrgebant,* Quærite, & inuenietis: *vt alium Deum à vero & Creatore inueſtigandum ſuaderent: de quo dicetur cap. 18. huius libri.*

5. Hi autem] *Initium eſt capitis 11. in vet. cod. in quo aduerbium* bis *deſideratur, præfixam epigraphen eandẽ habet, quæ paulò poſt.*

6. Sua voluntate & virtute ſubſtantia vſus] *Græcè,* τῇ οἰκείᾳ βουλήσει καὶ δυνάμει χρησάμενος, *id eſt, ſola ſua voluntate ac potentia procreatis omnibus rebus.*

7. Quod enim dicunt] *Cõtendit figmenta eorum de Achamoth matre, & productione materiæ, potius ſubſannanda & exſibilanda eſſe, quàm grauiori diſputatione refellenda: quando conſtat cuncta ab vno & vero Deo condita eſſe.*

## *QVONIAM SVBSTANTIAM MATERIÆ Labi adiungere non conſtat; voluntate autem & virtute Dei conſtat, & fidem habet.*

### CAPVT XI.

A [1] Ttribuere enim ſubſtantiam eorum quæ facta ſunt, virtuti & voluntati eius qui eſt omnium Deus, & credibile,& acceptabile,& conſtãs, & in hoc bene * diceretur: quoniam quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum. [2] Quoniam homines quidem de nihilo non poſſunt aliquid facere, ſed de materia ſubiacenti: Deus autem, quàm homines [hoc primò] melior, eo quòd materiam fabricationis ſuæ cùm antè non eſſet, ipſe adinuenit. Dicere autem de Enthymeſi AEonis errantis prolatam materiam, & longè quidem AEonẽ ab Enthymeſi eius ſeparatam, & huius rurſus paſſionẽ & affectionem extra ipſam quidem eius eſſe materiam; & incredibile,& fatuum,& impoſſibile,& incõſtans: & non credentes quidem quoniam hic qui eſt ſuper omnia Deus, in his quæ ſunt eius, varia & diſſimilia verbo fabricauit, quemadmodum ipſe voluit, cùm ſit omnium fabricator, vt ſapiens architectus, & maximus rex.

D
* dicetur.
Matt. 19. 26.

ANNOTATIONES.

1. Attribuere enim] *Materiam illam ex qua cuncta efformata fuerunt, Deum etiam creaſſe contendit contra eos, qui vel ex Achamoth prodijſſe putabant, vt Gnoſtici. vel Deo coæternam, vt Hermogenes: quem vnico libro poſt Irenæum, mirè exagitauit & protriuit Tertullianus. Idem Marcioni quoque acerrimum bellum indixit,*

A

*dixit, quòd vnà cum Valentinianis, materiam nunquam natam opinaretur, libr. Præſcript. & lib. 5. contra Mar. Eundem errorem poſtmodum ab orco reuocaſſe Seleucianos, & Hermianos Auguſtinus teſtis eſt lib. de hæreſ.*

2. Quoniam homines] *Lactantius lib. 2. cap. 9. refutat Ciceronem & alios dicentes Deum nihil efficere poſſe, niſi ex ſubiecta & parata materia: inſuper, non eſſe probabile, materiam rerum à Deo factam: eo quod ſic omnipotentem Deum ad imbecillitatem hominum redigerent, nihil aliud quàm opificium ei concedentes. Iureque damnat hanc eorum comparationem: Vt faber cùm quid ædificaturus eſt, nõ ipſe facit materiam, ſed vtitur ea quæ ſit parata, fictorque item cera: &c.* Imò verò (*reſpondet Lactantius*) non oportuit. Erit enim Deus minoris poteſtatis, ſi ex parato facit quod eſt hominis. &c. *Cæterùm, materiã primam & informem ex qua cætera poſtea condita ſunt, etiã Deum ab initio rerum creaſſe, poſt Irenæum teſtificantur Athanaſ. lib. de incarnatione Verbi, & Serm. 3. contra Arian. Euſebius lib. 7. de præparat. Euang. cap. 8. Ambroſius lib. 1. Hexæm. Nyſſenus lib. de opificio hominis, ca. 23. Aug. li. de Geneſi ad lit. cap. 14. lib. 20. contra Fauſtum, cap. 14. & libr. 12. Confeſ. c. 4.*

## *CONTRADICTIONES HIS QVI ſunt à Valentino.*

### CAPVT XII.

B

[1] CRedentes autem quoniam Angeli, aut virtus aliqua ſeparata à Deo & ignorans eum, fecit hanc vniuerſitatem. Sic igitur & veritati non credentes, in mendacio autem [2] volutantes] perdiderunt panem vitæ veræ, in vacuum & in profundum vmbræ incidentes, [3] ſimiles AEſopi cani, ei qui panem quidem reliquit; in vmbram autem eius impetum fecit, & perdidit eſcam. Et ex ipſius autem Domini verbis facilè eſt oſtendere, confitentis vnum Patrem & * factorem mundi, & plaſmatorem hominis, qui à lege & prophetis annunciatus ſit, & alterum neſcientis, & hunc eſſe ſuper omnia Deum: * docentis autem & per ſe eam, quæ eſt ad Patrem adoptio filiorum, quæ eſt æterna vita omnibus iuſtis attribuentis. [4] Sed quoniam amant incuſare & ea quæ ſunt ſine calumnia, [5] vt] calumnioſi * concutiunt, multitudinem parabolarum & quæſtionum inferentes nobis, [6] bene hæc arbitrati ſumus primò interrogare eos è contrario de ſuis dogmatibus, & quod non eſt veriſimile ipſorum oſtendere, & temeritatem ipſorum excidere. Poſt deinde Domini ſermones * inſerere, vt non ſint tantùm ad proponendum * vacãtes: ſed propter hoc quòd non poſſint ad ea quæ interrogantur ratione reſpondere, diſſolutam ſuam videntes argumentationem, aut reuertentes ad veritatem, & ſemetipſos humiliantes, & ceſſantes à multifaria ſua phantaſia, placantes [Deum] de his quæ aduerſus eũ blaſphemauerũt, ſaluentur: aut ſi perſeuerarint in ea quæ præoccupauit animum ipſorum vana gloria, argumentationem ſuam immutent.

*fabricatorem *docentes autem *concutiuntur *inferre, *vocantes

C

### ANNOTATIONES.

1. Credentes autem] *Hîc Carpocratem & ſectatores præſertim refellit, qui, vt ſignauit lib. 1. cap. 24. mundum & cuncta quæ in eo ſunt, ab Angelis facta dicebant. Cæterùm, tametſi Epiphanius contra hæreſim Samoſateni diſputans, fateatur Scripturam nuſquam tempus indicare quo creati ſint Angeli: omnino tamen conſtat ex eadem creatos eſſe, non creatores: quoniã & Iob, & Dauid, & ſocij Danielis eos inter res creatas connumerant, & ad celebrandum Creatorem ſuum inuitant. Hinc & Lactantius ſcribit:* Deus multos genuit, operum ſuorum miniſtros, quos Græci Ἀγγέλους nominant, *&c. Libr. 2. cap. 9. Athanaſ. Serm. 3. contra Arianos de his quoque diſſerit.*

2. Volutantes] *Deleuimus* voluntatis, *auth. vet. cod. etſi ſic cum excuſis, habeat codex Vaticanus.*

3. Similes Aeſopi cani] *Hoc eodem apologo vtitur Epiphanius contra Cerdonianos:* Contigit (*inquit*) his canis prouerbiũ, qui vmbræ intentus non continuit quod habebat in ore, & in aquam intuẽs, & maiorem vmbram aquæ eſſe putans, quàm cibum quem in ore ferebat, aperto ore etiam eum quem habebat amiſit. Sic & hi, quum viam repererint, & vmbram aſſequi velint in ſuſpitione eorum obortam, non ſolum cibum, qui in ore ipſorum, vt ita dicam, erat ex Deo donatus, amiſerunt: ſed etiam perniciem ſibi ipſis attraxerunt. *Nos aduerſus huius temporis Gnoſticos illo etiã vti iure optimo poſſumus, qui vmbris, & metonymijs inhiantes, veri corporis Chriſti vſu excidunt. Nec iniuria Lutherus de huiuſmodi Sacramentarijs ſcripſit:* Satanas in mundo haud dubiè author eſt eis huius Sacramenti Euchariſtiæ labefactandi ac euertendi: contendens planè, epoto ouo, nobis tantùm relinquere putamina. Hoc eſt, Chriſti corpus & ſanguinem è pane & vino tollere, vt præter ſimplicem panem à piſtore confectum, nihil reliquum remaneat. *Tomo 7. Serm. de Euchar.*

D

4. Sed quoniam] *Principium eſt cap. 12. in vet. cod. cum argumento ibidem ſignato.*

5. Vt calumnioſi] *Prius erat* & calumnioſi. *Vaticanus codex:* & quæſtionem inferentes, *&c. paulò poſt legit.*

6. Bene hæc arbitrati ſumus] *Duobus argumentorum generibus illos vrgere conſtituit. Priore, crebris & acutis de ratione figmentorũ interrogationibus: quas cùm non poterint ſoluere, ad metam redargutionis cogantur; quod egregiè præſtat ſequentibus vſque ad 36. capitibus. Poſteriore, apertiſſimis firmiſſimisq; Scripturarum teſtimonijs, quibus poſtea pugnat.*

*QVO-*



A

## *QVOMODO IS SERMO QVI EST DE TRIAcontade illorum concidit in vtroque, & ſecundùm id quod plus eſt, & ſecundùm id quod minus.*

### CAPVT XIII.

[1] PRimò quidem de Triacõtade ipſorum ſic dicamus, vniuerſam eam vtrinque * concidere, & ſecundùm id quod minus habet, & ſecundùm id quod plus, propter * quod dicunt [2] triginta annorum Dominum ad Baptiſmum veniſſe. Hæc autem dicentes manifeſta erit vniuerſæ argumentationis ipſorum euerſio: & ſecundùm deminorationem quidem ſic. Primò quidem quoniam annumerant reliquis AEonibus Propatorem. Pater enim omnium * annumerari nõ debet cum reliqua emiſſione: qui nõ eſt emiſſus, cum ea quæ emiſſa eſt: & innatus, cum ea quę nata eſt: & quem nemo capit, cum ea quæ ab eo capitur, & propter hoc incapabilis: qui figuratus non eſt, cum ea quæ figurata eſt: ſecundùm enim id quod melior quàm reliqui, non debet cum eis annumerari; & hoc cum AEone paſſibili, & in errore conſtituto, qui eſt impaſſibilis, & non errans.

*mirè decidere *quam *connumerari

B

### ANNOTATIONES.

1. Primo quidem] *Conſentit cod. vet. in numero capitis huius & argumento. Porrò, oſtendit triginta annos ætatis Domini nullo modo patrocinari fictioni illorum de Triacontade, id eſt, triginta Aeonibus, quam deſcripſit libr. 1. cap. 1. & 14. Superſtitioſam hanc numerorum applicationem ex Pythagoricis excerptam tradit infra cap. 19. Tertullianus iſta deliramenta ita ſuo more irridet.* Hoc erit Pleroma illud AEonum diuinitatis tricenariæ plenitudo. Interim in tricenario fœcunditas tota deficit; caſtrata eſt vis, & poteſtas, & libido genitalis AEonum, quaſi non & numerorum tanta adhuc coagula ſupereſſent, & nulla alia de pædagogio nomina. Quare enim non & quinquaginta, & centum procreantur? &c.

*Lib. contra Valent.*

2. Triginta annorum] *Hoc argumentum Gnoſticorum ita conuellit Cyrillus Ieroſolym.* Aſpice nugas & deliria commentorum. Vnde habes probationem triginta ſæculorum? Cùm, inquit Valent. ſcriptum ſit, quòd IESVS baptizatus ſit tanquam annorum triginta. Et qualis eſt hæc demonſtratio? Nunquid igitur, quia quinque panes diuiſit in quinque millia, quinque ſunt dij? Quia duodecim habuit diſcipulos, duodecim debent eſſe dij? *&c, Catecheſi 6.*

C

## *QVONIAM IMPOSSIBILE EST SEPARATAS eſſe ab inuicem eas quæ infra plenitudinem dicuntur coniugationes: adunitis autem ijs, impoſſibile eſt Sophiam ſine coniuge aſſumpſiſſe Labem, aut etiam generaſſe aliquid.*

### CAPVT XIV.

[1] QVoniam enim à Bytho inchoantes, triacontada enumerant vſque ad Sophiam, quam AEonem errantem dicunt, oſtendimus in eo libro qui eſt ante hunc librum, & quæ dicũt nomina ipſorum poſuimus: [2] hoc autem non annumerato, iam non ſunt xxx. ſecundùm eos emiſſiones AEonum, [3] ſed xx. & [nouẽ] fiunt. Pòſt deinde primam emiſſionem Ennoiam, quam Sigen vocantes, [4] ex qua rurſum [Nun] & Alethiam emiſſos dicũt: [5] in [vtriſque exorbitant.] Impoſſibile eſt enim Ennœan alicuius, aut Silentium ſeparatim intelligi, & extra eum emiſſum propriam habere figurationem. Si autem non dicent eſſe emiſſam illam extra, ſed adunatam Propatori; vt quid cum reliquis AEonibus annumerant eam his qui non ſunt adunati, & propter hoc ignorant magnitudinem eius? Si autem & vnita eſt, conſideremus & hoc: neceſſitas eſt omnis ab vnita] cõiugatione, & inſeparabili, & vna exiſtente, indiſcretam, & vnitam eam quæ ex ea eſt emiſſionem fieri, vt non diſsimilis ſit ab eo qui emiſit.

*Libr. 1. cap. 1.*

D

[6] Hoc autem ſe ſic habente, vnum & idem fiet, quemadmodum Bythus & Sige, ſic & Nus, & Alethia ſemper adhærentes inuicem, & quòd non poſsit alterum ſine altero intelligi: quemadmodum neque aqua ſine humectatione, neque ignis ſine calore, neque lapis ſine duritia: vnita ſunt enim inuicem hæc: [&] alterum ab altero ſeparari non poteſt, ſed ſemper coexiſtere ei. Sic & Bythum cum Ennœa adunitum eſſe oportet, & Nun cum Alethia, eodem modo rurſus & Logos & Zoe ab vnitis emiſſi, vnitos eſſe,

& vnum

& vnum eſſe debent. Secundùm hæc autē, & Homo & Eccleſia, & vniuerſa reliquorum A AEonum coniugationis emiſsio, vnita eſſe debet, & ſemper coexiſtere alterum ab altero. Fœminam enim AEonum pariter eſſe oportet cum maſculo ſecundùm eos, cùm ſit velut affectio eius. Et hæc cùm ita ſe habeant,[7] & cùm hæc dicantur ab ipſis, [rurſus] impudoratè audent docere iuniorem duodecadis AEonem, quem & Sophiam appellant, ſine permixtione coniugis, quem Teletum vocant, paſſam eſſe paſsionem, & ſeparatim ſine eo fructum generaſſe, quem & fœminam à fœmina nominant, in tantùm dementiæ progreſsi, ita vt manifeſtiſsimè duas contrarias de eodem ſententias cenſeant. Si enim Bythus adunitus eſt cum Sige, [&] Nus cum Alethia, & Logos cum Zoe, & reliqui deinceps, quemadmodum poterat Sophia ſine coniugis perplexione pati aliquid, vel generare? Si autem hæc ſine [illo] paſſa; neceſſe eſt & reliquas coniugationes abſceſsionem & ſeparationem à ſemetipſis accipere: quod eſt impoſsibile, ſicut prædiximus. Impoſsibile eſt ergo & Sophiam paſſam eſſe ſine Teleto: & ſoluta eſt ipſorum rurſus omnis argumentatio.

## ANNOTATIONES.

B

1. Quoniam enim ] *Hoc & proximo capite diſſoluit fabulas de triacontade, coniugationibus, & Sophia, quas libro 1. capit. 1. recitauerat. Inſuper & nugas de Ennœa, ſiue Siges emiſsione; quod perinde impoſsibile ſit cogitationem, & ſilentium per ſe conſiſtere, atque ſine humectatione aquam, aut duritia lapidem.*

2. Hoc autem non enumerato ] *Sophiæ vigeſimum locum tribuunt in ea Aeonum enumeratione, quæ capite 1. adumbratur. Poſtea dicunt eam aberraſſe ab illa Plenitudine, quæ Pleroma vocatur: aut igitur incompletum eſt Pleroma tricenarium, aut Sophia non aberrauit.*

3. Sed xx. & nouem ] *Codices excuſi habebant,* xx & viij.

4 Ex qua rurſum Nun & Alethiam ] *Nun noſtro iudicio adijcimus, quandoquidem ſic confecta eſt ab illis ſecunda coniugatio; & paulò poſt Irenæus vtrumque copulat. Hanc autem emiſsionem probat impoſsibilem, ex eo quod Siges, id eſt, ſilentij nulla ſit actio: mentis autem operationes ſint immanentes. Paulò poſt legimus,* ab vnita, *pro,* adunita, *authoritate veter. codic.*

5. Vtriſque exorbitant] *Deleuimus* vtriuſque exorbitent.

6. Hoc autem ſic ſe habente ] *Probat emiſsiones Aeonum indiſcretas eſſe, quandoquidem duos Aeones ſibi perpetuò affirment cohærere.*

7. Et cùm hæc dicantur ] *Capitis decimi quarti initium eſt in veteri codice cum epigraphe ea, quæ paulò ante habetur, & aliquanto meo iudicio commodius.*

## *QVONIAM IN EODEM PLEROmate non poterat Verbum & Silentium eſſe.* C

## CAPVT XV.

D[1] E paſſione enim quam ſine complexione coniugis paſſam eam dicunt, [2] iterum [reliquam] vniuerſam velut tragœdiæ compoſitionem affinxerunt. Si autem impudoratè & reliquas coniugationes diſiunctas ab inuicem dixerint eſſe ſeparatas propter nouiſſimam coniugationem, vti non ſoluatur illorum vaniloquium: primò quidem impoſſibili inſiſtunt rei. Quemadmodum enim ſeparabunt Propatorem ab Ennœa eius, aut Nun ab Alethia, aut Logon à Zoe, & reliquos ſimiliter? Quemadmodum autem & ipſi ad vnitatem recurrere dicunt, & omnes vnum eſſe; ſiquidem hæ quæ ſunt intra Pleroma coniugationes, vnitatem non cuſtodiunt, ſed diſtantes ſunt ab inuicem, in tantum vti & patiantur, & generent ſine alterius complexu [3] quemadmodum gallinæ] ſine caponibus. D

[4] Poſt demùm & ſic ſoluetur illorum rurſum prima archegonos Ogdoas. Erunt enim ſpecialiter in eodem Pleromate Bythus & Sige, Nus & Alethia, Logos & Zoe, Anthropos & Eccleſia. Impoſſibile eſt autem Logo præſente Sigen eſſe, aut iterum Sige præſente Logon oſtendi. Hęc enim conſumptibilia ſunt inuicem, quemadmodum lumen & tenebræ in eodem nequaquam erunt, ſed ſi quidem lumen ſit, non ſunt tenebræ: vbi autem tenebræ ſunt, non erit lumen: veniente enim lumine, ſolutæ ſunt tenebræ. Sic vbi eſt Sige, non erit Logos; & vbi Logos, non vtique eſt Sige. [5] Si autem Endiatheton Logon dixerint, Endiathetos erit & Sige; & nihilominus ſoluetur ab Endiatheto Logo. Quoniam autem non eſt Endiathetos, ipſa hæc ordinatio ipſorum [6] emiſſiones] ſignificat. Iam igitur non dicant primam & principalem Ogdoaden ex Logo & Sige conſtare, ſed aut Sigen aut Logon refutent, & ſoluta eſt illorum [prima & principalis] Ogdoas. Si enim vnitas coniugationes dixerint, ſoluta eſt eorum vniuerſa argumentatio. Quomodo enim vnitis eis, Sophia ſine coniuge Labem generauit? Si autem ſicut in



A ſicut in emiſſione vnumquemque ex AEonibus propriam ſubſtantiam habere dicent; quemadmodum in eodem oſtendi poteſt Sige & Logos? Et hæc quidem ſecundùm diminutionem.

[7] Secundùm autem id quod plus eſt, rurſus ſoluitur triacontas ipſorum ſic. [8] Emiſſum enim à Monogene dicunt ſicut & reliquos AEonas, Horon, quem plurimis nominibus vocant, ſicut prædiximus in eo qui ante hunc eſt liber. Hunc autem Horon quidam quidem à Monogene emiſſum dicunt, alij verò ab ipſo Propatore in ſimilitudine ſua: adhuc etiam emiſſionem dicunt factam à Monogene Chriſto, & Spiritu ſancto: & hos non annumerant ad numerum Pleromatis; ſed neq; Saluatorem, quem etiam totum eſſe dicunt. [9] Hoc enim manifeſtum eſt & cæco, quoniam non ſolùm triginta emiſſiones ſecundùm illos emiſſæ ſunt, ſed quatuor cum iſtis x x x. Ipſum enim Propatorem annumerant in Pleroma, & eos qui ex ſucceſſione ab inuicem emiſſi ſunt, quod iſti non annumerabuntur illis in eodem Pleromate exiſtentes, qui adepti ſunt eandem emiſſionem. Quam enim & dicere poſſunt iuſtam cauſam, ob quam non annumerant cum reliquis AEonibus, neque CHRISTVM, quem volente patre à B Monogene dicunt eſſe emiſſum, neque Spiritum ſanctum, neque Horon, quem & Sotera dicunt; ſed neque ipſum Saluatorem qui venit ad auxilium, & formationem matris ipſorum? Vtrum quaſi ſint iſti * infimiores illorum, & ideo indignos eſſe Aeonum appellatione & numero: aut quaſi meliores ſint & differentes? Sed infimi quidem quomodo fient; qui etiam in fixionem & emendationem reliquorum emiſſi ſunt? Meliores autem rurſus prima & principali tetrade eſſe non poſſunt, à qua & emiſſi ſunt: & illa enim annumerantur in prædictum numerū. Oportuerat autem & iſtos annumerari in Pleromate AEonum: aut & illorum AEonum honorem huiuſmodi appellationis auferri. Cùm ergo [ſit] ſoluta illorum triacontas, ſicut oſtendimus, & ſecundùm id quod minus eſt, & ſecundùm id quod plus eſt: in tali enim numero [10] ſi plus] fuerit, aut minus, reprobabilem faciet numerum, quanto magis tanta? Inſtabilis igitur ea quæ [eſt] de Ogdoade ipſorum, & de duodecade fabula. Inſtabilis autem & vniuerſa illorum regula, ipſo firmamento ipſorum diſſipato; & in Bythum, hoc eſt, in id quod non eſt, diſſoluto. [11] Quærant igitur iam amodò alias cauſas oſtendere, quare x x x. annorum Dominus ad Baptiſmum venerit; & duodecadis Apoſtolorum; & eius quæ eſt ſanguinis profluuium paſſa; & reliquorum quæcunque vanè laborantes deC lirant.

*infirmiores

## ANNOTATIONES.

1. De paſſione enim] *Probat coniugationes illas triginta Aeonum diſiunctas non eſſe, quia ſeiungi non poteſt Cogitatio à Propatore, nec Mens à Veritate, nec Verbum à Vita. Primigeniam octonationem, & Duodecadem, & Triacontadem rurſus expugnat.*

2. Iterum reliquam ] *Expunximus* derelinquam.

3. Quemadmodum gallinę] *Tertullianus iſtiuſmodi aniles fabulas irriſione pari excipit:* Sophia, *inquit,* in mœrore ex ſemetipſa ſola, nulla opera coniugij concepit, & procreat fœminam. Miraris hæc? & gallina ſortita eſt de ſuo parere, ſed & vultures fœminas tantùm parere aiunt, & tamen ſine maſculo mater. *Addere potuiſſet equas vento concipere in Cappadocia, vt tradit Auguſtinus: & in Hiſpania ad Tagum amnem, ſi vera ſcribunt Homerus, Varro, Columella, Plinius, & Iuſtinus. Repoſuimus autem* Gallinæ, *pro* gallina.

Lib. Contra Valent.

D Libr. 21. de ciuit. cap 5.

4. Poſt demum] *Oſtendit incompoſſibiles ac incompatibiles prorſus eſſe Aeones Octonarij in eodem Pleromate: quoniam Sermo & Silentium ſimul ſtare non poſſunt: ſicut lumen & tenebræ ſimul eſſe nequeunt.*

5. Si autē Endiatheton Logon ] *Billius Græcè:* ἂν δὲ ἐνδιάθετον λόγον εἴπωσιν *.i.* Si autē intus conditum Sermonem dixerint. Ενδιαθέτῳ λόγῳ *Græci opponunt* προσφορικὸν, *hoc eſt, vt cap. 16. vertit interpres,* emiſſibile verbum; *vel vt capit. 49.* emiſſionis verbum: *vel denique, vt capit. 16.* Prolatiuum. *& cæt. vult ergo Irenæus etiam Sigen internam eſſe, ſi Logos ſit interior: & ea propter neutrum poſſe dici emiſſum.*

6. Emiſſiones] *Expunximus* emiſſionis.

7. Secundum autem id] *Oſtendit plures quàm triginta Aeones numerandos eſſe, ſi veræ ſunt ab eis ordinatæ coniugationes. Etenim ſi Monogenes emiſit Horum: poſtea quoque Chriſtus & Spiritus ſanctus & Sother prodierunt; iam ſunt 34. AEones in Pleromate, non 30. ſolùm.*

8. Emiſſum enim ] *Initium eſt cap. 15. in vet. cod. cum argumento ſuprapoſito: quæ autem hîc refellit, habentur lib. 1. cap. 1.*

9. Hoc enim manifeſtum ] *Prouerbialis hyperbole, ſacris & prophanis ſcriptoribus frequentiſſima, qua rem apertiſſimam & omnibus euidentiſſimam ſignificant. Euſebius contra Hieroclem,* ἀλλὰ γὰρ καὶ τυφλῷ φασὶ δῆλον. Sed etiam vel cæco perſpicuum aiunt eſſe. *Vtuntur quoque eadem Plato in Sophiſta, Homerus Odyſſ. octaua. Quintil. libro duodecimo, Eraſm. in Chiliad.*

10. Si plus fuerit] *Codices excuſi habebant,* ipſius fuerit.

11. Quærant igitur] *Caput 16. hîc ſignatur in veter. codic. cum proximo argumento, ſed minus commodè.*

QVO-

## QVOMODO NVLLIVS MOMENTI OSTENditur primus ordo emiſsionis ipſorum. A

### CAPVT XVI.

E [1] T ipſum quidem primum ordinem emiſſionis ipſorum reprobabilem eſſe ſic oſtendimus. Emiſſum enim dicunt de Bytho & huius Ennœa, Nun & Alethian, quod quidem contrarium oſtenditur. [2] Nus enim eſt ipſum quod eſt principale, & ſummum, & velut principium, [3] & fons vniuerſi ſenſus.] Ennoia autem quæ ab hoc eſt, qualiſlibet & de quolibet facta motio. [4] Non capit igitur ex Bytho & Ennoia emiſſum eſſe Nun: veriſimilius enim erat dicere eos, de Propatore, & de hoc Nu emiſſam eſſe filiam Ennoiam. Non enim Ennoia mater eſt Noos, ſicut dicunt: [ſed] Nus pater ſit Ennoiæ. Quemadmodum autem & emiſſus eſt Nus à Propatore, qui principalem, & primum eius, quæ eſt intus abſconditæ & inuiſibilis affectionis locum continet, à qua ſenſus generatur, & Ennoia, & Enthymeſis, & alia quæ non alia ſunt præter Nun; ſed illius ipſius, quemadmodum prædiximus, de aliquo [5] in cogitatu] diſpoſitæ qualiſlibet motionis ſecundùm B perſeuerationem & augmentum, non ſecundùm immutationem vocabula accipientis, & in cognitionem conterminatæ, & in verbum coemiſſæ [ſenſu manente] intus & condente, & adminiſtrante, & gubernante liberè, & ex ſua poteſtate, quemadmodum & vult, quæ prædicta ſunt. [6] Prima enim motio eius de aliquo, Ennoia appellatur; perſeuerans autem & aucta, & vniuerſam apprehendens animam, Enthymeſis vocatur.

[7] Hæc autem Enthymeſis multum temporis faciens in eodem, & velut probata [ſenſatio] nominatur. Hæc autem ſenſatio in multum dilatata, conſilium facta eſt; augmentum autem & motus in multum dilatatus, conſilij, cogitationis examinatio, quæ etiam in mente perſeuerans, verbum rectiſsimè appellabitur; ex quo emiſsibile emittitur verbum. Vnum autem & idem eſt omnia quæ prædicta ſunt, à Noque initium accipientia, & ſecum augmentum aſſumentia appellationis. Quemadmodum & corpus hominis aliquando quidem nouellum, aliquando quidem virile, aliquando autem ſenile, ſecundùm augmentum & perſeuerantiam accepit appellationes: ſed non ſecun- C dùm ſubſtantiæ demutationem, non ſecundùm corporis amiſſionem: ſic & illa. De quo enim quis contemplatur, de eo [&] cogitat: & de quo cogitat, de hoc & ſapit: [de quo autem & ſapit,] de hoc & conſiliatur: & quod conſiliatur, hoc & animo tractat: & quod animo tractat, hoc & loquitur. Hæc autem omnia quemadmodum diximus, Nus gubernat, cùm ſit ipſe inuiſibilis, & à ſemetipſo, per ea quæ prædicta ſunt, ſicut per radium emittens verbum, ſed non ipſe ab alio emittitur.

[8] Et hæc quidem in hominibus capit dici [cùm ſint] compoſiti natura, & ex corpore & anima [ſubſiſtentes:] qui autem dicunt ex Deo emiſſam eſſe Ennœam, & ex Ennœa Nun, deinceps ex ijs Logon, primò quidem arguendi ſunt impropriè emiſſionibus vſi; pòſt deinde hominum affectiones, & paſſiones, & intentiones mentis deſcribentes: [9] Deum] autem ignorantes, [qui] quidem ea quæ obueniunt hominibus ad loquendum ei,] applicant omnium [Patri,] quem etiam ignotum omnibus dicunt, negantes quidem ipſum mundum feciſſe, vt ne quidem puſillus putetur: hominum autem affectiones & paſſiones donantes.

[10] Si autem Scripturas cognouiſſent, & à veritate docti eſſent, ſcirent vtiq; quoniam

Iſaiæ 58.8. non * ſit Deus, quemadmodum homines; & non ſic cogitationes eius, quomodo cogi- *ſic D

tationes hominum. Multùm enim diſtat omnium Pater ab his quæ proueniunt hominibus affectionibus & paſſionibus: [11] & ſimplex, & non compoſitus, & ſimilimembrius, & totus ipſe ſibimetipſi ſimilis, & æqualis eſt totus, [12] cùm ſit ſenſus & totus ſpiritus, & totus ſenſu habilitas, & totus Ennœa, & totus ratio, & totus auditus, & totus oculus, & totus lumen, & totus fons omnium bonorum, quemadmodum adeſt religioſis ac pijs dicere de Deo. Eſt autem & ſuper hæc, & propter hæc inenarrabilis. Senſus enim capax omnium bene & rectè dicetur, ſed non ſimilis hominum ſenſui: & lumen rectiſſimè dicetur, ſed [in his] nihil ſimile ei, quod eſt ſecundùm nos lumini. [13] Si autem [&] in reliquis [omnibus] nulli ſimilis erit omnium Pater hominum puſillitati: & dicitur quidem ſecundùm hęc propter dilectionem, ſentitur autem ſuper hæc ſecũdùm magnitudinem. Si igitur & in hominibus ipſe quidem ſenſus non emittitur, neq; ſeparatur [14] à viuo is] qui emittit reliqua, [motiones] autem eius & affectus perueniunt ad manifeſtum; multò magis Dei, qui totus ſenſus eſt, ipſe à ſemetipſo nequaquam ſeparabitur, neque quaſi ab alio aliud emittitur.

Quid pijs de Deo ſentiendum.

ANNO-



A

### ANNOTATIONES.

1. Et ipſum quidem] *Euincit vanam commentationem eſſe, quod Profundum & Cogitatio Mentem produxerint: cùm ipſa cogitatio quantumuis latens & abdita, potius à mente emittatur: ſicut & Enthymeſis, quam Intentionem alibi & Conſilium vocat, aliæque animi affectiones. Impium deinde oſtẽdit, hominum affectus, motus & perturbationẽs Deo adſcribere. Idem facit Lactantius lib. de Ira Dei, cap. 15. & 16. quod & antea præſtiterat author Reſponſionum ad quæſtiones Orthodoxorum, apud Iuſtinum martyrem, quæſt. trigeſima ſexta, & quinquageſima prima.*

2. Nus enim eſt ipſum] *Tertullianus libro de anima, Cap. Non ſeparari animus & animum, de Nu ſeu Mente, ait:* Nũς apud Græcos, non aliud quid intelligimus, quàm ſuggeſtum animæ ingenitum & inſitum & natiuitùs, proprium quo agit, quo ſapit, &c. (Cap. 12.) B

3. Et fons vniuerſi ſenſus] *Codices excuſi,* & fons vniuerſis.

4. Non capit igitur] *Græca phraſis, qua non rarò vtitur, vt paulò poſt:* Et hæc quidem in hominibus capit dici. *Crebrò quoq; qui extra controuerſiam Latinè ſcripſit Tertullianus, verbum* ἐνδέχεται, *ſic imitatur, vt lib. de Reſurrectione car. lib. 1. 3. & 5. contra Marcionem:* Corpus animale capit dici, *id eſt, recipit hanc nomenclaturam, dignum eſt hoc nomine.*

5. Incogitatu] *Deleuimus* incogitatè, *vt mox* ſenſu manente, *pro* ſenſum à mente, *repoſuimus.*

6. Prima enim motio] *Initium eſt cap. 17. in veteri cod. cum epigraphe ſequenti.*

7. Hæc eſt autem Enthymeſis] *Docet porrò Enthymeſin ſeu Cogitationem ac inuentionem, cum penè eadem ſit cum Ennoea, id eſt, ſenſatione & conſilio; & à Nu, id eſt, mente producatur, extra plenitudinem non emitti. Igitur ſtare non poſſunt tam variæ Aeonum emiſſiones.* C

8. Et hæc quidem] *Variæ animorum affectiones, prolationesque ſucceſſiuæ & alternantes rectè & verè aſſirmantur de hominibus: Deum his obnoxium confingere, nefas.*

9. Deum autem] *Codices excuſi,* Deinde autem, *& paulò poſt* patrem *deleuimus, &* patri *repoſuimus.*

10. Si autem Scripturas] *Locus inſignis, quo docet paſſiones humanas in Deum non cadere: ac proinde Gnoſticos turpiter hallucinari cùm his eum ſubijciunt. In hanc rem legatur Cyrillus Ieroſol. Catecheſ. 8.*

11. Et ſimplex] *aſſirmat Deum eſſe omnino ſimplicem, id eſt, omni compoſitione, ſiue ex materia & forma, ſiue ex genere & differentia, ſiue ex ente modis & paſſionibus eius, ſiue ex ſubiecto & accidente: hoc eſt, tam phyſica quàm metaphyſica carere: quod poſt Irenæum latius confirmant Clemens Alexand. lib. 1. pædagogi, cap. 8. Origenes lib. 7. contra Celſum: Auguſtin. lib. 6. de Trinitat. cap. 6. & 7. & Scholaſtici omnes. Porrò* Ὁμιόκωλον ſimilimembrium *reddit pari tralatione, qua Paulus dicitur,* ſeminiuerbius: *Deus enim membra alterius à ſeipſo rationis & formæ non habet.*

12. Cùm ſit ſenſus] *Hanc ſententiam frequenter inculcat, infrà cap. 18. & 47. huius libri: & lib. 3. cap. 8. & lib. 4. cap. 6. Indicat verò ea quæ enumerat, non eſſe facultates, aut ab eiſdem productas affectiones quaſdam à natura Dei alienas, quemadmodum in creatis rebus. Rectè igitur poſt Irenæum, 8. de Ciuitat. Dei Auguſtinus:* Deo non aliud eſt eſſe, aliud viuere: nec aliud illi eſt viuere, aliud intelligere: nec aliud intelligere, aliud beatum eſſe: ſed quod eſt illi viuere, intelligere, beatũ eſſe: hoc eſt illi eſſe. *Et lib. 11.* Deus Pater qui genuit ſimplex eſt: & Filius qui genitus eſt, pariter ſimplex eſt: & hoc eſt illud de quo genitus eſt: ſed ideò ſimplex dicitur, quoniam quod habet, hoc eſt. (Cap. 6.) (Cap. 10.)

13. Si autem & in reliquis omnibus] *Ita vet. cod. deleuimus itaque. Et* hominibus.

14. A viuo is] *Expunximus* animus: *& mox* motiones *pro* animationes *reſtituimus.*

## QVONIAM SENSVS NON POTVISSET emitti, quia ipſe emittebat reliqua.

### CAPVT XVII.

S [1] I enim ſenſum emiſit, ipſe qui emiſit ſenſum ſecundùm eos compoſitus & corporalis intelligitur, vt ſit ſeparatim quidem qui emiſit, Deus: ſeparatim autem qui emiſſus eſt, ſenſus. Si autem de ſenſu ſenſum dicant emiſſum, præcidunt ſenſum Dei & partiuntur. Quo autem, & vnde emiſſus eſt? Quod e-

D nim ab aliquo emittitur, in aliquod ſubiectum emittitur. Quid autem ſubiacebat [antiquius,] quàm ſenſus Dei, in quo emiſſum dicunt eum? Quantus autem & erat locus, vt ſuſciperet & caperet Dei ſenſum? Si autem, quemadmodum à Sole radium dicunt, ſicut ſubiacet aër hic ſuſceptor; & antiquior erit, quàm ipſe radius, & illic oſtendant ſubiacens aliquid in quo emiſſus eſt ſenſus Dei, capabile eius & antiquius: pòſt oportebit, quemadmodum Solem minorem eſſe quem omnia videmus longè à ſemetipſo [2] emittentem] radios, ſic & Propatorem dicere extra [&] longè à ſemetipſo emiſiſſe radiũ. Quidnam autem extra aut longè ſentiri à Deo poteſt, in quod radium emiſit?

[3] Si autem non emiſſum extra Patrem illum [dicant,] ſed in ipſo Patre; primò quidem ſuperfluum erit etiam dicere emiſſum eſſe eum. Quemadmodum enim [emiſſus eſt, ſi intra Patrem erat? Emiſſio enim] eſt eius, quod emittitur, extra emittentem manifeſtatio. Poſt deinde hæc emiſſio, & is qui ab eo Logos erit intra Patrem, ſimiliter autem & reliquæ Logi emiſſiones [dicuntur.] [4] Iam igitur non ignorabunt] Patrem, cùm intra eum ſint; nec ſecundùm deſcenſionem emiſſionum quis cognoſcet eum, vndique omnes [à] Patre æqualiter circundati: ſed & impaſſibiles omnes ſimiliter perſeuerabunt,

Emiſſio quid.

ſeuerabunt, cùm ſint in paternis viſceribus, & in] deminoratione nemo ipſorum erit. A
Non enim eſt deminoratio Pater, niſi fortè, velut in circulo magno minor continetur circulus, & intra hunc rurſus alter minor: aut velut ſpheræ ſimilitudine,] aut tetragoni Patrem dicant intra ſe vndique continere ſpheræ ſimilitudinem, vel quadratam reliquam AEonum emiſſionem, vnoquoque illorum circundato, ab eo qui eſt ſuper eum maior; & circundante eum, qui poſt ſe eſt minorem; & propter hoc minorem & vltimum omnium in medio conſtitutum, & multum à Patre ſeparatum, ignoraſſe Propatorem. Si autem hæc dixerint, in figura & circunſcriptione concludent Bythum ipſorum, & circundantem, & circundatum: cogentur enim & extra illum confiteri eſſe aliquid, quod circundet eum. Et nihilominus in immenſum, de his qui continent & continentur incidet] ſermo: & corpora incluſa eſſe, & omnes manifeſtè apparebunt: adhuc etiam aut vacuum eſſe eum confitebũtur; aut omne quod eſt intra eum, omnes ſimiliter participabunt de Patre.

## ANNOTATIONES.

B

1. Si enim ſenſum] Προβολὰς *iſtas, id eſt, emiſſiones, proiectiones, vel productiones, quas recenſuerat initio capitis libri primi, Deo neutiquam conuenire oſtendit, cùm partitionibus non ſubiaceat: nec Logon ſeu Verbum emittat, quod à ſe diuulſione quadam naturæ ſeparetur. Sic & antea de Filio Dei docuerant ſanctiſſimi alij*
Ad Magneſ. *martyres. Ignatius:* ὅς, ἐςὶν αὐτοῦ λόγος, οὐ ῥητὸς, ἀλλ' οὐσιώδης, οὐ γάρ ἐςὶ λαλιᾶς ἐν ἄρθρου φώνημα, ἀλλ' ἐνεργείας θεϊκῆς οὐσία γεννητὴ. *id eſt,* Ille eſt ipſius (*Patris*) Verbum, non prolatum, ſed ſubſtantiale: nõ enim locutionis articulatę vox eſt, ſed diui-
Lib de Trin. næ efficaciæ ſubſtantia genita. *Iuſtinus:* Intelligimus Filium è Patre prognatum, ſicut lumen è lumine promicans. Nam hac imagine refertur & coëternitas, & eſſentiæ identitas, & paſſionis expers natiuitas. *Et paulò poſt,* Non enim deciſione, aut defluxu, aut diuiſione eluceſcit, ſed ex
Orat. contra Græcos. ipſa eſſentia ſine vlla paſſione procedit. *Et Tatianus eiuſdem non malus aliquando auditor.* Verbũ à Patre genitum profitetur, οὐ κατὰ ἀποκοπὴν, non per auulſionem, cùm genitorem nunquam relinquat. *Accedit Tertullianus contra Praxean:* Protulit Deus Sermonem, ſicut radix fructum, & fons fluuium, & ſol radium: nec frutex à radice, nec fluuius à fonte, nec radius à ſole diſcernitur, ſicut nec à Deo Sermo. *Origenem cum Valentinianis idem ſenſiſſe hac in re, quidam dudum voluerunt: at eos falſos eſſe multis eius allatis ſcriptis, dilucidè euincit Pamphilus martyr, aut potius Euſebius, in Apologia pro eodem. Innumera iſtiuſmodi Patrum teſtimonia, quibus cum Gnoſticis, recentiores Ariani conuincuntur, conſultò præterimus.*

2. Emittentem radios] *Deleuimus* emittente: *& paulò poſt* dicant *pro* dicent, *legendum propoſuimus ex vet. cod.*

3. Si autem non emiſſum] *Demonſtrat Logon non eſſe extra Patrem emiſſum, à definitione emiſſionis ſumpta ratiocinatione. Deinde, ſi intra Patrem emiſſus eſt, nec Patrem ignorare potuit, nec diminutionum paſſionibus ſubiacere: quod tamen ab illis affirmabatur. Porrò autem,* quemadmodum, *pro,* Quomodo, *vt aliàs frequentiſſimè vſurpat.*

C

4. Iam igitur] *Exordium eſt cap. 18. in veteri codice, quod commodius oſtendit argumentum affixum ſequenti capiti, cuius priores ſententiæ ab hoc ſeiungi non deberent, niſi duobus punctis. Cæterùm,* ignorabunt, *pro,* ignorabant: *& poſtea,* ſimilitudine, *pro,* ſimilitudinem: *denique,* incidet, *pro,* incidit, *vet. codic. authoritate legimus.*

## *QVID EST EMISSIO, ET QVONIAM hæ, quæ ab ijs dicuntur emiſſiones, hominibus congruunt magis quàm Deo.*

### CAPVT XVIII.

[1] QVemadmodum in aqua circulos ſi quis faciat; vel rotundas vel quadratas figuras, omnia hæc ſimiliter participabunt de aqua. Quemadmodum & quæ in aëre fabricabũtur, neceſſe eſt participare de aëre; & quæ in lumine, de lumine. Sic & qui ſunt intra eũ, omnes ſimiliter participabunt de Patre, ignorantia apud eos locum non habente. Vbi enim participatio Patris adimplentis? Si autem adimpleuit; illic & ignorantia non erit. Soluetur igitur ipſorum deminorationis opera, & materiæ emiſſio, & reliqua mundi fabricatio; quæ ex paſſione, & ignorantia volunt ſubſtantiam habuiſſe. Si autem vacuum illum confitebuntur, in maximam incidentes blaſphemiam, denegabunt id quod eſt ſpiritale eius. Quemadmodum enim eſt ſpiritalis is, qui ne quidem ea quæ intra eum ſunt, adimplere poteſt? Hæc autem, quę dicta ſunt de [2] ſenſus emiſſione,] ſimiliter & aduerſus eos, qui à Baſilide ſunt, aptata ſunt: & aduerſus reliquos Gnoſticos, à quibus [&] hi initia emiſſionum accipientes, [conuicti ſunt in primo libro.] D

[3] Sed quoniam quidem reprobabilis & impoſſibilis prima Noos, id eſt ſenſus ipſorum emiſſio eſt, manifeſtè oſtendimus. Videamus autem & de reliquis. Ab hoc enim Logon



A Logon & Zoen fabricatores huius Pleromatis dicunt emiſſos, & Logi, id eſt Verbi, quidem emiſſionem ab hominum affectione accipientes, & addiuinantes aduerſus Deum, quaſi aliquid magnum adinuenientes in eo quòd dicunt à Nu eſſe emiſſum Logon; quod quidem omnes videlicet ſciunt, quoniam in hominibus quidem conſequenter dicatur: in eo autem qui ſit ſuper omnes Deus, totus Nus, & totus Logos cùm ſit, quemadmodum prædiximus, & nec aliud antiquius nec poſterius, aut aliud anterius habente in ſe; ſed toto æquali & ſimili & vno perſeuerante, iam non talis huius ordinationis ſequetur emiſſio. Quemadmodum qui dicit eum totum viſionem, & totum auditum; [in] quo autem videt, in ipſo & audit; & in quo audit, in ipſo & videt, nõ peccat: ſic & qui ait, totum illum ſenſum, & totum verbum, & in quo ſenſus eſt, in hoc & verbum eſſe, & verbum eſſe eius hunc Nun, minus quidem adhuc de Patre omnium ſentiet: decentiora autem magis quàm hi, qui lationem prolatiui hominum verbi transferunt in Dei æternum Verbum, & prolationis initium donantes & geneſin, quẽadmodum & [4] [ſuo verbo.] Et in quo diſtabit Dei Verbum, imò magis ipſe Deus, cùm ſit Verbum, à verbo hominum, ſi eandem habuerit ordinationem & emiſſionem generationis?

B [5] Peccauerunt autem & circa Zoen, dicentes eam ſexto loco emiſſam, quam oportebat omnibus [præponere,] quoniam Deus vita eſt, & incorruptela, & veritas: & non ſecundùm deſcenſionem, & quæ ſunt alia acceperunt emiſſiones; ſed earum virtutum quæ ſemper ſunt cum Deo appellationes ſunt, quemadmodum poſſibile eſt & dignum hominibus audire & dicere de Deo. Appellatione enim Dei eo obaudient ſenſus, & verbum, & vita, & incorruptela, & veritas, & ſapientia, & bonitas, & omnia talia. Et neque ſenſum vita antiquiorem aliquis poteſt dicere, ipſe enim ſenſus vita eſt, nec vitam poſteriorem à ſenſu, vti non fiat aliquando ſine vita is qui eſt omnium ſenſus, id eſt Deus. Si autem dixerint in Patre quidẽ fuiſſe vitam, ſexto autẽ loco prolatam, vt viuat Verbum: multò antè [eam] quidem oportebat quarto loco emitti, [vt viuat Nus. Et adhuc etiam ante hunc cum Bytho] vt viuat Bythus ipſorum: cum Propatore [enim] ipſorum adnumerare quidem Sigen, & hanc coniugem ei donare; non connumerare autem Zoen, quomodo non ſuper omnem eſt inſipientiam?

[6] De ea autem quæ eſt ex his ſecunda emiſſione Hominis & Eccleſiæ, ipſi patres eo-
*pugnant rum falsò cognominati Gnoſtici, *[7] impugnant aduerſus inuicem ſua propria * indi-
*vindicantes; cantes; & malos fures ſemetipſos conuincentes, aptabiles eſſe magis * emiſſiones dicen-
*emiſſioni tes vti veriſimile ex homine verbum: ſed non ex verbo hominem emiſſum, & eſſe ho-
C minem verbo anteriorem, & hunc eſſe qui eſt ſuper omnia Deus. Et vſq; hoc quidem,
*notiones quemadmodum prædiximus, omnes hominum affectiones, & * monitiones mentis, & [8] [generationes intentionum, & emiſſiones] verborum conijcientes veriſimiliter, non veriſimiliter mentiti ſunt aduerſus Deum. Ea enim quæ accidunt hominibus, & quæcunque patientes ipſi recognoſcunt, ad diuinam rationem adducentes, apta dicere videntur apud eos qui ignorant Deum, & per humanas has paſſiones transducentes eorum paſſiones, ſenſum, geneſin, & probolen quinto loco Verbo Dei enarrãtes mirabi-
*cognita lia myſteria & inenarrabilia, & alta, à nullo alio * cogitata dicunt ſe docere, de quibus & dixerit Dominus: Quærite & inuenietis, vt quęrant ſcilicet, qui de Bytho, & Sige, & Nu, Matth. 7. 7.
& Alethia proceſſerunt: ſi ſunt ex eis rurſus & Logos, & Zoe; dehinc ex Logo & Zoe, Anthropos & Eccleſia.

## ANNOTATIONES.

1. Quemadmodum] *Paſſiones, ignorantiam, vacuum, & emiſſiones, in Deum Patrem non cadere rurſus* D *confirmat, quòd hæc mortalium propria ſint: Verbi verò diuini generatio à prolatione verborum hominum omnino recedat. Vitam quoque Dei, aliam non eſſe à Mente & Eſſentia eius. Infert poſtremò pugnas, quibus inter ſe more omnium hæreticorum digladiabantur, & quaſi mutuis cædibus corruebant.*

2. Senſus emiſſione] *Expunximus* ſenſu emiſſionis: *& paulò poſt, pro,* coniuncti ſunt in primo, *reſtituimus* conuicti ſunt in primo libro.

3. Sed quoniam] *Refutata prima Aeonum coniugatione ac emiſſione, qua nugabantur Bythum & Sigen emiſiſſe Nun & Alethiam: nunc ſecundam coarguit, oſtendens paſſiones ab illis confictas non cadere in Deum, ſed hominibus tantùm conuenire: & Logon non ſic emiſſum à Nu, vt blaterabant. Initium porrò capitis decimi noni hîc conſtituit codex manuſc. cùm infrà poſito argum.*

4. Et ſuo verbo] *Codices excuſi,* & ſuum verbum: *paulò poſt quoque* præponere *pro* præparare *repoſuimus.*

5. Peccauerunt autem] *Aſſerit Zoen, id eſt, vitam Dei non eſſe ſexto loco conſtituendam in plenitudine, ſed potius primo: nec ſingendum extra Deum emiſſam fuiſſe, cùm ipſe ſit vita ſua. Deinde, ſub nomine Dei omnes eius perfectiones, quales ſunt incorruptio, veritas, ſapientia, bonitas &c. cùm reuera ſint ipſe Deus, omnino ſignificari & comprehendi. Denique inſipientiſſimorum hominum eſſe putare, aut mentem, aut veritatem, aut Verbum Dei aliquo tempore vita caruiſſe.*

6. De ea autem] *Initium ſequentis capitis vigeſimi, cum ſua epigraphe hîc conſtituit vetus codex. His autem euertit & eam emiſſionem, qua dicebant, per coniu-*

*gationem Hominis & Eccleſiæ duodecim AEones prodijſſe. Idqúe facit ex mutuis pugnis & diſsidijs Gnoſticorum miniſtrorum, nec in hac re ſecum, nec cum ipſa veritate conuenientium.*

*Hoc idem & in huius æui Gnoſticis obſeruandum eſſe non ſemel ſupra notauimus. Hic ſolùm adijcio Tigurinos in Præfatione apologetica ad Eccleſias Germaniæ reformatas, Lutheranis exprobrare, quòd inter ſe nequaquam conueniant de peccato originali, de iuſtificatione, de libero arbitrio, de Euangelio, de lege, de Chriſti ad inferos deſcenſu, de ipſius perſona, de ceremonijs, de filiorum Dei electione ad vitam æternam, & multis alijs fidei Chriſtianæ articulis. Nec iniuria exprobrant, quandoquidem ſint inter illos, Lutherani alij Molles, vt ſunt Ienenſes, Lipſenſes, & VVittembergenſes; alij Rigidi, vt Mansfeldenſes, Tubingenſes, Illyricani. Deinde, ſunt inter illos Antinomi, Oſiandrini, Maioriſtæ, Flacciani, Subſtantiarij, Accidentarij, Vbiquitarij: qui nullis hactenus Colloquijs, nullis Principum ſuorum edictis, nullis exilijs, nullis denique ſcriptis potuerunt in concordiam coaleſcere. Illi ijdem Tigurini, in fine Orthodoxi conſenſus, triginta ſententias ex operibus Lutheri citant, de ſola Euchariſtia: quibus probant eum turpiter diſſentire ab ijs, quæ ipſemet alibi ſcripſit ac docuit. Et ne ſuſpectum ſit horum tanquam aduerſariorum teſtimonium, aliud Oſiandri Lutherani, in Confutatione cuiuſdam ſcripti Melanthonis, ſponte confitentis, viginti diſcrepantes eſſe ſententias apud ſolos Confeſſioniſtas, de vnico Iuſtificationis articulo.*

*Ac ne ſibi blandiantur Caluiniani, quaſi ſecum bellè conuenirent, initio Dialogorum noſtrorum, euicimus Anglicanos à Geneuanis quindecim ad minus religionis capitibus palam diſsidere: deinde, Caluinum & Bezam pluſquam centum locis ſecum apertè pugnare. Manifeſtum eſt omnibus, de vnica iſta* CHRISTI *ſententia,* Hoc eſt corpus meum, *octoginta eſſe inter illos diuerſas interpretationes: nec vnquam inficias ire poterunt, Vermilium à Beza in Colloquio Piſsiacenſi diſſenſiſſe. Certè de baptizandis pueris adulterinis, vſurpandisqúe nominibus Trinitatis ac perſonarum conſubſtantialium, contraria & pugnantia decernunt Poloni & Geneuani. De omnipotentia Dei aliter ſentiunt Heidelbergenſes & Sabaudi. De deſcenſu Chriſti ad inferos, de veterum patrum limbo, voce ſubſtantialiter admittenda, & alijs multis Tigurini & Geneuani nō conueniunt. Et quorſum tot diuerſæ fidei Confeſsiones, vt Tigurina, Geneuana, Bezana, Gallica, Belgica, Anglica in dies cuduntur & recuduntur, ſi vnica eſt inter eos fides ac religio? Quot, quibuſqúe probris ſeſe onerant & traducunt in Anglia Puritani & Pſeudoepiſcopi? & cæt. Qui plura de his deſiderat, conſulere poterit Staphylum, Lindani tabulas, Iurgievvicium libro de bello quinti Euangelij, & collectam à Reſcio Miniſtromachiam. Nos his paucis contenti ſumus patefeciſſe, Hugnoſticos nunc non minus inter ſe pugnare atque digladiari in paradoxis ſuis aſſirmandis, quàm olim parentes eorum Gnoſtici mutuò diſſenſerunt.* A B

7. Pugnant aduerſus inuicem ] *Mutuas hæreticorum pugnas, trophæa Eccleſiæ Catholicæ vltrò parare, aliàs annotauimus, ſidemqúe rectam illuſtrari & confirmari illorum conflictationibus. Nam cùm hæreſes pleræque, ex incauta alterius hæreſeos euitatione & inſectatione oboriantur, vt de Ario apparet, qui Sabellij perſonas confundentis odio, in naturæ diſtractionem incidit; & Eutyche, qui Neſtorij errorem fugiens, in naturarum confuſionem incurrit. Hinc fit, vt cùm ingenio, eloquentia, & linguarum peritia aliquando valeant: in ea parte qua aduerſam hæreſim impugnant, & orthodoxam fidem ſequuntur, optimam & vtiliſsimam operam nauent Eccleſiæ. Hæc abundè explicat Vigilius martyr libro ſecundo & quarto contra Eutychen; & non rarò noſter Irenæus.*

8. Generationes intentionum. ] *Quatuor has voces ex veter. codic. addidimus, expunximus* generationis. C

## *DE QVÆSTIONIBVS, QVOMODO ET HINC Ethnici veriſimilius de vniuerſorum generatione reſponderunt & gratius: & quomodo ab ipſis, quæ ſunt à Valentino initia ſumpſerunt, eiuſq́; ſunt ſecundùm eos regulæ.*

### CAPVT XIX.

M[1]Vltò veriſimilius & gratius de vniuerſorum geneſi dixit vnus de veteribus comicis [2] Antiphanes in Theogonia. Ille enim de nocte & ſilentio Chaos emiſſum dicit, dehinc de Chao & nocte Cupidinem, & ex hoc lumen, dehinc reliquam ſecundùm eum primam [ deorum ] geneſin. Poſt quos] rurſus ſecundam deorum generationem induxit, & mundi fabricationem; dehinc de ſecundis dijs narrat hominum plaſmationem: vnde ipſi aſſumentes ſibi fabulam, quaſi naturali diſputatione commenti ſunt, ſolummodò demutātes eorum nomina, idipſum autem vniuerſorum generationis initium & emiſſionem oſtendentes, pro nocte & ſilentio, Bythum & Sigen nominantes; pro Chao autem, Nun; & pro Cupidine, (per quem, ait Comicus, reliqua omnia diſpoſita) hi Verbum attraxerūt; & pro primis ac maximis dijs, Aeonas formauerunt; & pro ſecundis dijs, eam quæ eſt extra[3] Pleroma matris] ipſorum enarrant diſpoſitionem, ſecundam Ogdoadē vocantes eam; ex qua mundi fabricationem, & plaſmationem hominum ſimiliter atque illi annunciant, inenarrabilia, & incognita myſteria ſolos ſe dicentes ſcire, quę vbiq; in theatris ab hypocritis [&] ſplendidiſſimis vocibus comœdiſantur, transferentes in ſuum argumentum, imò verò [hiſdem] argumentis docentes, tantùm immutantes nomina. D

Et non



A Et non ſolùm quę apud Comicos poſita ſunt, arguuntur, quaſi propria proferentes; ſed etiam quæ apud omnes, qui Deum ignorāt, & qui dicuntur Philoſophi, ſunt dicta, hæc congregant, & quaſi centonem ex multis & peſſimis panniculis conſarcientes ſuperficiem ſubtili eloquio ſibijpſis præparauerunt, nouam quidem introducentes doctrinā, propterea quòd [ad] nunc noua arte ſubſtituta ſit: veterē autem & inutilem, quoniam quidem de veteribus dogmatibus ignorantiam & irreligioſitatem olentibus, hæc eadē ſubſecuti ſunt.[4] Thales quidem Mileſius vniuerſorum generationem & initium aquā dixiſſe. Idem autem eſt dicere aquam & Bythum.[5] Homerus autem poëta Oceanum deorum geneſin, & matrem Thetin dogmatizauit: quæ quidem hi in Bythum & Sigen tranſtulerunt.[6] Anaximander autem hoc quod immenſum eſt, omnium initium ſubiecit ſeminaliter habens in ſemetipſo omnium geneſin, [ ex ] quo immenſos mundos conſtare ait: & hoc autē in Bythum & in Aeonas ipſorum transfigurauerunt.[7] Anaxagoras autem, qui & Atheus cognominatus eſt, dogmatizauit facta animalia, decidentibus è cælo in terram ſeminibus: quod & hi ipſi in Matris ſuæ tranſtulerunt ſemina, & eſſe hoc ſemen ſeipſos ſtatim confitentes apud eos, qui ſenſum habent, & ipſos eſſe quę

B ſunt Anaxagoræ irreligioſi ſemina.[8] Vmbram autem & vacuum ipſorum à Democrito & Epicuro ſumentes ſibimetipſis aptauerunt, cùm illi primum multum ſermonem fecerint de vacuo, & [de] atomis, quorum alterum quidem quid eſſet,] vocauerūt: alterum verò, hoc quod non eſt, appellauerunt: quemadmodum & hi eſſe quidem illa, quæ ſunt intra Pleroma vocant, quemadmodum illi Atomos; non eſſe autem hæc, quę ſunt extra Pleroma, quemadmodum illi Vacuum. Semetipſos ergo in hoc mundo, cùm ſint extra Pleroma, in locum qui non eſt, deputauerunt.

Quod autem dicunt imagines eſſe hæc eorum quæ ſunt, rurſus manifeſtiſſimè Democriti & Platonis ſententiam ediſſerunt. Democritus enim primus ait, multas & varias ab vniuerſitate figuras expreſſas deſcendiſſe in hunc mundum. Plato verò rurſus materiam dicit, & exemplum, & Deum: quos iſti ſequentes, figuras illius & exemplum imagines eorum, quæ ſunt ſurſum vocauerunt, per demutationem nominis ſemetipſos inuentores & factores huiuſmodi imaginariæ fictionis gloriantes.[9] Hoc autem quod ex ſubiecta materia dicunt fabricatorem feciſſe mundum, & Anaxagoras, & Empedocles, & Plato primi ante hos dixerunt; vt videlicet datur intelligi, & ipſi [ à ] Matre ſua inſpirati. Quod autem ex neceſſitate vnumquodque in illa ſecedit, ex quibus & fa-

Idearum origo.

C ctum eſſe dicunt, & huius neceſſitatis ſeruum eſſe Deum, ita vt non poſſit mortali immortalitatem addere, vel corruptibili incorruptelam donare: ſed ſecedere vnūquemq; in ſimilem naturæ ſuæ ſubſtantiam; &[10] hi qui ex porticu Stoici appellantur, & vniuerſi quotquot Deum ignorant Poëtæ & conſcriptores affirmant: qui eandem habentes infidelitatem, ſpiritalibus quidem ſuam regionem attribuerunt, eam quæ eſt intra Pleroma: animalibus autem [ medietatis: corporalibus autem, quod] Choicum: & præter hæc, nihil poſſe Deum, ſed vnumquemque prædictorum ad ea, quæ ſunt eiuſdem ſubſtantiæ ſecedere affirmant.

Quod autem Saluatorem ex omnibus factum eſſe AEonibus dicant, omnibus in eum deponentibus velut florem ſuum,[11] non extra Heſiodi Pandoram nouum aliquid afferunt. Quæ enim ille ait de illa, hæc hi de Saluatore inſinuant,[12] Pandoron] introducentes eum, quaſi vnuſquiſq; Aeonum, quod haberet optimum, donauerit ei. Ipſam autem eduliorum & reliquarum operationum indifferentem ſententiam, & quod putent à nemine in totum poſſe coinquinari propter generoſitatem, licet* quodq; manducent vel operentur;[13] à Cynicis poſſederunt, cùm ſint cum eis eiuſdem teſtamenti.

*quodcunque

[14] Et minutiloquium autem, & ſublimitatem circa queſtiones, cùm ſit Ariſtotelicum,

D inferre fidei conantur. Quod autem velint in numeros transferre vniuerſum hoc,[15] à Pythagoricis acceperunt. Primùm enim hi initium omniū numeros ſubſtituerunt, & initio ipſorum parē & imparem, ex quibus & ea quæ ſenſibilia & inſenſata ſunt, ſubiecerunt. Et altera quidem ſubſtitutionis initia eſſe: altera autem ſenſationis & ſubſtantiæ, ex quibus prima omnia perfecta dicunt, quemadmodum ſtatuam de æramento & de formatione. Hoc autem ij, his qui ſunt extra Pleroma aptauerūt: ſenſationis autem initia dixerunt, in quem ſenſus intelligens eſt eius quod primùm aſſumptum eſt, quærit quoaduſq; defatigata ad vnum & indiuiſibile concurrat: & eſſe omnium initium, & ſubſtantiam vniuerſæ generationis Hen, id eſt vnum: ex hoc autem Dyadem, & Tetradem, & Pentadem, & reliquorum multifariam generationem. Hæc hi ad verbum, de plenitudine ſuorum & Bytho dicunt, vnde etiam & eas, quæ ſunt de vno coniugationes adnituntur introducere, quæ Marcus velut ſua iactans, velut nouius aliquid viſus eſt præter reliquos adinueniſſe, Pythagoræ quaternationem, velut geneſin & * patrem omnium enarrans.

*matrem

P 2

[16] Dicemus

[16] Dicemus autem aduerſus eos, vtrumne hi omnes prædicti, cum quibus eadem dicentes arguimini, cognouerunt veritatem, aut non cognouerunt? Et ſi quidem cognouerunt, ſuperflua eſt Saluatoris in hunc mundum deſcenſio. Vt quid enim deſcendebat? Nunquid vt eam quæ cognoſcebatur veritas, in agnitionem adduceret his, qui cognoſcunt eam in omnibus hominibus? Si autem non cognouerunt; quemadmodum eadem cum his, qui veritatem non cognoſcebant, dicentes, ſolos voſmetipſos eam quæ eſt ſuper omnia [17] cognitio habere gloriamini, quam etiam, qui ignorant Deum habent? Secundùm antiphraſin ergo, veritatis ignorantiam, agnitionem vocant: & bene Paulus ait, vocum nouitates falſæ agnitionis. Verè enim falſa agnitio ipſorum inuenta eſt. Si autem impudenter agentes ſuper hæc dicent, homines quidem non cognouiſſe veritatem, Matrem autem ipſorum ſemẽ paternale per tales homines, quemadmodum & per Prophetas, enunciaſſe myſteria veritatis, ignorante Demiurgo: primò quidem non talia enarrant, quæ ſunt prædicta, vt non & à quolibet intelligantur. Etenim ipſi homines ſciebant, quæ dicebant, & diſcipuli ipſorum, & horum ſucceſſores. A

Dilemma validiſſimum.

1. Tim. 6.

Pòſt deinde, vel Mater, vel ſemen * ſic cognoſcebant, & enarrabant ea quæ erant veritatis: veritas autem pater. Saluator ergo ſecundùm eos erit mentitus dicens, Nemo cognouit Patrem niſi Filius. Si enim cognitus eſt vel à matre, vel à ſemine eius; ſolutum eſt illud, quod nemo cognouit Patrem niſi Filius, niſi ſi ſemen ipſorum, vel matrem neminem eſſe dicunt, & vſque hoc quidem per humanas affectiones, & per id quod ſimilia dicãt multis ignorantibus Deum, veriſimiliter viſi ſunt abſtrahere quoſdam, attrahentes per ea quæ aſſueti ſunt, in eum qui eſt de omnibus ſermonem Verbi Dei geneſin exponentes & veritatis & vitæ, adhuc etiam ſenſus & Dei emiſſiones obſtetricantes. Quæ autem ex his non veriſimiliter & ſine oſtenſione, omnia ex omnibus mentiti ſunt. Quemadmodum qui aſſuetas eſcas, & vt illiciant præmittunt, vti capiant aliquod animal, ſẽnſim blandientes eis per aſſueta pabula, quouſque accipiant; ſumentes autem ea captiua, alligant amariſſimè, & ducunt per vim abſtrahentes quocunque ipſi voluerint. Sic autem & hi paulatim manſueti diſſuadentes [18] per pithanologiam aſſumere prædictam emiſſionem, inferunt neque congruentia, neque opinatas [19] reliquarum ] emiſſionum ſpecies, ex Logo quidem & Zoe dicentes AEonas emiſſos, de Anthropo autem & Eccleſia, duodecim, & horum nec oſtenſionem, nec teſtimonia, nec veriſimilitudinẽ, nec in totum aliquid talium habentes, [20] fruſtrà autem, & prout euenit, credi volunt, ex Logo & Zoe AEonis exiſtentibus emiſſum eſſe Bythum & Mixin, [inſeneſcibilem] & vnitionem naturalem, & delectamentum, immobilem & contemperamentum, & Monogenem & Macariam. De Anthropo autem & Eccleſia ſimiliter AEonis exiſtentibus emiſſum eſſe Paracletum & Piſtin, Patricon & Elpida, Metricon & Agapen, Ainon ] & Syneſin, Eccleſiaſticum & Macarioteta, Teleton & Sophiam.

*ſi. B

Matth. 11. 28.

Elegans ſimile.

C

Huius autem Sophiæ * paſſionẽ & errorem, [21] & quemadmodum periclitata eſt perire propter inquiſitionem patris, quemadmodum dicunt, & extra Pleroma operoſitatem, & ex * qua Labe mundi fabricatorem emiſſum docent, in eo qui eſt ante hunc libro, ſententias hæreticorum * enarratas, cum omni diligentia expoſuimus. Chriſtum autem, quem pòſt genitum his omnibus emiſſum eſſe dicunt, & Sotera autem ex his qui in Labe facti ſunt AEonibus habuiſſe ſubſtantiam. Neceſſariè autem nunc nominum iſtorum meminimus, vt ex iſtis ſit manifeſtum abſurdum eorum mendacium, & confuſio fictæ nominationis. Ipſi autem detrahunt AEonibus ſuis huiuſmodi appellationibus multis, Ethnicis veriſimilia & credibilia adponentibus nomina his qui vocantur [22] duodecim dij ipſorum, quos & ipſos imagines duodecim AEonibus eſſe volunt, imaginibus multò decentiora, & magis potentia, per etymologiam ad intentionem diuinitatis adducere nomina habentibus. D

*paſſiones

*quali

*enarrantes,

## ANNOTATIONES.

1. Multò veriſimilius] *Quia malos fures ſuperiori capite Gnoſticos vocarat, furta illorum à tredecim Philoſophorum ſcriptis, iſto fuſiſſimè retegit: in quibus nihilominus multo plura rectius tradita eſſe, quàm in hæreticorum libris, pronunciat. Vtrumque frequenter & Tertullianus libro contra Hermogenem, dum* Philoſophos hæreticorum patriarchas *appellat. Et libro Præſcriptionum:* Hęreſes à Philoſophia ſubornantur, inde Aeones, & formæ neſcio quæ, & trinitas hominis apud Valentinum: Platonicus fuerat. Inde Marcionis Deus de tranquillitate: à Stoicis venerat. Et vti anima interire videatur: ab Epicureis obſeruatur. Et vt carnis reſtitutio negetur: de vna omnium Philoſophorum ſchola ſumitur. Et vbi materia cum Deo æquatur: Zenonis diſciplina eſt. Et vbi de igneo Deo allegatur: Heraclitus interuenit. Eædem materiæ apud hæreticos & Philoſophos volutantur, ijdem retractatus implicantur. *Et paulò poſt idem vetuſtiſſimus Theologus ita ſcribit:* Quid



Quid Athenis & Hieroſolymis? quid Academiæ & Eccleſiæ? quid hæreticis & Chriſtianis? Noſtra inſtitutio de porticu Salomonis eſt, & cæt. *Idem rurſus alibi:* Diſcede ab Ethnico, hæretice: Redde illi ſuos ſenſus, quia nec ille de tuis inſtruitur. Quid cæco duci inniteris, ſi vides? quid veſtiris à nudo, ſi Chriſtum induiſti? quid alieno vteris clypeo, ſi ab Apoſtolo armatus es? &c. A

Li. de reſur.

*Nequaquam tamen putandum vel Irenæum, vel alios quoſuis ſanctos ac veteres Theologos ſtudia prohibere aut damnare philoſophica; cùm & ipſi peritiſſimi & acutiſſimi fuerint philoſophi, probeq́ue nouerint diſciplinas liberales ad cæterarum diſquiſitionem & tractationem neceſſarias & cõmodiſſimas eſſe: ſed hoc in iſtis coarguunt & vituperant, quod artibus illis abuterentur ad ſubuertendam & opprimendam veritatem, quibus eam tutari & propagare debuiſſent. Sic & Paulus eos ſeuerè increpat,* qui veritatẽ Dei in iniuſtitia detinent: & cùm cognouerunt Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, *&c. Studia porrò Philoſophica & humaniora impensè commendant Clemens in Strom. Baſilius Epiſtola ad nepotes, Hieronymus Epiſtola ad Magnum.* B

Rom. 1.

2. Antiphanes] *Eius nominis varios refert Suidas, ſed nulli eorum Theogoniæ deſcriptionem tribuit. Oportet igitur vel Antiphanem hunc Poëtam illum eſſe, cuius epigrammata extant in florilegio Planudis, & frequentes ſententiæ apud Athenæum & Stobæum: quiq́ue natus olympiade 93. comœdias 365. aut (vt alij volunt) 290. ſcripſiſſe, ter decies viciſſe, atque in Chio obijſſe fertur, annos natus 74. Vel certè pro Antiphane, contra omnium codicum fidem, legendum eſſet,* Heſiodus, *quod Epiphanius indicare videtur de Valentino ita locutus:* Imitator Heſiodi Theogoniæ, qui vt fabuloſa Gentium poëſi mundo illuſit: ſic & Valentinus alijs nominibus in alia tranſmutatis, mundum decipere voluit, Heſiodum habens opinionis ſuæ fundatorem. *Heſiodum certè poſt Orpheum aſſeruiſſe Chaos omnium eſſe rerum principium, ex eiuſdem verbis copioſè ſatis probat Eugubinus libr. 1. capit. 10. de perenni Philoſoph. Lactantius ſcribit:* Homerus nil nobis dare potuit, quod pertineat ad veritatem. Potuit Heſiodus, ſed tamen nil dedit: non à Deo cõditore ſumens exordium, ſed à Chao: cùm explanare ante debuerit, Chaos ipſe vnde, quando, quomodo eſſe cœpiſſet. &c. C

Libr. 1. cap. 5.

3. Pleroma matris] *Codices excuſi,* pleromatis.

4. Thales] *Vnus fuit ex ſapientibus illis ſeptem, qui eodem tempore in Græcia floruerunt, id eſt, anno mundi 3366. ſi Hebræorum ſupputationi credimus: ſin Theophili Alexand. 5035. olympiade 43. quo tempore in Babylonem Iudæi captiui, euerſa Ieroſolyma, abducebantur. Id verò docuiſſe de rerum principijs, quæ hîc habet Irenæus, magno conſenſu ſcripſerunt Iuſtinus, Euſebius, Lactantius lib. 1. cap. 5. Auguſt. 8. de ciuitat. cap. 2. Thaletis coniecturas adfert Plutarchus in Placitis, quod ſemen omnium animantium humidum ſit, nec alimentum ſine humido conſtet, quin & aſtra ipſa putabat humoribus Oceani vegetari. Putarem ego vel traditione quadam, vel lectione librorum Moſis; aut certè oraculis Sybillinis, quædam de rerum creatione, illos tenuiſſe, quæ dicitur:* Spiritus ferebatur ſuper aquas. *Et:* Producant aquæ reptile. D

5. Homerus] *A cæcitate id nomen conſequutus eſt, cùm prius Meleſigetes diceretur. Patriam illius indicare operoſum eſt, cùm ſeptem Græciæ vrbes, eum ſibi certatim vendicent. Colophonij ciuem ſuum dicunt, Chij ſibi vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnenſes ſuum eſſe confirmant. Extat ea de re diſtichon hoc apud Gellium.*

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Χίος, Ἄργος, Ἀθῆναι. *id eſt,*

Septem vrbes certant, de ſtirpe inſignis Homeri,
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chius, Argos, Athenæ.

*Multo minus de ætate eius conueniunt, cùm nouem ea de re pugnantes referat ſententias Clemens Alexand. primo Stromatωn. Sentẽtiam porrò eius de Oceano mari, præter ſuperiores authores referunt etiam Theophilus Antio. li. 2. ad Autolycum, & Athenagoras apologia pro Chriſtianis; vbi & Orpheum hac in re ſequens, non amplius quàm 400. annis ante ſe illum vixiſſe affirmat.*

6. Anaximander] *Thaletis auditor, & eiuſdem patriæ fuit, quo ſublato, vt nomine proprio ſectam conſtitueret, multò abſurdiora eſt commẽtatus; videlicet ipſum infinitum cauſam eſſe generationis & corruptionis omnium.* Ex ipſo namque, *ait,* cælos ſegregatos, ceteroſq́ue mundos infinitos, *& alia plura, quæ fuſius deſcripſerunt Plutarchus & Laërtius: ex ſacris Euſebius & Iuſtinus martyr oratione ad Græcos, Auguſtin. 8. de Ciuit. cap. 2.*

Li. 1. de præp. cap. 5. & lib. 14 cap. 5.

7. Anaxagoras] *Clazomenius fuit, Anaximenis auditor, Socratis & Euripidis præceptor, olympiade 70. cùm Xerxes in Græciam traiecit, genere, diuitijs, & philoſophia clariſſimus. Docebat autem Solem candens ferrum eſſe, Peloponeſo maiorem. Hoc vniuerſum ita ex paruis ſimilium partium corporibus compoſitum, vt aurũ ex minutiſſimis ramentis conſtat. Animantesq; primò ex humore, calore, terráque manaſſe, poſtea ex inuicem natas eſſe, mares à dextris, fœminas à ſiniſtris, vt ſcribit Laërtius, cui poſt Ariſtotelem etiam aſtipulatur Iuſtinus martyr Orat. ad Græcos. Cur verò ἄθεος & irreligioſus nominaretur ab Irenæo aliquantulum hæſi, quòd non conſentiret vet. cod. quodq́ue Mentem diuinam omnia compoſuiſſe docuiſſet, quod atheus non dixiſſet. At quæ ſubijcit Laërtius, nodum ſoluunt, videlicet, ipſum à Cleone impietatis accuſatum, quòd Solem laminam candentẽ: vel, vt (Auguſtino placet) lapidem ardentem, non Deum eſſe diceret: ideóque* quia non ſolem, ſed Creatorem ſolis venerabatur *(addit Euſebius)* parũ abfuit, quin ſit ab Athenienſibus lapidibus obrutus. *His accedit Plutarchus, qui Euripidem deos gentium Areopagitarum formidine, inficiari per ſe non audentem, Syſiphum & Anaxagoram id præſtantes recenſere fecit. Luciani etiã Timon, Iouem fulmina in Anaxagoræ caput eiaculatum dicit, quòd familiaribus ſuaſiſſet, nullo pacto eſſe illos, qui dij vocarentur. His adde Velleium apud Ciceronem de natura deorum, ſententiam Anaxagoræ iſtis verbis referentem:* Anaxagoras primus omnium rerum deſcriptionem, & mundum Mentis infinitæ vi ac ratione deſignari & confici dicit. *Platonem denique in Cratylo, iuſtum & pium iudicantem, quod Anaxagoras Mentem ex ſe omnipotentem cuncta condidiſſe docuerit. & cæt. Ergo non Irenæi, ſed quorundam Ethnicorum æmulorum iudicio Anaxagoras ἄθεος nuncupatur.*

Lib. 18. de ciuit. cap. 41.

Libr. 14. de præp. cap. 5.

8. Vmbram autem] *Epicurum anno tertio centeſimæ nonæ olympiadis, ſeptem annis ab obitu Platonis, natum ſcribit Laërtius: & lectis Democriti libris, poſtmodũ Philoſophiæ operam dediſſe, libroſq́ue de Atomis edidiſſe.* Scripſit etiam, *ſubijcit Laërtius,* infinita volumina, adeò vt illorum multitudine cunctos ſuperarit; inter quæ optima ea putat, quæ ſunt de

 Atomis,

A Atomis, & Vacuo. *Laërtio ſubſcribunt Iuſtinus orat. ad Græcos; & Aug. 8. de Ciuit. cap. 5. Democritus, quem Irenæus ſubiungit, Principia, Atomos, & Inane opinatus eſt; infinitosq́ue mundos generationi & corruptioni obnoxios. Atomos quoque magnitudine & numero infinitos ferri in toto, ac rotari, atq; ita concretiones omnes gignere. Laërtius. Eadem ante Democritum, Leucippum aſſeruiſſe tradunt Ariſtoteles, 1. de Gener. Tullius 1. de natura Deorum; Lactantius, lib. de Ira Dei. De imaginibus, id eſt Ideis Platonicis, ſuperius annotauimus.*

9. Hoc autem] *Gnoſticos arguit Irenæus, quia poſt Philoſophos mundi fabricatorem, mūdum ipſum ex ſubiecta materia feciſſe dicerent: quod & ante eum fecerant Theophilus Antio. eo nomine Platonicos damnans; ſimul & Iuſtinus, Platonem nominatim reum agens, quod Deū non* ποιητὴν, *id eſt factorem, ſed* Δημιουργὸν, *id eſt conditorem, qui condendi facultatem à materia habuiſſet, aſſerebat. Hos ſequutus Tertullianus, toto orationis impetu, eādem ſententiam amplexātem Hermogenem obruit, materiam illam affirmans ignotam eſſe Prophetis, Apoſtolis, imò & ipſi Chriſto. His accedit & Euſebius, adductis ſententijs Dionyſij Alex. Origenis, & Maximi, illos abſq; ſcelere non eſſe pronuncians, qui materiam primam ad fictionem totius, Deo ſubijciunt.*

Libr. 2. ad Autolycum. Orat. ad Græcos.

Libr. 7. de præp. cap. 8.

*Contrà verò nihil frequentius nunc audiunt Theologorum ſcholæ, quàm Deum ex materia informi, corporea omnia condidiſſe: in eamq́ue ſententiam pedibus & manibus feruntur, Dionyſius Areop. Tatianus, Lactantius, Auguſtinus, Theodoretus.*

*Conciliabuntur autem facilè, ſi materiam illam Deo non eſſe coæternam, nec ingenitam, vt cum Philoſophis Hermogenes volebat: nec ex Achamoth æonis errantis commentatione ortam, cum Gnoſticis dixeris: ſed à Deo Opt. Max. ex nihilo aliquando creatam, indeq́ue formarum adiectione, omnia ab eodem condita fuiſſe cum Patribus ſenſeris: quod non obſcurè indicat Irenæus cap. 10. & 11. huius libri.*

10. Hi qui ex porticu] *Zeno horum princeps nomen Zenoniorū principio ſectæ dederat; at cùm in porticū, quæ Græcis* στοὰ *dicitur, frequentius ad diſſerendum conuenirent, Stoica ſecta nuncupata eſt: quam etiam ad tempora B. Pauli duraſſe, ex Actorum libro certum eſt, quando concioni illius de Reſurrectione, Athenis ſeſe oppoſuerunt. Inter horum paradoxa refert Laërtius, quòd vnum Deum docerent, ipſumq́ue Mentem, & Fatum, & Iouem, varijs qu[illegible] que alijs nominibus appellarent. Partes quoq; omnia penetrantes [illegible]beret, ob idq́ue Græcis* Δία *vocari, quod in æthere diſtentum ſit imperium eius:* ἥραν *verò, quòd in aëre:* ἥφαιστον, *quod in artificiali igne:* ποσειδῶνα, *quod in humore:* δημητραν, *quòd in terra. Laertio ſubſcribit Euſeb. lib. 14. de præpar. cap. 6. & lib. 15. cap. 14. Aduerſus horum fatalem neceſſitatem, cui etiam Deum ſubiectum volebant, diſſerit Epiphan. cōtra hæreſim quin-* D *tam; & eo longè antiquior Iuſtinus martyr Apol. 1. & infrà non ſemel Irenæus.*

Lib. 7.

11. Non extra Heſiodi] *Heſiodus libro qui inſcribitur,* Opera & dies, *Pandoram fingit omnium primā mulierem, Vulcani artificio, Iouis autem iuſſione fabricatam; quam ſinguli Dij donis ſuis ornauerunt, Pallas ſapientiæ, Venus formæ, Apollo muſices, Mercurius eloquentiæ, indeq́ue Pandoram dictam, quaſi omnium donum, vel ab omnibus donatam, vel omnium rerum genere dotatam. Huius fabulæ commentationem eleganter accommodat Nazianzenus aduerſus mulieres ſeſe ambitioſius excolentes. Perſtringit & Fulgentius libro ſecundo Mythologiarum.*

12. Pandoron] *Ita ex vet. cod. repoſuimus:* Pandoram *expunximus.*

A 13. A Cynicis] *Antiſthenis ſectatores hoc nomine vocati fuerunt, ſiue à Cynoſarge gymnaſio: ſiue à canina mordacitate, qua nec Dijs, nec hominibus parcebant: aut, vt alij volunt, ab eo, quòd canum more in propatulo coire non dubitarent, ſicut de Crate & Hiparchia tradit Laërtius; qui & Diogenem mulieres communes eſſe oportere, nihilq́ue iniquum quoduis guſtare animal, nec iniuſtum humanis veſci carnibus aſſeruiſſe ſcribit. Perſtringit & Nazianzenus Diogenis helluationes, & Cratetis de matrimoniorum communitate ſententiam. Immunditia impudentiæ ſuæ, qua naturali verecundiæ reluctabantur, Cynicos nuncupatos affirmat quoque Auguſt. lib. de nupt. & concup. cap. 22. quos & patronos libidinis vocat lib. 4. cōtra Iulianum Pelag. Gnoſticorum porrò immunditias retulit Irenæus, lib. 1. cap. 1. 8. 9. 20. 23. 24. & 32.*

Lib. 6.

Orat. in laudem Heronis.

14. Et minutiloquium] Multiloquium & ſubtilitatem *habet cod. vet. Ariſtotelem ſuis aſſer-* B *tionibus, ob ſubtilitatem, fidem ab omnibus haberi voluiſſe, & ſuæ eloquentiæ plus æquo confiſum, omnibus alijs Philoſophis bellum indixiſſe, ante Irenæum Iuſtinus quoque notauerat.* καὶ περὶ τούτων *(ait Orat. ad Græcos)* πιστεύεται ἑαυτὸν, διὰ δοκιμότητα φράσεως ἀξιῶν. *Queritur & Nazianzenus,* quod artium Ariſtotelis prauum artificium, & Platonicæ eloquentiæ præſtigiæ, vt AEgyptiacæ plagæ, in Eccleſiam irrepſerint. *Orat. de moderatione in diſputationibus ſeruanda. Damnat quoque Theodorus presbyter, Seuerum hæreticum, quòd* eum ſolum agnoſceret præſtantiſſimum Theologum, qui ſcitè ſe exercuiſſet in Ariſtotelicis Categorijs, & reliqua ſuppellectile externorum à Chriſto Philoſophorum.

Iſagoge in Anaſtaſium Antiochenum.

15. A Pythagoricis] *Ante Irenæum Iuſtinus:* Pythagoras Samius *(ait)* Mneſarchi filius, arbitratur principium, numeros, & menſuras, & horū C concinnitates, elementaq́ue ex vtriſq; compoſita: præterea vnitatem, & infinitam Dyada. *De his & Laërtius fuſiſſimè.*

Orat. ad Græcos.

16. Dicemus autem] *Initium eſt capitis 22. in vet. cod. cum argumento infra ibidem poſito.*

17. Cognitio habere] *Vet. cod.* habere gloriam iniquam: Cognitionem habere, *legendum cenſerem, etſi nulli conſentiant codices.*

18. Per pithanologiam] *Id eſt, ſuadelam vimq́ue quandam alliciendi, ſuadendiq́ue.*

19. Reliquarum emiſſionum] *expunximus* reliquorum *auth. vet. cod.*

20. Fruſtrà autem, & pro vt euenit] *Billius obſeruat hanc loquendi formam huic authori frequentem eſſe, cui hæc Græca reſpondent,* ἀλλὰ δὲ καὶ ὡς ἔτυχε. *Paulò poſt, eiuſdem iudicio* Ainon *repoſuimus, pro,* AEonon.

21. Et quemadmodum periclitata eſt perire] *Similis locutio Ionæ 1. 4.* & nauis periclitabatur conteri, καὶ πλοῖον ἐκινδύνευσε τοῦ συντριβῆναι. *Heb. nauis cogitabat conteri. Id eſt, periculum erat ne contereretur. Ita & Quintilianus,* periclitatur rumpi.

22. Duodecim dij ipſorum] *De his ſtrictim Lactantius lib. 1. cap. 15. & eum ſequutus Auguſt. in Ciuitate Dei, ex Varrone. Dij maiorum gentium vocantur à Cicerone, qui ad imitationem reipublicæ Romanæ (cui duodecim patres Romulus præfecerat) Conſentes appellantur. Ennius illos verſibus iſtis enumerat:*

Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars.
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

*Coniunxe-*



A *Coniunxerunt etiam illos per conficta matrimonia, ſicut & poſtea Gnoſtici ſuos Aeones, vt hoc modo conuenirent: Iupiter & Iuno, Mars & Venus, Mercurius & Minerua &c. Finxerunt enim alios plurimos eſſe deos miniſtros & populares, vt tradit Lactantius lib. 1. capite tertio, & quinto.*

## *QVÆSTIO DE OMNI SPECIE EMISſionis, & de Pleromatis inconſequentia.*

### CAPVT XX.

R[1]Euertamur autem nos ad prædictam emiſſionum quæſtionem. Et primò quidem dicant nobis cauſam huiuſmodi emiſſionis AEonum, vt nihil tan- B gant eorum quæ ſunt conditionis. Non enim [illa] propter conditionem dicunt facta, ſed conditionem propter illa: & non illam eorum imagines, ſed hæc illorum eſſe dicunt. Quemadmodum igitur imaginum cauſam reddunt dicētes, menſem quidem triginta habere dies propter triginta AEonas; [2] & diem duodecim horas, & annum duodecim menſes, propter duodecim AEonas] quæ ſunt intra Pleroma, & quæcunque talia delirant? Nunc dicant nobis cauſam iſtam AEonum emiſſionis, quid quia facta eſt talis, propter quid autem [3] prima & Archegonos omnium octonatio emiſſa eſt, & non quinio, vel trinitas, aut ſeptenatio, aut aliquid eorum, quæ in alterum numerum confiniuntur? Et quid [quia ex] Logo & Zoe decem emiſſi ſunt Aeones, & non plures aut minus: & rurſus ex Anthropo & Eccleſia duodecim, cùm poſſent & hæc aut plura, aut minus fieri? Vniuerſum quoque Pleroma, [quid] vtique tripartitum eſt in octonationem, & decadem, & duodecadem: & non alterum quendam præter hos, numerum? Et diuiſio autem ipſa [quid] vtique in tres, & non in quatuor, vel quinque, vel ſex, vel in alterum quendam facta eſt numerum, nihil tangentes eorum numerorum, [4] qui ſunt conditionis? Antiquiora enim illa his habere dicunt, & oportet cum C ea propriam habere rationem, eam quæ eſt ante conſtitutionem, ſed non eam quæ eſt ſecundùm conſtitutionem conſentientes ad conſonationem, quam quidem nos de conditione enuntiantes aptabilia dicimus. [5] Apta eſt enim hæc rhythmizatio his quæ facta ſunt, huic rhythmizationi. Illos autē propriā cauſam de his quæ anteriora ſunt, & à ſemetipſis perfecta, non habentes enunciare, in ſummam aporiam incidere neceſſe eſt. Quæ enim nos de conſtitutione velut ignorantes interrogant, ipſi de Pleromate è contrario interrogati, vel humanas affectiones [6] enarrabunt] vel in eum deſcendent] ſermonem, qui eſt extra conſonantiam quæ eſt in creatura, impropriè reſpondentes de ſecundis, & non ſecundùm eos de primis. Non enim de ea quæ eſt ſecundùm creaturam conſonantia, nec de humanis affectionibus interrogamus eos; ſed quia vtique Pleroma ipſorum, cuius imaginem creaturam eſſe dicunt, octiforme, & deciforme, & duodeciforme eſt, vanè & improuidè Pleroma eiuſmodi figuræ] effeciſſe patrem ipſorum fatebuntur: & deformitatem circundabunt patri, ſi irrationabiliter aliquid fecit. Aut rurſus ſi ſecundùm prouidentiam patris dicent ſic emiſſum Pleroma, propter creaturam vti bene rhythmizati ipſam eſſentiam, iam non propter ſe factum erit Pleroma, ſed propter eam quæ ſecundùm ſimilitudinē ipſius futura eſſet imago. Quemadmodū D quæ de luto eſt, non propter ſemetipſam figuratur ſtatua; ſed propter eam quæ ex æramento, vel auro, vel argento habet fieri: & honoratior creatura erit quàm Pleroma, ſi propter illud illa emiſſa eſt.

### ANNOTATIONES.

1. Reuertamur] *Initium eſt cap. 23. in veteri codice cum argumento infra poſito. Vrget autem crebris percontationibus Gnoſticos, vt rationem reddant de Aeonum emiſſionibus, numeris, imaginibus, & partitionibus: vt vel huius penuria confuſi, conticeſcant: vel abſurdiora comminiſcentes exſibilentur.*

2. Et diem duodecim horas] *Vndecim has voces ex vet. cod. adiecimus.*

3. Prima & Archegonos] *Quærit quamobrem octo tantùm Aeones in principali Pleromatis coniugatione ac emiſſione conſtituerint, nec plures, nec pauciores: cùm & numerus ternarius, quinarius, & ſeptenarius ſuis myſterijs non careant? Deinde, cur non etiam ex coniugatione Logi & Zoes, nec plures nec pauciores quàm decem prodierint? Denique, quî fit, vt Anthropos & Eccleſia duodecim tantummodo pepererint? Horum rationes, aut ſolidas probationes cùm adferre non poſſent, concludit planè anilia eſſe deliramenta.*

4. Qui ſunt conditionis] *Hoc nomine hîc, & in ſequentibus frequentiſſimè, omnes ſpecies infernè creatas, & viſibiles intelligit. Ita & Tertull. libr. de Reſur. car.* Impij ipſam conditionē colunt aduerſus Creatorem.

 5. Apta

5. Apta eſt rhytmiſatio ] *Plura de hoc nomine diſſerit Auguſt. libr. 3. & 5. Muſicæ: Sed hîc tantùm voce ea illam ſuperſtitioſam Aeonum, & emiſſionum enumerationem Irenæum velle ſignificare puto.*

6. Enarrabunt, vel in eum deſcendent ] *Ita legimus ex veter. cod. Deleuimus autem* enarrarent, & deſcenderent. *Et paulò poſt,* huiuſmodi figuræ, *pro,* figura. A

## *QVONIAM QVÆ NOBIS QVI SVMVS ab Eccleſia, imputant ij qui ſunt à Valentino, illis rurſus imputant hi qui ſunt à Baſilide, & illis item alij.*

### CAPVT XXI.

S[1]I autem nulli eorum aſſentire voluerint, quoniam conuincentur à nobis, B non habentes reddere cauſam talis emiſſionis Pleromatis ipſorum, cogentur concludi, vti confiteantur ſuper Pleroma, alteram quandam eſſe diſpoſitionem magis ſpiritalem, & magis dominantem, ſecundùm quam deformatum eſt Pleroma ipſorum. [Si] enim Demiurgus non à ſemetipſo figurationem creaturæ fabricauit talem, ſed ſecundùm illorum quæ ſurſum erant figuram: Bythus ipſorum, qui vtique huiuſmodi figurationis[2] perfecit eſſe ] Pleroma, vel à quo figuram eorum quæ ante ipſum facta ſunt accepit? Oportet enim vel in eo Deo qui fecerit mundũ, perſeuerare ſententiam; quoniam ſua poteſtate, & à ſemetipſo accepit exemplum mundi fabricationis: vel ſi motus quis ab hoc fuerit, ſemper quærendi neceſſitas erit, vnde ei qui ſuper eum eſt, figuratio eorum quæ facta ſunt, quis & numerus emiſſionum, & ſubſtantia ipſius exempli. Si autem licuit Bytho à ſemetipſo talem figurationem Pleromatis perficere: [ quid ] vtique Demiurgo non licuit à ſemetipſo mundum feciſſe? Rurſum igitur ſi illorum imago conditio eſt, quid prohibet illa eorum quæ ſuper ea ſunt imagines eſſe dicere; & quæ ſuper ea ſunt, rurſus aliorum; & in immenſas imagi- C nes imaginum * excedere?[3] *excidere) Sicut paſſus eſt Baſilides, cùm minimè attigiſſet veritatem, & putans per immenſam ſucceſſionem eorum quæ ex inuicem facta ſunt, effugere talem aporiam.[4] Baſilidis dementia. Quoniam CCCLXV. cælos per ſucceſſionem, & ſimilitudinem ab inuicem factos enunciauit, & horum oſtenſionem eſſe numerum anni dierum, quemadmodum prædiximus; & * horum virtutem, *ſuper hos quam & innominabilem vocant, & huius diſpoſitionem, & nec ſic quidem effugit talem aporiam. Interrogatus enim vnde cælo ei qui eſt ſuper omnes, ex quo reliquos per ſucceſſionem factos vult, figurationis imago? Ab ea diſpoſitione, dicet quæ eſt ſecundùm innominabilem. Et aut innominabilem à ſemetipſo feciſſe dicet eam; vel alteram quandam ſuper hanc poteſtatem eſſe conſentire neceſſe habebit, ex qua accepit innominabilis eius tantam eorum quæ ſunt ſecundùm eum figurationem. Quanto igitur tutius & diligentius, quod eſt verum ſtatim initio confiteri, quoniam fabricator Deus hic qui mundum fecit, ſolus eſt Iſaiæ 22. Deus, & non eſt alius [Deus] præter eum; ipſe à ſemetipſo exemplum & figurationem eorum quæ facta ſunt, accipiens: quàm poſt tantam irreligioſitatem & circuitum defeſſos, cogi aliquando[5] in aliquo vno ſtatuere ſenſum, & ex eo * figuratione factorem *figurationem confiteri?

### ANNOTATIONES. D

1. Si autem nulli ] *Tam frequens Gnoſticorum Pleroma, ex propria ipſorum diſpoſitione euertit, ad immenſas Idearum ideas illos adigens: ſimul Baſilidis de cælis CCCLXV. matæologias & commenta, quæ lib. 1. ca. 22. & 23. enarrauerat, quaſi per tranſennam confutat, piè tandem colligens longè tutius & ſalubrius eſſe, in vnius & ſolius Dei confeſſione permanere; quàm tanta impietatum examina confingere.*

2. Perfecit eſſe ] *Codices excuſi,* perfeciſſe.

3. Sicut paſſus eſt Baſilides ] *Id eſt, quod Baſilidi accidit.*

4. Quoniam ] *Quantus ſit numerus ſpherarum cæleſtium, parum inter ſe conueniunt Philoſophi & Theologi. Vnicam vult Chryſoſtomus: duas Origenes: de tribus non ambigit Damaſcenus: quoſdam quatuor, alios ſeptem, multos octo conſtituiſſe teſtis eſt Auguſtinus, 12. de Geneſi, ca. 30. nonam addere Ptolemæo & Alphragano viſum eſt: Alphonſus, Lignerius, & Regiomontanus experientia & ratione moti, decimam adijciunt: magna nunc confidentia Theologi his vndecimam connectunt; quam à lucis fulgore, Empyreum cælum appellant. Gnoſticis propior accedit Ariſtoteles, qui 12. Metaphyſices, 47. aut 55. cæleſtes orbes eſſe per ſe motos, totidemq; motores admiſit. Nos interea dum conciliabũtur, Auguſtino obſequuti, illuc potius ſatagemus peruenire.* In Pſal. 32.

5. In aliquo vno ] *Græcè,* ἐρείδειν τὸν νοῦν, *id eſt, mentem ſtatuere ac figere.*

QVO-



## A *QVONIAM SIQVIS TRANSMOTVS fuerit à Demiurgo, in multos Deos & infinitos mundos excidere eum neceſſe eſt.*

### CAPVT XXII.

E[1]Tenim hoc quod ] imputant nobis qui ſunt à Valentino, in ea quæ eſt deorſum hebdomade dicentes nos remanere, quaſi non attollentes in altum mentem, neque quæ ſurſum ſunt ſentientes, quoniam portentiloquium ipſorum non recipimus, hoc idem ipſum qui à Baſilide ſunt his imputant, quaſi his adhuc circa ea quæ deorſum ſunt volutantibus vſque ad primam & ſecundã octonationem, & poſt triginta AEonas indoctè putare eòs ſtatim inueniſſe eum qui ſupra omnia eſt Patrem, non inueſtigantes ſenſu in id quod eſt ſuper CCCLXV. cælos Pleroma, quæ eſt ſupra quadragintaquinque ogdoades. Et illis iterum iuſtè quis impu- B tabit, fingens quatuor milia & CCC. & LXXX. cælos vel AEonas: quoniam hi dies anni tantas horas habent. Si autem quis & noctium apponat duplicans prædictas horas, magnam multitudinem octonationum, & innumerabilem quandam AEonum operoſitatem putans adinueniſſe, aduerſus eum qui eſt ſuper omnia Pater omnium ſemetipſum perfectiorem ſuſpicans, eadem omnibus imputabit: quoniam non ſufficiant in altitudinẽ eius quę ab ipſo dicebatur multitudo cælorum vel AEonum: ſed deficientes vel in ea quę ſunt deorſum, vel in medietate[2] perſeuerant. [Eius igitur] quæ [eſt] ſecundùm pleroma ipſorum diſpoſitionis, & maximè eius quæ eſt ſecundùm primam ogdoadem, tantas contradictiones & aporias habentes; inſpiciamus & reliqua propter illorum inſenſationem, & nos de his quæ non ſunt quærentes, neceſſariè autem & hoc *velimus facientes: quoniam[3] huius [rei] credita eſt nobis procuratio, & qui * vellemus omnes homines ad agnitionem veritatis venire:[4] & quoniam tu ipſe hoc poſtulaueris accipere à nobis multas & vniuerſas euerſionis eorum occaſiones.

[5] Quæritur igitur quemadmodũ emiſſi ſunt reliqui AEones? Vtrum ] vniti ei qui emiſerit, quẽadmodum à ſole radij, an efficabiliter & [ partiliter, ] vti ſit vnuſquiſq; eorum C ſeparatim & ſuam figurationem habens, quemadmodũ ab homine homo, & à pecude pecus? Aut ſecundùm germinationem, quemadmodum ab arbore rami? Et vtrum eiuſdem ſubſtantiæ exiſtebant his qui ſe emiſerunt, an ex altera quadam ſubſtãtia ſubſtantiam habentes? Et vtrum in eodem emiſsi ſunt, vt eiuſdem temporis eſſent ſibi: an ſecundùm ordinem quendam, ita vt antiquiores quidam ipſorum, alij verò iuniores eſſent? Et vtrum ſimplices quidam & vniformes, & vndique ſibi æquales & ſimiles, quemadmodum ſpiritus & lumina emiſſa ſunt; an compoſiti & differentes diſsimiles membris ſuis? Sed ſi quidem efficabiliter & ſecundùm ſuam geneſin vnuſquiſque illorum emiſſus eſt ſecundùm hominum ſimilitudinem; vel generationes Patris erunt eiuſdem ſubſtantiæ ei & ſimiles generatori, vel ſi diſsimiles parebunt, ex altera quadam ſubſtantia confiteri eos eſſe neceſſe eſt. Etſi quidem patris generationes ſimiles emiſſori, impaſsibilia perſeuerabunt ea quæ emiſſa ſunt, quemadmodum & is qui emiſit illa: ſi autem ex altera quadam ſubſtantia, quæ eſt capax paſsionum, vnde hæc diſsimilis ſubſtãtia intra illud quod eſt incorruptelæ Pleroma? Adhuc etiam ſecundùm hãc rationem, *intelligeretur, vnuſquiſque eorum ſeparatim diuiſus ab altero * intelligeretur, quemadmodum hominem, non admixtus, nec vnitus alter altero, ſed in figuratione diſcreta & circumſcri D ptione diffinita, & magnitudinis quantitate vnuſquiſque ipſorum deformatus, quæ propria corporis ſunt, & non ſpiritus.[6] Iam igitur non ſpiritale Pleroma eſſe dicãt, nec ſemetipſos ſpiritales; ſiquidem velut homines, AEones ipſorum epulantes ſedẽt apud patrem, & ipſum tali figuratione exiſtentem, quemadmodum detegunt eum qui ab eo *emiſſi * miſsi ſunt.

### ANNOTATIONES.

1. Etenim hoc quod ] *Sic legendum docet vetus codex: quapropter ſuſtulimus,* hi qui *Initium porrò huius capitis eſt pars Dilemmatis præcedentis. Ideoq; à ſuperiore dirimendum non fuiſſe, cum veter. codic. indicat & epigraphe ſupra poſita. Complectitur autem quid Valentiniani, Catholicis; Baſilidis ſectatores, Valentinianis; & vtriſque rurſus alij obijciebant. Inueſtigat deinde, vniti, an diuiſi; eiuſdem ſubſtantiæ participes, an alterius; tempore eodem, an diuerſo; eiuſdem formæ, an differentes; ſimplices, an compoſiti emiſſi fuerint conficti illi AEones, reſponſionum partes omnes eadem opera refellens.*

2. Perſeuerant. Eius igitur ] *Codices excuſi omnes habebant,* perſeuerant eius. Igitur quę ſunt ſecundum, &c.

3. Huius rei ] *Indicat ſe pij alicuius hauddubiè, & Catholici paſtoris precibus, & adhortatione hanc in Gnoſticos ſcribendi prouinciam ſuſcepiſſe: cuius rei quoque meminit,*

*meminit Præfatione in librum primum; & apertius initio libri quinti.*

4. Et quoniam] *Hic ſignatur caput 24. in veter. cod.*

5. Quæritur igitur] *Iam crebris & acutis interrogationibus Gnoſticos vrget: quas cùm nequeant ſoluere, rectè concludit inania & exſibilanda eſſe figmenta, quæcunque de Bytho, Pleromate, & coniugationibus Aeonum fabulabantur. Cæterùm,* vtrum, *pro,* verum: *&* partiliter, *pro,* pariter, *aut. vet. cod. reſtituimus.* A

6. Iam igitur] *Caput 25. cum ſua epigraphe notat vet. cod.*

## *OSTENSIO QVONIAM LOGOS IN diminutione non eſt prolatus.*

### CAPVT XXIII.

SI[1] autem velut à lumine lumina accenſa ſunt, Aeones à Logo, Logos autem à Nu, & Nus à Bytho; velut verbi gratia, à facula faculæ; generatione quidem & magnitudine fortaſſe diſtabunt ab inuicem, eiuſdem autem ſubſtantiæ cùm ſint cum principe emiſſionis ipſorum, aut omnes impaſſibiles perſeuerant, aut & pater ipſorum participauit paſſiones. B Neque enim quæ poſtea accenſa eſt facula, alterum lumen habebit quàm illud quod ante eam fuit. Quapropter & lumina *ab ipſo (*ipſorum) compoſita in vnum in principalem vnitionem recurrunt, cùm fiat vnum lumen quod fuit & à principio. Quod autem[2] iuuenius eſt & antiquius, neque in ipſo lumine intelligi poteſt (vnum enim lumen eſt totum:) nec in ipſis quæ perceperunt lumē faculis. Etenim ipſæ ſecundùm ſubſtantiam materiæ id temporis habent, vna enim & eadem eſt facularum materia: ſed tantùm ſecundùm *accenſionem (*acceſſionem,), quoniam altera quidem ante *tempus (*puſillum) illud, altera autem nunc accenſa eſt.

### ANNOTATIONES.

1. Si autem velut] *Ex ortu, ſucceßione, ætate, ſubſtantia, & paßionibus Aeonum, colligit ſictitios eſſe: proinde illis omißis ad vnum omnium rerum principium redeundum.*

2. Iuuenius] νεώτερον, *recentius, poſterius. Comparatiuis iſtiuſmodi non rarò vtitur, vt ſupra, cap. 19.* Nouius aliquid. *Et proximo capite,* Iuuenior aliquis. *Et ca. 33.* Qui eſt decorior. *Homini Græco Latinè ſcribenti hæc facilè condonantur: quamquam etiam apud Columellam lib. 9. cap. 11. legatur,* Iuuenius examen.

## *QVOMODO SECVNDVM HÆREticos voluntas Patris inuenitur feciſſe ignorantiam & labem.* C

### CAPVT XXIV.

L[1]Abes igitur eius quæ eſt ſecundùm ignorantiam paſſionis, aut vniuerſo ſimiliter Pleromati ipſorum proueniet, cùm ſint eiuſdem ſubſtantiæ, & erit in ignorātię Labe, id eſt, ſemetipſum ignorans Propator: aut ſimiliter omnia impaſſibilia perſeuerabunt, ea quæ ſunt intra Pleroma lumina. Vnde igitur circa iuniorem AEonem paſſio, ſi paternum lumē eſt ex quo omnia conſtituta ſunt lumina, quod naturaliter impaſſibile eſt? Quomodo autem & iuuenior aliquis aut ſenior in ipſis, AEon dici poteſt, cùm ſit vnū lumen totius Pleromatis?[2] & ſi quis ſtellas dicat eos] eæ nihilominus eadem vniuerſi apparebunt natura participantes. (1. Cor. 15. 41.) Etenim ſi ſtella à ſtella in claritate differt, ſed non ſecundùm qualitatem, nec ſecundùm ſubſtantiam, ſecundùm quam paſſibile aliquid vel impaſſibile eſt: D ſed aut vniuerſos ex lumine cùm ſint paterno, naturaliter impaſſibiles & immutabiles eſſe oportet: aut vniuerſi cum paterno lumine & paſsibiles, & commutationum corruptionis capaces ſunt. Hæc autem eadem ratio ſequetur, & ſi velut ab arbore ramos dicant à Logo natam eſſe emiſsionem AEonum, cùm Logos à patre ipſorum generationem habeat: eiuſdem enim ſubſtantiæ omnes inueniuntur cum patre, tantùm ſecundùm magnitudinem, ſed non ſecundùm naturam differentes ab inuicem, & magnitudinem complentes patris, quemadmodum digiti complent manum. Si igitur pater in paſsione & ignorantia, & ij vtique qui ex eo generati ſunt, AEones.[3] Si autem impium eſt Patri omnium ignorantiam & paſsionem affingere, quomodo ab eo emiſſum dicunt AEonem paſsibilem, & hoc ipſi Sophiæ Dei eandem impietatem affingentes, ſemetipſos religioſos eſſe dicēt? Si autem quomodo à ſole radios, Aeonas ipſorum emiſſiones habuiſſe dicent, eiuſdem ſubſtantiæ & de eodem omnes cùm ſint, aut omnes capaces paſsionis erunt cum eo qui ipſos emiſit, aut omnes impaſsibiles perſeuerabunt.

Non



A Non enim iam quoſdam impaſſibiles, quoſdam autem paſſibiles poſſunt ex tali emiſſione confiteri. Si igitur omnes impaſſibiles dicunt, ipſi ſuum argumentum diſſoluunt. Quomodo enim paſſus eſt minor AEon,[4] ſi omnes [erant] impaſſibiles? Si autem omnes dicunt participaſſe paſſioni huius, quemadmodum quidam audent dicere, quia à Logo quidem cœpit, deriuatio autem in Sophiam, in Logum huius Nun Propatoris paſſionem reuocantes arguētur, & Nun Propatoris & ipſum patrem in paſſione fuiſſe confitentes. Non enim vt compoſitum animal quiddam eſt omnium Pater, præter Nun, quemadmodum præoſtendimus,[5] ſed Nus Pater, & Pater Nus. Neceſſe eſt itaque & eum qui ex eo eſt Logos, imò magis autem ipſum Nun, cùm ſit Logos, perfectum & impaſſibilem eſſe; & eas quæ ex eo ſunt emiſſiones, eiuſdē ſubſtantiæ cùm ſint, cuius & ipſe, perfectas, & impaſſibiles, & ſemper ſimiles cum eo perſeuerare, qui eas emiſit. [6] Non igitur iam Logos quaſi tertium ordinem generationis habens ignorauit Patrē, quemadmodum docent hi: hoc enim in hominum quidem generatione fortaſſe putabitur veriſimilius eſſe, eo quòd ſæpe ignorant ſuos parentes; in Logo autem Patris omnimodo impoſſibile eſt. Si enim exiſtens in Patre, cognoſcit hunc in quo eſt, hoc B eſt ſemetipſum, non ignorat & quæ ab hoc ſunt emiſſiones, virtutes eius exiſtentes, & ſemper ei aſſiſtentes, [non] ignorabunt eum qui ſe emiſit, quemadmodum nec radij ſolem. [7] Non capit igitur Dei Sophiam eam [quæ] intra Pleroma eſt,[8] cùm ſit [à tali] emiſſione, ſub paſsione cecidiſſe, & talem ignorantiam concepiſſe. Poſsibile eſt autem eam quæ eſt Valentino ſapientiam, cùm ſit de Diaboli emiſsione, in omni paſsione fieri, & profundum ignorantiæ fructificare. (Sapientia hæreticorū eſt à Diabolo.) Vbi enim ipſi teſtimonium perhibent de Matrē ſua, dicentes eam AEonis errantis generationem eſſe, iam non quærere oportet cauſam, propter quam filij huiuſmodi Matris ignorantiæ ſemper natent in profundo.]

[9] Præter has autem emiſsiones ego quidem iam non intelligo alteram poſſe eos dicere, ſed ne ipſi quidem alteram quandam proprietatem emiſſam reddentes aliquando, cogniti ſunt nobis, licet valde multam de huiuſmodi ſpeciebus quæſtionem habuerimus cum eis: hoc autem ſolùm dicunt quoniam emiſsi ſunt vnuſquiſque illorum, & illum tantùm cognouiſſe qui ſe emiſit, ignorans autem eum qui ante illum eſt. Iam non autem cum oſtenſione progrediuntur, quemadmodum emiſsi ſunt, aut quomodo capit tale quid [in] ſpiritalibus fieri.[10] Quacunque] enim progreſsi fuerint, obli- C gabuntur; & à recta ratione cæcutientes circa veritatem, in tantum vti eum qui eſt à Nu Propator ipſorum emiſſus ſermo in deminorationem eum emiſſum dicant. Nun enim perfectum à perfecto Bytho progeneratum, iam non potuiſſe eam quæ ex eo eſt emiſſionem facere perfectam, ſed *obcæcatam (*obcæcatū) circa agnitionem & magnitudinem Patris, & Saluatorem ſymbolum myſterij huius oſtēdiſſe in eo qui à natiuitate cæcus fuit, (Ioan. 9.) quoniam ſi cæcus emiſſus eſt à Monogene AEon, id eſt ignorantia, ignorantiā & cæcitatem commentientes Verbo Dei ſecundùm eos à Propatore emiſsionem habenti, admirabiles Sophiſtæ & altitudines inueſtigantes incogniti Patris, & ſupercæleſtia ſacramenta enarrantes,[11] in quem cupiunt angeli proſpicere, (1. Petr. 1. 12.) vti diſcant quoniam à Nu eius Patris, qui ſuper omnia eſt emiſſum Verbum, cęcum emiſſum, id eſt ignorans Patrem, qui ſe emiſit.

[12] Et quemadmodum, ô vaniſſimi Sophiſtæ, Nus Patris, immò etiam ipſe Pater cùm ſit Nus & perfectus in omnibus, imperfectum & cæcum AEonem emiſit ſuum Logon, cùm poſſit ſtatim & agnitionem Patris cum eo emittere? Quemadmodum Chriſtum poſtgenitum quidem reliquis, perfectum autem dicitis emiſſum: multo magis igitur D qui eſt eo ætate prouectior Logos, ab eodem Nu perfectus vtique *emitteretur (*mitteretur,), & non cæcus: nec ille rurſus plus cæcus, quàm ſi AEonas emitteret, quoaduſque Sophia veſtra ſemper excæcata, tantam malorum enixa eſt ſubſtantiam? Et huius malitiæ cauſa eſt pater veſter (magnitudinem enim & virtutem patris cauſas ignorantiæ eſſe dicitis) Bytho aſsimilantes eum, & nomen hoc ei adponentes innominabili Patri. Si autem ignorantia malum, omnia autem mala ex ea fluxiſſe definitis, huius autem cauſam magnitudinem & virtutem Patris dicentes, malorū factorem eum oſtēditis. Id enim quod non potuerit contemplari magnitudinem eius, cauſam dicitis mali. Sed ſi quidem impoſsibile erat Patri notū ſemetipſum ab initio, his quę ab [ea] facta ſunt, facere,[13] in incu[ſabilis] erat, [qui non] poterat ignorantiam auferre eorum qui poſt ſe ſunt. Si autē poſtea volens eam quę ſecundùm progreſſionem emiſſionem aucta fuerat ignorantiam, & inſeminatam Aeonibus auferre, potuit multo magis prius eam quę nondum erat, ignorantiā volens non permittere fieri. Quoniam igitur quando voluit agnitus eſt, non tantū Aeonibus, ſed & his qui in nouiſſimis tēporibus; non volens autem ab initio agnoſci, ignoratus eſt, cauſa ignorantiæ ſecundū vos eſt, voluntas Patris. Si .n. præſciebat

hæc

hæc ſic futura, quare vtique priuſquam fieret, non abſcidit ignorantiam ipſorum, quā A
poſtea, velut ex pœnitentia, curat [14] per emiſſionem] Chriſti? Qui enim per Chriſtum
agnitionem omnibus fecit, multò ante poterat facere per Logon, qui & primogenitus
erat monogenus. Vel ſi præſciens voluit fieri hæc, ſemper perſeuerant ignorantiæ ope-
ra, & nunquam prætereunt. Quæ enim ex voluntate Propatoris veſtri facta ſunt, perſe-
uerare oportet cum voluntate eius qui voluit: vel ſi prætereunt hæc, cum his præteriet
& voluntas eius qui ſubſtantiam eam habere voluit. Quid enim & diſcentes requieue-
runt AEones, & perfectam agnitionem perceperunt, quoniam incapabilis eſt & incō-
prehenſibilis Pater? Hanc autem agnitionem habere potuerunt priuſquam in paſsioni
bus fierent: non enim deminorabatur magnitudo Patris ab initio, ſcientibus his quia
incapabilis & incomprehenſibilis eſt Pater. Si enim propter immenſam magnitudinē
ignorabatur, & propter immenſam dilectionē impaſsibiles debebat conſeruare eos qui
ex ſe nati erant, quoniam nihil prohibebat, ſed magis vtile erat ab initio cognouiſſe
eos, quoniam incapabilis & incomprehenſibilis eſt Pater.

## ANNOTATIONES. B

1. Labes igitur eius] *Conuincit impia & inſana eſſe deliramenta illa de Labe ignorantiæ producta à primo Patre, cùm in eum ignorantia non cadat: ſimùlque de iunioris Aeonis ementita ab ipſis paſsione & aporia: quando eiuſmodi paſsionum Deus ſit expers, eiuſque Verbum, & Sapientia, vt Deus eſt: quin potius ipſi vnà cum fictitia Matre in profundum ignorationis demerguntur, & ſuis ipſi verbis blaſphemare conuincuntur.*

2. Et ſi quis ſtellas dicat eos,] *Authoritate vete. cod. expunximus,* quas ſtellas dicant. *Senſus autem eſt. Etiamſi ſuos Aeones ſtellas eſſe dixerint, nihilominus eiuſdem erunt generis ſubſtantiæ: ſicq; omnes aut patibiles aut impatibiles, lucidi vel obſcuri.*

3. Si autem impium] *Impietatis eos arguit, quòd Deum Patrem omnium, paſsionibus & moleſtijs ſubijcerent, quam blaſphemiam inſtaurare conati ſunt Patriſpaſsiani: à quibus noſtro ſæculo non abhorruit Lutherus, dùm lib. de Concilijs, refert ſibi negotium fuiſſe cum quibuſdam Neſtorianis,* eò quòd Diuinitatem Chriſti (*quæ à Patre alia non eſt*) pati non poſſe, aduerſus ſeipſum aſſererent. *Eam igitur pati poſſe Lutherus volebat, quod Gnoſticam impietatem planè redolet.*

4. Si omnes erant.] *Expunximus,* erunt, *author. vet. cod.*

5. Sed Nus Pater] *Lactantius lib 1. cap. 5. Deum puram mentem & eſſe & dici etiam ab Ethnicis probat ex hoc loco Cic.* Nec Deus qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi poteſt, niſi mens ſoluta quędam, & libera, ſegregata ab omni concretione mortali, omnia ſentiens & mouens.

6. Non igitur iam Logos] *Errorem hunc, quo Filium Dei, Patrem ignorare contendebant, Origenem poſtea amplexum eſſe citatis eius verbis ait Epiphanius: quo tamen eum liberare conatur Pamphilus martyr ſeu Euſe. in Apolog. vultq; à ſycophantis virus iſtud in eius opera effuſum, vt tanti hominis famam obſcurarent, vel hæreſes ſuas latius ſpargerent.*

7. Non capit igitur] οὐκ ἐνδέχεται, *id eſt, fieri nō poteſt. Vt & cap. 7. huius libri,* aut vmbram capiet. *Et cap. 16.* In hominibus capit dici. *Et alibi non rarò.*

8. Cùm ſit à tali] *Deleuimus,* at illi, *aut. vet. cod.*

9. Præter has autem] *Initium eſt capitis 26. in ve. cod. cum ſuo argumento.*

10. Quacunquē] *Expunximus,* Quandocunq;.

11. In quem cupiunt] *Vetus codex,* in quæ: *cui & Græcus B. Petri contextus concordat,* εἰς ἅ: *ſicq; legunt Oecumenius & alij Græci omnes. Vtramque lectionem com. noſtris in primam D. Petri epiſt. vnde hoc teſtimonium ſumptum eſt, amplectimur & explicamus.* C

12. Et quemadmodum] *Perpetuò ferè pro,* quomodo *Docet autem verè deliram & ſtolidam eſſe eam probationem ignorantiæ Aeonum, quam à cæci nati petebant hiſtoria. Inſuper, eos omnino peruerſos et excæcatos eſſe, qui cauſam mali ac ſupinæ hominum ignorantiæ, Diuinæ tribuerent voluntati.*

13. Inincuſabilis erat qui non poterat] *Ita vetus codex: Excuſi habebant,* inexcuſabilis erat quoniam.

14. Per emiſsionem] *Codices excuſi,* permiſsionem.

## *QVONIAM SOPHIA NVNQVAM IN IGNOrantia & in deminoratione eſt.* D

### CAPVT XXV.

Q [1] Vomodo autem non vanum eſt, quod etiam Sophiam eius dicunt in igno-
rantia, & in deminoratione, & in paſsione fuiſſe? Hæc enim aliena ſunt à So-
phia & contraria, ſed nec affectiones eius ſunt. Vbi enim eſt improuidētia, &
ignorantia vtilitatis, ibi Sophia non eſt. Non iam igitur [2] Sophiam [paſſum]
AEonem vocent; ſed aut vocabulum eius, aut paſsiones prætermittant. Et plenitudi-
nem autem vniuerſam non dicant ſpiritalem, ſi intra ipſam Aeon hîc, cùm eſſet in paſ-
ſionibus tantis, conuerſatus eſt. Hæc enim ne anima quidem fortis, non dicam ſpirita-
lis ſubſtantia, percipiet.

[3] Quomodo autem rurſus Enthymeſis eius cum paſſione procedens ſeparatim pote-
rat fieri? Enthymeſis enim eſſe intelligitur [erga] aliquem, ipſa] autem ſeorſum nun-
quam fiet. Exterminatur enim & abſorbetur mala, à bona Enthymeſi, quemadmodū
ægrimo-



A ægrimoniū ab incolumitate. Quæ enim erat prior Enthymeſis paſſionis exquirere Pa-
trem, & magnitudinem eius conſiderare? Quid autem ſuaſa eſt poſtea, & conualuit,
quoniam incomprehenſibilis, & qui inueniri non poſſit, eſt Pater? Non igitur bonum
erat quòd vellet cognoſcere Patrem, & propter hoc [4] eſſet] paſſibile; ſed quando ſuaſa
eſt quoniam inueſtigabilis eſſet Pater & conualeſcens? Sed ille ipſe Nus [qui] quærebat
Patrem, ceſſauit ſecundùm eos adhuc quærere, [diſcens] quoniam incomprehenſibi-
lis eſt Pater.

## ANNOTATIONES.

1. Quomodo autem] *Oſtendit diuinam Sapientiā nec ignorantiæ, nec deminutionibus, nec paſsionibus vllo pacto expoſitam eſſe, cùm hæc inter ſe pugnent; nec* Ἐνθυμήσιν *eius, quam* excogitationem *vocat Tertullian. vel* intentionem, *vt habet Irenæi interpres, ab ea ſeparari poſſe. De hac Enthymeſi habes ſupra, lib. 1. cap. 1. &* B *lib. 2. cap. 10. & 11. infra quoque frequenter.*

2. Sophiam paſſum Aeonem] *Ita vet. cod. excuſi,* Sophiam paſſam Aeonem.

3. Quomodo autem] *Caput 28. ſignatur in ve. co. cum ſumma quæ infra aſcribitur. Docet verò bonam intentionem, ſeu, vt Tertull. loquitur,* excogitationem, *cum ſcelerata in eodem animo, & ad idem obiectum ſimul ſtare non poſſe. Item, non poſſe ſeorſim ab intellectu conſiſtere. Igitur prorſus delirum & impoſsibile eſſe, illud omne quod de Enthymeſi ſunt nugati. Reſtituimus verò,* ipſa autem, *pro,* ipſum autem: *quoniam de Enthymeſi diſſeritur, quæ cùm ſit accidens, non poteſt actu eſſe niſi in ſubiecto.*

4. Eſſet paſſibile] *Codices excuſi,* eſt & paſſibile: *& paulò poſt pro* dictus, diſcens *repoſuimus, vet. co. authoritate.*

## *OSTENSIO QVOMODO NEQVE ENTHYmeſis ſine Æone propriam habuerit ſubſtantiam, neq; paſsio ſine Enthymeſi eſt.*

### CAPVT XXVI.

Q [1] Vemadmodum igitur Enthymeſis poterat ſeparata concipere paſsiones,
quæ & ipſæ affectiones eius erant? Affectio enim erga aliquem fit, [ipſa] autē
C ſeorſum non poteſt eſſe, nec conſtare: non ſolùm autem inſtabile hoc eſt,
ſed etiam contrarium ei, quod eſt à Domino noſtro dictum: Quærite, & in- Matth. 7. 7.
uenietis. Dominus enim quærendo & inueniendo Patrē, perfectos conſummat diſci-
pulos. Is autem qui ſurſum eſt Chriſtus ipſorum, per id quod præcepit Aeonibus, non
quærere Patrem ſuadens, quoniam & ſi multū laborauerint [non eum inuenient,] per-
fectos eos conſummauit. Et ſi quidē perfectos aiunt in eo quòd dicant inueniſſe Bythū
ipſorum, AEonas autem in eo [2] quòd [ſuaſi ſint] quoniam inueſtigabilis eſt qui ab eis
inquirebatur. Cùm igitur ipſa Enthymeſis non poſſet ſine Aeone ſeparatim conſiſtere,
adhuc maius inferunt mendacium, de paſsione eius ſeparatim, rurſus diuidentes eam,
& hanc eſſe ſubſtantiam dicentes materiæ. Quaſi non eſſet lumen Deus, nec adeſſet ſer-
mo qui poſſet eos arguere, & euertere nequitiam ipſorum: vtique enim quodcunq; ſen-
tiebat Aeon, hoc & patiebatur. Et quod ſentiebatur, hoc & ſentiebat, & non aliud erat
apud eos Enthymeſis eius, niſi paſſio, incomprehenſibilē comprehēdere excogitantis,
& paſſio Enthymeſis: impoſſibilia enim ſentiebat. [3] Quemadmodum itaque poterat af-
fectio & paſsio ab Enthymeſi ſeorſum ſeparari, & ſubſtantia tātę materiæ fieri; quando
D & ipſa Enthymeſis paſſio erat, & paſsio Enthymeſis? Nec igitur Enthymeſis ſine Aeo-
ne, nec affectiones ſine Enthymeſi ſeparatim habere poſſunt ſubſtantiam; & ſoluta eſt
& hîc rurſus regula ipſorum. Quemadmodum autē & ſoluebatur & patiebatur Aeon?
Siquidem eiuſdem ſubſtantiæ cuius & Pleroma erat, Pleroma autem vniuerſum ex Pa-
tre. Quod enim ſimile eſt [in] ſimili non diſſoluetur in nihilum; nec perire periclitabi-
tur, ſed magis perſeuerabit & augeſcet.

## ANNOTATIONES.

1. Quemadmodum igitur] *Probat Enthymeſin, id eſt, Cogitationem vel intentionem ſeparatam* τὰ πάθη *non recipere. Deinde diſſerit cur Chriſtus dixerit Apoſtolis:* Quærite, & inuenietis, *de quo ſuperius, infra quoque abundantius cap. 28. & 53.*

2. Quod ſuaſi ſint] *Ita vetus cod. excuſi,* eo quod ipſa ſint.

3. Quemadmodum] *Ter hoc capite, & aliàs frequenter, vocabulum iſtud pro,* Quomodo, *vel* quo pacto *vſurpat.*

A

## *QVONIAM NEQVE DISSOLVI NEQVE PATI Æon poterat, cùm eſſet ſpiritalis, & in his quæ ſimilia erant conuerſans.*

### CAPVT XXVII.

QVemadmodum[1] ignis in igne, & ſpiritus in ſpiritu, & aqua in aqua: quæ autem ſunt contraria à contrarijs patiuntur, & vertuntur, & exterminantur. Sic & ſi fuiſſet luminis emiſſio, non pateretur, nec periclitaretur in ſimili lumine, ſed magis effulgeſceret & augeſceret, quemadmodum dies à ſole: etenim Bythum imaginem patris ſui eſſe dicunt. Quæcunque ſunt peregrina, & ſibi extranea animalia atque contraria natura periclitantur & corrumpuntur: quæ autem ſibi [2] aſſueta ] ſunt & cognata, nullum patiuntur periculum in ea conuerſantia, ſed & ſalutem & vitam ex eo acquirunt. Si igitur eiuſdem ſubſtantiæ, cuius & vniuerſum Pleroma ex eo [ emiſſus ] fuiſſet hic AEon, nunquam demutationem perciperet, B cùm eſſet in ſimilibus & aſſuetis conuerſans, ſpiritalis in ſpiritalibus. Timor enim & expaueſcentia, & paſſio, & diſſolutio, & * alia in his quidem quæ ſunt ſecundum nos & corporalibus fortaſſis fiant à contrarijs: in ſpiritalibus autem & diffuſum habentibus lumen, iam non tales conſequuntur calamitates. Sed mihi videntur eius paſſionem, qui eſt [3] apud Comicum Menandrum valde amans & odibilis, AEoni ſuo circundediſſe. Magis enim infeliciter amantis cuiuſdam hominis apprehenſionem, & mentis conceptionem habuerunt, qui hæc finxerunt; quàm ſpiritalis & diuinæ ſubſtantiæ.

* talia

### ANNOTATIONES.

1. Quemadmodum ] *Verba iſta iungenda eſſe ſuperioribus contextus ipſe, cum veter. co. qui vocem,* enim, *non habet, non obſcurè indicat. Contendit iuniorem illum AEonem pati non potuiſſe, quæ fingebant, ſi ſpiritalis eſſet ſubſtantiæ: quòd non niſi inter ſimiles fuerit diuerſatus.*

2. Aſſueta ] *Deleuimus* aſſumpta *authoritate veter. cod. vt paulò poſt,* emiſſus, *pro* emiſſum *reſtituimus.*

3. Apud Comicum Menandrũ ] *Hunc à Theophraſto Comicum inſtitutum fuiſſe Olympiade 114. author eſt Laertius: mente autem acutum, ſed ſtrabum, & inſani in mulieres amoris addit Suidas; octoginta fabulas, comœdias centum & quinque eum edidiſſe tradit Apollodorus: Antiquorum autem poetarum furem inſignè vocant Euſebius, & Porphyrius; cuius rei gratia ab Ariſtophane admonitus fuit. Multa ex illius ſcriptis Iuſtinus & Clemens Alexandr. ſuis interſerunt.* Lib. 5.

C

## *QVONIAM PATRIS EXQVISITIO, ET inueſtigatio magnitudinis eius, neq; paſſionem, neque labem, ſed * tantùm perfectiones faciebat in Æone.*

* ſtatũ perfectionis

### CAPVT XXVIII.

SVper[1] hæc quoque & cogitare de quærendo perfectum Patrem, & velle intra eum fieri, & habere eius comprehenſionem, non ignorantiam, nec paſſionẽ poterat inficere, & hoc AEoni ſpiritali, ſed magis perfectionem & impaſſibilitatem & veritatem. Nec enim ipſi cùm ſint homines, excogitantes de eo qui ante ipſos eſt, & velut iam comprehendẽtes perfectum, & intra eius conſtituti agnitionem, dicunt ſemetipſos in paſſione conſternationis eſſe, ſed magis in agnitione & apprehenſione veritatis. Etenim ſaluatorem, [2] Quærite, & inuenietis, diſcipulis * propter hoc dixiſſe dicunt, vt eum qui ab ipſis per excogitationẽ factus eſt, ſuper fabricatorem omnium inenarrabilem, Bythum quærant: & ſemetipſos perfectos eſſe volunt, quoniam inquirentes inuenerunt perfectum, cùm adhuc ſint in terra: eum autem qui intra Pleroma ſit AEonem totum ſpiritalem quærentem Propatorem, & intra magnitudinem eius conantem fieri, & comprehenſionem paternæ veritatis concupiſcentem habere, [3] in paſſionem dicunt recidiſſe: & paſſionem talem, vt niſi ei occurriſſet virtuti, quæ omnia firmat, diſſolutus fuiſſet, [&] in vniuerſam ſubſtantiam exterminatus.

D

* propterea

ANNO-



A

### ANNOTATIONES.

1. Super hæc quoque] *Probat Aeonis fictitiam eſſe ac impoßibilem paßionem: cùm & ipſi ſuper Patrem omnium tam impiè quàm inaniter inquirentes, perfici ſe, non pati fateantur.*

2. Quærite & inuenietis ] *Locum hunc ambitioſius iactitabant hæretici, indeq; Apoſtolis & Eccleſiæ, non omnia, quæ ad ſalutarem doctrinam ſpectabant, aperta eſſe contendebant: vt quod vnuſquiſq; eorum poſtea ſomniaſſet, ſe iuxta Dominicum præſcriptum inueſtigaſſe, & comperiſſe venditaret. De hoc annotauimus in primum cap. lib. 1.*

3. In paſſionem recidiſſe ] *Per AEonem iſtum, quem capite primo libr. 1. Gnoſtici dixerunt in tantas anguſtias & conſternationes coniectum fuiſſe, vt à ſuperno lumine derelictus, & ἀπορία, id eſt, deſperatione fractus exclamauerit:* Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. *Et:* Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? *Chriſtum Dominum procul dubio intelligebant. Id luculenter indicant ab illis ea de re adductæ ſcripturæ, quas nullus vnquam, niſi Chriſto conuenire auſus eſt dicere: indicant, & quæ tradita ſunt capite viceſimo quinto libri huius; vbi AEonem illum Mentem Patris, & Sophiam, & Monogenem vocant. Rectè igitur antea annotauimus recentiores Gnoſticos à ſuperioribus iſtis mutuatos horrendas illas voces, quibus Chriſtum aliquando flammas inferni, ſuppliciaque deſperantium, & damnatorum hominum, perpeſſum eſſe blaſphemant.*

B

## *QVONIAM NON CAPIT ÆONEM infra Pleroma deſiderium paßionis percepiſſe.*

### CAPVT XXIX.

VEſana[1] ] eſt hæc præſumptio, & verè deſtitutorum à veritate ſenſus hominum. Quoniam enim AEon hic melior eſt quàm ipſi, & vetuſtior, ipſi quoque confitentur ſecundùm ſuam regulam, [2] dicentes ſe eſſe conceptum Enthymeſeos eius AEonis qui paſſus eſt, ita vt ſit hic AEon Matris ipſorum pater, id eſt auus ipſorum, & poſterioribus quidem nepotibus exquiſitio Patris veritatem & perfectionem & confirmationem, & eliquationem à fluxibili materia facit, ſicut dicunt, & reconciliationem ad patrem: auo autem ipſorum hæc eadem inquiſitio ignorantiam, & paſſionem, & expaueſcentiam, & timorem, [3] & conſternationem infecit, ex quibus & ſubſtantiam materiæ factam dicunt. Exquirere ergo & inueſtigare perfectum Patrem, & concupiſcentiam communicationis cum eo & vnitatis, ſibi quidem ſalutare fieri; Aeoni autem, à quo & genus habent, diſſolutionis & perditionis cauſam fuiſſe dicentes, quomodo non per omnia incongruum, & fatuum, & irrationabile? Et hi qui aſſentiunt [his] verè cæci, cæcis ducatoribus vtentes, iuſtè & corruunt in ſubiacentem ignorantiæ profundum?

C

### ANNOTATIONES.

1. Veſana ] *Codices excuſi,* Veſania.

2. Dicentes ſe eſſe conceptum ] *Satanica planè hæc eſt ambitio, qua ſtemma ſuum cæleſtibus illis AEonibus acceptum ferebant. Nec mirum aut hæreticis inſuetum, cùm eorum parens Simon, ſeſe Dei nomine; & Montanus, Spiritus ſancti, venditarint. Manichæus ſe Apoſtolum Chriſti: Nouatus ſectatores ſuos Puros vocitabat. Pari faſtu, noſtræ tempeſtatis Gnoſtici ambitioſis titulis ſe, & hæreſiarchas ſuos oſtentant: Alios Elias ſecundos, Baptiſtas & Præcurſores Domini, Quintos Euangeliſtas: alteros Paulos, Gedeones, Prophetas, Reformatores, Spiritus ſancti delitias dictitant. Nam Ioãnes Aurifaber libro Colloquiorum menſalium Lutheri præceptoris ſui, eundem appellat,* Virum Dei, Prophetam Germaniæ, tertium Heliam, doctorem Eccleſiæ omnium maximum, ſolum θεολογῶν θεολογώτατον, ſcripturæ veriſſimum & diuiniſſimum interpretem, ſanctum Lutherum, potentem in dictis & factis, Eccleſiæ iam olim à Deo per os Pauli & Huſſi promiſſum. *Idem rurſus furioſum apoſtatam ac inceſtuoſum hæreſiarcham illum, non modò cunctis ſanctis Patribus, Martyribus, Euangeliſtis, duodecim Apoſtolis, ſed & Angelis impudentia planè diabolica præferens, duobus his verſibus extollit:*

D

Chriſtus habet primas, habeas tibi, Paule, ſecundas.
Aſt, loca poſt illos proxima Luther habet.

*Alius quoque Colloquiorum Lutheri collector Henricus Petrus Rebenſtock, refert eundem Lutherum ſæpe de ſeipſo dixiſſe:* Ego Iſaias, Philippus Melancthon Ieremias. *Quinetiam de poſtrema cæcitate & amentia ſuorum ſequacium prædixiſſe:* Nos patimur paroxiſmum; oppriment nos noſtri vſque ad exhalationem animæ. Deinde adorabunt noſtra ſtercora *&c. Verè nunc ſtercora, imò omni ſtercore ſpurcitiora & fœdiora mendacia, & damnabiles hæreſes Lutheri venerantur et adorant Germani, Daci, Suedi, Hungari, &c.*

Tom. 2. Pag. 28. & 199.

To. 2. pa. 149.

3. Et conſternationem infecit] *Id eſt, intulit, vel, incuſſit. Gr.* ἀπορίαν ἐνεποίησεν. *Loquitur enim de affectionibus, in quas Aeon ille miſer incidit.*

## *QVOMODO DE SEMINE IPSORVM ſermo vniuerſus inſtabilis oſtenditur.* A

### CAPVT XXX.

Q[1]Valis eſt autem & de ſemine ipſorum ſermo, conceptum quidem illum ſecundùm figurationem eorum [2] qui ſunt [erga] Saluatorem Angelorum à Matre informem, & ſine ſpecie, & imperfectum, depoſitum autem in Demiurgum neſciente eo, vt per eum in eam animam quæ erat ab eo ſeminatum, perfectionem & formationem percipiat. Primùm quidem eſt dicere, quoniam imperfecti, &[ infigurati, ]& informes hi ſunt angeli, qui ſunt erga Saluatorem ipſorum. Siquidem ſecundùm illorum ſpeciem conceptum tale quid generatum[ eſt. ]Pòſt deinde quòd dicant [3] ignoraſſe Fabricatorem eam quæ fuit ſeminis in eum demiſſio, & iterum [eam] quæ facta eſt per eum in hominem ſeminatio, futile verbum & vanum, quod nullo modo oſtendi poſſit. Quemadmodum enim ignorauit illud, ſi ſubſtantiam ali- B
quam & qualitatem propriam habuiſſet ipſum ſemen? Si autem ſine ſubſtantia, & ſine qualitate, & nihil erat, conſequenter * ignorabat illud. Quæ enim propriam quandam *ignorauit
* notionem, & qualitatem, vel caliditatis vel velocitatis vel dulcedinis habent, vel cla- *motionē
ritatis cuiuſdam differentiam; nec homines quidem lateant cùm ſint cum hominibus: in tantum abeſt vt fabricatorem huius vniuerſitatis Deum, apud quem iuſtè non eſt agnitum ſemen ipſorum, [4] cùm[ ſit ]ſine qualitate vniuerſæ vtilitatis, & ſine ſubſtantia omnis actionis, & in totum nihil[ exiſtens. ]Et propter hoc mihi videtur etiam Domi-
Matt.12.36. nus dixiſſe: Omnis ſermo otioſus, quem locuti fuerint homines, reddēt pro eo rationē in die iudicij. Omnes enim quicunq; tales ſunt, otioſos ſermones in aures hominū immittentes, aſsiſtent in iudicio, rationem reddituri de his quæ vanè coniecerūt, & mentiti ſunt aduerſus Deum, in tantum vt ſemetipſos dicant propter ſeminis ſubſtantiam agnoſcere ſpiritale Pleroma, eo homine qui eſt intus demonſtrante eis verum Patrem. Opus enim eſſe animali ſenſibilibus erudimentis.

### ANNOTATIONES. C

1. Qualis eſt] *Vaniſſima eſſe oſtendit quæcumque fabulabantur de ſemine tam ſuo, quàm Angelorū, quoniam beatis Angelis ſunt iniurioſa, & Deo creatori contumelioſa, denique nulla probatione confirmari poſſunt.*

2. Qui ſunt erga Saluatorem] *Ita vet. cod. excuſi verò,* qui ſunt. Ergo Saluatorem, &c.

3. Ignoraſſe Fabricatorem] *Diuinam vnitatem Marcion lacerauit; Hypoſtaſeōn trinitatem Sabellius confudit; Simplicitatem labefactarunt Antropomorphitæ; Omnipotentiæ poſt Abailardum, detrahunt Sacramentarij; miſericordiæ Nouatiani; Ariani & Eunomiani æqualitati; at diuinæ maieſtatis oculos aliquid ſubterfugere, ignorantiaque Deum laborare, præter iſtos, neſcio, ſi quis deperditæ adeò mentis vnquam fuerit, vt id cogitarit. A tanto ſacrilegio Ethnicos etiam abhorruiſſe, ex præclaris verſibus Philemonis, Menandri, & Euripidis, quos in librum ſuum de Monarchia inſeruit Iuſtinus martyr, clarum eſt. In hanc impietatem videtur Dionyſius Areopag. integro capite ſeptimo, libri de Diuinis no. diſputare. Varia quoque ad hanc rem Philoſophorum, Comicorum, & Tragicorum teſtimonia congerit Theophilus Antiochenus libro ſecundo ad Autolycum; eandem perſequitur acerrimè & Irenæus capitibus proximis.*

4. Cùm ſit] *Deleuimus* ſint: *& mox* exiſtens, *pro* exiſtentes *poſuimus autho. vet. cod.*

## *QVONIAM NON IGNORAVIT Demiurgus in eum ſeminis depoſitionem.* D

### CAPVT XXXI.

D[1]Emiurgum autem vniuerſum ſemen hoc Matre deponente, ſuſcipientem in ſemetipſum, omnia omnino ignoraſſe, & nullum ſenſum eorum quę erga Pleroma ſunt, habuiſſe: & ſe quidem ſpiritales eſſe, quoniam particula quædam vniuerſitatis Patris in anima ipſorum depoſita eſt: [2] cùm ex eadem ſubſtantia habeant animas, ex qua & Demiurgus, ſicut dicunt. Hunc autem ſemel vniuerſum ſuſcipientem ſemen à Matre, & habentem in ſe, animalem perſeueraſſe, & nihil in totum ſenſiſſe eorum quæ ſunt ſuperiora, quæ hi ſemetipſos intelligere dum adhuc ſunt in terra, gloriantur: quomodo hoc non ſuper omnem irrationabilitatem eſt? Etenim idipſum ſemen horum quidem [3] animabus] agnitionem attribuiſſe & perfectionem; ei autem qui eos fecit[ Deo, ]ignorantiam attribuiſſe putare, verè veſanorū eſt, & in totum mente deſtitutorum. [4] Adhuc etiam vaniſſimum eſt quod dicunt, in hac



A hac depoſitione figurari illud & augeſcere, & paratum fieri ad ſuſceptionem perfectæ rationis. Erit enim ei materiæ admixtio, quam ex [5] ignorantia &] Labe volunt habuiſſe ſubſtantiam, aptior & vtilior, quàm fuit paternum lumen ipſorum: ſiquidem ſecundùm illius depoſitionem natum informe & infiguratum fuit: ex hac autem[ formationem, &]ſpeciem, & augmentum, & perfectionem aſſumpſit.

### ANNOTATIONES.

1. Demiurgum autem] *Contra omnem rationem aſſirmabant Demiurgum, id eſt, Deum huius vniuerſi effectorem, quædam ignoraſſe; quorum ipſi ſcientiam profitebantur, ſibiipſis longè potiora tribuentes, quàm Deo omnipotenti.*

2. Cùm ex eadem ſubſtantia] *Animam eiuſdem eſſe ſubſtantiæ cum Deo mundi fabricatore, hæreſis fuit Manichæorum & Priſcilianiſtarum, vt colligitur ex anathematiſmis concilij Bracarenſis; quam ex Gnoſticorum* B *iſtorum ſentina vides hauſtam fuiſſe. Licet enim diſputationibus grauiſſimis aliquando diſſenſerint Patres de origine animæ, vt ex Tertulliani, Apollinaris, Arnobij, Luciferi, Tatiani, Origenis, & Auguſtini ſcriptis, omnibus in confeſſo eſt: eorum tamen nullus Gnoſticorum ſententiæ ſubſcripſit.*

3. Animabus] *Expunximus* animæ: *& mox* Deo *pro* Deus *reſtituimus aut. vet. cod.*

4. Adhuc etiam] *Initium eſt capitis vigeſimi noni in vet. cod.*

5. Ex ignorantia & Labe] *Deleuimus* ignorantię: *& paulò poſt* formationem *pro* formatione *repoſuimus.*

## *ET QVONIAM SI IN EVM DEPOſitum fuiſſet ſemen, non potuiſſet ignorare ea quæ ſunt ſuper eum.*

### CAPVT XXXII.

S[1]I enim quod eſt à Pleromate lumen, cauſa fuit ſpiritali, vt nec formam, nec ſpeciem, nec magnitudinem haberet propriam, quæ autem huc eſt deſcenſio, hæc vniuerſa addidit ei, & ad perfectionem deduxit, multo optabilior & vtilior videbitur quæ eſt hîc conuerſatio, quam & tenebras dicunt, quā fuit paternum lumen ipſorum. Quomodo autem non[ eſt ]ridiculum, Matrem quidem ipſorum in materiam periclitatam dicere, vti penè ſuffocaretur, & paulominus corrum-
C peretur, niſi vix tunc ſuperextendiſſet & exiliſſet ex ſemetipſa adiumentum percipiens à Patre: ſemen autem eius in hac eadem materia augeſcere & formari, & aptum ad ſuſ-
*ſermonis ceptionem perfecti * ſermones expediri: & hoc in diſſimilibus, & in inſuetis ebulliens (ſicut ipſi dicunt) cōtrarium eſſe terrenū ſpiritali; & ſpiritale terreno? Quomodo igitur in contrarijs & in inſuetis paruum emiſſum, (quemadmodum dicunt,) & augeſcere, & formari, & ad perfectionem peruenire potuit?

### ANNOTATIONES.

1. Si enim] *Ex propoſitis Gnoſticorum ſequitur, tenebras vtiliores eſſe lumine: & filijs perfectionis ac vtilitatis fuiſſe id, quod matri periculoſum fuerat, quod valde eſt ridiculum. Quæ porrò hic refutantur, latè deſcripſit & recitauit lib. 1. cap. 1.*

## *QVOMODO CONTRARIA DE MATRE & Labe eius conſilia decreuerunt.*

### D CAPVT XXXIII.

A[1]Dhuc etiam & ad hæc quæ dicta ſunt requiretur, Vtrúmne ſemel enixa ſit Mater illorum ſemen, vt vidit Angelos, an particulatim? Sed ſi quidē ſimul & ſemel, quod exinde conceptum, nunc iam non erit infantile: ſuperflua eſt igitur in eos qui nunc ſunt, homines deſcenſio eius. Si autem particulatim, iam non ſecundùm figuram eorum, quos vidit Angelos fecit conceptionem: ſimul e-
*inde ſemel nim eos & ſemel videns & concipiens, ſemel enixionem debebat feciſſe, quorum * de ſemine conceperat figuras. Quid autem quòd Angelos cum Saluatore ſimul videns, illorum quidem imagines concepit, Saluatoris autem non, qui eſt decorior ſuper illos? An nunquid non placuit ei hic, & propter hoc non concepit eum? Quomodo autem Demiurgus quem Pſychicum vocant, propriam ſecundùm eos magnitudinem & figuram habens, emiſſus eſt; ſi ſecundùm ſuam ſubſtantiam perfectus? Quod autem ſpiritale eſt, quod etiam [2] operoſius oportet eſſe quàm animale, imperfectum emiſſum eſt, &

opus ei fuit vti in animam deſcenderet, vt in ea formaretur, & ita perfectum exiſtens, A
paratum fiat ad ſuſcipiendum perfectum verbum. Si igitur in terrenis hominibus, &
in animalibus * formaretur, iam non ſecundùm Angelorum ſimilitudinem eſt, quos *formatur,
dicunt lumina, ſed ſecundùm eorum qui ſunt hîc homines. Non enim Angelorũ ha-
bebit ſimilitudinem & ſpeciem, ſed animarum, in quibus & formatur. Quomodo a-
qua in vas miſſa, ipſius vaſis habebit formam, etiamſi gelauerit[3] in eo, ] ſpeciem habebit
vaſculi, in quo gelauit, quando ipſæ animæ corporis * habebant figuram, ipſi enim ad- *habeant
aptatæ ſunt vaſi, quemadmodum prædiximus. Si igitur & illud ſemen hîc coagulatur
& formatur, hominis figura erit, ſed non Angelorum formam habens. Quomodo igi-
tur ad imagines Angelorum illud ſemen eſt, quòd ſecundùm ſimilitudinem hominũ
figuratur? Quid autem cùm ſpiritale eſſet, opus ei fuit vt in carnem deſcenderet? Caro
enim eget ſpiritali, ſi tamen incipiet ſaluari, vt in eo ſanctificetur, & clarificetur, & ab-
1.Cor 15. 2.Cor.5. ſorbeatur mortale ab * immortali: ſpiritali autem in totum non eſt opus eorum, quæ *immortalitate:
ſunt hîc. Non enim nos illud, ſed illud nos meliores facit.

B

ANNOTATIONES.

1. Adhuc etiam] *Quatuor propoſitis quæſtionibus, adiectiſq́; iuxta eorum mentem totidem reſponſis, falſa conuincit eſſe, quæ comminiſcebantur de matre ſua, & eius imagine: de angelorum imaginibus, Demiurgi, & ſpiritalis imperfecti emiſſione; atque ex his conſequi docet, ſemen illud non angelorum, ſed animarum figuras, debere præ ſe ferre.*

2. Operoſius] *id eſt, ad res gerendas efficacius & aptius.*

3. In eo.] *Ita vet. cod. excuſi verò* eam: *De charactere & figura animarum poſtea diſputabitur, videlicet, cap. 63.*

## OSTENSIO QVOD NEQVE CONCEPTIO, neq; generatio ſeminis fuerit.

### CAPVT XXXIV.

A[1]Dhuc autem manifeſtius qui eſt de ſemine ipſorum ſermo, arguitur falſus, C
& à quolibet perſpici poteſt, in eo quòd dicant eas animas quæ habuerint à
Matre ſemen, meliores reliquis fieri. Quapropter & honoratas à Demiurgo,
& principes, & reges, & ſacerdotes * ordinatos eſſe. Si enim erat hoc verum, *ordinatas
primus vtique Caiphas ſummus ſacerdos, & Annas, & reliqui ſummi ſacerdotes & le-
gis doctores, & principes populi credidiſſent Domino, in eam cognationem concur-
rentes; & ante hos etiam Herodes rex. Quoniam autem nec hic, nec ſummi ſacerdotes,
nec qui præerant, neque clari de populo accurrerunt ei: ſed è contrario[2] qui erant in
vijs mendici ſedentes, ſurdi, & cæci, & à reliquis conculcabantur & contemnebantur,
1.Cor.1.26. quemadmodum & Paulus ait: Videte enim vocationem veſtram fratres, quoniam[3] nõ
multi ſapientes apud vos, nec nobiles, neque fortes; ſed quæ fuerunt contemptibilia
mundi, elegit Deus. Non itaque erant meliores tales animæ propter ſeminis depoſitio-
nem, neque propter hoc honorificabantur à Demiurgo. Et de eo quidem, quod ſit regu-
la ipſorum infirma & inſtabilis; adhuc etiam & vana, * ſufficiant quæ dicta ſunt. [4] Nec *ſufficiunt
enim oportet, quod ſolet dici, vniuerſum ebibere mare, eum qui velit diſcere, quoni- D
am aqua eius ſalſa eſt.

ANNOTATIONES.

1. Adhuc autem] *Initium eſt capitis 30. in vet. cod. cum eiuſdem argumento. Damnat fabulas illas de ſemine & conceptione, quas circa medium capitis primi lib. 1. retulerat.*

2. Qui erant in vijs mendici] *Huic ſimile eſt illud Tertull.* Maior pars credentium, ſimplices, imprudentes, & idiotę. *Item Minutij Felicis in Octauio:* Pars veſtrum & maior & melior, egetis, algetis, opere, fame, laboratis, & Deus patitur, &c. (Lib. cont. Prax.)

3. Non multi ſapientes apud vos] *Verba ſunt Apoſtoli, 1. Cor. 1. quæ paulò aliter citat, quàm habeat aut vulgata editio, aut contextus Græcus, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, atq; ſic ex Græcis legunt Chryſoſtomus & Theodor. & ex Latinis Ambroſius & Primaſius: ſed ſenſum reddidit Irenæus.*

4. Nec enim oportet] *Elegans planè prouerbium eodem ferè ſenſu vſurpatũ, quo illud eſt apud Virgilium:* Et crimine ab vno, diſce omnes.

QVO-



A

## QVONIAM EX SOLVTIONE PARAbolarum impropriam & inconuenientem fictionem ſuam faciunt.

### CAPVT XXXV.

S[1]ED quemadmodum ſtatua de luto facta, colorata autem ſuperficie, vt
putetur aurea eſſe, quæ ſit lutea, & quicunq; accipiet ex ea particulam qua-
lemcunq;, & * exhauriens oſtenderit lutum, liberauit eos qui veritatem *exaperiẽs
quærunt à falſa opinione: eodem modo & nos non modicam partẽ, ſed ea
quæ ſunt maxima continentia regulæ ipſorum reſoluentes capitula, om-
nibus quotquot non ſeduci ſcientes volunt, quod eſt nequam, & doloſum, & ſeducto-
rium, & pernicioſum, de ſchola eorum qui ſunt à Valentino, & à reliquis hæretico-
rum, quotquot Demiurgum, id eſt, fabricatorem & factorem huius vniuerſitatis, ſo-
B lum exiſtentem Deum malè tractant, oſtendimus, diſſolubilem eorum viam manife-
ſtantes. Quis enim ſenſum habens, & veritatis vel modicum attingens, ſuſtinebit di-
centes ſuper Demiurgum Deum eſſe alterum Patrem: & alterum quidem eſſe Mono-
genem, alterum autem Verbum Dei, quem & in deminoratione emiſſum dicunt? Al-
terum autem Chriſtum, quem & poſteriorem reliquis AEonibus cum Spiritu ſancto
factum eſſe dicunt: & alterum Saluatorem, quem ne à Patre quidem vniuerſorum, ſed
ab his qui in deminoratione facti ſunt AEonibus collatum & congeſtum dicunt, &
neceſſariè propter deminorationem emiſſum, vt niſi in ignorantia & deminoratione
fuiſſent AEones ſecundùm eos, nec Chriſtus emiſſus fuiſſet, nec Spiritus ſanctus, nec
Horos, nec Soter, nec Angeli, aut Mater ipſorum, nec ſemen eius, nec reliqua mundi
fabricatio, ſed fuiſſent omnia deſerta ac deſtituta tot bonis. Non ſolùm itaque in fabri-
catorem tantùm irreligioſi ſunt, Labis eũ dicentes fructum; ſed & in Chriſtũ, & in Spi-
*ſimiliter ritum ſanctum, propter Labem dicentes [eos] emiſſos; & Saluatorem autem * finali-
ter poſt Labem. Quis enim ſuſtinebit reliquum eorum vaniloquium, quòd aſtutè pa-
rabolis adaptare conantes, & ſe, & eos qui ſibi credunt in maximam conuertunt im-
C pietatem? Quoniam & parabolas, & actus Domini impropriè & inconſequenter infe-
runt figmento ſuo, ita oſtendimus.

ANNOTATIONES.

1. Sed quemadmodum] *Hanc ſententiam reuulſam à fine capitis XXXIV. initium XXXV. conſtituimus. Aſſerit verò nec alterum Deum ſupra Fabricatorem huius vniuerſi conſtituere; nec vnicum in perſona Chriſtum in plures diſtrahere licitum eſſe: quod ipſos tentare ſupra dixerat, libr. 1. capit. 1. Billius porrò de huius capitis initio ſcribit:* Mihi dubium non eſt, quin pro, maxima, ſubſtituendum ſit, maximè. Nam quod in Græco erat συνεκτικώτατα, id verborum tenaciſſimus Interpres reddidit, maximè continentia: ego, præcipua ac maximi ponderis. Sic enim clarior eſt ſenſus. *Acutiorum iudicio hæc ego diſcutienda relinquo.* (Lib. 1. ſacr. obſeruat.)

## QVOMODO OMNIS NVMERVS CONſtare poteſt ex Scripturis, & typus dici omnis argumenti.

### CAPVT XXXVI.

D

I[1]Llam enim, quam erga duodecimũ Aeonem dicunt accidiſſe paſſionem,
conantur oſtendere, quòd Saluatoris paſſio à duodecimo Apoſtolorum
facta ſit, & in duodecimo menſe.[2] Vno enim anno volũt eum poſt Baptiſ-
mum prędicaſſe. Sed in illa quę profluuium ſanguinis patiebatur, manife- Matth.9.20.
ſtè dicunt oſtenſum: duodecim enim annis paſſa eſt mulier, & tangẽs fim-
briam Saluatoris, conſequuta eſt ſanitatem ab illa virtute, quæ egreſſa eſt à Saluatore,
quam præeſſe dicunt. Illa enim quæ paſſa eſt virtus extenſa & in immenſum effluens,
ita vt periclitaretur in omnem ſubſtantiam diſſolui, cùm tetigiſſet primam quaterna-
tionem, quæ per fimbriam ſignificatur, ſtetit, & à paſſione ceſſauit. Hoc ergo quod di-
cunt duodecimi Aeonis paſſionem per Iudam demonſtrari; quomodo poteſt in ſimili-
tudinem comparari Iudæ, qui eiectus eſt de numero duodecimo, nec reſtitutus eſt in
locum ſuum? AEon enim, cuius typum Iudam dicunt eſſe, ſeparata eius Enthymeſi re-
ſtituta eſt, ſiue reuocata: Iudas autem abdicatus [eſt,] & eiectus, & in locum eius

 Matthias

*Actor.1.17. Pſal.105.8.* Matthias ordinatus eſt, ſecundùm quod ſcriptum eſt. Et Epiſcopatum eius accipiat alius. Debuerunt itaque dicere, duodecimum AEonem eiectum eſſe de Pleromate, & in locum eius alium prolatum ſiue emiſſum; ſi tamen in Iuda oſtenditur. Adhuc autem ipſe quidem AEon quòd ſit paſſus dicunt, Iudas autem quòd ſit proditor. Patiens autem Chriſtus venit ad paſſionem, & non Iudas, & ipſi confitentur. Quomodo igitur Iudas traditor eius, qui pro noſtra ſalute pati habuit, typus & imago eſſe poterat [paſſi] AEonis? [3] Sed neque] Chriſti paſſio ſimilis eſt paſsioni AEonis, [neque in ſimilibus] facta. AEon enim paſſus eſt paſsionem diſſolutionis & perditionis, [ita] vt periclitaretur ipſe qui patiebatur, & corrumpi: [4] Dominus autem noſter Chriſtus paſſus eſt paſſionem validam, & quæ non cederet, non ſolùm ipſe non periclitatus corrumpi, ſed & corruptum hominem firmauit robore ſuo, & [in] incorruptionem reuocauit. Et AEon quidem paſſus eſt paſſionem, ipſe requirens Patrem, & non præualens inuenire. *Paſſionis Chriſti fructus.* Dominus autem paſſus eſt, vt eos qui errauerunt à Patre, ad agnitionem, & iuxta eum adduceret. Et illi quidem inquiſitio magnitudinis Patris fiebat paſſio perditionis, nobis autem Dominus paſſus, agnitionem Patris conferens, ſalutē donauit. Et illius quidem paſſio fructificauit fructū fœmineum, ſicut dicunt, inualidum, & infirmum, & informem, & inefficacem: iſtius autē paſsio fructificauit fortitudinē & virtutem. B *Pſal.67.19. Epheſ.4.8. Marc.16.18. Matth.10.1.* Aſcendens enim in altitudinem Dominus per paſſionem, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, & contulit credentibus in ſe ſuper ſerpentes & ſcorpiones calcare, & ſuper omnem virtutem inimici, id eſt, principis apoſtaſiæ. Et Dominus quidem per paſsionem, mortem deſtruxit; & ſoluit errorem, corruptionemque exterminauit, & ignorantiam deſtruxit; vitam autem manifeſtauit, [&] oſtendit veritatem, & incorruptionem donauit.

ANNOTATIONES.

1. Illam enim] *Caput 32. inchoatur in vet. codic. cum ſua epigraphe. Demonſtrat autem vanas & futiles eſſe probationes, quibus Aeonis duodecimi paſsiones & anguſtias aſſeuerabant, nec per Iudæ apoſtaſiam ac defectionem ipſas poſſe confirmari. Demum, varijs antitheſibus oſtendit, paſsionem Domini noſtri, nihil commune aut affine habere, cum ficta AEonis paſsione. Quæ autem hic refelluntur, habes lib.1.cap.1. paulò poſt initium: & lib.2. cap.25.26.27.28.*

2. Vno enim anno] *In hac quoque videtur fuiſſe ſententia Tertullian. lib. aduerſ. Iudæos, cap. 8. & lib.1. aduerſ. Marcionem cap. 15. quod etiam notat Euſebius in Chron. Eandem opinionem amplexantur Lactantius lib. 4. cap.10. Iulius Africanus lib. de temp. apud Hieronymum Comment. in Danielem: Clemens Alexand. lib.1. Strom. Paulus Oroſius, lib.7. capite decimo, quibus accedere videtur Auguſtinus lib.18. de ciuitat. cap.54. & lib.22. cap. 15. tametſi contrarium tueatur lib. 2. de doctrina Chriſtiana, capite vigeſimo octauo. At verò, hunc Gnoſticorum errorem tam acriter capit. 38. & 39. huius libri refellit Irenæus, vt in alium inclinare videatur. De hac re ante me ſcripſerunt viri doctiſsimi & diligentiſsimi Pamelius in Paradoxis Tertulliani, & Benedictus Pererius Comm. in caput vndecimum Danielis. Hos ſtudioſus lector conſulat.*

3. Sed neque] *Expunximus* quæ: *& poſtea* neque in ſimilibus, *pro* ei quæ in inuiſibilibus, *aut. vet. cod. repoſuimus.* C

4. Dominus autem noſter paſſus eſt paſſionem validam] *Id eſt, non modò ſponte & confidenter ad paſsionem acceſsit, Iudæiſque capiendum, ligandum, conſpuendum, denique crucifigendum ſemetipſum obtulit: verùm etiam illa toti mundo inaudita dolorum tolerantia, homini aſſumpto omnem gloriam & exaltationem; & generi humano iuſtitiam & ſalutem æternam promeruit. Cyprianus martyr hos fructus paſsionis Chriſti poſt Irenæum ſic attingit.* Chriſtus Filius hominis eſſe voluit, vt nos filios Dei faceret: vulneratus eſt, vt vulnera noſtra ſanaret: ſeruiuit, vt ad libertatem ſeruientes extraheret: mori ſuſtinuit, vt immortalitatem mortalibus exhiberet. *Serm. de eleemoſ.*

## *QVOMODO * DESTRVETVR QVI EST DE numeris ipſorum & nominibus ſermo.*

*deſtruitur

D

CAPVT XXXVII.

[1] ILlorum autem AEon cùm fuiſſet perpeſſus ignorantiam * ſubſtituit, ſubſtantiam informem peperit, ex qua omnia materialia opera prolata ſunt ſecundùm eos, mors, corruptio, error, & his ſimilia. Non ergo Iudas duodecimus diſcipulus typus erat paſsi AEonis, ſed neque Domini noſtri paſſio: per omnia enim diſſimile, & inconueniens inuicem ſibi oſtenſum eſt, non ſolùm in his quæ prædiximus, ſed ſecundùm ipſum numerum. *Matth.10.3. & 4. Marc.3.17. & 18. Luc.6.24. & 25.* Proditor enim Iudas, quòd ſit duodecimus denominatus Apoſtolus in Euangelio [apud omnes conſonat,] hic autem AEon non duodecimus, ſed trigeſimus eſt: non enim duodecim tantùm AEones voluntate patris prolati ſunt, ſecundùm hæc, nec duodecimus ordine emiſſus eſt, in trigeſimo loco annumerantes eum emiſſum. Quomodo ergo duodecimus ordine

* ſuſtinuit



A ordine Iudas, eius qui in trigeſimo ordine eſt AEon, poteſt eſſe typus & imago? ſi autem Iudam pereuntem, imaginem Enthymeſeos eius eſſe dicunt; nec ſic imago ſimilis erit eius quæ ſecundùm eum eſt veritatis. Enthymeſis enim ſeparata ab AEone ipſa propterea formata à Chriſto, dehinc prudens facta à Saluatore, & omnia quæ ſunt extra Pleroma operata, ſecundùm imaginem eorum qui ſunt in Pleromate, in nouiſſimo in Pleroma recepta dicitur ab his, & ſecundùm coniugationes vnita Saluatori ei] qui ex omnibus factus eſt. Iudas autem ſemel eiectus, nunquam reuertitur in diſcipulorum numerum: alioquin nunquam alius in locum eius annumeraretur. Et Dominus autem dixit de eo, Væ homini per quem Filius hominis tradetur. Et, Melius *Matth.26.24. Luc.22.22.* erat ei ſi non natus fuiſſet: & filius perditionis dictus eſt ab eo. Si autem non ſeparatæ ab AEone Enthymeſeos dicunt Iudam eſſe typum, ſed perplexæ ei paſſionis, nec ſic numerus duodecimus numero trium poſſunt eſſe typus. Hîc enim Iudas eiectus eſt, & Matthias pro eo ordinatus: illic autem AEon periclitatus diſſolui, & periſſe dicitur, & *Act.1.* Enthymeſis & paſſio: ſeparatim enim Enthymeſin quoque [à] paſſione ſecernunt, & faciunt AEonem quidem reſtitui, Enthymeſin autem formari, paſſionem verò ab his ſeparatam eſſe materiam. B Tribus itaque exiſtentibus his, AEone, & Enthymeſi, & paſſione, Iudas & Matthias duo exiſtentes, non poſſunt typus eſſe. Si autem duodecim Apoſtolos dicunt typum eſſe illius ſolius duodecim AEonum prolationis, quam Homo cum Eccleſia protulit; & reliquorum decem AEonum, qui, vt dicunt, à Verbo & Vita prolati ſunt, dent typum alios decem Apoſtolos. [2] Irrationabile] eſt enim iuniores quidem AEones, & propter hoc minores, oſtendi à Saluatore per electionem Apoſtolorum: ſeniores autem horum, & ob hoc meliores, non iam præoſtendi, cùm poſſit Saluator, ſi tamen Apoſtolos ideo elegit, vt per eos oſtendat Aeonas, qui ſunt in Pleromate, & alios decem Apoſtolos eligere: & ante hos quoque alios octo, vt illam principalem & primam oſtendat Ogdoadem, per Apoſtolorum numerum typum factum poſſit oſtendere, neque ſecunda decade: poſt enim duodecim Apoſtolos L X X. alios Dominus noſter ante ſe miſiſſe inuenitur, ſeptuaginta autem nec octonario numero, neque denario, nec trigenario typus eſſe poſſunt. *Luc.10.1. Matth.10.7.* Quæ igitur cauſa eſt iuniores quidem, ſicut prędixi, AEones per Apoſtolos oſtendi; meliores autem, ex quibus & hi facti ſunt, non iam præfigurari? Et duodecim autem Apoſtoli, ſi propter hoc electi ſunt, vt per eos numerus duodecim AEonum ſignificetur; & ſeptuaginta in typum AEonum ſeptuaginta electi eſſe debuerunt, C non iam triginta numero AEonas, ſed octoginta & & duos factos dicant. Qui enim ſecundùm typum eorum qui in Pleromate ſunt AEonum, electionem facit Apoſtolorum, nunquam aliorum quidem faceret, aliorum verò non faceret: ſed per omnes Apoſtolos tentaſſet ſeruare imaginem, & oſtendere typum eorum qui ſunt in Pleromate AEonum.

[3] Sed neque de Paulo quidem tacendum eſt, ſed exigendum ab his in cuius AEonis typum Apoſtolus nobis traditus eſt: niſi fortè in Saluatoris compoſiti eorum qui & ex omnium collatione] ſubſiſtit, quem & Omnia nuncupant, eo quod ſit ex omnibus: de quo & Heſiodus poëta ſplendidè ſignificauit, Pandoram, id eſt Omnium munus, nominans eum, ob hoc quòd ex omnibus optimum munus in eo ſit collatum. In quibus ratio hæc eſt. [4] Hermes (ſicut Græco ſermone exprimitur) Αἰμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος ἐς αὐτοὺς κάτθετο: Vt hoc ipſo Latino ſermone dicamus, Fraudulentiæ, ſiue ſeductionis verba, & ſubinuolantes mores indidit eorum ſenſibus, ad ſeducendū ſtultos hominum, vt credant figmentis eorum. [5] Mater enim, hoc eſt Leto, occultè commouit eos, vnde & Leto nuncupata eſt ſecundùm Gręci ſermonis ſignificantiam, [eo] quòd occultè homines commoueret, neſciente Demiurgo, enunciare profunda & inenarrabilia D myſteria prurientibus aures. Et non ſolùm per Heſiodum hoc operata eſt Mater eorum myſterium dici, ſed & Pindari lyrici ſapienter valdè, vt cælet Demiurgo in [6] Pelope, cuius caro in partes à patre diuiſa eſt, & ab omnibus dijs collecta, & allata, & compacta, Pandoram hoc modo ſignificauit, [7] ex qua & iſti compuncti eadem ſecundùm eos dicentes, eiuſdem generis & ſpritus ſunt cum illis.

ANNOTATIONES.

1. Illorum autem] *Perſequitur inſtitutam confutationem fictitiæ AEonis paſsionis, docens Iudam illius typum non fuiſſe, cùm duodecimus Apoſtolorum fuerit, AEonem verò trigeſimo loco conſtituerent: ſed neque illius Enthymeſeos, cùm in Pleroma redierit, hic verò nuſquam poſtea cum Apoſtolis numeratus ſit. Tantundem deinceps facit de duodecim Apoſtolis, ſeptuaginta diſcipulis, & B. Paulo, ob nullas AEonum emiſsiones figurandas electos fuiſſe à Chriſto Domino oſtendens. Poſtremò figmentum de Saluatore, quem τὸ πᾶν nominabant, diſſoluit, nihil aliud quàm poëticum mendacium eſſe confirmans.*

2. Irrationabile] *Caput 33. ſignat vet. co. cum argumento ſupra ſcripto. Expunximus*, Inenarrabile.

3. Sed neq; de Paulo] *vet. cod. hîc 34. caput exorditur. Deleuimus*, omnium collatio.

4. Her-

4. Hermes] *Hic philoſophus in AEgypto poſt Moſem claruit, & τρισμέγιστος, id eſt, ter maximus vocatus fuit: quin & Moſem ipſum Hermetem eſſe, qui propter literarum inuentionem id nomen apud AEgyptios conſequutus ſit, apud Euſebium lib.1. de præpara. Euang. cap.6. putat Eupolemus. Ab ipſo conſcripta feruntur Pymãder, Aſclepius, & Iatromathematica. Plura de eodem habet Auguſtinus 8. de ciuit. cap.23.24.26. Notãdum autem Heſiodum poëtam in Operibus, totum iſtud carmen ad verbum, tranſcripſiſſe: quo loco Mercurij donum in Pãdoram proponit his verbis:*

Ἐν δ᾽ ἄρα οἱ στήθεσσι διάκτορος ἀργιφόντης,
Ψεύδεά θε αἱμιλίους τὲ λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
Τεῦξε.

5. Mater enim, hoc eſt Leto] *Græcis Λητώ, Latona dicitur Cœi filia; à Ioue dilecta pariter & oppreſſa eſt, ex quo geminam concepit prolem, Apollinem & Dianam.* A

6. Pelope] *Pelops Tantali Phrygiæ regis filius fuit, cuius pater, cùm deos in terris vagantes hoſpitio & cõuiuio excepiſſet, vt certo aliquo argumento diuinitatem eorum experiretur, Pelopem filium membratim diſſectum illis epulãdum appoſuit; à cuius eſu cùm cæteri dij abhorrerent, ſola Ceres humerum dextrum abſumpſit: Iupiter verò miſertus, vtque deitatis ſuæ ſpecimen præberet, collectis partibus omnibus ſingitur ad vitam illum reuocaſſe. Poſt Pindarum, huius rei meminit Oroſius libro primo, capite duodecimo, & Tatianus oratione contra Græcos.*

7. Ex qua & iſti compuncti] *Billius. Græcè* κεκαυτηριασμένοι, *id eſt, quaſi cauterio inuſti: Paulina vox 1.Tim.4.2.*

## *QVONIAM SECVNDVM LEGEM NEque imagines, neque figuræ exiſtunt Plenitudinis ipſorum, ſed nec figuræ eſſe poſſunt.

*Quomodo

B

### CAPVT XXXVIII.

Q[1] VIA autem & trigenarius numerus eorum omnes excedit, ſecundùm eos, aliquando quidem paucis, aliquando autem plurimis AEonibus ſtatim in Pleromate inuentis, oſtendimus. Non ergo triginta AEones ſunt, nec ob hoc Saluator triginta annorum exiſtens venit ad Baptiſmum, vt oſtenderet tacitos AEones eorum triginta: alioquin ipſum primum erunt diſcernentes & eijcientes de Pleromate omnium. Duodecimo autem menſe dicunt eum paſſum, vt ſit anno vno poſt Baptiſmum prædicans, & ex * propheta tentant hoc ipſum confir- *prophetis
Iſa.61.2.4. Luc.4.19. mare: ſcriptum eſt enim, [2] Vocare] annum Domini acceptum, & diem retributionis: verè cæcutientes, qui profunda Bythi adinueniſſe ſe dicunt, & non intelligentes ab E- C
ſaia dictum annum Domino acceptabilem, & diem retributionis. Neque enim de die quæ duodecim horarum habet ſpatium dictum eſt in propheta; nec de anno duodecim menſium habente menſuram. Quia enim prophetæ in parabolis & allegorijs, & non ſecundùm ſonum ipſarum dictionum [3] plurima] dixerunt, & ipſi confitentur.
Locus Iſaiæ explicatur. Dies ergo retributionis dictus eſt, in qua retribuet Dominus vnicuique ſecundùm opera ſua, hoc eſt, iudicium. Annus autem Domini acceptabilis, tempus hoc, in quo vocantur ab eo hi qui credunt ei, & acceptabiles fiunt Deo: hoc eſt, omne ab aduentu eius tempus, vſque ad conſummationem, in quo vt fructus eos qui ſaluantur, acquirit. Sequitur enim ſecundùm dictionem prophetæ annum dies retributionis, & erit mentitus propheta, ſi anno tantummodo Dominus prædicauit, & de eo dicit. Vbi eſt enim dies retributionis? tranſiuit enim annus, & nondum dies retributionis eſt, ſed adhuc
Matth.5.45. ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Et perſecutionem quidem patiuntur iuſti, & affliguntur, & occiduntur; in abundantia autem
Iob.21.12. ſunt peccatores, & [cum] cithara & pſalterio bibunt, opera autem Domini non intendunt: debent autem ſecundùm dictionem copulari, & ſequens eſſe anno dies retributionis Dictum eſt enim, vocare] annum Domini acceptum, & diem retributionis. Bene itaque intelligitur tempus hoc in quo vocantur & ſaluantur Domino, annus Domino acceptus: quem ſubſequitur dies retributionis, id eſt, iudicium: & non ſolùm autem annus tempus hoc dicitur; ſed & dies nominatur, & à Propheta, & à Paulo: in qui- D
Rom.8.36. Pſal.43.23. bus & Apoſtolus memor ſcripturæ, in Epiſtola [quæ eſt] ad Romanos ait, Sicut ſcriptum eſt, Propter te morte afficimur tota die, æſtimati ſumus vt oues occiſionis. Nunc autem tota die pro omni hoc tempore dictum eſt, in quo perſecutionem patimur, & vt oues occidimur. Sicut ergo dies hæc non illam quæ in XII. horis ſubſtitit, ſignificat, ſed [4] omne [tempus] in quo patiuntur & interficiuntur propter Chriſtum creden-
Annus acceptabilis. tes ei; ita & illic annus nõ qui [eſt] ex duodecim menſibus dicitur, ſed omne fidei tempus, in quo audientes prædicationem credunt homines, & acceptabiles Domino fiunt, qui ſe ei copulant.

ANNOTA-



A

### ANNOTATIONES.

1. Quia autem] *Trigeſimum quintum caput notat vet. cod. cum affixa ibidem epigraphe. Probat Irenæus, nec triginta AEones illos, quorum de inuentione tantoperè ſibi placebãt, alicubi conſiſtere, nec per annum trigeſimum, quo Chriſtus adijt baptiſma Ioannis, eos repræſentari. Locum autem Iſaiæ, quo perperam probare nitebantur, Dominum menſe duodecimo à baptiſmate paſſum, religioſè explicat de tempore legis Euangelicæ & gratiæ, diequé extremi iudicij, quem poſtea Hieronymus, & Cyrillus in Eſaiæ caput ſexageſimum primũ, ſunt imitati. Quæ hic refelluntur, enarrauit libro primo, capite primo, vbi & aliquid de Tertulliano, & Clemente Alex. annotauimus.*

2. Vocare annum] *Cùm ſeptuaginta ſcripſerint* καλέσαι, *& vetus codex noſter* Vocare *contineat: hoc ipſum pro* Vocate *ſubſtituimus. Atque ita legit Cyprianus lib.2. aduerſ. Iudæos, cap.10.*

3. Plurima] *Expunximus* Pleroma.

4. Omne tempus] *Codices excuſi,* omne temporis.

## [1] OSTENSIO QVOD VNO ANNO NON præconiauerit Dominus poſt Baptiſmum: ſed omnem habuiſſe ætatem.

B

### CAPVT XXXIX.

E[2] ST autem valde admirari, quonam modo profunda Dei adinueniſſe ſe dicentes, nõ ſcrutati ſunt in Euangelijs, quoties ſecundùm tẽpus paſchale Dominus poſt Baptiſma aſcenderit in Hieruſalem, ſecundùm quod moris erat Iudæis ex omni regione, omni anno, tempore hoc conuenire Hieruſalem, & illic diem feſtum Paſchæ celebrare. Et primùm quidem vt fecit vinum ex
aqua in Cana Galilææ, aſcendit in diem feſtum paſchæ. Quoniam & ſcriptum eſt: Quia Ioan.2.12.
multi crediderunt in eum, videntes ſigna quæ faciebat, ſicut Ioãnes Domini diſcipulus meminit. Dehinc iterum ſubtrahens ſe, inuenitur in Samaria, quando & cum Sama- Ioan.4.7.
ritana diſputabat: & filium Centurionis abſens verbo curauit, dicens: Vade, filius tuus Luc.7.6.
viuit. Et poſt hæc iterum ſecunda vice aſcendit in diem feſtum paſchæ in Hieruſalem,
quando paralyticum, qui iuxta natatoriã iacebat XXXVIII. annos, curauit, iubens vt Ioan.5.5.
ſurgeret & auferret grabbatum ſuum, & iret: & iterum] inde ſecedens trans mare Ty- Ioan.6.
C beriadis, vbi & cùm multa turba eum fuiſſet ſequuta, de quinque panibus ſatiauit omnem illam multitudinem, & ſuperauerunt duodecim cophini fragmentorum. Dein-
de cùm Lazarum ſuſcitaſſet ex mortuis, & inſidiæ fierent à Phariſæis, ſecedit in Effrem Io.11.11. &c.
ciuitatem: & inde ante ſex dies paſchæ veniens in Bethaniam ſcribitur, & de Bethania aſcendens in Hieroſolymam, & manducans paſcha, & ſequenti die paſſus. Quoniam autem tria hæc paſchatis tempora, non ſunt vnus annus, omnis quilibet confitebitur. Et ipſum autem menſem in quo paſcha celebratur, in quo & paſſus eſt Dominus, non
duodecimum, ſed primum eſſe, qui omnia ſe ſcire iactant, ſi neſciunt, à Moyſe poſſunt Exod.12.2.
diſcere. Falſa ergo oſtenſa eſt & anni & duodecimi menſis abſolutio dierum, & debent aut abſolutionem ſuam, aut Euangelium reprobare: alioquin quomodo vno anno
tantùm Dominus prædicauit, triginta quidem annorum exiſtens cùm veniret ad Ba- Luc.3.23.
ptiſmum, deinde magiſtri ætatem perfectam habens, venit Hieruſalem, ita vt ab omnibus iuſtè audiretur magiſter: non enim aliud videbatur & aliud erat, ſicut inquiunt qui putatiuum introducunt; ſed quod erat, hoc & videbatur. Magiſter ergo exiſtens magiſtri quoque habebat ætatem, non reprobans nec ſupergrediens hominem, neque ſoluens ſuam legẽ in ſe humani generis, ſed omnem ætatem ſanctificans per illam quę ad ipſam erat ſimilitudinem. Omnes enim venit per ſemetipſum ſaluare: omnes inquã,
D [3] qui per eum renaſcuntur in Deum, infantes, & paruulos, & pueros, & iuuenes, & ſeniores. Ideo per omnem venit ætatem, & infantibus infans factus, ſanctificans infantes, in paruulis paruulus, ſanctificans hanc ipſam habentes ætatem, ſimul & exemplum illis pietatis effectus, & iuſtitiæ & ſubiectionis: [in] iuuenibus iuuenis, exemplum iuuenibus fiens, & ſanctificans Domino. Sic & ſenior in ſenioribus, vt ſit perfectus magiſter in omnibus, non ſolùm ſecundùm expoſitionem veritatis, ſed ſecundùm ætatem ſanctificans ſimul & ſeniores, exemplum ipſis quoq; fiens: deinde & vſq; ad mortem peruenit,
vt ſit primogenitus ex mortuis, ipſe primatum tenens in omnibus, princeps vitę, prior Coloſ.1.18.
omnium, & præcedens omnes. Illi autem vt figmentum ſuum, de eo quod eſt ſcriptum, vocare annum Domini acceptum, affirment, dicunt vno anno eum prædicaſſe, & duodecimo menſe paſſum, contra ſemetipſos obliti ſunt, ſoluentes eius omne negocium, & magis neceſſariam, & magis honorabilem ætatem eius auferentes, illam, inquam, prouectiorem, in qua edocens præerat vniuerſis. Quomodo enim habuit diſcipulos, ſi non docebat? Quomodo autem docebat, magiſtri ætatem non habens? Ad

Baptiſmum

Baptiſmum enim venit nondum qui triginta annos ſuppleuerat, ſed qui inciperet eſſe tanquam triginta annorum. Ita enim, qui eius annos ſignificauit Lucas, poſuit. IESVS autem erat quaſi incipiens triginta annorum, cùm veniret ad Baptiſmum, & à Baptiſmate vno tantùm anno prædicauit, complens trigeſimum annum, paſſus eſt, adhuc iuuenis exiſtens, qui necdum prouectiorem haberet ætatem. [4] Quia autem triginta annorum ætas * primæ indolis eſt iuuenis, & extenditur vſque ad quadrageſimum annum, omnis quilibet confitebitur, à quadrageſimo aut quinquageſimo anno declinat iam in ætatem ſeniorem, [5] quam habens Dominus noſter docebat, ſicut Euangelium & omnes ſeniores teſtantur, qui in Aſia apud Ioannem diſcipulum Domini conuenerunt, idipſum tradidiſſe eis Ioannem. Permanſit autem cum eis vſque ad Traiani tempora. Quidam autem eorum non ſolum Ioannem, ſed & alios Apoſtolos viderunt, & hæc eadem ab ipſis audierunt, & teſtantur de huiuſmodi relatione.

A

*Luc.3.23.*

* *prima*

Næuus de ætate Chriſti.

ANNOTATIONES.

1. Oſtenſio ] *Hanc inſcriptionem ex capit. 36. tranſpoſuimus, huic è diuerſo aſſixa ibidem repoſita.*

2. Eſt autem valde ] *Trigeſimum ſextum caput ſignat vet. cod. cum ſuo argumento, quod hîc certè melius conueniret, cùm apertis teſtimonijs comprobet, Chriſtum plus vno & duobus annis docuiſſe. Porrò*, eſt valde admirari, *locutio eſt his ſimilis*, videre eſt, licet videre.

3. Qui per eum renaſcuntur in Deum, infantes ] *Renaſcentiæ nomine Dominica & Apoſtolica phraſi Baptiſmum intelligit, apertè confirmans Apoſtolorum traditionem de Baptiſmo infantium paruulorum, aduerſus Anabaptiſtarum impietatem. Illam verò ante Irenæum aſſeruerant Dionyſius Areopagita capite vltimo Eccleſ. Hier. Clemens libro ſexto conſt. capite decimo quinto; Author quæſtion. ad orthodox. apud Iuſtinum martyrem, quæſtion. 56. poſt Irenæum, Origenes in cap. 6. ad Rom. Cyprianus Epiſt. ad Fidum: Cyrillus Ieroſolym. Catecheſ. myſtag. 1. Nazianzenus Orat. in ſanctum lauacrum: Baſilius Exhort. ad Baptiſmum: Chryſoſtom. homil. ad Neophytos: Hieronymus Epiſt. ad Lætam. Auguſtinus, Theodoretus, &c.*

*Ioan.3.5. Tit.3.5.*

4. Quia autem ] *Paulò aliter ex Hypocrate hominis ætates enumerat Philo*: In hominis natura, *ait*, ſeptem ſunt tempora, quas ætates vocant: Infans, puer, adoleſcens, & reliquæ. Infans eſt donec intra ſeptennium dentes amittat: puer vſque genituræ excretionem ad geminatum ſeptennium: adoleſcens, vſque ad barbæ hirſutiem, ad annum ter ſeptimum: vir vſq; ad vndequinquageſimum, ad ſepties ſeptimum. Quicquid verò deinceps ſequitur, ad ſenium pertinet. *Eiſubſcribit Macrobius lib. 1. in Somnium Scipionis cap. 6.*

*Lib. de mundi opific.*

5. Quam habens Dominus ] *Diſertis verbis affirmat Chriſtum vltra quadrageſimum, aut etiam quinquageſimum annum docuiſſe; idque Scripturis & rationibus, ſed imbecillis, confirmare nititur: quod communi Eccleſiæ iudicio non eſt receptum. Candidè autem de beatiſſimo Martyre ſentiendum, quod impetu ipſo refellendi Gnoſticos, qui annum trigeſimum primum illum non exceſſiſſe dicebant, in partem contrariam delatus eſt. Sanctiſſimis enim & doctiſſimis hoc non rarò contigiſſe, ipſa luce manifeſtius eſt. Itaque hinc apparet, Authorem* Methodi ad facilem hiſtoriarum cognitionē, *quantumuis variæ lectionis famam ſectetur, Irenæum nunquā legiſſe: qui eum ad vnum & triginta annos tantùm vixiſſe Chriſtum aſſerentem facit; quod tam apertè & pertinaciter aduerſus Gnoſticos oppugnat. Præſtitiſſet hominem eo libro (ne dicam cætera) vel ſanctis Patribus ſaltem pepercisse. At Epiphanius contra hæreſim 51. diligenti annorum per Conſules ſupputatione, rectiſſimè colligit paſſum Chriſtum anno ætatis trigeſimo tertio. Quod etiam Ignatius Ioannis auditor, teſtis omni exceptione maior, diligenter notauerat epiſtola ad Trallianos*: Annos agens triginta, *ait*, Dominus baptizatus eſt à Ioanne verè ac non opinione, & tribus annis prædicato Euangelio, ac factis ſignis & prodigijs, tandem à pſeudoiudæis, & Pilato præſide iudicatus eſt, mortuus & ſepultus. *Quod verò à Senioribus, qui Ioannem Apoſtolum audierant, profert argumentum, tanti viri bona venia dixerim, nec Ignatius, nec Polycarpus, nec Euodius, nec Clemens, nec Dionyſius Ioannis, Pauli, Petriq; auditores iſtud affirmant: quin imò ex horum ſcriptis contrarium facilè colligitur. Potuit ergo iſtud audiuiſſe à Papia, Ariſtionis & Ioannis presbyteri diſcipulo, qui (authore Euſebio) homo fuit pertenuis ingenij, & res quaſdam ab Apoſtolis ſubobſcurè & parabolicè dictas, non ſatis intellexit. Cæterùm, Auguſtinus libro ſecundo de doctrina Chriſtiana, capite vigeſimo octauo vtrumque forſitan, id eſt, tam Papiam quàm Irenæum, intelligens, refert quoſdam dixiſſe, Chriſtum quadraginta & ſex annos vixiſſe: ſed ignorantia hiſtoriæ lapſos eſſe affirmat.*

B

*Cap. 7.*

C

*Lib. 4. hiſt. cap. 33.*

D

## *DE DIEBVS, ET HORIS, ET MENSIBVS, ET vocabulis, & ſyllabis, de Amen, & de nonagintanouem ouibus, ex quibus vna perijt, & inuenta eſt.*

CAPVT XL.

Qvibus magis oportet credi? [1] Vtrum ne his ] talibus, an Ptolemæo, qui Apoſtolos nunquam vidit, veſtigium autem Apoſtoli [2] ne in ſomnijs quidem aſſequutus eſt? Sed & ipſi autem qui tunc diſputabant cum Domino Ieſu Chriſto Iudæi



A

Iudæi apertiſſimè hoc ipſum ſignificauerunt. Quando enim eis dixit Dominus, Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum, & vidit & gauiſus eſt, reſponderunt ei: [3] Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Hoc autem conſequenter dicitur ei, qui iam XL. annos exceſſit, quinquageſimum autem annum nondum attigit, non tamen multum à quinquageſimo anno * abſtitit. Ei autem qui ſit XXX. annorum diceretur vtique, Quadraginta annorum nondum es. Qui [enim] volebant eum mendacem oſtendere, non vtique in multum extenderent annos vltra ætatem, quam eum habere conſpiciebant: ſed proxima ætatis dicebant, ſiue reſcientes ex conſcriptione cenſus, ſiue conijcientes ſecundùm ætatem, quam videbant habere eum ſuper quadraginta; ſed vt non qui eſſet triginta annorum. [4] Irrationabile eſt enim omnino viginti annos mentiri eos, volentes eum iuniorem oſtendere temporibus Abrahæ. Quod autem videbant, hoc & loquebantur: qui autem videbatur, non erat putatiuus, ſed veritas. Non ergo multum aberat à quinquaginta annis: & ideo dicebant ei, Quinquaginta annorum nondum es, & Abraham vidiſti? Non ergo anno vno prædicauit, nec duodecimo menſe anni paſſus eſt. Tempus enim à trigeſimo [anno] vſque [ad] quinquageſimum, nunquam erit vnus annus, niſi ſi apud AEones eorum tam magni anni ſunt deputati his, qui apud Bythum in Pleromate ex ordine reſident, de quibus & [5] Homerus poëta dixit, & ipſe inſpiratus à Matre eorum erroris, οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ. Quod Latinè interpretabimur, Dij autem apud Iouem conſidentes tractabant in aureo loco.

*Ioan.8.56. & 57.*

* *abſiſtat.*

B

[6] Sed & de illa muliere, quæ profluuio ſanguinis laborans, tetigit fimbriam veſtimenti Domini, & ſanata eſt, aperta eſt eorum ignorantia. Dicunt enim per eam oſtendi paſſam illam duodecimam virtutem, & in infinitum defluxam, id eſt, duodecimum AEonem. Primùm quidem quia ſecundùm ſectam eorum, duodecimus non eſt iſte AEon, ſicut oſtendimus. Vt autem ex ſuperfluo eis & hoc detur, duodecim AEonibus exiſtentibus, vndecim quidem impaſſibiles perſeueraſſe dicuntur, duodecimus autem paſſus: mulier autem è contrario duodecimo anno ſanata, manifeſtum eſt quoniam [7] vndecim ] quidem annis habuit perſeuerantem paſſionem, duodecimo autem ſanata eſt. Siquidem vndecim AEones in paſſione inſanabili fuiſſe dicerentur, ſanatus autem duodecimus, ſuaſorium erat dicere typum eorum eſſe mulierem. Quia autem hæc vndecim quidem annis paſſa eſt, & non eſt ſanata, duodecimo autem anno ſanata eſt, quomodo poteſt eſſe typus duodecimi AEonis, ex quibus vndecim omnino nihil paſſi ſunt, ſolus autem duodecimus participatus eſt paſſionem? Typus enim & imago ſecundùm materiam, & ſecundùm ſubſtantiam aliquoties à veritate diuerſus eſt; ſecundùm autem habitum & lineamentum debet ſeruare ſimilitudinem, & ſimiliter oſtendere per præſentia illa quæ non ſunt præſentia. Et non ſolùm in hac muliere anni infirmitatis deſcripti ſunt, quos coaptari dicunt figmento ſuo: ſed ecce & alia mulier ſimiliter XVIII. annis infirmata, ſanata eſt, de qua Dominus ait: Hanc autem filiam Abrahę, quā alligauit [8] Satanas ] decē & octo annis, non oportebat ſolui in die ſabbati? Si ergo illa typus erat duodecimi Aeonis paſſi, & hęc typus eſſe decimi octaui Aeonis paſſi debet. Sed non habent oſtendere: alioquin prima & principalis eorum Ogdoas connumerabitur compaſſis AEonibus. Sed & alius autem quidam ſanatur à Domino XXXVIII. annos habens in ſua paſſione: & trigeſimum & octauum paſſum Aeonem dicant. Si enim quæ à Domino facta ſunt, typos eſſe dicunt eorum quæ ſunt in Pleromate, typus in omnibus debet ſeruari. Sed neque eam quæ poſt XVIII. annos curata eſt, nec eum qui poſt XXXVIII. annos curatus eſt, poſſunt adaptare ſuo figmento. Inſulſum autem & inconueniens eſt omnino dicere in quibuſdam quidem ſeruaſſe typum Saluatorem, in quibuſdam autem non ſeruaſſe. Diſſimilis ergo & mulieris typus, [9] negotio eorum ] oſtenditur.

Nulla eſt eorum ab hemorrhoiſſa probatio. *Matth.9.*

C

*Luc.13.16.*

*Ioan.5.6.*

D

Adhuc autem & falſum demonſtrat commentum eorum, & inſtabile figmentum eorum, etiam hoc ipſum quod per numeros aliquando quidem, & per ſyllabas nominum; aliquando autem & per ſyllabarum literas, aliquando verò & per numeros, qui ſecundùm Græcos in literis continentur, tentant inferre probationes, apertiſſimè conſternationem, ſiue confuſionem, & inſtabilitatem ſcientię eorum & extortum * demonſtrant. [10] IESVS enim nomen alterius linguæ exiſtens, ad Græcorum numerum transferentes, aliquando quidem epiſemon eſſe dicunt, ſex habens literas: aliquando autem plenitudinem Ogdoada [11] DCCCLXXXVIII. ] numerum habens. Græcum autem nomen eius, quod eſt Soter, id eſt Saluator, quia non conuenit figmento eorum, nec ſecundùm numerum, nec ſecundùm literas, tacuerunt. Et quidem ſi ex prouidentia Patris dominica nomina accepiſſent, per numerum, & per literas ſignificantia numerum in Pleromate, Soter nomen Græcum exiſtens, ſecundùm Græcitatem,

Vana eſt probatio quæ fit per literas, ſyllabas, & numeros.

* *demonſtrat.*

tatem,& per has literas,& per numeros Pleromatis debuit oſtendere myſterium: ſed non ita habet, quia quidem quinque ineſt literarũ numerus, aut ex quadringentis octo. A

ANNOTATIONES.

1. Vtrumne his] *Expunximus* hiſne *author. veter.cod.*

2. Ne in ſomnijs quidem] *Prouerbium eſt ſacris & prophanis omnibus frequentiſſimum. Theocritus in Bucoliſco:* μηδ' ἐν ὀνείροις, *neq; in ſomnijs. Plutarchus libello aduerſus Stoicos:* οὐδ' ὀνείρατα, *nec per ſomnia. Chryſoſtomus aduerſus Iudæ.* οὐδ' ὡς ὄναρ. *Indicat autem Irenæus Ptolemæum hæreticum nulla ratione Apoſtolicam doctrinam attigiſſe.* (Concione 3.)

3. Quinquaginta annos] *Chryſoſtomus legit; Quadraginta annos. Theophylactus autem tribuit Iudæorum inſaniæ, quod hominem triginta tres annos fermè natum, quinquagenario compararint. Ex quibus ſatis patet Irenæi argumentum ex hoc loco ſumptum, valde imbecillum eſſe.*

4. Irrationabile eſt enim] *Imò verò, quod cum ſanctiſſimi Martyris indulgentia dictum ſit, Iudæi longè atrociora mentiti ſunt in eum: vtpotè quod eſſet vorator, potator vini, ſeductor, blaſphemus, & in virtute Beelzebub eijceret dæmonia, &c. Indeq; patet Irenæum ex hoc loco nihil probare.*

5. Homerus poëta] *Locus eſt Iliados* Δ. *vbi poſt ſingulare certamen Menelai & Paridis, deos concilia agitaſſe, & ordine conſediſſe fingit.*

6. Sed & de illa muliere] *Caput 37. hic ſignat vet.cod.*

7. Vndecim] *Deleuimus* XII. *auth. vet. cod.*

8. Satanas] *Expunximus* ſanatas.

9. Negotio eorum] *Ita vet.codex: excuſi,* negatio AEonum.

10. IESVS enim nomen] *Nam planè Hebraicum eſt, non Græcum, ſignificans, Epiphanio authore, medicum, curatorem, & Saluatorem. Ideo & Cyrillus Ieroſolymitanus ſcribit:* IESVS apud Hebræos ſignificat ſaluatorem: in lingua verò Græca medicum ſonat: quandoquidem & corporum medicus eſt, & animarũ curator. *De numero autem qui ex literis eius nominis conſurgit, ait ven. Beda.* Huius ſacroſancti nominis IESV non tantùm etymologia, ſed & ipſe, qui literis comprehenditur, numerus perpetuæ ſalutis noſtræ myſteria redolet. Sex quippe literis apud Græcos ſcribitur Ἰησους, quarũ numeri ſunt X. & VIII & CC. & LXX & CCCC & CC. qui fiũt ſimul DCCC. LXXXVIII qui profectò numerus figuram reſurrectionis adauget. Octauus enim numerus in ſacris literis reſurrectionis gloriæ conuenit: quia Dominus octaua die, hoc eſt, poſt ſeptimam ſabbati reſurrexit. Et ipſi poſt ſex ſæculi ætates, & ſeptimam ſabbati animarum, quę nũc interim in alia vita geritur, quaſi octauo tempore ſurgemus. *Ferunt etiam Sibyllam Cumanam huius nominis literarum & numeri meminiſſe. Quinetiam Conſtantinus Magnus in Oratione, quam Euſebius libris de vita eius adiunxit, deinde Auguſtinus lib. 18. de ciuit. cap. 23. referunt oraculum Sibyllæ Erythreæ de Chriſto, acroſtichis verſibus ita concinnatum, vt initijs literarum initialium legantur hæc verba:* ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΕΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ. *IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SALVATOR. De numeris autem & poteſtate elementorum eiuſmodi nominum dictum eſt ſupra.* (Con. hær. 29. — Catech. 10.) B

11. DCCC. LXXXVIII.] *Ita vetus codex manuſcriptus: excuſi* Dat. XXXVIII. C

## *OSTENSIO QVOD NEC SECVNDVM FORmam Pleromatis eorum facta ſint quæ facta ſunt, neq; rurſus variè & prout euenit.*

### CAPVT XLI.

H[1]Aec autem in nullo communicant Pleromati eorum, non ergo vera eſt illa quæ ab eis in Pleromate dicitur negotiatio. Ieſus autem nomen ſecũdùm propriam Hebræorum linguam, literarum eſt duarum & dimidiæ, ſicut periti eorum dicunt, ſignificans Dominum eum qui continet cælum & terram, quia Ieſus ſecundùm antiquam Hebraicam linguam cælum eſt, terra autem iterũ ſura * vſſer dicitur. Verbum ergo quod cælum & terra habet, ipſe eſt Ieſus. Falſa eſt ergo & [2] epiſemi eorum redditio, & numerus eorum euerſus eſt manifeſtè. Secundùm * autem propriam eorum linguam quinque literarum eſt Græco vocabulo Soter: Ieſus autem iterum ſecundùm Hebraicam linguam duas & [3] dimidiam habet literas [4] Sion. [5] Ruit ergo numerus calculi, qui eſt Iudaicè LXXXVIII. Per omnia autem Hebræorũ literæ non conueniunt numero Grecorum, quæ maximè deberent [6] antiquiores & firmiores exiſtentes, ſaluare ſupputationem nominum. Ipſæ enim antiquæ & primæ Hebræorum literæ & ſacerdotales nuncupatæ, [7] decem quidem ſunt numero, ſcribuntur autem quæq; per quindecim, nouiſſima litera copulata primæ. Et ideo quidem quædã [8] ſecundùm ſubſequentiam ſcribunt, ſicuti & nos: quædam autem retrorſum à dextra parte in ſiniſtram partem retorquentes literas. Chriſtus autẽ ſupputationem nominis conuenientem AEonis Pleromatis eorum habere debuit, qui ad ſtabilitatem & correctionem Pleromatis eorum prolatus eſt, ſecundùm quod dicunt. Et Pater autem ſimiliter [& per] literas, & per numerum, continere debuit numerum eorum, qui ab eo prolati ſunt Aeonum; ſed & Bythus ſimiliter: nihilominus autẽ & vnigenitus, & maximè autem ſuper omne nomen quod dicitur Deus, quod & ipſum Hebraicè [9] Barneth dicitur, & duas & dimidiam habet literas. Ex hoc ergo quod firmiora nomina ſecundùm Hebrai-

(*vſſer — D — *enim)



A Hebraicam & Græcitatis linguam, nec ſecundùm numerum literarum, nec ſecundùm ſupputationem conueniunt figmento eorum: manifeſta eſt de reliquis impudenter extorta ſupputatio.

[10] Etenim ex lege eligentes quæcunque concurrunt ſectæ eorum numero, tentant violenter probationes facere. Si autem erat propoſitum Matri eorum, ſiue Saluatori, per Demiurgum typ9s eorum quæ ſunt in Pleromate oſtẽdere, in verioribus & ſanctioribus fieri typ9s fuiſſent operati: & maximè autem [in] ipſa Arca teſtamenti, per quam & omne tabernaculum teſtimonij compoſitũ eſt. Facta eſt autem hæc, longitudo quidem eius cubitis duobus & dimidio, latitudo autem eius vno cubito & dimidio, [11] & altitudo cubito vno & dimidio,] numerus autem iſte cubitorum in nullo conuenit figmento eorum, per quem maximè typus oſtendi debuit. Et Propitiatorium autem ſimiliter in nullo conuenit expoſitionibus eorum. Adhuc autem & Menſa propoſitionis duobus cubitis longitudo, & vnius [cubiti] latitudo, altitudo [autem] eius vnius cubiti & dimidij. [12] Hæc ante] ſancta ſanctorum, per quæ ne vna quidem quantitas numeri [ſignificantiam] quaternationis, ſiue octonationis, aut [reliqui] Pleromatis eorum continet. Quid autem Candelabrum ſeptem quidem habens [13] calamiſcos, lucernas autem ſeptem: etſi quidem ſecundùm typum factum fuiſſet, calamiſcos octo totidemque lucernas habere debuit, ad typum primæ octonationis, quæ præfulget in AEonibus, & illuminat omnem plenitudinem. Atria autem decem exiſtentia diligenter numerauerunt, typum ea dicentes decem AEonum: pelles autem iam non numerauerunt ſecundùm numerum vndecim factas, ſed neq; ipſorum atriorum magnitudinem menſi ſunt viginti & octo cubitorum longitudinem vnumquodque atrium habens. Et columnarum longitudinem factam decem cubitorum exponunt propter decadem Aeonum. Latitudo autem vnius & dimidij cubiti erat vniuſcuiuſque columnæ, non iam exponunt, neque numerum omnium columnarum, neque ſerarum earum, quoniam non communicat argumento eorum. Quid autem oleum vnctionis, quod omne tabernaculum ſanctificauit? Fortaſſe latuit Saluatorem, aut * dormiente Matre eorum, Demiurgus à ſemetipſo * dependere præcepit, vnde & diſſonat ad Pleroma eorum, [14] ſmyrnæ quidem habens ſiclos quingentos, [15] ireos D. [16] cinamomi CCL. [17] calamiſci CCL. & ſuper hæc oleum, ita vt ex quinque commixtionibus ſubſiſtat. Et incenſum autem ſimiliter de [18] ſtacte, [19] & vngula, [20] & galbano, [21] & hedyoſmo, [22] & thure, quæ in nullo communicare poſſunt neque commixtionibus, neque pondere, argumento eorum. Irrationabile eſt ergo & omnino ruſticanum in ſublimibus quidem & elegantioribus legis non ſeruatos eſſe typos; in cæteris autem, ſicubi aliquis numerus concurrit cum his quæ ipſi dicunt, typum eſſe aſſeuerare eorum quæ ſunt in Pleromate, cùm omnis numerus multifariè ſcripturis ſit poſitus: ita vt poſſit qui velit non ſolùm octonationem, & decadem, & duodecada, ſed quemlibet ex ſcripturis cõſtituere numerum, & hunc typum eſſe commentati à ſe erroris.

(Ex typis Moſaicis non probantur illorum nugæ. — Exod. 25. 10. — Exod. 25. 17. — Exod. 25. 23. — B — Exod. 25. 31. — *dormientem à — *deponere — Exod. 30. 6. — C)

ANNOTATIONES.

1. Hæc autem in nullo communicant] *Scopus Irenæi in hoc capite eſt, vt oſtendat Gnoſticos turpiter hallucinari, & alijs impudenter imponere, quum ex nominis Græci* ἰησοῦς *ſyllabis, literis, & numeris ipſis reſpondentibus confirmare figmenta ſua nitebantur: propterea quod nomen illud Hebræum ſit, cuius literæ Hebraicæ non conueniunt cum literis Græcis, neque cum earumdem numero: atq; hoc vnum præcipuè conſiderandam & diſcendum hoc capite exiſtimo.* D

*Cæterùm, quæ de nominis* Ieſu *Hebraicis literis, origine, & ſignificatione ſcribit, ipſum videlicet eſſe duarum literarum & dimidiæ, cælumq; ſignificare; non ſatis aſſequor. Etenim certiſſimum eſt* Ieſu *Hebræum eſſe, deductum à* ישע Iaſcha, *quod eſt, ſaluauit: & ſic ſcribi* ישוע *quatuor literis, quæ numerum 386. faciunt. Nam ratione arithmetica, iod continet 10.* ש *ſchin 300.* ו *vau 6.* ע *ayn 70.* ἰησοῦς *autem Græcorum ſupputatione 886. reddit; quandoquidem ι, 9. η, 7. σ, 200. ο, 70. υ, 400. σ, 200. continet. Vt verò ſignificet* Dominũ *cæli & terræ, oportet illud more veterum per tres literas ſcribere* ישו *& per Notaricon, id eſt, ex ſingulis literis integras dictiones ſic colligere, vt Iod, quæ prima litera eſt* τοῦ τετραγραμμάτου יהוה *quod Dominũ ſiue* Κύριον *reddunt LXX. Dominum nobis exprimat. Deinde* ש *prima ſit litera vocis* שמים *quæ cælum ſignificat. Poſtremò;* ו *ſit initium* וארץ, *quod eſt, & terra: adeò tres literæ illius nominis Iod, Schin, Vau, ſimul per Notaricon reductæ, indicent Dominum cæli & terræ.*

*Sed non ſatis video, quo pacto nomen* Sion *in nomine* Ieſu *comprehendatur. Nullo etiam idiomate* Sura Vſſer, *ſiue* Vſer *dicitur terra. Oportet igitur vel ab aliqua Cabala mihi adhuc ignota, hæc deſumpſiſſe Irenæum: vel quod magis mihi probatur, à quibuſdam Iudæorum Rabbinis, quos conſuluerit, deceptum fuiſſe, veluti initio capitis ſubindicare videtur, dum ſcribit:* ſicut periti eorum dicunt. *Pro ſuo enim odio in Chriſtum, & nos, qui eius cenſemur nomine, ſolent impuri verpi illi multa confingere, & audacter obtrudere, quibus fidem noſtram obſcurent; quod facilè colligas ex locis Iſaiæ, Ieremiæ, Dauidis, Eſdræ audaci ſacrilegio obtruncatis & mutilatis ab illis, vti probat & conuincit Iuſtinus martyr in Dialogo.*

*Superior porrò ex ſingulis literis integra nomina colligendi ratio, quam Cabalæ auctores ſequuntur, reperitur etiam in oraculis Sibyllinis, lib. 2.*

Nimirum Deus is finxit tetragrammaton
ADAM

Qui primus fuit, & qui nomine complet
Ortus, Occaſus, Auſtrum, Boreamq́ue rigentem.

*Iſtud clarius explicatur apud Cyprianum Tractatu de montibus Sina & Sion, & Auguſtinum Tractat. 9. & 10. in Ioan. Oriens Græcis vocatur* Ανατολὴ, *Occidens* Δύσις, *Septentrio* Αρκτος, *Meridies* Μεσημβρία: *harum dictionum ſi literas initiales ſimul iunxeris, efficies nomen* Α Δ Α Μ. *Rationem huius aſſignat Cyprianus, quod Dominus ex quatuor cardinibus orbis terrarum pugno comprehendit terram, & finxit hominem ex omni limo terræ: ſed de hac re non diſputo.*

2. Epiſemi eorum] ἐπίσημον *propriè ſignificat vmbilicum clypei, notam, ſignum, maculam: ſed his in locis accipitur pro nota numerali, quæ ſex indicat.*

3. Et dimidiam] *Dimidiam literam appellat* י *Iod, quòd cæteris breuior ſit ac minor: atque ex illa reliquas omnes factas eſſe plerique Hebræorum opinantur.*

4. Sion] *Dictionem iſtam ignorat penitus vetus codex; nec facilè apparet quid ſibi hoc loco velit.*

5. Ruit ergo] *Veteris codicis aliquantum diuerſa eſt lectio hoc pacto:* Corruit ergo numerus calculi, quem M. DCCC. LXXXVIII. & per omnia, &c.

6. Antiquiores] *Hebraicas literas reliquas omnes inuentione & vſu præceſſiſſe, varijs coniecturis permotus poſt Irenæum aſſerit Euſebius. Suidas illarum ſicuti aliarum omnium artium inuentores facit Adamum, Sethumq́ue filium ipſius. Sethi filios rerum cæleſtium diſciplinas in columnis ſcripſiſſe teſtatur Ioſephus. Enoch deinde quaſdam Prophetias literis commendaſſe non ambigunt Auguſtinus, Origenes, Tertullianus. Libros de maleficijs & necromanticis artibus Chamo filio Noë tribuunt Comeſtor, & Io. Caſſianus collationis octauæ cap. 21. Sybillæ Erythreæ adſcripta oracula in fidei ſuæ confirmationem recitauit Conſtantinus Magnus Orat. ad ſanctorum cœtum. Hos autem omnes Cadmi, Phœnicûm regnum, Palamedis, Simonidis, & Carpentæ, quos aliarum literarum repertores volunt, ætate multis ſæculis ſuperare nullus neſcit.*

[*Libr. 10. de præpa. euã. cap. 2. — Lib. 1. antiq. cap. 2. — Libr. 1. de ciuit. cap. 23. — Homil. 28. in Numer. — Lib. de habitu mul.*]

7. Decem quidem] *Illæ decem ſunt ab* א *Aleph vſque ad* י *Iod; quæ ideo primæ & præcipuæ dicuntur, quod cæteræ ex illis, aut ad illarum ſimilitudinem efformatæ ſint: & numeri digiti ex ipſis conficiantur.*

8. Secundùm ſubſequentiam] *Id eſt, à ſiniſtra in dexteram more Græcorum & Latinorum. Eo autem modo ſcribunt Hebræi, dum alienis characteribus ſuas voces exprimunt: vel alij ab ipſis Hebraicè quidpiam exarantes, vt de Pilato fertur, qui cùm titulum Crucis Chriſti componeret, Hebraicas literas Latino more collocauerit.*

9. Barneth] *Vetus codex* Baruch, *quod Philoni, Hieronymo & Pagnino benedictum ſignificat:* Barneth *Chaldaica vox eſt eiuſdem ſignificationis. In codice Vaticano deeſt aduerbium* Hebraicè.

10. Etenim ex lege] *Initium eſt capitis 39. in vet. cod. cum argumento quod eidem ſuperius affixum eſt, & multò commodiùs meo iudicio.*

11. Et altitudo] *Sex has voces hactenus deſiderarant omnes excuſi codices.*

12. Hæc ante] *Codices ex.* Hæc autem: *deinde* ſignificatiuam *pro* ſignificantiam; *& paulò poſt* reliqui *pro* reliquis *reſtituimus.*

13. Calamiſcos] καλαμίσκος *ſignificat præter alia, paruulam arundinem & fiſtulam: & quia harum formam habebant tres cannæ illæ ex candelabri Moſaici medio ſtipite prodeuntes, hic Græca voce* καλαμίσκους *eas appellat.*

14. Smirnæ] Σμύρνα *arbuſcula eſt Arabiæ, cuius cortice inciſo liquor quidam pinguis effluit, qui Stacte medicis appellatur. Vide Dioſcoridem lib. 1. c. 78. Theophr. lib. 4. de hiſt. plant. Plinium lib. 12. cap. 15. & 16.*

15. Ireos D.] *Iris multa ſignificat: ſed hîc herba ſuauiter olens & aromatica eſt; de qua Dioſcor. lib. 1. Theophraſt. de hiſt. plant. Plinius lib. 21. cap. 7.*

16. Cinamomi CCL.] *Nomen Cinamomi, aut Cinnamomi in multa ſcinditur, quæ legendo notes licet. Hîc ſpecies fruticis odori eſſe videtur, de quo Plin. li. 12. ca. 19. Theophraſt. lib. 19. cap. 47. Dioſcor. lib. 1. Dicitur autem Cinamomum, quia in modum cannæ ſubtiles & replicatos habet calamos, cinerei vel nigri coloris, qui fracti viſibile ſpiramentum reddunt; & ſubtile quidem carum, groſſum verò vile & deſpectum.*

17. Calamiſci CCL.] *Exodi 30. Septuaginta legunt* καὶ καλάμου εὐώδους, *i. calami odoriferi: Calamus igitur, à quo Calamiſcus, hîc frutex eſt in Arabia, India, & Syria iuxta Libanum montem prouenienſ, aſpectu ſimilis arundini, caſiæ ſapore, tactu mollis, & cùm frangitur locum ſuauiſſimo replet odore. Vide Plinium libr. 12. cap. 20. & alios.*

18. De ſtacte] Στακτὴ *Græcis vocatur ſuccus quidam ſiue lacryma emanans inciſo cortice myrrhæ, de qua ſupra. Conſule Plinium lib. 12. cap. 6. & 14. Dioſcor. lib. 1. cap. 75. & 78. De illa Rabbi Dauid in lib. radicum ita ſcribit.* Dicunt quod Nataph ſit Zari, hoc eſt, gutta ſiue ſtacte ſic appellata, quod ſtillet ex arboribus Ketaph, ſicut dixerunt Rabbini noſtri (benedictæ memoriæ) Zari nihil aliud eſt niſi ſuccus qui ſtillat ex arboribus Ketaph, & vulgo balſamum dicitur. *De balſami ortu, irrigationibus, et interitu ſi plura deſideras, conſule Petrum martyrem lib. 3. de legatione Babylonica.*

19. Et vngula] *Rabbi Solomo in 30. cap. Exodi Paulo Fagio interprete, putat radicem eſſe cãdentem, terſam ac puram in morem vnguis. Rabbi Dauidi eodem loco, eſt aroma quod in Miſchnach (ſic vocant textum Thalmudicum) Zipporen, id eſt, onix, ſiue vnguis vocatur, & eſt lene & lucens vt vnguis. Propertius:*

Et cronico nares murrheus vngat onix.

*Mihi veriſimilius, & huic loco conuenientius id eſſe videtur, quod de onycha ſeu vngula habet Dioſcorides libr. 2. cap. 10.* ὄνυξ ἐστὶ, *inquit,* πῶμα κογχυλίου, ὅμοιον τῷ τῆς πορφύρας εὑρισκόμενον ἐν τῇ Ἰνδίᾳ ἐν ταῖς ναρδοφόροις λίμναις. Διὸ καὶ ἀρωματίζει νεμομένων κογχυλίων τὸν νάρδον. *id eſt. Vnguis conchylij tegmen eſt, haud ei abſimile quo purpura contegitur, quod in Indiæ nardiferis lacubus reperitur. Proin etiam odorum ſpirat, quoniam conchylia nardum paſcantur. Vide etiam Plinium lib. 32. cap. 10.*

20. Et galbano] *Galbanum inter alia, liquor eſt cuiuſdam plantæ, ſimilis ferulæ, naſcentis in Syria, medicis frequens. Dioſcor. lib. 1. cap. 7. Theophr. lib. 9. de hiſt. plantarum cap. 1. & 7. Plin. lib. 12. cap. 25. & 48. lib. 24. cap. 5. & 13. De hoc Virgilius:*

Hinc iam Galbaneos ſuadebo incendere honores.

*Et Lucanus:*

Hîc ebulum ſtridet, peregrinaq́ue Galbana ſudant.

*De illo item Rabbi Kimhi in 30. c. Exod. ait:* Galbanum aroma eſt, cuius odor grauis eſt, & eſt ſuccus arboris, quę inuenitur in vrbibus Græciæ, eſtq́ue vt mel nigrũ, & lingua Arâbica dicitur Miah.

21. Et Hedyoſmo] ἡδύοσμον, *ſuauis odor mentha nominatur; de qua Luc. 11.* ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον, *i. ſoluitis & datis decimas ex mentha. Dioſcorides vocat*



*vocat* ἡδύοσμον ἄγριον *menthaſtrum herbam. Vide Plini. lib. 19. cap. 8. & alios.*

22. Et thure] *Thus, aut tus nomen tritum, ſacris ſuffimentis ſuccenſis ignibus maximè conueniens, & iampridem vſitatum. Ouidius. 14. Metam.*

Templa tibi ſtatuam: ſoluam tibi thuris honores.

*Et Tibullus lib. 1. Eleg. 3.*

Redderet antiquo menſtrua thura Lari.

*Porrò vt thuris, ſiue incenſi ſuffumigationes, in ſacris Hebræorum Diuina iuſſione frequentes erant; ſic eiuſdem benedictio & vſus in ſacris Chriſtianorum, ex Apoſtolorum traditione, ſummaq́ue Græcarum & Latinarum Eccleſiarum conſenſione religioſè obſeruatur, vt videre eſt ex Ruperto, lib. 1. de diuinis offic. cap. 29. & 36. & lib. 6. cap. 31. & 32. Stephano Eduenſi lib. de Sacramento altar. cap. 12. Germano Conſtantinop. in rerum Eccleſiaſt. conſ. Auguſtino ſermon. 98. de tempore: Tertulliano lib. de coroni. Dionyſio Areopa. lib. Eccl. hier. ca. 3. Iacobo fratre Domini in Liturgia: Canone 3. ſeu 4. Apoſtolorum. Si præter hos authores, alios adhuc deſideras; ritumq́ hunc accuratè & diligenter comprobratum, conſule librum quem aduerſus Anatomen Miſſæ edidit, vir in euoluendis ſacris authoribus paucis comparandus D. Iacobus Faber doctor Theologus, præceptor mihi perpetuò obſeruãdus, hinc tibi abundè ſatisfactum iri puto. Cæterùm, quum Gnoſtici horum omnium ſuffimentorum ſpecies, quantitates, cõmixtionesq́ ad confirmationem ſuorum placitorum detorquere non poſſent, quod vel maximè neceſſum fuiſſet; argutè concludit Irenæus illos, quoſdam alios legis veteris ritus inſulsè & ſtolidè adduxiſſe, vt his ſua deliria aſſeuerarent.* [*Fol. 75.*]

## QVONIAM NON POSSIT CONSTARE *per numeros veritas.*

### CAPVT XLII.

[1] QVI A autem hoc verum eſt, numerus iſte qui quinque dicitur, in nullo communicans argumento eorum, nec concurrens figmento eorum, nec conueniens eis ad typicam eorum quæ ſunt in Pleromate demonſtrata, demonſtrationem ex ſcripturis, ſic ſuſcipiet probationem. Soter nomen quinque literarum, & pater autem habet quinque literas, ſed & Agape nomen ſunt literæ quinque, & Dominus noſter panes quinque benedicens, ſatiauit hominum quinque millia, ſapientes virgines à Domino ſunt quinque dictæ, & ſtultæ ſimiliter quinque. Iterum quinque viri cum Domino fuiſſe dicuntur quando teſtimonio Patris occurrit, ſcilicet Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Moyſes, & Helias: quintus autem ingreſſus Dominus ad mortuam puellam ſuſcitauit eam. Nullum enim, inquit, permiſit intrare, niſi Petrum, & Iacobum, & patrem & matrem puellæ. Ille diues apud inferos habere ſe quinque fratres dixit, ad quos vnum ire rogat ex mortuis reſurgentem. Natatoria piſcina quinque habebat porticus, vnde Dominus Paralyticum ſanum in ſuam domum ire præcepit. [2] Ipſe habitus Crucis fines & ſummitates habet quinque, duos in longitudine, & duos in latitudine, & vnum in medio, * vbi requieſcit qui clauis affigitur. Vnaquæque manus noſtra digitos quinque habet; ſed & ſenſus habemus quinque: & quæ in noſtris ſunt viſceribus, in quinque poſſunt numerari, cor, & hepar, pulmones, ſplen, & renes. Adhuc etiam totus homo in hunc numerum poteſt diuidi, caput, pectus, venter, femora, pedes. Quinque ætates tranſit humanum genus, primùm infans, deinde puer, deinde paruulus, & poſthæc iuuenis, ſic deinde ſenior. In quinque libris legem populo Moyſes tradidit. [3] Vnaquæque tabula quam accepit à Deo, præcepta habebat quinque. Velamen ſanctum ſanctorum cooperiens, columnas habebat quinque. Et holocauſti altare, altitudo eius erat quinque cubitorum. Sacerdotes in eremo electi ſunt quinque, ſcilicet Aaron, Nadab, Abiud, Eleazar, & Ithamar. Talaris, & logium, & reliqua ſacerdotalis compoſitio de quinque contexta ſunt: habebat enim aurum, & hyacinthum, & purpuram, & coccinum, & byſſum. Et quinque reges Amorrhæorum in ſpeluncis concludens Ieſus Naue, capita eorum inculcari dedit populo, & alia quoque multa milia huiuſmodi, & in hoc numero, & in quo quis voluerit, ſiue ex Scripturis, ſiue ex ſubiacentibus naturæ operibus colligere poteſt, & non iam ob hoc quinque AEonas eſſe dicimus ſuper Demiurgum, nec quinionem quaſi vt diuinam rem aliquam conſecramus, nec inſtabilia, nec deliramenta] per vanum iſtum laborem confirmare tentamus, neq; creaturam bene aptatam à Deo cogimus malè in typos non exiſtentium transferri, & impia & nefaria dogmata introducere, cùm detectio & euerſio ab omnibus ſenſum habentibus poſſit exiſtere.

[*Quinarius numerus frequens in Scripturis.* — *Ioan. 5. 2.* — *Matth. 25. 1.* — *Matt. 17. 38.* — *Luc. 8. 5.* — *Luc. 16. 28.* — *Ioan. 5. 2.* — *Crucis figuratio.* — * *in quo*]

[4] Quis enim concedat eis CCCLXV. tantùm dies habere annum, vt ſint duodecim menſes è triginta diebus in typum duodecim AEonum diſſimili & typo exiſtente? Illic enim vnuſquiſque Aeonum trigeſima pars eſt vniuerſi Pleromatis, menſis autem duodecima pars anni ab ipſis eſſe dicitur. Si quidem annus in triginta diuideretur, & menſis in duodecim, conueniens putaretur typus eſſe mendacio eorum. Nunc autem in contrarium eſt. Pleroma quidem eorum in triginta diuiditur, pars autem eius aliqua in duodecim: hîc autem omnis quidem annus in duas diuiditur partes, pars autem

eius aliqua in triginta. Inſulsè itaque Saluator menſem quidem vniuerſi Pleromatis typum fecit fieri, annum autem eius quæ in Pleromate eſt duodecadis: magis enim conueniebat annum quidem in triginta diuidere, ſicut & totum Pleroma: menſem autem in duodecim, ſicut & ſunt in Pleromate eorum AEones. Et illi quidem omne Pleroma in tres diuidunt, id eſt, [in] octonationem, [&] decadem, & duodecadem. Hîc autem annus in quatuor diuiditur, id eſt, vernum, æſtatem, autumnum, & hyemem. Sed neque menſes, quos dicunt typum eſſe trigenarij, [5] præfinitiuè] triginta habent dies, ſed alij quidem plures, alij autem minus, eo quòd quinque dies ſuperponantur eis. Et dies autem non ſemper præfinitas duodecim habet horas, ſed à nona vſque ad quindecimam aſcendit, & iterum à quindecima in nouem deſcendit. Non iam propter triginta AEonas facti ſunt menſes triginta dierum: alioquin haberent præfinitas trigenarias dies. Neque iterum dies horum, vt duodecim AEones per duodecim horas figurarent: haberent ipſi enim præfiguratas [ſemper] duodecim horas. (A)

[6] Adhuc autem materialia Siniſtra vocantes: & ex neceſſitate quæ ſunt Siniſtræ, in corruptionem cedere dicentes, & Saluatorem veniſſe ad ouem perditam, vt eam transferat ad dextra, id eſt ad illas quæ ſunt ſaluæ nonaginta & nouem oues, quæ non perierunt, ſed in ouili permanſerunt: ſiniſtræ manus exiſtentes leuamen, non eſſe ſalutis conſentire eos neceſſe eſt. (B) Et hoc quòd non ſimiliter eundem numerum habet, coguntur ſiniſtræ, id eſt, corruptionis confiteri, & hoc nomen quod Græcè dicitur Agape, ſecundùm Græcorum literas, per quas apud eos ſupputatio ſignatur, nonaginta & tres numerum habens, ſimiliter Siniſtræ manus leuamen eſt, & Alethia quoque ſimiliter ſecundùm ſupradictam rationem ſexaginta quatuor numerum habens, in parte materialium ſubſiſtit, & omnia omnino quæcunq; ſanctorum nomina non adimplent numerum centum, ſed Siniſtræ tantùm habent numeros, corruptibilia & materialia eſſe confiteri coguntur.

## ANNOTATIONES.

1. Quia autem] *Caput 40. hîc ſignat vet. cod. Contendit Gnoſticos nihil ſomniorum ſuorum aſſerere poſſe ex numero quinario, quantumuis frequenter in ſacris occurrat.*

2. Ipſe habitus crucis] *Piam admodum habes figuræ crucis, adeoq; imaginis eidem affixæ ſpeculationem, quam & ſæpe, & libenter imitatur Auguſtinus, verba iſta Apoſtoli:* Vt poſſitis comprehendere quæ ſit longitudo & latitudo, & ſublimitas & profundum, ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Christi, *ad ſacramentum crucis referens*, vt in latitudine accipiatur tranſuerſum lignum, quo extenduntur manus, propter operũ ſignificationem: in longitudine ab ipſo vſq; in terrã, vbi totum corpus crucifixum ſtare videtur, quod ſignificat perſiſtere: in altitudine ab ipſo tranſuerſo ligno ſurſum verſus quod ad caput eminet, propter expectationem ſupernorum: in profundo autem, pars illa ligni quæ in terræ abdito defixa latet. *Hæc Auguſtinus Epiſtolæ 112. cap. 12. Epiſtol. 119. cap. 41. & Epiſt. 120. cap. 26. quibus imaginis Crucifixi conſiderationem ſanctiſſimis Patribus longè gratiorem fuiſſe perſpicimus, quã neotericis Gnoſticis.*

*Obſeruandum porrò quinque extremitates, ſeu fines Dominicæ Cruci hîc apertè tribui: ac de quatuor omnibus conſtat, de quinta, vbi requieſcere dicitur affixi corpus, non ita. Non enim clarè dicitur, an pedibus tanquam ſubiecto ſcabellulo, quieſceret: an verò media corporis parte quodammodo ſederet. Verùm, Gregorius Turonenſis diſertis verbis de tabella, alij ſuppedaneum vocant, in qua & pedes innixi & fixi fuerint, hoc intelligendum tradit.* In ſtipite erecto (*inquiens*) foramen factum manifeſtum eſt: ſuper hanc verò tabulam tanquam ſtantis hominis ſacræ affixæ ſunt plantæ. *His ferè ſimilia ſenſiſſe videntur Iuſtinus martyr in Dialogo: Tertullianus libro tertio aduerſ. Marc. capit. decimo octauo, & decimo nono: & venerabilis Beda in Collectaneis, adfirmans eandem crucem ex quatuor diuerſorum lignorum generibus compactam fuiſſe: quarto haud dubiè ſuppedaneum illud intelligens. Iſtud deniq; plurimum confirmant vetuſtiſſimæ Crucifixi Domini noſtri in templis ſeruatæ imagines, quas etiam eodem anno quo hæc ſcribimus 1595. multis in locis conſpeximus, cum dicto ſcabellulo, in quo pedes etiãnum diſtincti ſecretiq; duobus clauis affiguntur: nimirum Virduni in maiori eademque vetuſtiſſima æde vnam: & monaſterio, quod à Diuo Paulo nomen habet, alteram. Treueri eiuſdem formæ vidimus in maiori templo, duas: in æde B. Virginis, tres: ſancti Simeonis, duas: ſancti Paulini, vnam: & S. Mariæ alteram. Confluentiæ in templis diuerſis tres. Coloniæ Agrippinæ etiam eiuſdem formæ imagines, id eſt, pedibus diſiunctis, atque duobus clauis in ſubiecta tabella confixis plurimas conſpeximus. In ſummo templo, tres; ad S. Seuerinum, tres; ad S. Cunibertum, tres; ad S. Gereonem, vnã; ad duodecim Apoſtolos, duas; ad S. Pantaleonem, vnam; ad S. Vrſulam, vnam; ad S. Mariam de Capitolio, vnam; in cæmeterio S. Georgij vnam; ad Indulgentias, vnam; ad S. Mauritium, vnam; ad Clariſſas, vnam; in quodam Xenodochio, vnam: audiuimusq; in alijs ſacris locis multas tales ſeruari: quibus ſuperior noſtra coniectura non mediocriter roboratur.* (C)

*Quatuor certè clauis confixum cruci Chriſtum fuiſſe, non tantùm ex hiſtorica inuentionis ſanctæ Crucis narratione ſatis apertè mihi colligi poſſe videtur: ſed etiam ex certiſſimis Patrum teſtimonijs. Cyprianus namq; Serm. de paſſione, plurali numero dicit:* Clauis ſacros pedes terebrantibus. *Et ſupra laudatus Antiſtes Turonenſis apertius ſcribit:* Clauorum Dominicorum quod quatuor fuerint, hæc eſt ratio: Duo ſunt affixi in palmis, & duo in plantis. *Eadẽ quoq; eſt ſententia lib. 1. cap. 10. S. Brigidæ reuelationum, quas etiam ſummi Pontifices probauerunt.* (D)

3. Vnaquæque tabula] *Diuerſæ fuerunt ſententiæ Hebræorum, Græcorum, & Latinorum, quot præcepta in quaq; tabella reponantur. Ioſephus & Philo, quos hîc imitatur Irenæus, quinq; in qualibet collocant. Ex Græcis Origenes, Procopius, & Heſychius ca. 20. Exodi enarrantes, & Clemens Alex. 6. ſtro. 4. in priore, ſex in poſteriore annumerant, quibus ex Latinis aſtipulatur Ambroſius. Latinis ferè omnibus valde probatur Auguſtini partitio, qua tria tantùm in prima conſtituit, quibus Dei cultus explicatur: ſeptem in alia, quibus proximi dilectio iubetur.*

*Lib. de glor. Martyrum, cap. 6.*

*Molan. libr. de ſacris pict. Lipſius lib. de cruce.*

*3. antiq. cap. 6. & 8. Lib. de decalogo.*

*In 6. cap. Epheſ. Libr. de decẽ chordis. Gonc 1. in Pſal. 32. Quæſt. 71. in Exod.*



4. Quis enim concedat] *Contendit nec dies, nec menſes, nec annos præterlabentes confictos à ſe Pleromatis Aeones ſignificare: ac idcirco deſumpta ab his argumenta nihilomnino concludere.*

5. Præfinitiuè] *Ita vetus cod. deleuimus præfinitione.*

6. Adhuc autem] *Caput 41. ſignatur in ve. co. cum hac epigraphe:* De Amen & nonaginta nouem ouibus, ex quibus vna perijt & inuenta eſt. *Cæterùm,* Siniſtra, *pro,* ſiniſtram *ſubſtituimus ex ſuperioribus, quibus quædam Dextra, alia verò Siniſtra ex Achamoth matre producta garriunt.*

## *QVÆ SVNT QVÆ A NOBIS POSSVNT EXOLVI, & quæ ſunt quæ remittuntur Deo fabricatori.*

### CAPVT XLIII.

*✱ nomini*

[1] SI quiș autem ad hęc dixerit, Quid ergo? an vanum eſt, & vt prouenit, & ✱ omnium poſitiones ſunt, [2] &] Apoſtolorum electio, & Domini operatio, & eorum quæ facta ſunt compoſitio? Dicemus eis, non quidem, ſed magna ſapiẽtia [& diligentia] ad liquidum apta & ornata, omnia à Deo facta ſunt, & antiqua, & quæcunque in nouiſſimis] temporibus Verbum eius operatum eſt, & debent ea non numero xx. ſed ſubiacenti copulare argumento, ſiue rationi: neque de Deo inquiſitionem ex numeris, & ſyllabis, & literis accipere. Infirmum eſt enim hoc propter multifarium & varium eorum, & quòd poſſit eſſe argumentum hodie æquè commentatũ, ab aliquo contraria veritati ex ipſis ſumere teſtimonia, eo quòd [in] multa transferri ✱ poſſunt: ſed ipſos numeros, & ea quæ facta ſunt aptare debent ſubiacenti veritatis argumento. Non enim regula ex numeris, ſed numeri ex regula: nec Deus ex factis, ſed ea quæ facta ſunt, ex Deo. Omnia enim ex vno & eodem Deo: [3] quia autem varia & multa ſunt quæ facta ſunt: & omnis quidem factura bene aptata, & bene conſonans: quantum autem ſpectat ad vnumquodque eorum, ſunt ſibi inuicem contraria & non conuenientia, ſicut citharæ ſonus per vniuſcuiuſque diſtantiam conſonantem vnam melodiam operatur, ex multis & contrarijs ſonis ſubſiſtens. Debet ergo amator veri non traduci diſtantia vniuſcuiuſque ſoni, nec alium quidem huius, alium autem illius artificem ſuſpicari & factorem: neque alium quidem acutiores, alium autem vaſtiores, alium verò ✱ varietates aptaſſe: ſed vnum & ipſum ad totius operis & ſapientiæ demonſtrationem, & iuſtitiæ, & bonitatis & numeris. Hi verò qui audiunt melodiam, debent laudare & glorificare artificem, & aliorum quidem extenſionem mirari, aliorum autem laxamentum intendere, aliorum verò intra vtrunque temperamentum exaudire, aliorum autem typum conſiderare, & ad quid vnumquodque referat, & eorum cauſam inquirere, nuſquam transferentes regulam, neque errantes ab artifice, neq; abijcientes fidem quę eſt in vnum Deum qui fecit omnia, neque blaſphemantes noſtrum Conditorem. Si autem & aliquis non inuenerit cauſam omnium quæ requiruntur, cogitet quia homo eſt in infinitum minor Deo, & qui [ex] parte acceperit gratiam, & qui nondum æqualis vel ſimilis ſit factori, & quia] omnium experientiam, & cogitationem habere non poſſit, vt Deus: ſed in quantum minor eſt ab eo qui factus non eſt, & qui ſemper idẽ eſt, ille qui hodie factus eſt, & initium facturæ accepit: in tantùm ſecundùm ſcientiam & ad inueſtigandum cauſas omnium minorem eſſe eo qui fecit. [4] Non enim infectus es, ô homo, neque ſemper coexiſtebas Deo, ſicut [5] proprium] eius Verbum: ſed propter eminentem bonitatem eius, nunc initium facturæ accipiens, ſenſim diſcis à Verbo diſpoſitiones Dei, qui te fecit. Ordinem ergo ſerua tuæ ſcientiæ, & ne vt bonorum [ignarus] ſupertranſcendas ipſum Deum.

*Canon Irenæi.*

*✱ mediocritas*

*1. Cor. 13. 9.*

*Pijs, in reb. obſcuris quid cogitandum.*

## ANNOTATIONES.

1. Si quis autem] *Præoccupatione vſus diſſoluit argumenta quæ poterant ab his obijci: docetque ex ſolis numeris, literis, & ſyllabis, non eſſe temerè de rebus diuinis pronunciandum; quandoquidem incertum & ſuperſtitioſum ſit.*

2. Et Apoſtolorum] *Cod. excuſi,* nec Apoſtolorum.

3. Quia autem varia] *Initium eſt cap. 42. in vet. cod.*

4. Non enim infectus] *Grauis ſententia, qua hominem cum Filio Dei comparat, quod ille factus ſit, id eſt, ex nihilo cùm prius non fuiſſet, productus: hic autem non factus cùm ſit homoouſios et coæternus Patri. Iſthæc poſtmodum ſancti alij Patres apertius concluſerunt in Nicena ſynodo aduerſus Arij blaſphemias, vt ex ſymbolo liquet. Athanaſius quoque d.* Filius à patre ſolo eſt, οὐ ποιητός, οὐ κτιςὸς non factus, non creatus. *Fuſius & accuratius oratione 2. & 3. contra Arianos, negotium perſequitur: vt & Baſilius lib. 2. contra Eunomium. Auguſtinus ſer. 193.* Factum vel creatum Dei Verbum dici omnino non poteſt, per quod facta ſunt omnia, &c.

5. Proprium] *Expunximus,* proximum: *& vltima lin.* ignarus, *pro* ignarum, *repoſuimus aut. vet. cod.*

## OSTENSIO QVONIAM DEMIVRGVS NON ſit ſupergreßibilis mente, neque ſuper eum alteram diuinitatem eſſe.

A

### CAPVT XLIV.

N[1] On enim tranſibilis eſt:]neque ſuper Demiurgum requiras quid ſit. Non enim inuenies. Indeterminabilis eſt enim artifex tuus: neque tanquam hunc totum menſus ſis, & tanquam qui per omnem eius fabricam veneris, & omne quod eſt in eo profundum, & altitudinem, & longitudinem conſideraueris, ſuper ipſum alium excogites patrem. Non enim excogitabis, ſed contra naturam ſentiens, eris inſipiens: etſi in hoc perſeueraris, incides in inſaniam, ſublimiorem teipſum melioremque factore tuo exiſtimans, & quod pertranſeas regna eius.

B

### ANNOTATIONES.

1. Non enim tranſibilis eſt] *Sic lego, pro,* tranſibilis es, *tum quia finis præcedentis capituli, tum inſcriptio iſtius id apertè docet: & mox ſcribitur,* indeterminabilis eſt, *&c. Tradit porrò manifeſtam inſaniam eſſe, ſupra Deum conditorem huius mundi mentem extollere, vt quid eo maius & ſuperius exquiratur: cùm adeò immenſus ac natura infinitus ſit, vt nullo intellectu pro dignitate capi poßit. Etenim* habitat lucem inacceſſibilem. *1. Tim. 6.*

## QVID SIT QVOD A PAVLO DICTVM eſt, ſcientia inflat, dilectio autem ædificat.

### CAPVT XLV.

M[1] Elius ergo & vtilius idiotas & parum ſcientes exiſtere, & per charitatem proximum fieri Deo, quàm putare multum ſcire, & multum expertos in ſuum Deum blaſphemos inueniri, alterum Deum Patrem fabricantes, & ideo Paulus * clamabat: Scientia inflat, charitas autem ædificat. Non qui veram ſcientiam de Deo culparet: alioquin ſeipſum primùm accuſaret: ſed quia ſciebat quoſdam ſub occaſione ſcientiæ elatos excidere à dilectione Dei, & ob hoc opinari ſeipſos eſſe perfectos, imperfectum autem Demiurgum introducentes, abſcidens eorum huiuſmodi ſcientiæ ſupercilium, ait: Scientia inflat, charitas autem ædificat. Maior autem hac non eſt alia inflatio, quàm vt opinetur quis ſe meliorem & perfectiorem eſſe eo qui fecerit & plaſmauerit, & ſpiramen vitæ dederit, & hoc ipſum eſſe præſtiterit.][2] Melius itaque eſt, ſicuti prædixi, nihil omnino ſcientem quempiam, ne quidem vnam cauſam cuiuſlibet eorum quę facta ſunt, cur factum [ſit] credere Deo, & perſeuerare in eius dilectione,[3] quę hominem viuificat; nec aliud inquirere ad ſcientiam, niſi Ieſum Chriſtum Filium Dei, qui pro nobis crucifixus eſt: quàm per quæſtionum ſubtilitates & multiloquium in impietatem cadere.

C

1. Cor. 8. 1.

* clamauit

Inflatio maxima.

[4] Quid enim ſi [ſuper] hos conatus paululum quis elatus, eo quòd Dominus dixerit, Quia & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt, curioſè inquirere voluerit, [&] numerum vniuſcuiuſque capitis capillorum, & cauſam exquirere, per quam hic quidem tantos, [ille autem tantos] capillos habeat, non omnibus ex ęquo habentibus; ſed multis milibus ſuper milia alijs atque alijs numeris inuentis, eo quòd alij quidem maiora, alij autem minora habeant capita; & alij quidem ſpiſſos capillos ſemper, alij autem raros, alij verò & omnino paucos capillos habeant? Et hi qui putant ſe numerum inueniſſe capillorum, tentent referre ad teſtimonium ſuæ ſectæ, quam excogitauerunt? Aut iterum ſi quis] etiam ob hoc quod dictum ſit in Euangelio: Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex his non cadet ſuper terram ſine Patris veſtri voluntate; enumerare voluerit captos vbique quotidie paſſeres [ſiue] in vnaquaque regione, & cauſam requirere ob quam heri quidem tantos, ac pridem tantos, hodie autem iterum tanti ſint [qui capti ſunt;] & adnectat paſſerum numerum ad ſuum argumentum; nónne ſeipſum ſeducit omnino? Et eos qui ei acquieſcũt, in magnam inſaniam cogit, ſemper promptis hominibus vt in talibus amplius quid quàm magiſtri eorum putentur inueniſſe? Quid autem ſi quis interroget nos, ſi omnis numerus omnium quę ſunt facta, & quæ fiant [ſcitur] à Deo, & ſi ſecundùm illius prouidentiam vnuſquiſq; eorum eam quæ ſecundùm ſe eſt,

D

Matt. 10. 30.

Matt. 10. 29.



A ſe eſt, accepit quantitatem: nobiſque conſentientibus & confitentibus,[5] quia nihil omnino horum quæ facta ſunt, & quæ fiunt, & fient, * Deum fugit, ſed per illius prouidentiam vnumquodque eorum & habitum, & ordinem, & numerum, & quantitatem accipere & accepiſſe propriam, & nihil omnino neque vanè, nec vt prouenit factum aut fieri, ſed cum magna aptatione & conſonantia ſublimi, & eſſe admirabilem rationem, & verè diuinam quæ poſſit huiuſmodi & diſcernere, & cauſas proprias enunciare: accipiens à nobis huiuſmodi teſtimonium & conſenſum, pergat adhuc[6] vt arenam enumeret, & calculos terræ, ſed & fluctus maris, & ſtellas cæli, & cauſas excogitare numeri qui putatur inuentus? Nonne in vanum laborans, & delirus hic talis, & irrationabilis ab omnibus qui ſenſum habent, iuſtè dicetur? Et quò magis præter * hos in huiuſmodi quæſtionibus occupatur, & quò plus alijs adinuenire ſe exiſtimat, reliquos imperitos, & idiotas, & animales * vocans, eo quòd non ſuſcipiant eius tam vanum laborem, hoc magis eſt inſanus & ſtupidus, tanquã[7] fulmine percuſſus, in nullo cedens Deo, ſed per ſcientiam, quam inueniſſe ſe putat, ipſum mutat Deum, & iaculatur ſententiam ſuam ſuper magnitudinem factoris.

* ſcientiam Dei.

* cæteros

B

### ANNOTATIONES.

1. Melius ergo] *Non ignauiæ imperitorum patrocinatur, ſed iactantiæ et ſupercilio Gnoſticorum occurrit; qui vana perſuaſione encyclopædiæ omnium diſciplinarũ inflati, ſimplicibus petulanter inſultabant. Non dißimilia ſcribit Auguſt. ſerm. 20. de Verbis Apoſtol.* Melior eſt fidelis ignorantia, quàm temeraria ſcientia. *Et Hieron.* Melius eſt aliquid neſcire, quàm cum periculo diſcere. *Ignauus eſſe mauult Nazianzenus, quã plus æquo curioſus: ac nimis timidus, quàm nimis audax. Corruptos quorundam mores, qui ſe humanarum diſciplinarum apices conſcendiſſe putabant, poſt Tullium & Senecam grauiter perſequitur Lactantius, libr. tertio, capite 15.*

*In regula mona.*

*De moder. in diſput. ſeruanda.*

C

2. Melius itaque eſt] *Memorabiles iſtiuſmodi ſunt apud Auguſtinum & plures ſententiæ, vt libr. 5. Confeſſ. ca. 4.* Infelix homo qui ſcit omnia, te autem neſcit. Beatus autem qui te ſcit, etiã ſi illa neſciat. *Et lib. Medit. ca. 5.* Abs te ſapere, eſt deſipere: te verò noſſe, eſt perfectè ſcire *Ad finem porrò præcedentis ſententiæ legimus* præſtiterit *ex vet. cod. ſublato* prę ceperit.

3. Quæ hominem viuificat] *Rectè vitam ſpiritalem, id eſt, hominis iuſtificationem tribuit charitati: non ſoli fidei, quemadmodum imponunt ei Centuriatores.*

4. Quid enim] *Cap. 43. ſignat vet. cod. cum epigraphe, quæ huic cap. 45. aſcripta eſt. Legendum autem proponimus ex vet. cod.* Quid enim ſi ſuper hos, *expuncto* per: *& paulò poſt,* Aut iterum ſi quis, *pro,* Cur.

5. Quia nihil omnino horum] *Doctè ac piè cuncta Dei prouidentia & conſilio gubernari aduerſus Gnoſticam ac Epicuream perfidiam defendit; nihilq; aut eius ſcientiam fugere, aut præter eius voluntatem in orbe fieri:* quandoquidem attingat à fine vſque ad finẽ fortiter, & diſponat omnia ſuauiter *Hoc & Iuſtinus martyr ex eo confirmat, quod non fruſtra prò rebus humanis diu noctuq; Deum precamur. Et beatus Areopagita ſcribit:* Deitas proſpicit cuncta prouidentia bonitateque mirabili *Lib. de diuinis nom. cap. 12. Cætera videre licet apud Theophylum Ant. Lactantium, Auguſtinum, &c.*

*Sap. 6.*

*Dialog.*

6. Vt arenam enumeret] *Quatuor his parœmijs eleganter oſtendit, inanes non minus & ridiculos eſſe horum conatus, quàm ſi ciatho mare exhaurire, pondus montium ſcrutari, flatum venti menſurare, ignem ponderare, & diem, quæ præterijt, reuocare molirentur. Similes enim ſuperioribus ſunt hæ, à quibus ſacræ literæ non abhorrent.*

7. Fulmine percuſſus] *Videtur exprimere Græcũ verbum* ἐμβρόντητος, *ſimili quoq; prouerbiali voce poſtea vtitur cap. 53.*

## QVOMODO OPORTET PARAbolas exolui.

D

### CAPVT XLVI.

S[1] Enſus autem ſanus, & qui ſine periculo eſt, & religioſus, & amans verum, quæ quidem dedit in hominum poteſtatem Deus, & ſubdidit noſtræ ſcientiæ, hæc promptè meditabitur, & in ipſis proficiet diuturno ſtudio, facilem ſententiam eorum efficiens.[2] Sunt autem hæc, quæ ante oculos noſtros occurrunt, & quæcunque apertè, & ſine ambiguo ipſis dictionibus[3] poſita] ſunt in Scripturis, & ideo parabolæ debent [non] ambiguis adaptari. Sic enim & qui abſoluit,[4] ſine periculo abſoluit, & parabolæ ab omnibus ſimiliter abſolutionem accipient, & à veritate corpus integrum, & ſimili aptatione membrorum, & ſine concuſſione perſeuerat. Sed quæ non apertè dicta ſunt, neque ante oculos poſita, copulare abſolutionibus parabolarum, quas vnuſquiſque prout vult adinuenit: Sic enim apud nullum erit regula veritatis, ſed quanti fuerint qui abſoluent parabolas, tantæ videbuntur & veritates[5] oppugnantes ſe inuicem, & contraria ſibimet dogmata ſtatuentes, ſicut & Gentilium Philoſophorum quæſtiones.[6] Itaque, ſecundùm hanc rationem, homo quidem ſemper

ſemper inquiret, nunquam autem inueniet, eò quòd ipſam inuentionis abiecerit A
Matth.25. diſciplinam. Et cùm venerit Sponſus, is qui imparatam habet lampadem [7] nulla ] ma-
nifeſti luminis claritate fulgentem, recurrit ad eos qui abſolutiones parabolarum in
tenebris diſtrahunt, relinquens eum qui per manifeſtam prædicationem gratis donat,
[ad eum]petit ingreſſum, & excluditur à thalamo eius.[8] Cùm itaque vniuerſæ Scriptu-
ræ, & Propheticæ, & Euangelicæ in aperto, & ſine ambiguitate, & ſimiliter ab omnibus
audiri poſſint, etſi non omnes credunt vnum, & ſolum Deum, ad excludendos alios,
prædicent omnia feciſſe per Verbum ſuum, ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia, ſiue cæleſtia,
ſiue terrena, ſiue aquatilia, ſiue ſubterranea, ſicut demonſtrauimus ex ipſis Scripturarũ
Rom.1.20. dictionibus:[& ipſa]autem creatura in qua ſumus, per ea quæ in conſpectum veniunt,
hoc ipſum teſtante, vnum eſſe qui eam fecerit & regat: valdè hebetes apparebunt, qui
ad tam lucidam adapertionem cæcutiunt oculos, & nolunt videre lumen prædicatio-
nis: ſed conſtringunt ſemetipſos, & per tenebroſas parabolarum abſolutiones, vnuſ-
quiſque eorum proprium putat inueniſſe Deum. [9] Quia enim de * cogitatione eorum *excogitatione.
qui contraria opinantur de Patre, nihil apertè, neque [10] ipſa dictione, neque ſine con-
trouerſia in nulla omnino dictum ſit Scriptura, & ipſi teſtantur dicentes, in abſconſo B
hæc eadem Saluatorem docuiſſe non omnes, ſed aliquos diſcipulorum, qui poſſunt
capere, & per argumenta, & ænigmata, & parabolas ab eo ſignificata intelligẽtibus. Ve-
niunt autem ad hoc, vt dicant, alium quidem eſſe qui prædicatur Deus, & alium Patrẽ,
qui per parabolas & ænigmata ſignificatur Pater. Quia autem parabolæ poſſunt mul-
tas recipere abſolutiones, ex ipſis de inquiſitione Dei affirmare, derelinquentes quod
certum, & indubitatum, & verum eſt; valdè præcipitantium ſe in periculum, & irratio-
nabilium eſſe, quis non amantium veritatem confitebitur? Et nunquid hoc eſt non in
Matth.7.25. petra firma, & valida, & in aperto poſita ædificare ſuam domum: ſed in incertum effu-
ſæ arenæ, vnde & facilis eſt euerſio huiuſmodi ædificationis?

ANNOTATIONES.

1. Senſus autem ]*Commodius præcedenti capiti hæc prima ſententia iungeretur, vt cum argumento indicat vetus cod.*

2. Sunt autem ] *Caput 44. in vet. cod. cum epigraphe ea, quæ capiti 43. ſupra affixa eſt. Obſeruandum quã honorificè de ſacris literis ſentiat, quas attentè legit, ad eas alios ablegat, vt fontem, quo pietatem hauriant vniuerſam. Harum ſtudio & energia Iuſtinus martyr, et Tatianus permoti, ſectis omnibus Philoſophorum eodem ſæculo vale dixerunt, vt Chriſti placitis ſeſe conſecrarent. Earundem oracula conſulere Autolycum hortatur Theophilus, ſi pœnas euadere, & bona perpetua conſequi voluerit. Ea denique omnium ſcriptorum antiquiſſima & veriſſima eſſe non ſemel poſtea confirmat lib. 2. & 3 ad eundem Autolycum.*

3. Poſita ſunt] *Ita vet. cod. deleuimus* poſitæ, & *mox negationem* non *præpoſuimus* ambiguis.

4. Sine periculo abſoluit ] *Abſoluere parabolas, Græcè* ὑπολύειν, *diſſoluere, explicare.*

5. Oppugnantes ſe]*Vet. cod.* Tantæ videbuntur veritates pugnantes ſemetinuicem.

6. Itaque, ſecundùm hanc rationem ] *Iterum docet non eſſe petendam à parabolis certam conſtantemq́ regulam fidei noſtræ: ſed in apertis Scripturis, quæ non niſi repugnanter poſſunt in varios diuerſoſq́ue ſenſus torqueri.* C

7. Nulla ] *Expunximus* nulli: *poſtea* ad eum, *pro* ab eo, *vet. cod. aut. repoſuimus.*

8. Cùm itaque ] *Non vult omnes Scripturas adeò apertas & cuiuis obuias eſſe, vt nulla ſit in eis obſcuritas, cùm hoc alibi frequenter adfirmet: ſed eas adeò perſpicuè & conſtanter vnum & ſolum Deum mundi creatorem et rectorem prædicare, vt nemo qui his attenderit, ignorare poßit. Quid enim apertius, quàm iſtud:* Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt? *Et:* Non habebis deos alienos coram me? *Et ſexcenta talia?* Lib. 2. ca. 47. & lib. 4. ca. 45.

9. Quia enim] *Cap. 45. ſignat vet. cod. cum ſumma quæ ſuprà tribuitur capiti 44.*

10. Ipſa dictione, neque] *Tres has voculas deſiderat vet. cod. quæ verò hîc refellit, partim cap. 1. lib. 1. partim cap. 16. 17. & 23. recenſuit.* D

## *QVONIAM OMNEM AGNITIONEM NON poſſumus habere in hac vita.*

### CAPVT XLVII.

H[1] Abentes itaque regulam ipſam veritatem, & in apertum poſitum de Deo
teſtimonium, non debemus per quæſtionum declinantes, in alias atq; alias
abſolutiones eijcere firmam & veram de Deo ſcientiam: magis autem abſo-
lutionem quæſtionum in hunc characterem dirigentes, exerceri ] quidem
conuenit per inquiſitionem myſterij, & diſpoſitionis exiſtentis Dei: augeri autem in
charitate eius, qui tanta propter nos facit & fecit, nunquam autem excidere ab ea ſua-
ſione[2] qua ]manifeſtiſsimè prædicatur: quia hic ſolus verè ſit Deus & Pater, qui & hunc
mundum fecit, & hominem plaſmauit, & in ſua creatura donauit incrementum; & de
minori-



A minoribus ſuis, ad maiora, quæ apud ipſum ſunt vocãs, ſicut infantem quidem in vul-
ua conceptũ educit in lumen ſolis: & triticum, poſteaquã in ſtipula corroborauerit, cõ-
dit in horreum. Vnus autem & idem Demiurgus, qui & vuluam plaſmauit, & ſolẽ crea- Deus vnus.
uit. Et vnus idem Dominus, qui & ſtipulam eduxit, & triticum augens multiplicauit, &
horreum præparauit.[3] Si autem omnium quæ in Scripturis requiruntur abſolutiones
non poſſumus inuenire, alterum tamen Deum, præter eum qui eſt, non requiramus.
Impietas enim hæc maxima eſt. *Credere autẽ hæc talia debemus Deo, qui & nos fecit,
*Cedere rectiſſimè ſcientes, quia Scripturæ quidem perfectæ ſunt,[4] quippe à Verbo Dei & Spiri-
tu eius dictæ; nos autem ſecundùm quod minores ſumus, & nouiſſimi à Verbo Dei, &
Spiritu eius, ſecundùm hoc & ſcientia myſteriorum eius indigemus, & non eſt mirum
ſi in ſpiritalibus, [&] cæleſtibus, [&] in his quæ habent reuelari, hoc patimur nos: quan-
doquidem etiam eorum quæ ante pedes ſunt (dico autem quæ ſunt in hac creatura,
*contrectantur quæ & * conteruntur à nobis, & videntur, & ſunt nobiſcum) multa fugerunt noſtram
ſcientiam, & Deo hæc ipſa committimus. Oportet enim eum præ omnibus pręcellere.
[5] Quid enim ſi tentemus exponere cauſam aſcenſionis Nili? Multa quidem dicimus, &
B fortaſſis ſuaſoria, fortaſſis autem non ſuaſoria: quod autem verum eſt, & certum, & fir-
*volatiliũ mum, adiacet Deo.[6] Sed & * volantium animalium habitatio, eorum quæ veris tempo
re adueniunt ad nos, autumni autem tempore ſtatim recedunt, cùm in hoc mũdo hoc
ipſum fiat, fugit noſtram ſcientiam.[7] Quid autem poſſumus exponere de Oceani acceſ-
ſu & receſſu, cùm conſtet eſſe certam cauſam? Quidve de his quæ vltra eum ſunt enun-
ciare, qualia ſint? Vel quid dicere poſſumus, quomodo pluuiæ] & coruſcationes, & to-
nitrua, & collectiones nubium, & nebulæ, & ventorum emiſſiones, & ſimilia his, effi-
ciuntur; annunciare quoque & theſauros niuium, & grandinis, & eorum quæ his pro-
xima ſunt: quæ hæc autem nubium præparatio, aut qui ſtatus nebulæ, quæ autem cau-
ſa eſt per quam creſcit Luna, & decreſcit, aut quæ cauſa aquarum diſtantiæ, [&] metal-
lorum, & lapidum, & his ſimilium: in his omnibus nos quidem loquaces erimus, re-
quirentes cauſas eorum: qui autem ea facit, ſolus Deus veridicus eſt.

[8] Si ergo & in rebus creaturæ quædam quidem eorum adiacent Deo, quædam autem Quæſtiones obſcuræ Deo commendandæ.
& in noſtram venerunt ſcientiam, quid mali eſt, ſi & eorum quæ in Scripturis requirũ-
*abſoluimus tur, vniuerſis Scripturis ſpiritalibus exiſtentibus, quædam quidem * abſoluamus ſecun
*commendamus dùm gratiam Dei, quædam autem * commendemus Deo; & non ſolùm in hoc ſæculo,
C ſed & in futuro: vt ſemper quidem Deus doceat, homo autem ſemper diſcat quæ ſunt à
Deo? Sicut & Apoſtolus dixit: Reliquis partibus deſtructis, hæc tunc perſeuerare, quæ 1.Cor.13.13.
ſunt fides, ſpes, & charitas.[9] Semper enim fides, quæ eſt ad magiſtrum noſtrum perma-
net firma, aſſeuerans nobis quoniam ſolus verè Deus, & vt diligamus Deum verè ſem-
per: quoniã ipſe ſolus Pater; & ſperemus ſubinde plus aliquid accipere, & diſcere à Deo,
quia bonus eſt, & diuitias habens indeterminabiles, & regnum ſine fine, & diſciplinam
immenſam.[10] Si ergo ſecundùm hunc modum quem diximus, quædam quidem quæ-
ſtionum Deo commiſerimus: & fidem noſtram ſeruabimus,[11] & ſine periculo perſeue-
rabimus: ]& omnis Scriptura à Deo nobis data conſonans nobis inuenietur, & parabo-
læ his quæ manifeſtè dicta ſunt, conſonabunt, & manifeſtè dicta abſoluent parabolas:
& per dictionum multas voces, vnam conſonantem melodiã in nobis ſentiet, laudan
tem hymnis Deum, qui fecit omnia. Vt puta, ſi quis interroget,[12] Antequam mundum
faceret Deus, quid agebat? Dicimus quoniam iſta reſponſio ſubiacet Deo. Quoniam[au Gen.1.1.
tem]mundus hic factus eſt [13] apoteleſtos à Deo, temporale initium accipiens, Scripturę Pſalm.32.6.
D nos docent: quid autem ante hoc Deus ſit operatus, nulla Scriptura manifeſtat: ſubia- Actor.14.15. & 17.24.
cet ergo hæc reſpõſio Deo, & non ita ſtultas, & ſine diſciplina blaſphemas adinuenire Ezech.8.1.
velle prolationes; & per hoc quod putes te inueniſſe materię prolationem, ipſum Deũ
qui fecit omnia reprobare.[14] Cogitate enim, ô omnes qui talia adinuenitis, cũ ipſe ſo-
lus Pater Deus dicatur, qui & verè eſt, quem vos Demiurgum dicitis; ſed & cùm Scriptu-
*ſciant ræ hunc ſolum * ſciunt Deum, ſed & cùm Dominus hunc ſolum confitetur proprium
Patrem, & alterũ neſciat, ſicut ex ipſis eius verbis oſtendimus, quoniam hũc ipſum La-
bis dicitis fructum, & ignorantiæ prolationem, & neſcientem qui ſit ſuper eum, & quæ
cunq; alia dicitis de eo; conſiderate magnitudinẽ blaſphemiæ in eũ, qui verè eſt Deus.
Grauiter quidẽ & honeſtè videmini dicere, vos in Deũ credere; dehinc ]alterũ Deũ, cũ
minimè poſſitis oſtendere, hunc ipſum in quẽ credere vos dicitis,[15] Labis fructũ, [& ig-
norãtiæ prolationẽ pronunciatis. Hęc aũt cæcitas, & ſtultiloquiũ inde prouenit vobis,
quòd nihil Deo reſeruetis; ſed & ipſius Dei, & Ennęæ eius, & Verbi, & Vitę, & Chriſti na
tiuitates, & prolationes annunciare vultis: & has non aliunde accipiẽtes, ſed ex affectio
ne hominum: & non intelligitis, quia in homine quidẽ, qui eſt compoſitum animal, ca
pit huiuſmodi dicere, ſicut prædiximus, ſenſum hominis, & Ennęã hominis. Et quia ex
ſenſu

ſenſu Ennœa, de Ennœa autem Enthymeſis, de Enthymeſi autem Logos, quem autem Logon?[16] Aliud enim eſt ſecundùm Græcos Logos, quod eſt principale quod ] excogitat; aliud organum, per quod emittitur Logos: & aliquando quidem quieſcere & tacere hominem, aliquando autem loqui & operari. Deus autem cùm ſit totus mens, totus ratio, & totus ſpiritus operans, & totus lux, & ſemper idem, & ſimiliter exiſtens, ſicut & vtile eſt nobis ſapere de Deo, & ſicut ex Scripturis diſcimus, non iam huiuſmodi affectus & diuiſiones decenter erga eum ſubſequentur. Velocitati enim ſenſus hominum, propter ] ſpiritale eius non ſufficit lingua deſeruire, quippe carnalis exiſtens: vnde & intus ſuffocatur verbum noſtrum, & profertur[17] non de ſemel, ſicut conceptum eſt à ſenſu; ſed per partes, ſecundùm quod lingua ſubminiſtrare præualet. A

## ANNOTATIONES.

1. Habentes itaque regulam ] *Docet quæſtionibus vanis & curioſis de Bytho, Propatore, ac AEonibus nõ eſſe incumbendum, cùm Scriptura perfectè conſtanterq́; adfirmet, vnum eſſe verum Deum, qui omnia fecit & adminiſtrat. Porrò* exerceri, *pro,* exercere, *ex veter. cod. legimus.*

2. Qua manifeſtiſſimè ] *Ita vet. cod. excuſi,* quæ manifeſtiſſimè.

3. Si autem omnium ] *Sacra ſcripta vt à Verbo Dei, & Spiritu eius profecta, omnibus numeris perfecta eſſe, ideoq́; magna religione ipſis adhærendum rectiſſimè aſſerit: ſed nec minus piè euincit ea tantis myſterijs abundare, vt ad eorum intelligentiam reuelatione opus ſit, cũ tãta ſit animi noſtri caligo, vt ad ea, quæ ante pedes ſunt, crebrò cæcutiamus, ſicut exemplis propoſitis confirmat. Errant igitur toto cælo, qui ſacras literas adeò claras, apertas, & omnibus peruias clamitant, vt quibuſuis liceat illotis pedibus, & manibus ad eas tractãdas accedere.* Ratio diuina, *ait Tertullianus,* in medulla eſt, non in ſuperficie, & plerumque æmula manifeſtis: nec hæreſes eſſe poſſent, ſi non & perperam Scripturæ intelligi poſſent. Multis etiam in locis obſcuras Scripturas prouiſum eſſe *non dubitat Auguſtin.* ad edomandam labore ſuperbiam, & intellectum à faſtidio reuocandum, cui facilè inueſtigata plerumque vileſcunt. *lib. 2. de doct. Chr. cap. 6. Et lib. contra Adimantum:* Aliquando apertè ponitur in Scripturis ipſa diuina authoritas, aliquando autem occultatur, vt & manifeſtis lector inſtruatur, & exerceatur obſcuris, *cap. 17. Non poſſum hoc loco non monere, rem iſtam fuſius à Procopio Gazæo, præfa. in Iſa. elegãtiſſimè & grauiſſimè tractari, quam Latinam factam percurrendã mihi aliquando dedit Ioannes Curterius, cuius anima pace fruatur, q. totum Commentarium iam edidit in Eccleſiæ vtilitatem.* (Lib. de reſurrect. carn.)

4. Quippe à Verbo Dei, & Spiritu ] *Quando Spiritum ſanctum ſimul cum Filio Dei ſacrarum Scripturarum authorem aſſerit, planè eum eſſe natura Deum omniſciũ & omnipotentem agnoſcit. Quod paulo poſt ſequitur:* Non eſt mirum ſi in ſpiritalibus & cæleſtibus, & his quæ habẽt reuelari, hoc patimur nos &c. *duplicem continet Helleniſmum. Priorem,* habent reuelari, *pro,* reuelatione opus habent: *vel,* ſuo tempore reuelabũtur: *poſteriorem,* hoc patimur nos, *pro,* hoc nobis vſu venit.

5. Quid enim ] *De Nili incrementis, & eluuionibus, ſeptem diuerſas Philoſophorum opiniones recitat Plutarchus lib. 4. de Plac. Philoſoph. eaſdem examinat Plin. li. 5. cap. 9. Diodorus octo etiamnum refert, quarum poſtremã ſolummodo probat, lib. 1. cap. 4. Suas coniecturas proponit Herodotus in Euterpe, quem in his garrire putat Strabo in 17. Nec vnde creſcere incipiat Nilus, nec incrementi eius cauſas inueniri omnium meo iudicio, rectiſſimè ſcripſit Senec. lib. 4. natur. quæſt.*

6. Sed & volantium ] *De hirundinum receſſu intelligit, quas vicinora loca petere, & apricos montium ſequi receſſus putat Plin. vbi nudas & deplumes frequenter inuentas fuiſſe aſſerit lib. 10. ca. 24. Exprobrat Dominus Hebræis ſtupiditatem, quæ iudicia ſua non aduertebant propoſitis Ciconijs, Turturibus, Gruibus & Hirundinibus, quæ ſtata tempora receſſus ſui ſagaciter nota, nec anteuertunt, nec prætereunt, Hierem. 8.* B

7. Quid autem poſſumus ] *Plutarchus quinq́; diuerſas ſententias de Oceani fluxu & refluxu referens, ſatis innuit, quàm frigidè rei nodum ſoluerint Philoſophi. Illos Soli & Lunæ tribuit Plin. lib. 2. cap. 97. quod & Ariſtoteli placuerat libr. 2. Meteo. Sacræ literæ iſthæc omnia diuinæ prouidentiæ aſcribunt: quæ mirabiles elationes maris excitat, turbatq́; profundum, & ſonum fluctuum eius. Reliqua quæ ſubijciuntur exempla, ex Iobi ca. 38. deſumpta videntur.* (Lib. 3. de plac. phil.)

8. Si ergo & in rebus ] *Cap. 46. ſignat vet. cod. Colligit autem non ſolùm ſacrarum Scripturarũ verba, dialectos, phraſes, et dicendi varias figuras obſcuras eſſe, verùm etiã res quæ in his continentur et ſignificantur: quod & poſt Irenæum etiam adprobant Orige. li. 7. contra Celſum, Ambroſius epiſtola 44. Hieronymus epiſtola ad Paulinum, Auguſtinus lib. 3. Confeſſionum cap. 5. libr. 11. cap. 2. ac epiſtola 3. & 119. Hoc ipſum quoque hæreſiarcharum miniſtris tot Commentarijs ſecum diſſidentibus, aduerſus propriam de perſpicuitate vtriuſq́; Teſtamenti iactantiam, conteſtantibus.* C

9. Semper enim fides ] *Fidem etiam in futuro ſæculo permanere non ſolus hic Irenæus affirmat, ſed & Tertullia. his verbis:* Exhauriuntur linguæ, ſcientiæ, prophetiæ, permanent fides, ſpes, dilectio, &c. *Memineris fidem duo inuoluere, primò eam obſcuritatem, quam Patres ſcholaſtici vocarũt Latentiam obiecti; ſecundò inconcuſſam eam certitudinem, quæ omnem dubitationem procul repellit: hanc conditionem poſteriorem in beatis ſpiritibus permanere rectè volunt hi authores: priorem verò minimè. Vel remanet quo ad habitum & ornatum: non quo ad actus & exercitium.* (Lib. de pat.)

10. Si ergo ſecundùm ] *Cap. 47. ſignat. vet. cod.* D

11. Et ſine periculo ] *Quatuor has voces habebat vet. cod. excuſi omnes deſiderabant.*

12. Antequam ] *Origenes lib. 3. de principijs, teſtatur Ethnicos hac quæſtione Chriſtianos exercuiſſe: Si cœpit mundus ex tempore, quid faciebat Deus antequam mundus fieret? Otioſam enim dicere naturam Dei, otioſũ ſimul eſt & abſurdum, vel putare quod bonitas aliquando nihil fecerit, & Omnipotentia aliquando non egerit potentatum, &c. Poſtea verò concludit, Eum, alios feciſſe inuiſibiles mundos antequam hunc viſibilem conderet: quod Iudæorũ fabulas Thalmudicas omnino reſipit. Scribunt enim illic, Deum exercuiſſe ſe in extruendis varijs mundis: quos vbi condiderat, illicò deſtruebat, atque iterum inſtaurabat, quò ad hunc, quem nunc habemus mundum* (Thalmud tract. 4. diſtinct. 3.)



A *dum facere didiciſſet. Auguſtinus rectius cenſet, quæſtionem velut reſponſione indignam, potius eludendam, vt quidam illam proponenti reſpondit:* Alta ſcrutantibus gehennam parabat. *Seriò tamen dici poteſt: Dei ſummam bonitatem & poteſtatem nunquam obtorpuiſſe ceſſando. Semper enim Diuinitas extra omnem locum, in ſeipſa manens, ſui contemplatione perpetuò beata, æterna, immutabiliq́ue intellectus ac voluntatis actione operabatur: & mundum quem mente concipiebat conſpiciens, intelligentia pertractans, & voluntate deliberans, eum ipſum in tempore oportuno condere decernebat, atq́; condidit cùm voluit. &c.* (Lib. 11. Confeſſ. cap. 12.)

13. Apoteleſtos ] *Id eſt, omnibus numeris abſolutus atq́; perfectus, quantum videlicet, ad ſpecies (quæ duntaxat de eſſentia eius ſunt) attinet. Inde autem voluerunt Ariſtot. & Plin. κόσμον à Græcis appellari, id eſt, ornatũ.*

14. Cogitate ] *Cap. 48. habet ve. co.* Hæc autem ] *Caput 49. vet. cod.* Deus autem ] *Caput eſt 50. in ve. co.* B

15. Labis fructum ] *Billius Græcè: ὑστερήματος καρπὸν καὶ ἀγνοίας προβολὴν ἀποφαίνεσθαι, id eſt, ignorantiæ fœtum, vel, ab ignorantia productum. Id enim eos opinatos eſſe recenſuit libro primo, capite primo. Paulò poſt,* capit dicere, *verè dici poſſunt.*

16. Aliud enim eſt ] *Exiſtimo eum velle, quoddam eſſe verbum internum, quod ſolo animo concipitur & retinetur: aliud externum quod ore profertur ac emittitur. Hinc enim Lactantius ſcribit li. 4. c. 9.* Melius Græci λόγον dicunt, quàm nos Verbum. λόγος enim & ſermonem ſignificat, & rationem. *Et Hieronymus ait, λόγον Græcis ſignificare verbum, orationem, ſermonem, rationem, modum, ſupputationem: nonnunquam & pro libro vſurpari à verbo λέγω, quod eſt, dico, ſiue colligo. Paulò poſt* quod excogitat, *pro,* eo excogitat; *deniq́;,* propter ſpiritale, *loco,* per ſpiritale, *ex vet. cod. ſubſtituimus.*

17. Non de ſemel, ſed per partes ] *Græcè, οὐχ εἰς ἅπαξ, καθάπαξ, vel ἀφ᾽ ἅπαξ, videtur legiſſe, id eſt, non vna vice, non cuncta ſimul. Gallicè, Tout en vn coup.*

# *QVOMODO DE EMISSIONIBVS EORVM ſermo compoſitus oſtendit Patrem compoſitum, & non ſimplicem, nec vniformem.*

## CAPVT XLVIII.

D[1]Eus autem totus exiſtens Mens, & totus exiſtens Logos, quod cogitat, hoc & loquitur; & quod loquitur, hoc & cogitat. Cogitatio enim eius Logos, & Logos mens, & omnia concludens mens, ipſe eſt Pater.[2] Qui ergo dicit mẽtem Dei, & prolationem propriam menti donat, compoſitum eum pronunciat, tanquam aliud quiddam ſit Deus, aliud autem principalis mens exiſtens. Similiter autem rurſus & de Logo tertiam prolationem ei à Patre donans, vnde & ignorat magnitudinem eius: porrò & longè Logon à Deo ſeparauit, & Propheta quidẽ ait de eo,[3] Generationem eius quis enarrabit? ] Vos autem generationem eius ex Patre diuinantes, & verbi hominum ] per linguam factam prolationem transferentes in Verbum Dei, iuſtè detegimini à nobis ] ipſis, quòd neque humana, nec diuina noueritis. [4]Irrationabiliter autem inflati, audaciter inenarrabilia Dei myſteria ſcire vos dicitis. Quandoquidem & Dominus ipſe Filius Dei, ipſum iudicij diem & horam conceſſit ſcire ſolum Patrem, manifeſtè dicens,[5] De die autem illa, & hora nemo ſcit, neq; Filius, niſi Pater ſolus. Si igitur ſcientiam diei illius, Filius non erubuit referre ad Patrem, ſed dixit quod verum eſt: neque nos erubeſcimus quæ ſunt in quæſtionibus maiora ſecundùm nos, reſeruare Deo. Nemo enim ſuper magiſtrum eſt.[6] Si quis itaque nobis dixerit, Quomodo ergo Filius prolatus à Patre eſt? Dicimus ei, quia prolationem iſtam, ſiue generationem, ſiue nuncupationem, ſiue adapertionem, aut quomodolibet quis nomine vocauerit, generationem eius inenarrabilem exiſtentem nemo nouit, non Valentinus, non Marcion, neque Saturninus, neque Baſilides, neque Angeli, neq; Archangeli, nec Principes, neq; Poteſtates, niſi ſolus qui generauit Pater, & qui natus eſt Filius. Inenarrabilis itaque generatio eius cùm ſit, quicunque nituntur generationes & prolationes enarrare, non ſunt compotes ſui, ea quæ inenarrabilia ſunt enarrare promittentes. Quoniam enim ex cogitatione & ſenſu verbum emittitur, hoc vtique omnes ſciunt homines.

(C; Iſaiæ 53. 8.; Marc. 13. 32.; D)

## ANNOTATIONES.

1. Deus autem ] *Hanc ſententiam non ſemel repetit. Vult autem hoc capite, Deum cùm ſit ſpiritalis, infinita, & ſupercæleſtis ſubſtantia, omnino ſimplicem nullaq́ue ratione compoſitum eſſe, quod & ſupra notatum eſt. Eos verò qui Ennœam, Nun, & Logon, id eſt, mentem cogitationem & Verbum eius nunc ſecernebant ab eo, mox coniungebant, hisq́ue diuerſas emiſſiones aſcribebant, compoſitioni illum ſubijcere, quod impium & inſanum eſt.*

2. Qui ergo dicit ] *Caput 51. ſignat vetus codex cum hoc argumento:* Oſtenſio quoniam Nus Logos, & Logos Nus: & Nus ipſe eſt pater omnium.

3. Generationem eius ] *Ex vetere codice,* enarrabit, *pro,* enarrauit: hominum, *pro,* hominis: *&* nobiſipſis, *pro,* vobiſipſis, *reſtituimus. Hoc porrò Iſaiæ teſtimonium Athanaſius ad Epictetum, Alexander*

S Alex.

*Alex. ad Alexandrum Conſtantinop. et alij multò plures, ad æternam ineffabilemque Chriſti generationem referunt: alij ad temporalem, qua ſine viro ex ſanctiſſ. Virgine natus eſt. Hieronymus ſapientiſſimè ad vtramque his verbis.* Aut enim de Diuinitate intelligendum eſt, quòd impoſſibile ſit Diuinæ natiuitatis noſſe myſteria. Aut de partu Virginis, quòd difficulter poſſit exponi. *Plurima in hanc rem tradunt Euſebius libro quinto demonſtrationis, cap. 1. Eſrem lib. aduer. eos qui naturam Filij Dei ſcrutari volunt: Nazianzenus Orat. 3. de Theologia: Baſilius orat. de Martyre Mamante: Hilarius libro ſecundo de Trinitate. Ambroſius denique libro de fide ad Gratianum ait:* Mihi impoſſibile eſt huius generationis ſcire ſecretum. Mens deficit, vox ſilet, non mea tantùm, ſed & Angelorum. Licet ſcire quod Filius natus ſit: non licet diſcutere quomodo natus ſit. Illud negare mihi non licet, hoc quærere metus eſt.

4. Irrationabiliter] *Caput 52. ſignat codex vetus, cum hac epigraphe:* Quomodo Dominus quędam concedit Patri, & quæ cauſa eſt propter quam dicit horam à nemine altero cognoſci, niſi à ſolo Patre.

5. De die autem illa] *De hoc dicemus proximo capite.*

A

6. Si quis itaque] *Gnoſticorum impudentem temeritatem in ſcrutanda Verbi æterna generatione, quãto poteſt rationum & ſententiarum pondere reprimit, quibus & ij abſterreri deberent, qui de eadem non ſcripturis, ſed Ariſtotelicis ratiocinationibus nixi audacter diſſerunt, colligunt, definiunt, quæ Chriſtiano ſilentio adorare præſtaret. Longè maiore religione ſacrum hunc mõtem attigerunt antiquioris et ſincerioris Theol. antiſtites.* De ſuperſubſtantiali ſecretiſſimaq; deitate, *ait Dionyſ. Areopag.* neque dicere quicquam, neque cogitare præſumendum eſt, aliter quàm ſacra eloquia piè, admodumque caſtè nobis tradiderunt. *Et expoſitor Symboli apud Cyprianum:* Quomodo Pater genuerit Filium, nolo diſcutias, nec te curioſius inſeras in profundi huius arcanum: ne fortè dum inacceſſę lucis fulgorem pertinacius perſcrutaris, exiguumque ipſum, qui mortalibus diuino munere conceſſus eſt, perdas aſpectum. *Ac vt paucis multa contraham, Clemens epiſt. 1. ad Iacobum; Iuſtinus in Dial. Chryſoſto. hom. 4. in Matthæum; Cyrillus libr. 1. theſauri cap. 5. Venantius in Symbolum poſt hunc noſtrum Irenæum, Angelicis etiam mentibus inaſpectabile, & incomprehẽſibile myſterium iſtud omnes conſtanter affirmant: quod plumbei, & verè σκοτεινοὶ homunciones quidam, exploraſſe ſe, & explicaſſe ſibi videntur.*

Lib. de diuin. nom cap. 1.

B

# *QVONIAM NON EST VERISIMILE Verbum Dei tertiam habere à Patre emiſſionem.*

## CAPVT XLIX.

C

N[1]On ergo magnum quid inuenerunt, qui emiſſiones excogitauerunt: neque abſconditum myſterium, ſi id quod ab [omnibus] hominibus intelligitur, tranſtulerunt in vnigenitum Dei Verbum: & quem inenarrabilem, & innominabilem vocant, [2]hunc quaſi [ipſi] obſtetricauerint, [primæ generationis] eius prolationem & generationem enunciant, adſimilantes eum hominum verbo emiſſionis. Hoc autem idem & de ſubſtantię materia dicentes, non peccauimus, quoniam Deus eam protulit. Didicimus enim ex Scripturis, principatum tenere ſuper omnia Deum. Vnde autem, vel quemadmodum emiſit eam, neque Scriptura aliqua expoſuit, neque nos [3] fantaſmari] oportet, [ex opinionibus] proprijs infinita coniicientes de Deo; ſed agnitionem hanc concedendam eſſe Deo. Similiter autem, & cauſam propter quam cùm omnia à Deo facta ſint, quædam quidem tranſgreſſa [ſunt,] & abſceſſerunt à Dei ſubiectione; quædam autem, imò plurima, perſeuerauerunt & perſeuerant in ſubiectione eius qui fecit: & cuius naturæ ſunt, quæ tranſgreſſa ſunt, cuius autem naturæ quæ perſeuerant, * credere oportet Deo & Verbo eius, cui & ſoli] dixit, *cedere
Pſal. 109. 2. Sede à dextris meis, quoaduſque ponam inimicos tuos [4] ſuppedaneum pedum tuorum. Nos autem adhuc in terra conuerſantes, nondum adſidentes throno eius. Et ſi enim Spiritus Saluatoris, qui in eo eſt, ſcrutatur omnia, & altitudines Dei, ſed quantum ad nos diuiſiones gratiarum ſunt, & diuiſiones miniſteriorum, & [5] diuiſiones] operationum, & nos ſuper terram: quemadmodum & Paulus ait, Ex parte quidem cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Sicut igitur ex parte cognoſcimus, ſic & de vniuerſis quęſtionibus concedere oportet ei, qui ex parte nobis præſtat gratiam. Quoniam quidem tranſgreſſoribus, ignis æternus præparatus eſt, & Dominus manifeſtè dixit, & reliquæ demonſtrant Scripturæ. Et quoniam præſcijt Deus hoc futurũ, ſimiliter demonſtrant Scripturæ, quemadmodum & ignem æternum his qui tranſgreſſuri ſunt, præparauit ab initio: ipſam autem cauſam naturæ tranſgredientium, neque Scriptura aliqua retulit, nec Apoſtolus dixit, nec Dominus docuit. Dimittere [itaque] oportet agnitionem hanc Deo, quemadmodum & Dominus horæ & diei, nec in tãtum periclitari, vti Deo quidem concedamus nihil, & ex parte accipientes gratiam: in eo autem conquirimus quæ ſunt ſuper nos, & in quæ attingere nobis non eſt, nec in tantam audaciam venire

D

1. Cor. 2. 10. 1. Cor. 12. 4. 1. Cor. 13. 8. Matt. 25. 24.

vti



A vti * pendamus Deum, & quæ nondum inuenta ſunt, quaſi iam inuenerimus per emiſſionum vaniloquium, ipſum omnium factorem Deum, & de defectione, & ignorantia aſſerere ſubſtantiam habuiſſe, & ſic impium aduerſus Deum fingere argumentum. *pandamus

[6] Poſt deinde nullum habent teſtimonium eius figmenti, quod recens ab eis adinuentum eſt, aliquãdo quidem per numeros quoſlibet, aliquando autem per ſyllabas, nonnunquam autem & per nomina: eſt autem quando, & per eas quæ in literis ſunt literas, aliquando autem & per parabolas non rectè exolutas, vel per ſuſpiciones quaſdam cõſiſtere conari eam fabuloſam enarrationem quæ ſit ab eis efficticia.] [7] Etenim ſi quis exquirat cauſam, propter quam in omnibus Pater communicans Filio, ſolus ſcire & horam, & diem [à] Domino manifeſtatus eſt, neque aptabilem magis, neque decentiorẽ, nec ſine periculo alteram, quàm hanc inueniat in præſenti, quoniam * cùm ſolus verax magiſter eſt Dominus, vt diſcamus per ipſum, ſuper omnia eſſe Patrem. Etenim Pater, ait, maior me eſt, & ſecundùm agnitionem itaque præpoſitus eſſe Pater annunciatus eſt à Domino noſtro, ad hoc vt & nos, in quantum in figura huius mundi ſumus, perfectam ſcientiam, & tales quæſtiones concedamus Deo: & ne fortè quærentes altitudinem Patris inueſtigare, in tantum periculum incidamus, vti quęramus, an ſuper Deũ alter ſit Deus. Si autem quis amans contentionem, contradictor fuerit his quæ à nobis dicta ſunt, & his quæ ab Apoſtolo relata ſunt, quoniam ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus, putet ſe non ex parte, ſed vniuerſaliter vniuerſam cœpiſſe eorum quę ſunt agnitionem, Valentinus aliquis exiſtens, aut Ptolemæus, aut Baſilides, vel aliquis eorum qui altitudines Dei exquiſiſſe ſe dicunt; non in ea quæ inuiſibilia ſunt, vel quæ oſtendi non poſſunt, cum inani iactantia decorans ſemetipſum, plus quàm reliquos ſe agnouiſſe glorietur: ſed cauſas eorũ quæ in hoc ſunt mundo, quas nos non noſcimus, vtputa numerum capillorum capitis ſui, & de his [qui] quotidie capiuntur paſſeres, & de reliquis non prouiſis à nobis, diligenter exquirens, & à Patre diſcens annuntiet nobis, vt ei de maioribus quoque credamus. Si autem [ea] quæ in manibus ſunt, & ante pedes, & in oculis, & terrenis, & præcipuè diſpoſitionem capillorum capitis ſui, nondum ſciunt ij qui ſunt perfecti: quemadmodum eis de his ſpiritalibus, & ſupercæleſtibus, & de his quæ ſunt * ad Deum vana perſuaſione confirmant, credemus? Et tãtùm quidem, & de numeris, & de nominibus, & de ſyllabis, & quæſtionibus eorum quæ ſunt ſuper nos, & de eo quod improprię exponunt parabolas, à nobis ſit dictum, quandoquidem à te plura dici poſſint.

*enim — Ioan. 14. 28. — B — 1. Cor. 13. 9. — *ſuper — C

## ANNOTATIONES.

1. Non ergo magnum] *Colligit nec ingenij, nec reconditi myſterij eſſe humanas emiſſiones Deo tribuere: materiam omnium à Deo conditam: multaque Diuinæ ſapientiæ commendanda eſſe. Multa porrò ex vet. cod. reſtituimus, quæ (vt alibi ferè ſemper) virgulis incluſimus. Cæterùm hoc loco prætermittere nec potui nec debui, Philippum Melanthonem à Schluſſelburgio alijsque Lutheranis ſymmiſtis traduci, quod Baſilidis, Marcionis, & reliquorum veterum hæreticorum, quos Irenæus ſuperioribus duobus cap. atque præſenti coarguit, ſtultiſſima aduerſus æternam Filij Dei generationem ſomnia reparare niſus fuerit, ſcribens in Miſnico corpore doctrinæ, pag. 310.* Illum eſſe natum cogitatione Patris. *Non poteſt Eccleſia, inquiunt, hanc opinionem pro articulo fidei tolerare. 1. Quia nullum manifeſtum Scripturæ teſtimonium pro ea re habetur. 2. Quia eſt ſomnium non tantùm ſtultæ rationis ac philoſophiæ, ſed etiam veterum hæreticorum. 3. Quia in primitiua Eccleſia hic error eſt grauiſſimè damnatus, vt ex Irenæo apparet. 4. Quia non procul diſcedit à Samoſateni & Serueti impia ſpeculatione, qui dixerunt, Verbum Patris eſſe cogitationem euaneſcentem. 5. Ex hoc ſequuntur multa impia. Nam ſi cogitatio Patris, eſt ὑπόστασις ſeparata, cur non & Filij & Spiritus ſancti? 6. Si ſepares à Patris perſona eius ſubſtantiales cogitationes, quid in perſona remanebit, niſi inane nomen? 7. Humana ratio non poteſt certò ſtatuere, quomodo culex aut pulex generetur: quæ eſt ergo temeritas, de æterno Dei Filio ſic ſtatuere? Hactenus illi, nec admodum malè. Atque vtinam ſic tam Lutheri ſui, quàm eiuſdem Philippi reliquos omnes errores ad ſanctiſſimæ antiquitatis regulam, & primitiuæ Eccleſiæ trutinam diligenter & fideliter examinarent: ita enim & ſeipſos, & innumeros alios à fœdiſſimis hæreſibus eluerent, et ab æternis ſupplicijs, quæ pro certo cunctis hæreticis & ſchiſmaticis parata ſunt, liberarent.*

Li. 2. Theol. Cdu. art. 6. — D

2. Hunc quaſi ipſi] *Ita vetus cod. excuſi habebant,* hunc quaſi ipſum obſtetricauerint primi, & generationis eius, &c.

3. Fantaſmari] *Locus iſte hactenus plurimos torſit, alijs* faſtos mori, *alijs* factos morti, *legendum ſuſpicantibus: reſtitutam nunc puto ex vet. cod. germanam lectionem,* Neque nos fantaſmari oportet ex opinionibus proprijs, *ſic enim vetus interpres Græcum φαντάζεσθαι reddere ſtuduit. Expunximus* faſtos mori, exponi omnibus.

4. Suppedaneum] *Sic legit etiam Cyprianus libro ſecundo aduerſus Iudæos, capite vigeſimo ſexto, Græcè ὑποπόδιον.*

5. Et diuiſiones] *Expunximus* diuiſio nos.

6. Poſt deinde] *Quæ hîc refellit de numeris, literis, & ſyllabis recitauit libro primo, capite decimo & vndecimo. Docet autem nullum extare in Scripturis teſtimonium, quo poſſint affirmare figmenta ſua per literas, ſyllabas, vel numeros ex his deductos. Paulò poſt,* eſt autem quando *etc. dicitur Græca phraſi, pro,* interdum autem.

7. Etenim ſi quis exquirat ] *Exiſtimarunt nonnulli his verbis beatum Irenæum Chriſto Domino ignorantiam ſimpliciter tribuere, qui certè lapſus eſſet, magis condonandus ei qui ardore retundendæ impietatis Gnoſticorum, qua ſupra Patres, Apoſtolos, Prophetas, imò & Chriſtum ipſum ſapere ſeſe iactabant, hoc minus cautè dixiſſet, quàm procaciter & odioſè exagitandus. At mihi longè aliud videtur. Quî enim fieret vt Chriſto nunc ignorantiam affingeret, qui toties in ſuperioribus Gnoſticos impietatis reos egit, quòd Sophiam & Monogenem Patris, ignorantiæ paſſionibus ſubijcerent? Aut quomodo hîc ignorationis tenebris inuolueret eum, quem tanto feruore Deum deorum, & Dominum omnium; Patri omnino æqualem & coæternum; pluſquàm Solomonem & Ionam; viuorum & mortuorum iudicem paſſim inculcat?*

*Ergo tantùm vult Chriſtum diei poſtremi notitiam, qua de agitur, ad Patrem referre: ſicut opera, vitam, imò & Deitatem ipſam ab eodem æterna generatione accepiſſe palam profitetur; vt ſapere nos doceat ad ſobrietatem, neque erubeſcamus difficilium quæſtionum labyrinthos Deo reſeruare. Hanc Irenæi mentem eſſe mecum, arbitror, iudicabit, quiſquis piè, accuratè, & nullis errorum paſſionibus in tranſuerſum acto animo, ſuperiora eius ſcripta cum præſentibus expenderit.*

*Cæterùm, ſententiam eam qua videtur Marcus horam & diem iudicij Chriſtum æquè ac Angelos latere voluiſſe, Ariani olim torquebant, vt ipſum creaturam eſſe, & neutiquam Patri homoouſion aſſererent, quemadmodum Athanaſius & Hilarius referunt.* (*Ser. 4. contra Arian. Lib. 9. de Trin.*) *Photinus quoque apud Vigilium martyrem, Chriſtum pernegat Deum eſſe, quòd diem iudicij ſe ignorare fateretur. Ignoitas quoſdam hæreticos inde nominatos tradit Iſidorus, quòd Chriſto diei iudicij ignorantiam impingerent. Ne verò à ſuperioribus Gnoſticis latum vnguem diſcederent poſteriores, Caluinianos eò impietatis progreſſos legit ætas noſtra, vt Chriſto Ieſu, Deo, & homini, Saluatori noſtro, ignorantiam rerum multarum tribuant.* Ipſum enim vt corpore, ſic & animo adoleuiſſe *vult Brentius.* (*Hom. 19. in Luc.*) Fabrum idiotam *Oſiander vocat.* (*Coniectura 4. de fine mundi.*) Communi hominum ignorantiæ *ſubijcit Rodolphus Gualtherus.* (*Hom. 112. in Marc.*) Non habuiſſe omnem ſcientiam ab initio (vt ſomniant Papiſtæ) ſed per gradus, *blatterat Molinæus.* (*In Harmon.*) Ita ignoraſſe, vt diſceret ipſe atque erudiretur more hominum, *non erubuit ſcribere Gallaſius Annotationibus in hunc Irenæi locum.*

*An non hoc eſt* ῥαδιούργημα *illud, id eſt, fallax & ſuppoſitum commentum Gnoſticorum, quo ſomniabant Chriſtum ſub ferula præceptoris Alphabetum didiciſſe, vt lib. 1. cap. 17. Irenæus retulit? Sed præſtat hæc viperarum genimina telis ijs conficere, quibus olim Arianos Hilarius:* (*Lib. 9. de Trin.*) An credibile, *ait,* vt aliquid ex omnibus neſciat, qui omnibus ad id quod ſunt, atq; erunt autor eſt? Si omnia per Chriſtum, & in Chriſto, & ita per ipſum, vt omnia in ipſo ſint, id quod neque extra eum, neque non per eum eſt, quomodo non etiam in ſcientia eius ſit? Cogitationes humanas, non tantùm præſenti motu incitatas, ſed etiam inſtinctu futuræ volútatis agitandas, Chriſtus non ignorat, Euangeliſta teſtante: Sciebat Ieſus ab initio qui eſſent non credentes, & qui eſſet traditurus eum. (*Ioan. 6. 20.*) De eo ſcriptum meminerimus: Omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes. (*Ioan. 1. 3.*) Et illud: Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & omnia in ipſo reconciliari. (*Coloſſ. 1. 16.*) Chriſtus aderit, & aduentus ſui diem ignorat? Dies ſuus eſt ſecundùm Apoſtolum, & ignoratione eius detineri intelligendus eſt? (*1. Theſ. 5. 3.*) Humanę naturæ quod agere diffiniunt, præſciunt, & ſequitur gerendorum conditio, voluntatem agendi: Deus verò natus, quod in ſe, & per ſe eſt, neſcit? Non patitur in nobis doctor gentium Paulus, hanc impij erroris profeſſionem, vt ignoraſſe aliquid vnigenitus Deus exiſtimetur, ait enim: In eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi. (*Coloſſ. 2. 3.*)

*His Hilarij verbis, addo grauiſſimum Auguſtini iudicium:* Ignorantiam, *inquit,* nullo modo crediderim fuiſſe in infante illo, in quo Verbum caro factum eſt, vt inhabitaret in nobis: nec illam ipſius animi infirmitatem in Chriſto paruulo fuerim ſuſpicatus, quam videmus in paruulis. (*Li. 2. de pec. merit. & remiſſ. cap. 29.*)

*Latinis duobus totidem Græci ætate ſuperiores, nec pietate aut doctrina inferiores, accedant. Iuſtinus martyr apertè ſcribit:* προσάπτειν τῷ Χριστῷ ἄγνοιαν, ἐστὶν ἀσεβές, Chriſto ignorantiam tribuere, impium eſt. (*Quæſt. 58. ad Orthod.*) *Et Clemens Alexand.* Chriſtus hodie regeneratus, iamne eſt perfectus, an, quod eſt abſurdiſſimum, ei aliquid deeſt? Sed ſi ita eſt: vt aliquid diſceret opus fuit. Sed eum cùm Deus eſſet, nihil didiciſſe fuit conſentaneum. *libr. 1. pædag. cap. 6. & 11.*

*Supereſt igitur vt cum beato Petro, apud Clementis recog. credamus, Chriſtum ideo ſe diem & horam neſcire profeſſum, vt totum reuocaret ad Patrem.* (*Lib. 10.*) *Aut cum Hilario, eo ſenſu quo vt clamorem Sodomæ & Gomorrhæ reſciret deſcendiſſe dudum dixerat. Aut cum Auguſtino,* (*Li. 1. de Gen. cont. Manic. cap. 22.*) *& Baſilio intelligamus, quia hoc vtiliter occultabat diſcipulis, neſcientem ſe dixit, quia non conferret hominibus tunc iudicij tempus audire, quos neſcientes occultando faciebat.* (*Lib. 4. contr. Euno.*) *Hieronymus particulam,* neque filius, *in quibuſdam exemplaribus Latinis additam fuiſſe, eamque Græca, maximè Pierij & Adamantij aſcriptam non habere teſtatur, commentar. in 24. Matth. quæ ne ab Arianis adiecta fuerit, multis non leuem ſuſpicionem fortè inijciat. Lutheranis porrò hunc errorem propugnantibus ipſum Lutherum oppono, M. Stifel de hoc percunctanti reſpondentem:* Chriſtum etiam ſecundùm humanitatem bene nouiſſe tempus iudicij. Neſcire autem debere ad aperiendum hominibus, quoniam non ideo miſſus erat. *Hæc refert Rebenſtock tom. 1. colloquiorum pagina 50. Caluinianis ſecum repugnantem obieci Caluinum, Dialogo 4.*

DE NA-



## DE NATVRA ANIMÆ, QVONIAM SECVNdùm illorum ſermonem, cùm animæ ſeruentur, neceſſe eſt & corpora participare ſalutem.

### CAPVT L.

R[1]Euertamur autem nos ad reliqua quæ ſunt eorum argumentationis. In cõſummationem enim dicentes ipſorum Matrẽ intra Pleroma regredi, & recipere ſponſum ſuum Saluatorem: ſe autem quoniam ſpiritales eſſe dicunt, exſpoliatas animas, & ſpiritus intellectuales * factas ſponſos futuros ſpiritalium Angelorum. Demiurgum autem, * quoniam animalem dicunt, in Matris locũ ceſſurum. (* *factos ſponſas.* * *quem*) [2]Iuſtorum autem animas requieſcere in medietatis loco, pſychicè dicentes ſimilia ad ſimilia cõgregari, ſpiritalia ad ſpiritalia, materialia [autem] in materialibus perſeuerare, contraria ſibi diffiniunt, animas iam non propter ſubſtantiam, in medietatem ad ſimilia dicentes ſuccedere, ſed propter operationem, iuſtorum quidem dicentes illuc ſuccedere, impiorum autem remanere in igne. Si enim propter ſubſtantiam omnes ſuccedunt animæ in refrigerium, & in medietate ſunt omnes, ſecundùm quod ſunt animæ, cùm ſint eiuſdem ſubſtantiæ, & ſuperfluum eſt credere, [3]ſuperflua autem & diſceſſio Saluatoris. Si autem propter iuſtitiam, iam nõ propter id quod ſint animæ, ſed quoniam ſunt iuſtæ. Si autem animæ quæ perituræ eſſent inciperent, niſi iuſtæ fuiſſent, iuſtitia potens eſt ſaluare & corpora, quæ vtiq; non ſaluabit, quæ & ipſi participauerunt iuſtitiæ. Si enim natura & ſubſtantia ſaluat, omnes ſaluabuntur animæ: ſi autẽ iuſtitia & fides, quare non ſaluet ea quæ ſimiliter cum animabus in corruptelam * incidere incipiunt corpora? Aut enim impotens, aut iniuſta apparebit [in] huiuſmodi iuſtitia, ſi quædam quidem * ſaluat propter ſuam participationem, quædam autem non. (* *cedere* * *ſeruat*)

### ANNOTATIONES.

1. Reuertamur] *Vetus Codex hîc ſignat caput 53. cum hoc argumento:* De natura animæ. *Quæ verò refellit; recenſuit libro primo, non longè à medio capitis primi. Tradit autem mera figmenta eſſe, quæ de Matre in Pleroma redeunte, & animali Demiurgo nugabantur.*

2. Iuſtorum autem animas] *Docet animas iuſtorum non ſaluari propterea quod ſunt ſpirituales ſubſtantiæ, pari etenim iure omnes ſeruarentur, nullæque æternis ignibus adiudicarentur. Saluabuntur autem propter fidem, iuſtitiam, & operas iuſtas: quæ quoniam cum corporibus & per corpora ſua ijs incubuerunt, & ipſa quoque ſeruari neceſſe eſt, dicente Filio Dei:* Qui bona fecerunt procedent in reſurrectionem vitæ. (*Ioan. 5.*) *Errat itaque, vt piè docet Auguſtinus, qui putat quando ad iudicium Dominus venerit, non iudicari hominem ſecundum opera ſua, qui iam per ætatem vti potuit libero voluntatis arbitrio.* (*Epiſt. 47.*) *Ait enim Scriptura:* Ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum: gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum. (*Rom. 2.*) Referet vnuſquiſque propria corporis ſui prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum, &c. (*1. Cor. 5.*) *Hæc rogo, diligenter obſeruent ſolius fidei aſſertores.*

3. Superflua autem & diſceſſio ] *Billius:* Hoc loco excuti mihi non poteſt, quin pro, diſceſſio, reponendum ſit, deſcenſio, κάθοδος. *Hoc enim vult Irenæus, Si non ob virtutem, ſed ob ſubſtantiam ſalus animis humanis compararetur, nihil eſſe neceſſe, quamobrẽ quiſpiam fidem ſuſcipiat: imò etiam nullam cauſam fuiſſe, cur Chriſtus in terram deſcenderet: cùm & citra fidem, & citra Chriſti deſcenſum, ſalutem omnes animæ cõſequuturæ ſint, cùm ſint vnius eiuſdemq; ſubſtantiæ omnes. &c. Infra multa ſunt ita ægra, vt niſi melioris exemplaris adiumento ſanari vix poſſint.*

## OSTENSIO QVOD ANIMÆ EORVM SECVNdùm ſuas regulas, ſiue argumentum, non poſſunt participare ſalutem.

### CAPVT LI.

Q[1]Via enim in corporibus perficiuntur ea quæ ſunt iuſtitiæ, manifeſtum eſt. Aut vniuerſæ itaque animæ neceſſariè ſuccedent in medietatis locum, & iudicium nuſquam: aut & corpora quæ participauerunt iuſtitiæ cum animabus, quę ſimiliter participauerunt, obtinebunt refrigerij locum. Siquidẽ potens eſt iuſtitia, illuc tranſducere ea quę participauerũt [ei,] & verus, & firmus [2] emerget de reſurrectione corporum ſermo; quem quidem credimus nos: quoniam & mortalia corpora noſtra cuſtodientia iuſtitiam reſuſcitans Deus, incorrupta & immortalia faciet. Deus enim melior eſt quàm natura, habens apud ſemetipſum velle, quoniam bonus eſt: & poſſe, quoniam potens eſt: & perficere, quoniam diues & perfectus eſt.

ANNOTATIONES.

A

1. Quia enim] *Corporá Sanctorum eundem cum animis locum refrigerij participatura oſtendit, eò quod iuſtitiæ operibus,& ipſa participarint. Idem argumentum ſequitur Tertullianus, vt fuſiore ſic vehementiore ſtylo:* Dum caro noſtra, *inquit*, miniſtra & famula animæ deputatur, conſors & cohæres inuenitur; ſi temporalium, cur non & æternorum? &c. *Vſum porrò huius loci aperit his verbis Cyrillus Ieroſ. Catech. 4.* Modeſtè vt tractes corpus hoc te moneo: & cognoſce, quod cum corpore reſurges ad iudiciū.

*Lib. de reſurr.*

2. Emerget] *Ita vetus cod. excuſi* & integer, *quod expunximus.*

## *QVONIAM IN NVLLO POTEST INTERIOR illorum homo ſupergredi Demiurgum.*

### CAPVT LII.

B

H[1]I autem quoniam omnia contraria ſibi dicunt, non omnes animas in medietatem ſuccedere definientes, [ſed] ſolas quæ ſint iuſtorum: naturaliter enim & ſecundùm ſubſtantiam emiſſa eſſe tria genera dicunt à Matre. [Primum quod] quidem ſit de aporia, & tædio, & timore, quod eſt materia: alterum autem de impetu, quod eſt animale: quod autem enixa eſt ſecundùm viſionem eorum qui circa Chriſtum ſunt Angeli, quod eſt ſpiritale. Si igitur illa quæ enixa eſt omni modo intra Pleroma ingrediuntur, quoniam ſpiritale eſt: quod eſt autem materiale, reſidet deorſum: quoniam eſt materiale, & exardeſcente eo qui ineſt ei igne, conſumetur in totum, animale quare non totum in medietatis locum cedet, in quem & Demiurgum mittunt? [2] Quid autem eſt illud quod cedet eorum intra Pleroma? Animas enim in medietatem perſeuerare dicunt; corpora autem, quoniam materialem habēt

C

ſubſtantiam, in materiam reſoluta ardere ab eo qui in ea eſt ignis. Corpore autem ipſorum corrupto, & anima remànente in medietate, nihil iam relinquetur ex homine quod intra Pleroma cadat. Senſus enim [hominis] mens, & cogitatio, & intentio mentis, & ea quæ ſunt huiuſmodi, non aliud quid præter animā ſunt: ſed ipſius animæ motus, & operationes, nullam ſine anima habentes ſubſtantiam. [3] Quid ergo adhuc erit eorum quod ſuccedit in Pleroma? Et ipſi enim in quantum quidem * anima ſunt, remanent in medietate, in quantum autem corpus, cum reliqua materia ardebunt: & his ſic ſe habentibus, ſuper Demiurgum ſe aſcendere dicunt inſenſati: & ſecundùm hoc quidem, ſe meliores pronuncient illo Deo qui cælos, & terram, & maria, & omnia quæ in eis ſunt fecit, & ornauit. Et ſemet quidem ſpiritales eſſe volunt inhonoratè, cùm ſint carnales propter tantam ſuam impietatem. Qui autem fecit Angelos ſuos ſpiritus, & induitur lumine quemadmodum pallium, & velut in manu tenet gyrum terræ, [4] ad quem] inhabitantes eam, velut locuſtæ ſunt deputati.

*Animæ facultates nō ſunt aliud ab illa.*

* animæ

*Pſal. 103. 5.*
*Iſai. 40. 22.*

ANNOTATIONES.

D

1. Hi autem] *Caput 54. habet vet. cod. cum hac epigraphe:* Quoniam ſecūdum illorum ſermonem, cùm animæ ſeruentur, neceſſe eſt corpora participare ſalutem. *Quæ verò hoc capite arguit, habentur lib. 1. cap. 1.*

2. Quid autem eſt] *Caput eſt 55. in vet. cod. cum argumento cap. 51.*

3. Quid ergo adhuc] *Capitis 56. initium eſt in vet. cod. cum argumento cap. 52.*

4. Ad quem] *Deleuimus*, atque *auth. vet. cod. conſentiente Bibliorum contextu: vt circa initium capitis pro* quando, *repoſuimus*, Primùm quod.

## **QVONIAM NON EST VERISIMILE hos quidem ſpiritales eſſe, Demiurgum autem animalem.*

*Quomodo

### CAPVT LIII.

E[1]T vniuerſæ ſpiritalis ſubſtantiæ Demiurgum & * Dominum animalem eſſe dicentes, indubitatè & verè ſuam oſtendunt inſaniam: & velut verè de tonitruo percuſſi, [2] ſuper eos qui fabulis referuntur Gigantes, extollentes * ſententiam aduerſus Deum, præſumptione [[3] vana] & inſtabili gloria tumidi, quibus vniuerſæ terræ [4] elleborum non ſufficit ad * expurgandum, vti euomant tantam ſuam ſtultitiam. [5] Meliorem] enim ex operibus oportet oſtendi. Vnde igitur ſemetipſos oſtendunt Demiurgo meliores, (vti & nos ad impietatem, propter neceſſitatē ſermonis

*Deum

*ſententias

*expurgationem,



A

ſermonis deuergamus, Dei & inſanorum hominum comparationem facientes, & in argumentationem eorum deſcendentes, ſæpè per propria ipſorum dogmata arguentes eos: ſed nobis quidem propitius ſit Deus: non enim [illis] eum comparantes, ſed arguentes, & euertentes illorum inſaniam, dicimus hæc) ad quos ſtupeſcunt multi inſenſatorum, quaſi plus aliquid ipſa veritate ab eis poſſent diſcere? Et illud quod ſcriptum eſt, Quærite, & inuenietis, ad hoc dictum eſſe interpretantur, vti ſuper Demiurgum ſemetipſos adinueniant maiores, & meliores * vocant eſſe ſemetipſos quàm Deū, & ſemetipſos ſpiritales, Demiurgum autem animalem: & propter hoc, ſuperaſcendere eos ſuper Deum: & ſe quidem intra] Pleroma cedere, Deum autem in medietatis loco. [6] Ab operibus itaque oſtendant ſemetipſos Demiurgo meliores. Non enim in eo quod dicitur, ſed in eo quod eſt, melior oſtendi debet. Quod igitur opus monſtrabunt per ſemetipſos à Saluatore, ſiue à Matre ipſorum factum, aut maius, aut ſplendidius, aut rationabilius his quæ facta ſunt ab hoc qui hæc omnia diſpoſuit? Quos cælos firmauerunt? quam terram ſolidauerunt? quas emiſerunt ſtellas? vel quæ luminaria lucidauerunt? quibus autem circulis infrænauerunt ea? vel quas pluuias, vel frigora, vel niues, ſecundùm tempus, & ſecundùm vnamquamque regionem aptabilia adduxerunt terræ? Quem autem calorem & ſiccitatem è contrario appoſuerunt eis? aut quæ flumina abundare fecerunt? quos autem [7] eduxerunt] fontes? quibus autem floribus & arboribus adornauerunt eam quæ eſt ſub cælo? vel quam multitudinem animaliūm formauerunt, partim quidem rationabilium, partim autem irrationabilium vniuerſorum forma ornatorum? & reliqua omnia quæ per virtutem Dei ſunt conſtituta, & ſapientia eius gubernantur, quis poterit] per ſingula enumerare, vel inueſtigare magnitudinem ſapientiæ eius qui fecit Dei? Quid autem illa quæ ſuper cælum, & quæ non prætereunt, quanta ſunt, Angeli, [Archangeli,] Throni, Dominationes, Poteſtates innumerabiles? Aduerſus quod igitur vnum opus ex his ſemetipſos è contrario conſtituunt? Quid tale oſtendere habent per ſemetipſos, vel à ſemetipſis factum, quando & ipſi huius factura & plaſmatio ſunt? Siue enim Saluator, ſiue Mater ipſorum (vt propria ipſorum dicamus, per ſua ipſorum propria mendaces eos arguentes) vſa eſt hoc] vt dicunt, ad faciendum imaginem eorum quæ intra Pleroma ſunt, & contemplationis vniuerſæ quam vidit circa Saluatorem, tanquam meliori hoc, & aptabiliori ad faciendam voluntatem ſuam per eum vſa eſt: tantorum enim imagines nequaquam per

*Matth. 7. 7.*

*vocantes

B

C

inferiorem, ſed per meliorem deformauit.

ANNOTATIONES.

1. Et vniuerſæ] *Colo tantùm dirimendu à calce ſuperioris capitis, mihi videtur prior hæc ſententia.*

2. Super eos qui fabulis referuntur Gigantes] *Gigantes quidem fuiſſe conuenit inter ſacros & prophanos vniuerſos authores: ſed quia de illorum ortu & proceritate magna eſt diſſenſio, paulò altius repetita hæc annotare libuit. Fabulatur Heſiodi Theogonia, illos è terra Vrani ſanguine reſperſa natos, cùm ei Saturnus filius verenda abſcidiſſet; cui aſſentit Diodor. libro quarto. Homines patres, eoſdem non habuiſſe tradere librum nomine Enoch euulgatum, ob idq́ ſuppoſititium rectè à prudentibus iudicatum fuiſſe, 15. de Ciuit. Dei, cap. 23. docet Auguſtin.* Igitur ſecundùm Scripturas canonicas, *ſubijcit idem*, Hebræas atque Chriſtianas, multos Gigantes ante diluuium fuiſſe, terrigenę ſocietatis hominum ciues, dubium non eſt. Nec mirandum quod de filijs Seth naſci potuerint, cū hinc oſtendere vellet Creator, non ſolùm pulchritudines, ſed & magnitudines corporum, non magni pendendas eſſe ſapienti. *Et quæſt. 4. in Geneſ. facilè creditu ſcribit, grandes & fortes ex mulieribus naſci potuiſſe*, quia & poſt diluuium quidem tales reperti fuerint, & quod quædam corpora virorum & fœminarum, ad incredibilem modum ingentia ſæculo ſuo extiterint. *His adijcit Cyrillus, deformitate illa vultus, & vaſtitate monſtroſa corporis, iram diuinam ſcelera hominum vindicaſſe. Theodoretus audiens Scripturam diuinam dicentem de Enach, quòd à Gigantibus oriundus erat; & Og ferreum cubile nouem cubitorum longitudinem, & latitudinem quatuor habere; exploratores item narrantes inſtar locuſtarum ſe fuiſſe in conſpectu illorum; & dicentem Dominum: Tradiderunt Amorrhæum, cuius altitudo erat tanquam cedri, & robuſtus, vt quercus: optimo iure opinatur fuiſſe quoſdam prægrandes homines. Nec puto aberrare Ioſephum, cùm propter corporum magnitudines atque formas, in nullo alijs hominibus proximas, cæteris vltra modum admirabiles illos extitiſſe ſcribit, libro quinto, Antiq. Hebræi alij eos* Nephilim, *id eſt, cadentes dictos putant, quòd homines illorum conſpectu timore oppreſſi, caderent; vel quia in diluuio (quod propter eorum execrabiles & nefarias libidines immiſſum rectè aſſerit Beroſus) ceciderunt, vt de illis dicat Iob cap. 26. Gigantes gemunt ſub aquis; vel quod ruina magna caderent ob ſtaturæ proceritatem. Atque hæc de ortu & proceritate eorum.*

D

*Lib. 3. in Geneſ. & 9. contra Iul.*
*Quæſt. 48. in Geneſ.*

*Cæterùm, conatus illorum narrant prophani ſcriptores, fuiſſe, vt tres maximos montes Olympum, Oſſam, Pelion aggererent, ſperantes ſe hoc modo facilè ſibi viam munituros, qua ad æthercam ſublimitatem euaderent, ſuperis bellum inferrent, Iouemq́ue cælo deturbarent: ſed miſſo fulmine ipſos periſſe. Inde natum prouerbium: γιγάντων ἀπόνοια, Gigantum arrogantia, in eos qui temerè res non tentandas, vt aduerſus Deum, pietatem, ius, & æquum moliuntur, quod inauſpicato ſemper illis recidit. His igitur admodum appoſitè, Gnoſticos ſimiles dicit Iren. ac deinceps hæreticos omnes qui Deo rebelles gaudent errore ſuo, & tunc gloriantur, quando Eccleſiæ contumeliam fecerint, Origen. homil. 7. in Num. & Hieronym. in 24. Iſaiæ.*

3. Vana] *Ita pro* vani *ſuppoſuimus author. veter. codic.*

*Lib. 25. c. 5. Lib. 4.* 4. Elleborum] *Ellebori duo genera faciunt Plin. & Dioſco. candidum, quo vomitiones ciuntur, ſtomachus & ſuperior venter purgantur: & nigrum, quo aluus inferior diluitur. Vtrumque autem aduerſus melancholiam remedium efficax habere, capitis mentiſque leuare vitia antiquis perſuaſum fuit, indéque inſanientes, menteq́; parum conſtantes,* ἐλλεβόρου δεῖσθαι, *id eſt, elleboro opus habere dicti ſunt.*

5. Meliorem enim] *Cap. 57. ſignat cod. vetus, cuius authoritate* melior *deleuimus.*

6. Ab operibus itaque ] *Iure optimo non tantùm Demiurgo inferiores, ſed ne digni quidem qui Apoſtolicorum calceorum corrigiam ſoluerent eos eſſe coarguit, cùm nec vitæ puritate, nec operatione miraculorum vllo modo eorum dogma fulciretur. Eodem pacto conficit illos poſtea Tertullian.* Probent ſe, *ait*, nouos Apoſtolos, eadem ſigna edant. Volo igitur & virtutes eorum proferre, niſi quod agnoſcam & maximam virtutem illorum, qua in peruerſum Apoſtolos æmulantur. Illi enim de mortuis viuos faciebant; iſti de viuis mortuos faciunt. *Hoc pacto & Auguſtin. Manichæos alloquitur:* Si nec Scripturarum authoritatis antiquitas, nec miraculorum poteſtas, nec morum ſanitas, nec rationis veritas, vos aſſerit: abite confuſi, & redite confeſſi, &c. *De miraculis poſteriorum Gnoſticorum, id tantùm adijcere viſum eſt, quod anno Domini 1526. ſcripſit Eraſm. Roter. in Diatriba de lib. arb.* Apoſtoli, *ait*, quoniam excutiebant viperas, ſanabant ægrotos, excitabant mortuos, impoſita manu dabant dona linguarum: ita demum creditum eſt, & vix creditum eſt illis paradoxa docentibus. Nunc cùm iuxta communem opinionem adferant penè Paradoxotera, nullus illorum adhuc extitit, qui vel equum claudum ſanare potuerit *De his rurſus cap. 56.*

*Lib. Præſcript.* — *Lib. 13 contra Fauſt. cap. 6.*

7. Eduxerunt] *Expunximus* adduxerunt, *auth. vet. cod.*

A — B

## *OSTENSIO QVOD NON SIT ANIMALIS Demiurgus.*

### CAPVT LIV.

E[1]Rant enim & ipſi tunc, ſicut [ipſi] dicunt, exiſtentes conceptio ſpiritalis ſecundùm contemplationem eorum qui erga Pandoram ſunt ſatellites diſpoſiti. Et [ſiquidem] vacui perſeuerabant, nihil per eos perficiẽte Matre, vel per Saluatorem, inutilis conceptio, & ad nihilum apta: nihil enim per eos apparet factum. Qui autem emiſſus eſt, ſecundùm eos Deus, inferior ipſis exiſtens, ſecũdùm argumentationem eorum (animalem enim eum eſſe volunt) in omnia operator, & efficax, & aptabilis fuit, vti per eum omnium imagines fierent: & non tantùm quæ videntur hæc, ſed [&] inuiſibilia, Angeli, Archangeli, Dominationes, Poteſtates, & Virtutes, per hunc omnia facta ſunt, videlicet velut per meliorem, & qui poſſit voluntati deſeruire. Nihil autem per hos Matrem apparet feciſſe, quemadmodum & ipſi confitẽtur, vti iuſtè quis æſtimet eos abortum fuiſſe malè parientis Matris ipſorum. Non enim obſtetrices eam obſtetricauerunt, & propterea velut abortiuum proiecti ſunt, in nihilum vtiles, ad nullum opus facti [2] Matri. ] Et ſemet meliores vocant eo per quem tanta & talia facta [ſunt,] & diſpoſita, quando & per ſuam argumentationem per quam inferiores multum inueniuntur. Ac velut duo ferramenta operaria, vel organa duo cùm ſint, ex quibus alterum quidem ſemper in manibus, & in vſu artifex habeat, & per illud faciat quantaſ velit,] & oſtendat artem, & ſapientiam ſuam: alterum autem vacuũ atque otioſum perſeueret, & ſine operatione, per quod nihil omnino apparet faciens artifex, & in nullam actionem eo vtens: deinde dicat quis inutile hoc & vacuum atque otioſum melius eſſe, & pluris illo quo vtitur in opere per quod & glorificatur ipſe artifex: hic igitur hebes eſſe iuſtè arbitrabitur, qui ſit talis, & mentis ſuæ non compos. [3] [Sic] autem & hi ſemet ſpiritales, & meliores dicentes, & Demiurgum animalem, & propter hoc ſuperaſcendere, & intra Pleroma penetrare ad viros ſuos, ſunt. n. fœminæ, ] quẽadmodum ipſi confitentur: Deum autem inferiorem, & propter hoc manere in medietate, & huius nullam oſtenſionem afferentes. Qui enim melior eſt, ex operibus oſtenditur. Omnia enim opera à Demiurgo facta ſunt: per ſemetipſos autem nihil dignum ratione factum oſtendere habentes, inſani ſunt ſumma & inſanabili inſania. [4] Si autem contenderint dicere quoniam quæcunque ſunt quidem materialia, vt puta cælum, & vniuerſus qui infra [illud] continetur mundus, à Demiurgo facta ſunt. Quotquot autem ſpiritaliora his illa quæ ſunt ſuper cęlum, vtputa Principia, Poteſtates, Angeli, Archangeli, Dominationes, & Virtutes per ſpiritalem enixionẽ, quod ſemetipſos eſſe dicunt, facta ſunt. Primò quidem ex dominicis Scripturis oſtendimus, omnia quæ prædicta ſunt viſibilia & inuiſibilia ab vno Deo facta. Non enim [ſunt] magis idonei hi, quàm Scripturæ, nec relinquentes nos eloquia Domini, & Moyſem, & reliquos Prophetas, qui veritatem præconiauerunt, his credere oportet, ſanum quidem nihil dicẽtibus, inſtabilia autem delirantibus. Poſt deinde, etiamſi per ipſos ea quæ ſunt ſuper cælos facta ſunt, dicant nobis quę ſit inuiſibilium natura, enarrent numerum Angelorũ, & ordi- C D



A &ordinem Archangelorum, demonſtrent Thronorum ſacramenta, & doceant diuerſitates Dominationũ, Principatuum, Poteſtatum atque Virtutum. Sed non habent dicere. Non ergo per eos facta ſunt. Si autem à Demiurgo facta ſunt hęc, ſicut & facta ſunt, & ſunt ſpiritalia & ſancta: non eſt ergo animalis hic qui ſpiritalia perficit, & ſoluta eſt illorum magna blaſphemia.

### ANNOTATIONES.

1. Erant enim ]*Caput 58. habet cod. vetus; quæ verò hic refellit, recenſuerat lib. 1. cap. 1. Salsè autem eos ridet, quòd iactarent ſe conceptionem ſpiritalem eſſe illorum AEonum, qui ad Pandoræ formationem ſua contulerant, ſupra cap. 37. cùm potius eſſent abortiui proiecti, ad nihil prorſus vtiles aut commodi.*

2. Matri] *Deleuimus* matris, *& infrà pro* Si, *repoſuimus* Sic, *auth. vet. cod.*

3. Sic autem & hi] *Subſannat eos eo quod dicerent ſe fœminas eſſe, quæ ſupra Demiurgum, id eſt huius mundi creatorem Deũ aſcendere poſſent ad Angelos viros ſuos.*

4. Si autem contenderint ] *Dilemmate probat, Bythum nihil prorſus terrenorum aut cæleſtium condidiſſe: ſed ſolum Deum omnipotentem. Interim, tam hîc, quã paulò ſuperius enumerantur ſeptem ordines Angelorum: quibus ſi addas Cherubim & Seraphim, nouem cõperies.*

B

## *DE ASSVMPTIONE APOSTOLI VSQVE AD tertium cælum, & cur dixit, Siue in corpore, ſiue extra corpus.*

### CAPVT LV.

Q[1]Voniam ] enim ſunt in cælis [ ſpiritales conditiones ] vniuerſæ clamant Scripturæ, & Paulus autem teſtimonium perhibet, quoniam ſunt ſpiritalia, vſque ad tertium cælum raptum ſe eſſe ſignificans. Et rurſum delatum eſſe in paradiſum, & audiſſe verba inenarrabilia, quæ non licet homini loqui. Et quid illi prodeſt, aut in paradiſum introitus, aut vſque in tertium cælum aſſumptio, cùm ſint omnia [illa] ſub poteſtate Demiurgi, ſi eorum quæ ſuper Demiurgum dicuntur myſteriorum ſpeculator, & auditor inciperet fieri, quemadmodum audent quidam dicere? Si enim vti eam quę eſt ſuper Demiurgum diſceret diſpoſitionem, nequaquam in his quæ ſunt Demiurgi remanſiſſet, ne ipſa quidem vniuerſa perſpeculatus. Reſtabat enim ei adhuc ſecundùm illorum ſermonem, quartum cælum, vti adpropinquaret Demiurgo, & ſubiectam ſeptenationem videret: ſed reciperetur fortaſſe, vel vſque ad medietatem, id eſt ad Matrem, vti ab ea diſceret quæ ſunt intra Pleroma. Poterat enim qui eſt intus homo eius, qui & loquebatur in eo inuiſibilis exiſtens, quẽadmodum dicunt, non tantùm vſq; ad tertium cælum, ſed vſque ad Matrem illorum peruenire. Si enim ſe, hoc eſt ipſorũ hominem, ſtatim ſupergredi dicũt Demiurgum, & abire ad Matrẽ, multò magis vtiq; Apoſtoli homini hoc eueniſſet: nec enim prohibuiſſet illum Demiurgus, [2] iam & ipſe ſubiectus Saluatori, vt dicunt.] Si autem prohibuiſſet, [&] nihil profeciſſet. Non enim poſſibile eſt eum Patris prouidentia fortiorem eſſe, [3] & hæc cùm interior homo inuiſibilis etiam à Demiurgo eſſe dicatur. Quoniam autem ille velut magnum aliquid & præclarum, eam quæ fuit vſque ad tertium cælum aſſumptionem enarrauit, non vtique iſti ſuper ſeptimum cælum aſcendunt, non enim ſunt meliores Apoſtolo. Si ſeipſos dicant differentiores; ex operibus arguentur: nihil enim ab illis tale* iactatum eſt. Et propter hoc adiecit, Siue in corpore, ſiue extra corpus, Deus ſcit: vti [neque] corpus particeps putaretur eſſe viſionis eius: quippe quaſi [ & ] ipſum participaturum eorum quæ vidiſſet, & audiſſet: nec rurſus propter pondus corporis dicat quis eum amplius non eſſe aſſumptum, ſed ideò vſque illuc permittatur etiam ſine corpore ſacramenta perſpicere ſpiritalia, quæ ſunt Dei operationes, qui fecit cælos & terram, & plaſmauit hominem, & poſuit in paradiſo, ſpeculatores fieri eos, qui ſimiliter, vt Apoſtolus, valde ſunt perfecti in dilectione Dei. Et ſpiritalia itaque hîc fecit, quorum vſq; ad tertium cælum ſpeculator factus eſt Apoſtolus, & inenarrabiles ſermones, quos non licet homini loqui, quoniam ſint ſpiritales, & ipſe hic præſtat dignis, quemadmodum vult: huius enim eſt paradiſus.

C — D — *Iactitatum* — *2. Cor. 12.*

[4] Et verè eſt ſpiritus Dei, ſed non animalis Demiurgus, alioquin nunquam ſpiritalia perfeciſſet. [5] Si autem animalis hic: per quem facta ſunt ſpiritalia, referant nobis. Sed neque [per] enixionem Matris ſuæ, quod ſemetipſos dicũt, factum eſſe quid oſtendere habent. Hi enim non tantùm aliquid de ſpiritalibus, ſed ne quidem muſcam, aut culicẽ, aut tale aliquid ex his quæ ſunt cõtemptibilia animalia puſilla perficere poſſunt, præter eam rationem quæ ab initio à Deo per ſeminum demiſſionem, in his quæ ſunt eiuſdem

eiuſdem generis, naturaliter facta ſunt, atque fiunt animalia. Sed ne quidem à ſola Matre factum aliquid dicunt emiſſum hunc Demiurgum, & Dominum vniuerſæ operationis: Et eum quidem, qui ſit vniuerſæ operationis Demiurgus & Dominus, animalẽ eſſe dicunt, ſe autem ſpiritales,[6] qui nullius operationis fabricatores ſunt aut domini, non ſolùm eorum, quæ ſunt extra eos, ſed ne quidem corporum ſuorum. Multa denique ſæpè ſecundùm corpus patiuntur nolentes, vocãtes ſe ſpiritales, & meliores Demiurgo. Iuſtè igitur à nobis arguentur porrò & longè diuertiſſe à veritate. Si enim per hunc, quæ facta ſunt, fecit Saluator; non inferior ipſis, ſed melior eſſe oſtenditur, quando & horum ipſorum inuenitur factor: nam & ipſi ſunt ex his, quæ facta ſunt. Quomodo itaque conſequens eſt hos quidem ſpiritales eſſe, hunc autem ipſum per quem & facti ſunt, animalem? Siue, quod & ſolum eſt verũ, quod & per plurima oſtendimus, velut liquidiſſimis oſtenſionibus, ipſe à ſemetipſo fecit liberè, & ex ſua poteſtate, & diſpoſuit, & perfecit omnia, & eſt ſubſtantia omnium voluntas eius: ſolus hic Deus inuenitur, qui omnia fecit, ſolus omnipotens, & ſolus Pater condens, & faciens omnia, & viſi-

*Hebr. 1. 3. Hebr. 11. 3.* bilia, & inuiſibilia, & ſenſibilia, & inſenſata, & cæleſtia, & terrena, Verbo virtutis ſuæ: & omnia aptauit, & diſpoſuit ſapientia ſua, & omnia capiens, ſolus autem à nemine capi B poteſt: ipſe fabricator, ipſe conditor, ipſe inuentor, ipſe factor, ipſe Dominus omnium: & neq; præter ipſum, neq; ſuper ipſum, neq; Mater quam illi admentiuntur, nec Deus alter quem Marcion affinxit: nec Pleroma xxx. AEonũ, quod vanum oſtenſum eſt: neque Bythus, nec Proarche, neque cæli, nec lumen virginale, nec AEon innominabilis, nec in totum quicquam eorum, quæ ab his, & ab omnibus hæreticis delirantur. Sed ſolùs vnus Deus fabricator,[7] hic eſt, qui ſuper omnem principalitatem, & dominationẽ, & virtutem, hic Pater, hic Deus, hic conditor, hic factor, hic fabricator, qui fecit ea per

*Gen. 1. 2. 7. 15. 22. &c.* ſemetipſum, hoc eſt per Verbum & per Sapientiam ſuam, cælum & terram, & maria, & omnia quæ in eis ſunt. Hic iuſtus, hic bonus, hic eſt qui formauit hominem, qui plantauit paradiſum, qui fabricauit mundum, qui diluuium induxit, qui Noe ſaluauit.

*Exod. 3. & 32.* Hic Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus viuorum, quem & lex annũciat, [8] quem Prophetæ præconiant, quem * Spiritus reuelat, quem Apoſtoli tradunt, quem *Chriſtus* Eccleſia credidit: hic Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, per Verbum ſuum, qui eſt Filius eius, per eum reuelatur & manifeſtatur omnibus, quibus reuelatur. Cognoſcunt enim

*Matt. 11. 28.* eum hi, quibus reuelauerit Filius, ſemper autem coexiſtens Filius Patri, olim & ab initio ſemper reuelat Patrem, & Angelis, & Archangelis, & Poteſtatibus, & Virtutibus, & C omnibus] hominibus, quibus vult reuelare Deus.

## ANNOTATIONES.

1. Quoniam enim] *Caput 59. ſignat vetus cod. cum epigraphe hîc affixa. Expunximus autem tres dictiones,* Quoniam *pro* Qui; ſpiritales conditiones *pro* ſpiritalis conditionis *reponentes, autho. vet. cod. & ſignificat* Quoniam, *idem quod* ὅτι *apud Græcos.*

*Tradit autem ſpiritales creaturas, vtpote nouem Angelorum ordines, innumeroſq; alios beatos ſpiritus (Apoc. 7.) in cælis eſſe; Paulumq; in raptu audiuiſſe arcana cæleſtia: vniuerſa porrò illa ſubeſſe Creatori, ſeu Demiurgo. Itaque non eſſe ſuper eum quærendam aliam rerum ſpiritalium diſpoſitionem vel plenitudinem. Aut ſi eſſet aliqua, Paulus proculdubio ad eius contemplationẽ raptus & admiſſus fuiſſet.*

2. Iam & ipſe ſubiectus Saluatori, vt dicũt] *Sic legimus cum veteri codice. Expunximus verò,* ſubiectis ſaluationi dicunt.

3. Et hæc cùm interior homo] *Græco ritu dicitur,* & hæc, *pro,* idque.

4. Et verè eſt] *Confirmat nec Demiurgũ eſſe animalem, qui cæleſtes ſpiritus, cæleſtiaq; corpora perfecerit: nec Gnoſticos eſſe ſpiritales, alijs vi maiore præditos, quippe qui nec quidem muſcam aut culicem poſſent efformare.*

5. Si autem animalis] *Caput 60. habet cod. vet.*

6. Qui nullius operationis] *Id eſt,* in eorum poteſtate non eſt quicquam operari. *Græcè* οὐδενὸς ἔργου κύριοί εἰσι. *Sic etiam infra.* Et eſt ſubſtantia hominum voluntas eius: *pro,* Sola ipſius voluntate homines in ortum producti ſunt. *Billius.*

7. Hic eſt qui] *Vetus cod.* Hic qui eſt.

8. Quem Prophetę pręconiant] κηρύττουσιν, prædicant. *Sic enim* κῆρυξ, *id eſt,* præco, *deducitur à verbo* κηρύττω, *prædico, præcono. Cæterùm, veteribus Gnoſticis longè ſe deteriorem & nequiorem præbuit Valentinus Gentilis, quando ex hoc Irenæi loco niſus eſt Filio Dei coæternam vnicamq; cum Patre Diuinitatem ſuffurari. Hîc enim tantùm aſſeritur vnicum eſſe Deum creatorem omnium, vtriuſque teſtamenti authorem, qui per Chriſtum cunctis innotuit. Tantum abeſt verò, vt Filij Diuinitas infirmetur; vt è contrario euidenter & conſtanter cõfirmetur, quando omnia per ipſum facta & aptata eſſe, vt per virtutem & Sapientiam Patris, ex Paulo probatur; & ſemper coextitiſſe eidem Patri verbis clariſſimis prædicatur: quibus efficitur Filium eſſe eundem natura cum Patre Deum æternum & conſubſtantialem. Virtus namque & Sapientia Patris nõ eſt ei accidens, quod cum tempore contigerit: Sed Deus ipſe, cui iuxta Auguſt. non eſt aliud ſapere, poſſe, & intelligere, quàm eſſe. Vox autem* ſolus, *aliquoties repetita, excludit fictitios AEones, Bythos, Achamotas, &c. non Filium aut Spiritum ſanctum, vt cuiuis legenti peruium eſt.* D

QVO-



A

## *QVOMODO EA QVÆ ADVERSVS VALENtinum dicuntur, omnem euertunt hæreſin.*

### CAPVT LVI.

D[1]Eſtructis itaque his qui à Valentino ſunt, omnis hæreticorum euerſa eſt multitudo. Quæ enim & quantum aduerſus Pleroma ipſorum, & ad ea quæ extrà ſunt, diximus, oſtendentes quoniam concludetur & circumſcribetur Pater vniuerſorum ab eo quod extra eum eſt: (ſi tamen extra eum aliquid ſit) & quoniam neceſſe eſt multos quidem patres, multa autem Pleromata, & multas mundorum fabricationes, ab alijs quidem cœptas, ad alteras autem deficientes eſſe, ſecundùm omnem partem, & vniuerſos perſeuerantes in ſuis proprijs, non curiosè agere de alijs, in quibus neque participatio, neque communio aliqua eſt eis, & nullum alium omnium eſſe Deum, ſed ſolam] eſſe omnipotentis appellationem: &

B aduerſus eos qui ſunt à Marcione, & Simone, & Menandro, vel quicunque alij ſunt, qui

**eos non eſt* ſimiliter diuidunt eam, quæ ſecundum * nos eſt conditionem à Patre, ſimiliter erit ad eos adaptatum. Quanta autem rurſus diximus aduerſus eos, qui dicunt omnia quidem comprehendere Patrem vniuerſorum: eam autem quæ ſit ſecundum nos condi-

**ignorantẽ* tionẽ non ab eo eſſe factam, ſed à Virtute quadam altera, vel ab Angelis* ignorantibus Propatorẽ in immenſa magnitudine vniuerſitatis circumſcriptum centri vice, velut maculam in pallio; oſtendentes quoniã non eſt veriſimile alium quendam eam quæ ſecundùm nos eſt conditionem feciſſe, quàm Patrem vniuerſorum: & aduerſus eos qui ſunt à Saturnino, & à Baſilide, & Carpocrate, & reliquos Gnoſticorum, qui eadem ſimiliter dicunt, idem dicetur. Quæ autem de prolationibus dicta ſunt, & AEonibus, & deminorationibus, & quemadmodum inſtabilis Mater ipſorum; ſimiliter euertit Baſilidem, & omnes qui falsò cognominantur Agnitores, alijs nominibus eadẽ ſimiliter dicentes: magis autem quàm hi, qui ea quæ ſunt extra veritatem transferentes ad characterem ſuæ doctrinæ. Et quæcunque ſunt quę de numeris diximus, aduerſus omnes, qui in huiuſmodi ſpeciem deducunt quæ ſunt veritatis, dicetur. Et quæcunque dicta ſunt de Demiurgo, oſtendentia quod hic ſolus [eſt] Deus & Pater vniuerſorum; & quæcun-

C que adhuc dicentur in ſequentibus libris, aduerſus omnes dico hæreticos, eos quidem qui ſunt mitiores eorum & humaniores[2] auertes & confundes,] vt non blaſphement ſuum conditorem, & factorem, & nutritorem, & Dominum, neque de labe & ignorantia geneſim eius affingere: feroces autem & horribiles & irrationabiles effugabis à te longè, ne amplius ſuſtineas verboſitates eorum.

Super hæc arguentur qui ſunt à Simone, & Carpocrate, & ſi qui alij virtutes operari *Hæretici nõ poſſunt de revera miracula: edunt autem Catholici.* dicuntur, non in virtute Dei, neque in veritate, neque in beneficijs hominibus facientes ea quæ faciunt: ſed in perniciem & errorem per magicas eluſiones & vniuerſa fraude, plus lædentes quàm vtilitatem præſtantes his, qui credunt eis, in eo quòd ſeducant. [3] Nec enim cęcis poſſunt donare viſum, neque ſurdis auditum, neque omnes dæmones effugare, pręter eos qui ab ipſis immittuntur, ſi tamen & hoc faciunt; neq; debiles, aut claudos, aut paralyticos curare, vel alia quadam parte corporis vexatos: quemadmodum ſæpe euenit fieri ſecundùm corporalem infirmitatem, vel earum quæ à foris accidunt, infirmitatum] bonas valetudines reſtaurare:[4] tantum abſunt ab eo vt mortuum excitent: quemadmodum Dominus excitauit, & Apoſtoli per orationem, & in fraternitate ſępiſſimè propter aliquid neceſſariũ ea quæ eſt in quoquo loco Eccleſia vniuer-

D ſa poſtulante per ieiunium & ſupplicationem multam, reuerſus eſt ſpiritus [mortui,] & donatus eſt homo orationibus ſanctorum, vt ne quidem credant hoc in totum poſſe fieri,[5] eſſe autem reſurrectionem à mortuis, agnitionẽ eius quæ ab eis dicitur veritatis.

*Euſebius libr. 5. hiſtor. capit. 7. hæc citat.*

Τόσοῦτον δὲ ἀποδέουσι τὸν νεκρὸν ἐγεῖραι καθὼς ὁ Κύριος ἤγειρε καὶ οἱ ἀπόστολοι διὰ προσευχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀδελφότητι πολλοὶ πολλάκις διὰ τὸ ἀναγκαῖον τῆς κατὰ τόπον ἐκκλησίας πάσης αἰτησαμένης μετὰ νηστείας πολλῆς καὶ ἁγνείας, ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα τοῦ τετελευτηκότος καὶ ἐχαρίσθη ὁ ἄνθρωπος ταῖς εὐχαῖς τῶν ἁγίων.

*Interp. Ioan. Chriſtophorſono.*

Plurimum abeſt vt poſſint mortuum ſuſcitare, ſicut Dominus ipſe, ſicut eius Apoſtoli, precationis ſubſidio adiuti, ſicut alij è fratribus complures ſuſcitauerũt. Sępenumerò autem aliqua de cauſſa neceſſaria illud ipſum poſtulante, ſpiritus mortui (propterea quod tota Eccleſia illius loci, vbi eiuſmodi res gerebatur, cum ieiunio & multa interceſſione Deũ orabat) in corpus redijt, & hominis vita Sanctorũ precibus donata eſt.

Quando igitur apud eos quidem error & ſeductio & magica phantaſia in ſpeculatu hominum impiè fiat; in Eccleſia autem miſeratio, & miſericordia, & fraternitas, & veritas ad opitulationem hominum, non ſolùm ſine mercede & gratis impertiatur,

ſed &

ſed & nobis ipſis, quæ ſunt noſtra erogantibus pro ſalute hominum, & ea quibus hi, qui curantur indigent, ſæpiſſimè non habentes, à nobis accipiunt: verè, & per hanc ſpeciem arguuntur à diuina ſubſtantia & benignitate Dei & virtute ſpiritali in totum extranei: fraude autem vniuerſa & ab inſpiratione apoſtatica, & operatione dæmoniaca, & phantaſmate idololatrię per omnia repleti, pręcurſores verè Draconis eius, qui[per] huiuſmodi phantaſiam abſcedere faciet in cauda tertiam partem ſtellarum, & deijciet eos in terram: quos ſimiliter atque illum deuitare oportet: & quanto maiore phantaſmate operari dicuntur, tanto magis obſeruare eos, quaſi maiorem nequitiæ ſpiritum perceperint. A

*Hæreticorum tituli. Apoc. 12. 4. Tit. 3. 10.*

[6] Quapropter etiamſi obſeruauerit quis eorum diurnam conuerſationis operationem, inueniet vnam & eandem eſſe eis cum dæmonijs conuerſationem; & hæc autem quæ eſt erga operationes impia ipſorum ſententia, quæ dicit, oportere eos in omnibus operibus, etiam quibuſlibet malis fieri, ex Domini doctrina diſſoluetur: apud quem non ſolùm qui mœchatur expellitur, ſed & qui mœchari vult: & non ſolũ qui occidit, reus erit occiſionis ad damnationem, ſed & qui iraſcitur ſine cauſa fratri ſuo: qui & non ſolùm non odire homines, ſed & inimicos diligere iuſſit: & non ſolùm non * periurare, ſed nec iurare præcepit: & non ſolùm malè loqui de proximis, ſed ne quidem Racha & fatuum dicere aliquem; ſi quo minus, reos eſſe huiuſmodi in ignem gehennæ: & non tantùm non percutere, ſed & ipſos percuſſos etiam alteram præſtare maxillam: & non ſolùm non abnegare quæ ſunt aliena, ſed etiamſi ſua auferantur, illis non expoſtulare: & non ſolùm non lædere proximos, neque facere quid eis malum, ſed & eos qui malè tractantur,] magnanimes eſſe, & benignitatem exercere erga eos, & orare pro eis, vti pœnitentiam agentes ſaluari poſſint; in nullo imitantes nos reliquorum contumeliam, & libidinem, & ſuperbiam. Quando igitur ille, quem iſti magiſtrum & gloriantur, & eum multo meliorem & fortiorem reliquis animam habuiſſe dicunt; cum magna diligentià quædam quidem iuſſit fieri quaſi bona & egregia, quibuſdam autem abſtinere non ſolùm operibus, ſed etiam his cogitationibus quæ ad opera ducunt, quaſi malis & nociuis & nequam: quemadmodum Magiſtrum dicentes talem fortiorem & meliorem reliquis, deinde quæ ſunt contraria eius doctrinæ manifeſtè præcipientes, non confunduntur? Etſi quidem [7] nihil eſſet] mali, aut rurſus boni; [opinione] autem ſola humana, quædam quidem iniuſta, quædam autem iuſta putarentur, non vtique dixiſſet dogmatizans, id eſt docens, Iuſti autem fulgebunt ſicut ſol in regno Patris eorum: iniuſtos autem & qui non faciunt opera iuſtitiæ, mittet] in ignem æternum, vbi vermis ipſorum non morietur, & ignis non extinguetur. C

*Hæretici conuerſantur cum Dæmonibus. Matth. 5.* — B — * peierare

*Sap. 3. 7. Danie. 12. 3. Matt. 13. 43. Marc 9. 44. Iſa. 66. 24.*

## ANNOTATIONES.

1. Deſtructis itaque] *Cap. 61. ſignat vetus cod. Porrò elegantiſſima* ἀνακεφαλαίωσει *ea ferè omnia perſtringit, quæ hactenus toto hoc ſecundo libro effusè diſſeruit, nominatim cõtra Valentinianos; eadem in reliquos etiam hæreticos dici poſſe confirmans.*

2. Auertes & confundes] *Expunximus;* auertens & confundens, *auth. vet. cod.*

3. Nec enim cæcis] *Non leuis eſt diſputatio inter Theologos, an hæretici aliquando vera miracula edere poſſint, quod hîc diſertè negat Irenæus. Author quæſtionum apud Iuſtinum, Quæſtione 100. apertè negat, per hæreticos viuos aut mortuos, gratiam diuinam donis illis fungi. Simoni mago præſtigias oſtentanti ſic reſpondentem Petrum Apo. facit Clemens Rom. lib. 3. Recog.* Vt Magi Pharaonem dementabant arte dæmonum, Moſi reſiſtentes: ita & tu mihi. Sed vera miracula ſemper hominibus proſunt, vt dum curantur infirmi: falſa verò tantùm oſtentui ſunt, vt canes æneos latratus edere. Malignus autem miracula, quæ hominibus proſunt, facere non poteſt, niſi in fine mundi tantùm. *Manichæis exprobrat Auguſtinus:* Miracula non facitis, quæ ſi faceretis, etiam ipſa in vobis caueremus, per inſtruentem nos Dominum & dicentem: Exurgent multi pſeudochriſti, & facient ſigna & prodiga.

*Exod. 7. 2. Tim. 3. 8. Lib. 13. contr. Fauſt. cap. 5. Matth. 24.*

*Ferunt quoſdam conatos eſſe miracula edere, vt his errores ſuos comprobarent: ſed Deo impietatem eorum reprobante & patefaciente illorum conſilia in confuſionem & perniciem authorum conuerſa ſunt; ſicuti Miniſtrorum Baalis, & Magorum Pharaonis, & filijs Sceuæ, vt in ſacris refertur. Simon magus enitens in cælos volando conſcendere, ſic in terram alliſus eſt, vt fractis cruribus iam ambulare non poſſet. Polychronius coram Conſtantinop. ſynodo in Trullo coacta, recipiens ſe mortuum ſuſcitaturum, cùm multis horis id fruſtra tentaſſet, à cunctis exploſus eſt. Manes pollicitus ſe Regis Perſarum filium lethali morbo correptum ſanitati reſtituere poſſe, eodem extincto, graues, dignas tamen, pœnas exoluit. Ariani filium Imperatoris Valentis infirmitate graui decumbentem, releuare non potuerunt. Cirola pſeudo-epiſcopus eorundem Arianorum, hominem 50. aureis ineſcatum, vt cæcum ſimularet, & publicè ab eo ſanari poſceret, cùm id facere tentauit, magno ſui & aliorum Arianorum dedecore penitus excæcauit. Simile facinus, pariq; fraude, tentauit & alius Arianus Epiſcopus Regis Leuuildi inductus imperio; ſed eodem prorſus euentu hæreticis ignominioſo, pijs verò ridiculo.*

*Actor. 19. Exod. 7. 3. Reg. 18. Epiph. contr. hæreſ. 21. Conc. Act. 15. Cyril. Ieroſ. Catech. 6. Sozom. li. 6. cap. 16. Gregor. Tur. lib. 2. hiſtor. Franc. cap. 3. & libr. 2. de gloria ſanct. cap. 12. & 13.* — D

*Veteribus exemplis hæc noua iungamus, vt idem diuinum iudicium, aduerſus eaſdem fraudes diaboli atque miniſtrorum eius obſeruemus. Scribunt Lindanus & Surius, Lutherum in Albi flumine ſubmerſum quendã VVilhelmum Neſenum ad vitam reuocare voluiſſe: ſed omnino fruſtrà. Refert Fredericus Staphylus ſe eidem Luthero tum adfuiſſe, 1545. cùm dæmoniacam puellam è Miſnia VVittebergam ſibi ad curandum perductam, exorciſmis à ſe con-*



A *ſe conflictis ſanare tentauit. Dæmon autem cedere nolens, Lutherum in eas redegit anguſtias, vt via vi eidem patefacienda fuerit, vt è ſacrario ſeipſum cum aſſeclis fugiendo ſeruaret. Teſtatur etiam Bredembachius cum Surio, Lutheranæ doctrinæ miniſtros Auguſtæ Vindelicorum, anno 1563. tentaſſe dæmonium è corpore cuiuſdam puellæ, Michaelis Roſſmanni ciuis Auguſtani filiæ, in confirmationem verbi ſui expellere; ſed pari cum præceptore ſuo dedecore ac infelicitate. Et vt Lutheranis Caluinianos ſubijciamus, Hieronymus Bolſecus in vita Caluini ſcribit, eundem Caluinum non aſpernanda pecuniæ ſumma Burlæo cuidam Oſtunenſi perſuaſiſſe, vt mortuum ſe ſimularet, vt ex compoſito per Caluinum ſuſcitaretur: ſed diuina vltione, cùm id tentaretur, extinctus eſt, & hæreſiarcha ſpe ſua deluſus. Turrianus perdoctus ſanè & grauis author eſt, quid ſimile accidiſſe in Polonia cuidam Matthæo egenti, qui ſpe lucri à Miniſtro inductus in eandem ſimulationem, in ipſo conatu infelicem exhalauit animam. Genebrardus denique refert alium Miniſtrum in oppido Picardiæ Chalnico (Gallicè, Changny) hominẽ à dæmone poſſeſſum, ſacco incluſum, in Iſaræ fluuium abieciſſe ac demerſiſſe, cùm malignum ſpiritum ab eadem abigere nequiuiſſet: quod in perpetuam Caluinianorum ignominiam ceſſit. Patet igitur hæreticos nec mortuos ſuſcitare, nec cæcos illuminare, nec dæmones è corporibus obſeſſorum, præter eos forſan, qui (vt ait Irenæus) ab ipſis immitterentur, expellere, nec alia vera miracula perficere poſſe. Et de hac parte negante, quæ mihi certè magis probatur, hactenus.*

*Lib. 7. Collat. Lib de reb. pro orbem geſtis. Li. 1. de dog. charact.* — B — *Lib. 4. Chronol. anno 1560.*

*Qui partem oppoſitam defendunt, ſecum ſentire Tertullianum lib. 3. contra Marcionem, volunt: vbi ſolam ſpeciem per documenta virtutum Chriſto ad teſtimonium competiſſe negat, quam & ipſe poſtmodum exautorarit:* Siquidem, *ait ille,* edicens multos venturos & ſigna facturos, & virtutes magnas edituros, temerariam ſignorum & virtutum fidem oſtendit, vt etiam apud pſeudochriſtos facillimarum. *Nec parum cauſæ ſuæ patrocinari putant, quæ hiſtorijs ſuis prodiderunt, Sozomenus lib. 1. cap. 14. & Socrates lib. 7. cap. 17. & 18. de miraculis quorundam Nouatianorum. Neque abſurdius arbitrantur hæreticos, qui tantùm aliquot articulis à nobis diſſident, vera miracula edere poſſe, quàm Iudæos, quos ex Ioſephi libr. 8. antiq. cap. 2. & Irenæi lib. 2. cap. 5. conſtat vexatos à dæmonibus curaſſe. A ſe quoque ſtare Auguſtinum, libr. 2. de ſerm. Domini in monte, cap. 40. & fuſiſſimè omnium libro 83. quæſt. q. 79. non leuiter contendunt. Quibus verò magis adhærendum ſit, pronunciet Eccleſia. Vide annot. in cap. 8. Libri primi.* C

4. Tantùm abſunt] *Locum iſtum ab Euſebio citatum ſupra Græcè & Latinè adiecimus.*

5. Eſſe autem reſurrectionem] *Explicatius Tertullianus:* Reſurrectionem mortuorum manifeſtè annunciatam, in imaginariam ſignificationem diſtorquent, aſſeuerantes mortem etiam ipſam ſpiritaliter intelligendam. Non enim hanc eſſe diſſidium corporis & animi, ſed ignorantiam Dei, per quam homo mortuus Deo non minus in errore iacuerit, quàm in ſepulchro. Itaque & reſurrectionem eam vindicandam, qua quis adita veritate redanimatus & reuiuificatus Deo, ignorantiæ morte diſcuſſa, velut de ſepulchro veteris hominis eruperit. Hoc denique ingenio, etiam in colloquijs ſæpe noſtros decipere conſueuerunt, quaſi & ipſi reſurrectionem admittant, Væ, inquiunt, qui in hac carne non reſurrexerit. Tacitè autem ſentiunt, Vę qui nondum in hac carne eſt, cognouerit arcana hæretica, hoc eſt enim apud illos reſurrectio. *Libr. de reſurrect.*

6. Quapropter etiam ſi obſeruauerit quis] *Magnam eſſe* κοινωνίαν *inter hæreticos & cacodæmonas annotauimus in caput primum libri primi: hîc tantùm addere libet quæ Tertullianus habet:* Notata ſunt etiam commercia hęreticorum cũ magis quampluribus, cum circulatoribus, cum Aſtrologis, cum philoſophis curioſitati deditis. Adeo & de genere conuerſationis, qualitas fidei æſtimari poteſt: doctrina index diſciplinæ eſt, &cæt. *Libr. Præſcript.*

7. Nihil eſſet] *Expunximus* eſſe: *& mox* opinione, *pro* opinioni *reſtituimus, auth. vet. cod.*

## [1] *EVERSIO] HÆRETICORVM OMNIVM in ijs quibus non communicant cum Valentino.*

### CAPVT LVII.

D ADhuc etiam dicentes oportere eos in omni opere, & in omni conuerſatione fieri, vt ſi fieri poſſit in vna vitæ aduentatione omnia perficientes, ad perfectum tranſgrediantur: eorum quidem quæ ſunt ad virtutem pertinentia & laborioſa & glorioſa & artificialia, quæ etiam ab hominibus bona adprobantur, nequaquam inueniuntur conati facere. Si enim oportet per omne opus, & per vniuerſam ire operationem; primò quidem oportebat omnes ſe diſcere artes, quæcunque illæ ſiue in ſermonum rationibus, ſiue in operibus conſumantur, ſiue per continentiam edocentur, & per laborem & meditationem & perſeuerantiam percipiuntur: vtputa omnem ſpeciem Muſicæ, & Computationis, & Geometriæ, & Aſtronomiæ, & vniuerſa quæ in ſermonum rationibus occupantur: adhuc etiam Medicinam vniuerſam, & herbarum ſcientiam, & eas quæ ad ſalutem humanam ſunt elaboratæ; & picturam, & ſtatuarum fabricationem, & ærariam artem, & marmorariam, & ſimiles his. Ab his autem omnem ſpeciem ruſticationis, & veterinariæ, & paſtoralis, & opificum artes quæ dicuntur: pertranſire vniuerſas artes, & eas quæ erga mare [2] vacant,] & corpori ſtudent, & venatorias, & militares, & regales, & quotquot ſunt, quarum nec decimam [nec] milleſimam partem in tota vita ſua elaborantes ediſcere poſſunt.

ſunt. Et horum quidem nihil conantur addiſcere, qui in omni dicant ſemetipſos oportere fieri opere: ad voluptates autem & libidines, & turpia facta deuergentes, & à ſemetipſis iudicati cùm ſint ſecundùm doctrinam ſuam. Quoniam enim deſunt eis, quæ prædicta ſunt omnia, ad correptionem ignis adibunt. Qui quidẽ Epicuri philoſophiã, & Cynicorum indifferentiam æmulantes,[3] non Ieſum magiſtrum [gloriantur,] qui nõ ſolùm à malis operibus auertit ſuos diſcipulos, ſed etiam à ſermonibus & cogitationibus, quemadmodum oſtendimus. A

[4] Dicentes autem ſe ex eadem *circulatione cum Ieſu habere animas, & ſimiles [ei] eſſe, aliquando autem & meliores, ad opera producti quæ ille ad vtilitatem hominum & firmitatem fecit, nihil tale nec ſimile, neque ſecundùm aliquid in comparationem quod venire poſſit, perficere inueniuntur. Sed [&] ſi aliquid faciunt, per magicam (quẽadmodum diximus operari) fraudulenter ſeducere nituntur inſenſatos, fructum quidem & vtilitatem nullam præſtantes, in quos virtutes perficere ſe dicunt. Adducentes autem pueros inueſtes, & oculos deludẽtes, & phantaſmata oſtendentes ſtatim ceſſantia, & ne quidem ſtillicidio temporis perſeuerantia, non IESV Domino noſtro, [5] ſed Simoni mago ſimiles oſtenduntur. B Et ex hoc autem quòd Dominus ſurrexit à mortuis in tertia die, firmum eſt, & diſcipulis ſe manifeſtauit, & vidẽtibus eis receptus eſt in cælum; quòd ipſi morientes, & non reſurgentes, neque manifeſtati [quibuſdam,] arguũtur in nullo ſimiles habentes Ieſu animas.[6] Si autẽ & Dominum per phantaſmata huiuſmodi feciſſe dicunt, ad prophetica reducentes eos, ex ipſis demonſtrabimus, omnia ſic [de eo] & prædicta eſſe, & facta firmiſſimè, & ipſum ſolum eſſe Filium Dei: quapropter & in illius nomine, qui verè illius ſunt diſcipuli ab ipſo accipientes gratiã, [7] perficiunt ad beneficia reliquorum hominum, quemadmodum vnuſquiſque accepit donum ab eo. Alij enim dæmones excludunt firmiſſimè & verè, vt etiam ſæpiſſimè credant ipſi [qui] emundati ſunt à nequiſſimis ſpiritibus, & ſint in Eccleſia: alij autem & præſcientiam habent futurorum, & viſiones, & dictiones propheticas. Alij autem laborantes aliqua infirmitate, per manus impoſitionem curant & ſanos reſtituunt. Iam etiam, quemadmodum diximus, & mortui reſurrexerunt, & perſeuerauerunt nobiſcum annis multis. Et quid autem? [8] Non eſt numerum dicere gratiarum, quas per vniuerſum mundum Eccleſia à Deo accipiens in nomine Chriſti Ieſu crucifixi ſub Põtio Pilato per ſingulos dies in opitulationem gentium perficit, neq; ſeducens aliquem, C nec pecuniam ei auferens. Quemadmodũ enim gratis accepit à Deo, gratis & miniſtrat.

*circumlatione.

1. Cor. 12.

Miracula in Eccleſia Catholica.

Matt. 10. 8.

*Euſebius libr. 5. hiſtor. capit. 7. hæc citat.*

Εἰ δὲ καὶ τὸν κύριον φαντασιωδῶς τὰ τοιαῦτα πεποιηκέναι φήσουσιν, ἐπὶ τὰ προφητικὰ ἀνάγοντες αὐτοὺς, ἐξ αὐτῶν ἐπιδείξομεν πάντας οὕτως περὶ αὐτοῦ καὶ προειρῆσθαι καὶ γεγονέναι βεβαίως, καὶ αὐτὸν μόνον εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. διὸ καὶ ἐν τῷ ἐκείνου ὀνόματι οἱ ἀληθῶς αὐτοῦ μαθηταὶ, παρ' αὐτοῦ λαβόντες τὴν χάριν ἐπιτελοῦσιν, ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῇ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, καθὼς εἷς ἕκαστος αὐτῶν τὴν δωρεὰν εἴληφε παρ' αὐτοῦ. οἱ μὲν γὰρ δαίμονας ἐλαύνουσι βεβαίως καὶ ἀληθῶς, ὥστε πολλάκις καὶ πιστεύειν αὐτοὺς ἐκείνους καθαρισθέντας ἀπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων, καὶ εἶναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. οἱ δὲ, καὶ πρόγνωσιν ἔχουσι τῶν μελλόντων, καὶ ὀπτασίας καὶ ῥήσεις προφητικάς. ἄλλοι δὲ τοὺς κάμνοντας διὰ τῆς τῶν χειρῶν ἐπιθέσεως ἰῶνται, καὶ ὑγιεῖς ἀποκαθιστᾶσιν. ἤδη δὲ, καθὼς ἔφαμεν, καὶ νεκροὶ ἠγέρθησαν, καὶ παρέμειναν ἡμῖν ἱκανοῖς ἔτεσι. καὶ τί γὰρ οὐκ ἔστιν ἀριθμὸν εἰπεῖν τῶν χαρισμάτων, ὧν κατὰ παντὸς τοῦ κόσμου ἡ ἐκκλησία παρὰ θεοῦ λαβοῦσα, ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου ἑκάστης ἡμέρας ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῇ τῶν ἐθνῶν ἐπιτελεῖ· μήτε ἐξαπατῶσά τινας, μήτε ἐξαργυριζομένη· ὡς γὰρ δωρεὰν εἴληφε παρὰ θεοῦ, δωρεὰν καὶ διακονεῖ.

*Interp. Ioan. Chriſtophorſono.*

Quod ſi Dominum non reuera quidem, ſed oculos hominum quaſi viſis perſtringendo, iſta ediddiſſe dixerint, illos ad Prophetarum libros deducemus, ex illiſq́ue oſtendemus perſpicuè, omnia de illo ad eum modum & prædicta eſſe, & verè poſt eueniſſe, & eum ſolum Dei Filiũ eſſe Quapropter qui verè ſunt eius diſcipuli, in nomine illius per gratiam ab illo acceptam eiuſmodi præſtant, quo reliquis hominibus gratificentur, ſicut quiſque eorum ab eo donum acceperit. Quidam enim dæmones ſic pro certo & verè eijciunt, vt non raró hi, qui malis & nequam ſpiritibus purgati fuerint, tum fidem recipiant, tum in Eccleſia & fidelium hominum ſocietate conſtanter perſeuerent. D Nonnulli futurarum rerum præſcientia, diuina viſione & prædictione prophetica imbuuntur. Alij eos qui grauibus morbis affictantur, per manuum impoſitionem curant, & ad priſtinam valetudinem reſtituunt. Iam verò, vt diximus, mortui ſuſcitati ſunt, & multos annos poſt apud nos commorati. Quid plura? Dona ſanè ne dicendo quidem numerari poterunt, quę Deus Eccleſiæ per vniuerſum mundum diffuſæ donauerit, quibus illa in nomine IESV CHRISTI ſub Pontio Pilato crucifixi, in dies ſingulos multa miracula ad Gentium vtilitatem efficit, & neque quemquam dolo aut fallacijs deludit: neque hæc agit pecuniæ cupiditate, aut quæſtu ducta. Nam ſicut à Deo accepit gratuitò, ſic cuique gratis ſubminiſtrat.

[9] Nec inuocationibus angelicis faciat aliquid, nec incantationibus, nec aliqua praua curioſitate, ſed mundè & purè & manifeſtè orationes dirigẽtes ad Dominũ, qui omnia fecit, &



A fecit, & nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti [inuocans, virtutes] ſecundùm vtilitates hominum, ſed non ad ſeductionem perfecit. Si itaque & nunc nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti beneficia præſtat & curat, firmiſſimè & verè omnes vbique credentes in eum, ſed non Simonis, neque Menandri, neque Carpocratis, nec alterius cuiuſcunque; manifeſtum eſt quoniam homo factus, conuerſatus eſt cum ſuo plaſmate, verè omnia fecit ex virtute Dei, ſecundùm placitum Patris vniuerſorum, quomodo prophetæ prædixerunt. Quæ autem erant hæc, in his quæ ſunt ex propheticis oſtenſionibus narrabuntur.

## ANNOTATIONES.

1. Euerſio] *Expunximus,* Conuerſio *vet. cod. authoritate. Quæ verò hoc capite refelluntur, recitauerat lib. 1. cap. 24. de Carpocratis ſectatoribus loquens: ſimul & cap. 35. de Ophitis, & Cainæis. Oſtendit autem* B *veteres Gnoſticos enixiſſimè laboraſſe, vt omni ſpecie libidinis ſe commacularent: at, bonis artibus ſeu liberalibus ſeu mechanicis, aut etiam virtutibus nullam operam collocaſſe.*

2. Vacant] *Deleuimus* vocant *author. vet. codicis.*

3. Non Ieſum] *Vetus codex caret negatione, ſed aſſirmatiuè legit:* Ieſum magiſtrum gloriantur; *dolet enim B. Martyr, ſub nomine beato, tam infelicia monſtra latere.*

4. Dicentes autem ſe] *Collatione operum illorum cum operibus D. N. IESV CHRISTI, retundit peruerſam eorum iactantiam: euincitq́ illos magis ſimiles eſſe Simoni mago nebuloni perditiſſimo, quàm Domino, cui tamen ſe præferebant.*

5. Sed Simoni mago] *Huius præſtigias attigit* C *lib. 1. cap. 20. ſed eas fuſius antea deſcripſerunt Abdias lib. 1. hiſtor. Apoſt. & Clemens Rom. lib. 3. recog. vt iſthæc ex illis videatur Irenæus deſumpſiſſe.*

6. Si autem & Dominum] *Etiam locum hunc tranſcripſit Euſebius, vſque ad illud infra:* Nec inuocationibus angelicis, &c. *Porrò quatuor Spiritus ſancti chariſmata enumerat, quibus tum temporis floruit Eccleſia; de his quoque multa & ea præclara leguntur in illius ſæculi & ſequentis ſcriptoribus, quæ paucis perſtringere non erit inutile. De dæmonum eiectione Iuſtinus ſcribit:* Vim Chriſti nominis timent dæmonia trementia, & hodie adiurata per nomen crucifixi Ieſu Chriſti ſub Pontio Pilato Iudææ præſide, imperata faciunt. *Idem rurſus priore Apolo.* Multos arrepticios per totum orbem, & in hac ipſa ciuitate, *Romana,* multi ex noſtris Chriſtianis, adiuratos per nomen Ieſu Chriſti ſub Pontio Pilato crucifixi, ſanarunt: quos nec adiuratores alij, nec incantatores, expiatoreſúe ſanare potuerant. *Pulchra hac de re habet & Tertullianus capit. 23. Apo. quæ conſultò omittimus.*

*Donum autem prophetiæ maximum illum Quadratum Athe. habuiſſe, teſtis eſt Euſebius lib. 4. hiſtor. Reuelationes & viſiones de futuris rebus, frequenter factas Polycarpo & Cypriano, ipſi ſibi idonei teſtes ſunt. Sed & B. Carpo viſionem planè mirabilem contigiſſe ſcribit Dionyſius Areopag. Epiſtol. 8. Mortuum eo ſæculo ſuſcitatum fuiſſe, Papiæ teſtimonio confirmat Euſebius libr. 3. hiſtor. cap. 39.*

7. Perficiunt] *Virtutes videlicet curationum, de quibus ſcribit Apoſtolus, 1. Cor. 12. 10.*

8. Non eſt numerum dicere] *Helleniſmus, pro, gratiarum numerus iniri nequit.*

9. Nec inuocationibus angelicis] *Malignorum videlicet ſpirituum, quos Simoniani, Marcitæ, Carpocratiani, aliiq́ malefici ad ſuas præſtigias exercendas in opem euocabant. Bonos porrò angelos vt coram Deo patronos piè inuocandos eſſe plurimis oſtendimus, Appendice contra hæreſes, titulo Angelus; & Com. in libr. Eſther, Digreſſ. de oratione art. 6.*

Lib. 5. hiſtor. cap. 7.

In Dialog.

Ser. de mort.

## *OSTENSIO QVOD NON TRANSEANT animæ in alia corpora.*

### CAPVT LVIII.

D D[1]E corpore autem in corpus tranſmigrationem ipſorum ſubuertamus ex eo, quòd nihil omnino eorum quę ante fuerint, meminerint animæ. Si enim ob hoc emittebantur, vti in omni [[2] fierent] operatione; oportebat eas meminiſſe eorum quæ antè facta ſunt, [vti] ea quæ deerant adimplerent: & non circa eadem ſemper volutantes continuatim, miſerabiliter laborarent.] Non enim poterat corporis admixtio in totum vniuerſam ipſorum quæ antè habita erant, extinguere memoriam & contemplationem; & maximè ad hoc venientes. Quomodo enim nunc ſoporato & requieſcente corpore, quæcunque anima ipſa apud ſe videt, & in phantaſmate agit, & horum plura reminiſcens communicat cum corpore; & eſt quando & poſt plurimum temporis, quæcunq; per ſomnium quis vidit, vigilans annunciat: ſic vtique ſe reminiſceretur, & illorum quæ antequam in hoc corpus veniret egit. Si enim hoc quod in breuiſſimo tempore viſum eſt, vel in phantaſmate conceptũ eſt, & ab ea ſola per ſomnium, poſtquam commixta ſit corpori & vniuerſum mẽbrum diſperſa, commemoratur: multo magis illorum reminiſceretur, in quibus temporibus tantis, & vniuerſa præteritæ vitæ ſæcula immorata eſt.

ANNOTATIONES.

1. De corpore] *Caput 62. ſignat vet. cod. Cæterùm, quam hîc refellit metempſichoſin, aſſeruerunt Simon magus, Carpocrates, horumquè ſectatores, vt ſcripſit libro primo capite vigeſimo & vigeſimo quarto.*

Li. 3. cap. 18. *Hanc porrò animarum tranſmigrationem Lactantius acceptam fert Pythagoricis & Stoicis. Qui cùm timerent argumentum illud Epicureorum, quo concludebant, neceſſe eſſe vt occiderent animæ cum corporibus, quia cum corporibus naſcuntur: dixerunt, non naſci animas, ſed inſinuari potius in corpora, & de his in alia & alia migrare. Lactantio ſubſcribit Nicetas libro primo theſauri orthodoxiæ, capite quarto. Eſt quoque in Phedone Platonis manifeſta huius aſſertio. Iuſtinus martyr in Dialogo, tradit Iudæos in hunc tandem errorem incidiſſe. Nec iniuria ſanè, nam in Thalmud, ordine quarto, tractatu ſecundo, affirmant animam Abelis migraſſe in Seth, & hanc poſtea in Moyſem.* Com. in Mat. *Hieronymus quoque ſentit, Iudæos illos qui opinabantur* CHRISTVM *eſſe aut Ieremiam, aut Heliam & cæt. Eodem fuiſſe errore detentos: adeoquè ipſum Herodem exiſtimantem illum eſſe Ioannem, quem decollauerat, & cæt.* A *Illa verò multis exploditur etiam à Luciano aliquot in in locis, præſertim in Gallo. Ab Eccleſiaſticis verò ſcriptoribus poſt Irenæum, coarguitur à Tertulliano in Apolog. & libro de anima: Tatiano Orat. aduer. Gentes: Clemente Alexandrino libro quarto Strom. Origene libro primo contra Celſum: Lactantio libro tertio, capite decimo octauo, & libro ſeptimo capite vigeſimo tertio: Hieronymo aduerſus Ruſinum: Auguſtino libro decimo de ciuitate capite trigeſimo: Cyrillo Alexandrino libro ſeptimo, contra Iulianum. &c.*

2. Fierent] *Expunximus* erunt: *& ſtatim* vti, *pro* vt in *repoſuimus auth. vet. cod.* B

## *OSTENSIO QVOD NON BIBANT, ſecundùm Platonem, obliuionis poculum.*

CAPVT LIX.

[1] Adhæc Plato vetus ille Athenienſis,] is qui & primus ſententiam hanc introduxit, cùm excuſare non poſſet, obliuionis induxit poculum, putans ſe per hoc aporiam huiuſmodi effugere; oſtenſionem quidem nullam faciens, dogmaticè autem reſpondens, quoniam introeuntes animæ in hanc vitam, ab eo qui eſt ſuper introitum dæmone, priuſquam in corpora intrent, C [2] potantur obliuione. [3] Et latuit ſemetipſum in alteram maiorem incidens * aporiam. (* confuſionem.) [4] Si enim obliuionis poculum potata eſt, poſteaquam ebibitum eſt, omnium factorum obliterare memoriam, hoc ipſum vnde ſcis ô Plato, cùm ſit nunc in corpore anima tua: quoniam priuſquam in corpus introeat à dæmone potata eſt obliuionis medicamentum? Si enim dæmonem & poculum & introitum reminiſceris, & reliqua oportet cognoſcas: ſi autem illa ignoras, neque dæmon verus, neque artificioſè compoſitum obliuionis poculum.

ANNOTATIONES.

1. Adhæc] *Caput ſexageſimum tertiū notat vet. cod. Quod verò aſſerit Platonem primùm induxiſſe* μετεμψύχωσιν, *parum conuenit cum Epiphanio, & Lactantio,* Contra hæreſ. 7. *qui Pythagoram ante Platonem eandem aſſeruiſſe ſcribunt. Plutarchus hanc etiam Empedocli tribuit Tractat. ſecundo de eſu carnium: Mercurium Triſmegiſtum emigrationes huiuſmodi, poëtico ritu deſcripſiſſe: quin & Zoroaſtrum omnibus his antiquiorem, in libro cùi titulus eſt:* Μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ Ζωροάστρου μάγων, *illam ipſam docuiſſe, teſtis eſt Rhodiginus libro nono, capite vigeſimo primo. Ergo vel apud Athenienſes, vel recens excogitatis rationibus, Platonem primùm eandem inuexiſſe, intellige.* Athenienſis *pro* aduenieniens *reſtituimus author. vet. cod.*

2. Potantur obliuione] *Platonicum hoc ſomnium acerrimè poſt Irenæum impugnant Tertullian. libro de anima capit. Aduerſus Platonis* μαθήσεις καὶ ἀναμνήσεις: *Auguſtinus libro duodecimo de Trinitate, capite decimo quinto: & libro primo Retractation. capite quarto, & libro ſeptimo de Geneſi ad lit. capite nono, decimo, vndecimo, & libro decimo capite quarto: Denique & Lactantius libro ſeptimo, capite vigeſimo ſecundo. Letheum porrò fluuium vocant, quòd* ἡ λήθη *obliuionem ſignificet. Eſt enim, vt idem Plato cenſuit,* τῆς μνήμης ἔξοδος. *De eodem flumine canit Virgilius in 6. Æneidos: explicat verò eiuſdem mythologiam Macrobius libr. 1. de ſomnio Scipionis.* D

3. Et latuit ſemetipſum] *Græciſmus, pro,* Imprudens in alteram maiorem difficultatem incidit.

4. Si enim obliuionis poculum potata eſt] *Alius rurſum Græciſmus, pro,* obliuionis poculo potata eſt.

(****)

*OSTEN-*



A

## *OSTENSIO QVONIAM CORPVS non eſt obliuio.*

CAPVT LX.

[1] Aduerſus autem eos qui dicunt ipſum corpus eſſe obliuionis medicamentum, occurret hoc. Quomodo igitur quodcunque per ſemetipſam anima videt, & in ſomnijs, & ſecundùm cogitationem, mentis intentionem corpore quieſcente ipſa reminiſcitur, & renunciat proximis? Sed ne quidem ea quæ olim agnita ſunt, aut per oculos, aut per auditum, meminiſſet anima in corpore exiſtens, ſi eſſet corpus obliuio: [2] ſed ſimul atque ab inſpectis abeſſet oculus, auferretur vtique ea quæ eſſet de his memoria. In ipſa enim obliuione exiſtens anima, nihil aliud cognoſcere poterat, niſi ſolùm illud quod in præſenti videbat. Quomodo autem & diuina * ſciret, & meminiſſet ipſorum, exiſtens in corpore, quando ſit (vt aiunt) ipſum corpus obliuio? (* diſceret) B Sed & Prophetæ ipſi cùm eſſent in terra, quæcunque ſpiritaliter ſecundùm viſiones cæleſtium vident vel audiunt, ipſi quoq; meminerunt in hominem conuerſi, & reliquis annunciant: & non corpus obliuionem efficit animæ eorum, quæ ſpiritaliter viſa ſunt, ſed anima docet corpus, & participat de ſpiritali [ei] facta viſione.

ANNOTATIONES.

1. Aduerſus autem eos] *Refellit eorum ſententiam, qui volebant ipſum corpus humanum cauſam obliuionis eſſe: cùm è contrario eiuſdem organis ac miniſterijs memoria ſenſilis potius naſcatur & foueatur, prout etiam ſomnia rerum præteritarum, quas oculorum vel aurium beneficijs nouimus, recordatio ſatis arguit. Denique, Prophetæ cùm verè in corpore verſarentur, cæleſtium viſionum memores, alijs quoque patefecerunt. Non eſt ergo corpus noſtrum præciſa rerum obliuio. Qui prolixam de memoria humana diſputationem requirit, conſulat Auguſt. libr. 10. confeſſ. à capite octauo vſque ad vigeſimum.*

2. Sed ſimul] *Duas has voces* Oculis auferretur, *quæ nihil ad rem faciebant, veteris cod. authoritate deleuimus, vt ſit apertior & planior lectio.*

C

## *QVONIAM IN CORPORIS COMMVnione non amittit ſuas * vires anima.*

(* virtutes)

CAPVT LXI.

[1] NON enim eſt fortius corpus quàm anima, quod quidem ab illa ſpiratur, & viuificatur, & augetur, & articulatur; ſed anima poſſidet & principatur corpori. Tantum autem impeditur à ſua velocitate, quantū corpus participat de eius motione, ſed non amittit ſuam ſcientiam. [2] Corpus enim organo ſimile eſt, anima autem artificis rationem obtinet. Quemadmodum itaq; artifex velociter quidem operationem ſecundùm ſe adinuenit, in organo autem tardius illam perficit, propter rei ſubiectæ immobilitatem, & illius mentis velocitas admixta tarditati organi temperatam perficit operationem: ſic & anima participans ſuo corpori, modicum quidem impeditur, admixta velocitate eius in corporis tarditate; non amittit autem in totum ſuas virtutes: ſed quaſi vitam participans corpori,] ipſa D viuere non ceſſat: ſic & de reliquis ei communicans, neque ſcientiam ipſorum perdit, neque memoriam inſpectorum.

ANNOTATIONES.

1. Non enim eſt fortius] *Probat ab effectis animæ, ipſam corpori dominari, habereque rationem artificis: ipſum autem organi. Hinc verò Cyrillus Ieroſolymitanus animam ſic deſcribit:* Cognoſce animam eſſe ſui iuris ſeu voluntatis liberæ, opus Dei pulcherrimum, ſecundùm factoris imaginem immortale. *Et facta corporis altera deſcriptione ſubijcit:* Cùm ergo non peccat per ſe corpus, ſed per illud anima peccat; inſtrumentum quoddam eſt animæ corpus, & tanquam veſtis & ſtola animæ, &c. *Catech. 4.*

2. Corpus enim] *Initium eſt cap. 65. in vet. cod. Locum verò hunc illuſtrat ſimilis Cypriani:* Epiſt. 10. Corpore ſic vtitur anima, ſicut faber malleo, vel incude, in qua format omnium turpitudinum idola, & fabricantur quælibet quarumcunq; voluptatum ſimulachra. *De hoc abundantius habes apud Auguſtinum 14. de Ciuit. cap. 3.*

# OSTENSIO QVOD VNVSQVISQVE *noſtrum ſuam habeat animam, ſicut & ſuum corpus.* A

## CAPVT LXII.

SI[1] itaque nullius præteritorum meminit, ſed exiſtentium ſcientiam hîc percipit; non igitur in alijs corporibus fuit aliquando, neque egit, quæ ne quidem agnoſcit; neque nouit, quæ quidem neque vidit: ſed quemadmodum vnuſquiſque noſtrum ſuum corpus per artem Dei ſumit, ſic & ſuam habet animam. Neque enim ſic pauper, neq; indigens Deus, vt non vnicuique corpori propriam donaret animam, quemadmodum & proprium characterem. Et ideo adimpleto numero, quem ipſe apud ſe antè definijt,] omnes quicunque ſunt deſcripti in vitam, reſurgent, ſua corpora & ſuas habentes animas, & ſuos ſpiritus, in quibus placuerunt Deo. B Qui autem pœna ſunt digni, abibunt in eam, & ipſi ſuas habentes animas, & ſua corpora, in quibus abſtiterunt à Dei bonitate: ceſſabunt vtrique iam generare, &
Matt.22.30. generari, & ducere vxorem, & nubere, vt commenſurata multitudo antè præfinita [à] Deo generis humani perfectorum compago ſiue aptatio conſeruet Patris.[2] Pleniſſimè autē Dominus docuit, non ſolùm perſeuerare, non de corpore in corpus transgredientes animas, ſed & characterem corporis, in quo etiam adaptantur, cuſtodire eundem: & meminiſſe eas operum quæ egerunt hîc, & à quibus ceſſauerunt, in [ea] * enarratione *relatione
Luc.16.20. quę ſcribitur de Diuite & de Lazaro eo, qui refrigerabatur in ſinu Abrahę: in qua ait, Diuitem cognoſcere Lazarum poſt mortem, & Abraham autem ſimiliter, & manere in ſuo ordine vnumquemq; ipſorum, & poſtulare mitti ei ad opem ferendam Lazarum, cui ne quidem de menſæ ſuæ micis communicabat: & de Abrahæ reſponſo, qui non tantùm ea quæ ſecundùm ſe, ſed & quæ ſecundùm Diuitem eſſent, ſciebat; & præcipiebat Moyſi aſſentire & Prophetis eos, qui non vellent peruenire in illum locum pœnæ, & recipientes præconium eius qui * reſurgeret à mortuis. * reſurrexit

C

### ANNOTATIONES.

1. **Si itaque**] *Cap.66. notat vet. cod. Transmigrationes porrò animarum rurſus euertit ex eo quod quemadmodum vnuſquiſquè proprio corpore donatus eſt, ſic & propria anima: ac in vtroque reſurgent omnes, vt recipiant prout geſſerunt ſiue bonum, ſiue malum.*

2. **Pleniſſimè autem**] *Caput ſexageſimum ſeptimum habet vet. cod. Quæ verò hîc, & proximè ſequenti cap. tradit, de charactere & figura animarum, quæ iam corpora poſuerunt, referenda ſunt ad inclinationem eam qua pronæ ſunt ad ea olim reſumenda: niſi id ſenſiſſe quis voluerit, quod poſtea Tertullianus apertius dixit: Animam ſcilicet non omnino materiæ & corporeæ compoſitionis expertem eſſe, ideoquè effigiem humanam, eius corporis quod vnaquæque circumtulit, ſeruare lineas corporales, coloremquè aërium & lucidum: libro de Anima, capite de effigie animæ. Quod autem ex narratione de Lazaro & Diuite, aſſerit ſpiritus hinc diſcedentes, eorum meminiſſe quæ hîc egerunt, & à quibus receſſerunt, conſtās eſt Patrum ſententia. Cyprianus tradit, magnum nos charorum numerum in cælis expectare, parentum, fratrum, filiorum, copioſam turbam nos deſiderare, de ſua incolumitate ſecuram, de noſtra adhuc ſollicitam.* Sermone de mort. *Auguſtinus viduam Italicam conſolaturus, in cælo coniugem ſuum notiſſimum ei fore audet polliceri.* Epiſt.6. *Hieronymus, hoc ſolatio aduerſus mortis duritiem, & crudeliſſimam neceſſitatem, nos erigi piè exiſtimat, quòd breui viſuri ſumus eos, quos dolemus abſentes, Epiſt. ad Theodoram.*

# QVOMODO PERSEVERANT ANIMÆ *corporis habentes * figuras.* D *figuram

## CAPVT LXIII.

PER[1] hæc enim manifeſtiſſimè declaratum eſt & perſeuerare animas, & non de corpore in corpus tranſire, & habere hominis figuram, vt etiam cognoſcantur, & meminerint eorum quæ ſint hîc, & propheticum quoque adeſſe Abrahæ, & dignam habitationem vnamquamque gentem percipere, etiam ante iudicium.

### ANNOTATIONES.

1. **Per hæc enim**] *Breuiſſimum hoc caput plurima obſeruatione digniſſima ex ſuperiori Lazari ac epulonis Euangelica relatione comprehendit. Primum, animas de corporum humanorum ergaſtulis emigrantes non euaneſcere:*



A *neſcere: ſed in altero ſæculo immortales perſeuerare, vt Abrahæ, Lazari, ac epulonis, qui iam hîc viuere deſierant, certiſſimis exemplis demonſtratur. Idem comprobat Iuſtinus martyr in Dial. ex anima Samuelis, quæ poſt ſuā è corpore migrationem, cum Saule rege collocuta eſt. His addere potuiſſent Moſis ac Heliæ ſpiritus in transfiguratione Domini; inſuper, Ieremiæ ac Oniæ animas à Iuda ſummo Iudæorum pontifice ac duce conſpectas: innumeraſq; Sanctis poſtea viris factas ſpirituum poſtquam hinc diſceſſerant, apparitiones ab Euſebio, Nyſſeno, Baſilio, Metaphraſte, Nicephoro, Theodoreto, Ambroſio, Oroſio, Hieronymo, Gregorio, Auguſtino, alijſq; ſummis viris relatas: quibus animarum noſtrarum immortalitas aduerſus veteres nouoſq; Sadducæos, Epicureos, & Satanicos animicidas conſtanter aſſeritur.*

B *Nouos appello Sadducæos plurimos Lutheranos, qui*
In cap.6 Eccleſiaſtes. *cùm in Lutheri commentarijs legāt,* Mortuos ſic dormire, vt nihil prorſus ſciant, nihil ſentiant; *vel*
In c.20. Luc. *Brentio illius cōmilitone teſte,* tam inter pocula, quā ſobrij in familiaribus colloquijs dicunt, Animam hominis ſimul cum corpore interire. *Nouos appello Epicureos magnam Caluinianorum turbam, quæ à Caluino et nouis ſuis miniſtris quotidie audiens,*
Lib.3. inſtit. beatos omnes ſpiritus eſſe mortuos, laruas, & vmbras, quibuſcum nobis nulla eſt cōmunio:
Lib. adu. Valent. Cent. *Palam exclamant, etiam referente Caluino,* Dicamus animam cum corpore extingui, & ſtatim ſublatum erit Purgatorium, cum Miſſa, & Romano Pontifice. *Nouos animicidas appello ex Lutheranis & Caluinianis tandem procreatos Anabaptiſtas, qui anno Domini 1568. theſes Cracouiæ impreſſas, per Poloniam vulgauerunt, quarum decima eſt.* Negamus aliquam animam poſt mortem manere: ſed illud dicimus excogitatum ab Antichriſto, ad ſtabiliendam ſuam culinam per fictum Purgatorium & C inuocationem Sanctorum. *Quorum quoq; vnus miniſter Domanovvski publica cum P. Societatis Polociæ habita diſputatione 1589. menſe Octobri, publicè aſſeruit,* Animam cum corpore interire *Alter Budnæus nomine, de hac re interrogatus quid ſentiret, reſpondit:* Rē eſſe dubiam, & ſub iudice adhuc litem pendere. *Hæc de Polonia ſua refert Andreas Iurgieuuicius, vir æquè diligens ac eruditus, in libello, cui nomen dedit, Bellum quinti Euangelij, cap.10. Hîc, hîc profectò iure omnium optimo exclamaret Polycarpus Irenæi noſtri præceptor:* O bone Deus, in quæ me tempora ſeruaſti, vt iſta patiar? *De his rurſum libr.5. cap.7. Sed ad notas meas redeo.*

*Secundum, quod notatu dignum exiſtimo eſt, Animas hinc recedentes, non de corpore in corpus tranſire, ſeu hominum, ſeu brutorum, vt cum Pythagoricis & Platonicis ſenſerunt Simoniani, Carpocratiani, & alij, de quibus hîc diſſeritur: & paulò ſuperius diximus.*

*Tertium, animas corporibus exutas hominum retinere figuram: hoc eſt (quantum piè iudico) inſtar hominum aliquando apparuiſſe; ſicq; deſcribi per Scripturas, vt in narratione Lazari ac Epulonis per antropopathiam cum oculis, lingua, & digitis figurantur, quamquam reipſa corporeis organis careant: tantumq; ſpiritalibus facultatibus ſuis ad videndum & audiendum, id eſt, intelligendum, vtantur.*

*Quartum, huiuſmodi animas in alio ſæculo ſe inuicem noſſe ac diſcernere, vt Epulonis anima eas nouit quæ fuerant Abrahæ & Lazari: & viciſſim ab Abrahami ſpiritu cognita fuit. De hoc diximus ad finem ſuperioris capitis.*

*Quintū, eaſdem meminiſſe, atq; ſic probè noſſe, quæ hîc geruntur: atq; hoc ſatis indicaſſe ſpiritum Abrahæ, referentem Epulonem in ſuperiori vita recepiſſe bona, Lazarum verò mala, id eſt, aduerſa: inſuper, diuitis fratres habere Moyſen & prophetas: eundem præterea Epulonem fratrum ſuorum memorem, & quodam vel commodi vel naturæ affectu pro eis intercedentem, ne ſecum venirent in locum tormentorum: inſuper, propheticum donum ineſſe Abrahæ, aſſerenti, nec pios ad damnatorū ſortem, nec reprobos in locum conſolationis vnquam venturos.*

*Poſtremum, animas etiam ante poſtremum diem, dignam operibus ſuis aut felicitatis aut miſeriæ ſempiternæ habitationem percipere, quando ſemel hinc diſceſſerint. Quæ omnia certè hominis Chriſtiani, præſertim Theologi conſideratione digna eſſe nemo negabit.*

# QVOMODO ANIMÆ CVM SINT GENE- *rabiles, in futurum incorruptibiles perſeuerant.*

## CAPVT LXIV.

D SI[1] qui autem hoc in loco dicant, non poſſe animas eas, quæ paulò ante eſſe cœperint, in multum temporis perſeuerare, ſed oportere eas aut innaſcibiles eſſe, vt ſint immortales: vel ſi generationis initium acceperint, cum ipſo corpore mori: diſcant quoniam ſine initio & ſine fine, verè & ſemper idem [&] eodem modo ſe habens,[2] ſolus eſt Deus, qui eſt omniū Dominus. Quæ autem ſunt ab illo omnia, quæcunque facta ſunt, & fiunt, initium quidem ſuum accipiunt generationis, & per hoc inferiora ſunt ab eo qui ea fecit, quoniam non ſunt ingenita: perſeuerant autem & extenduntur in longitudinem ſæculorum, ſecundùm voluntatem factoris Dei, ita vt ſic initio fierent: & poſtea vt ſint eis donat. Quemadmodum enim cælum quod eſt ſuper nos firmamentum, & Sol, & Luna, & reliquæ ſtellæ, &
*multo tēpore omnia ornamenta ipſorum, cùm ante non eſſent, facta ſunt, & * multa tempora perſeuerant, ſecundùm voluntatem Dei: ſic & de animabus, & de ſpiritibus, & omnino de omnibus his quæ facta ſunt cogitans quis, minimè peccabit,] quando omnia quæ facta ſunt initium quidem facturæ ſuæ habeant, perſeuerant autem quoadusque ea Deus & eſſe & perſeuerare voluerit. Teſtatur pro his ſententijs etiam propheticus ſpiritus, dicens, Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt, ſtatuit ea in ſęculū, Pſal.48.6.

*Pſal.20.4.* & in ſæculum]ſæculi. Et iterum de ſaluando homine, ſic ait Vitam petijt à te, & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſęculum ſęculi: tanquam Patre omnium donante, & in ſæculum ſæculi[3] perſeuerantiam his qui ſalui fiunt. Non enim ex nobis, neque ex noſtra natura vita eſt; ſed ſecundùm gratiam Dei datur. Et ideo qui ſeruauerit datum vitæ, & gratias egerit ei qui præſtitit, accipiet & in ſæculum ſæculi longitudinem dierum. Qui autem abiecerit eam, & ingratus extiterit factori, ob hoc quòd factus eſt, & non cognouerit eum qui præſtat; ipſe ſe priuat in ſæculum ſæculi perſeuerantia. Et ideo Dominus dicebat ingratis exiſtentibus in eum: Si in modico fideles non fuiſtis, quod magnum eſt quis dabit vobis? ſignificans nobis, quoniam qui in modica temporali vita ingrati extiterunt ei qui eam præſtitit, iuſtè non percipient ab eo in ſæculum ſæculi lõgitudinem dierum. Sicut autem corpus animale ipſum quidem non eſt anima, participatur autem anima, quoadusque Deus vult: ſic & anima ipſa quidem non eſt vita,[4] participatur]autem à Deo ſibi præſtitam vitam, vnde & propheticus ſermo: Protoplaſtos (ait) factus eſt in animam viuam: docens nos quoniam ſecundùm participationem vitę viuens facta eſt anima, ita vt ſeparatim quidem anima intelligatur, ſeparatim autem quæ erga eam eſt vita. Deo itaque & vitam, & perpetuam perſeuerantiam donante, [capiunt animæ,] primùm non exiſtentes, dehinc perſeuerare, cùm eas Deus & eſſe & ſubſiſtere voluerit. Principari enim debet in * omnibus, & dominari volũtas Dei; reliqua autem omnia huic cedere & ſubdita eſſe, & in ſeruitium dedita. Et de factura quidem & perſeuerantia animæ hucuſque dictum ſit.

Margin: A — *Immortalitas donum Dei eſt.* — *Luc.16.20.* — *Gen 2.7.* — B — *hominib.

ANNOTATIONES.

1. Si qui autem]*Caput 68. notat cod. ve. Nihil verò abſurdi habet, quod toto hoc capite contendit animam rationalem, beneficio Dei perdurare, vitamque ex ſeſe non habere: quandoquidem vt eius eſſentia, ſic & iugis immortalitas à diuina voluntate perpetuò dependet, quæ vt eam ex nihilo produxit, ſic & in nihil redigere valeret, ſi oporturnum videretur: Atque hoc ſenſu interpretãdas eſſe Tatiani, & Arnobij toto ſexto libro aduerſus Gentes, ſparſas eadem re ſententias, exiſtimo.* (*Orat. contra Gentes.*)

2. Solus eſt Deus] *His primùm docet, Deum eſſe prorſus immutabilem: deinde, hoc adeò illi proprium eſſe, vt nulli omnino rei creatæ conueniat: quod & Auguſtinus comprobat ex eo, quod de Deo ſcribat Apoſtolus:* Qui ſolus habet immortalitatem, *id eſt, immutabilitatem. Lib. 1. de Trinit. cap. 1. & li. 3. contra Maximinum cap. 12.* (*1. Tim. 6.*)

3. Perſeuerantiam] *Billius notat perſeuerantiam hìc accipi pro permanentia & perennitate: & non vt in illo Euangelij loco:* Qui perſeuerauerit vſque in finem, &c.

C

4. Participatur]*Expunximus* participauit: *deinde* capiunt animæ, *pro* capit & animas *repoſuimus aut. vet. cod.*

## *EVERSIO BASILIDIS CÆLORVM fabricationis.*

### CAPVT LXV.

B[1] Aſilides autem & ipſe ſuper hæc quæ dicta ſunt, cogetur dicere ſecundùm ſuam regulam, non ſolùm CCCLXV. ſecundùm ſucceſſionem alios ab alijs factos, ſed immenſam quandam & innumerabilem multitudinem cælorum ſemper factam, & fieri, & futurum vt fiant, & nunquam deficere huiuſmodi fabricam cælorum. Si enim ex defluxu prioris, ſecũdum factum [eſt] cælum ad illius ſpeciem, & ad [ſecundi] tertium; & ſimiliter omnes reliqui ſubſequentes: & de huius quod ſecundùm nos eſt, quod & nouiſſimum * vocant, neceſſe eſt ex defluxu aliud factum ſimile ſibi, & ex illo iterum [aliud:] & nunquam deficere, neque defluxus eorum qui iam facti ſunt, neque facturas* ſæculorum; ſed in immenſum, & non in pręfinitum numerum cælorum incidere.

Margin: D — *vocat. — * cælorum;

ANNOTATIONES.

1. Baſilides]*Caput 79. notat vet. cod. Quæ verò hìc refelluntur, deſcripſerat lib. 1. cap. 23. & lib. 2. cap. 21. Nimirum, ex defluxu primi cæli, naſci ſecundum: et ſecundi, tertium: & tertij, quartum: ſicq; conſequenter. Nam ita pergeretur in infinitum, quod manifeſtè abſurdum & inſanum eſt. Reſtituimus porrò ex vet. cod.* ſecundi, *pro,* ſecundum: *&* aliud, *pro,* illud. *De Baſilidis impietatibus lege Euſebium lib. 4. hiſt. cap. 7. Clementem Alex. libr. 3. & 4. ſtrom. Tertu. lib. Præſ. Iren. lib. 1. cap. 23. Ignatium epiſt. ad Trallianos.*

*OSTEN-*



A

## *OSTENSIO QVONIAM PROPHETÆ NON à varijs dijs fecerint prophetationes, ſed ab vno & eodem, & expoſitio Hebraicorum nominum eorum quæ in prophetis poſita ſunt.*

### CAPVT LXVI.

E[1] T reliqui aũt qui falſo nomine Gnoſtici dicũtur, qui Prophetas ex diuerſis dijs prophetias feciſſe dicunt, facilè deſtruentur ex hoc quòd omnes prophetæ vnum Deum & Dominum * prædicauerunt, & ipſum factorem cæli & terræ, & omnium quæ in eis ſunt, & quòd aduentum Filij eius ſignificauerint, ſecundùm quod ex ipſis[2] demonſtrabimus]Scripturis in libris conſequentibus.[3] Si autem quidam, ſecundùm Hebræam linguam diuersè dictiones poſitas in Scripturis opponant, quale eſt Sabaoth, & Eloæ, & Adonai, & alia quæcunque ſunt talia, ex his oſtendere laborantes diuerſas virtutes atque deos: diſcant quoniam vnius & ipſius ſignificationes & nuncupationes ſunt omnia huiuſmodi.[4] Quod enim dicitur Eloæ, ſecundùm Iudaicam vocem Deum ſignificat,[5] & Eloæ Verum,[6] & Ellocuth ſecundùm Hebraicam linguam, Hoc quod continet omnia, ſignificat.[7] Quod autem ait Adonai,] aliquando quidem nominabile & admirabile ſignificat,[8] aliquando autem duplicata litera delta cum aſpiratione, vtputa Addhonai, Præfinientem & ſeparantem terram ab aqua,[9] ne [poſſit aqua] inſurgere in eam. Similiter autem &[10] Sabaωth] per ω quidem [Græcam] in ſyllaba nouiſſima ſcribitur, Voluntarium ſignificat: per O autem Græcã,[11] vt puta] Sabaoth[12] primum cælum manifeſtat.[13] Eodem modo & [Iaωth] extenſa cũ aſpiratione nouiſſima ſyllaba, menſuram præfinitam manifeſtat; cùm autem per O Græcam corripitur, vtputa Iaoth, eum qui dat fugam malorum ſignificat; & cætera omnia vnius eiuſdemque nuncupationis ſunt: ſicut ſecundùm Latinitatem Dominus virtutum, & Pater omnium, & Deus omnipotens, & Altiſſimus, & Dominus cælorum, & Creator, & Fabricator, & ſimilia his, non alterius atque alterius [hæc] ſunt, ſed vnius eiuſdemque * nuncupationes & pronomina, per quæ vnus Deus & Pater oſtenditur, qui continet omnia, & omnibus vt ſint præſtans. Quoniam autem dictis noſtris conſonat prædicatio Apoſtolorum, & Domini magiſterium, & prophetarum annunciatio, & Apoſtolorum dictatio, & legiſlationis miniſtratio, vnum eundemque omnium Deum Patrem laudantium; & non alium atque alium, neque ex diuerſis dijs aut virtutibus ſubſtantiam habentem, ſed ex vno & eodem Patre, omnia qui tamen apta ſecundùm * ſubiacentiam, naturam & diſpoſitionem, & neque ab Angelis, neque ab alia quadam virtute, ſed à ſolo Deo Patre viſibilia atque inuiſibilia, & omnia omnino quęcunque facta ſunt, arbitror quidem ſufficienter * oſtenſa, & per hæc tanta vno oſtenſo Deo Patre factore omnium. Sed ne putemur fugere illam quæ ex Scripturis Dominicis eſt probationem, ipſis Scripturis multo manifeſtius & clarius hoc ipſum prædicantibus, his tamen qui non prauè intendunt eis, proprium librum qui ſequitur has ſcripturas reddentes, ex Scripturis diuinis probationes apponemus in medio omnibus amantibus veritatem.

Margin: *prædicauerint, — B — C — *nuncupationis — *ſubiacentium naturas, — *oſtenſum,

D

ANNOTATIONES.

1. Et reliqui]*Vet. cod. cap. 70. habet: Confutat verò quæ recenſuerat libro primo, capit. 22. 23. & 34. Oſtendit autem veteres Prophetas ab vno eodemque Deo afflatos & miſſos fuiſſe: nec propter varia illius nomina ſeu Hebraica ſeu Græca ſint, plures deos confingendos eſſe. Cæterùm, quia Nicetas Choniates hoc Irenæi caput breuioribus & apertioribus verbis expreſſit, ea ſubijcio.* Quoniam vecordes illi nominum Diuinorum interpretationem ignorantes, Adonai, Eloi & Sabbaoth diuerſos eſſe deos arbitrati ſunt, operępretium mihi facturus video, ſi rudibus & ignaris aperiam quid hoc nominum vnumquodque Gręcis & Latinis auribus ſonet. ELOTH itaq; θεὸν, Deum interpretãtur: ELOI aũt ὁ θεός μου, Deus meus: EL *quoque ſi tenui ſpiritu proferatur,* θεὸν, *Deũ: ſi aſpero* ἰσχυρὸν *fortẽ ſignificat:* ADONAI autem κύριον, Dominum. Cęterùm, Dominum Sabbaoth, idem ſonat quod κύριος δυνάμεων, Dominus virtutum: vel κύριος στρατιῶν, Dominus exercituum. Saddai porrò ἱκανὸν καὶ δυνατόν, idoneum & potentem. AIA verò τὸν ὄντα, eum, qui eſt ſignificat: quod nomen ineffabile quoque ab Hebræis cenſebatur. (*Lib. 2. orthodoxiæ, c. 29.*)

2. Demonſtrabimus] *Deleuimus,* demonſtrauimus *aut. vet. cod.*

3. Si autem quidam]*Caput 71. Et vltimum ſignat ve. cod. Vaticanus cod. paulò poſt legit,* diuerſæ dictionis poſitas.

4. Quod

4. Quod enim dicitur Eloæ ſecundùm Iudaicam vocem] *Iudaicam vocem hîc mihi accipere videtur Irenæus, pro germana illa et incorruptâ lingua, qua vetus teſtamentum ſcriptum fuit; quandoquidem ita vocatur Iſaiæ 36. 4. Reg. 18. & Nehemiæ 13. eandem paulò ſupra, & non ita multum poſt Hebraicam linguam nominat, quando de Eloæ loquitur. Cæterùm* אלוה *Eloah, ſiue Chaldaicè* אלהא *Elaha, inter decem Dei nomina, tertium ordine collocat D. Hieronymus, Deumq́ue ſignificat, & per metatheſim literarum in Cabala idem eſt quod* אהל *Ohel, id eſt Tabernaculum: dicuntq́; ſecretiores nomen Eloha eodem modo ſe habere ad nomen tetragrammaton* יהוה *quod eſt nomen eſſentiæ, ſicut ſe habet Luna ad Solem.*

5. Et Eloæ Verum] אלהין *Elohæ idem quod Eloha. fieri autem potuit, vt nomen* Elohæ, *pro* Vero *ſumpſerit, quòd Deus ſit verax, & tam ſeuerus veritatis vindex, vt Veritas frequenter in ſacris nominetur. Aut certè ad vocem affirmantem* אולם *quæ profectò, omnino, ſignificat, alludere voluit.*

6. Et Elloeuth] אלהות *Elohut, ſiue* אלהות *Elahut, Rabbinis & Chaldæis commune eſt, & ſignificat propriè numen, ſeu diuinitatem. Vt autem habeat ſignificationem, quæ hic deſignatur, fortaſſe deſumetur ex Arabico articulo Al, id eſt* ὁ, *& pronomine Lach, id eſt ei: quaſi ſit, ille cuius, ſubaudi, ſunt omnia.*

7. Quod autem ait Adonai] אדוני *Adonai cui ſeptimum locum inter diuina nomina tribuit D. Hieronymus, ſignificat Dominos meos: à ſingulari* אדון *Adon, id eſt, dominus, herus. Aſſerit autem illud ſignificare Nominabile, fortaßis quòd ab Hebræis ſubſtituatur loco nominis Iehoua, quod non ſolent nominare: & Mirabile, quia angelus diuinam maieſtatem referens dixerit:* Cur quæris nomen meum quod eſt mirabile? *Iudicum 13.*

8. Aliquando autem duplicata litera delta] *Addhonai, quo Præfinientem ſignificari dicit, forſan à* דון *Ddon, quod eſt iudicare, & lites iudicio dirimere; & nomine Dei componit: quòd ipſe cunctis elementis & ſpeciebus rerum creatarum locum, ordinemq́ue præfinierit, conſtituerit & decreuerit.*

9. Ne poſſit aqua inſurgere in eam] *Ita hunc locum emendauimus, id ſenſu poſtulante: expunximus autem,* nec poſteà quàm, *quod erat in omnibus tam impreßis quàm manuſcriptis, etiam Vaticanis codicibus. Sic & ſuperiori linea pro* Perfinientem, Præfinientem *repoſuimus.*

10. Sabaωth per ω] *Hoc quartum inter nomina Dei Hieronymus enumerat: intelligit autem Irenæus Vauchalem, per ω, quòd pronunciatio ſimilis ſit vtriuſq́;. Notum eſt verò, vel mediocriter in lingua ſancta verſatis, nomen* צבאות *Tshebaoth plurale eſſe, à ſingulari* צבא *quod exercitum, virtutem, militiam, cuneum militum ſignificat. Deduxit autem Irenæus à radice* צבה *quæ maximè Syriacè, ſignificat velle, deſiderare; vnde verbale Hebraicū* צבי *deſideriū, voluntas: quin & lingua Chaldaica, ſiue Syra* Zeua. *&* Zouè *ſignificant bene placere, & gratum eſſe.*

11. Vt puta] *Expunximus* vt à, *authoritate veter. codicis.*

12. Primum cælum manifeſtat] *Quia inſignis ille & concinnus ordo planetarum, ſtellarum, & cæleſtiū orbiū per ordines ſuos diſpoſitus, ſoliſq́; inſtar Regis ſplēdore illuſtratus, exercitus & militia dicitur in ſacris literis, Deut. 17. 4. Reg. 17. Nehemiæ 9. Iſa. 24. & 34. Hier. 19. Sopho. 1. ideo firmamentum, in quo præclarum illum ordinem maximè conſpicimus, Sabaoth, id eſt exercitum vocare potuit. Nam Hebræi exercitus appellant ſtellas fixas; vnde Dominum exercituum exponunt vno ſenſu, Dominum ſtellarum.*

13. Eodem modo & Iaωth] *Vaticanus cod.* Iacob. *Cæterùm, Iaoth licet habeat terminationem Hebraicam pluralis numeri, venit nihilominus à radice Babylonica* יאי *Iaé, quæ pulchrum, ſpecioſum, & elegantem ſignificat: & imperſonaliter* יאות *Iecth, conuenit, congruit, decet.* יאות *Iauth autem eſt pulcritudo, elegantia, decor; et aliquando aduerbialiter ponitur pro cōgruè, decenter, ornatè & bene. Vt autem iuxta Irenæum ſignificet:* Fugam malorum, *oportet deduci à* יעה *id eſt, mundare & purgare; à quo* יעים *quod Hebræi pro ſcopis exponunt. Hoc autem eſt mala & noxia tollere, ac ſordes procul ablegare. Hæc peritißimis viris communicaui, quibus ſi meliora adferantur, mihi ac ſtudioſis bene conſultum fuerit. Interim ſatis erit id obſeruare, quod vt diximus, admodum euincere nititur Irenæus, diuerſitatem nominum ſiue Hebræorum, ſiue Græcorum, ſiue Latinorū, quibus Deum nuncupamus, eius perfectiones, proprietates, & innumera circa nos beneficia; at nunquam plures Deos, deſignare. Hieronymus epiſt. ad Marcellam, decem nomina diuina explicat, ſed plures deos pernegat. Dionyſius Areopag. triginta duabus nomenclaturis Deo conuenientibus enumeratis, infert, & nominis priuationem, & omnia ſubſiſtentium nomina Deo vnico congruere. Auguſtinus poſtquam octoginta epithetis Deum interpellauit capit. 29. libr. Meditationum, ſubijcit:* Si totum mundum libri repleant, tua ſcientia inenarrabilis explicari non poteſt; quoniam verè indicibilis es, &c.

*Cap. 2. de diuin. nom.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

CAPI-



# CAPITA LIBRI TERTII.


A 1 A Quibus, & quemadmodum Euangelium acceperit Eccleſia.
2 Oſtenſio quòd neque Scripturis, nec Traditioni obſequantur hæretici.
3 De Apoſtolorum Traditione, vel ab Apoſtolis in Eccleſiis Epiſcoporum ſucceßio.
4 Teſtificationes eorum qui Apoſtolos viderunt de prædicatione veritatis.
5 Oſtenſio quod & Dominus & Apoſtoli in veritate ediderint doctrinam, & non ſecundùm audientium opinionem.
6 Oſtenſio quod in Scripturis nemo alius Deus nominatur, nec Dominus nuncupatur niſi ſolus verus Deus Pater omniū & Verbum eius.
7 Quid ſit quod à Paulo dicitur, in aliquibus Deus mundi huius excæcauit mentes [infidelium]
8 Quid eſt mammona.
9 Quam habuerunt de Deo *ſcientiam Apoſtoli, qui nobis Euangelium tradiderunt. (*ſententiā)
10 Quæ ſunt quæ à Magis Domino noſtro oblata ſunt munera.
11 Oſtēſio quòd neq; plura, nec minus quàm quatuor poßunt eſſe Euangelia.
12 Quæ ſit reliquorum Apoſtolorum doctrina.
13 Aduerſus eos qui dicūt tantùm Paulū ex Apoſtolis cognouiſſe veritatem.
14 De ſequutore Apoſtolorū Luca, [&] quæ ſunt, quæ in Euangelio per ſolum Lucam cognouimus.
15 Aduerſus eos qui fruſtrantur Paulum Apoſtolum.
16 Quæ ſit Apoſtolorum ſententia de Domino noſtro Ieſu Chriſto.
17 Oſtenſio quòd vnus & idē ipſe Ieſus Chriſtus, Verbum ſit Dei.
18 Aduerſus eos qui dicunt illum putatiuè apparuiſſe.
19 De eo qui deſcendit in idipſum Spiritus.
20 Quæ cauſa fuit vt Verbū Dei caro fieret.
21 Aduerſus eos qui dicunt eum de Ioſeph generatum.
22 Quid ſit quare magnanimus Deus fuerit in [inobaudiētia] hominis.
23 Oſtenſio quoniā pro eo qui ſaluatur in homine factū eſt, vt proijceretur in hūc mundū de paradiſo.
24 Oſtenſio quoniā Verbum Dei homo factus eſt.
25 Quid eſt quod dictum eſt [ad] Dauid, De fructu ventris [tui] ponam ſuper ſedem tuam.
26 Quemadmodum interpretatæ ſūt Scripturæ in Græcū, & quādo.
27 Oſtenſio, Quoniā ecce virgo in vtero habebit, & non [in] vulua, quemadmodum quidam ſcribunt.
28 Quid eſt illud apud Danielem, Lapis ſine manibus exciſus, impleuit omnem terram.
29 Quare virga Moyſi proiecta coluber facta eſt.
30 Oſtenſio quòd ſi Ioſeph filius fuiſſet Dominus, non rex eſſe potuiſſet.
31 Oſtenſio quoniā per quæ proiectus eſt

ctus eſt homo de paradiſo, per hæc iterum intrat in paradiſum.
32 Aduerſus eos qui dicũt nihil de Maria ſumpſiſſe Dominum in [generatione.]
33 Quare Lucas à Domino inchoans genealogiam, in Adam retulit, & quot ab Adam vſque ad Deũ ſunt generationes.
34 Oſtẽſio quoniam Adam prior ſaluatur à Domino.
35 Quare de paradiſo Adam proiecit Deus.
36 De Cain qui fratrem ſuum occidit.
37 Quare folia fici circuncinxit ſe Adam.
38 Quid eſt quòd à Propheta dictum eſt, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, &c.
39 Aduerſus Tatiani doctrinam.
40 Aduerſus eos qui ex quacunque cauſa ſchiſmata faciunt.
41 Oſtenſio quòd ſecundùm prouidentiã Patris regatur hic mundus.
42 Quoniam neque iuſtitia ſine bonitate conſtare poßit, neque bonitas ſine iuſtitia.
43 Quoniam ſapiens, idem iudex.
44 Oſtenſio quod verbum Dei iuſtum & bonum ſit.
45 Quemadmodũ religioſior Plato quàm hæretici oſtendatur.
46 Quemadmodum ſecundùm ſuam regulã, qui à Valentino ſunt, extra veritatem oſtenduntur.

# PRÆFATIO IN TERTIVM LIBRVM D. IRENAEI EPISCOPI LVGDVNENſis, & Martyris aduerſus Hæreſes.

περιοχὴ præcedentiũ librorum, & huius tertij.

TV quidem Dilectiſſime, præceperas nobis, vt eas, quæ à Valentino ſunt ſentẽtias abſconditas, vt ipſi putant, in manifeſtum proderem; & oſtenderem varietatem ipſorum, & ſermonem deſtruentẽ eos inferrem: aggreſſi ſumus autem nos arguentes eos à Simone patre omnium hæreticorum, & doctrinas, & ſucceſſiones manifeſtare, & omnibus eis contradicere: propter quod cùm ſit vnius operis traductio eorum & deſtructio in multis, miſimus tibi Libros, ex quibus primus quidem omniũ illorum ſententias continet, & cõſuetudines, & characteres oſtendit conuerſationis eorũ. In ſecundo verò deſtructa & euerſa ſunt quæ ab ipſis malè docẽtur, & nudata, & oſtẽſa ſunt talia qualia & ſunt. In hoc autẽ tertio ex Scripturis inferemus oſtenſiones, vt nihil tibi ex his quæ præceperas, deſit à nobis: ſed &, præterquã opinabaris, ad arguendum & euertendũ eos qui quolibet modo malè docent, occaſiones à nobis accipias. Quæ enim eſt in Deo charitas, diues & ſine inuidia exiſtẽs, plura donat quàm poſtulet quis ab ea. Memento igitur eorum quæ diximus in prioribus duobus libris, & hæc illis adiungens, pleniſſimam habebis à nobis aduerſus omnes hæreticos contradictionem, & fiducialiter ac inſtantiſſimè reſiſtes eis,[1] pro ſola vera ac viuifica fide, quam ab Apoſtolis Eccleſia percepit, & diſtribuit filijs ſuis. Etenim Dominus omnium dedit Apoſtolis ſuis poteſtatem Euangelij, per quos & veritatem, hoc eſt, Dei
Luc.10.16. Filij doctrinam cognouimus, quibus & dixit Dominus, Qui vos audit, me audit: & qui vos contemnit, me contemnit, & eum qui me miſit.

## ANNOTATIONES.

1. Pro ſola vera] *Hæc verba impiè torquet quidam Hermãnus Hamelmannus lib. quem inſcripſit:* De vnanimi conſenſu patrum de ſola fide iuſtificante; *vt & alia verba quæ habentur infra lib.3.cap.22. & li.4. cap.13. quibus contendit Irenæum iis ſuffragari, qui nuda ſoláque fide, operibus omnibus ſecluſis, iuſtos coram Deo homines conſtituunt: non aduertens impoſtor, quàm grauiter hoc Simonis magi commentum beatus hic Martyr redarguat lib.1. quámque frequenter doceat piorum operum neceßitatem lib.2.cap.50. lib.4.cap.27.32. & 49. ipſiſque ingentem apud Deum mercedem eſſe repoſitam lib.2.cap.56. lib.4.cap.28. & 34. Quis namque non videt Irenæum hoc loco, non de iuſtificatione loqui, ſed tantum hominem hortari, ne hæreticorum vnquam cedat conatibus, imò verò conſtanter eis reluctetur? Hoc annotandum fuit, vt ſanctum martyrem hac iniuria liberaremus, & impiorum ſycophantias pro viribus aperiremus.*

A QVIBVS



# A QVIBVS ET QVEMADMODVM Euangelium acceperit Eccleſia.

## CAPVT I.

NON[1] enim per alios diſpoſitionem ſalutis noſtræ cognouimus, quàm per eos per quos Euangelium peruenit ad nos, quod quidem tunc præconiauerunt, poſtea verò per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt, fundamẽtum & columnam fidei noſtræ futurum. Nec enim fas eſt dicere, quoniam antè prædicauerũt, quàm perfectam haberent agnitionem, ſicut quidam audent dicere,[2] glorian-
tes emendatores ſe eſſe Apoſtolorum. Poſtea enim quàm ſurrexit Ioan.14.17.
Dominus noſter à mortuis,[3] & induti ſunt ſuperuenientis Spiritus ſancti] virtutem ex Actor. 1.8.
alto, de omnibus adimpleti ſunt, & habuerunt perfectam agnitionem, exierunt in fi- Luc.24.47.
nes terræ, ea quæ à Deo nobis bona ſunt euangelizantes, & cæleſtem pacem hominibus Pſalm.18.5.
annunciantes, qui quidem & omnes pariter & ſinguli eorum habentes Euangelium Rom.10.18.
Dei.[4] Ita Matthæus in Hebræis ipſorum lingua Scripturam edidit Euangelij, cùm Petrus & Paulus Romæ euangelizarent, & fundarent Eccleſiam.[5] Poſt verò horũ exceſſum, Marcus diſcipulus & interpres Petri, & ipſe quæ [à Petro] annunciata erant[6] per ſcripta] nobis tradidit.[7] Et Lucas autem ſectator Pauli, quod ab illo prædicabatur E-
uangelium, in libro condidit.][8] Poſtea & Ioannes diſcipulus Domini, qui & ſupra pe- 2 Cor.8.9. Ioan.13.23.
ctus eius recumbebat, & ipſe edidit euangelium Epheſi Aſiæ commorans.

*Euſebius libr.5. Hiſtor. cap.8: hæc citat.*

Ὁ μὲν δὴ ματθαῖος ἐν τοῖς ἑβραίοις τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν, καὶ γραφὴν ἐξήνεγκεν εὐαγγελίου, τοῦ πέτρου καὶ τοῦ παύλου ἐν ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων καὶ θεμελιούντων τὴν ἐκκλησίαν. μετὰ δὲ τὴν τούτων ἔξοδον, μάρκος ὁ μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς πέτρου, καὶ αὐτὸς τὰ ὑπὸ πέτρου κηρυσσόμενα ἐγγράφως ἡμῖν παραδέδωκε. καὶ λουκᾶς δὲ ὁ ἀκόλουθος παύλου, τὸ ὑπ' ἐκείνου κηρυσσόμενον εὐαγγέλιον ἐν βιβλίῳ κατέθετο· ἔπειτα ἰωάννης ὁ μαθητὴς τοῦ κυρίου, ὁ καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ ἀναπεσών, καὶ αὐτὸς ἐξέδωκε τὸ εὐαγγέλιον, ἐν ἐφέσῳ τῆς ἀσίας διατρίβων.

*Interprete Ioanne Chriſtophorſono.*

Matthæus dũ Petrus & Paulus Romæ Dei verbum prædicabant, & Eccleſiæ iaciebant fundamenta, Euangelium inter Hebræos proprio illorum ſermone edidit. Quo quidem edito, Marcus diſcipulus & interpres Petri ea quæ ab ipſo prædicata acceperat, ſcriptis mandauit. Lucas Pauli comes, Euangelium ab eo prædicatum, in librum congeſſit. Deinde, Ioãnes diſcipulus Domini, qui ſupra pectus eius recubuerat, dum Epheſi in Aſia verſabatur, Euangelium in lucem extulit.

Et omnes iſti vnum Deum factorem cæli & terræ à Lege & Prophetis annunciatũ, & vnum Chriſtum filium Dei tradiderunt nobis: quibus ſiquis nõ aſſentit, ſpernit quidem participes Domini, ſpernit autem & ipſum Chriſtum Dominum, ſpernit verò & Patrem, & eſt à ſemetipſo dãnatus, reſiſtens & repugnans ſaluti ſuæ: quod faciunt omnes hæretici. Luc.10.16. & 17. Tit.3.11.

## ANNOTATIONES.

1. Non enim per alios] *Docet Apoſtolos ſanctißimi Euangelij primos buccinatores, non niſi Spiritus ſancti virtutibus ac donis inſtructos illud conſtanter prædicaſſe; deinde ad futuram poſterorum memoriam illud ipſum ſcriptis mandaſſe: ac proinde non niſi impiè ab hæreticis illos aut ignorantiæ accuſari, aut Scripturas reijci. Præterea, illum Deum vnicum cæli ac terræ conditorem ab his toto orbe annuntiatum fuiſſe, qui à Lege & prophetis fuerat prædicatus.*

2. Gloriãtes emendatores ſe eſſe Apoſtolorum] *Marcionem & eius ſectatores perſtringit, quos lib.1.cap.29. recitauit Euangelium ſecundum Lucam circuncidiſſe, & omnia quæ de generatione Dominica conſcripta fuerant abſtuliſſe, ſemetipſos veraciores dicentes ijs, qui Euangelium nobis tradiderant. Eoſdem de Euangelij contextu eraſiſſe ſententiam, qua Deus dicitur pluere ſuper iuſtos & iniuſtos, author eſt Tertullianus, qui & multo plures mutilationes ſcriptis Apoſtolorum illatas ab eiſdem, toto lib.5. contra Marcionem deſcribit: ſed copioſiore manu Epiphanius contra hæreſ.42.* Lib 2. contr. Mar.

3. Et induti ſunt ſuperuenientis Spiritus ſancti] *Sic pro,* ſuperueniente Spiritu ſancto, *cũ ex vet. noſtro co. tum maximè ex textu libri Actorũ,* Accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos, *legendum proponimus.* Actor.1.8.

4. Ita Matthæus] *Idipſum ante Irenæum ſcripſerat quoque Papias, apud Euſebium lib. 3. Hiſtoriæ, cap.33. & Pantenum in India illud literis Hebraicis ſcriptum reperiſſe, opera Bartholomæi illic relictum, & illud ipſum cuſtoditum conſtare; idem Euſebius affirmat lib. 5. capite 10. Quod & in Cypro, in tumulo Barnabæ, & ipſius manu exaratum poſtmodum repertum fuiſſe Theodorus lector aſſerit. Idem quoque Hebraicum manſiſſe ſuo tempore in bibliotheca Cæſarienſi, quam Pamphylus martyr* Li.2. collect.

V conſe-

*confecerat, author eſt Hieronymus; qui & deſcribendi ſibi factam poteſtatem à Nazaræis Berrhoenſibus, qui eo vtebantur, literis tradidit. Prodijt hoc noſtro ſæculo opera Sebaſtiani Munſteri, quoddam Euangelium Hebraicum nomine Matthæi, cui quantum deferendum ſit, pronunciet Eccleſia.*

*Cæterùm, in his videmus huius antiquiſsimi Martyris, imò totius Eccleſiæ ſententiam, quatuor duntaxat Euangelia etiam ab initio probata & recepta fuiſſe, vt & infra ca. 11. huius libri copioſius docebit. Igitur reliqua pſeudoeuangelia, veluti Petri, Thomæ, Matthiæ, Bartholomæi, ac duodecim Apoſtolorum nominibus inſcripta; deinde Hebræorum, Nazaræorum, Ebionitarum, Encratitarum, Aegyptiorum, & quorumcunque aliorum titulis circunlata & venditata, iure optimo reprobantur. Signat porrò Theophylactus tempus quo quiſq; quatuor Euangeliſtarum ſcripſerit, nimirum, Matthæum poſt octo annos aſſumpti in cælos Chriſti: Marcum poſt decem annos, id eſt, biennio poſt Matthæum: Lucam poſt quindecim annos: denique Ioannem poſt triginta duos annos.*

Præfat. in Matth.

5. Poſt verò horum exceſſum] *Huic lectioni cõſentiunt omnes codices: Ruffinus quoq; ſic Latinè loquentem Euſebium fecit:* Poſt quorum exitum, *&c. quibus ſubindicaret Irenæus, Marcum non niſi vel martyrio ſublatis, vel alio Euangelij cauſa peregrinantibus ſanctis Apoſtolis Petro et Paulo, manum calamo admouiſſe: quod certè apertè pugnat cum ijs, quæ ex Papia, & ſexto ὑποτυπώσεων Clementis recitat Euſebius, nempe Beatum Petrum Spiritu ſancto reuelante, vt intellexit Opus editum à Marco, authoritate ſua ratum feciſſe, quò in Eccleſijs paſsim prælegeretur; quibus clarum efficitur Petro adhuc ſuperſtite, Marcum Euangelium conſcripſiſſe. Accedit quod hunc Irenæi locum tranſcribens Euſebius lib. quinto, capite octauo: nihil meminit exitus Apoſtolorum. Hæc potius indicare, quàm quicquam immutare viſum eſt.*

A

6. Per ſcripta] *Aut. vet. cod. probante id quoq; Euſebio, expunximus* præſcripta.

7. Et Lucas] *Sententiam hanc, qua tredecim dictionibus abſoluitur, ex vet. cod. adiecimus; quam etiam agnoſcit Euſebius libr. 3. hiſt. cap. 8.*

8. Poſtea & Ioannes] *Euſebius lib. 5. cap. 8.* Deinde Ioannes diſcipulus Domini, qui ſupra pectus eius recubuerat, dum Epheſi in Aſia verſabatur, Euangelium in lucem extulit. *Id feciſſe rogatum ab Epiſcopis Aſiæ tradit Hieronymus, aduerſus Ebionis, Cerinthi, & Gnoſticorũ exorientes blaſphemias; quod & Irenæus indicat cap. 11. huius lib.*

B

## *QVOD NEQVE SCRIPTVRIS, NEQVE Traditionibus obſequantur hæretici.*

### CAPVT II.

C

C[1]Vm enim ex Scripturis arguuntur, in accuſationem conuertuntur ipſarum Scripturarum, quaſi non rectè habeant, neque ſint ex authoritate, & quia variè * ſint dictæ, & quia non poſſit ex his inueniri veritas ab his, qui neſciant Traditionem.[2] Non enim per literas traditam] illam, ſed per viuam vocem: ob quam cauſam & Paulum dixiſſe, [3] Sapientiam autem loquimur inter perfectos: Sapientiam autem non mundi huius. Et hanc ſapientiam vnuſquiſque eorum eſſe dicit, quam à ſemetipſo * adinuenit, fictionem videlicet, vt dignè ſecundum eos ſit veritas, aliquando quidem in Valentino, aliquando autem in Marcione, aliquando in Cerintho, deinde in Baſilide: [4] fuit autem [&] in illo qui contra diſputat, qui nihil ſalutare loqui potuit. Vnuſquiſque [enim] ipſorum omni modo peruerſus ſemetipſum regulam veritatis deprauans, prædicare non confunditur.[5] Cùm autem ad eam iterum Traditionem, quæ eſt ab Apoſtolis, quæ per ſucceſſiones Presbyterorum in Eccleſijs cuſtoditur, prouocamus eos:[6] aduerſantur Traditioni, dicentes] ſe non ſolùm Presbyteris, ſed etiam Apoſtolis exiſtentes ſapientiores, ſynceram inueniſſe veritatem: Apoſtolos autem admiſcuiſſe ea, quæ ſunt legalia Saluatoris verbis: & non ſolùm Apoſtolos,[7] ſed [etiam] ipſum Dominum modò quidem à Demiurgo, modò autem à medietate, interdum autem à ſummitate feciſſe ſermones: ſe verò indubitatè, & incontaminatè, & ſyncerè abſconditum ſcire myſterium: quod quidem impudentiſſimè eſt blaſphemare ſuum factorem. Euenit itaque neque Scripturis iam neque Traditioni conſentire eos. Aduerſus tales certamen nobis eſt, ô dilectiſſime, more ſerpentum lubrici vndique [8] effugere] conantes. Quapropter vndique reſiſtendum eſt illis, ſi quos ex his retuſione confundentes, ad conuerſionem veritatis adducere poſſimus. Etenim ſi non facilè eſt ab errore apprehenſam reſipiſcere animã; ſed non omnimodo impoſſibile eſt errorem effugere appoſita veritate.

* ſunt

1. Cor. 2. 5. & 6.

* adinuenerit,

D

Hebr. 6. 4. &c.

### ANNOTATIONES.

1. Cùm enim ex Scripturis arguuntur] *Valentinianorum & conſimilium priorum Gnoſticorũ, quos his libris impugnabat, incredibilem malitiam & peruicaciam exponit. Enimuerò apertis certiſque tam Prophetarum quàm Apoſtolorum ſcriptis conuicti, ea velut apocrypha, vel deprauata, vel ſuſpectæ fidei præfractè*



*fractè reijciebant, vt ſuperius de Ebionitis, Cerinthianis, Carpocratianis, Marcionitis, alijsq; ſcriptum eſt. Cùm verò Traditionibus Apoſtolorum premerẽtur, incredibili temeritate ac impudentia cunctis Apoſtolis & Patribus ſapientiores ſe eſſe autumabant. Ecquis non videt huius ſæculi Gnoſticos iiſdem cum illis greſsibus incedere? Quanto cum ſupercilio Traditiones Apoſtolicas à ſanctis Patribus ad nos vſq; acceptas & ſeruatas cauillentur & exſibilent, nemo neſcit, & de his in cap. tertium dicemus: nunc de ſacrilego diuinarum Scripturarum contemptu, quædã adijciamus.*

A

*Pari omnes impietate Lutherani & Caluiniani ex Diuinorum Librorum catalogo, velut apocryphos ac nullius fidei exſibilant Libros Tobiæ, Iudith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Baruch, & vtrumq; Machabæorum. Non exigua fragmenta, nec pauca capita ex libro Eſther et Danielis reſciſſa auulſaq; reijciunt. Quos etiam canonicos ſeſe admittere fingunt, ſannis & lædorijs deformatos ſectatoribus ſuis exſibilandos relinquunt. Lutheri namq; iudicio, vt de eo refert Ioannes Aurifaber commenſalis, in Colloquijs eius,* Apoſtoli Abrahami fidem non ita prædicarunt, & ſuis coloribus depinxerunt vt merebatur: & Moyſes nimis ſimpliciter eius meminit. *En paucis tam Moſis ſummi prophetarum, quàm omnium Apoſtolorum ſcripta in falſi ſuſpicionem adducta. Scribit de eodem Rebenſtock alter eius conuiua, quod aliquoties diceret:* Eccleſiaſtes liber non eſt plenus, multa habet abrepta, neque ocreis neque calcaribus indutus eſt: hoc eſt, nullam habet perfectam ſententiam. Equitat in arũdine longa, ſicuti & ego dum erã in monaſterio. *Et ſecundum conſpiciens Machabæorum libr. aiebat:* Ego hunc librum, & librum Eſther odio proſequor, mallem eos non extare: multum enim imitantur Iudæos ac Ethnicos. *Et libr. Paralippomenωn ſuſpectos ac dubios relinquens dicebat:* Libris Regum plus credendũ eſt, quàm Paralippomenωn. *Paulinæ quoq; fidei detrahens, Iuſto Ionæ dicenti ſe non credere his illius verbis,* Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ &c. *reſpondebat:* Neque Paulum id firmiter crediſſe. *Et ſuũ in illum vetus odium aperiens, inquiebat:* Ego ſummo odio Paulum proſequebar, cùm legebam Rom. 1, Reuelatur in Euangelio iuſtitia Dei, &c. *Iobi hiſtoriam reputat* Fabulæ argumentum, quo moneamur de patientia. *Nec ſacris Euangelijs pepercit, ſcribens*, Ioannis Euangelium eſſe vnicum pulchrum, verum, ac principale Euangelium: *quaſi verò reliqua tria nec Euangelia, nec pulchra, nec vera eſſent.* Epiſtolam ad Hebræos, neq; Pauli eſſe, nec vllius Apoſtoli, *idem ille contendit. Epiſtola D. Iacobi eidem eſt,* planè ſtraminea, & Apoſtolico indigna ſpiritu. *Epiſtola Iudæ,* non eſt Apoſtoli, ſicq; contemnenda. De ſecunda Petri, & duabus Ioannis poſterioribus non eſt anxiè curandum. Apocalypſim denique neque pro prophetico, neque pro Apoſtolico libro admittit.

B

To. 2. Collo. pag. 100. 101. 102.

C

Tom. 1. Colloq. pag. 34.

Tom. 2. Colloq. pag. 119.

Præfa. in nouum teſtam.

Præfat. in illas.

D

*Et hactenus de Lutheranicis ſacrarum Scripturarum accuſationibus & reprehenſionibus: quibus manifeſtum euadit, hos eodem ſpiritu afflatos eſſe, quo veteres Gnoſtici fuerunt, vt teſtatur hoc loco Irenæus. Quid Caluiniani tam aduerſus Euangeliſtas & Apoſtolos, quàm ſacra eorum ſcripta moliantur, diximus ad finem Comm. in epiſt. ad Philemonem, & Dialogo ſeptimo.*

2. Non enim per literas traditam] *Quinq; has voces deſiderat vet. cod. & vnico contextu legit:* Ab ijs, qui neſciant traditionem illam, ſed per viuam vocem, *&c.*

3. Sapientiam autem loquimur] *Auguſtin. ſcribit etiam Manichæos hoc teſtimonio fuiſſe abuſos, vt ſuaderent Apoſtolum plurima his quibus cum differebat verbis aliter tradidiſſe, quàm ſcriberet in Epiſtolis.* Sed abſit vt tãtus Chriſti Apoſtolus, vas à Deo electum, Spiritus ſancti organum, alius docendo, alius ſcribendo; alius clam, alius palam fuerit. Factus eſt quidem omnibus omnia, non fallentis aſtu, ſed compatientis affectu: diuerſis animarũ morbis, diuerſis miſericordiarum affectibus ſubueniens: Dans ſcilicet paruulis parua, non falſa: perfectis verò grandiora myſteria, cuncta autem vera, conſona, & diuina.

Lib. 2. cont. adu. legis & proph. cap. 2.

4. Fuit autẽ & in illo] *Marcionem denotat, quem lib. 1. cap. 20. nominauit* os diaboli.

5. Cùm autem ad eam traditionem] *Hìc primùm obſerua, quid propriè ſit & dicatur Traditio Apoſtolica, nimirũ, doctrina ſeu ad fidem, ſeu ad ritus ſacros, ſiue ad bonos mores pertinens, quæ non expreſsis Scripturis veteris aut noui Teſtamenti, ſed viua voce aut exemplo praxiq; à primis Eccleſiæ paſtoribus, id eſt, Apoſtolis data, & à poſteris ad nos vſq; in populo Dei ſeruata. De quibuſdam iſtiuſmodi differens Tertullianus, ait:* Si legẽ poſtulas Scripturarum, nullam inuenies: traditio tibi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſeruatrix. *Videatur de iiſdem Auguſt. Epiſt. 118. & 119. & quod ad initium proximi capitis annotamus.*

Lib. de coro. milit.

*Obſerua deinde, fortiſsimos & antiquiſsimos iſtos religionis Chriſtianæ athletas, ductis à Traditionibus Apoſtolorum argumentis, aduerſus infeſtiſsimos illius hoſtes conſtanter decertaſſe: has illis vt firmiſsimos muros oppoſuiſſe, vt omnes illorum impetus non modò retardarent, ſed molitiones funditus ſubuerterent. Nec illas tantùm, ſed & conſenſum omnium Eccleſiarum, Romanæ præſertim authoritatem, & ſucceſsionem Apoſtolicam fidenter obieciſſe: quinetiam veterum teſtimonijs eorundem errores ſolidè refutaſſe: vt hîc & in ſequentibus Irenæus, Clementis ad Corinthios epiſtolam, Polycarpi martyris ſcripta & geſta, Gnoſticis opponit. Ex quibus apertiſsimum eſt Eraſmum Roterod. toto cælo aberraſſe, quum in epiſtola libris iſtis ad hunc vſque diem præfixa, ſcribit ipſum Irenæum ſolis ſcripturarum præſidijs aduerſus hæreticorum cateruam pugnaſſe.*

*Ad hæc Iuſtini martyris ſcripta ab eodem Irenæo lib. 4. cap. 14. & lib. 5. citata, Eraſmum falſæ & temeræ aſſertionis alligant: inſuper Hermæ, ſiue Paſtoris teſtimonium lib. 4. cap. 37. Ignatij etiam martyris lib. 5. & cuiuſdam ſenioris Apoſtolorum diſcipuli verba in medium frequenter adducta Præfatione lib. 1. & eiuſdem lib. cap. 12. lib. 3. cap. 19. & 35. lib. 4. cap. 45. 47. 49. 50. 52. & li. 5. ex quibus omnibus planum & conſpicuum eſt, Irenæum non ſolis Scripturarum præſidijs, ſed & Traditionibus, & Patrum ſermonibus ac ſcriptis Gnoſticos deuiciſſe.*

6. Aduerſantur Traditioni, dicentes] *Ita ex vet. cod. repoſuimus: excuſi* qui aduerſantur Traditioni, dicent, *&c.*

7. Sed etiam ipſum Dominum] *Gnoſticos Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM & ignorantiæ accuſaſſe ſupra retulit; & ex hoc loco quorundam etiam errorum inſimulaſſe manifeſtum eſt. Huiuſmodi verò impietates Caluinianos nunc ab inferis reuocare & inſtaurare quis crederet? Verùm, huius ſceleris nos in Dialogo 4. plurimis & apertiſsimis Caluini teſtimonijs illos eſſe reos euicimus.*

Lib. 1. ca. 17.

8. Effugere] *Expunximus* fingere, *authoritate vet. cod.*

## *DE APOSTOLORVM TRADITIONE, vel ab Apoſtolis in Eccleſijs Epiſcoporum ſucceßione.* A

### CAPVT III.

Succeſſio Eccleſiarũ.

T[1]Raditionem itaque Apoſtolorum in toto mundo manifeſtatam, in [omni] Eccleſia[2] adeſt perſpicere omnibus qui vera velint * audire, & habemus annumerare eos qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſijs, & ſucceſſores eorum vſque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognouerunt quale ab his deliratur. Etenim ſi recondita myſteria ſciſſent Apoſtoli, quæ ſeorſim & latenter ab reliquis perfectos docebant, his vel maximè traderent ea quibus etiam ipſas Eccleſias committebant. Valde enim perfectos & irreprehenſibiles in omnibus eos volebant eſſe, quos & ſucceſſores relinquebant ſuum ipſorum locum magiſterij tradentes,[3] quibus emendatè agentibus fieret magna vtilitas, lapſis autem ſumma calamitas.[4] Sed quoniam valde longum eſt, in hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones, maximæ, & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ, à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis[5] Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis Traditionem, & annunciatam hominibus fidem,[6] per ſucceſſiones Epiſcoporum peruenientem vſq; ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per * ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam ſententiam,[7] præterquam oportet colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndique fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt vndique, conſeruata eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis Traditio. Fundantes igitur & inſtruentes beati Apoſtoli Eccleſiam,[8] Lino epiſcopatum adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt. Huius Lini Paulus in his quæ ſunt ad Timotheum epiſtolis meminit.[9] Succedit autem ei Anacletus, poſt eum tertio loco ab Apoſtolis epiſcopatum ſortitur[10] Clemens, qui & vidit ipſos Apoſtolos, & contulit cum eis, cùm adhuc inſonantem prædicationem Apoſtolorum, & Traditionem ante oculos haberet. Non ſolus enim, adhuc multi ſupererant tunc ab Apoſtolis docti.

* videre, * ſibi — B

2 Tim. 4. 21. — B. Petri Romæ ſucceſſores. — C

[11]Sub hoc igitur Clemente, diſſenſione non modica inter eos qui Corinthi eſſent fratres facta, ſcripſit quæ eſt Romæ Eccleſia[12] potentiſſimas literas Corinthijs, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuntians quam in recenti ab Apoſtolis receperant Traditionem, annunciantem vnum Deum omnipotentem, factorem cæli & terræ, plaſmatorem hominis, qui induxerit cataclyſmum, & aduocauerit Abraham, qui eduxerit populum de terra AEgypti, qui colloquutus ſit Moyſi, qui legem diſpoſuerit, & Prophetas miſerit, qui ignem præparauerit diabolo & Angelis eius.

Geneſ. Exod.

*Euſebius libr. 5. hiſtor. cap. 6. hæc citat.*

Θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν, λίνῳ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν. τούτου τοῦ λίνου παῦλος ἐν ταῖς πρὸς τιμόθεον ἐπιστολαῖς μέμνηται. διαδέχεται δὲ αὐτὸν ἀνέγκλητος. μετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους ἀποστόλους, καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς. καὶ ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων οὐ μόνος. ἔτι γὰρ πολλοὶ ὑπελείποντο τότε ὑπὸ τῶν ἀποστόλων δεδιδαγμένοι. ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ κλήμεντος στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτούς, καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει.

(· ·)

*Interprete Ioanne Chriſtophorſono.*

Beati Apoſtoli, vbi fundamenta Eccleſiæ præclarè poſuerant, & eam prouidè ſapienterq; exædificauerant, Lino pontificatus miniſterium concrediderunt. Huius Lini meminit Paulus in epiſtolis ad Timotheum. Cui ſucceſſit Anacletus Poſt cuius mortem, tertio loco ab Apoſtolis Clemens pontificatum ſortitò capit: qui & Beatos Apoſtolos oculis viderat, & cum illis de fide communicauerat, & Apoſtolorũ adhuc prędicationẽ recenti tenebat memoria, eorumque Traditiones propè in conſpectu, & ante oculos poſitas habebat. Neque ille ſolus. Nam id temporis multi ab Apoſtolis eruditi, etiam ſuperſtites erant. Clemente pontificatum gerente, ſeditio non exigua illa quidem, inter fratres Corinthi excitata fuit: vnde Eccleſia Romana epiſtolam ſcriptam accuratiſſimè eò miſit: qua illos cùm ad pacem cohortata eſt, tum priſtinæ eorum fidei memoriam renouauit, tum deniq; Traditionem nuper ab Apoſtolis acceptam ante oculos propoſuit. D

Hunc



A Hunc Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti ab Eccleſijs annunciari, ex ipſa Scriptura qui velint, diſcere poſſunt; & Apoſtolicam Eccleſię Traditionem intelligere, cùm ſit vetuſtior Epiſtola his qui nunc falsò docent, & alterum Deum ſuper Demiurgum & factorem horum omnium quæ ſunt commentiuntur.[13] Huic autem Clementi ſuccedit Euariſtus, & Euariſto Alexander, ac deinceps ſextus ab Apoſtolis conſtitutus eſt Sixtus, & ab hoc Teleſphorus,[14] qui etiam glorioſiſſimè martyrium fecit, ac deinceps Hyginus, pòſt Pius, poſt quem Anicetus. Cùm autem ſucceſſiſſet Aniceto Sôter, nunc duodecimo loco Epiſcopatum ab Apoſtolis habet Eleutherius. Hac ordinatione & ſucceſſione, ea quæ eſt ab Apoſtolis in Eccleſia Traditio, & veritatis pręconiatio peruenit vſque ad nos. Et eſt pleniſſima hæc oſtenſio, vnam & eandem viuificatricem fidem eſſe, quæ in Eccleſia ab Apoſtolis vſque nunc ſit conſeruata, & tradita in veritate.

*Euſebius libr. 5. hiſtor. cap. 6. hæc citat.*

B Τὸν δὲ κλήμεντα τοῦτον διαδέχεται εὐάρεστος. καὶ τὸν εὐάρεστον ἀλέξανδρος. εἶθ᾽ οὕτως ἕκτος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων καθίσταται ξύστος. μετὰ δὲ τοῦτον τελεσφόρος, ὃς καὶ ἐνδόξως ἐμαρτύρησεν. ἔπειτα ὑγῖνος, εἶτα πῖος, μεθ᾽ ὃν ἀνίκητος. διαδεξαμένου τὸν ἀνίκητον σωτῆρος, νῦν δωδεκάτῳ τόπῳ τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων κατέχει κλῆρον ἐλεύθερος. τῇ αὐτῇ τάξει καὶ τῇ αὐτῇ διδαχῇ ἥ τε ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παράδοσις καὶ τὸ τῆς ἀληθείας κήρυγμα κατήντηκεν εἰς ἡμᾶς.

*Interprete Ioanne Chriſtophorſono.*

Clementi huic ſuccesſit Euareſtus, Euareſto Alexander: deinde Xiſtus pontifex ab Apoſtolorum temporibus ſextus conſtituitur. Quo mortuo, Teleſphorus delectus eſt, qui pręclarè & generosè martyrium ſubijt. Tum Hyginus: deinde Pius: poſt Anicetus illo munere potiebatur: Soter Aniceto proximè ſuccedit. Iam duodecimo loco ab Apoſtolis Eleutherus pontificatus miniſterium obtinet. Vnde traditio in Eccleſia ab Apoſtolis gradatim deriuata, & ſyncera veritatis prędicatio eodem ordine, eadem Epiſcoporum ſucceſſione in Eccleſia ad noſtram vſq; ætatem continuata eſt.

De Polycarpo.

[15] Et Polycarpus autem non ſolùm ab Apoſtolis edoctus, & conuerſatus cum multis ex eis qui Dominum noſtrum viderunt: ſed etiam ab Apoſtolis in Aſia, in ea quæ eſt Smyrnis Eccleſia conſtitutus Epiſcopus, quem & nos vidimus in prima noſtra ætate:[16] multum enim * perſeuerauerat, & valde ſenex glorioſiſſimè & nobiliſſimè martyrium faciens exiuit de hac vita. * Hic docuit ſemper quæ ab Apoſtolis didicerat, quæ & Eccleſiæ tradidit, & ſola ſunt vera. Et teſtimonium his perhibent quæ ſunt in Aſia Eccleſiæ omnes, & qui vſque adhuc ſucceſſerunt Polycarpo: qui vir multo maioris authoritatis teſtis,[17] & fidelior veritatis eſt teſtis, quàm Valentinus & Marcion, & reliqui qui ſunt peruerſæ ſententiæ.[18] Is enim eſt qui ſub Aniceto cùm aduenisset in vrbem, multos ex his quos prædiximus, hæreticos conuertit in Eccleſiam Dei, vnam & ſolam hanc veritatem annuncians ab Apoſtolis percepiſſe ſe, quam & Eccleſiæ tradidit.[19] Et ſunt qui audierunt eum dicentem, quoniam Ioannes Domini diſcipulus in Epheſo iens lauari, cùm vidiſſet intus[20] Cerinthum, exilierit de balneo non lotus, dicens quod timeat ne balneum concidat, cùm intus eſſet Cerinthus inimicus veritatis. Et ipſe autem Polycarpus Marcioni aliquando occurrenti ſibi, & dicenti, Cognoſce nos, reſpondit: Cognoſco te primogenitum Satanæ. Tantum Apoſtoli, & horum diſcipuli habuerunt timorem, ne verbotenus communicarent alicui eorum qui adulterauerant veritatem, quemadmodum & Paulus ait: Hæreticum autem hominem[21] poſt vnam correptionem deuita, ſciens quoniam peruerſus eſt qui eſt talis, & à ſemetipſo damnatus.[22] Eſt autem & epiſtola Polycarpi ad Philippenſes ſcripta perfectiſſima, ex qua & characterem fidei eius, & prædicationem veritatis, qui volunt & curam habent ſuæ ſalutis, poſſunt diſcere.

* perſeuerauit, * Hæc — C — Tit. 3. 10. — Polycarpi epiſtola. — D

*Euſebius lib. 4. Hiſt. Græc. cap. 14. Lat. 13. hæc citat.*

Καὶ πολύκαρπος δὲ οὐ μόνον ὑπὸ ἀποστόλων μαθητευθεὶς καὶ συναναστραφεὶς πολλοῖς τοῖς τὸν χριστὸν ἑωρακόσιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀποστόλων κατασταθεὶς εἰς τὴν ἀσίαν ἐν τῇ ἐν σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος, ὃν καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμῶν ἡλικίᾳ. ἐπιπολὺ γὰρ παρέμεινε καὶ πάνυ γηραλέος ἦν, ἐνδόξως καὶ ἐπιφανέστατα μαρτυρήσας, ἐξῆλθε τοῦ βίου. ταῦτα διδάξας ἀεί, ἃ καὶ παρὰ τῶν ἀποστόλων ἔμαθεν, ἃ καὶ ἡ ἐκκλησία παραδίδωσιν, ἃ καὶ μόνα ἐστὶν ἀληθῆ, μαρτυροῦσιν αἱ κατὰ τὴν ἀσίαν ἐκκλησίαι πᾶσαι. καὶ οἱ μέχρι νῦν διαδεδεγμένοι τὸν τοῦ πολυκάρπου θρόνον, πολλῷ ἀξιοπιστότερον καὶ βεβαιότερον ἀληθείας μάρτυρα ὄντα πολύκαρ

*Interprete Iacobo Billio.*

Polycarpus autem non modò ab Apoſtolis eruditus, ac cum pleriſq; eorũ, qui Chriſtum viderant, diu multumq́; verſatus: ſed etiã Smyrnenſis Eccleſiæ, quæ in Aſia eſt, Epiſcopus ab Apoſtolis inſtitutus, quẽ nos quoq; pueri vidimus (perdiu enim vixit, natuq; admodum grandis erat) illuſtri ac præclaro martyrio perfunctus è vita diſceſſit. Hic porrò ea ſẽper docuit, quæ ab Apoſtolis didicit, quæq́; & Eccleſia tradit, & ſola cum veritate coniuncta ſunt. Teſtes ſunt omnes Aſiæ Eccleſiæ, & qui ad hunc vſq; diem Polycarpi throno ſucceſſerunt, eum multo locupletiorem ac certiorem veritatis teſtem eſſe,



quàm

τον, οὐαλεντίνου καὶ μαρκίωνος καὶ τῶν λοιπῶν κακογνωμόνων. Ὃς καὶ ἐπὶ ἀνικήτου ἐπιδημήσας τῇ ῥώμῃ, πολλοὺς ἀπὸ τῶν προειρημένων αἱρετικῶν ἐπέστρεψεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, μίαν καὶ μόνην ταύτην ἀλήθειαν κηρύξας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων παρειληφέναι, τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας παραδεδομένην. καὶ εἰσὶν οἱ ἀκηκοότες αὐτοῦ, ὅτι Ἰωάννης ὁ τοῦ κυρίου μαθητὴς ἐν τῇ ἐφέσῳ πορευθεὶς λούσασθαι, καὶ ἰδὼν ἔσω κήρινθον, ἐξήλατο τοῦ βαλανείου μὴ λουσάμενος, ἀλλ' ἐπειπὼν, φύγωμεν μὴ καὶ τὸ βαλανεῖον συμπέσῃ ἔνδον ὄντος κηρίνθου τοῦ τῆς ἀληθείας ἐχθροῦ καὶ αὐτὸς δὲ ὁ πολύκαρπος μαρκίωνί ποτε εἰς ὄψιν αὐτῷ ἐλθόντι καὶ φήσαντι, ἐπιγίνωσκε ἡμᾶς, ἀπεκρίθη. ἐπιγινώσκω τὸν πρωτότοκον τοῦ σατανᾶ. τοσαύτην οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτῶν ἔσχον εὐλάβειαν, πρὸς τὸ μηδὲ μέχρι λόγου κοινωνεῖν τινὶ τῶν παραχαρασσόντων τὴν ἀλήθειαν. ὡς καὶ παῦλος ἔφησεν. αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος. ἔστι δὲ καὶ ἐπιστολὴ πολυκάρπου πρὸς φιλιππησίους γεγραμμένη ἱκανωτάτη, ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς πίστεως αὐτοῦ, καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας, οἱ βουλόμενοι καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας δύνανται μαθεῖν.

A quàm Valentinum, & Marcionem, ac reliquos malè de religione ſentientes Qui etiam Aniceti tempeſtate Romam profectus, multos ex ijs, quos ante diximus, hæreticis ad Dei Eccleſiam conuertit, vnam videlicet ac ſolam veritatē teſtatus ſe ab Apoſtolis accepiſſe, quæ ab Eccleſia tradita eſt. Ac ſunt qui hoc ipſum cōmemorantem audiuerint, Ioannem Domini diſcipulum, cùm Epheſi ad balneū ijſſet, ac Cerinthū intus conſpexiſſet, illotū balneo exilijſſe, atq; his verbis vſum fuiſſe; Fugiamus, ne balneū ruat, quòd intus ſit Cerinthus veritatis hoſtis. Quin ipſe quoq; Polycarpus, cùm Marcion aliquando in ipſius conſpectum veniſſet, ac dixiſſet, Agnoſce nos, reſpōdit: Agnoſco primogenitum Satanæ. Tanto ſtudio Apoſtoli atq; ipſorum diſcipuli cauebant, ne cum quoquam eorum, qui veritatem adulterabant, vel ſermonis commerciū inirent: B quemadmodum etiam Paulus dixit, Hæreticum hominem poſt vnam & alteram admonitionem deuita, quia ſubuerſus ille eſt, & peccat, cùm ſit proprio iudicio condemnatus. Eſt autem etiam doctiſſima Polycarpi epiſtola, ad Philippenſes ſcripta, ex qua omnibus ijs qui voluerint, quique ſalutis ſuæ ſtudium charum habuerint, tum fidei ipſius characterem, tum veritatis prædicationem intelligere licet.

Sed & quæ eſt Epheſi Eccleſia à Paulo quidem fundata, Ioanne autem permanente apud eos vſque ad Traiani tempora, teſtis eſt verus Apoſtolorum Traditionis.

## ANNOTATIONES.

1. Traditionem itaque Apoſtolorum] *Inſignem locum hunc ſuis ſcriptis inſerere, & vt ignitum telū in hæreticos contorquere iure optimo dignum duxerunt omnes ferè, qui noſtro ſæculo in eos calamum ſtrinxerūt Orthodoxi. Vt ſicut B. hic Martyr præcipuum fidei noſtræ caput, videlicet vnum eſſe* Deum *cœli & terræ opificem, aduerſus Gnoſticorum impietates, Traditionis eius, quæ continua Epiſcoporum per vniuerſas Eccleſias ſucceſſione doctrina, & voce aſſeruabatur, munimento tutatur: ſic de fide, ſacramentis, & ritibus varijs cōtrouerſos articulos, longè maiore ſæculorum, Eccleſiarum, & Doctorum vnanimi conſenſu, ab Apoſtolis inſtituta, & à ſucceſſoribus conſeruata* Traditione *cōfirmarent & cuſtodirent. Quin & omnibus retro ſæculis quotquot Chriſtiani & Catholici vnquam habiti ſunt, quoties de dogmatibus Eccleſiæ exorta eſt diſputatio, ad Patrum priſcorum, & Apoſtolicarum Eccleſiarum Traditiones, vt ad ſacram anchorā confugerunt: vt pro alijs innumeris locis, infra ſcripta teſtimonia patefacient.*

Lib. 1. Conſtit. cap. 1.

*Doctrinam ſacram, quæ Apoſtolicarum Conſtitutionū chartis traditur,* glorioſis Saluatoris noſtri vocibus æquiparandam, *ideoque ab omnibus amplectendam eſſe, eiuſdem Saluatoris mandato, docet Clemens Rom.*

Epiſt. ad Philadel. & epiſt. ad Her.

*Celebriores totius Aſiæ Eccleſias, inter varios hæreſiū fluctus trepidantes, Traditionum Apoſtolicarum crebra repetitione, vt æneo muro confirmat Ignatius.*

Lib. de Eccl. Hierar.

*Pueros ſacræ regenerationi initiandos, Diuinorum Præceptorum ſuorum, id eſt Apoſtolorum, ſine ſcriptis traditæ doctrinæ innixus cenſet Dionyſius Areopag.*

Iren. lib. 3. cap. 3.

*Nutantes & dubios Philippenſes, atque Marcioniſtarum, & Valentinianorum impoſturis faſcinatos plurimos, Romæ agens tum Polycarpus, à Traditionibus Apoſtolorum ducta demonſtratione, primæ fidei reſtituit.*

C Euſeb. lib. 3. Hiſt. cap. 33.

*Non tam ſcriptis, quàm Apoſtolorum, vel Diſcipulorum ſermonibus ſe fidei ſacramenta didiciſſe narrat Papias, & viua præſentique voce, magis quàm lectione ſeſe adiutum.*

Lib. de cor. milit.

*Sæculi ſui paſſim ingruentium hæreſeon nimbos Traditionum Apoſtolicarum fulgore potenter diſſipat Tertu. & Baptiſmi ritus omnes, Euchariſtiæ pro vita functis oblationes, crucisq; ad omnem Chriſtianorum conuerſationem conſignationes, ſartas tectasq; manere contendit.*

Homil. 29. in Matth.

*Hæreticis quantumuis ſcripturas canonicas proferentibus, nunquam credendum, vt à paterna doctrina, & Eccleſiaſtica Traditione exeamus, cenſet ille poſt Apoſtolos Eccleſiarum magiſter Origenes.*

Lib. 1. 2. 4. 5. 6. & 7. ſtro.

*Duplicem in Eccleſia Dei agriculturam agnoſcit Clemens Alex. vnam, quæ non ſcriptis; alteram, quæ ſcriptis continetur: idemque rerum multarum cognitionem, per ſucceſſionem, ex Apoſtolis abſq; ſcriptis ad poſteros perueniſſe docet.*

D Epiſt. ad Cecilium & Ser. de ablu. pedum.

*Dominica traditione quem offerimus Euchariſtiæ calicem, aqua temperandum didicit Cyprianus: ſimulque nō minus ratum eſſe, quod dictante SpirituS. Apoſtoli tradiderunt, quàm quod ipſe Chriſtus, cùm vtriuſque par ſit Diuinitas.*

To. 1. Concil. Theodor. Socrates, Sozomenus, Euagrius, Nicepho. li. Hiſt. Eccl.

*Maxima ſacratiſſimaq; Confeſſorum Chriſti corona inſignis Synodus prima Nicena, Filium Dei ὁμοούσιον, id eſt, cōſubſtantialem eſſe Patri, etſi nuſquam ſcriptum extaret, ſanctorum Patrum Traditionibus inhærens, contra Arianos ſanxit.*

*Conſtantinopolitana, Spiritus ſancti diuinam naturam à Macedonianorum blaſphemijs aſſeruit.*

*Epheſina, Beat. Mariam θεοτόκον, id eſt, Dei Matrem; etſi huius vocis nullam mentionem ſacræ literæ faciant, quod hanc fidem diuini Tradiderant Diſcipuli, & à Patribus ita ſentire edocti eſſent, ſumma fide prædicandam definiuit.*





A *Chalcedonenſis, impermixtas Dei & hominis ſubſtantias, in vnica* CHRISTI *hypoſtaſi, iuxta Patrum placita, Eutychis ſpretis captionibus confirmauit.*

Vndecim capita, quę per Traditionē credenda eſſe cēſet Auguſt.

*Adijcere libet, vt in ſerijs, adeoque ſummis fidei noſtræ capitibus confirmandis, Aurelius Auguſtinus, quem vnicè mirari ac ſuſpicere ſe fingunt Hæreſiarchæ, ad Traditionum Eccleſiaſticarum, tanquam ad aſylum, con-*
1. *fugerit. Euangelium ſecundùm Matthæum, verè ab ipſo*
*conſcriptum eſſe, contra Fauſti Manich. inficiationem*
*credit, Traditione nixus, quæ ab Apoſtolicis ſedibus, vſ-*
*que ad præſentes Epiſcopos certa ſucceſſione peruenerat,*
2. *libro vigeſimo octauo, contra Fauſtum cap. 2. Patrem in-*
*genitum, Filiumq; eidem conſubſtantialem, etſi in ſanctis*
*paginis non inueniatur, fidei aſſertione defendendum di-*
3. *cit, Epiſt. 174. Integra fide credendum Beat. Mariam Dei*
*Chriſti matrem, & Virginem concepiſſe, & Virginem*
*genuiſſe, & poſt partum Virginem permanſiſſe, libr. De* B
4. *Eccleſia. dogma. capit. 69. Baptiſma ab hæreticis colla-*
*tum, repetendum non eſſe, ex Apoſtolorum Traditione,*
*etſi in eorum literis non inueniatur, libro ſecundo De*
5. *Bapt. capit. 7. & libr. 1. cap. 23. & libr. 4. cap. 6. Conſue-*
*tudinem matris Eccleſiæ in baptiſandis paruulis, vt Tra-*
*ditionem Apoſtolicam nequaquam ſpernendam, libro*
6. *decimo De Geneſi capite vigeſimo tertio. Domini paſſio-*
*nem, reſurrectionem, aſcenſionem in cælum, & aduen-*
*tum Spiritus ſancti de cælo, anniuerſaria ſolennitate, non*
*ſcripta, ſed Tradita obſeruatione celebrandam, Epiſt. 118.*
7. *cap. 1. Baptiſatos eſſe Apoſtolos, etſi ne verbum quidem de*
8. *hoc ſcriptura habeat, non ambigendum, Epiſt. 108. Serie*
*Traditionis quædam facta eſſe, & nunc in Baptiſmi riti-*
*bus facienda, quæ in ſcripturis, gratia breuitatis tacentur,*
9. *lib. De Fide & operibus capite nono. Euchariſtiam corpo-*
*ris & ſanguinis Domini Apoſtolos non accepiſſe ieiunos;*
*placuiſſe tamen Spiritui ſancto, in honorem tanti ſacra-*
*menti à ieiunis ſemper accipi; moremque hunc per vni-* C
10. *uerſum orbem ſeruari, Epiſt, 118. cap. 6. Antiquitus Tradi-*
*to & retento firmo Eccleſiæ ritu, in Baptiſmate paruulos*
*exorciſari, exſufflari, & renunciare Satanæ, vt à poteſta-*
*te tenebrarum, in regnum Chriſti transferantur, libro 1.*
*De nuptijs & concup. cap. 20. & lib. 6. contra Iul. cap. 2.*
11. *Et quamuis denique, nuſquam in ſcripturis veteribus le-*
*geretur oblatum pro mortuis ſacrificium; non paruam tamen vniuerſæ Eccleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret, auctoritatem eſſe, vbi in precibus ſacerdotis, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum ſuum habet etiam commendatio mortuorum, lib. De cura pro mortuis agenda, cap. 1. & 4. & Sermone 34. de verbis Apoſtoli. Alijs locis innumeris, & authoribus ſacris recenſendis conſultò ſuperſedeo.*

2. Adeſt perſpicere] *Billius, id eſt, licet, vel promptum eſt, Græcorum more dicitur. πάρεστιν enim illis idem ſæpe eſt quod ἔξεστιν.*

D 3. Quibus emendatè agentibus] *Idem Græcè, ὧν κατορθούντων, id eſt, quibus munere ſuo probè fungentibus.*

4. Sed quoniam valde longum eſt] *Multis ijsque grauiſſimis verbis hoc loco, totoque capite, docet Beat. Martyr Romanam Eccleſiam Caput eſſe & regulam omnium aliarum: proindeque illius dogmata vnicè ſuſpicere & amplecti, ac ſucceſſionis ſeriem omnium hæreſeôn fluctibus, vt firmam & immobilem petram nos opponere debere, & ad illius traditiones, decreta, fidemque aduerſus omnium eorum fraudes, qui in ſalutis publicæ & pietatis Chriſtianæ perniciem nihil non machinantur, tanquam ad tutiſſimam arcem, & ſacroſanctam aram confugere: quod ſingillatim explicabimus.*

Capita quæ de Romana Eccl. hic tradūtur ab Irenæo.

A *Primò igitur prætermiſſis totius Orientis & Meri-* 1.
*diei, imò vniuerſi Orbis clariſſimarum Eccleſiarum, quas*
*alij Apoſtoli, Diſcipulique Domini doctrina plantaue-*
*rant, ſanguine rigauerant, & ſtupendis miraculis con-*
*firmauerant, Epiſcoporum catalogis; huius vnius tan-*
*quam cæterarum præcellentiſſimæ, ab Apoſtolorum cory-*
*phæis ad ſuam ætatem vſque, continentem & nunquam*
*intermiſſam ſucceſſionem contexit.*
*Deinde eam vocat* maximam, *vt quæ omnem ſacro-* 2.
*rum poteſtatem iure ſibi vendicet, cæterasq; omnes ſibi*
*inferiores habeat, quas ſua authoritate regat.*
*Poſtea* antiquiſſimam *appellat, non propter tem-* 3.
*pus, niſi de Latinis & Occidentalibus intelligas, cùm Ie-*
*roſolymitana, Samaritana, Cæſarienſis, & Antiochena,*
*prius fidem Chriſti ſuſceperint; ſed propter dignitatem,*
*& quòd alijs potior ſit, ipſamque omnes vt matrem ſuſpi-*
*ciant.*
B *Poſtmodum* omnibus cognitam *eſſe aſſerit, ſicut* 4.
*ea, quæ inter omnes caput extolleret, & cuius Recto-*
*res veluti in altiſſima Pharo, et clariſſima ſpecula colloca-*
*ti, aliarum nauigationes inter tot naufragia dirigerent;*
*obſeruarentque, quemadmodum vnaquæque in retinen-*
*da religione ſe gereret: quippe quæ tyrannorum & hæ-*
*reticorum procellis agitata, & nutantia corda fratrum,*
*confirmandi præceptum ſimul & poteſtatem à Domino*
*accepiſſet.*
*Subijcit,* à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis 5.
Petro & Paulo, *quorum nimirum præ cæteris tam*
*ſunt eximia chariſmata, tam ſingulares dotes, tam*
*magni in myſtica hac naui fabricanda labores: quorum,*
*inquam, conuerſatione, voce & inſtitutis, velut ſacris*
*anchoris, inter tot fluctus & aliarum ruinas, tuta ſal-*
*uaque hactenus permanſit: quorum denique, miracu-*
*lis, vinculis, ſanguine & martyrio, clarius præ cæteris*
*& dilucidius ipſa Roma fulget, quàm ſyderibus cæ-*
C *lum.*
Romæ *ſequitur, quæ vt ſuis dictatoribus, conſu-* 6.
*libus, Imperatoribus, exercitibus, mortales omnes gra-*
*uiſſima ſeruitute olim preſſerat; contrà, Apoſtolicis nunc*
*inſtitutionibus, eoſdem in libertatem filiorum Dei aſſere-*
*re debebat.*
Romæ *deinde, vt illic præſidia defenſionis Chriſtia-* 7.
*næ Reipublicæ collocaret, & regni ſui metropolim con-*
*strueret Chriſtus, vbi idolomaniarum receptaculum, offi-*
*cinam turpitudinū, Sanctorum carnificinam, ipſiſſimam-*
*que Babylona, Satanas condiderat,* fundatam & conſtitutam Eccleſiam.
*Huius igitur, pergit Irenæus, tantæ Eccleſiæ* Tradi- 8.
tionem, quā *viua voce* ab Apoſtolis *Petro & Pau-*
*lo, adhuc clauum eius regentibus accepit, acceptam con-*
*ſeruat,* & annunciatā *in vniuerſo mūdo* hominibus
fidem *conſtanter* indicantes, *& palam prædicantes,*
D confundimus *& conuincimus nefariæ defectionis à*
*Chriſti communione, & Apoſtolorum doctrina,* eos omnes, qui *philautia, gloriolæq; inutilis, vel primatus appetentia, animi cæcitate, vel quacunq; alia occaſione ducti, contra ius, & Hierarchicum Eccleſiæ ordinem, cœtus & conuenticula* colligunt.
*Hanc eſſe Beatiſſimi Martyris ſententiam, quam pa-*
*raphraſticωs explicamus, omni luce clarius indicant quæ* 9.
*ſequuntur.*
Ad hanc, *ſubiungit,* Eccleſiam *Romanam videlicet, non ad vrbis amplitudinem, populorum frequentiam, Cenſorum grauitatem, Senatuſue ſtatuta; non ad fortiſſimos eius exercitus, glorioſos de toto orbe triumphos, imperij culmen; non denique ad Cæſarum maieſtatem, vt inepta ſcelerataque impudentia interpretatur*

Smidelinus: ſed ad hanc Eccleſiam, in qua ſedit vertex Apoſtolorum, cuique ſucceſſerunt Linus, Anacletus, Clemens, Euariſtus, Alexander, & alij ordine omnes; neceſſe eſt, quia à Deo Opt. Max. conſtitutum; non tantùm Europeam, Africanam, Alexandrinam, Ieroſolymitanam, Antiochenam, Conſtantinopolitanam, Aſiaticam & Orientalem Eccleſiam; ſed omnem, hoc eſt, eos, qui ſunt vndique fideles, vt membra cum capite conuenire, nec latum vnguem ab eius communione diſcedere.

10. Eſt verò id neceſſe, ait, duplici de cauſa: altera, propter potentiorem principalitatem, ſeu locum, gradúmq́; principem in iuriſdictione & authoritate, quē præ cæteris omnibus obtinet. Altera, quia in ea ſemper conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis veræ fidei & pietatis ſinceræ Traditio.

Confirmatio ſuperiorum capitum.

Supereſt iam, vt quod tam grauiter, ſed nimis generaliter ſcribit omnem Eccleſiam, hoc eſt, omnes qui ſunt vndique fideles vndequaque ſint, ad Romanam, neceſſe eſſe conuenire, id breuiſſima ex ſelectioribus, & omni exceptione maioribus ſcriptoribus Chriſtianis enumeratione, euidentiſſimum faciamus. Atque vt à noſtris exordiar, Gallicas, Italicas, Hiſpanicas, Anglicas, Scoticas, Hibernicas, Germanicas, Gotticas, Sarmaticas, & vniuerſas Occidentales Eccleſias, Romanæ vt capiti ſuo perpetuò adhæſiſſe; & viciſſim Petri ſucceſſorem, vt paſtorem Oecumenicum decebat, eis inuigilaſſe; apertè docent in primis beati Bernardi Epiſtol. 125. 126. 130. 131. 136. 137. 138. 183. 190; libriq́ue eiuſdem 2. 3. 4. De conſideratione; Gratiani diſt. 19. 20. 21. 22; Anſelmi liber 1. De incarnatione Verbi; Iuonis Carnotenſis decreta; Lanfranci, Guitmundi, Algeri, Paſcaſij ſcripta contra Berengarium; Bedæ libr. 2. 3. 4. 5. De hiſtoria Anglorum, & Chronica de ſex mundi ætatibus; Alcuini ſiue Albini liber De diuinis officijs; Iſidori præfatio in opus Conciliorum; Pauli diaconi hiſtoriarum libri; Proſperi Chronica, & liber contra Collatorem; Aratoris Diaconi lib. 2. Maximi Taurinenſis Homil. 2. de natali B. Laurentij; Vincentij Lirinenſis libellus contra prophanas nouationes; Ambroſij Epiſtol. ad Syricium Papam, Epiſtol. ad Theophilum; Prudentij Hymni; & Hoſij Cordubenſis Epiſt. ad Conſtantium.

Ab Europa.

Deinde, id quoque verum & longè euidentiſſimum efficiunt Concilia ſiue prouincialia ſiue generalia, quæ in totius Occidentis partibus coacta fuerunt: quæ omnia Epiſcopo Romano, quaſi Beati Petri ſucceſſori, obedire non detrectarunt.

Probat idem & Hieronymi Epiſtola ad Euſtochium, qua totius Occidentis Eccleſias ob quaſdam diſſentiones Romam contractas & euocatas fuiſſe ſcribit.

Confirmat rurſus Cypriani Epiſtola 42. quâ Stephanū Papam monet, vt pleniſſimis literis ſuis faciat, ne Galliarum Epiſc. Martianum Arelatenſem in Nouatiana hæreſi pertinacem, vltra ferant; ſeruetq́ue grauitate, & authoritate ſua beatorum anteceſſorum honorem glorioſum; & Martianus ille ſententiam accipiat, aliusq́; in locum eius ſubſtituatur.

Et quia id nobis vltrò concedunt, videlicet τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς, hoc eſt, primum honoris ac dignitatis gradum, verbis eorum vtor, Romanæ Eccleſiæ aſſignatum fuiſſe; ipſiusque Epiſcopum, τὸν πρῶτον εἶναι πάντων τῶν ἱερέων, primum omnium ſacerdotum eſſe: atque Romanæ Eccleſiæ magnum honorem vbiq; veteres detuliſſe, & reuerenter de ea loquutos; tum quod inualuerat eam Petri miniſterio fundatam & conſtitutam fuiſſe, tum quòd doctrina, peritia, & multarum rerum vſu præſtantes viros haberet; ſimulq́ue omnibus alijs ſedatior, & doctrinæ ſemel traditę tenacior eſſet; prouideq́ue in Occidente Sedes Apoſtolica vocata & habita ſit, Caluinus lib. 4. cap. 6. inſtit. ſect. 16. & cap. 7. ſect. 11. 12. 13. 14. 17. 18. 19. Bucerus in præparatorijs ad Concilium: Molinæus, & eius hyperaſpiſtes Franciſcus Vilierius libello de ſtatu primitiuæ Eccleſiæ, contra Ruffum; apertiſſimis hac de re decretis Concilij Nicæni cap. 6. Concilij Calchedo. & Conſtantinopol. Tertulliani præſcript. & Beat. Irenæi luculentiſſimis in hoc capite verbis; atque ſummorum Monarcharum obedientia, & legibus, conuicti: in his occiduis & Europeis partibus non immorabimur diutius.

Ad Auſtrum igitur conuerſis, inter præcipuas vniuerſæ Africæ Eccleſias Romanæ principatum agnoſcentes, imprimis occurrit celebris illa Carthaginenſis, quæ Numidicis, & Mauritanicis inuigilabat; & qui huic tanta cum laude præfuit fortiſſimus martyr Cyprianus. Hic profitetur cathedram Petri, ſuper quem à Domino ædificata fuit Eccleſia, principalem eſſe, vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt; cuius fides Apoſtolo prædicante laudata eſt, & ad quā perfidia non poſſit habere acceſſum.

Ab Africa. Epiſt. 18. iuxta Morelij diſpoſitionem. Rom. 1.

Et alibi: Deus vnus eſt, inquit, & Chriſtus vnus, & vna Eccleſia, & cathedra vna ſuper petram Domini voce fundata. Aliud altare conſtitui, aut ſacerdotium nouum fieri, præter vnum altare & vnum ſacerdotium non poteſt; quiſque alibi colligerit, ſpargit.

Epiſt. 25.

Idem ex concilio plurimorum ſacerdotum, Martiano Arelatenſi & legatis, quos in Africam vſque miſerat, optantibus ad communionem eius admitti, communionis omnis beneficium denegat; eo quòd Cornelio Papæ, in Catholica Eccleſia de Dei iudicio, & cleri ac plebis ſuffragio ordinato, prophanum altare erigere, & adulteram cathedram collocare, et contra verum ſacerdotem ſacrilega ſacrificia offerre tentauiſſet.

Epiſt. 42.

Idem rurſus ſingulos ex Africa Romam nauigantes, ne cum ſcandalo vllo nauigarent, hortabatur, vt Eccleſiæ Catholicæ matricem & radicem agnoſcerent & tenerent; curabatq́ue vniuerſos collegas ſuos, hoc eſt, Numidiæ & vtriuſque Mauritaniæ Epiſcopos, Cornelij Papæ communicationem, id eſt, Catholicæ Eccleſiæ vnitatem pariter & charitatem probarent firmiter ac tenerēt.

Epiſt. 65.

Ne verò Cyprianum duntaxat nomine priuato ita docuiſſe quiſquam putet, ex vniuerſa Lybia, Numidia & Mauritanijs in ſynodum Carthaginenſem coeuntium Epiſcoporum nomine & ſententia, ille ad Stephanum Papam maximè ſcribendum, & cum eius grauitate ac ſapientia conferendum cenſuit; quòd hoc & ad ſacerdotalem authoritatem pertineret, & ad Eccleſiæ Catholicæ vnitatem.

Epiſt. 76.

Cypriano, Tertulliani eius magiſtri (ſic enim eundem appellaſſe, dum eius exemplaria nocturna verſaret manu & diurna, teſtis eſt Hieronymus) ſententiam adijciamus. Si Italiæ adiaces, inquit, habes Romanam Eccleſiam, vnde nobis authoritas præſto eſt ſtatuta. Statu felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt, vbi Petrus paſſioni Dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi Apoſtolus Ioannes, poſtquam in oleum igneum demerſus nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur.

Lib. Præſcr.

Verùm omiſſa Carthagine, nunc Hypponem, vbi Epiſcopū egit Auguſtinus proficiſcamur, qui maximam ſuam erga beati Petri ſedem, id eſt, Romanā Eccleſiam reuerentiam & obedientiam nos docebit. Libros quatuor, quos contra duas Epiſtolas Pelagianorum ediderat, ad Bonifacij Papæ ſanctitatem potiſſimum dirigit examinandos & emendandos: Apoſtolicæ ſedis correctioni ſe, ſuaq́; committens.

Lib. 1. contra duas Epiſt. Pelag. cap. 1.



Melchiadem Papam Chriſtianæ pacis filium, & Patrem Chriſtianæ plebis vocat, Epiſt. 162.

Innocentium obnixè rogat Apoſtolicæ ſedis authoritatem, Concilij Carthaginenſis, & mediocritatis ſuæ decretis contra Pelagium, & Cæleſtium adhibere, Epiſtol. 90.

Venerabilis Papæ Zozimi iuſſione coactum, & Eccleſiaſtica neceſſitate ad Cæſaream in Mauritania ſe euocatum ſcribit, Epiſt. 157.

Cæcilianum Carthaginenſem contemnere potuiſſe conſpirantem multitudinem inimicorum Donatiſtarum, cùm ſe Romanæ Eccleſiæ, in qua ſemper viguit Apoſtolicæ cathedræ principatus, per cōmunicatorias literas ſe videret eſſe coniunctū, ait epiſt. 162.

Stephanū Papam contra anabaptiſmum ætate Cypriani in Africa vſurpatum, ſcripſiſſe & præcepiſſe confirmat libro 5. de Baptiſmo capite vigeſimo tertio.

Sanctum Innocentium Papam de ſynodi Paleſtinæ geſtis iudicaſſe, quibus ſe Pelagius abſolutum falsò gloriabatur, refert & probat lib. de peccato originali cap. 8.

Apoſtolatus Petri principatum, cuilibet Epiſcopatui præferendum iudicat libro ſecundo de Baptiſmo, capite primo.

Solius Eccleſiæ Romanæ ſucceſſiones à beato Petro ad ſuam ætatem vſq́;, vt ingentis virtutis molem ſchiſmati Donatiſtarum opponit Epiſt. 165.

Totius Numidiæ ad Mileuitanum Concilium coacti Epiſcopi, Innocentium ſummum Pontificem demiſsè precantur, vt magnis periculis membrorum Chriſti, paſtoralem diligentiam adhibere dignetur, & hæreticos Cæleſtium in Aſia: Pelagiū verò Ieroſolymis conſtitutos, authoritate ſanctitatis ſuæ, de ſanctarum ſcripturarum authoritate deprompta, cohibeat; alijsq́; inſtanter & celeriter prouideat, authore eod. Auguſtin. Epiſt. 92.

Huius & paulò ſuperius nominati Concilij Carthaginenſis relationes, ad Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem miſſas, ſimulq́ue ab eodem reſponſiones ad Afros directas, agnoſcit probatq́; idem Auguſtinus Epiſt. 106. & libr. 1. contra Iulianum Pelag. & libro ſecundo contra Pelagium & Cæleſtium cap. 7.

Ab Alexandria.

At, ne in re euidentiſſima ſim effuſior, relictis Fulgentij Ruſpenſis; Eugypij Abbatis; Eulalij; & Eugenij Carthag. Primaſij; Optati; Lactantij; Arnobij Africanorum doctorum teſtimonijs, ad Alexandrinam ſedem, quam in AEgyptum, Pentapolim, & Libyam, iuxta antiquam conſuetudinem, τὴν ἐξουσίαν ἔχειν, id eſt, excellentiam ſummamq́ue poteſtatem & dignitatem habere, ſancta Synodus Nicena ſanxit, oculos conuertamus. Hanc gloriari, quod Romanæ Eccleſiæ fidei, ore Apoſtolico laudatæ, ſit particeps, ſcribit Hieronymus Epiſt. ad Theophilum.

Tom. 1.

Xiſti Romani Epiſcopi conſilium quærit, ſententiamq́; vehementer expoſcit in Anabaptiſmi cauſa antiquiſſ. & ſanctiſ. ille Dionyſius Alexandrinus, veritus ne per errorem ipſe laberetur. Idem, Stephanum Xiſti anteceſſorem eadem de cauſa, prolixa ſatis Epiſtola totius Orientis Eccleſiarum commemorata concordia, conſuluerat, vt primum ſine dubio paſtorem Eccleſiæ, cuius ſententiam audire & attendere omnes deberent.

Euſeb. lib. 7. Hiſt. cap. 8. Euſeb. lib. 7. Hiſt. cap. 2. 3. 4.

Dionyſio antiquior Origenes, & ipſe Alexandrinus Catechiſtes, Petro ſummam rerum de paſcendis ouibus traditam, & ſuper ipſum velut ſuper terram, fundatam eſſe Eccleſiā docuerat, ipſumq́; meruiſſe Eccleſiæ fieri fundamentum.

Lib. 5. in Epi. ad Rom. & in 16. cap. Matth.

Et ad Zepherinum Romanum præſulem ſcribit, ideo ſe Romam iter ſuſcepiſſe, quòd ſibi admodum in optatis eſſet, Eccleſiam Romanam planè antiquiſſimam, videre.

Magnus Athanaſius, & vnà cum eo totius AEgypti Epiſcopi, Marcum, ſanctæ Romanæ Apoſtolicæ ſedis atque vniuerſalis Eccleſiæ Papam nominant: ſanctamq́ue eius ſedem, matrem & caput omnium Eccleſiarum agnoſcunt; cui cum omnibus ſibi com miſſis, perpetuò ſe futuros obedientes pollicentur.

Epiſtol. ad Marcum Papam.

Alibi Athanaſius idem Vrſacij, & Valentis Arrianorum antiſtitum ſycophantijs grauiter ſuccenſet, quod ne Liberio quidem Romano Epiſcopo pepercerint, nulla reuerentia ducti, cuius ſedes, Apoſtolica erat, in qua nullius, niſi Dei metus reſideret.

Idem rurſus Alexandria Romam vſque ſe aliquando nauigaſſe ſcribit, vt ſeipſum ſuaq́ue illi Eccleſiæ commendaret, quemadmodum ſibijpſi teſtis eſt Apologia ad Conſtantium imperatorem: vel, vt etiam Caluino placet, Romanæ ſedis authoritate, tum hoſtium ſuorum rabiem reprimeret, tum pios laborantes confirmaret.

Epiſt. ad vitam ſolitariam agentes. Lib. 4. inſtit. cap. 7. ſect. 5.

Iam verò Orientem petentibus nobis, Syriæ vniuerſæ, Palæſtinæ, & Arabiæ celebres occurrunt Eccleſiæ, quibus Stephanum Papā & martyrem ſua doctrina, conſilio, & Epiſtolis ſemper magno adiumento fuiſſe congratulatur apud Euſebium libr. 7. capit. 4. hiſtor. Dionyſius ille Alexandrinus.

A Syria.

In Ieroſolymorum diœceſi degens Hieronymus, Epiſtola ad Damaſum Papam, hæc præſenti animo vociferatur: Cum ſucceſſore piſcatoris & diſcipulo crucis loquor. Ego nullum niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, id eſt, Cathedrę Petri communione conſocior: ſuper illam petram ædificatā Eccleſiam ſcio. Quicunq; extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuio. Quicunq; tecum non colligit, ſpargit: hoc eſt qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt.

Et ſequenti ad eundem Epiſtola: Si quis cathedræ Petri iungitur, meus eſt. Alibi etiam: Si quid parum cautè ſcripſiſſet, ab eodem Damaſo emendari poſtulat, vt ab eo qui Petri fidem & ſedem teneret.

Idem rurſus, totius Orientis & Occidentis Synodicas conſultationes ad Epiſcopum Romanum deferri ſolitas docet, cùm ad eas ſe reſpondiſſe ſcribit, quando in chartis Eccleſiaſticis Damaſum iuuabat.

Et Epiſtola ad Principiam, ſe Romam cum ſanctis Pontificibus Paulino & Epiphanio, quorum alter Antiochenam Syriæ, alter Salaminiam Cypri rexit Eccleſiam, neceſſitate Eccleſiaſtica tractum memoriæ mandauit.

Sed audiatur ipſe clariſſimus Ieroſolymorum Antiſtes Cyrillus. Petrum Romanæ Eccleſ. præſulem, principem Apoſtolorum excellentiſſimum appellat, Catech. 2. clauium regni cælorum portitorem, Catech. 6. ſupremum Eccleſiæ præconem, Catech. 11. principem Apoſtolorum, & regni cælorum clauigerum, Catech. 17.

Omitto Sophronium, Pachymerem, & Michaëlem Syngelum, qui poſtea huic Eccleſiæ præfuerunt, vt alias percurram.

In Palæſtina Cæſarienſi doctiſſimus ille Epiſcopus Euſebius, Petrum Chriſtianorum primum Pontificem vocat in Chronicis; additq́; illum Romæ viginti quinque annis perſeueraſſe; & quoties in hiſtorijs præcipuarum Eccleſiarum Epiſcoporum ſucceſſiones recenſet, toties Romano primum locum tribuit.

A Palæſtina.

Orientis quaſdam Eccleſias iam percurramus. Cæſareæ Cap-

A Cappadocia. Nazianzen. in mono. B. Baſilij.

reæ Cappadociæ Eccleſia, Romani præſulis legatos Luciferum & Euſebium, qui ad ſeditionem, quæ ibi orta fuerat, compeſcendam venerant, lubentiſſimè accepit & audiuit.

Epiſt. 52.

Baſilius modis omnibus magnus optat petitq́ Romanum Epiſcopum res Orientis conſiderare, iudicij ſui decretum interponere, & ſua authoritate vſum, Orientem viſitare, diligenti illius examini ſemetipſum ſiſtere paratus.

In tres diuerſas ſententias de Spiritus ſancti diuinitate diſtractæ Eccleſiæ Orientales, acceptis Epiſcopi Romani literis, quibus vt vnà cum Epiſcopis Occidentis Trinitatem & conſubſtantialem eſſe, & gloria æqualem ſuadebat, in vnitatem redierunt: ſinguli rebus ab Eccleſia Romana ſemel iudicatis acquieſcentibus; authore Sozomeno libro ſecundo, capite vigeſimo ſecundo hiſtor.

Paulum Conſtantinopoleos, Aſchlepam Gazæ, Lucium Adrianopolis, Marcellum Ancyræ Galatiæ minoris, Epiſcopos, ab improbis & hæreticis ſedibus eiectos reſtituit Iulius Epiſcopus Romanus, literis ad Orientales liberius ſcriptis, eos à quibus temerè abdicati fuerant grauiter arguens, quoniam Eccleſia Romana (ait Socrates) priuilegium præter cæteras obtinet: atque (adijcit Sozomenus) propter ſedis dignitatem, cura omnium ad ipſum Iulium ſpectabat.

Lib. 2. hiſto. cap. 11.
Lib. 3. cap. 7.

Illi licet decreta ſua infringi grauiter ferrent, literis tamen ſuis ad eundum Iulium, Eccleſiam Romanam primas apud omnes ferre, vtpotè quæ Apoſtolorum ſchola, & pietatis metropolis iam ab initio fuiſſet, agnouerunt.

Chryſoſtomus, Theophili, Epiphanij, & multorum Orientis Epiſcoporum factionibus ſede pulſus, & relegatus, Epiſtola ad Innocentium Papam ipſum obſecrat, vt authoritate ſua, acta illorum robur nullum habere decernat; ſed eos qui iniquè egerunt pœnarum Eccleſiaſticarum legibus ſubijciat. Innocentius autem Atticum Chryſoſtomi loco ſuffectum, ſuperſedere iubet; & Proclum Cizici Epiſcopum, Conſtantinopolitanam Eccleſiam tantiſper paſcere, donec cauſa perpenderetur. Idemqúe Arcadium Orientis imperatorem, Eudoxiámque imperatricem, quos relegationis tanti doctoris reos comperit, à communione Eccleſiæ & ſacrorum ſubmouit, ac pœnitentes poſtmodum abſoluit.

Palladius. Sozom. lib. 8. cap. 26. Theod. lib. 5. cap. 33. Socrates lib. 6. Georgius Alex in vita Chryſoſtom. Nicephor. libr. 13. cap. 15 16. 18. 31. 32. 33. 34.

Interea Anyſius Theſſalonicenſis ſe Romanæ Eccleſiæ iudicium ſequi fatebatur: Antiochenæ ſedis presbyteri eiuſdem diſciplinam ſe agnoſcere ſcribebant: Syriacus Apamæenſis Bithiniæ, Palladius Helenæpoleos, Demetrius Piſinuntis, totius Cariæ Epiſcopi, & Meſopotamiæ monaſteria, nefariam Chryſoſtomi depoſitionem & relegationem execrantes, Romanæ ſedis iudicio adhærebant.

Ab Antiochia. Aduerſus Io. Hieroſolym.

Verùm his omiſſis, Antiochenæ Eccleſiæ, quam totius Oriētis Metropolim fuiſſe docent ex Latinis Hieronymus; ex Græcis Theodoretus libro quinto capite ſecundo; & ex Hebræis Hegeſippus libro tertio, capite quinto, reuerentiam obedientiamq́ erga Petri ſucceſſores conſideremus.

Socrat. lib. 3. Theod. lib. 3. Sozom. lib. 5.

Socrates, Theodoretus, Sozomenus vno conſenſu memoriæ prodiderunt Flauianum eiuſdem ſedis Antiſtitem, per legationem, precibus Chryſoſtomi & Theophili, Eccleſiæ Romanæ Epiſcopo, à quo ob violatum iuſiurandum communione priuatus fuerat, reconciliatum fuiſſe & communioni reſtitutum.

Nazianze in Monodia Baſilij. Hieronym. Epi. ad Principiam.

Eadem, Paulinum Patriarcham lubens amplexa eſt, quòd per Pontificis Romani legatum Luciferum nomine, ſibi traditus & ordinatus eſſet: qui poſtea & ipſe vnà cum Epiphanio & Hieronymo, de rebus Eccleſiaſticis conſulturus ad Romanum Pontificem profectus eſt.

A Synodis

Sed quid in ſingulis recenſendis immoror? Præſtat Synodorum, in quibus omnes conuenerunt, de Eccleſiæ ſupremo poſt Petrum capite ſententias colligere. Ex Occidente, & toto Oriente Epiſcopi ſupra ſexcentos ad Calcedonenſem, quæ ſolius ſedis Romanæ, ait Gelaſius, decreto coacta eſt, coierant; qui omnes ne vno quidem reclamante, Romanam Eccleſiam caput omnium dictitantem Paſcaſinum, Leonis Papæ legatum audiunt, eiuſque mandata capeſſunt, Actione 1.

Oecumenicis.

Deinde Leo, vniuerſalis Archiepiſcopus, vniuerſalis Eccleſiæ Papa, vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus, omnium conſenſu appellatur Actione 3.

Poſtea omnem primatum & honorem præcipuum ſecundùm canones, antiquæ Romæ Archiepiſcopo conſeruari voluit, Actione 16.

Concilium hoc præceſſerat aliud, quod Epheſi contra Neſtoriū iuſſu & authoritate, aiunt Nicephorus, Euagrius, & Iuſtinus Imperator, Cæleſtini Papæ indictum fuit. In eo ex toto Oriente adunati ducenti Patres, impoſita ſibi neceſſitate à canonibus, & ſanctiſſimi Patris Cæleſtini Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi Epiſtola, diu multumq́ue lacrymantes ſe ad triſtem anathematis contra Neſtorium, ferendam ſententiam adigi proteſtantur.

Niceph. libr. 14. cap. 34. Tomo 1. concil. pagi. 601. Euagri. lib. 1. hiſtor.

Epiſtola quoque ad eundem Cæleſtinum, ſanctitatis illius pietatem, zelum, & curam de recta fide cum omni admiratione ſuſpiciunt: Epiſcopos Romanos in omnibus celebres eſſe, & eorum ſtudia Eccleſiarum fulcra, conſtituta agnoſcunt: & quoniam neceſſitas poſtulabat, vt quæ facta fuerant in ſancta illa Synodo, omnia ad ſanctitatis eius cognitionem referrētur, eidem ipſi, ſcripto illo neceſſario, ea vniuerſa ſeſe indicare ſcribunt.

Tomo 1. concil pag. 694. 695. edi Col.

Demùm, Ioannis Antiocheni Patriarchæ, qui vt Synodum in gratiam Neſtorij turbaret, Epheſiorum & Alexandrinorum Epiſcopos depoſuerat, temeritatem plectendam differunt pietatis eiuſdem Cæleſtini iudicio. Qui verò multis antè annis ad ſecundam vniuerſalem Synodum, quæ prima Conſtantinopolitana fuit, iuxta literas Damaſi Papæ conuenerant 150. Epiſcopi, Epiſtola ad eundem Eccleſiæ Romanæ præſulem, membra eius propria ſeſe profitentur, ſimulqúe vt ordinationibus Nectarij, Flauiani, & Cyrilli, quibus Conſtantinop. Antiochenam, & Hieroſoly. Eccleſias commiſerant, ſua pietate & charitate ſpiritali acquieſceret, hortantur.

Tomo 1. concil pag. 485. & 486.

Iam verò tanta confeſſorum corona, quæ ex Palæſtina, Phœnicia, vtraque Syria, Arabia, Meſopotamia, Perſide, Cilicia, Cappadocia, vtraque Armenia, & Ponto, Galatia, Aſia, Lydia, Phrygia, Piſidia, Pamphilia, Iſauria, & alijs Orientis partibus maiori ex parte contexta eſt, celebrem & omnibus obſeruandam Nicenam Synodum primam conſideremus. Hanc non tantùm Silueſtri Epiſcopi Romani conſenſu coactam apud Damaſum legimus, verùm & eiuſdem vocatione regulariter conuocatam fuiſſe, docet Concilium Romanum, eadem tempeſtate celebratum: Vitumq́ & Vincentium Silueſtri Epiſcopi Romani nomine, illi præfuiſſe teſtantur ex Latinis Marianus, Regino, Platina; & ex Græcis Cedrenus in Compend. hiſt. & Photius Conſtantinop. Eadem iuſſit Aſiaticos Paſchatis obſeruationem, quam ab Apoſtolicis viris Polycarpo, Polycrate, & alijs acceperant, miſſam facere, & Eccleſiæ Romanæ celebrandi tempus amplecti; quod vt præſtarent, quum Conſtantinus Imperator eſſet adhortatus, facturos ſe libenter receperunt. Hæc ipſa quoque Synodus, communi omnium Epiſcoporum nomine, Epiſtola ad eundem Silueſtrum, precatur, vt quidquid in tanto cœtu & conſenſu viſum eſſet, oris illius conſortio confirmaretur. Quid ergo euidentius, firmius, aut amplius ad confirmationem ſummæ in omnes Eccleſias poteſtatis, in Petri ſucceſſore haberi poteſt? En totius Occidentis, Meridiei, & Orientis Eccleſiarum paſtores, verbis, ſcriptis, operibus; et ſinguli, & in maximis Synodis congregati, Eccleſiam eam à Petro, cui præ cæteris Dominicas oues paſcendi cura commiſſa eſt, fundatam eſſe docent; ipſi obedientiam reuerentiámque exhibent; extorres ab eius communione, prophanos, hæreticos, & Antichriſtos cenſent; in omni controuerſia, iudicium eius expectant; decreta eius vt Chriſti voces audiunt, amplectuntur, exoſculantur: præcipui Patriarchæ ab illa confirmari expetunt: Concilijs ſuis calculum adijcere rogāt; iniuria affecti eam appellant; & ad eam ſedibus pulſi, vt ad tutiſſimum aſylum confugiunt: quos in communionem receperit, Catholici; quos non admiſerit, ſchiſmatici ab omnibus exiſtimantur: & (vt hîc Irenæi clauſula finiam) quotquot ſunt, vndequaque ſint in toto orbe fideles, ob potentiorem principalitatem, & conſeruatas Traditiones Apoſtolicas, ad eam conueniunt. Atque de his ſatis.

Tomo 1. concil. pag. 355.

Tomo 1. concil pag. 354.



5. Petro & Paulo] Huius libri c. 1. diſertis verbis teſtatur Petrum & Paulum Romæ euāgelizaſſe, & fundaſſe Eccleſiam: quod cùm & ipſo ſuperiores Egeſippus, Caius, Linus, Clemens, Anacletus, Papias: & quotquot poſtea ſiue in Oriente, ſiue in Occidente, ſiue in Meridie, ſiue in Septentrione ſequuti ſunt orthodoxi et clari ſcriptores, miro conſenſu confirment: non poſſum nō mirari Veleni, Illyrici, Funccij, Molinæi, Gallaſij, & quorundā aliorū Hugnoſticorum profligatā impudentiam, qua Petrum nunquam Romæ fuiſſe audeant blatterare. Præſertim cū etiam Lutherus, quemadmodum ex Colloquijs eius ſcribit Rebenſtock, ſponte faſſus ſit. Omnes hiſtorias affirmare, Petrum fuiſſe primum Papam Romæ: & Caluinus profiteatur, Propter Scriptorum conſenſum ſe nolle pugnare, quin illic mortuus fuerit. Lib. 4. Inſtit. c. 6. ſect. 15.

Tomo 2. pagin. 61.

Obſeruandum quoque hoc loco Petrum Paulo præmitti, quod ille Romanis longè prius annunciaſſet, quàm iſte ad eos vel ſcriberet, vel accederet. Etenim ipſemet Paulus ad Romanos, quos nōdum viderat, aut docuerat, ſcribens, teſtatur fidem illorū annunciari in vniuerſo mūdo, ſeqúe ingenti deſiderio eos viſendi & in eadem fide confirmādi teneri. Ergo iā illic Petri laboribus coaluerat ampliſſima & florentiſſima Eccleſiæ Chriſtianæ atq́ Catholicæ facies: quod etiam alij ab Irenæo primæ notæ ſcriptores teſtificantur. Euſebius namque ait: Salutaris prædicationis verbo Petrus primus in vrbe Roma Euangelij ſui clauibus ianuam regni cæleſtis aperuit. Conſentiunt Epiphanius cont. Hæreſ. 27. Chryſoſtomus in Pſ. 48. Nicephorus lib. 2. & vt Græcis Latinos iungamus, Leo magnus ſer. 1. de natali Apoſtolorum, Oroſius libr. 1. cap. 6. Arnobius lib. 2. contra gentes, aliiq́ plurimi.

Lib. 2. hiſto. cap. 14.

6. Per ſucceſſiones Epiſcoporum] Continuam Epiſcoporum, præſertim Romanorum, quos poſtea ad ætatem ſuam vſque numerat, per cunctas Eccleſias eſſe veram, manifeſtamqúe Sponſæ Chriſti, ex qua Scripturarum interpretatio, legitima Sacramenta, veritaſqúe fidei petenda ſit, cum Irenæo ſenſerunt, ac hæreticis vt firmiſſimum murum obiecerunt Tertu. lib. Præſc. Cyprianus lib. 1. epiſt. 6. Optatus lib. 2. contra Parmen. Epiph. contra hæreſ. 27. Auguſt. Tom. 7. Pſ. contra partem Donati, & alij deinceps omnes orthodoxi.

At verò, iſtiuſmodi perpetua ſucceſſio in Romana ſede tā certa et perſpicua eſt, vt nulli Lutherani, nulli Caluiniani, nulli Anabaptiſtæ, nulli Ariani, Samoſateniani, Tridecitæ, aut Trinitarij poſſint negare. contra verò, hi omni ſucceſſione Epiſcoporum carent: nuncqúe maiori ex parte Miniſtri eorum ſunt Laici, ex prophanis turbis & negotijs ſine vlla ſacra initiatione in Eccleſias irrumpentes, & aut veteres hæreſes Simonis, Marcionis, Donati, Vigilantij, Berengarij &c. inſtaurantes: aut à nouis hæreſiarchis inuentas ſeminantes, in totius orbis Chriſtiani extremā perniciem. Sunt ergo, vt loquuntur orthodoxi, à ſeipſis ordinati, ſine magiſtro diſcipuli, filij ſine patre, ſine capite membra, & prodigioſæ natæ creaturæ.

Cypran. Optat.

7. Præterquam oportet colligunt] Billius non dubitat, quin interpres Græcā vocem παρασυνάγειν reddere ſtuduerit: quā tamen dilucidius vertiſſet, præter ius faſqúe conuentus agere. Vnde Socrates in hiſt. eccl. lib. 5. c. 21. (in Latina verſ. 20.) Sabbatium Nouatianū, quando cum relictis ſuis, priuatos cōuentus agere cœpiſſet, παρασυνάξαι eum dicit. Quid autem inter hæreſim, ſchiſma, & παρασυναγωγὴν vel παρασύναξιν interſit, vide Baſilium in Canon. ad Amphilochium can. 1.

8. Lino epiſcopatum] Quod non conueniant omnes, quis primus beato Petro ſucceſſerit in ſede Romana, parum refert, cùm conſtet eam Eccleſiam nunquam paſtore caruiſſe: ſed à principe Apoſtolorum ſucceſſionem ſuā manifeſtam iugemqúe retinere. Irenæus primum à Petro enumerat Linum, quod Hieronymo, Epiphanio, Chryſoſtomo, Dorotheo, Optato, & Auguſtino probatur. Aſtipulatur Euſebius libro tertio hiſt. cap. 2. & 4. lib. 5. cap. 6. in Chronico quoque ſub anno Domini 70. Neronis decimo quarto poſt Petrum Romanam Eccleſiam rexiſſe Linum duodecim annis aſſerit. Contrà, Clemens ſe à beato Petro ſucceſſorē conſtitutum ſcribit libro ſeptimo conſti. Apoſt. cap. 45. & epiſt. 1. ad Iacobum, quam ante mille, & ducētos ferè annos Latinam fecit Ruffinus; ei ſubſcribunt Epiphanius, Damaſus, Marianus, Sabellicus. Mihi perplacet Sanderi doctiſſimi Theologi conciliatio, Petrum quidem Clementem ordinaſſe, ſed huic Linum & Cletum in catalogo Epiſcoporum Romanorum præponi, quòd eos Petrus ſibi coadiutores aſciuiſſet.

Ergo, vt Epiphanius ex priſcis etiam rectè colligit, primus à morte S. Petri Romanæ Eccleſiæ præfuit Linus, ſecundus Cletus, tertius Clemens: qui Chriſtiana rara qúe moderatione ſedem Petri capere recuſauit, dum viuerēt Linus & Cletus ſummi Apoſtolorum Petri Romæ cooperatores, cùm hic vrgente proximorum ſalute in alias prouincias excurreret, tametſi fuiſſet ab eodem Petro deſignatus.

Cæterùm, ex hac etiam Irenæi ſententia notandum, Apoſtolorum & ſucceſſorū eorū eſſe Epiſcopos legitimos Eccleſiis præficere; non Regum, magiſtratuum ciuilium, minus autem popularium. Quàm ergo monſtroſum ac propudioſum, Mulierem, cui nec in Eccleſia quidem loqui diuina iura permittunt, verbi Caluiniani miniſtros, Decanos, Epiſcopos, Archiepiſcopos in Eccleſiis alicubi conſtituere? Purpura certè facit Imperatores, non ſacerdotes, inquit Ambroſius. Idemq́ ad Valentinianū: Noli te grauare Imperator, vt putes te in ea quę Diuina ſunt, aliquod imperiale ius habere Publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum.

Ambr. Epiſt. 33. Theodoret. lib. 5. hiſtor. cap. 17.

9. Succedit autem ei Anacletus.] Hunc plerique poſt Clementem conſtituunt, & in Epiſtola eidem inſcripta, Clementem ſuum prædeceſſorem vocat; ſed & Epiphanius, Ruffinus, Damaſus, Sabellicus Cletum: non Anacletum, Lino ſubiungunt: at huic Irenæi enumerationi, quæ Cletum neſcit, niſi cum Anacleto eundem faciat, ſubſcribit Euſebius libro tertio, capite decimo tertio hiſtor. Titi, inquiens, altero imperij anno, Linus Romanę Eccleſię miniſterium, cum in eo duodecim annis pręfuiſſet, Anacleto tradidit. Similia habet lib. 5. cap. 6. ac demùm in Chronico: Ignatius quoque epiſtola prima, Clementem ſcribit Anacleto ſucceſſiſſe.

10. Cle-

10. Clemens,qui & vidit Apoſtolos] *Barnabæ concione primùm fidei elemēta didiciſſe, & eius miniſterio ſe ad Petrum Apoſtolum adductum fuiſſe; ac deinceps variarum peregrinationum & certaminum comitem ſe adiunxiſſe,locupletiſsimus ſibi ipſe teſtis eſt, in libris Recognitionum. Hunc eſſe, cuius Paulus in quadam Epiſtola meminit, putant Clemens Alex. Euſebius, Epiphanius.*

11. Sub hoc igitur Clemente, diſſenſione non modica] *Si extaret Clementis Epiſtola,qua ſchiſma hoc compeſcuit, & Corinthiorum nutantem fidem confirmauit; tantæ diuiſionis occaſiones facilè explicarentur:ſed nec Euſebius, nec Nicephorus plura quàm hîc Irenæus tradiderunt.*

12. Potentiſſimas literas] *Hinc obſerua Romanam Eccleſiam etiam ab initio,authoritatem ſuam interpoſuiſſe in moderandis quoque Græcorum Eccleſiis,quod adeò gratum fuit illarum Epiſcopis,vt hic commemoratam Epiſtolam,non tam Clementis quàm Romanæ Eccleſiæ nomine,ſua ipſius memoria, plurimis in Eccleſiis publicè lectam ſcribat Euſebius lib. 2. capit.12. hiſt. Porrò fragmenta non contemnenda huius Epiſtolæ reperias apud Iuſtinum martyrem quæſt.47.ad Orth. Clementem Alex.lib.1.ſtro.& lib.4.& lib.6.Baſilium mag.lib.de Spiritu ſancto capite 29.Athanaſium in diſput. contra Ariū in ſynodo Nicæna:Epiphanium contra hær.27. Euſebium l.3.hiſt.cap.16. & 37. Hieronymum lib.1.con.Iouini. & commentariis in 1.& 4.cap.ad Epheſ. quorum Lectorem tantùm admonere viſum eſt.*

13. Huic autem Clementi ſuccedit Euariſtus] *Auguſtinus Epiſt.165. Optatus Mileuitanus libr.2. Euariſtum Anacleto ſucceſsiſſe ſcribunt, quos ſequuti ſunt Damaſus & Platina: ſed cùm hîc reclamet Irenæus, eique ſubſcribat Euſebius plurimis in locis, illi potius credendum.Totum hunc locum tranſcripſit Euſebius libr. 5. hiſt.cap.6.*

14. Qui etiam glorioſiſſimè] *Euſebius,Damaſus,Metaphraſtes,Nicephorus, Platina, aliiq; rerum Eccleſiaſticarum ſcriptores,huic conſentiunt: adeoque antiquiſsimus ſcriptor Tertullianus his verſibus:*

*Lib.3. Carm. aduerſ. Marcionem.*

Poſt expleta ſui qui luſtri tempora tradit
Teleſphoro; excellens hic erat, martyrque
fidelis.

15. Et Polycarpus] *Etiam locum iſtum reperias apud Euſebium lib.4.hiſtor. cap.13. Deinde conſtantiſsimum eiuſdem Polycarpi martyrium graphicè depingit cap.15.Meminit & Polycarpi frequenter in Epiſtolis Ignatius,ad eumque nominatim vnam dirigit.Idem rurſus ad Antiochenſes ſuos,ex Philippis ſcribens,ſalutat eos Polycarpi nomine,cui tanquam fidiſsimo tutori,Eccleſiam Antiochenam ad martyrium proficiſcens impenſius commendat.Irenæus quoque in Epiſtola ad Florinum pietatem,doctrinam,formam Polycarpi, & cæteras animi & corporis dotes,apprimè commendat. Fragmentum habet Euſebius libro quinto capite 19.hiſt.*

16. Multum enim perſeuerauit] *Euſebius in Chronico tradit Polycarpum coronam martyrii ſuſcepiſſe circa annum Chriſti 169. imperii autem Antonini Veri ſeptimo, inſuper: illum inſtante morte dixiſſe Proconſuli, ſe iam octoginta ſex annos Chriſto inſeruiuiſſe: quibus eum reuera grandæuum fuiſſe, ac Eccleſiæ Smyrnenſi multis annis præfuiſſe conſtat.*

17. Et fidelior veritatis eſt teſtis] *Euſebii authoritate,& Billii commonitione ſic locū reſtituimus, expuncto* fidelioris, *quod habebant omnes codices.*

18. Is enim eſt,qui ſub Aniceto] *Peregrinationis huius rationes,ex Irenæi Epiſtola ad Victorem Papam abundantius refert Euſebius lib.5.hiſt.cap.24.Hinc verò obſeruandum, quanti Romani Pontificis authoritatem fecerint totius Orientis Eccleſiæ,quarum primas, Apoſtolorum auditor,ab ipſo Ioanne Euangeliſta Smyrnæ paſtor conſtitutus Polycarpus,confecta iam ætate,Romam pergit,ſucceſſorem Petri variis de rebus conſulit; pacis communionem poſtulat,& aſſequitur.*

19. Et ſunt qui audierunt eum] *Iſthæc tranſcripſerunt ex Irenæo Euſebius lib.4. hiſtor.cap.13. Epiphanius contra hæreſim 30. Theodoret. libr. hæretic. Fab. Nicephorus li.2. Plurimos autem & ſanctiſsimos præter Irenæum, diſcipulos & auditores Polycarpum habuiſſe in Eccleſiaſticis libris refertur,qui tū adhuc & in Aſia & in Gallia ſupererant: inter quos numerant Andochium, Tyrſum, Felicem, & Benignum qui in Galliis martyrio conſummati ſunt.*

20. Cerinthum] *Epiphanius contra hæreſim 30. ſemel & iterum iſtud de Ebione,non de Cerintho,refert. Quid ſi vterque, id eſt Cerinthus ac Ebion, vt eiuſdem fermè impietatis profeſſores,tum in balneum aut ex condicto,aut præter ſpem, ſimul conueniſſent? Hieronymus aduerſ.Luciferianos adſerit,poſt Ioannis receſſum, balnei ruina Cerinthum cum aſſeclis oppreſſum fuiſſe. Ac Euſebius quidem lib.4.hiſt.cap.22.Nicephorus lib.4.cap.22.& Theodoretus lib.2.hæreticarum fabularum, Ioannis acceſſum & receſſum cum Irenæo referunt,ſed balnei ruinæ ac hæretici oppreſsionis non meminerunt.*

21. Poſt vnam correptionem] *Tertullian. lib.de Præſcript.Cyprianus libr. 3. ad Quirinum cap. 78. item Epiſt.55. Lucifer Calar.& Ambroſius com. in hunc Pauli locum,hanc Irenæi vet.cod.lectionem ſequentes,nō habent:*Et alteram:*habent verò Athana.orat.5.contra Arian.Orat.ad Max.Epiſtol.ad Serapionem:Leo magnus ſerm.contra hæreſim Eutychetis:Hieronym.Theodoretus: Primaſius.*

22. Eſt autem & Epiſtola Polycarpi] *Hanc agnoſcunt Euſebius lib.5.hiſtor.capite vigeſimo:Hieronymus in catalogo:Nicephorus lib.2.cap.39. Prodiit autem noſtra ætate in lucem, vt multorum aliorum priſcorum monumenta,quæ temporum iniuria diu latuerant.Quin etiam teſtis eſt Irenæus Epiſtola ad Florinum,cuius egregium fragmentum extat apud Euſebium libr. 5. hiſtor. cap.18.& Nicephorum lib.4.cap.30.eundem beatiſsimum & Apoſtolicum virum, alias quoque Epiſtolas vel vicinis Eccleſiis confirmationis gratia;vel fratribus quibuſdam, vt eos admoneret & hortaretur,ſcripſiſſe: ex quibus puritas doctrinæ eius colligi poteſt. Harum porrò quinque non aſpernanda fragmenta, à me ſuperioris Quadrageſimæ tempore,Virduni,in quadam vetuſtiſsimis characteribus manu deſcripta ſuper Quatuor Euangeliſtas Cathena,inuenta,vt à Victore Epiſcopo Capuano, ante mille & centum annos ibidem laudantur, hoc loco inſerere operæpretium viſum fuit. Hæc itaque ibidem leguntur:*

***Victor Epiſcopus Capuæ ex Reſponſione capitulorum Sancti Polycarpi Smyrnenſis Epiſcopi, diſcipuli Ioannis Euangeliſtæ.***

DIVI



# DIVI POLYCARPI SMYRNENSIS EPISCOPI, ET MARTYRIS, BEATI IOANNIS EVANGELISTAE QVONDAM DISCIPVLI, RESPONSIONVM FRAGMENTA.

MAtthæus Dominum dixiſſe teſtatur,quod Moyſes ſcribit Adam loquutum fuiſſe hoc modo. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea: propter hoc relinquet homo patrem & matrem, &c. Sed concordant Domini verba cum Moyſi ſermonibus, qui Adam præbens officium inſpiratione diuina prophetauit,ipſe à Moyſe hoc dixiſſe refertur. Deus verò qui per inſpirationem diuinam in corde Adam iſta verba formauit, ipſe Pater à Domino rectè loquutus fuiſſe refertur. Nam & Adam hanc prophetiā protulit: & Pater qui eum inſpirauit,rectè dicitur protuliſſe. *Matth.19.5. Geneſ.2.24.*

*IDEM ad hæc verba Chriſti,* Calicem meum bibetis, &c. *Matth. 20.*

PER huiuſmodi potum, ſignificat paſſionem. Et Iacobum quidem nouiſſimum martyrio conſummandum,fratrem verò eius Ioannem tranſiturum abſq; martyrio;quamuis & afflictiones plurimas,& exilia tolerarit:ſed præparatam martyrio mentem Chriſtus martyrem iudicauit. Nam Apoſtolus Paulus,quotidie (inquit) morior; dum impoſſibile ſit quotidie mori hominem ea morte,qua ſemel vita hæc finitur. Sed quoniam pro Euangelio ad mortem iugiter erat præparatus, ſe mori quotidie ſub ea ſignificatione teſtatus eſt. Legitur & in dolio feruentis olei pro nomine Chriſti beatus Ioannes fuiſſe demerſus. *Actor.12.2. 1.Cor.15.31. In geſtis.*

*IDEM de initio Euangelii ſecundum Marcum.*

RAtionabiliter Euangeliſtæ principiis diuerſis vtuntur, quamuis vna eademque euangelizandi eorum probetur intentio. Matthæus vt Hebræis ſcribens, genealogiæ Chriſti ordinem texuit,vt oſtenderet ab ea Chriſtum deſcendiſſe progenie, de qua eum naſciturum vniuerſi Prophetæ cecinerant. Ioannes autem ad Epheſum conſtitutus,qui legem tanquam ex Gentibus ignorabant, à cauſa noſtræ redemptionis Euangelii ſumpſit exordium:quæ cauſa ex eo apparet,quod Filium ſuum Deus pro noſtra ſalute voluit incarnari. Lucas verò à Zachariæ ſacerdotio incipit, vt eius Filii miraculo natiuitatis,& tanti prædicatoris officio,Diuinitatem Chriſti Gentibus declararet. Vnde & Marcus antiqua prophetici myſterii competentia aduentui Chriſti declarat:vt non noua,ſed antiquitus prolata eius prædicatio probaretur. Aut per hoc Euangeliſtis curæ fuit,eo vti proœmio,quod vnuſquiſque iudicabat auditoribus expetere. Nihil ergo contrarium reperitur,vbi licet diuerſis ſcriptis, ad eandem tamen patriam peruenitur.

*IDEM in illud:* Noli vocare amicos tuos,ſed pauperes & debiles,*&c. Luc.14.12.*

PRæcepit non amicos,ſed infirmos quoſque vocandos ad prandium. Quod ſi claudus,aut quilibet eorum ſit amicus,ſine dubio talis pro amicitia minimè eſt rogandus:vnde ipſa quaſi videntur ſe impugnare mandata. Nam ſi non amici,ſed claudi & cæci ſunt inuitandi,ipſoſq; quoque amicos eſſe contingat, nequaquam rogare debemus. Sed amicos,arbitror,intelligi hoc loco debemus illos,quos pro mundi huius terrena conſideratione diligimus,non pro diuinæ contemplationis intuitu. Hi ſunt igitur amici relinquendi. Denique, ideo debilium exempla propoſuit, quos pro nullius poſſumus appetere neceſſitate negotii, niſi tantùm pro fructu retributionis æternæ.

*IDEM in illud:* Opus conſummaui,quod dediſti mihi vt faciam. *Ioann.17.4.*

QVomodo opus ſalutis humanæ adimpleſſe commemorat, cùm necdum crucis vexillum conſcenderat?ſed definitione voluntatis,de qua cuncta venerandæ paſſionis inſignia adire decreuerat, iure ſe opus perfeciſſe ſignificat:&c.

*Hæc Victor Capuanus vir Græcè & Latinè doctus circa annum Dom.480.ex Græco Reſponſionum*

*ſionum capitulorum B. Polycarpi, quem nactus erat, codice, à ſe Latina facta recenſuit: & in ſupra nominata Cathena manu ſcripta, quam penes me habeo, & cùm per Typographos licebit, ſtudioſis communicabo, citantur: quæ in hunc locum inſerere atque publicare viſum eſt, quòd hactenus nondum euulgata fuiſſe nouerim.* A

## *TESTIFICATIO EORVM QVI APOſtolos viderunt, de prædicatione veritatis.*

### CAPVT IV.

T[1] Antæ igitur [ oſtenſionis ] cùm ſint hæc, non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facilè eſt ab Eccleſia ſumere, cùm Apoſtoli, quaſi in depoſitorium diues, pleniſſimè in eam ] contulerint omnia quæ ſint veritatis: vti omnis quicunque velit, ſumat ex ea potum vitæ. Hæc eſt enim vitæ introitus, omnes autem reliqui, fures ſunt & latrones, propter quod oportet deuitare quidem illos: quæ autem ſunt Eccleſiæ, cum ſumma ] diligentia[2] diligere, & apprehendere veritatis Traditionem. Quid enim? Et ſi quibus de aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, nónne oporteret in antiquiſſimas recurrere Eccleſias, in quibus Apoſtoli conuerſati ſunt, & ab eis de præſenti quæſtione ſumere quod certum & re liquidum eſt?[3] Quid autem ſi neque Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, nonne oportebat ordinem ſequi Traditionis, quam tradiderunt ijs quibus committebant Eccleſias? Cui ordinationi aſſentiunt[4] multæ gentes Barbarorum,[5] quorum ] qui in Chriſtum credunt, ſine charta & ] atramento ſcriptam habentes per Spiritum in cordibus ſuis ſalutem, & veterem Traditionem diligenter cuſtodientes, in vnum Deum credentes fabricatorem cæli & terræ, & omnium quæ in eis ſunt, per Chriſtum Ieſum Dei Filium. Qui propter eminentiſſimam erga figmentum ſuum dilectionem, eam quæ eſſet ex Virgine generationem ſuſtinuit, ipſe per ſe hominem adunans Deo, & paſſus ſub Pontio Pilato, & reſurgens, & in claritate receptus in gloria, venturus Saluator eorum qui ſaluantur, & iudex eorum qui iudicantur, & mittens in ignem æternum transfiguratores veritatis, & contemptores Patris ſui, & aduentus eius. Hanc fidem qui ſine literis crediderunt, quantum ad ſermonem noſtrum, barbari ſunt: quantum autem ad ſententiam, & conſuetudinem, & conuerſationem, propter fidem, per quam ſapientiſſimi ſunt, & placent Deo, conuerſantes in omni iuſtitia & caſtitate & ſapientia. Quibus ſi aliquis annunciauerit ea quæ ab hæreticis adinuenta ſunt, proprio ſermone eorum colloquens, ſtatim concludentes aures, longo longius fugient, ne audire quidem ſuſtinentes blaſphemum colloquium. Sic per illam veterem Apoſtolorum Traditionem, ne in conceptionem quidem mentis admittunt, quodcunque eorum portentiloquium eſt: neque dum ] enim congregatio fuit apud eos, neque doctrina inſtituta.[6] Ante Valentinum enim non fuerunt, qui ſunt à Valentino; neque ante Marcionem erant, qui ſunt à Marcione; neque omnino erant [reliqui] ſenſus maligni, quos ſupra enumerauimus, antequam initiatores & inuentores peruerſitatis eorum fierent.[7] Valentinus enim venit Romam ſub Hygino, increuit verò ſub Pio, & prorogauit tempus vſque ad Anicetum. Cerdon autem qui ante Marcionem, & hic ſub Hygino, qui fuit octauus Epiſcopus, ſæpe in Eccleſiam veniens, & exhomologeſin faciens, ſic conſummauit,[8] modò quidem latenter docens, modò verò exhomologeſin faciens, modò verò ab aliquibus traductus, in his quæ docebat malè, & abſtentus eſt [à] religioſorum hominum conuentu.

*1. Tim. 6. 20. 2. Tim. 1. 14. Ioan. 10. 8. Tit. 3. 10. Ierem. 31. 33. Heb. 10. 16.*

*Euſebius libr. 4. Hiſtor Græc. cap. 11. Latin. 10. hæc citat.*

Οὐαλεντῖνος μὲν γὰρ ἦλθεν εἰς ῥώμην ἐπὶ ὑγίνου. ἤκμασε δ' ἐπὶ πίου, καὶ παρέμεινεν ἕως ἀνικήτου. κέρδων δ' ὁ πρὸ μαρκίωνος, καὶ αὐτὸς ἐπὶ ὑγίνου, ὃς ἦν ἔννατος ἐπίσκοπος, εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐλθὼν καὶ ἐξομολογούμενος, οὕτως διετέλεσε, ποτὲ μὲν λαθροδιδασκαλῶν, ποτὲ δὲ πάλιν ἐξομολογούμενος, ποτὲ δὲ ἐλεγχόμενος ἐφ' οἷς ἐδίδασκε κακῶς καὶ ἀφιστάμενος τῆς τῶν ἀδελφῶν συνοδίας.

*Interp. Iac. Billio.*

Valentinus Hygini tempore Romam ſe contulit, floruitq; ſub Pio, atq; vſq; ad Anicetum tempus vitæ prorogauit. Cerdon autem, qui Marcionem anteceſſit, ipſe quoq; Hygini tempore, qui nonus Epiſcopus erat, Romam profectus, ac perſæpe pœnitentiam agens, ita perſtitit, vt nonnunquam furtim ſuum dogma ſpargeret, nonnunquam rurſus pœnitentiam ageret, nonnunquam deniq; conuictus atq; reprehenſus, ob ea quę pernicioſè docebat, à fratrum cœtu abſiſteret.

Marcion



Marcion autem illi ſuccedens inualuit ſub Aniceto, decimũ locum epiſcopatus continente. Reliqui verò qui vocantur Gnoſtici, à Menandro Simonis diſcipulo, quemadmodum oſtendimus, accipientes initia vnuſquiſque eorum, cuius participatus eſt ſentẽtiæ, eius & pater, & antiſtes apparuit. Omnes autem hi, multo poſterius, mediantibus iam Eccleſiæ temporibus, inſurrexerunt in ſuam apoſtaſiam.

### ANNOTATIONES.

1. Tantæ igitur oſtenſionis cùm ſint hæc] *Authoritate vet. cod. expunximus,* oſtenſiones: *atque ita colligit Irenæus, quæ ſupra dixit, de Scripturis, ſucceſſionibus Epiſcoporum, maximè in Eccleſia Romana, & Traditionibus Apoſtolorum, vim habere manifeſtiſſimæ ac firmiſſimæ demonſtrationis aduerſus omnes hæreſes. Infert autem, non eſſe veritatem fidei quærendam à tàm impuris & diſſectis Gnoſticorum ſectis: ſed à ſola Eccleſia Catholica, cui vt ſacrum ac cæleſte pignus, ſeruanda ab Apoſtolis commiſſa eſt. Confirmatio prima eſt, ex eo quòd obortis nouis diſceptationibus ſemper ad antiquiores Eccleſias, velut ad puriores fontes recurritur. Secunda, quòd ſi nullæ eſſent Scripturæ nobis relictæ, ad earum Eccleſiarum traditiones omnino confugiendum eſſet. Tertia, multas per orbem Gentes, viua ſolùm voce traditam ſibi veram fidem Chriſtianam conſtanter tenere, & ſeruare. Quarta, Spiritum ſanctum, vt à Prophetis prænunciatum fuit, in cordibus fidelium, potius quàm in chartis, veram & ſalutarem pietatem inſerere ac infigere. Paulò poſt,* in eam, *pro,* in ea: *deinde,* cum ſumma diligentia, *pro,* cum magna, *docente vetere codice, ſubſtituimus.*

2. Diligere] *Billius* deligere *mallet, quàm* diligere, *ob verbum deuitare, quod antecedit.*

3. Quid autem ſi neque] *Vehemens certè telũ in eos, qui nihil credendum clamitant, quod non dilucidè et apertè ſcriptura dicat. Num ergo Deum vnum eſſe, vniuerſaqúe ſuo Verbo condidiſſe credidiſſent, ſi Moſis ætatem præceſſiſſent? Atheiſmúmue profeſſi fuiſſent, ſi vniuerſa Biblia ſacra Babylonicis flammis exuri vidiſſent? Neque igitur Domini noſtri incarnationem, mortem, Reſurrectionẽ, & vniuerſam œconomiam peractam ab eo verè exiſtimaſſent, antequam Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes, hæc ſcriptis mandaſſent. Et quid ad hanc rationem Irenæi reſpondebunt, ſi tantùm & ſolùm apertis ſcriptis credunt, traditione omni abnegata?*

4. Multæ gentes Barbarorum] *Diuinis iuſſionibus, quibus Chriſtus Apoſtolos & diſcipulos delegauit, vt euntes in vniuerſum mundum, felix fauſtumque Euãgelij verbum profiterentur omni creaturæ, incipientes à Iudæa vſque ad vltimum terræ, tanto feruore paruerũt; vt omnem terrarum orbem intra 40. aut 50. annos peragrarint. Hoc planè Paulus indicat, Romanorũ fidem dicens annunciari in vniuerſo mundo: & Apocalypſis, inter Euchariſtias beatorũ referens eos dicere:* Redemiſti nos ex omni tribu, lingua, populo & natione. *Non fuerunt autem ſcripta Apoſtolorum euulgata ſtatim per tot linguas & prouincias; quæ tamen rectam in Deum fide, ſolo verbo Dei tradito, non autem ſcripto innixa credebant, vti docet Irenæus.*

5. Quorum qui in Chriſtum credunt, ſine charta & atramento] *Ita ex veteri codice reſtituimus: codices excuſi,* eorum qui in Chriſtum credunt, ſine charactere vel atramento.

6. Ante Valentinum enim] *Eiſdem argumentis, ab origine ſcilicet recentiori tum hæreſiarcharum, tum hæreſeos, validiſſimè pugnat Tertullianus aduerſus hoſce Gnoſticos libr. Præſcript. & libr. 1. contra Marcionem. Valet quoq; plurimum huiuſmodi argumentum aduerſus huius æui Hugnoſticos: quandoquidem conſtet Lutheraniſmum anno Domini 1517. ab excucullato apoſtata Luthero initium habuiſſe: Sacramentariam factionem circa annum 1524. Carolſtadij & Zuinglij opera pullulaſſe: Anabaptiſtarum verò colluuiem 1522. per Nicolaum Storck, deinde Thomam Muntzerum prima furorum ſuorum fundamenta ieciſſe. Nam ſi omnes Eccleſiaſticas hiſtorias percurramus, nullam prouinciam, nullamq; gentem comperiemus, quæ confeſſionem fidei Auguſtanæ, VVitembergicæ, Mansfeldicæ, Saxonicæ, Bohemicæ, VVandalicæ, Suedicæ, Anglicæ, Belgicæ, Francicæ, Helueticæ, aut Bezanicæ ſimilem vnquam ediderit. Hoc in primis ſatis fatetur Beza, quando in libro imaginũ ſcribit Cnoxum, Bucerum, Farellum, Caluinum, Zuinglium, ac Oecolampadiũ primos fuiſſe in Scotia, Anglia, Francia, Sabaudia, Heluetiaq; Apoſtolos ac Euangeliſtas. Item, Caluini in ſacras literas monimentis* nihil iudicioſius, nihil enucleatius, nihil magnificentius, à quoquam verbi diuini interprete, adhuc ſcriptum fuiſſe. *Et in huius vita, vniuerſos verecundiæ fides tranſiliens, tam impudenter quàm nequiter ſcribit:* Doctrinam de Cęna Dominica, à nullo poſt Apoſtolos, rectè intellectam & traditam hactenus fuiſſe, quàm à Caluino. *Conſtat ergo etiam proprijs illorum teſtimonijs Caluiniſmum & Zuinglianiſmum recentiſſimum eſſe: noſqúe illis optimo iure obijcere poſſe, quod nuper in Colloquio Frankentalenſi Anabaptiſtis nepotibus ſuis obiecerunt:* Si vos Eccleſia Dei eſtis, ſequitur Deum ſine populo & Eccleſia fuiſſe vſque ad annum 1524. in quo Carolſtadius doctrinę veſtrę fundamenta poſuit. Nam ſi vel omnes hiſtorias perlegatis, nullum ab exordio mundi populum inuenietis, qui Confeſſionem fidei veſtræ ſimilem habuerit, &c.

*Lutheraniſmum quoque recentiſſimum eſſe, & ipſe Lutherus palam ſignificat & conteſtatur his verbis:* Audemus gloriari, Chriſtum eſſe primò à nobis vulgatum. *Et in Colloquijs eius per Rebenſtock collectis refertur, quod frequenter labores ſuos Apoſtolorum etiam laboribus præferens, diceret:* Tempore Pauli, Euangelium non publicè, ſed priuatim propoſitum eſt. *Et Ioannes Aurifaber in alijs eiuſdem Lutheri præceptoris ſui Colloquijs, eo vſque effert illum ſuper omnes Patres, Doctores, Martyres, Diſcipulos ac Euangeliſtas & Apoſtolos Chriſti, vt vix diuiniſſimum Paulum ei præferendum iudicet, ac ſecundum ab eodem Chriſto locũ omnino tribuat, vt ſuperius ex verſibus eius notauimus. VVigãdus deniq; libro de bonis & malis Germaniæ, adſcribit eidẽ Luthero,* Articulorũ fidei illuſtrationem, qualis ab Apoſtolorum tẽporibus hucuſq; in mundo non fuit cognita. *Et reipſa, ne vnum, ne vnum quidem ab Apoſtolorum temporibus ad hanc vſque ætatem noſtram Doctorem ac Epiſcopum nominare poſſunt, aut poterunt vnquam, qui Lutheranam vel Melanthonianam doctrinam profeſſus, aut Confeſſionem fidei Auguſtanæ ſimilem amplexus fuerit. Sed neq; vllam prouinciam, vllam ciuitatem, vllum oppidum, vllum totius orbis angulum deſignare poſſunt, in quo vel Baptizatum vel Cœnatum, vel prædicatum ſit recentium Hugnoſticorum more. Eſt igitur horum doctrina*

*Præfat. in corpus doctrinæ, editum Lypſiæ, 1561. Tomo 2. pagin. 145.*

X 2 planè

*planè noua,& hactenus inter Chriſtianos nec audita,nec recepta.*

7. Valentinus enim venit Romam ] *Hæc,vſque ad illud:* Marcion autem illi ſuccedens, *tranſcripſit Euſebius lib.4.hiſt.cap.10.ſectam quoque Valentinianorum ortam ſub tempore Antonini pij , & Theleſphori Papæ,qui Hyginum præceſſerat, memoriæ tradiderunt Theodoretus & Sabellicus.*

8. Modò quidem latenter docens] *Obſeruandum quàm incerta,vacillante, & ad omnem flatum fluctuante,imò & repugnante , & perpetuo verbere flagellante eos miſera conſcientia , errores ſuos adinueniant, retineant , & ſpargant tam veteres quàm noui hæreſiarchæ. Ac de veteribus ſufficiat præſens Irenæi teſtimonium : de nouis iuuat quidpiam adijcere. Lutherus de ſeipſo certiſſimus teſtis, ſcribit* ſe initio per ignorantiam & imprudentiam , imò repugnante animo, in hanc cauſam detruſum eſſe. *Vnde & diſcipuli eius referunt eum in Colloquijs ſæpè dixiſſe:* Ego ita credere non poſſum , ſicut doceo: attamen homines alij fidem me habere firmiſſimam iudicant. *Item :* Si iunior eſſem , nollem prædicare: aliud negotium inciperem. Ego ſi vidiſſem meum incœptum in tantum dilatari,os meum certè obturaſſem . *Et in alijs colloquijs ab Aurifabro commenſali collectis recitatur,eundem de ſeipſo cum ſuſpirijs aliquoties exclamaſſe :* O quàm magnam hominum multitudinem per doctrinam tuam ſeduxiſti ! Omnem hunc tumultum concitaſti! *Et poſtea:* Nunquam eas cogitationes ex animo dimitto, nimirum, quod optarem negotium hoc à me inceptum non eſſe.In hac tentatione ſæpenumerò ad ipſum infernum demerſus ſum. Quia tamẽ cauſam hanc ingreſſus ſum, videndum mihi nunc eſt,& dicendum,eam iuſtam eſſe. *Quinetiam remordentis, dies noctesq; flagellantis , tumultuantis , & reclamantis miſerabilis animæ ſuæ ſtimulos & cruciatus cunctis manifeſtans ſcribit :* Quoties cor meum palpitauit, meque reprehendit & obiecit: Nunquid tu ſolus ſapis? An verò credibile eſt , reliquos omnes errare, & tanto tempore erraſſe? Quid , ſi tu erres , & tot homines in errorem inducas, qui omnes in perpetuum damnentur? *Luthero tot procellis agitato,fluctuãti,& de doctrinæ ſuæ veritate penitus incerto , commilitonem & Achatem eius iungamus Melanthonem,Confeſſionis Auguſtanæ, omniumque Lutheranorum,& nunc quoque Caluinianorum ſymboli & acropoleos conditorem.*

*Tomo 1. op. ſparſim.*

*Tomo 1. colloq. pagi.34. & 95. & Tom.2. pa.15.*

*Fol.158.241. & 273.*

*Præfat. libr. de Miſſa abo.*

*Is animi ſui fluctus & conſternationes ſatis in comitijs Auguſtanis patefecit, quando* Epiſcopis Catholicis iuriſdictionem,authoritatem, atque obedientiam , etiam inter Lutheranos reſtituendã eſſe concedebat. *Et in ſubſignandis articulis Smalcaldicis addendum volebat ,* vt Romano pontifici iuriſdictio in Epiſcopos Catholicos,& concionatores Lutheranos ſarta tectaque relinqueretur. *Verùm,Lutheri furoribus cedere coactus eſt. Virum tamen adeo ſemper torſit & arſit tot errorum conſcia mens, vt Ioanni Bartholomæo à Velberg,eum de Religione mutanda conſulenti , reſponderit , vt* Catholicum

*Vlembergius, Cauſa 15.*

A communicandi & orandi ritum conſtanter retineret. *Addiditque :* Nullum habeo digitum in manu,cuius iactura non optarim , me nunquã ad ſcribẽdum de rebus Theologicis acceſſiſſe: ſed vacaſſe philoſophiæ , vt feci à principio. *Præterea,propriæ matri in extremis agenti , & eum per ſacra omnia adiuranti,vt ei diceret ,* quænam magis ſalutaris eſſet religio? *coram multis reſpondiſſe fertur ,* Romanam Catholicam ſecuriorem eſſe: Lutheranam carni faciliorem . *Ex quibus ſatis eſt manifeſtum quàm ſemper lubricus & inconſtans fuerit: denique etiam reclamante intus conſcientia , illum nunc partes Lutheranorum,nunc Catholicorum,poſtremò & Sacramentariorum propugnaſſe . De Pomerano, Amſdorfio , & alijs Lutheranæ factionis ducibus etiam dicerem,niſi me noui Sacramentarij , vt & ſuis anxietatibus & trepidationibus locum hìc deſignem, vehementer incitarent.*

*VVolfangus Agricola, con. de Matrim.*

B *Andreas Carolſtadius eorum anteſignanus anno 1525. ſcripſit ad Lutherum,* ſe tantùm exercitij gratia,de Euchariſtia contra eum diſputaſſe: & non velle in ea ſententia, quæ realem corporis Chriſti præſentiam non agnoſcit , pertinaciter perſiſtere. *Idem ad Tigurinos pergens dixit Cyringio :* Ab iſtis Helueticis Theologis mea fides & ſententia de cœna Domini ſtabit & cadet . *Eadem inconſtantia & trepidatione Caluinus paratus ſententiam ſuam Sacramentariam mutare atque deſerere ſcripſit:* Si Philippus Melanthon verbulo declaret, me à ſua mente deflectere, protinus deſiſtam. *Annõ leuiſſimi prophetæ & inconſtantiſſimi Apoſtoli, qui à nutu mendacium & mortalium hominum, in præcipuis fidei Chriſtianæ capitibus ſtant & cadunt? Suorum dogmatum tabulas figere ac refigere ſunt parati? Oecolãpadius alter huius ſectæ parens, per Ficinum cancellarium , ad-*

*Schluſſelburgius l.2.art.9*

*Secunda defenſ.contr. VVeſtphal. pag.54.*

C *monitus à Landgrauio Haſſiæ 1529. ne verbis Chriſti neglectis ,commentis hominum peregrinis & incertis fideret,his verbis reſpondit:* Vtinã Princeps illuſtriſſ. abſciſſa mihi fuiſſet hæc dextera,cùm primùm inciperem de negotio Cœnæ Dominicæ ſcribere. *Annon apertum & certum oppreſſæ, reprobatæ, damnatæq; conſcientiæ teſtimonium? Zuinglius & ipſe de ſuo dogmate anceps & dubius ſcripſit :* Confiteor ingenuè,quod ad hũc ſenſum verborum Chriſti,quẽm proferemus , *Hoc ſignificat corpus meum,* propenſior ſim , quàm ad alium quem hactenus tenuimus : quamuis nihil temerè adfirmem. Sed ſi quis clariora protulerit , cum gratiarum actione amplexurum polliceor . *Rurſumq; incertitudinem doctrinæ Sacramentariæ , & inconſtantiam ſuam declarans ait :* Vereor multos errare in certamine περὶ τῆς ἐυχαριστίας, niſi ego

*Schutz cauſa 15. Schluſſelburgius li. 2. artic. 9.*

*Libr. de vera & falſ.relig. fol.249.251.*

D magis quàm omnes errem,&c. *Nec mirum profectò ſi trepident , tremant , totiq; tam impiam cauſam agentes perhorreſcant ; quando relictis aut deprauatis clariſſimis Chriſti verbis,vel Satanica ſomnia, vel gloſſemata ab impuris hominibus conficta & inuecta conſectentur: quæ imbecilles atque timidas hominum mentes nunquam poſſunt tranquillare. Ecquis huiuſmodi Protheis ac Vertumnis ſalutem ſuam tutò committere poſſet? Sed de his pro occaſione iam ſatis.*

*Epi. de Cœn. Domin. ad Matth. Alberum 1525.*

*OSTEN-*



A

## *OSTENSIO QVOD ET DOMINVS ET APOſtoli in veritate ediderint doctrinam, & non ſecundùm audientium opinionem.*

### CAPVT V.

[1] TRaditione igitur quę eſt ab Apoſtolis,ſic ſe habẽte in Eccleſia,& permanente apud nos,reuertamur ad eam, quæ eſt ex ſcripturis oſtẽſionem, eorum qui & Euangelium conſcripſerunt Apoſtolorum,ex quibus conſcripſerunt de Deo ſententiam,oſtendentes quoniam Dominus noſter Ieſus Chriſtus veritas eſt,& mendacium in eo non eſt. Quemadmodũ & Dauid [eam,] quæ eſt ex Virgine generationẽ eius, & eam quæ eſt ex mortuis reſurrectionem prophetans ait.[2] Veritas de terra orta eſt. Et Apoſtoli autem diſcipuli veritatis exiſtentes,extra omne mendacium ſunt: non enim communicat mendacium veritati , ſicut

*Ioan.14.6.*

*1.Ioan.2.27.*

*Pſal.84.12.*

*2.Cor. 6.14.*

B non communicant tenebræ luci,ſed præſentia alterius excludit alterum. Veritas ergo Dominus noſter exiſtens,non mentiebatur; & quem ſciebat Labis eſſe fructum , non vtique Deum confiteretur,& Deum omnium, & ſummum Regem , & Patrem ſuum, perfectus imperfectum , ſpiritalis animalem, is qui in Pleromate eſſet , eum qui extra Pleroma. Neque diſcipuli eius alium quendam Deum nominarent, aut Dominum vocarent præter eum,qui verè [eſſet] Deus & Dominus omnium : quemadmodum dicunt hi,qui ſunt vaniſſimi ſophiſtæ, quoniam Apoſtoli cum hypocriſi fecerunt doctrinam,ſecundùm audientium capacitatem, & reſponſiones ſecundùm interrogantium ſuſpiciones,cæcis cæca confabulantes,ſecundùm cæcitatem ipſorum , languentibus autem ſecundùm languores ipſorum , & errantibus ſecundùm errorem eorum, & putantibus Demiurgum ſolum eſſe Deum, hunc annunciaſſe. His verò qui innominabilem patrem capiunt, per parabolas & ænigmata inenarrabile feciſſe myſterium, vti non quemadmodum habet ipſa veritas,ſed & in hypocriſi , & quemadmodum capiebat vnuſquiſque, Dominum & Apoſtolos edidiſſe magiſterium. Hoc autem non eſt ſanantium,nec viuificantium;ſed magis grauantium , & augentium ignorantiam ipſorũ: & multo verior [ his ] Lex * inuenitur, maledictum dicens omnem , qui in errorem mittat cæcum in via.

**inuenietur,*

*Deut.27.8.*

C Qui enim ad inuentionem miſſi erant errantium Apoſtoli, & ad viſionem eorum qui non videbant,& ad medicinam languentium , vtique non ſecundùm præſentem opinionem colloquebantur eis, ſed ſecundùm veritatis manifeſtationem. Nec enim quilibet homines rectè facient, ſi cæcos iamiamq; per præcipitium ferri incipientes,adhortentur inſiſtere illi periculoſiſſimæ viæ, quaſi verè rectæ, & quaſi bene peruenturi ſint. Quis autem medicus volens curare ægrotum , faciet ſecundùm concupiſcentias * ægrotantis,& nõ ſecundùm quod aptũ eſt medicinæ? Quoniam autem Dominus medicus venit eorum qui ſe malè habent , ipſe teſtificatur dicens. Non eſt opus ſanis medicus,ſed malè habentibus. Non veni vocare iuſtos , ſed peccatores ad pœnitentiã. Quomodo ergo qui malè habent confirmabuntur ? & quomodo peccatores pœnitentiam agent? Vtrum perſeuerantes in eiſdem ipſis? An è contrario , magnam commutationem & tranſgreſſionem prioris conuerſationis accipientes,per quam & ęgritudinem non modicam,& multa peccata ſibimetipſis importauerunt? Ignorantia autem mater horum omnium per agnitionem vacuatur. Agnitionem verò faciebat Dominus ſuis diſcipulis,per quam & curabat laborantes , & peccatores à * peccato coercebat. Non igitur iam ſecundùm priſtinam opinionem loque-

**ægrotantium,*

*Luc.5.31.32.*

**peccando*

D batur eis,neque ſecundùm * ſuſpicionem interrogantium reſpondebat eis: ſed ſecundùm doctrinam ſalutarem,& ſine hypocriſi , [3] & ſine [ perſonæ acceptione. ] Quod etiam ex Domini ſermonibus oſtẽditur,qui quidem his qui erant ex circuncitione oſtẽdebat Filium Dei eum,qui per Prophetas prædicatus fuerat Chriſtum , hoc eſt , ſemetipſum manifeſtabat,qui libertatem hominibus reſtaurauerit, & attribuerit incorruptelæ hæreditatem. Gentes autem iterum docebant Apoſtoli, vt relinquerent vana ligna & lapides,quæ ſuſpicabantur eſſe deos , & verum colerent Deum, qui conſtituiſſet & feciſſet omne humanum genus,& per cõditionem ſuã aleret & ageret, & [conſtabiliret,& ] eis eſſe præſtaret,& vt expectarent filium eius Ieſum Chriſtũ,qui redemit nos de apoſtaſia ſanguine ſuo,ad hoc vt eſſemus & nos populus ſanctificatus,de cælis [deſcenſurum] in virtute Patris,qui & iudicium omniũ facturus eſt,& ea quæ à Deo ſunt bona donaturus his,qui ſeruauerint præcepta eius . Hic in nouiſſimis temporibus apparens lapis ſummus angularis,in vnũ collegit,& vniuit eos qui longè, & eos qui propè, hoc eſt,circunciſionem & præputium,[4] dilatans Iaphet conſtituens eum in domo Sem.

**opinionẽ*

*Rom.2.12.*

*Acto.10.34.*

*Act.14.15.*

*Epheſ.2.17.*

*Geneſ.9.27.*

## ANNOTATIONES.

1. Traditione igitur ]*Expleto argumento à Traditionibus, nunc ex apertis Scripturis aduerſus Gnoſticos diſputationem inſtituit: hisq; vnicum Deum vniuerſorum Creatorem, eundemq; Patrem Domini noſtri IESV CHRISTI eſſe demonſtrat.*

2. Veritas de terra ] *Locum hunc poſt Irenæum, Arnobius ſic interpretatur:* Veritas qui eſt Chriſtus, de terra, id eſt, de Maria orta eſt. *Lactantius autem libro quarto capite duodecimo.* Veritas, *inquit,* de terra orta eſt, quia Deus in quo veritas eſt, terrenum corpus accepit, vt terrenis viam ſalutis aperiret. *Et Auguſtinus.* Veritas de terra orta eſt, Chriſtus de fœmina natus, Filius Dei de carne Chriſti proceſſit. *Nec ab hac interpretatione diſſentiunt Hieronymus comment. in Pſalm. Fulgentius lib. 3. ad Traſimundum; & lib. de incarnatione & gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cap. 6.*

3. Et ſine perſonæ acceptione ] *Vocem* perſonæ *addidimus, expunximuſqúe* acceptatione: *Deinde* conſtabiliret, &c, *pro* conſtabiliter: *& non ita poſt, pro* deſcenſurus, deſcenſurum, *ſubſtituimus auhor. vet. cod.* A

4. Dilatans Iaphet ] *Alludit ad benedictionem eam, qua Noë Iaphet filium primogenitum honeſtauit ac decorauit. Locum hunc illuſtrabit amplior hæc Iuſtini interpretatio:* Prædixit Noë, poſteros Semi occupaturos agros Chananæorum & habitacula, eijciendos mox à Iapheti progenie, quod ita factũ docebo. Vos enim *(Iudæos alloquitur)* qui à Semo ducitis originem, occupaſtis Dei iuſſu terram filiorũ Chanaam, deinde filij Iaphet, æquè iuſto Dei iudicio tenuerũt eam, & vos illinc profligauerunt, *Romanos intelligens.* *In Dialog.*

B

# *OSTENSIO QVOD IN SCRIPTVRIS nemo alius Deus nominatur, nec Dominus nuncupatur, niſi ſolus verus Deus Pater omnium, & Verbum eius.*

## CAPVT VI.

N[1]Eque igitur Dominus, neque Spiritus ſanctus, neque Apoſtoli eum
qui non eſſet Deus, definitiuè & abſolutè Deum nominaſſent ali-
quando, niſi eſſet * verus Deus: neque Dominum appellaſſent ali- ** verè*
quem ex ſua perſona, niſi qui dominatur omnium Deum Patrem,
& filium eius, qui dominium accipit à Patre ſuo omnis cõditionis,
*Pſal. 109. 1.* quemadmodum habet illud: Dixit Dominus Domino meo, Sede à
dextris meis: quoadusque ponam inimicos tuos ſcabellum pedum C
*Pſalm. 2. 2.* tuorum.[2] Patrem enim Filio colloquutum oſtendit: qui & dedit ei hæreditatem Gen-
tium, & ſubiecit ei omnes inimicos. Verè igitur cùm Pater ſit Dominus, & Filius verè
ſit Dominus, meritò Spiritus ſanctus Domini appellatione ſignauit eos. Et iterũ in e-
*Geneſ. 19. 24* uerſione Sodomitarum Scriptura ait,[3] Et pluit Dominus ſuper Sodomam & Gomor-
rham ignem & ſulfur à Domino de cælo. Filium enim hic ſignificat, qui & Abrahæ
conloquutus ſit, & à Patre accepiſſe poteſtatem ad iudicandum Sodomitas, propter ini
*Pſ. 44. 7. et 8.* quitatem eorum. Similiter habet illud: Sedes tua Deus in æternum, virga directionis,
virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus
tuus. Vtroſque enim Dei appellatione ſignificauit Spiritus, & eum qui vngitur Filium,
*Pſalm. 81. 1.* & eum qui vngit, id eſt Patrem. Et iterum: Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio
autem deos diſcernit: de Patre, & Filio;[4] & de his qui adoptionem perceperunt, dicit: hi
autem ſunt Eccleſia. Hæc enim eſt ſynagoga Dei, quam Deus, hoc eſt, Filius ipſe per ſe-
*Pſalm. 49. 1.* metipſum collegit. De quo iterum dicit: Deus deorum Dominus loquutus eſt, & voca-
uit terram. Quis Deus? de quo dixit, Deus manifeſtè veniet, Deus noſter, & non ſilebit: D
*Iſaiæ 65. 1.* hoc eſt Filius, qui ſecundùm manifeſtationem hominibus aduenit, qui dicit: Palàm
apparui his qui me non quærunt. Quorũ autem deorũ? quibus dicit, Ego dixi, Dij eſtis,
& filij Altiſſimi omnes. Hi ſcilicet qui adoptionis gratiam adepti ſunt, per quam clama
*Rom. 8. 15.* mus: Abba Pater. Nemo igitur alius, quemadmodũ prædixi, Deus nominatur, aut Do
minus appellatur, niſi qui eſt omnium Deus & Dominus, qui & Moyſi dixit: Ego ſum,
*Exod. 3. 15.* qui ſũ: & ſic dices filijs Iſraël: Qui eſt, miſit me ad vos: & huius Filius Ieſus Chriſtus Do-
minus noſter, qui filios Dei facit credentes in nomen ſuum.[5] Et iterum, loquente Fi-
*Exod. 3. 8.* lio ad Moyſen: Deſcendi, inquit, eripere populum hunc: ipſe eſt enim qui deſcendit, &
*Ioan. 14. 10* aſcendit propter ſalutem hominum. Per Filiũ itaque, qui eſt in Patre, & habet in ſe Pa-
trem, his quibus eſt manifeſtatus, Patre teſtimonium præbente Filio, & Filio annun-
*Iſaiæ 43. 10.* ciãte Patrem. Quemadmodum & Eſaias ait: Et ego, inquit, teſtis, dicit Dominus Deus,
& puer quem elegi, vti cognoſcatis, & credatis, & intelligatis, quoniam ego ſum.
**Dij per additamentum idola gentium.** Cùm autem eos, qui non ſunt dij nominat, non in totum, quemadmodum præ-
dixi, Scriptura oſtendit illos deos: ſed cum aliquo additamento & ſignificatione, per
quam



A quam oſtenduntur non eſſe dij. Quemadmodum apud Dauid, dij Gentium, idola *Pſal. 95. 5.*
dæmoniorum. Et: Deos alienos non ſectabimini. Ex hoc enim quod dicit: dij Gentiũ, *Exod. 20. 5.*
[6] Gentes autem [verum Deum] neſciunt. Et: alienos deos, nominans eos, abſtulit [qui
non ſunt dij.] A ſua autem perſona quod eſt, dicit de ipſis: Sunt enim idola, inquit, dæ-
moniorum. Et Eſaias: Confundantur omnes qui blaſphemant Deum, & ſculpunt in- *Iſa. 42. 17.*
utilia, & ego teſtis, dicit Dominus: abſtulit quòd ſint dij: ſolo autem vtitur nomine, ad
hoc, vt ſciamus de quo dicit. Hoc autem ipſum & Ieremias, dij, inquit, qui non fecerũt *Ierem. 10. 11.*
cælum & terram, pereant de terra quæ eſt ſub cælo. Ex eo enim quòd perditionem eo-
rum adiecit, oſtendit non eſſe deos eos. Et Helias autem conuocato vniuerſo Iſraël in
Carmelum montem, volens eos ab idololatria auertere, ait eis: Quouſque claudicabi- *3. Reg. 18.*
tis vos[7] in ambabus ſuffraginibus? Si vnus eſt Dominus Deus, venite poſt eum. Et ite- *19.*
rum ſuper holocauſtum ſic ait idolorum ſacerdotibus: Vos inuocabitis in nomine
deorum veſtrorũ, & ego inuocabo in nomine Domini Dei mei; & Deus qui exaudiet
hodie, ipſe eſt Deus. In eo enim quod hæc dicebat Propheta, qui quidem apud ipſos pu-
tabantur dij, arguit deos non eſſe. Conuertit autem eos ad eum Deum, qui & credeba-
tur ab eo, & qui verè erat Deus, quem & inuocans clamabat: Domine Deus Abraham, *3 Reg. 18.*
B Deus Iſaac, Deus Iacob, exaudi me hodie: & intelligat omnis populus hic, quoniam tu *36. & 37.*
es Deus Iſrael.

[8] Et ego igitur inuoco te Domine Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob (qui eſt
& Iſraël) Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deus qui per multitudinem miſericordiæ
tuæ[9] bene ſenſiſti in nobis, vt te cognoſcamus,[10] qui feciſti cælum & terram, [qui] do-
minaris omnium, qui es ſolus & verus Deus, ſuper quem alius Deus non eſt; [per] Do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum,[11] dominatione quoque dominaris Spiritus ſancti:
da omni legenti hanc ſcripturam, cognoſcere te, quia ſolus Deus es, & confirmari in
te, & abſiſtere ab omni hæretica, & quæ eſt ſine Deo, & impia ſententia. Et Apoſtolus
autem Paulus, dicens, Si enim his qui non erant dij ſeruiſtis, nunc cognoſcentes Deũ, *Galat. 4. 8.*
imò cogniti à Deo: ſeparauit eos qui non erant, ab eo qui eſt Deus. Et iterum de Anti-
chriſto dicens, Qui aduerſatur & extollit ſe (inquit)[12] ſuper omne quod dicitur de9, vel *2. Theſſ. 2. 4.*
quod colitur, eos qui ab ignorantibus Deum, dij dicuntur, ſignificat, id eſt idola. Ete-
nim Pater omnium Deus dicitur, & eſt; & non ſuper hunc extolletur Antichriſtus; ſed
C ſuper eos qui dicuntur quidem, non ſunt autem dij. Quoniam autem hoc verum eſt,
** quia* ipſe Paulus ait: Scimus autem * quoniam nihil eſt idolum, & quoniam nemo Deus, ni- *1. Cor. 8. 4.*
ſi vnus. Etenim ſi ſunt qui dicuntur dij, ſiue in cælo, ſiue in terra, nobis vnus Deus Pa-
ter, ex quo omnia, & nos in illo; & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, &
nos per ipſum. Dixit enim, & ſeparauit eos qui dicuntur quidem, non ſunt autem dij,
ab vno Deo Patre, ex quo omnia, & vnum Dominum Ieſum Chriſtum, ex ſua perſona
firmiſſimè confeſſus eſt. Quòd autem ſiue in cælo, ſiue in terra, non quemadmodum
** ad Moyſẽ* exponunt hi, dicere eum mundi fabricatorem: ſed ſimile eſt ei quod à * Moyſe dictum
eſt: Non facies tibi omnem ſimilitudinem in Deum, quæcunq; in cælo ſurſum, & quæ- *Exod. 20. 4.*
cunque in terra deorſum, & quæcunq; in aquis, vel ſub terra. Quæ autem in cælo ſunt,
quæ ſint ipſe exponit. Ne quando (inquit) reſpiciens in cælum, & videns Solẽ, & Lunã,
& Stellas, & omne ornamentum cæli, errãs adores ea, & ſeruias eis. Et ipſe autem Moy- *Exod. 4. 16.*
ſes homo Dei exiſtens, deus [quidem] datus eſt ante Pharaonem: non autem verè Do- *& 7. 1.*
minus appellatur, nec Deus vocatur à Prophetis, ſed fidelis Moyſes famulus & ſeruus *Heb. 3. 4.*
Dei dicitur à Spiritu, quod & erat.

## ANNOTATIONES.

D

1. Neque igitur Dominus ] *Ex multis clarisqúe Scripturarum locis demonſtrat vnicum et ſolum eſſe Deũ & Dominum huius mundi creatorem & rectorem: & hoc nomine non ſolùm Patrem (vt veteres & noui Ariani impiè contendunt) ſed & Filium, & Spiritum ſanctũ, id eſt, tres ſimul diuinas hypoſtaſes comprehendi. Hinc emanauit iſta non modò Auguſtini, ſed & omnium veterũ Theologorum regula:* Quoties in Scripturis Deus abſolutè ac indefinitè nominatur: tres ſimul diuinas perſonas toties ſignificari. **Lib. 6. de Trini. cap. 9.**

2. Patrem enim Filio colloquutum] *Hunc locum de Patre ac de ſeipſo interpretatur Chriſtus Matth. 22. v. 44. quod & Paulus conſtanter prædicat, 1. Cor. 15. 25. & Hebræor. 1. 13. hincq; probant Patrem & Filium duas eſſe diſtinctas inter ſe perſonas, ſed in vna prorſusq; eadem Diuinitate & coæterna maieſtate venerandas. Ac idcirco Iuſtinus martyr in Dialogo Tryphonem & ſimiles Iudæos iure optimo reprehendit, quòd hunc Pſalmum non de Patre & Filio, ſed de Ezechia rege intelligendum contenderent: quandoquidem nec iſte ad dexterã Dei Patris ſedet, nec eſt aut fuit vnquam Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec, nec deniq; ante luciferum à Patre genitus. Subſcribunt Iuſtino ac Irenæo Tertull. lib. aduer. Praxean, libr. 4. & 5. adu. Marcionem, Cyprianus libr. 2. adu. Iudæos, ca. 26. Athanaſius Orat. contra Arianos &c.*

3. Et pluit Dominus ſuper Sodomam ] *Ex hoc loco, cum Irenæo grauiſſimi & antiquiſſimi authores, Iuſtinus in Dialog. Tertullianus contra Prax. Cyprianus libro tertio ad Quirinum: Cyrillus libro primo in Ioannem: Hieronymus in quadrageſimum quintum Iſaiæ: Hilarius libro de Synodis: Athanaſius contra gregales Sabellij: & Epiſtol. de Synodis: Ambroſius libro primo*

 de fide,

*de ſide, capite 2. Chryſoſtomus homil. de ſancta & conſub. Trinitate, probant plures eſſe hypoſtaſes diuinas, aduerſus pertiucaciam Iudæorum: quos potius imitari, quàm ſugillare deberent Caluinus & Gallaſius, quaſi Iehouæ repetitio myſterio vacaret, aut ſine Filio Pater quicquam operaretur.*

4. Et de his qui adoptionem perceperunt] *Tertull. lib. adu. Praxean cap. 13. hinc poſt Irenæum, oſtendit & Chriſtum verè naturaq; Deum eſſe; ſimulq; pios omnes per ipſum effectos adoptione filios Dei.* Recordare (*inquit*) ſcriptum eſſe: Ego dixi dij eſtis, & filij altiſſimi. *Et:* Stetit Deus in Eccleſia deorum, *vt ſi homines per fidem filios Dei factos, deos Scriptura pronunciare non timuit, ſcias illam multo magis vero & vnico Dei Filio Dei nomen iure contuliſſe.*

5. Et iterum] *Sex haſce voculas ex veteri codice adiecimus, verbum* deſcendit, *in* deſcendi *mutantes; vt Filius ipſe ſit, qui loquatur ad Moſem, ſicut legendum indicat textus Bibliorũ, Exo. 3. conſentiente vet. noſtro co.*

6. Gentes autem verum Deum neſciunt] *Ita vet. cod. excuſi,* verbum Domini. *Et mox,* abſtulit qui non ſunt dij, *ex eodem vet. codic. legimus, pro eo quod excuſi,* quòd ſint dij.

7. In ambabus ſuffraginibus] *Locus eſt 3. Regum 18. vbi vet. tranſlatio:* Vſquequò claudicatis in duas partes? *Sanctes ex Hebræo:* Vſquequò claudicatis in duas cogitationes? *Græci,* ἐπ᾽ ἀμφοτέραις ἰγνύαις, *in duobus poplitibus: atq; poplites vertit interp. Theod. q. 55. in lib. Reg. Suffragines, ſinus curuaturarum dicuntur Rhodigino lib. 4. c. 11. Plin. li. 8. c. 45.* Aues & quadrupedes alas in priora curuant, ſuffragines in poſteriora. *Idem lib. 30. cap. 6.* Aquilæ pedes euellunt in aduerſum à ſuffragine.

8. Et ego igitur inuoco te] *Vt certè feruens ac memorabilis eſt hæc beatiſſimi Martyris oratio, qua Lectoribus horum librorum in vera fide conſtantiam perpetuã bene precatur: ſic impia ſimulq́ue execranda Valentini Gentilis ſententia, qua ex hoc loco conſtituere voluit, ſolum Deum Patrem eſſe Deum Iſraelis, non autem ſimul Filium ac Spiritum ſanctum. At, nõ videt homo nequam, ſic ſe tres deos ethnico planè more confingere. Nec attendit Irenæum initio huius capitis aſſerentem vnum tantùm eſſe definitè & abſolutè Deum ac Dominum omnium, nimirum Patrem & Filium eius. Deinde paulò poſt inferentem, Patrem & Filium verè eſſe illum vnum Dominum: Filium Abrahæ conloquutum: à Dauide quoq; appellatum Deum, & Deum deorum: Filium eſſe Deum, qui Eccleſiam per ſemetipſum collegit: Filium Deum venturum ad iudicium: Filium loquutum eſſe ad Moyſem: ex quibus manifeſtiſſimum & clariſſimum euadit, hunc vnà cum Patre verè eſſe atque vocari Deum Iſraelis, Deumq́ue Abrahæ Iſaac & Iacob. De Spiritus ſancti eadem & conſubſtantiali Diuinitate & ſuperius diximus, & infra quoque opportunis locis dicetur.* A

9. Bene ſenſiſti in nobis] τὸ εὐδοκεῖν *vertit Interpres,* bene ſentire, *quod alibi redditur,* ſibi complacere: *quaſi dicat:* Nos gratos & acceptos habuiſti. B

10. Qui dominaris omnium] *Addidimus* qui *ex vetere codice: expuncta coniunctione,* &: *& proxima linea,* per Dominum, *vbi codices habebant,* præter Dominum.

11. Dominatione] *Vetus codex,* Dominationem quoque donas Spiritus ſancti: *Fortaſſè, dicendum eſſet* donationem. *Cæterùm, ſiue hoc, ſiue illud legas, confirmatam ſemper habes Spiritus ſancti æternam ac conſubſtantialem Patri ac Filio Diuinitatem, maieſtatem, & dominationem, contra veteres ac nouos Arianos.*

12. Super omne] *Theophylactus hanc Irenæi ſequitur interpretationem; illud* ἐπὶ πάντα, *(ſic enim habent codices Græci) referens ad dæmones, & omnes homines, qui pro dijs habiti ſunt:* σέβασμα *verò ad ſimulachra, lucos, aut fana idolorum.* C

## *QVID SIT, QVOD A PAVLO DICItur, in quibus Deus mundi huius excæcauit mentes infidelium.*

### CAPVT VII.

2. Cor. 4. 4. [1]QVod autem dicunt, apertè Paulum in ſecunda ad Corinthios dixiſſe: In quibus Deus ſæculi huius excæcauit mentes infidelium: & alterum quidem deũ eſſe ſæculi huius dicunt, alterum verò qui ſit ſuper omnem principatum, & initium, & poteſtatem: non ſumus [nos] in cauſa, ſi hi qui, quæ ſuper Deum ſunt myſteria ſcire ſe dicunt, ne quidem legere Paulum ſciunt. D Si enim quæ ſecundùm Pauli conſuetudinẽ, quemadmodũ ex multis, & alibi oſtendimus, hyperbatis eum vtentem, ſic legerit, in quibus Deus, deinde ſubdiſtinguens, & modicum diaſtematis faciens, ſimul & in vnum reliqua legerit, ſæculi huius excæcauit mentes infidelium, inueniet verum, vt ſit quod dicitur, Deus excæcauit mentes infidelium huius ſæculi. Et hoc per ſubdiſtinctionem oſtenditur. Non enim Deum huius ſæculi dicit Paulus, quaſi ſuper illum alterum aliquem ſciens; ſed Deum quidem Deum confeſſus eſt: infideles autem ſæculi huius dicit, quoniam venturum [2]incorruptelæ] non hæreditabunt ſæculum. Quemadmodum autem Deus excæcat mentes infidelium, ex ipſo Paulo [3]oſtendemus,] proficiente nobis ſermone, [4]vt non nunc in multum auocemus] mentem noſtram à propoſito.

[5]Quoniam autem hyperbatis frequenter vtitur Apoſtolus, propter velocitatem ſermonum ſuorum, & propter impetum qui in ipſo eſt Spiritus, ex multis quidem alijs eſt inuenire. Sed [&] in ea quæ eſt ad Galatas, ſic ait: Quid ergo? Lex factorum poſita eſt
Galat. 3. 19. vſquequò veniat ſemen cui promiſſum eſt, [6]diſpoſita] per Angelos in manu Mediatoris. Or-



A dinatio enim ſic eſt. Quid ergo lex factorũ? diſpoſita per Angelos in manu Mediatoris poſita eſt, vſquedũ veniat ſemen cui repromiſſum eſt: vt ſit homo interrogans, & Spiritus reſpondens. Et iterum in ſecunda ad Theſſalonicenſes, de Antichriſto dicẽs, ait: Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Ieſus Chriſtus interficiet Spiritu oris ſui, & deſtruet præſentia aduentus ſui, illum cuius eſt aduentus ſecundùm operationem Satanæ, in omni virtute, & ſignis, & portentis mendacij. 2. Theſſ. 2. 8. Etenim in his ordinatio dictorum ſic eſt. Et tunc reuelabitur iniquus, cuius eſt aduentus ſecundùm operationem Satanę, in omni virtute, & ſignis, & portentis mendacij, quem Dominus Ieſus interficiet Spiritu oris ſui, & deſtruet præſentia aduentus ſui. Non enim aduentum Domini ſecundùm operationem Satanæ fieri; ſed aduentum iniqui, quem & Antichriſtũ dicimus. Si ergo non attendat aliquis lectioni, & per interualla aſpirationis manifeſtet* quod dicitur, erunt non tantùm incongruentia, ſed & blaſphema legens, quaſi Domini aduentus ſecundùm operationem fiat Satanæ. *in quo Sicut ergo in talibus oportet per lectionem hyperbaton oſtendi, & conſequentem Apoſtoli ſeruare ſenſum; ſic & ibi non Deum ſæculi huius legimus, ſed Deum, quem verè Deum dicimus. Incredulos
B autem & excæcatos ſæculi huius audiemus, quoniam venturum vitæ non hæreditabunt ſæculum.

### ANNOTATIONES.

1. Quod autem dicunt] *Vel ex vnico Pauli loco demonſtrat hæreticos nec Paulum rectè legere, nec intelligere: quandoquidem propter impetum Spiritus S. in ſe loquentis aliquando hyperbatis vtatur, & obſcurus ſit. Cæterùm, ex citata eiuſdem Pauli ſententia plurimum negotij exhibuerunt Patribus hæretici, vt poſt Irenæum indicat Tertullianus libr. 5. contra Marcio.* Diſtinguebat Marcion, *inquit ille,* Deus huius æui, vt ſuggereret Deum alterius æui: nos cõtra ſic diſtinguendum dicimus, In quibus Deus, dehinc, æui huius excæcauit mentes infidelium. C *Subinde admittit etiam alteram lectionem, vt dicere poſſimus huius æui deum, id eſt Diabolum. Priorem lectionem teſtatur Auguſt. multis placuiſſe, & ijs præcipuè, qui contra Manichæos vel Marcionitas rem habuerunt: at idem aliquãto poſt, negat abſurdum videri debere, ſi Diabolus dicatur deus huius ſæculi, id eſt, hominum impiorum; vt Paulo illud dictum eſt:* Quorum deus venter eſt. *Placet & ea prior lectio, per hyperbaton Chryſoſtomo, Theophylacto, & ſcholijs Græcis: poſteriorem amplectuntur Cyrillus & Ambroſius.* Lib. 22. contra Fauſt. cap. 2. & 9.

2. Incorruptelæ] *Ita vet. cod. excuſi habebant,* incorruptibile.

3. Oſtendemus] *Expunximus* oſtendimus, *aut. vet. cod.*

4. Vt non nunc in multum auocemus mentem] *Sic vetus codex legendum docuit: excuſi legebant,* & non nunc in multum mutemus, &c. *Et nos obiter dicimus ex multis Beati Auguſtini locis, Deum improbos excæcare, non immittendo cæcam malitiam: ſed non impertiendo gratiam, cuius ſeipſos reddũt indignos. Auguſt. Epiſt. 105. comment. in Pſalm. 71. Lib. de Prædeſt. & gratia, cap. 4.*

5. Quoniam autem hyperbatis] *Hyperbaton deſcribit Quintilianus, verbi tranſgreſſionem, quam frequenter ratio comparationis & decor poſcit. Origenes explicans Epiſt. ad Rom. non ſemel conqueritur Græcam Pauli dictionem eſſe perplexam, hyperbatis obſcuratam, & è Cilicum idiomate, quadam parum Græca peregrinitatem reſentire* Lib. 8. cap. 6.

6. Diſpoſita] *Deleuimus* diſpoſitum *author. vet. cod.*

## *QVID EST MAMMONA.*

### CAPVT VIII.

[1]SOluta igitur & hac illorum calumnia, manifeſtè oſtenſum eſt, quoniam nunquam [neque] Prophetæ, neque Apoſtoli, alium Deum nominauerunt, vel Dominum appellauerunt, præter verum & ſolum Deum. D Multò magis ipſe Dominus, qui & Cæſari quidem, quę Cęſaris sũt reddi iubet, Matt. 22. 21. & quæ Dei ſunt Deo: Cæſarem quidem Cæſarem nominans, Deum verò Deum confitens. Similiter & illud quod ait: Non poteſtis duobus dominis ſeruire, ipſe Matth. 6. 24. interpretatur, dicens. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ, Deum quidem confitẽs Deum, mammonã autem nominans, hoc quod & eſt: non mammonam dominum vocat, dicens: Non poteſtis duobus dominis ſeruire; ſed diſcipulos docet ſeruientes Deo non ſubijci Mammonæ, neque dominari ab eo. Qui [enim,] inquit, facit peccatũ, Ioan. 8. 34. ſeruus eſt peccati. Quemadmodum igitur ſeruientes peccato, ſeruos peccati vocat, nõ tamen ipſum peccatum dominum appellat: ſic & eos qui mammonæ ſeruiũt, ſeruos mammonæ appellat, [2]non Deum] appellans mammonam: [3]mammonas autem eſt ſecundùm Iudaïcam loquelam, qua & Samaritæ vtuntur, cupidus, & plus quàm oportet habere volens. Secundùm autem Hebraïcam, adiunctiuè dicitur Mam, vel ſignificat gulosum, id eſt, qui non poſſit à gula ſe continere. Secundùm * hæc igitur quæ ſignificantur, non poſſumus Deo ſeruire, & Mammonæ. *vtraque

Sed

Sed & Diabolum cùm dixiſſet fortem, non in totum, ſed velut in comparatione A
Matt.12.29. noſtra; ſemetipſum in omnia, & verè fortem oſtendit Dominus, dicens: Non aliter aliquem poſſe diripere vaſa fortis, ſi non prius ipſum alliget fortem, & tunc domum eius diripiet. Vaſa autem eius & domus nos eramus, cùm eſſemus in apoſtaſia: vtebatur enim nobis quemadmodũ volebat, & ſpiritus immundus habitabat in nobis. Nõ enim aduerſus eum qui ſe alligabat, & domum eius diripiebat, fortis erat; ſed aduerſus eos qui in vſu eius erant homines, quoniam abſcedere fecerat ſententiam eorum à Deo,
Ierem 31.11. quos eripuit Dominus. Quemadmodũ & Ieremias ait: Redemit Dominus Iacob, [&] eripuit eum [4] de manu [fortioris] eius. Si igitur non ſignificaſſet eum qui alligat, & diripit eius vaſa, hoc autem ſolùm eum fortem dixiſſet, eſſet fortis inuictus. [5] Sed [& adiecit] obtinentem; tenet enim qui alligat, tenetur autem qui * alligatur, & hoc ſine com- *alligatus eſt,
paratione fecit, vt non comparetur Domino ſeruus apoſtata exiſtens: non enim tantùm hîc; [6] ſed nec [quicquam] ex his quæ conſtituta [ſunt,] & in ſubiectione ſunt, comparabitur Verbo Dei, per quem facta ſunt omnia, qui eſt Dominus noſter IESVS CHRISTVS. Quoniam enim ſiue Angeli, ſiue Archangeli, ſiue Throni, ſiue Domi- B
nationes, ab eo qui ſuper omnes eſt Deus, & conſtituta ſunt, & facta per Verbum eius, Ioannes quidem ſic ſignificauit. Cùm enim dixiſſet de Verbo Dei, quoniam erat in Pa-
Ioan.1.3. tre, adiecit: Omnia per eum facta ſunt, & ſine eo factum eſt nihil. Dauid quoque cùm laudationes enumeraſſet, nominatim vniuerſa quæcunque diximus, & cælos, & om-
Pſal.148.5. nes virtutes eorum, adiecit: Quoniam ipſe præcepit, & creata ſunt: ipſe dixit, & facta *enim
Pſalm.32.9. ſunt. Cui * ergo præcepit? Verbo ſcilicet: per quod, inquit, Cæli firmati ſunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quoniam autem ipſe omnia fecit liberè, & quemadmo-
Pſal.146.5. dum voluit, ait iterum Dauid; Deus autem noſter in cælis ſurſum, & [in] terra, omnia quæcunque voluit, fecit. Altera autem ſunt quæ conſtituta ſunt, ab eo qui conſtituit; & quæ facta ſunt, ab eo qui fecit. Ipſe enim infectus, & ſine initio, & ſine fine, & nullius indigens, ipſe ſibi ſufficiens, & adhuc reliquis omnibus, vt ſint hoc ipſum præſtans: quæ verò ab eo ſunt facta, initium ſumpſerunt. Quæcunque autem initium ſumpſerunt, [7] & diſſolutionem poſſunt] percipere, & ſubiecta ſunt, & indigent eius qui ſe fecit: neceſſe eſt omnino vti differens vocabulum habeant apud eos, etiam qui vel modicũ ſenſum in diſcernendo talia, * habeant. Ita vt is quidem qui omnia fecerit cum Verbo *habent.
ſuo, iuſtè dicatur Deus & Dominus ſolus; quæ autem facta ſunt, non iam eiuſdem C
vocabuli participabilia] eſſe, neque iuſtè id vocabulum ſumere debere, quod eſt Creatoris.

### ANNOTATIONES.

1. Soluta igitur] *Pergit porrò tam ex ipſius Chriſti, quàm Prophetarum & Apoſtolorum verbis comprobare, Deum verum ſolum abſolutè & ſimpliciter Deum & appellari ac reuera eſſe. Cæterùm, negantem coniunctionem adiecimus ex veteri codice, etſi ſuperflua videatur, quoniam priſci autores etſi Latinè ſcribunt, Græcorum tamen more, duplicem negationem connectunt, quò magis pernegent.*

2. Non Deum] *Ita vet. cod. excuſi habebant* Dominum, *quod fortaſſe etiam retinendum eſſet.*

3. Mammonas autem] *Mammona vocem Hebraicam propriè non eſſe, ſed Syriacam, in 6. cap. Matth. & Quæſt. 6. ad Algaſiam, affirmat Hieronymus, idemque ſignificare, quod Græcis πλοῦτος, quem Poetæ Deum finxerunt. Conſentit Tertull. lib. 4. contra Marcion. cui ſubſcribit Origenes in calce Dialog. 1. contra Marcion. Cæterùm, quod D. Irenæus dicit in hac dictione merè Syriaca,* Mam *eſſe adiectitium, illud vix linguæ vtriuſq; Hebraicæ nempe & Syriacæ perito perſuaderi poteſt. Notũ eſt enim, vel mediocriter in Chaldæis verſatis,* ממונה *Mammona, vocabulum eſſe primigenium, non deductũ ab vllo themate Hebræo. Quòd ſi quis hoc in loco liberius vellet ludere, & vocabulum Syrum ex duobus integris Hebræis conflare, forſan non longius aberraret à ſcopo, deducendo,* ממונה *Mammona, à* מם *mam, vel mum, quod maculam ſonat, &* הון *hon potentiam, ſiue diuitias; ita vt per ſyncopen pro* ממהון *mamhon, dicatur Mamon, reſecta litera* ה. *Fortaſſis Irenæus metonymicῶs accepit* Mammonam, *videlicet cauſam pro effectu, id eſt, pecunias & opes, pro earum deſiderio.*

4. De manu fortioris] *Ita vet. cod. excuſi* de manu Pharaonis.

5. Sed & adiecit] *Expunximus* obiecit, *autho. vet. cod.* D

6. Sed nec quicquam] *Deleuimus* quidem, *author. vet. cod. Probat autem tam ex Euangelio quàm ex Pſalmis, omnia per Verbum condita eſſe, adeoq; cunctos ordines Angelorum: ſolũ autem non factum, & ſine vllo aut fine aut principio creante: quibus ſatis docet Patri coæternum & conſubſtantiale omnino credendum & confitendum eſſe.*

7. Et diſſolutionem poſſunt] *Tres has dictiones deſiderabant excuſi codices.*

*QVAM*



A

## *QVAM HABVERVNT DE DEO SENtentiam Apoſtoli, qui nobis Euangelium tradiderunt.*

### CAPVT IX.

O[1]Stenſo hoc] igitur hîc planè, & adhuc [oſtẽdetur] manifeſtius neminem alterum Dominum vel Deum, neque Prophetas, neque Apoſtolos, neque Dominum Chriſtum confeſſum eſſe ex ſua perſona, ſed præcipuè Deum & Dominum, Prophetis quidem & Apoſtolis Patrem & Filium confitentibus; alterum autem neminem, neque Deum nominantib9, neque Dominum confitentibus. Et ipſo Domino Patrem tantùm Deum, & Dominum eum, qui ſolus eſt Deus, & dominator omnium, tradente diſcipulis, ſequi nos oportet,
B ſi quidem illorum ſumus diſcipuli, teſtimonia illorum ita ſe habentia. Matthæus enim Apoſtolus, vnum & eundem ſciens Deum, qui promiſſionem fecerit Abrahæ, fa- Gen.12.et 17.
cturum ſe ſemen eius, quaſi ſtellas cæli, qui per Filium ſuum Chriſtum Ieſum à lapidũ cultura, in ſuam nos agnitionem vocauerit; vti fieret populus, qui nõ populus; & non Oſee 1.10.
dilecta, dilecta, ait Ioannem preparantem Chriſto viam, his qui in carnali quidem co- Rom.9.12.
gnatione gloriabantur, varium autem, & omni malitia completum ſenſum habebãt, eam pœnitentiam quæ à malitia reuocaret, annuntiantem dixiſſe: Progenies vipera- Matth.3.7.
rum, quis vobis monſtrauit fugere ab ira ventura? Facite ergo [2] fructum dignum pœnitentiæ: & nolite dicere in vobiſipſis, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, Ibidem.
quoniam potens eſt Deus, ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Pœnitentiam igitur eis eam, quæ eſſet à malitia, præconabat; ſed non alterum Deum annuntiabat, præter eum qui feciſſet promiſſionem Abrahæ, ille præcurſor Chriſti; de quo iterum ait Matthæus, ſimiliter autem & Lucas. Hic [enim] eſt qui dictus eſt à Domino per Prophe- Luc.3.
*Domini, tam, Vox clamantis in deſerto, parate viam * Domino, rectas facite ſemitas Dei noſtri. Iſa.40.3.
Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt tortuoſa in Malach.3.1.
C directa, & aſpera in vias planas, & videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri. Vnus igitur, & idem Deus eſt, Pater Domini noſtri, qui & Præcurſorem per Prophetas miſſurum ſe promiſit: & ſalutare ſuum, id eſt Verbum ſuum viſibile effecit omni fieri carni, incarnatum & ipſum, vt in omnibus manifeſtus fieret rex eorum. Etenim ea quæ iudicantur, oportebat videre iudicem, & ſcire hunc à quo iudicantur: & ea quæ gloriam conſequuntur, oportebat ſcire eum, qui munus gloriæ eis donat. Iterum autem de Angelo dicens Mattheus, ait; Angelus Domini apparuit Ioſeph in ſomnis. Cuius Domini? Ipſe Matth.2.13.
interpretatur, Vti adimpleatur quod dictũ eſt à Domino per Prophetam, Ex AEgypto Matth.2.15.
vocaui filium meum. Ecce Virgo in vtero accipiet, & pariet filium, [3] & vocabunt nomẽ Iſa.7.4.
eius Emmanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus. De hoc qui eſt ex Virgine Emmanuel, dixit Dauid: Non auertas faciem Chriſti tui. Iurauit Dominus Dauid veri- Pſal.131.11.
tatem, & [4] non diſpernet eum, De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Et iterum: Notus in Iudæa Deus, & factus eſt in pace locus eius, & habitaculum eius in Sion. Pſalm.75.1.
*Euãgelio Vnus igitur, & idem Deus, qui à Prophetis prædicatus eſt, & ab * Angelo annunciatus, & huius Filius qui ex fructu ventris Dauid, id eſt ex Dauid Virgine, & Emmanuel: [5] cu-
D ius & ſtellã Balaam quidem ſic prophetauit: Orietur ſtella ex Iacob, & ſurget dux in Iſraël. Num.24.17.

### ANNOTATIONES.

1. Oſtenſo hoc igitur] *Authoritate vet. cod. expunximus,* Oſtenſio. *Et mox* oſtendetur, *pro* oſtendatur *ſubſtituimus. Docet autem Apoſtolos vnum eundemq; Deum atq; Dominum vniuerſorũ per orbem prædicaſſe: & eum ipſum quem veteres Prophetæ quondam celebrauerant: quos & nos imitari oporteat.*

*Hîc autem pios Lectores celare nolo, cùm hunc Librum & locum ſecundò recognoſcerem, incidiſſe in manus meas libellum Geneuæ excuſum, in officina Franciſci Perrini, 1567. inſcriptum,* Valentini Gentilis &c. *in cuius paginis 9.10.11.12. & 13. ex ſcriptis eiuſdem Valentini, referuntur decem Irenæi teſtimonia, quibus nequam ille conatur efficere, ſolum Patrem eſſe verum ac vnicum Deum ac Dominum Iſraelis: non autem vnà cum eo Filium atque Spiritum ſanctum. Illicò certè exhorrui tantam hominis blaſphemiam ac impudentiam, ſimulque accuratius cœpi Irenæi ſcripta quæ habebam in manibus excutere, & in his perquirere quid de re propoſita ſentiret.*

*Comperi autem locos à Gentili pro ſua impietate citatos, qualis eſt iſte, in quem hæc annotamus, nihil minus quàm tam impia & blaſphema reſipere. Vrget enim Irenæus & frequenter inculcat, vnicum eſſe Deum verum, huius mundi conditorem, in Iſraele prædicatum à Prophetis, cognitum & inuocatum à Patriarchis, Legis veteris authorem, & eundem eſſe Patrem Domini noſtri*

*IESV*

IESV CHRISTI. *Sed non negat, imò conſtanter* A *aſſeuerat eundem Chriſtum, quatenus eſt Verbum, id eſt, Filius Dei, eidem Patri ſuo coæternum, coæqualem, conſubſtantialem, denique & cum illo eum vnicum verum Deum eſſe, qui & hunc mundum, & angelos, & cuncta creauerit, & Iſraeli notus fuerit: tantundem & de Spiritu ſancto ex ipſius effectis ac operibus rectè pieq́; colligens, vt nunc nunc patefaciemus.*

*Excluſiuæ itaque particulæ* ſolùm, tantùm, præterquam, nullus, alius, vnicus, ſolus, ſolummodò, &c. *quæ in ſcriptis Irenæi occurrunt, & à Gentilianis & Seruetianis in peruerſum ſenſum torquentur: illos tantummodo à Diuinitate ſecludunt Aeones Pleromatis, Bythos, Propatoras, Proarchontas, Aoratos, Anonomaſtos, Ageratos, Autophyes, Choicos, Carpiſtes, Ennœas, Enthymeſes, Achamotas, & cætera id genus monſtra & portenta, quæ per octonarios, decades, duodecades, & triacontades diſtributa, vnius in Deitate, & trini in per-* B *ſonis veri ac omnipotentis Dei loco ſubſtituere Gnoſtici conabantur. Nunquam verò à veri Dei Iſraelis nomine & ratione eximuntur Filius ac Spiritus ſanctus, imò comprehenduntur & ſignantur: vt ex ſubiectis quinquaginta integris & apertis locis, quos ex ſingulis libris eius colligimus, & decem à Gentili deprauatis & mutilatis conſtanter opponimus, cunctis facilè innoteſcet.*

D. Irenæi teſtimonia de S. Trinitate, & Chriſti Deitate.

*Primò itaque Irenæus lib. 1. cap. 1. Valentinianos coarguit, quod* Chriſtum nollent Dominum (*quo titulo paſſim in ſacris verus Deus Iſraelis, & mundi creator ac rector deſignatur*) appellare. *2. Eiuſdem libri 1. cap. 2. eundem Chriſtum vocat*, Dominum, Deum, Saluatorem, & Regem noſtrum, cui flectitur omne genu cæleſtium, terreſtrium, & infernorum *Inſuper, eandem eſſe totius Eccleſiæ Catholicæ fi*dem in vnum Deum Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum: *vt etiam ibidem obſeruamus. 3. Capite* C *4. carpit Gnoſticos, quòd* alium Deum, alium Chriſtum, & aliũ vnigenitum eſſe fingerẽt, *non vnum crederent. 4. Capite 19. profitetur* eundem eſſe Creatorem cæli, terræ, rerumque omnium viſibilium & inuiſibilium; *quod verè pertinet ad Deum verum & ſempiternum. 5. Capitibus 24. 25. & 26. damnat Carpocratianos, Cerinthianos, ac Ebionitas*, quod eundem Chriſtum filium Ioſeph eſſe cenſerent; & à Maria ortum habuiſſe *docerent: Patri verò coæternum confiteri nollent. 6. Capitibus 28. et 29. Cerdonem & Marcionem perſequitur & confodit, propterea quòd negarent eundem Filium eſſe Dei, qui à lege & Prophetis prædicabatur.*

*7. Libri ſecundi capitibus 1. 2. & 3. reprobans duos Marcionis deos, vnicum autem aſſerens*, qui cum Verbo ſuo, *id eſt, Chriſto filio* cuncta condiderit; *hunc* D *& natura conſubſtantialem, & potentia coæqualem & coæternum agnoſcit. 8. Capite 41. adfirmat* nomen IESV eum ſignificare Dominum, qui continet cælum & terram *9. Capite 47. Verbum, id eſt, Filium Dei, ſacras Prophetis & Apoſtolis dictaſſe Scripturas adfirmans, vnum eſſe cum Patre Deum comprobat. 10. Capitibus 48. & 49. ſcribit λόγον* eſſe Deum ſimplicem, nulla ex parte compoſitum, *à Patre ineffabili modo genitum, nulla ex parte ab eo diuerſum. 11. Capite 56. & 57. ex miraculis per inuocationem nominis Chriſti per Apoſtolos & alios ſeruos eius factis, confirmat eum eſſe vnum cum Patre Deum omnipotentem, qui facit quæcunque vult in cælo, & in terra, & in omnibus abyſſis.*

*12. Præfatione in lib. 3. adfirmans eum eſſe Dominum omnium ac Filium Dei, quem qui ſpernit, ipſum quoque Patrem aſpernari: ſatis indicat vnam vtriuſque eſſe ma-* A *ieſtatem & Deitatem. 13. Eiuſdem libri cap. 1. referens omnes Prophetas & Apoſtolos* annunciaſſe vnum Deum, & vnum Chriſtum Filium Dei; *Patri æqualem eũ agnoſcit. 14. Capitibus 4. et 5. eandem in Chriſtum orbis ſaluatorem fidem habendam; quæ eſt in vnum & verum Deum ſuadens, & in ipſum vt verum Deum credit. 15. Capite 6.* Patrem & Filium eius in ſacris literis definitè & abſolutè Deũ nominari *probat. 16. Capite 8. eum qui omnia fecit* cum Verbo ſuo iuſtè Deum & Dominum vocari; *Verbum à principio, & in Patre, & ſine initio, & ſine fine extitiſſe: & Angelos omnes condidiſſe adfirmat. 17. Capite 9. Prophetas & Apoſtolos* Patrem & Filium confiteri, alterum autem neminem neque Deum nominare, neque Dominum profiteri *docens, vnum cum Patre eſſe probat. 18. Capite 10. Dominum IESVM* ſecũdum quod Deus eſt, remiſſam peccatorum dediſſe, peccatoreſque à vinculis ſoluiſſe, *quod pla-* B *nè diuinum opus eſt, ſcribit. 19. Capite vndecimo, IESVM Filium Altiſſimi, Saluatorem*, Dominum Deum Iſraelis, Deum Saluatorem, æternumq́; Regem *agnoſcit. 20. Capite duodecimo, Apoſtolos* vnum Deũ Patrem & CHRISTVM IESVM æternum Dei Filium ac Regem, *& eam quæ eſt in eum fidem annunciaſſe. 21. Capite tertiodecimo, Petrum in Circunciſione, & Paulum in Gentibus*, vnum Patrem, & Dei Filium, qui eſt in Patre, vt & Pater in ipſo. *22. Capite 16. Apoſtolos aliosq́; veritatis præcones neminem alium Deum vocaſſe*, niſi ſolum verum Deum Patrem & Verbum eius. *23. Capite 18. Paulum vbique docere IESVM pro ſalute noſtra incarnatum*, eſſe vnigenitum Filium Dei, & Deum ſuper omnia benedictum in ſæcula. *24. Capite vigeſimo, Ioanne ſcribente, quod in principio Verbum exiſtit apud Deum, ex-* C *cluditur omnis contradictio dicentium: Non erat ante Chriſtus, quàm ex Virgine natus ſit. 25. Capite vigeſimo primo*, Eſt Filius Dei viui, Deus & Dominus, Rex æternus, Dominus ſanctus, Deus fortis, *ſuper nubes venturus vniuerſorum iudex. 26. Capite 22.* Potentiſſimus omnium Deus, *qui omnibus vt ſint præſtitit, in ſimilitudine peccati factus eſt, vt aſſueſceret homo portare Deum. 27. Capite 23. Chriſtus non tantùm homo, ſed iuxta Eſaiam*, Dominus ſaluans nos, Dominus ſanctus Iſraelis: Filius Dei qui Deus eſt, *in Bethlehem natus, Deus homo factus. 28. Capite 26. De Chriſto dictum eſt, Non conſentiet nequitiæ vt eligat bonum*, quod eſt proprium Dei. *29. Capite 29.* Digitus Dei, id eſt, Filius Dei viui *ſalutem operatus eſt populo ſuo, & non Ioſephi filius. 30. Capitibus 30. & 31. Chriſtus eſt rex æternus, per quem Adam formatus eſt, et* D *idem cum Patre Deus ac Dominus.*

*32. Libri quarti Præfatione, arguuntur qui alium Deum eſſe putant*, præter Patrem omnium, & Filium eius. *Filius ergo vnus & idem numero Deus cum Patre. Firmum item & conſtans eſt, neminem alterum Deum & Dominum à Spiritu prædicatum*, niſi eum qui dominatur omniũ Deus, cum Verbo ſuo. *33. Capitibus 2. 3. & 4. Filius eius qui fecit cælum & terram Chriſtus dedit verba ſua Moyſi*, & in eum Abraham & Prophetæ crediderunt. *34. Capite 5. Expurgans templum* vt domum ſuam & Patris, *ſe vnum cum eo Deum Iſraelis manifeſtauit. 35. Capite 10. Eſaias eius Dei qui eſt ſuper omnia verba refert:* Ego teſtis, dicit Dominus Deus, & puer quem elegi. *36. Capite 11. Qui loquutus eſt Moyſi in rubo, & à Prophetis adorabatur Deus viuus*, hic eſt viuorum Deus, & Verbum eius. *Ipſe igitur Chriſtus cum Patre viuorũ eſt Deus, qui & Patribus manifeſtatus eſt. 37. Capite 14. Chriſtus*



*Chriſtus non tunc incepit eſſe, quando ſecundùm carnem* A *ad nos venit; ideo fidem noſtram in eum dirigimus, ſicut dilectionem in Patrem eius: & ille per legem & Prophetas ſemetipſum & Patrem prædicabat, & propter hoc omnes Chriſtum Deum nominabant:* quoniam verè Deus *à Patre, à Spiritu, ab Angelis, ab ipſa conditione, ab hominibus, & ab apoſtaticis ſpiritibus, & ab ipſa morte agnoſcebatur. Et ideo in omnibus & per omnia* vnus Deus Pater, & vnum Verbum, & vnus Filius, & vnus Spiritus, *& vna fides & ſalus omnibus credentibus in eum. 38. Capite 17. Qui loquutus eſt ad Moyſem*, Videns vidi vexationem populi mei in Aegypto &c. *Hic eſt Filius, qui eſt Verbum Dei. Chriſtus ergo verus & vnus cum Patre Deus & Dominus Iſraelis. 39. Capite vigeſimo primo, Vtrunque teſtamentum vnus & idem paterfamilias produxit Verbum Dei Dominus noſter Ieſus Chriſtus. 40. Capite 22. Chriſtum Dei Filium expectamus, in quem credimus, de quo Eſaias ait:* B Ecce Dominus Deus noſter, in quem ſperauimus. &c. *Reliquis huius Libri teſtimonijs ſuperſedeo, vt aliqua ex Libro quinto ſubijciam.*

*41. Eius enim mox primo & ſecundo capite, non ſolùm Verbum Dei*, ſed & Deum in carne manifeſtatum *Chriſtum appellat, damnatq́; aliter ſentientes Valentinianos ac Ebionitas. 42. Capite 5. Chriſtum agnoſcit Filium Dei, omnipotentem, & Patris manum, (id eſt, conſubſtantialem et coæternum illi). 43. Capite 6. Chriſtus et Spiritus ſanctus vt manus Patris, (id eſt, ei conſubſtantiales)* creant & ſanctificant hominem: qui & dicitur templum Dei, id eſt, Filij & Spiritus ſancti. *44. Capite 8. æquè in Patrem & Filium fidem & ſalutis noſtræ anchoram iaciendã eſſe docet. 45. Eodem capite, & proximo ſequente tanta perſpicuitate Spiritus ſancti Diuinitatem ex operibus ac effectis eius comprobat, vt in eundem finem Baſilius magnus ante 1000. & 200. annos* C *ſententias eius ſemel & iterum laudauerit. 46. Capite 11.* iuſtitiæ atq; ſalutis humanæ auctorem docet eſſe Chriſtum ac Spiritũ ſanctum: *ergo vnus Deus ſunt cum Patre. 47. Capite 12.* Spiritum ſanctum eſſe propriè in Deo, & ſempiternum; *Verbum quoque Dei cuncta fabricaſſe docens, vtrunq́; verum ac æternum Deum prædicat. 48. Capite 13. Chriſtum adfirmans datorem incorruptelæ*, & Spiritum S. vitæ æternæ largitorem, *vtrunq́; ex effectis vnum Deum confitetur. 49. Capite 14. Chriſtum Deum & hominem agnoſcendum eſſe docet. 50. Capite 15. Dominus oſtendit ſe, & & Patrem diſcipulis*, ne ſcilicet quærerent alterũ Deum. *Et qui plaſmauit hominem ab initio, in nouiſſimis temporibus oculos nati cæci formauit, & perditos exquiſiuit nos. Capite 17. Dominus remittens hominibus peccata, manifeſtè oſtendit, quod ſit idem cũ Patre Deus,* D *Dei Patris Filius, & filius hominis factus. Capite 18. Vnus oſtenditur Deus Pater, qui eſt ſuper omnia: Verbum per omnia: & in omnibus Spiritus, qui eſt aqua viua. His teſtimonium perhibet Ioannes dicens:* In principio erat A Verbum, *&c. Capite 20. Omnium qui ſunt ab Eccleſia, vna & eadem eſt fides, omnibus vnum & eundem Deum Patrem recipientibus: & eandem diſpoſitionem incarnationis Filij Dei credentibus: & eandem donationem Spiritus ſcientibus. &c.*

*Quid his quæſo, apertius, firmius, denſius, pro confeſſione ſanctiſſ. Trinitatis, id eſt, tribus diſtinctis in vna Deitate perſonis; adeoq́; Chriſti atque Spiritus ſancti vnà cum Patre coæterna ſempiternaq́; Diuinitate poſſet vel dici vel cogitari? Fuit igitur hic antiquiſſimus Pater, ſanctiſſimus antiſtes, doctiſſimus ſcriptor, & fortiſſimus martyr beatiſſimæ Trinitatis ac vnitatis Dei religioſiſſimus cultor, prædicator, & aſſertor: Gentilis autem, Seruetus, ac eiuſdem furfuris nebulones ſceleratiſſimi ſycophantæ, & leuiſſimorum hominum ſuis blaſphemijs ac hæreſibus profligatiſſimi proditores atque perditores.*

2. Fructum dignum pęnitentiæ] *Vetus codex*, fructum dignæ pœnitentiæ. *Græci codic.* B *χαρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, id eſt fructus dignos pœnitentiæ.*

3. Et vocabunt] *χαλέσουσιν, id eſt vocabunt, habet Græcus Matthæi contextus, vt hîc legit Irenæus; quem imitantur Origenes, Chryſoſtomus, Theophylactus. Vetus editio* vocabitur. *Deinde ex ve. cod.* Emmanuel *pro* Emanuel *reſtituimus: quod rectius eſſe ipſa vox Hebræa, habens Mem daghes affectam, apertè docet.*

4. Non diſpernet] *Septuaginta, ϗ οὐ μὴ ἀθετήσῃ, id eſt, Non reprobabit, ſpernet, repellet, reijciet. Sanctes ex Hebræo*, Non auertetur ab ea. *Vetus noſter co. vulgatam editionem ſequutus*, fruſtrabitur *habebat.*

5. Cuius & ſtellam] *Hoc vaticinium de Chriſto, editum fuiſſe, cum Irenæo interpretantur Baſilius homil. de humana Chriſti generatione; Author ſer. de Stella, & Magis apud Cyprianum; Hieronymus commen. in 2. cap. Matth.*

*Tertullianus porrò lib. 4. aduerſ. Marc. nihil cuncta-* C *tur Balaam ſemel et iterum prophetam appellare, inquiens:* Balaam prophetes in Arithmis, accerſitus à Balac, ſpiritu implebatur, non ad quam venerat maledictionem: ſed quam illi ipſa hora Spiritus ſuggerebat, benedictionem pronunciabat. *Et longè poſtea, de Spiritu ſancto diſputans, ſubdit:* qui & Balæ quod non cogitauerat, ſuggeſſit: imò contra quàm cogitauerat, ſuggeſſit. *&c. De eodem quoq́; ait Origenes Homil. 13. in Num. Si à Moyſe prophetiæ Balaam ſacris inſertæ ſunt voluminibus: quanto magis deſcriptæ ſunt ab his qui habitabant Meſopotamiam, apud quos magnificus habebatur, quosq́; artis eius conſtat fuiſſe diſcipulos? Ex illo denique fertur Magorum genus, & inſtitutio in partibus Orientis vigere. Qui deſcripta apud ſe habentes omnia quæ prophetauerat Balaam, etiam hoc habuerunt ſcriptum*, quod orietur D ſtella ex Iacob, & exurget homo ex Iſrael, &c. *Hæc & ampliora ex Origene accepta, etiam videre licet apud Authorem operis imperfecti, in Operibus Chryſoſtomi ad cap. 2. Matthæi.*

## *QVÆ SVNT QVÆ A MAGIS DOmino noſtro oblata ſunt munera.*

### CAPVT X.

MAtthæus autem Magos ab Oriente venientes ait dixiſſe. Vidimus enim ſtellam eius in Oriẽte, & venimus adorare eum: deductoſq́; à ſtella in domum Iacob, ad Emmanuel, per ea quæ obtulerunt munera, oſtendiſſe * quid erat qui adorabatur.[1] Myrrha quidem, quòd ipſe erat, qui pro mortali humano genere moreretur & ſepeliretur: Aurum verò, quoniam rex, cuius regni finis non eſt. Matth. 2. 3.

*quis

Pſal.75.1. eſt. Thus verò, quoniam Deus, qui & notus in Iudæa factus eſt, & manifeſtus eis, qui nõ A
quærebant eum. Adhuc ait in baptiſmate Matthæus: Aperti ſunt ei cæli, & vidit Spiri-
Matt.3.16. tum Dei, quaſi columbam venientem ſuper eum. Et ecce vox de cælo, dicens: Hic eſt
Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. [2] Non enim Chriſtus tunc deſcen-
dit in Ieſum, neque alius quidem Chriſtus, alius verò Ieſus: ſed Verbum Dei, qui eſt Sal-
uator omnium, & dominator cæli & terræ, qui eſt Ieſus, quemadmodum ante oſtendi-
mus: qui & aſſumpſit carnem, & vnctus eſt à Patre Spiritu, Ieſus Chriſtus factus eſt: ſicut
Iſa.11.1. [&] Eſaias ait. Exiet virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet
ſuper eum Spiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitu-
dinis, ] ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & implebit eum ſpiritus timoris Domini.] [3] Non ſe-
Iſa.11.3. cundùm gloriam iudicabit, neq; ſecundùm loquelam arguet, ſed iudicabit humili iu-
dicium, & arguet glorioſos terræ. Et iterum ipſe Eſaias vnctionem eius, & propter quid
Iſa.61.1. vnctus eſt, præſignificans ait: Spiritus Dei ſuper me, quapropter vnxit me, euangelizare
Luc.4.18. humilibus miſit me, curare comminutos corde, præconare captiuis remiſſionem, &
cæcis viſionem, vocare annum Domini acceptabilem, & diem retributionis, conſola-
ri omnes * lugentes. [4] Nam ſecundùm id quod Verbum Dei homo erat, ex radice Ieſſe, *plangẽtes.
& filius Abrahæ, ſecundùm hoc requieſcebat Spiritus Dei ſuper eum, & vngebatur ad B
euangelizandum humilibus. Secundùm autem quod Deus erat, non ſecundùm glori-
Ioan.2.25. am iudicabat, neque ſecundùm loquelam arguebat: non enim opus erat illi, vt quis te-
ſtimonium diceret de homine, cùm ipſe ſciret quid eſſet in homine. Aduocabat autẽ
omnes homines plangentes, & remiſſionem his, qui à peccatis in captiuitatem dedu-
Prou.5.22. cti erant donans, ſoluebat eos à vinculis, de quibus ait Salomon: Reſtibus autem pecca
torum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur. Spiritus ergo Dei deſcẽdit in eum, eius qui
eum per Prophetas promiſerat vncturum ſe eum, vt de abundantia vnctionis eius,
nos percipientes ſaluaremur. Et ſic quidem Matthæus.

## ANNOTATIONES.

1. Myrrha quidem] *Mirum in modum hæc myſtica donorum intelligentia patribus vniuerſis placuit, Iuſtino, Tertulliano, Cypriano, Origeni. Celebrat Hieronymus pulcherrimum Iuuenci presbyteri verſiculum, quo munerum iſtorum ſacramenta comprehendit his verbis:*

Thus, aurum, myrrham, regique, hominiq;,
Deoque.

*Huic vnico, duos alios ex Sedulio adiungere non erit iniucundum:*

Aurea naſcenti fuderunt munera Regi,
Thura dedêre Deo, mirrham tribuêre ſepulchro.

*Hos autem omnes ſolita impudentia audet ridere impius Eccleſiæ deſertor Caluinus, Com. in Matth.*

2. Non enim Chriſtus] *Probat aduerſus fabulas Gnoſticorum, quas recenſuit li.1. non eſſe alium IESVM, & alium CHRISTVM: nec CHRISTVM deſcendiſſe in IESVM dum baptizaretur. Quod & Cyrillus Ieroſolym. his verbis attingit:* Multæ ſunt Saluatoris appellationes: & ne propterea multos putemus eſſe Filios, & propter errores hæreticorum dicentium alium eſſe CHRISTVM, alium IESVM, profitere bene: Credo in vnum Dominum IESVM CHRISTVM. Quamuis enim multæ ſunt appellationes, ſed vnum tamen ſubiectum. &c. *Paulò poſt, ex veteri noſtro codice reſtituimus,* qui eſt Saluator omnium, & dominator *&c. Item,* Spiritus conſilij & fortitudinis, Spiritus timoris Domini: *quæ aliter & corruptè in excuſis habebantur.* [Catech.10.] C

3. Non ſecundùm gloriam] *Vulgata editio,* nõ ſecundùm viſionem oculorum, *quæ conformis eſt veritati Hebraicæ. Septuaginta, quos ſequitur vt plurimum Irenæus:* Nõ ſecundùm gloriam iudicabit, neque iuxta ſermonem arguet.

4. Nam ſecundùm id] *Docet Chriſtum non ſecũdùm id quod Deus eſt, vnctum eſſe in tempore oleo ſpiritali, id eſt, omnis ſcientiæ & gratiæ plenitudine: verùm, ſecundùm id quod homo eſt. Vnde & Tertull. libr. de Baptiſmo:* Chriſtus dicitur à chriſmate quod eſt vnctio, quæ Domino nomen accommodauit, facta ſpiritalis, quia Spiritu vnctus eſt à Deo Patre, & cæter. *De hoc rurſus infra, capite vigeſimo.* D

## *OSTENSIO QVOD NEQVE PLVRA, nec minus quàm quatuor poſſunt eſſe Euangelia.*

### CAPVT XI.

2.Cor.8.19. LVcas autem ſectator, & diſcipulus Apoſtolorum, de Zacharia, & Elizabeth,
Luc.1.6. ex quibus ſecundùm repromiſſionem Dei Ioannes natus eſt, referens ait. E-
rant aũt iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mãdatis, & iuſtitijs
Luc.1.8. Domini ſine querela. Et iterum de Zacharia dicens. Factum eſt autem cùm
ſacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ [1] ante Deum, ] ſecundùm conſuetudinem
ſacer-



A ſacerdotij, ſorte exiuit vt incenſum poneret, & venit vti ſacrificaret, intrans in tem-
plum Domini. Qui præeſt in conſpectu Domini, ſimpliciter, & abſolutè, & firmè Deũ
& Dominum confitens, ex ſua perſona eum qui elegerit Ieruſalem, & legiſlationem
ſacerdotij fecerit, cuius eſt & Angelus Gabriel. Etenim alterum ſuper hunc neſciebat:
ſi enim intellectum perfectioris alicuius dei & domini præter hunc habuiſſet, non
vtique hunc quem ſciebat Labis eſſe fructum, abſolutè, & in totum, Dominum & Deũ
confiteretur, ſicut ante oſtendimus. [2] Sed & de Ioanne ſic ait: Erit enim magnus] in cõ Ibidem 15.
ſpectu Domini, & multos filiorum Iſraël conuertet ad Dominum Deum ipſorum, &
ipſe præcedet in conſpectu eius, in ſpiritu & virtute Heliæ, præparare Domino plebem
perfectam. Cui ergo populum præparauit, [3] & in cuius Domini conſpectu ] magnus fa-
ctus eſt? Vtique eius qui dixit: Quoniam & plus quàm Propheta habuit aliquid Ioan- Matth.11.11.
nes, & nemo in natis mulierum maior eſt Ioanne Baptiſta: qui & populum pręparabat
ad aduentum Domini, conſeruis prænuncians, & pœnitentiam ipſis præconans, vti
remiſſionem à Domino præſente perciperent, conuerſi ad Deum, à quo propter pecca-
ta & tranſgreſſionem erãt abalienati. Quemadmodũ & Dauid ait: Alienati ſunt pecca- Pſal.57.4.
B tores ab vtero, errauerunt à ventre. Et propter hoc conuertens eos ad Dominum eo-
rum, præparabat Domino populum perfectum, in ſpiritu & virtute Heliæ. Et iterum
de Angelo referens ait: In ipſo autem tempore, miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo, qui Luc.1.30.
& dixit Virgini. Noli timere Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum. Et de Domi-
no dicit. Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur, & dabit ei Dominus Deus thro-
num Dauid patris ſui, & regnabit in domo Iacob [ in æternum, ] & regni eius non erit
finis. Quis eſt autem alius qui regnat in domo Iacob, ſine intermiſſione, in æternum:
niſi Chriſtus Ieſus Dominus noſter, Filius Dei Altiſſimi, qui per Legem, & Prophetas
promiſit ſalutare ſuum facturum ſe omni carni viſibilem, vt fieret Filius hominis, Iſa.62.
ad hoc, vt & homo fieret filius Dei? Propter quod exultans Maria, clamabat [4] pro Ec-
cleſia prophetans: Magnificat anima mea Dominum, Et exultauit Spiritus meus in Luc.1.
Deo ſalutari meo. Aſſumpſit enim Iſraël puerum ſuum, reminiſcens miſericordiæ
ſuæ. Quemadmodum loquutus eſt ad Patres noſtros, Abrahæ, & ſemini eius in æter-
num.

Per hæc igitur [&] tanta, monſtrat Euangelium, quoniam qui loquutus eſt patribus Idem eſt Deus vtriuſque Teſtamenti.
C Deus, hic eſt qui per Moyſem legiſdationem fecit, per quam legiſdationem cognoui-
mus, quoniam patribus loquutus eſt hic idem Deus, ſecundùm magnam bonitatem
ſuam effudit miſericordiam in nos, in qua miſericordia conſpexit [nos] Oriẽs ex alto, Luc.1.78.
& apparuit his qui in tenebris, & vmbra mortis ſedebant, & direxit pedes noſtros in viã Zach.3.9.
pacis. Quemadmodum & Zacharias deſinens mutus eſſe, quod propter infidelitatem
paſſus fuerat, nouello Spiritu adimpletus, [5] nouè benedicebat Deum. Omnia enim no-
ua aderant Verbo nouè diſponente carnalem aduentum, vti eum hominem qui extra
Deum [abierat,] aſcriberet Deo: propter quod & nouè Deum colere docebantur. Sed
non alium Deum, quoniam quidem vnus Deus, qui iuſtificat circumciſionem ex fide, Rom.3.30.
*Prophetãs & præputium per fidem.* Propheta autem Zacharias dicebat, Benedictus Dominus Luc.1.68.
Deus Iſraël, quia viſitauit, & fecit redemptionem [6] populo ſuo. Et erexit cornu ſalutis
nobis in domo Dauid pueri ſui. Sicut loquutus eſt per os ſanctorum Prophetarum ſuo
rum, qui à ſæculo ſunt. Salutẽ ex inimicis noſtris, & ex manu omniũ qui oderunt nos.
*memorari Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, &* reminiſci teſtamẽti ſancti ſui.
Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum, [7] vti det nobis ſine timore
ex manu inimicorum ereptis, ſeruire ſibi in ſanctitate & iuſtitia, in conſpectu ſuo om-
D nes dies noſtros. Deinde ad Ioannẽ dicit: Et tu puer, Propheta Altiſſimi vocaberis: præ-
ibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Ad dandum intellectum ſalutis popu-
lo eius, in remiſſionẽ peccatorum eorum. Hæc enim eſt ſalutis agnitio, quæ deerat eis,
quæ eſt [Filij] Dei, quam ſciebat Ioannes dicens, Ecce agnus Dei, qui [8] aufert [9] peccatum Ioan.1.29.
mundi: hic erat de quo dicebam: Poſt me [ venit ] vir qui ante me factus eſt, quoniam Ibidem 30.
prior me erat. Omneſque de plenitudine eius accepimus. Hæc itaque ſalutis agnitio:
ſed non alter Deus, nec alter Pater, neque Bythus, neque Pleroma triginta AEonum,
nec Mater Ogdoados: ſed agnitio ſalutis erat agnitio Filij Dei, qui & ſalus, & Saluator,
& ſalutare verè, & dicitur, & eſt. Salus quidem, ſicut: In ſalutem tuam ſuſtinui te Domi-
ne. Saluator autem, iterum: Ecce Deus meus Saluator meus, fidens ero in eum. Saluta- Iſaiæ 12.2.
re autem ſic: Notum fecit Deus ſalutare ſuum in conſpectu gentium. [10] Eſt] enim Salua- Pſalm.97.2.
tor quidem, quoniam Filius, & Verbum Dei: ſalutare autem, quoniam Spiritus. Spiri- Thren.4.20.
tus enim, inquit, faciei noſtræ, Chriſtus Dominus. Salus autem, quoniam [ caro, ] Ver-
bum [ enim ] caro factum eſt, & habitauit in nobis. Hanc igitur agnitionem ſalutis Ioan.1.14.
ſciebat Ioannes, pœnitentiam agentibus, & credentibus in Agnum Dei, qui tollit pec-


catum

*Luc. 2.10.11. 12.13.* catum mundi. Apparuit (inquit) & paſtoribus Angelus Domini, annuncians gaudium A eis, quoniam generatus eſt in domo Dauid Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus: deinde *Luc. 2.14.* multitudo exercitus cæleſtis laudantium Deum & dicentium, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus[11] bonæ voluntatis. Hos Angelos falſarij Gnoſtici dicunt ab ogdoade veniſſe, & deſcenſionem ſuperioris Chriſti manifeſtaſſe: ſed corruũt iterum, dicentes, eum qui ſurſum ſit, Chriſtum & Saluatorem non natum eſſe, ſed & poſt Baptiſma eius qui ſit de diſpoſitione Ieſu, * Spiritum ſicut columbam in eum deſcendiſſe. *ipſam Mentiuntur ergo Ogdoados Angeli ſecundùm eos dicentes, Quoniam generatus eſt hodie nobis Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid. Neque enim Chriſtus, neque Saluator, tunc natus eſt ſecundùm eos: ſed ille qui eſt de diſpoſitione Ieſus, qui eſt mundi fabricator, is in quem verè poſt Baptiſma deſcendiſſe, hoc eſt, poſt trigin *Luc. 2.11.* ta annos ſuperni Saluatoris dicunt.[12] Quid autem in ciuitate Dauid adpoſuerunt, ni *Pſal. 131.11.* ſi vt eam pollicitationem quæ à Deo facta eſt Dauid, quoniam ex fructu ventris eius æternus erit Rex,[13] adimpletam] euangelizarent? Etenim fabricator totius vniuerſitatis fecerat promiſſionem Dauid, quemadmodum ipſe [Dauid] ait. Adiutorium noſtrum *Pſal. 123.8.* à Domino, qui fecit cælum & terram. B

*Theodoretus Dialog. 1. hæc citat.*

Εἰς τί δὲ καὶ τὸ ἐν πόλει Δαβὶδ προσέθηκαν, εἰ μὴ ἵνα τὴν ὑπὸ θεοῦ γεγενημένην τῷ Δαβὶδ ὑπόσχεσιν, ὅτι ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας αὐτοῦ αἰώνιός ἐστι βασιλεύς, πεπληρωμένην εὐαγγελίσωνται τῷ Δαβὶδ ὑπόσχεσιν, ἣν ὁ δημιουργὸς τοῦ δὲ τῶν παντὸς πεποίηται ἐπαγγελίαν;

*Interprete Iacobo Billio.*

Quid autem afferri poteſt, cur hæc verba, In ciuitate Dauid adiunxerint, niſi vt pollicitationem eam, quæ Dauidi à Deo facta erat (nimirũ fore vt ex ventris ipſius fructu ſempiternus rex eſſet) expletam annunciarent, quam videlicet vniuerſitatis huiuſce Conditor Dauidi fecerat?

*Pſal. 94.4. 5.6.7.* Et iterum. In manu eius omnes fines terrę, & altitudines montium ipſius ſunt. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam manus eius formauerunt. Venite adoremus, & procidamus ante eum, ploremus in conſpectu Domini qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter: manifeſtè pronuncians Spiritus ſanctus per Dauid audientibus eum, quoniam erunt qui * contemnent eum qui plaſmauit nos, qui & ſolus eſt *contẽnant Deus: propter quod & dicebat quæ prædicta ſunt, ſignificans, Quoniam ne[14] erraueritis,] præter hunc, aut ſuper hunc, alius non eſt Deus, cui magis intendere oporteat religioſos nos & gratos, præparans in eum qui fecerit, & conſtituerit, & * enunciat. Quid C *enunciat. ergo erit his qui tantum blaſphemiæ aduerſus ſuum factorem adinuenerunt?

*Luc. 2.14.* [15] Hoc idem autem & Angeli. In eo enim quod dicunt, Gloria in [altiſſimis] Deo, & in terra pax, eum qui ſit altiſſimorum, hoc eſt, ſupercæleſtium factor] & eorum quæ ſuper terram omnium conditor] his ſermonibus glorificauerunt: qui ſuo plaſmati, hoc eſt *Luc. 2.20.* hominibus, ſuam benignitatem ſalutis de cælo miſit. Propter quod & Paſtores (ait) reuertebantur, glorificantes Deum in omnibus quæ audierant, & viderant, quemadmodum & narratum eſt ad eos. Non enim alterum Deum glorificabant Iſraëlitę paſtores, ſed illum qui à Lege & Prophetis annunciatus eſt, factorem omnium, quem & [glorificabant] Angeli. Si autem alterum quidem Angeli qui erant ab Ogdoade, glorificabãt; alterum verò paſtores; errorem eis & non veritatem detulerunt:[16] & hi iniqui ab Og- *Luc. 2.22.23. 24.25.* doade erant Angeli. Adhuc ait Lucas de Domino. Cùm impleti eſſent dies purgationis, impoſuerunt eum in Hieruſalem,[17] aſtare eum Domino, quemadmodum ſcriptũ *Exod. 13.2. Num. 8.16.* eſt in lege Domini: Quoniam omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum Do- *Leuit. 12.8.* mino vocabitur: & vt darent ſacrificium, ſecundùm quod ſcriptum eſt in Lege Domi- D ni, par turturum, aut duos pullos * columbinos; ex ſua perſona manifeſtiſſimè Deum *columbarum; appellans eum qui legiſdationem fecerit. Et Simeon autem (inquit) benedixit Deum, *Luc. 2.29. 30. &c.* & ait:[18] Nunc dimittis ſeruum tuum Domine in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem *Ibidem 36.* Gentium, & gloriam populi tui Iſraël. Et Anna autem Propheti ſſa (ait) ſimiliter clarificabat Deum, videns Chriſtum, & loquebatur de eo omnibus, qui expectabant redemptionem[19] Ieruſalem. Per hæc autem omnia[20] vnus] Deus demonſtratur, nullam libertatis diſpoſitionem, per nouum aduentum Filij ſui teſtamentum hominibus aperiens.

[21] Quapropter & Marcus interpres & ſectator Petri, initium Euangelicæ conſcriptio- *Marc. 1.1.* nis fecit ſic. Initium Euangelij Ieſu Chriſti Filij Dei, quemadmodum * dictum eſt[22] in *ſcriptum *Malach. 3.1.* Prophetis. Ecce, mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui pręparabit viam tuam. *Iſa. 40.3.* Vox clamantis in deſerto. Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ante Deum noſtrum. Manifeſtè initium Euãgelij eſſe dicens, ſanctorum Prophetarum voces, & eum quem ipſi Dominum & Deum confeſſi ſunt, hunc Patrem Domini noſtri IESV

CHRISTI



A CHRISTI præmonſtrans, qui & promiſit ei Angelum ſuum ante faciem eius miſſurum, qui erat Ioannes, in ſpiritu & virtute Heliæ clamans in eremo: Parate viam Do- *Luc. 1.17.* mini, rectas facite ſemitas ante Deum noſtrum. Quoniam quidem non alium & aliũ Prophetæ annunciabant Deum, ſed vnum & eundem, varijs autem ſignificationibus, & multis appellationibus. Multis enim & diuerſis, quemadmodum in eo libro qui ante hunc [eſt,] oſtendimus, & ex ipſis autem Prophetis procedente nobis ſermone oſtendemus. In fine autem Euangelij ait Marcus. Et quidem Dominus Ieſus, poſtquam lo- *Marc. 16.19.* quutus eſt eis, receptus eſt in cælos, & ſedet ad dexteram Dei, confirmans quod à Propheta dictum eſt: Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, quoadusque po- *Pſal. 109.1.* nam inimicos tuos ſuppedaneum pedum tuorum. [Sic quidem] vnus & idem Deus & Pater eſt, qui à Prophetis quidem annũciatus, ab Euangelio verò traditus, quem Chriſtiani colimus, & diligimus, & [ex] toto corde factorem cæli & terræ credimus, & omnium quæ in eis ſunt.

[23] Hanc fidem annuncians Ioannes Domini diſcipulus, volens per Euangelij annũciationem auferre eum,[24] qui à Cerintho inſeminatus erat hominibus errorẽ, & mul- B tò prius ab his qui dicuntur Nicolaïtæ, qui ſunt vulſio eius quæ falsò cognominatur ſcientia, vt confunderet eos, & ſuaderet eos, quoniam vnus Deus qui omnia fecit per Verbum ſuum; & non, quemadmodum illi dicunt, alterum quidem fabricatorem, alium autem Patrem Domini; & alium quidem fabricatoris filium, alterum verò de ſuperioribus, Chriſtum, quem & impaſſibilem perſeueraſſe, deſcendentem in Ieſum filium fabricatoris, & iterum reuolaſſe in ſuũ Pleroma: & initium quidem eſſe monogeni: Logon autem verum filium vnigeniti. Et eam conditionem quæ eſt ſecundùm nos, non à primo Deo factam, ſed à virtute aliqua valdè deorſum ſubiecta, & abſciſſa ab eorum communicatione, quæ ſunt inuiſibilia, & innominabilia. Omnia igitur talia circumſcribere volens diſcipulus Domini, & regulam veritatis conſtituere in Eccleſia, quia eſt vnus Deus omnipotens, qui per Verbum ſuum omnia fecit, & viſibilia, & inuiſibilia: ſignificans quoque quoniam per Verbum, per quod Deus perfecit conditionem, in hoc & ſalutem his qui in conditione ſunt, præſtitit hominibus: ſic inchoauit in ea quæ eſt ſecundùm Euangelium doctrina. In principio erat Verbum, & Verbũ *Ioan. 1.* erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per i- C pſum facta ſunt, &[25] ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cõprehenderunt. Omnia (inquit) per ipſum facta ſunt. In omnibus ergo eſt & hæc quæ ſecundùm nos eſt, conditio: non enim concedetur eis omnia dici ea quæ ſunt intra Pleroma ipſorum. Si enim & hæc Pleroma ipſorum continet, non extra eſt tanta iſta conditio, quemadmodum oſtendimus in eo libro qui ante hunc eſt: ſi autem extra Pleroma ſunt hæc, quod quidem impoſſibile viſum eſt, non iam [eſt] omnia Pleroma ipſorum: non eſt ergo extra hæc tanta conditio. Abſtulit autem à nobis diſſenſiones omnes ipſe Ioãnes *Ioan. 1.10.* dicens: In hoc mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit.[26] In ſua propria venit, & ſui eum non receperunt. Secundùm autem Marcionem, & eos qui ſimiles ſunt ei, neque mundus per eum factus eſt: neque in ſua venit, ſed in aliena. Secundùm autem quoſdam Gnoſticorum; ab Angelis factus eſt iſte mundus, & non Verbo Dei: ſecundùm autem eos qui [ſunt] à Valentino, iterũ non per eum factus eſt, ſed per Demiurgum. Hic enim operabatur ſimilitudines tales fieri, ad imitationem eorum quæ ſunt ſurſum, quemadmodum dicunt: Demiurgus autem perficiebat fabri- D cationem conditionis. Emiſſum enim dicunt eum à matre Dominum & Demiurgum eius diſpoſitionis quæ eſt ſecundùm conditionem, per quem hunc mundum factum volunt: cùm Euangelium manifeſtè dicat, quoniam per Verbum quod in principio e- *Ioan. 1.3.* rat apud Deum, omnia facta. Quod Verbum (inquit) caro factum eſt, & habitauit in no- *Ioan. 1.14.* bis, ſecundùm autem illos, neque Verbum caro factum eſt, neq; Chriſtus, neque qui ex omnibus factus eſt, Saluator. Etenim Verbum & Chriſtum nec adueniſſe in hunc mũdum volunt: Saluatorem verò non incarnatum, neq; paſſum: deſcendiſſe autem quaſi columbam in eum Ieſum qui factus eſt ex diſpoſitione, & cùm adnunciaſſet incognitum patrem, iterum aſcendiſſe in Pleroma. Incarnatum autem, & paſſum quidam quidem eum qui ex diſpoſitione ſit, dicunt Ieſum, quem per Mariam dicunt pertranſiſſe, quaſi aquam per tubum. Alij verò Demiurgi filiũ, in quem deſcendiſſe eum Ieſum qui ex diſpoſitione ſit. Alij rurſum Ieſum, quidem ex Ioſeph & Maria natum dicunt, & in hunc deſcendiſſe Chriſtum, qui de ſuperioribus ſit, ſine carne, & impaſſibilem exiſtentem. Secundùm autem nullam ſententiam hæreticorum, Verbum Dei caro factũ eſt. Si enim quis regulas ipſorum omnium perſcrutetur, inueniet quoniam ſine carne, & impaſſibilis ab omnibus illis inducitur Dei Verbũ, & qui eſt in ſuperioribus Chriſtus.



Alij

Alij enim putant manifeſtum eum, quemadmodum hominem transfiguratum, neq; A
autem natum, neque incarnatum dicunt illum. Alij verò neque figuram eum aſſum-
pſiſſe hominis, ſed quemadmodum columbam deſcendiſſe in eum Ieſum, qui natus
Ioan.1.14. [eſt] ex Maria. Omnes igitur illos falſos teſtes oſtendens diſcipulus Domini, ait: Et Ver
bum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Et vt non inquiramus cuius Dei Verbum
Ioan.1.6. caro factum eſt, ipſe inſuper docet, dicens. Fuit homo miſſus à Deo, erat ei nomen Io-
annes: hic venit in teſtimonium, vt teſtaretur de lumine. Præcurſor igitur Ioannes,
Luc.1.17. qui teſtatur de lumine, à [quo] Deo miſſus eſt? Vtique ab eo [cuius] Gabriel eſt Angelus,
Mal.4.6. qui etiam euangelizauit generationem eius, qui & per Prophetas promiſit Angelum
ſuum miſſurum ante faciem Filij ſui, & præparaturum viam eius. hoc eſt, teſtificaturũ
de lumine, in ſpiritu & virtute Heliæ. Helias autem rurſus cuius Dei ſeruus & Prophe-
3.Reg.17. ta fuit? eius qui fecit cælum & terram, quemadmodum & ipſe confitetur. A conditore
igitur, & fabricatore huius mundi miſſus Ioannes, quemadmodum poterat teſtificari
de eo lumine, quod ex his quæ ſunt innominabilia & inuiſibilia * deſcenderet? Omnes *deſcende-rit
enim hæretici decreuerunt, Demiurgũ ignorare eam quæ ſit ſuper eum virtutem, cu-
Luc.7.28. ius teſtis & oſtenſor inuenitur Ioannes. Propter hoc Dominus plus quàm Prophetam B
dixit eum habuiſſe. Reliqui enim omnes Prophetæ annunciauerunt aduentum pater-
ni luminis: concupierunt autem digni eſſe videre eum quem prædicabant: Ioannes au
tem & prænunciauit ſimiliter ſicut alij, & aduentum vidit, & demonſtrauit, & credere
in eum ſuaſit multis, ita vt ipſe, & Prophetæ, & Apoſtoli locum habuerit. Hic eſt enim
Matth.11.9 plus quàm Propheta, quoniam primò Apoſtoli, ſecundò Prophetæ, omnia autem ex
vno, & eodem ipſo Deo. Bonum enim & illud quod per conditionem à Deo in vinea fa
ctum eſt, & primò bibitum eſt vinũ. Nemo enim illud vituperauit ex his qui biberunt,
ſed & Dominus accepit de eo: melius autem quod per Verbum compendialiter, ac ſim
Ioan.2.9. pliciter ex aqua ad vſum eorũ qui ad nuptias conuocati erant, factum eſt vinum. Quam
uis enim poſſit Dominus ex nullo ſubiacente eorum quæ ſunt conditionis, præbere e-
pulantibus vinum, & eſca complere eſurientes, hoc quidem non fecit. Accipiens au-
Ioan.6.11. tem eos qui à terra eſſent panes, & gratias agens, & iterum aquam faciens vinum, ſatu-
rauit eos qui recumbebant, & potauit eos qui inuitati erant ad nuptias: oſtendens quo-
niam Deus qui fecit terram, & iuſſit eam fructus * facere, & conſtituit aquas, & edidit *ferre,
fontes, hic & benedictionem eſcæ, & gratiam potus in nouiſſimis temporibus per Fili-
um ſuum donat humano generi, incomprehenſibilis per comprehenſibilem, & inui- C
Ioan.1.18. ſibilis per viſibilem; cùm extra eum non ſit, ſed in ſinu Patris exiſtat. Deum enim, in-
quit, nemo vidit vnquam, niſi vnigenitus Filius Dei, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarra-
uit. Patrem enim inuiſibilem exiſtentem, ille qui in ſinu eius eſt Filius, omnibus e-
narrat. Propter hoc cognoſcunt eum hi quibus reuelauerit Filius, & iterum Pater per
Filium, Filij ſui dat agnitionem his qui diligũt eum. A quo & Nathanaël diſcens cog-
Ioan.1.48. nouit, cui & teſtimonium reddidit Dominus, quoniam verus Iſraëlita eſt, in quo do-
lus non eſt.[27] Cognouit Iſraëlites ſuum regem,] in quo & ait ei. Rabbi, tu es Filius Dei,
Matt.16.17. tu es rex Iſrael. A quo & Petrus edoctus, cognouit Chriſtum Filium Dei viui dicentis:
Matth.17.5. Ecce Filius meus dilectiſſimus, in quo bene ſenſi, ponam Spiritum meum ſuper eum,
Matt.12.20. & iudicium Gentibus annunciabit: non contendet, neque clamabit, neque quiſquam
Iſaiæ 42.4. audiet vocem eius in plateis: calamum quaſſatum non confringet, & linum fumigans
non extinguet, vſquequò emittat in contentionem iudicium, & in nomine eius
Gentes ſperabunt. Et hæc quidem ſunt principia Euangelij, vnum Deum fabricatorẽ
huius vniuerſitatis, eum [&] per prophetas ſit annũtiatus, & qui per Moyſem legis diſ-
poſitionem fecerit, Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti annuntiantia, & præter hunc D
alterum Deum neſcientia, neque alterum Patrem.

Euangelio-rũ firmitas. Tanta eſt autem circa Euangelia hæc firmitas, vt & ipſi hæretici teſtimoniũ reddant
[ei,] & ex ipſis egrediens vnuſquiſque eorum, conetur ſuam confirmare doctrinam. E-
bionei etenim eo Euangelio quod eſt ſecundùm Matthæum ſolo vtentes, ex illo ipſo
conuincuntur, non rectè præſumentes de Domino. Marcion autem id quod eſt ſecun
dùm Lucam circumcidens, ex his quæ adhuc ſeruantur penes eum, blaſphemus in ſo-
lum exiſtentem Deum oſtenditur. Qui autem Ieſum ſeparant à Chriſto, & impaſſibilẽ
perſeueraſſe Chriſtum, paſſum verò Ieſum dicunt, id quod ſecundùm Marcũ eſt præ-
ferentes Euangeliũ, cum amore veritatis legentes illud, corrigi poſſunt. Hi autem qui
à Valentino ſunt, [eo] quod eſt ſecundùm Ioannem pleniſſimè vtentes, ad oſtẽſionem
coniugationum ſuarum, ex ipſo detegentur nihil rectè dicentes, quemadmodum o-
ſtendimus in primo libro. *Quando ergo hi qui contradicunt, nobis teſtimonium per- *Cùm
hibeant, & [vtantur] his, firma & vera eſt noſtra de illis oſtenſio. Neq; autem plura nu-
mero quàm hæc ſunt, neque rurſus pauciora capit eſſe Euangelia.[28] Quoniam enim
quatuor



A quatuor regiones mundi ſunt in quo ſumus, & quatuor principales ſpiritus, & diſſemi
nata eſt Eccleſia ſuper omnem terram, columna autem & firmamentum Eccleſiæ eſt
Euangelium, & ſpiritus vitæ; conſequens eſt quatuor habere eam columnas, vndique
flantes incorruptibilitatem, & viuificantes homines. Ex quibus manifeſtum eſt, quo-
niam qui eſt omnium artifex Verbum, qui ſedit ſuper Cherubim, & continet omnia,
declaratus hominibus, dedit nobis quadriforme Euangelium, quod in vno ſpiritu cõ-
tinetur. Quemadmodum & Dauid poſtulans eius aduentum ait: Qui ſedes ſuper Che- Pſalm.79.2.
rubim [appare.] Etenim Cherubim quadriformia, & formæ ipſorum[29] imagines ſunt
diſpoſitionis Filij Dei. Primum enim animal, inquit, ſimile Leoni, efficabile eius, & Ezech.1.
principale, & regale ſignificans. Secundum verò, ſimile Vitulo, ſacrificalem & ſacerdo Apoc.4.
talem ordinationem ſignificans. Tertium verò [animal] habens faciem quaſi huma-
nam, eum, qui eſt ſecundùm hominem aduentum, eis manifeſtè deſcribens. Quartum
verò, ſimile Aquilę volitantis, Spiritus in Eccleſiam aduolitantis gratiam manifeſtãs.
Et Euangelia his conſonantia, in quibus inſidet Dominus Ieſus. Aliud enim illã quæ
eſt à Patre principalem, & efficabilem, & glorioſam generationem eius enarrat, dicẽs
ſic: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et: Ioan.1.1.
B Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Propter hoc, & omni fiducia
plenum eſt Euangelium iſtud, talis eſt enim perſona eius. Id verò quod eſt ſecundùm
Lucam, quoniam quidem ſacerdotalis characteris eſt, Zacharia ſacerdote ſacrificante Lucæ 1.5.
Deo inchoauit. Iam enim ſaginatus parabatur vitulus, qui pro inuentione minoris fi- Lucæ 15.23.
lij[30] inciperet mactari. Matthæus verò eam quæ eſt ſecundùm hominem, generatio-
nem eius enarrat: Liber (dicens) generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham. Matth.1.1.
Et iterùm, Chriſti autem generatio ſic erat. Humanæ formæ igitur hoc Euangelium:
propter hoc [&] per totũ Euangelium humiliter ſentiens, & mitis homo ſeparatus eſt.
Marcus verò à Prophetico Spiritu ex alto adueniente hominibus initium fecit: Initi- Marc.1.1.
um (dicens) Euangelij, quemadmodum ſcriptum eſt in Eſaia Propheta. Volatilem[31] &
pennatam] imaginem Euangelij monſtrans, propter hoc & compendioſam, & præcur-
rentem annũciationem fecit. Propheticus enim character eſt hic. [Et] ipſum [autem]
Verbum Dei, illis quidem qui ante Moyſem fuerunt Patriarchis, ſecundùm diuinita-
tem & gloriam[32] colloquebatur:] his verò qui in Lege, ſacerdotalem & miniſterialem
actum [præbebat:] poſt deinde nobis homo factus, munus cæleſtis Spiritus in omnẽ
C miſit terram, protegens nos alis ſuis. Qualis igitur diſpoſitio Filij Dei, talis & animali-
um forma: & qualis animalium forma, talis & character Euangelij. Quadriformia au-
tem animalia, & quadriforme Euangelium, & quadriformis diſpoſitio Domini. Et
propter hoc quatuor data ſunt teſtamenta humano generi, vnum quidem ante cata-
clyſmum ſub Adam; ſecundum verò, poſt cataclyſmum ſub Noë; tertium verò, legiſ-
latio ſub Moyſe; quartum verò, quod renouat hominem, & recapitulat in ſe omnia,
quod eſt per Euangelium, eleuans & pennigerans homines in cæleſte regnum.

His igitur ſic ſe habentibus, vani omnes,[33] & indocti, & inſuper audaces, qui fruſtran-
tur ſpeciem Euangelij, & vel plures quàm dictæ ſunt, vel rurſus pauciores inferunt
perſonas Euangelij: quidam[34] vt plus] videantur, quàm eſt veritatis adinueniſſe:
quidam verò vt reprobent diſpoſitiones Dei. Etenim Marcion totum reijciens Euan-
*verò gelium: imò * verò ſeipſum abſcindens ab Euangelio,[35] partem gloriatur ſe habere E-
uangelij]. Alij verò vt donum Spiritus fruſtrentur, quod in nouiſſimis temporibus ſe-
cundùm placitum Patris effuſum eſt in humanum genus, illam ſpeciem non admit- Actor.2.
tunt, quæ eſt ſecundum[36] Ioannis] Euangelium, in qua Paracletum ſe miſſurum Do- Ioan.14.
D minus promiſit, ſimul & Euangelium, & Propheticum repellunt Spiritum. Infelices
[verè,] qui Pſeudoprophetæ quidem eſſe volunt, prophetiæ verò gratiam repellunt Ioan.16.
ab Eccleſia: ſimilia patientes his, qui propter eos qui in hypocriſi veniunt, etiam à fra-
trum communicatione ſe abſtinent. Datur autem intelligi, quòd huiuſmodi neque
Apoſtolum Paulum recipiant. In ea enim Epiſtola quæ eſt ad Corinthios, de prophe-
ticis chariſmatibus diligenter loquutus eſt, & ſcit viros, & mulieres in Eccleſia prophe 1.Cor.12.
tantes. Per hæc igitur omnia peccantes in Spiritum Dei, in irremiſſibile incidunt pec- Matth.12.
catum. Hi verò qui ſunt à Valentino, iterùm exiſtentes extra omnem timorem, ſuas
conſcriptiones proferentes, plura habere gloriantur, quàm ſint ipſa Euangelia. Siqui-
dem in tantum proceſſerunt audaciæ, vti quod ab his non olim conſcriptum eſt,[37] ve-
ritatis Euangelium titulent, in nihilo conueniens Apoſtolorum Euangelijs, vt nec E-
uangelium quidem ſit apud eos ſine blaſphemia. Si enim quod ab eis profertur, verita
tis eſt Euangelium, diſſimile eſt autem hoc illis, quæ ab Apoſtolis nobis tradita ſunt,
qui volunt, poſſunt diſcere, quemadmodum ex ipſis Scripturis oſtenditur, iam non eſ
ſe id quod ab Apoſtolis traditũ eſt veritatis. Euãgelium. Quoniã autem ſola [illa] vera
 & firma

&firma, & non capit neque plura præterquam prædicta ſunt, neque pauciora eſſe Euangelia, per tot & tanta oſtendimus. Etenim cũ omnia cõpoſita & apta Deus fecerit, oportebat & ſpeciem Euangelij bene compoſitam, & bene compaginatam eſſe. Examinata igitur ſententia eorum, qui nobis tradiderunt[Euangelium]ex ipſis principijs ipſorum, veniamus & ad reliquos Apoſtolos: & perquiramus ſententiam eorum de Deo: pòſt deinde, ipſos Domini ſermones audiamus. A

## ANNOTATIONES.

1. Ante Deum] *Ita vetus codex. Et Græca Luc.* ἐναντι τοῦ θεοῦ: *itaque expunximus* Dominum. *Scopus porrò totius huius loci eſt, B. Lucam affirmare vnicum & ſolùm eſſe vtriuſque Teſtamenti Deum ac Dominum, qui ſit Pater Domini noſtri IESV CHRISTI: ſicut idem ſupra probatum eſt ex B. Matthæo.*

2. Sed & de Ioanne] *Nouem hæ voces, quæ apertiſsimè deſiderabantur, ex vet. cod. reſtitutæ, mirè quadrant.*

3. Et in cuius] *Ita vetus codex: excuſi habebant,* & cuius in conſpectu Domini.

4. Pro Eccleſia prophetans] *Nihil inſolens eſt, quod donũ ſimul ac exercitiũ prophetandi B. Deiparæ hoc loco tribuat Irenæus; cum omnibus modis ſanctitate & donorum Dei copia ſuperauerit Mariam Moyſi ſororem, Deboram, Iudith, Elizabetham, Annam, & Philippi quatuor filias: quibus in populo Dei prophetare datum fuit. Deinde, Angelus affirmans eam* gratia plenam, & inter omnes mulieres benedictam, *hoc quoque donum Dei haudquaquam ei defuiſſe ſatis indicat. Adde quod in ſancta Pentecoſte ſacro cœtui intererat, in quem Spiritu ſancto abundè effuſo repleti ſunt omnes diuinis illius chariſmatibus, vtpotè donis linguarum, interpretationis ſermonum, ſanitatum, prophetiæ, ſapientiæ, fortitudinis: ac cæteris, quæ per Apoſtolum enumerantur.* (1.Cor.12.) *Poſtremò, idipſum quoq; tã ex hoc Iſaiæ loco,* Acceſſi ad mulierem prophetiſſam; *quàm ex verbis illius Cãtici ſolidè comprobat Baſilius magnus.* (In cap. 8. Iſaiæ.) Si animum accõmodaueris vniuerſis verbis eius, *inquit,* non contentiosè negaueris, eam fuiſſe prophetiſſam. *Cui ſubſcribens Ambroſius, ait:* Quo maior perſona, eo plenior prophetia. *Nec dubitant Hildephõſus & Rupertus illam, ſancto Luca exſcribente, dictaſſe canticum Magnificat: eumqúe iiſdem apicibus ac verbis, quo ipſam proprio ore loquentem audiuit, collegiſſe, ac Euangelio ſuo illud inſeruiſſe. In hoc autem & difficillima & plurima veterum prophetarum loca clarius explicari; & hoc ſaltem verſu,* Beatam me dicent omnes generationes, *illuſtriſsimam prophetiam contineri etiam pugnaciſsimi quique fateri compelluntur.*

5. Nouè benedicebat] *Deleuimus* nouum dicebat: *& paulò poſt* abierat, *pro* vbi erat *repoſuimus auth. vet. cod.*

6. Populo ſuo] *Græca Lucæ* τῷ λαῷ αὐτοῦ *in dandi caſu, id eſt, populo ſuo. Valla ſic maluit, quòd populus, vniuerſos ciuitatis ordines complectatur; plebs autem infima pars ſit.*

7. Vti det nobis] *Græcam lectionem imitatur,* τοῦ δοῦναι ἡμῖν, ἀφόβως ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας λατρεύειν αὐτῷ.

8. Aufert] *Annotat Chryſoſtomus dictum eſſe,* Tollit, *verbo præſentis temporis, non* tulit, *aut* tollet, *quod ab eo ſemper proficiſcatur omnis ablutio criminum, itaque* aufert, *repoſuimus, pro* auferet.

9. Peccatum] τὴν ἁμαρτίαν κόσμου, *id eſt, peccatum mundi, placet ſingulariter legendum eſſe poſt Irenæum Orig. ho. 10. in Numeros; Theoph. Auguſtino lib. 10. contra Fauſtum capit. 30. Cyprian. libr. de dup. Martyrio.*

10. Eſt enim] *Codices excuſi* & enim.

11. Bonæ voluntatis] *Vt Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, genitiuo caſu poſt Irenæum cõſtantiſsimè legũt: ſic Epiphanius, Chryſoſtomus, Andreas Ieroſolymitanus, Euſebius libr. 4. Demonſt. Euang. cap. 10. & Theophylactus Græci autores,* ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, *in hominibus bona voluntas, rectè. Eraſmus reſiduum cantici huius à Theleſphoro adiectum putat, & plus habere verborum quàm ſententiæ: ſed eum ab omni veritate deflexiſſe & prorſus aberraſſe conſtat, cùm ad verbum illud complectatur B. Iacobi Apoſtoli Liturgia; & Clemens Pauli collega Petriq; ſucceſſor Conſtitut. Apo. libr. 7. cap. 47. & lib. 8. cap. 20. Authores igitur Apoſtolos habuit, ex quorum officina, nihil niſi pietatem & virtutem Spiritus ſancti ſpirans, prodire potuit.* B

12 Quid autem in ciuitate Dauid] *Theodoretus Dialog. 1. locum hunc nominatim ex Irenæo exprimit, vt ſuo loco poſuimus.*

13. Adimpletam] *Expunximus* quod adimpleatur, *auth. vet. cod.*

14. Ne erraueritis] *Deleuimus* enarraueritis, *auth. vet. cod.*

15. Hoc idem] *Quod hactenus ex verbis Zachariæ, Deiparæ, & Ioannis oſtendit vnicum eſſe Legis ac Euangelij authorem & Deum; hoc idem nunc verbis Angelorum, Paſtorum, Simeonis, & Annæ prophetiſſæ confirmat. Quod autem ſuperius ſcripſit,* Gloria in excelſis Deo, *nunc verò ex vet. cod.* Gloria in altiſſimis: *vtramque lectionem probat. Paulò poſt,* factor & conditor, *repoſuimus ex vet. cod. pro,* factorem & conditorem, *tametſi hæc loquendi forma frequens ſit huic authori.* C

16. Et hi iniqui] *Vetus cod. ſine inciſo legit,* Hi qui erant ab Ogdoade Angeli: *priorem lectionem ſequuntur omnes editiones.*

17. Aſtare] παραστῆσαι, *ad Verbum reddidit; quod alij, vt exhiberent, ſiue ſiſterent dicunt.*

18. Nunc dimittis] ἀπολύεις, *in præſenti, non* ἀπολύσεις, *in futuro, habet Euangelium: Vetus cod.* dimittit, *inde ſuſpicor* dimittis *Irenæi literam olim habuiſſe, cùm infra cap. 18. ita ſcribat: atque nunc ſic conſtituimus.*

19. Ieruſalem] *Latini codices habent* Iſrael: *ſed Græci omnes cum Irenæo Ieruſalem legunt, quod in annotationibus ſuis ſignauit Eraſmus, hunc Irenæi locum adducens.* D

20. Vnus Deus] *Codices excuſi* viſus Deus.

21. Quapropter & Marcus] *Aliquot ex Marci Euangelio ſumptis teſtimonijs vnum Deum vtriuſq; Teſtamenti comprobat, eumq; Patrem Domini noſtri IESV CHRISTI, & à Prophetis nominibus ac titulis multis prædicatum. Vocat autem Marcum, comitem ac interpretem Petri, ſequutus Papiam, cuius verba recitantur ab Euſebio, libr. 3. hiſtor. capit. vltimo. Attingit & Hieronymus in Catalogo.*

22. In prophetis] *Sic Græci,* ἐν προφήταις: *vulgata lectio* Eſaia propheta, *quam & in fine huius capitis agnoſcit quoque Irenæus: vt videatur gratam habuiſſe vtramque lectionem.*

23. Hanc



23 Hanc fidem] *Iam per quartum Euangeliſtam, id eſt, diuum Ioannem, idem aſſerit quod ex alijs tribus paulò ante præſtitit: nimirum, vnicum verumqúe Deum annunciari à Prophetis & Apoſtolis.* A

24. Qui à Cerintho] *Nicolaum, Ebionem & Cerinthum viuis ipſis Apoſtolis ab Eccleſia defeciſſe, eamq; nefandis erroribus perturbaſſe certum eſt. Ac de Nicolao referunt Acta, & Apocalypſis: de Ebione ſupra lib. 1. cap. 26. & lib. 3. cap. 3. dictum eſt. Cerinthum autẽ ex iis fuiſſe æſtimat Epiphanius, qui coram Apoſtolis turbationem operati ſunt, quando Iacobus ſcripſit ad Antiochenam Eccleſiam:* Nouimus quoſdam ex nobis ad vos veniſſe, & turbaſſe ſermonibus, quos non narrauimus. *Ex eorum etiam numero eum facit, qui B. Petro reſtiterunt, quando rediit è domo Cornelij, Actor. 12. & 15. Hos Ioannes etiam in Epiſtolis atro carbone notare certum eſt, ſicut prius Euangelio ſuo in eoſdem dimicarat. Porrò eorũ falſas opiniones habes ſupra li. 1. c. 25. 26. 27.* B

25. Sine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt] *Puncto iſtiuſmodi ſententiam hanc terminare, poſt Irenæum perplacet Chryſoſtomo & Theophylacto, vt ſenſus ſit: nihil omnino creatum, quod non ſit creatum à Patre per Filium. Conſuetã verò diſtinctionem ſequuntur ex Latinis Tertullianus aduerſus Praxean; Hilarius; Auguſtinus; Hieronymus; quam Irenæus quoque paulò poſt conſeruat. Ex Græcis Origenes, Cyrillus, & Nazianzenus Latinorum lectionem probant.*

26. In ſua propria venit] *Pronomen* Sua *habent poſt Irenæum Cyprianus lib. 1. aduerſus Iudæ. c. 3. & de orat. Domin. Græc.* εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, *quod etiã Auguſtinus Tractatu 2. in Ioan. reddit,* In ſua propria venit.

27. Cognouit Iſraelites] *Quatuor has dictiones deſiderabant omnes excuſi codices.*

28. Quoniam enim quatuor] *Pia admodũ & erudita eſt hæc ſpeculatio, qua Euangelia quatuor adumbrari philoſophatur per quatuor mundi plagas; quatuor principes Spiritus; Cherubin quadriformia; quatuorq; Teſtamenta; idq; aduerſus Marcionitas: qui vnicum duntaxat Euangeliſtam volebant eſſe, vt indicat Origenis primus contra eoſdem Dialogus. Irenæo aſtipulatur Hieronymus Epiſt. ad Paulinum; Matthæum, Marcum, Luc. & Ioan. vocans* quadrigam Domini, & verum Cherubim. Rurſus, per illos quatuor, Eccleſiam inſtar paradiſi quatuor flumina eructare: quatuorque angulos & annulos habere, per quos, quaſi Arca teſtamenti & cuſtos legis Domini, lignis immobilibus vehitur: inſuper quatuor hæc Euangelia Ezechielis volumen, in quatuor animantibus, Apocalypſimque probare. (Proœmi. in Matth.) *Hæc autem addenda cenſui, vt Gallaſij maledicẽdi libidinem notarem, qui vt Marcionitis, & Manichæis auis ſuis obſequatur, hanc Irenæi theoriam vituperat. Sed quid mirum ſi martyribus inſultet, cùm etiam probationes & refutationes, quibus Dominus & magiſter noſter Ieſus Chriſtus in Iudæos vtitur, Caluinus Gallaſij antiſtes & præceptor, imbecillas & parum ſolidas iudicet, eundemq; impropriè ſæpè loquutum clamitet? In 6. & 12. cap. Matth.* C D

29. Imagines ſunt] *Chriſti Domini myſterijs has quoque animalium formas eleganter accommodat Hieronymus Comment. in 1. cap. Ezechielis; de eiſdem copiosè diſſerit & Dionyſius Areopagita li. de Cæleſti Hierar. ca. 7. 2. 13. 15. & lib. de Eccleſ. Hierarch. ca. 4. itemq; Andreas Cappadox in Apocal. Ad idem pertinent ij non inelegantes Sedulij presbyteri verſus; quibus Chriſtum ita alloquitur.*

Hoc Matthæus agens, hominem generaliter implet,
Marcus vt alta fremit vox per deſerta leonis,
Iura ſacerdotij Lucas tenet ore iuuenci,
More volans aquilæ verbo petit aſtra Ioannes.
Quatuor hi proceres vna te voce canentes,
Tempora ceu totidem latum ſparguntur in orbem.

30. Inciperet mactari] *Billius:* Inciperet mactari, *pro,* mactandus erat, *dictum eſt: quemadmodum cap. 17.* Inciperent dicere, *pro,* dicturi erant, *& cap. 20.* qui inciperet occidere peccatum, *pro,* qui peccatum occiſurus erat: *& pleriſq; alijs locis.*

31. Et pennatam] *Expunximus* pennatum.

32. Colloquebatur] *Ita pro* colloquebantur: *vt mox loco* præbebant, *ſubſtituimus* præbebat, *auth. vet. cod.*

33. Et indocti] *Indoctos rectè hîc & alibi ſæpè cenſet omnes hæreticos, quantumlibet enim veræ Theologiæ, aut etiam Philoſophiæ laudem venentur: reipſa tamen indocti manent & cortici literæ aucupioq; verborum tantùm inſiſtentes, ad veræ ſapientiæ fundum nequaquam perueniunt. Hinc Apoſtolus hæreticum deſcribens ait:* Superbus eſt, nihil ſciens; ſed languens circa quæſtiones & pugnas verborum. (1.Tim.6.) *Et ne de vno tantùm vel altero id eum adſeruiſſe putaremus, de omnibus ait:* Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. Sed vltra non proficient. Inſipientia enim eorum manifeſta erit in omnibus. (2 Tim.3.) *Nam vt mali angeli cum bonis, & pſeudoprophetæ ac ſeductores cum diuinis prophetis & Apoſtolis collati, planè rudes ſunt ac cæci: ita etiam ſi omnium ſæculorum hæreſiarchas cum ſanctis Eccleſiæ Patribus & Doctoribus comparaueris, illos non iniuria inertes, ignauos, & ventoſos, impudentes tamen & audaces homines cenſebis. Quid enim Valentinus, Cerinthus, Baſilides, Marcion, aut alius ex hoc furfure; præ Dionyſio, Clemente, Ignatio, Polycarpo, Iuſtino, Irenæo, Tertulliano, Cypriano, aut huiuſmodi Eccleſiæ Cathol. proceribus?*

*Ac prætermiſſa de cũctis hæreſiarchis prolixiore diſquiſitione, vnius tantùm & alterius huius ſæculi propudioſam, & plurimis ſcio incredibilem inſcitiam patefaciamus. Scribit Petrus Rebenſtock commenſalis Lutheri, hũc aliquando ad ſe redeuntem, ac proprio ſeipſum metientem pede, ſæpe dixiſſe:* Ego neque Hebraicè, neque Græcè calleo: attamen Hebræo ac Græco mediocriter reſpondebo. (Tom. 1. Colloq. pag. 187. & Tomo 2. pag. 22.) *Quo etiam pacto plurima calluiſſet, qui rurſus de ſe aiebat:* Ego non audeo integra latera folij ſine intermiſſione legere, neque duas aut tres lineas in Pſalmo, aut aliam rem diu intueri? Mox enim venit mihi tinnitus aurium, vt ſæpius ad ſcamnum me demittere cogar. *Fontem verò huius mali ſui aperiens ſcribit ad Electorem Saxoniæ:* Diabolus interdum per cerebrum meum ita permeat, vt nec ſcribere poſſum, nec legere. (Tomo 5. Ienenſ. Germa. fol. 485.)

*Et ne Catholici ſoli odio incitati videamur ſic de illo ex proprijs eius teſtimonijs decernere: accedat Tigurinorum Apoſtolus, & Sacramentariorum dux Zuinglius, hæc ad eundem Lutherum ſcribens:* Facilè videmus, te vel imperitũ, vel nimis rudem eſſe Theologum, cùm de vtraq; in Chriſto natura diſputãs, inter has diſtinguere nondum nouiſti. Vel ſi illud non ignoras, interim verò hac cõfuſa vtriuſq; permixtione, ſimplices fallis & decipis, te ſeductorẽ, impoſtorẽ, & Chriſti negatorẽ, ipſo Marcione deteriorẽ eſſe iudicamus. Sed ignorãtiam tuã in te potius agnoſco, quàm vt nequitiam & impietatem hoc eſſe exiſtimem. (Epiſt. ad Lutherum, Anno 1526.) *Atq; hoc Helueticorũ miniſtrorum de Lutheri ignorantia iudiciũ. Qui fit ergo, vt tanta ſcripſerit & vulgauerit? Reſpondeo,*

quicquid

*quicquid in buccam occurreret, mox chartis mandabatur: atque hoc ab hominibus rerum nouarum cupidis auidè rapiebatur, ac Euangelij ſplendido titulo venditabatur. Cæterùm, libri eius ſacci ſunt verborum: ex quibus ſi ſcommata, calumnias, obſcœna verba, inanes iactantias & gloriationes; denique Satanas, diabolos, quos paßim efflat, detraxeris; longè pauciora quàm fortaſſe crederes, ſunt in his remanſura. Eant ergo nunc Germani, & cum ſuo Taburno, Lutherum clamitent* virum mirabilem, diuinum, angelum volantem per medium cæli, habentem Euangelium æternum, ſummum poſtremi ſæculi doctorem: *ac etiamnum quod illis obijcit Sturmius*, crepidas Lutheri adorandas putent. *Aut quod etiam longè turpißimum ac fœdißimum ſolo relatu, vt illos ſibi aliquando Smalcaldiæ decumbenti feciſſe gloriatur*, pudenda proprijs labijs exſugant: aut certè ſtercora venerentur, *tam fœdi ac reprobi Catholicæ fidei, profeßionisq; deſertoris.*

*Tomo 1. Colloq. fol. 54. & 149.*

*Lutheto ſuccedat Caluinus, Bezæ iudicio*, ſummus ille maximuſque Theologus, quo nemo docuit doctius; nemo iudicioſius, nemo enucleatius, nemo magnificentius hactenus ſcripſit. *Is quoque certè totius antiquitatis rudißimum, ac hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ignorantißimum ſe cunctis prodidit, quando ſcripſit*, Beatum Athanaſium magno illi Concilio Nicæno primo præfuiſſe: *quandoquidem tum ſolummodo Diaconus erat, Epiſcopum ſuum ad id Concilium proficiſcentem conſequutus. Ad eandem quoque inſcitiam pertinet*, quod iudicauit Arianos aliquanto tempore præceſſiſſe Manichæorum hæreſim: *cùm hi ſub Aureliano imperatore, ad annum Chriſti 277. furere inceperint, illi verò tantùm ſub Conſtantino, circa annum Chriſti 322. habuerint initium. Præterea, innumeræ contradictiones, quibus ſeipſum implicat; ſexcenta ſacrorum Bibliorum loca ab eodem malè reddita & intellecta; frequentißimæ veterum Patrum nunc mutilatæ, mox perperam tortæ, & falsò denique eis impoſitæ ſententiæ omnibus manifeſtant eum iſthæc nec ſatis diligenter legiſſe, nec bene intellexiſſe. Ad hæc ſucceſſor eiuſdem Beza & verſiones, & interpretationes, & pleraſque illius ſententias erroneas ſcriptis publicis corrigens, eiſdemque contradicens, aut profectò illius ignorantiam coram toto mundo coarguit, aut ſuam propriam manifeſtè prodit. Quando inſuper, in grauißimis diſputationibus ſtatum controuerſæ quæſtionis aut mutare aut fugere tam ſæpe conatur, falſis principijs innititur; ſtupidè argutatur, cauillatur, extra chorum ſaltitat, probationum loco bacchatur & conuitiatur, ſimilibus vtitur ineptißimis, metonymias confingit abſurdißimas, ambiguis verbis ludit, principium petit, paralogiſmis rem ſuam conficit, & cæt. verioris Dialecticæ, Philoſophiæ, atque Theologiæ fundum ſe nunquam attigiſſe ac penetraſſe demonſtrat. Quicunque enim ad rectam in modo & forma diſſerendi rationem omnia illius argumenta reduxerit ac expenderit; comperiet tandem inaniſſima eſſe, quæ prima ſpecie magnificentißima & valentißima videntur imperitis. Quoniam verò huius hominis technas, fraudes, verſutias, ac ineptißimas diſputationes in ſuis perdoctis Promptuarijs Catholicis, & Antidotis vir eruditißimus & clarißimus Doctor STAPLETONVS planißimè detexit: hoc æquißimo ſanè Stancari de his hæreſiarchis iudicio, huic obſeruationi finem imponã:* Plus valet vnus Auguſtinus, quàm centum Lutheri, ducenti Melanthones, trecenti Bullingeri, quadringenti Petri Martyres, & quingenti Caluini: qui ſi omnes in mortario contunderentur, non exprimeretur vna vncia verę Theologię. *Libro de Trinitate & Mediatore.*

*In vita Cal. & Iconibus.*

*Lib. con Valent. Gentil.*

*Inſtitut.*

34. Vt plus] *Codices excuſi*, vt plures.

35. Partem gloriatur ſe habere Euangelij] *Ita vetus codex, cui conſentit Eraſmi coniectura: excuſi cod. habebant* pariter gloriatur ſe habere Euangelium.

36. Ioannis] *Codices excuſi* Ioannem.

37. Veritatis Euangelium titulent] *Vides perpetuum hæreticorum morem, vt hæreſeon ſuarum fœditatem & turpitudinem ſpecioſo Euangelij titulo adornent. Vt ergo veteres Gnoſtici ſuas delirationes Euangelium vocabant, Manichæi ſuos furores, Ariani ſuas blaſphemias eodem fuco venditabant: ita & nunc Hugnoſtici quicquid Lutherus edidit, etiamſi:* Nón eſſe bellandum contra Turcas, Ancillam pro vxore concubitum differente à viro ſumendam, Omnino ſeruum eſſe hominis arbitrium, Solam fidem iuſtificare & ſaluare, Magiſtratum non debere impedire, quominus quilibet doceat & credat quicquid lubet, ſiue Euangelium, ſiue mendacium, *& quæuis ſimilia, quantumuis abſurda, inflatis buccis Euangelium concrepant. Caluiniani impijßimas Caluini & Bezæ hypotheſes,* quod Deus ſit author omnium peccatorum, potiorem hominum partem deſtinatò creauerit vt damnet, prædeſtinet ad peccandum: quod etiam Chriſtus ignorans fuerit, quod in cruce deſperauerit, quod omnia damnatorum ſupplicia ſenſerit, & ſanguis eius pro nobis effuſus iamdudum in terra computruerit, *aliaque planè horrenda & blaſphema propoſita, Euangelium eſſe dictitant & prædicant. Anabaptiſtæ docentes promiſcuos concubitus, Chriſtum filium Ioſeph non fuiſſe antequam ex Maria gigneretur, publicam verbi Dei prædicationem omnino tollendam, Magiſtratum politicum nullum eſſe ferendum, & cæt. omnium Euangelicorum Euangelicißimos ſe eſſe vociferantur. An non eadem impudentia Trinitarij, noui Ariani, Ebionitæ, & Samoſateniani inſtructi & muniti nunc quoque prodeunt? Sic itaque teterrimus Satanas hoc omnium maximè ſæculo transformat ſe in Angelum lucis, vt minus cautis imponat.*

*Tom. 3. German. Ienæ fol. 319.*

## *QVÆ SIT RELIQVORVM APOSTOlorum doctrina.*

### CAPVT XII.

P[1]Etrus igitur Apoſtolus poſt reſurrectionem Domini, & aſſumptionem in cælos, volens adimplere duodecim Apoſtolorum numerũ, &[2] eligere prouidentia alterum qui electus eſſet à Deo, his qui aderant dixit: Viri fratres,[3] oportebat impleri Scripturam hanc, quam prædixit Spiritus ſanctus ore Dauid de Iuda, qui factus eſt dux his qui apprehenderunt Ieſum, qui annumeratus fuit

*Act. 1. 16.*



A inter nos: Fiat habitatio eius deſerta, & non ſit qui in habitet in ea, & Epiſcopatum eius accipiat alter. Adimpletionem eorum ex his quæ à Dauid dicta ſunt, faciens. Rurſus cùm Spiritus ſanctus deſcendiſſet in diſcipulos, vti omnes prophetarent, & loquerentur linguis: & quidam irriderent eos quaſi à muſto ebrios, dixit Petrus. Non ebrios quidem [illos] eſſe, cùm ſit hora tertia diei; eſſe autem hoc, quod dictum eſt per Prophetam: Erit in nouiſſimis diebus (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo in omnem carnem, & prophetabunt. Deus igitur qui per Prophetam promiſit miſſurum ſe Spiritum ſuum in humanum genus, ipſe & miſit ei, & ipſe Deus à Petro annunciatur ſuam promiſſionem adimpleſſe. Viri enim (inquit Petrus) Iſraelitæ, audite ſermones meos. Ieſum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus & prodigijs & ſignis quæ fecit per ipſum Deus in medio veſtrum, quemadmodum ipſi ſcitis: hunc definito conſilio & præſcientia Dei, traditum per manus iniquorum affigentes interfeciſtis: quem Deus excitauit ſolutis doloribus inferorum: quoniam non erat poſſibile teneri eum ab eis. Dauid enim dicit in ipſum. Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris mei eſt * ne mouear. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam non derelin-
B ques animam meam in inferno, neq; dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Dehinc rurſum fiducialiter illis dicit de patriarcha Dauid, quoniam mortuus eſt, & ſepultus, & ſepulchrum eius ſit apud eos, vſque in hunc diem. Propheta autem (inquit) cùm eſſet, & ſciret quoniam iureiurando ei iurauit Deus, de fructu ventris eius ſedere] in throno eius, prouidens locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quoniam neque derelictus eſt apud inferos, neque caro eius vidit corruptionem. Hunc Ieſum (inquit) excitauit Deus, cuius nos omnes ſumus teſtes: qui dextera Dei exaltatus, repromiſſionem Sancti Spiritus accipiens à Patre effudit donationẽ hanc, quã vos nunc videtis & auditis. Nõ enim Dauid aſcendit[4] in [cęlos,] dicit autẽ ipſe: Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dexteram meam, quoadusq; ponam inimicos tuos[5] ſuppedaneum pedum tuorum. Certiſſimè ergo ſciat omnis domus Iſrael, quoniam & Dominũ eum, & Chriſtũ Deus fecit hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis. Cùm dixiſſent ergo turbæ, Quid ergo faciemus? Petrus ad eos ait: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine Ieſu in remiſſionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus ſancti. Sic non alium Deum, nec aliam plenitudinem annuntiabant Apoſtoli; nec alterum quidem
C paſſum, & reſurgentem Chriſtum, alterum verò qui ſurſum volauerit, & impaſſibilis perſeuerauerit: ſed vnum & eundem Deum Patrem, & Chriſtum Ieſum qui à mortuis reſurrexit, & eam quæ in eum [eſt] fidem annunciabant his, qui non credebant in filiũ Dei, & ex Prophetis cohortabantur eos, quoniam eum quem promiſit ſe Deus miſſurum Chriſtum, miſit Ieſum, quem ipſi crucifixerunt, quem Deus excitauit.

*Pſal. 67.* *Pſal. 107.* *Actor. 2. 4.* *Ioel. 2. 9.* *Iſaiæ 44. 4.* *Pſal. 15. 8.* * vt non *Pſal. 131. 12.* *Pſalm. 109. 1.*

Rurſus cùm Petrus ſimul cum Ioanne vidiſſet eũ qui à natiuitate claudus erat, ante portam templi quæ dicitur ſpecioſa ſedentẽ & petentẽ eleemoſynã, dixit ei. Argentum & aurum nõ eſt mihi: quod autẽ habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula. Et ſtatim ei[9] cõfirmati ſunt greſſus & plãtę, & ambulabat, & introiuit cũ ipſis in templũ, ambulans &[6] ſaliens & glorificans Deũ. Multitudine autem vniuerſa collecta ad eos propter inopinatũ factum, Petrus dixit eis. Viri Iſraelitę, quid miramini in hoc, & nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute fecerimus hũc ambulare? De[9] Abrahã, Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus patrũ noſtrorũ, glorificauit Filium ſuũ, quem vos quidẽ tradidiſtis in iudicium, & negaſtis ante faciẽ Pilati, cùm remittere eũ vellet. Vos autem ſanctũ & iuſtũ[7] aggrauaſtis, & petiſtis virum homicidã donari vobis, ducẽ
D autem vitæ occidiſtis: quẽ Deus excitauit à mortuis, cuius nos teſtes ſumus, & in fide nominis eius, hũc quẽ videtis & ſcitis, confirmauit nomen eius, & fides quæ eſt per ipſum, dedit ei incolumitatem corã vobis omnibus. Et nunc fratres, ſcio quoniã ſecundùm ignorantiã feciſtis nequam. Deus autẽ * quæ prædixit ore omniũ Prophetarũ pati Chriſtum ſuũ, adimpleuit. Pęnitentiã igitur agite & conuertimini, vti deleantur peccata veſtra,[8] & veniant vobis tempora refrigerij [à facie] Domini, & mittat præparatũ vobis Ieſum Chriſtũ, quẽ oportet quidẽ cęlũ ſuſcipere vſq; ad tempora diſpoſitionis omniũ, quæ locutus eſt ei Deus per ſanctos Prophetas ſuos. Moyſes quidẽ dicit ad patres noſtros: Quoniã Prophetã excitabit vobis Dominus[9] Deus [veſter] ex fratribus [veſtris,] quemadmodũ me, ipſum audietis in omnibus quęcũq; locutus fuerit ad vos. Erit autẽ omnis anima quæcunq; nõ audierit Prophetã illum, peribit de populo. Et omnes à Samuel & deinceps, & omnes quotquot locuti ſunt, annũciauerũt dies iſtos. Vos eſtis filij Prophetarũ, & Teſtamenti quod Deus diſpoſuit ad patres noſtros, dicens ad Abraham: In ſemine tuo benedicentur omnes tribus terræ. Vobis primùm Deus excitãs Filiũ ſuũ miſit benedicentem vos, vt cõuertat ſe vnuſquiſq; à nequitijs ſuis. Manifeſtam ergo præ-

*Act. 3.* *D. Petri miraculum, & concio ad Iudæos.* * qui *Matt. 27. 17.* *Marc. 15. 10.* *Luc. 23. 18.* *Ioan. 18. 40.* *Deut. 18. 19.* *Gen. 12. 2. 3.*

ergo præconationem Petrus cum Ioanne præconauit eis, repromiſſionem quam fe- A
cit Deus patribus per Ieſum adimpletam euangelizans. Non quidem alterum Deum
annuntians, ſed Filium Dei, qui & homo factus eſt, & paſſus, in agnitionem adducens
Iſraël, & in Ieſu reſurrectionem quæ à mortuis annuncians, & ſignificans quoniam
omnia quæ Prophetæ annunciauerunt de paſſione Chriſti, hæc adimpleuit Deus.

D. Petri altera cōcio.
Propter quod rurſus conuocatis principibus ſacerdotum, fiducialiter Petrus dixit
ad eos: Principes populi & ſeniores Iſraëlitæ, ſi nos hodie redarguimur à vobis in be-
Actor. 4. 9. nefacto hominis infirmi, in quo hic *ſanatus eſt, cognitū ſit omnibus vobis & omni *ſaluatus
populo Iſrael, quoniam in nomine Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quē
Deus excitauit à mortuis, in hoc hic aſtat in cōſpectu veſtro ſanus. Hic eſt lapis precio-
Pſal. 117. 21. ſus * reprobatus à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli. Et non eſt aliud *ſpretus
nomen ſub cælo, quod datum ſit hominibus, in quo oporteat ſaluari nos. Sic Apoſto-
li non Deum mutabant, ſed Chriſtum annūtiabant populo eſſe Ieſum qui crucifixus
eſt, quem Deus excitauit, qui Prophetas miſit, idem Deus excitauit, & ſalutem in eo de-
dit hominibus. Confuſi igitur & per curationem, (annorum enim, inquit Scriptura,
pluſquam XL. erat homo in quo factum eſt ſignum curationis) & per doctrinam A-
poſtolorum & Prophetarum expoſitionem, cùm remiſiſſent ſummi ſacerdotes Pe- B
trum & Ioannem, & reuerſi eſſent ad reliquos coapoſtolos & diſcipulos Domini, id
eſt in Eccleſiam, & enarraſſent quæ fuerant facta, & quemadmodum fiducialiter egiſ-
ſent in nomine Ieſu. Audientes (inquit) tota Eccleſia, vnanimes extulerunt vocem
ad Deum, & dixerunt: Domine, tu es Deus qui feciſti cælum & terram, & mare, & om-
nia quæ in eis ſunt, qui per Spiritum ſanctum ore Dauid patris noſtri, pueri tui, dixiſti:
Actor. 4. 24. Pſalm. 2. Quare fremuerūt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & prin
cipes congregati ſunt in vnum, aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtū eius. Conue-
nerunt enim [verè] in hac ciuitate aduerſus ſanctum Filium tuum Ieſum quē vnxiſti,
Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Iſrael, facere quæcunque manus
tua & voluntas tua prædeſtinauerat fieri. Hæ voces Eccleſiæ, ex qua habuit omnis Ec-
cleſia initium. Hæ voces ciuitatis magnæ, noui teſtamenti ciuium. Hæ voces Apoſto-
lorum, hæ voces diſcipulorum Domini, eorum qui poſt aſſumptionem Domini per
Spiritū & perfecti extiterunt, & inuocauerunt Deum qui fecit cælum & terram, [& ma
re,] qui per Prophetas annuntiatus eſt, & eius Filius Ieſus, quem vnxit Deus, & alterum
autem neſcientes. Non [enim] erat ibi tunc Valentinus, nec Marcion, nec reliqui ſui, C
vel eorum qui aſſentiunt eis euerſores. Propter quod [&] exaudiuit eos factor omni-
Actor. 4. 10. um Deus. Commotus eſt enim (inquit) locus, in quo erant collecti, & repleti ſunt om-
nes Spiritu ſancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia, omni volenti credere.
Virtute enim magna (inquit) reddebant teſtimonium Apoſtoli reſurrectionis Domi-
ni Ieſu, dicentes ad eos. Deus patrum noſtrorum excitauit Ieſum, quem vos apprehen-
diſtis, & interfeciſtis ſuſpendentes in ligno: hunc Deus principem & Saluatorem exal-
tauit gloria ſua, dare pœnitentiam Iſraël, & remiſſionem peccatorū: & nos in eo teſtes
ſumus ſermonum horum, & Spiritus ſanctus quem dedit Deus credentibus ei. Omni
quoque die (inquit) in templo, & in domo non ceſſabant docentes & euangelizantes
Chriſtum Ieſum Filium Dei. Hæc enim erat ſalutis agnitio, quæ perfectos ad Deum ef-
ficit eos, qui cognoſcunt Filij eius aduentum.

[10] Quoniam autem * impudentes quidam eorum dicunt, apud Iudæos præconan- *impudenter
tes Apoſtoli, non poterant alterum eis Deum annuntiare prēter eum, qui creditus fue-
rat ab ipſis: dicimus ad eos, quoniam ſi ſecundùm olim inſitam opinionem homini-
bus loquebantur Apoſtoli, nemo ab his cognouit veritatem, multo autem prius à
Domino, etenim ipſum ſic loquutum dicunt. Nec hi ergo ipſi veritatem ſciunt, ſed D
* ſententia eorum de Deo cùm eſſet talis, exceperant doctrinam quemadmodum au- *ſcientia
dire poterant. Secundùm [hunc] igitur ſermonem, apud neminem erit regula verita-
tis, ſed omnes diſcipuli omnibus imputabunt, quoniam quemadmodum vnuſquiſq;
ſentiebat, & quemadmodum capiebat, ſic ſermo ad eum factus eſt. Superfluus autem
& inutilis aduentus Domini parebit, ſi quidem venit permiſſurus & ſeruaturus vniuſ-
cuiuſque olim inſitam de Deo opinionem. Adhuc etiam & multo durius erat, [11] quem
hominem] viderant Iudæi & cruci affixerant, annuntiari hunc eſſe Chriſtum Fi-
lium Dei, æternum ipſorum regem. Non igitur iam ſecundùm priſtinam eorum o-
pinionem loquebantur ad eos. Qui enim in faciem interfectores eos eſſe Domini di-
cebant, multo magis fiducialiter eum Patrem, qui ſuper Demiurgum eſt & [ipſi] an-
nuntiarent, & non id quod [putabat] vnuſquiſque: & multo minus erat peccatum,
ſiquidem ſuperiorem Saluatorem, ad quem aſcendere eos oporteret, quoniam eſſet
impaſſibilis, non affixiſſent cruci. Quemadmodum enim Gentibus nō ſecundùm ſen-
tentiam



A tentiam illorum loquebantur, ſed cum fiducia dicebant quoniam dij ipſorum non
eſſent dij, ſed idola dæmoniorum: ſimili modo & Iudęis annunciaſſent, ſi alterum ma-
iorem & perfectiorem ſciſſent Patrem, non annunciantes, neque augentes eorum non
veram de Deo opinionem. Ethnicorum autem ſoluentes errorem, & auferentes [eos]
à ſuis dijs, non vtiq; alterum eis inferebant errorem: ſed auferentes eos qui non erant
dij, eum qui ſolus erat Deus & verus Pater oſtenderunt.

Ex verbis Petri igitur, quæ fecit in Cæſarea ad Cornelium Centurionem, & eos qui Act. 10. 1.
cum [eo] erāt Gentiles, quibus primò enarratus eſt ſermo Dei, cognoſcendum eſt [no- Acta Petri in domo Cornelij.
bis] quæ annunciabant Apoſtoli, & qualis fuit prædicatio ipſorum, & quā habuerunt
de Deo ſententiam. Erat enim [inquit] Cornelius hic religioſus, & timens Deum cum
tota domo ſua, & faciens eleemoſynas multas in populo, & orans Deum ſemper. Vidit
ergo circa horam nonam diei, Angelum Dei intrantem ad ſe, & dicentem. Eleemoſy-
næ tuæ aſcenderunt in recommemorationem in conſpectu Dei. Propter quod mitte
ad Simonem, qui vocatur Petrus. Petrus autem cùm vidiſſet reuelationem, in qua re-
ſpondit ad eum cæleſtis vox: Quod Deus emūdauit, tu ne commune dixeris, hoc ideo,
quoniam qui per legem inter munda & immunda diſtinxit Deus, hic emundauit Gen-
B tes per ſanguinem Filij ſui, quem & Cornelius colebat: ad quem Petrus veniens dixit.
In veritate comperi, quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente,
qui timet eum, & operatur iuſtitiam, acceptabilis ei eſt. Manifeſtè ſignificās, quoniam
quem antea Deum timebat Cornelius, quem per Legem & Prophetas audierat, propter
quem & eleemoſynas faciebat, hic in veritate eſt Deus. Deerat autem ei agnitio: pro-
pter quod adiecit. Vos ſcitis quod factum eſt verbum per omnem Iudæam. Incipiens Actor. 10. 29.
enim à Galilæa poſt Baptiſmum [quod] prædicauit Ioannes Ieſum à Nazareth, quem-
admodum vnxit eum Deus Spiritu ſancto & virtute: ipſe circuiuit benefaciens & cu-
rans omnes qui oppreſſi erant à Diabolo, quoniam Deus erat cum eo. Et nos teſtes ſu-
mus omnium eorum quæ fecit in regione Iudæorū, & in Hieruſalem: quem & interfe-
cerunt ſuſpendentes in ligno. Hunc Deus excitauit tertia die, & dedit eum manifeſtū
fieri, non omni populo, ſed teſtibus nobis [12] prædeſtinatis [à Deo,] qui cū eo & mandu-
cauimus & bibimus poſt reſurrectionem à mortuis. Et præcepit nobis annunciare po-
pulo & teſtificari, quoniam ipſe eſt prædeſtinatus à Deo iudex viuorum & mortuorū.
Huic omnes Prophetæ teſtimonium reddunt, remiſſionem peccatorum accipere per
C nomen eius omnem credentem in eum. Filium ergo Dei quem ignorabant homines,
annuntiabant Apoſtoli, & aduentum eius, his qui ante inſtructi erant de Deo: ſed non
alterum Deum inferebant. Si enim tale aliquid ſciret Petrus, liberè Gentibus prædicaſ
ſet alterum quidem Iudæorum, alterum autem Chriſtianorum eſſe Deum, qui quidē
*quodcunque propter viſionē Angeli conterriti omnes, * quæcunq; eis dixiſſet, credidiſſent. Ex ver-
bis autem Petri manifeſtū eſt, quoniam præcognitum quidem eis Deum cuſtodiuit, Fi
lium autem Dei Ieſum Chriſtum eſſe teſtificatus eſt ipſis, iudicem viuorum & mortuo
rum, in quo baptizari eos iuſſit in remiſſionem peccatorum: & non tantùm hoc, ſed &
Ieſum Chriſtum eſſe Filium Dei teſtificatus eſt, qui & vnctus Spiritu ſancto, Ieſus Chri
ſtus dicitur. Et eſt hic idem ex Maria natus, quemadmodum Petri cōtinet teſtificatio.
An nunquid perfectam tunc cognitionem nondum habebat Petrus, quam poſtea ad-
inuenerunt hi? [13] Imperfectus igitur ſecundùm hos Petrus, imperfecti autem & reliqui
Apoſtoli: & oportebit eos reuiuiſcentes, horum fieri diſcipulos, vt & ipſi perfecti fiant.
Sed & hoc quidem ridiculum eſt. Arguuntur verò iſti non quidem Apoſtolorum, ſed
ſuæ malæ ſententiæ eſſe diſcipuli. Propter hoc autem & variæ ſententiæ ſunt vniuſcu-
D iuſq; eorum recipientes errorem quemadmodū capiebat. Eccleſia verò per vniuerſum
mūdum ab Apoſtolis firmum habens initium, in vna & eadem de Deo, & de Filio eius
perſeuerat ſentētia. [14] Philippus autem rurſus Spadoni reginę AEthiopum reuertenti Acta Philippi cum Eunucho.
à Hieroſolymis, & legenti Eſaiam Prophetam, ſolus ſoli, quē annuntiauit? Nonne eū
de quo dixit Propheta: Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt, quemadmodū agnus Act. 8. 26.
ante tondentem ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuū? Natiuitatem eius quis [enarrabit?] Iſaiæ 53. 7.
quoniam tolletur à terra vita eius: hunc eſſe Ieſum, & impletam eſſe in eo Scripturam,
quemadmodum ipſe Eunuchus credens, & ſtatim poſtulans baptizari dicebat: Credo
Filiū Dei eſſe Ieſum. Qui & [15] miſſus eſt in regiones Aethiopiæ, prędicaturus hoc quod Infra lib. 4. cap. 40.
ipſe crediderat, Deum quidem vnum per prophetas prædicatum, huius verò Filiū fe-
ciſſe ſecundùm hominem aduentum, & vt ouem ad victimam ductum, & reliqua quę-
cunq; Prophetæ dicunt de eo. Paulus quoq; & ipſe poſteaquam de cælo locutus eſt ad Act. 9. 9.
eum Dominus, & oſtendit quoniam ſuum Dominum perſequeretur, perſequēs diſci- Pauli conuerſio & prædicatio.
pulos eius, & miſit Ananiam ad eum, vt iterum videret & baptizaretur: In ſynagogis
(ait) in Damaſco prædicabat cum omni fiducia Ieſum, quoniam hic eſt Chriſtus Filius


Dei.

[A] Dei. Hoc eſt myſterium quod dicit per reuelationem manifeſtatum ſibi, quoniam qui paſſus eſt ſub Pontio Pilato, hic Dominus eſt omnium, & rex [omnium,] & Deus, & iudex, ab eo qui eſt omnium Deus, accipiens poteſtatem, quoniam ſubiectus factus eſt vſq; ad mortem, mortē autem crucis. [Et] quoniā hoc verū eſt, Athenienſibus euangelizans in Ariopago, vbi Iudæis non aſſiſtentibus, licebat ei cum fiducia verum prædicare Deum, dixit eis. Deus qui fecit mundùm & omnia quæ in eo ſunt, hic cæli & terræ Dominus exiſtens, non in manufactis templis inhabitat, nec à manibus humanis tractatur, tanquam alicuius indigens, cùm ipſe omnibus dederit vitā & ſpiritum, & omnia fecerit, qui fecit ex vno ſanguine omne genus hominum inhabitare ſuper faciem totius terræ, pręfiniens tempora ſecundùm determinationem inhabitationis eorum, quærere illud, quod eſt diuinum, ſi quo modo tractare poſſint illud aut inuenire, quamuis etiam non longè ſit ab vnoquoque noſtrum: in ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus: & quemadmodum [16] quidam ſecundùm vos dixerunt, Huius enim & genus ſumus. Genus igitur cùm ſimus Dei, non oportet nos putare id quod eſt diuinū, ſimile eſſe auro vel argento, vel lapidi per artem vel concupiſcentiam hominis deformato. Tempora ergo ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc præcepit hominibus omnibus vbiq; [17] pœniteri in ipſum, [B] quoniam conſtituit diem iudicari orbem terræ in iuſtitia, in viro Ieſu, in quo ſtatuit fidem, excitans eum à mortuis. Hoc autem in loco nō ſolum factorem mundi Deum eis annunciat, non aſſiſtentibus Iudæis; ſed & quoniam vnum genus humanum fecit inhabitare ſuper omnem terram. Quemadmodum & Moyſes ait. Quando diuiſit Altiſſimus gentes, quemadmodum diſperſit filios Adam, ſtatuit terminos gentium ſecundùm numerum [18] Angelorum Dei. Populum autē qui * credit Deo, iam non eſſe ſub Angelorum poteſtate, ſed ſub Domini. [Facta eſt enim portio Domini] populus eius, Iacob funiculum hæreditatis eius, Iſrael. Et iterum Lyſtris Lyciæ cùm eſſet Paulus cum Barnaba, & à natiuitate claudum in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ambulare feciſſet, & cùm turba honorare eos vellet quemadmodum deos, propter admirabile factum, ait eis. [Nos] ſimiles vobis ſumus homines, euangelizantes vobis, [19] vti ab eis vanis ſimulachris conuertamini ad ] Deum viuum, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt: qui in pręteritis temporibus permiſit omnes gentes abire vias ſuas, quanquam non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, benefaciens, de cælo dans [vobis] pluuias & tempora fructifera, adimplens cibo & hilaritate corda * noſtra. Quoniam autem his annuntiationibus eius omnes Epiſtolæ conſonant, [C] ex ipſis epiſtolis oſtendimus apto in loco exponentes Apoſtolum. Nobis autem conlaborantibus his oſtenſionibus quæ ex Scripturis ſunt, & quę multifariè dicta ſunt, breuiter & compendioſè annuntiantibus, & tu cum magnanimitate intende eis, & non longiloquium puta; hoc intelligens quoniam oſtenſiones quæ ſunt in Scripturis, non poſſunt oſtendi, niſi ex ipſis Scripturis.

Stephanus autem iterum qui electus eſt ab Apoſtolis primus * diaconus: qui & primus ex omnibus hominibus ſectatus eſt veſtigia martyrij Domini, propter Chriſti confeſſionem primus interfectus, fiducialiter loquens populo, & docens eos dicens: Deus gloriæ viſus eſt patri noſtro Abrahæ, & dixit ad eum: Exi de terra tua & de cognatione tua, & veni in terram quam demonſtrabo tibi: & tranſtulit illum in terram hāc, quam nunc & vos inhabitatis, & non dedit ei hæreditatem in ea nec greſſum pedis, ſed promiſit dare ei in poſſeſſionē eam, & ſemini eius poſt eum. Locutus eſt autem ſic Deus ad eum, Quoniam erit ſemen eius peregrinum in terra aliena, & in ſeruitutem redigentur, & vexabuntur annis quadringentis, & gentem cui ſeruient, iudicabo ego, dicit Dominus. Et poſtea exient & ſeruient mihi in iſto loco, & dedit ei teſtamentum circuncisionis, & ſic generauit Iſaac. Et reliqua autem verborum eius eundem Deum annuntiant, qui fecit cum Ioſeph, & cum patriarchis, qui & colloquutus eſt Moyſi, & [D] omnem Apoſtolorum doctrinam vnum & eundem Deum annuntiaſſe, qui tranſtulit Abraham, qui promiſſionem hæreditatis ei fecit, qui teſtamentum circuncisionis apto tēpore dedit, qui ex Aegypto vocauit ſemen eius ſeruatum manifeſtè per circunciſionem. in ſigno enim dedit eam, vt non ſimiles eſſent Aegyptijs. Hunc factorem omnium, hunc Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, hunc Deum claritatis ex ipſis ſermonibus, & Actibus Apoſtolorum volentes diſcere, poſſunt; & cōtemplari, quoniam vnus hic Deus ſuper quem alius non eſt. Si autem erat ſuper hunc alius Deus, ex abundanti per comparationem diceremus, hic illo melior eſt. Melior enim ex operibus apparet, quemadmodum & prædiximus: & cùm illi nullū Patris ſui opus habeant oſtendere, hic ſolus oſtenditur Deus. Si quis autē ægrotans circa quæſtiones, ea quæ ab Apoſtolis de Deo dicta ſunt allegorizāda exiſtimat, prædictos ſermones noſtros diſcutiat, in quibus vnum Deum conditorem & factorem omniū oſtendimus, & ea quæ ab illis dicuntur

Marginal notes: Philip. 2. 8. — Act. 17. 17. — Actor. 17. 31. — Apoc. 11. 18. — Deut. 32. 8. — * credidit Deum. — Actor. 14. — Psalm. 145. 4. — Apoc. 14. — * veſtra — Act. 7. — Stephani de vno & vero Deo aſſertio. — * diaconorum. — Gen. 12. 1. — Lib. 2. ca. 53. — 1. Tim. 6. 4.



[A] dicuntur deſtruximus & denudauimus: & inueniet conſonantes eos Apoſtolorum doctrinæ, & ſic habere quemadmodum docebant & perſuadebantur, quoniam vnus eſt fabricator omnium Deus: & cùm repulerit à ſententia ſua tantum errorem, & eam quæ eſt aduerſus Deum blaſphemiam, & à ſemetipſo inueniet rationem, cognoſcens & eam quæ eſt ſecundùm Moyſem legem, & gratiam noui teſtamenti, [20] vtraque apta temporibus, ad vtilitatem humani generis ab vno & eodem præſtita Deo.

Omnes enim qui ſunt malæ ſententiæ, moti ab ea legiſlatione, quæ ſecundùm Moyſem, diſſimilem eam & contrariam Euangelij doctrinæ arbitrantes, iam non ſunt conuerſi, vti differentiæ vtriuſque Teſtamenti inquirerent cauſas. Deſerti igitur cùm ſint à paterna dilectione, & inflati à Satana, conuerſi in Simonis magi doctrinam, abſtiterunt ſententijs ab eo qui eſt Deus, & putauerunt quod à ſemetipſis plus inueniſſent quàm Apoſtoli, alterum Deum adinuenientes. Et Apoſtolos quidem adhuc quæ ſunt Iudæorum ſentientes, annunciaſſe Euangelium; ſe autem ſynceriores & prudentiores Apoſtolis eſſe. Vnde & Marcion, & qui ab eo ſunt, ad intercidendas conuerſi ſunt Scripturas, [21] [B] quaſdam quidem in totum non cognoſcentes, ſecundùm Lucam autem Euangelium & Epiſtolas Pauli decurtātes, hæc ſola legitima eſſe dicunt, quæ ipſi minorauerunt. Nos autem etiam ex his quæ adhuc apud eos cuſtodiuntur, arguemus eos donante Deo, [22] in altera conſcriptione. Reliqui verò omnes falsò ſcientiæ nomine inflati, Scripturas quidem confitentur, interpretationes verò conuertunt, quemadmodum oſtendimus in primo libro. Et quidem hi qui à Marcione [ſunt,] ſtatim [23] blaſphemant fabricatorem, dicentes eum malorum * fabricatorem, propoſitum initij ſui intolerabiliorem habentes, duos naturaliter dicentes deos, diſtātes inuicem, alterum quidem bonum, alterum autem malum. Hi autem qui ſunt à Valentino nominibus honeſtius vtentes, & Patrem, & Dominum, & Deum hunc qui eſt fabricator oſtendendentes, propoſitum ſiue ſectam blaſphęmiorem habent, neque ab aliquo ex his quæ ſunt intra plenitudinem AEonibus dicentes eum emiſſum, ſed ab ea Labe quæ extra Pleroma expulſa [eſt.] Hæc autem omnia contulit eis Scripturarum & diſpoſitionis Dei ignorantia. Nos autem & cauſam differentiæ teſtamentorum, & rurſum vnitatem & conſonantiam ipſorum, in his quæ deinceps futura ſunt, referemus.

[24] Quoniam autem & Apoſtoli & [25] diſcentes ipſorum ſic docebant, quemadmodum Eccleſia prædicat, & ſic docentes perfecti fuerunt, propter quod [&] euocabantur [C] ad perfectum. Stephanus hæc docens adhuc cùm ſuper terram eſſet, vidit gloriam Dei, & Ieſum ad dexteram, & dixit: Ecce, video cælos apertos, & Filium hominis ſtantem à [26] dexteris Dei. Et hæc dixit, & lapidatus eſt, & ſic perfectam doctrinam adimpleuit, per omnia martyrij magiſtrum imitans, & poſtulans pro eis qui ſe interficiebant, & dicens: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Sic erant perfecti, qui vnum & eundem Deum ab initio vſq; ad finem varijs diſpoſitionibus aſſiſtentem humano generi ſciebant, quemadmodū ait Oſee Propheta: Ego viſiones [27] impleui, & in manibus Prophetarum aſſimilatus ſum. Qui ergo vſque ad mortem tradiderunt animas propter Euangelium Chriſti, quomodo poterant ſecundùm inſitam opinionem hominibus loqui? Quod ipſum ſi feciſſent, non paterentur: ſed quoniam contraria his qui non aſſentiebant veritati prædicabant, ideo & paſſi ſunt. Manifeſtum eſt ergo quoniam non derelinquebant veritatem, ſed cum omni fiducia Iudæis & Græcis prædicabant. Iudæis quidem Ieſum eum qui ab ipſis crucifixus eſt, eſſe Filium Dei, iudicem viuorum & mortuorum, à Patre accepiſſe æternū regnum in Iſrael, quemadmodum oſtendimus: Græcis verò vnum Deum qui omnia fecit, & huius Filum Ieſum Chriſtum annunciantes. Manifeſtius autem hoc oſtenditur ex Apoſtolorum Epiſtola, quam neque [D] Iudæis, neque Græcis; ſed ipſis qui ex gentibus in Chriſtum credebant, confirmantes fidem ipſorum miſerunt. Cùm enim deſcendiſſent quidam à Iudæa in Antiochiam, in qua & primùm omnium diſcipuli Domini pro fide quam in Chriſto habebant, vocati ſunt Chriſtiani, & ſuaderent eis qui crediderant in Dominum, circuncidi, & reliqua ſecundùm legis obſeruationem perficere: & aſcendiſſent Paulus & Barnabas Hieroſolymam ad alteros Apoſtolos propter hanc quæſtionem, & vniuerſa Eccleſia conueniſſet in vnum, Petrus dixit eis; Viri fratres, vos ſcitis quoniam à diebus antiquis in vobis Deus elegit, vt ex ore meo audirent gentes verbum Euangelij, & crederent, & cordis inſpector Deus teſtimonium perhibuit eis, dans eis Spiritum ſanctum, ſicut & nobis, & nihil diſcreuit inter nos & ipſos, emundans per fidem corda illorum. Nunc igitur quid tentatis [Deum,] imponere iugum ſuper ceruicem diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos valuimus portare? Sed per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti credimus nos poſſe ſaluari, quomodo & illi. Poſt quem Iacobus dixit. Viri fratres, Simon retulit quemadmodum Deus excogitauit accipere ex Gentibus

Z 2 populum

Marginal notes: Legis Moſaicæ prætextu aberrabāt Gnoſtici. — * factorem. — Act. 7. — Oſeæ 12. 10. — Actor. 15. Petri oratio in Synodo. — Iacobi oratio.

populum nomini ſuo, & ſic conueniunt ſermones Prophetarum, ſicut ſcriptum eſt. *Amos 9.38.* Poſt hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & diſturbata eius ædificabo, & erigam illud, vti requirant reliqui hominum Dominum, & omnes Gentes, in quibus inuocatum eſt nomen meum ſuper eos, dicit Dominus faciens hęc. Cognitum à ſęculo eſt Deo opus eius, propterea ego ſecundùm me iudico, non moleſtari eos qui ex gentibus conuertuntur ad Deum, ſed præcipiendum eis, vti abſtineant à vanitatibus idolorum, & à [28] fornicatione, & à ſanguine: & quæcunq; nolunt ſibi fieri, alijs ne faciant. Et cùm hæc dicta eſſent, & omnes conſenſiſſent, ſcripſerunt eis ſic. *Epiſtola Synodalis.* Apoſtoli & Presbyteri fratres, his qui ſunt in Antiochia, & Syria, & Cilicia, fratribus ex Gentibus, ſalutem. Quoniam audiuimus, quia ex nobis quidam exeuntes turbauerunt vos ſermonibus, deſtruentes animas veſtras, quibus non præcepimus, dicentes, Circuncidimini & ſeruate Legem, placuit nobis conuenientibus in vnum, electos viros mittere ad vos cum dilectiſſimis noſtris Barnaba & Paulo, hominibus qui tradiderunt animam ſuam pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Miſimus igitur Iudā & Silam, & ipſos per ſermonem annũciantes noſtram ſententiam. Placuit enim Sancto Spiritui, & nobis, nullum amplius vobis pondus imponere, quàm hæc quæ ſunt neceſſaria, vt abſtineatis ab Idolothytis, & ſanguine, & fornicatione: & quæcunque non vultis fieri vobis, alijs ne faciatis: à quibus cuſtodientes vos ipſos, bene [agetis,] ambulantes in Spiritu ſancto. Manifeſtum eſt igitur ex his omnibus, quoniam non alterum Patrem eſſe docebant, ſed libertatis nouum Teſtamentum dabant his, qui nouè in Deum per Spiritum ſanctum credebant. Ipſi autem ex eo quod quærerent, An oporteret circuncidi adhuc diſcipulos necne? Manifeſtè oſtenderunt nō habuiſſe ſe alterius Dei contemplationem.

Cæterùm, non talem timorem circa primum habuiſſent Teſtamentum, vt nec [29] cum ipſis Ethnicis] quidem conueſci vellent. Nam & Petrus quanuis ad catechiſandos eos miſſus eſſet, & tali viſione conterritus fuiſſet, cum timore tamen multo *Actor.10.* locutus eſt ad eos dicens. Ipſi ſcitis quoniam non eſt fas viro Iudæo* coniungi aut conuenire [30] cum allophylo: mihi autem Deus oſtendit, neminem communem aut immundum dicere hominem: quapropter ſine contradictione veni: his ſermonibus ſignificans quoniam non abiſſet ad eos, niſi * miſſus fuiſſet. Sic neque Baptiſma [quidem] facilè dediſſet, niſi Spiritu ſancto requieſcente ſuper eos, prophetantes eos audiſſet: & propter hoc dixit. Nun quis aquam vetare poteſt ad baptizandum hos, qui Spiritum ſanctum acceperunt, quemadmodum & nos? ſuadens ſimul his qui ſecum erant, & ſignificans quoniam niſi Spiritus ſanctus ſuper eos requieuiſſet, exiſteret qui eos prohiberet à Baptiſmate. [31] Hi autem qui circa Iacobum Apoſtoli, Gentibus quidem liberè agere permittebant, concedentes nos Spiritui Dei. Ipſi verò ſcientes eundem eſſe Deum, perſeuerabant in priſtinis obſeruationibus, ita vt & Petrus quoque *Galat.2,12.* timens ne culparetur ab ipſis, ante manducans cum Gentibus, propter viſionem & propter Spiritum ſanctum qui requieuerat ſuper eos, cùm tamen adueniſſent quidam ab Iacobo, ſeparauit ſe, & non manducauit cum eis: hoc ipſum autem dixit Paulus, & *Actor.1.8.* Barnabam feciſſe. Sic Apoſtoli quos vniuerſi actus, & vniuerſæ doctrinæ Dominus teſtes fecit (vbique enim ſimul cum eo aſſiſtentes inueniuntur Petrus & Iacobus & Ioannes) religioſè agebant circa diſpoſitionem Legis, quæ eſt ſecundùm Moyſem, ab vno & eodem ſignificantes eſſe Deo. Quod quidem [32] non feciſſent] ſecundùm quæ prædiximus, ſi præter eum qui Legis diſpoſitionem fecit, alterum Patrem à Domino didiciſſent.

*Margin: *adiungi; *iuſſus*

## ANNOTATIONES.

1. Petrus igitur Apoſtolus] *Decenti librorum noui Teſtamenti ſeruato ordine, nunc ex Actorum Apoſtol. libro perſequitur inſtitutam contra Gnoſticos, de Deo vno & vero mundi creatore, ac Patre Domini noſtri IESV CHRISTI diſputationem.*

2. Eligere] *Vet. codic.* allegere *vocabulum Iuriſconſultis vſitatum, quo in cœtum adiungere, aſcribere & quaſi cooptare ſignificant. Nam & legi dicebantur, qui in ſenatorum numerum aſcribebantur. Suetonius:* Inſtanti ſæpius vt ciuitate donatum in Decurias allegeretur, Tiberius negauit ſe allecturum. *Vlpianus de Decur. lege Generaliter:* Allegi eſt per electionem in ordinem aſſumi. *Vtitur eodem Lucifer Calaritanus, libro primo pro S. Athanaſio.*

3. Oportebat] *Cùm Græcè ſit* ἔδει, *melius redditur ab Irenæo,* oportebat, *vel* oportuit, *vt eſt in noſtro veter. codic. quàm* oportet, *cum vulgari. Nam de re iam peracta loquitur Petrus.*

4. In cælos] *Hanc vet. cod. emendationem lubentius ſequuti ſumus, quod Græcus Lucæ contextus* εἰς τοὺς οὐρανοὺς *habeat.*

5. Suppedaneum.] *Sic etiam libro ſecundo capite quadrageſimo nono, reddidit* ὑποπόδιον: *& Tertullianus, Cyprianus, Auguſtinus Latini Patres non rarò loquuntur.*

6. Saliens] *Cùm ſanus factus fuit, ſemel exilijt, poſtea verò identidem ſalijt, illud Græcè dictum eſt* ἐξαλλόμενος, *hoc autem* ἁλλόμενος, *quod rectè animaduertit Irenæus, vt etiam obſeruat illic Eraſmus.*

7. Aggrauaſtis] *Græcè* ἠρνήσασθε, *quod cum veteri interprete paßim omnes conuertunt, negaſtis, repudiaſtis.*

8. Et veniant vobis] *Paulò aliter hunc locum exprimunt & litera Græca & editio vulgata: Tertullia. lib. de Reſur. car.* Vt tempora vobis ſuperueniant refrigerij ex perſona Dei: *quæ non multum recedũt ab Irenæi lectione.*

9. Deus veſter de fratribus veſtris] *Expunximus* noſter, *&* noſtris, *docente Latina Græcaq; Actorum lectione, cùm vet. cod. Cæterùm, hoc Moſis teſtimonio Chriſtum promiſſum fuiſſe, cum Apoſtolis & Irenæo docent Iuſtinus reſp. ad quæſt. 101. Orth. Tertull. lib. 4. aduerſ. Marc. cap. 22. Cyprianus lib. 1. aduerſ. Iudæos, cap. 18. Clemens Alex. lib. 1. Pædagogi, cap. 7. paulò diuerſis licet tralationibus: ex quibus refellitur Caluinianorum Iudaica planè impietas, illud alibi detorquentium.*

10. Quoniam autem] *Refutat Gnoſticorum ſycophantiam & cauillationem, quam recenſuit ſupra c. 5.*

11. Quem hominem] *Deleuimus,* quemadmodum: *infra quoque pro* ipſis, ipſi: *pro* putabāt, putabat: *& pro,* vobis, nobis *repoſuimus auth. vet. cod.*

12. Prædeſtinatis à Deo] *Subſtulimus,* ab eo, *docente vet. cod. & Græca lectione,* ὑπὸ τοῦ θεοῦ.

13. Imperfectus igitur ſecundum hos Petrus] *Expende quo pacto paulò ſuperius aſſeruit, Apoſtolos poſt aſcenſionem Domini, per aduentum Spiritus ſancti perfectos factos fuiſſe: hîc quoque tanquam abſurdũ & impium Gnoſticis obijciat, quod Petrum imperfectũ, & cæteros Apoſtolos cenſerent imperfectos. Quanto magis huius æui Hugnoſticos damnaſſet, & verbis & ſcriptis eoſdem inceſſantes & traducētes, velut* ſchiſmaticos, apoſtatas & idololatras? *Paulum accuſantes* temeritatis, contemptus Dei, ac Epicureiſmi? *Petrum denique dicentes,* gratiam Chriſti aboleuiſſe, Euangelium deformaſſe, & libertatem Chriſtianam ſepeliuiſſe.

*Vide ſeptimum Dialogum noſtrũ.*

14. Philippus autem] *Hunc volunt Diaconum fuiſſe, non Apoſtolum. Reginam verò Aethiopum, quæ nomine publico regni Eunuchum Ieroſolymā miſerat, proprio nomine, (nam Candaces Aethiopibus, vt Cæſares Romanis cōmune nomen fuit) Lacaſan appellatam, Baazenæ regis filiam, quæ quatuor annis Chriſto ſuperuixerit: & Chriſtianam religionem iſtius Eunuchi opera publicè receperit: quæ ad hoc vſque tempus illic vtcumque perſeueret, vt ex legationibus Regum AEthiopiæ ad ſummos Pontifices Clementem, Leonem, & Reges Portugalliæ, libriſque Damiani à Goes, Oſorij, Aluari, Iouij, & Maffæi certiſſimum eſt.*

15. Miſſus eſt in Regiones AEthiopiæ] *Vt hunc locum ex Irenæo mutuati ſunt poſtea Euſebius li. 2. Hiſt. ca. 1. & Hieronymus com. in 53. Iſa. ſic videtur Irenæus eundem decerpſiſſe ex lib. 7. conſt. Apoſt. Clementis c. 47. omnes ſiquidem vno ore, ijſdemq; fermè verbis, hunc indigenis ſuis Chriſti Euangelium & Baptiſma annũciaſſe, vt ei à Philippo traditum fuerat, adfirmant. Additq; Abdias, Matthæum Apoſtolum in Aethiopiam profectum, ibidem illum inueniſſe: Sophronius autem tanto eum ſtudio promulgandæ religionis Chriſtianæ exarſiſſe teſtatur, vt in Arabia felici, & Taprobana inſula euāgelizauerit, ac glorioſo certamine Chriſti nomine obierit.*

16. Quidam ſecundùm vos] *Vt hîc omittit mentionem Poëtarum, quæ tamen in codice Græco Lucæ habetur, ſic fecit poſtea & Auguſtinus, explicans aliquot quæſtiones in Epiſtolam ad Romanos.*

17. Pœniteri in ipſum] *Pro* pœnitere, *dixit. Communis editio.* Vt omnes vbique pœnitentiam agant. πανταχοῦ μετανοεῖν. *pœniteri fortè dixit, vt Græcè* μεταμελεῖσθαι *forma paßiui vel deponentis. Eſt enim locus Act. 17. 31. & Apocalypſis 11. 18. & ad vtrunque author reſpexit.*

18. Angelorum Dei.] *Verſionem Septuaginta ſequitur, vt Baſilius li. 3. contra Euno. Chryſoſtomus hom. 60. in Matth. Cyrillus in 53. Iſa. Ruffinus in Symbol. & pleriq; Græcorum & Latinorum. Hebraica ſic ad verbum reddit Sanctes:* Statuit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael.

19. Vti ab eis vanis] *Septem has voces ex veteri cod. adiecimus, quas etiam agnoſcit Lucæ contextus Act. 14. & linea ſuperiore* Nos, *pro* Nomine *repoſuimus.*

20. Vtraque apta temporibus] *Auguſtinus lib. 32. contra Fauſtũ ca. 14. & Epiſtol. 5. quæ eſt ad Marcell. idem explicat venuſta ſimilitudine ſumpta à medico, qui aliud cras, aliud hodie ægrotis obſeruandum præcipit, quandoque etiam prohibens, quod ante præceperat. Origenes idē antea præſtiterat, ducta ſimilitudine à matre, quæ nunc mammis ſuauiter, poſtea ſolidiore cibo, liberos paſcit, Dialogo 1. contra Marcio.*

21. Quaſdam quidem] *Vtramque Epiſtolam ad Timotheum, & eam, quæ eſt ad Titum, Marcionem penitus reieciſſe ſcribit lib. 5. in eundem Tertull. cæteras eius corruptiones vberrimè ſuppeditabit Epiphanius contra hæreſim 42.*

22. In altera conſcriptione] *Librum ſpecialem aduerſus Marcionem promittit: quem ſi ediderit, nunc tamen haudquaquam extare certum eſt.*

23. Blaſphemant fabricatorem] *Blaſphemiam adeo horrēdam eſſe in verum Deum, exiſtimauerunt Patres vniuerſi, eum cuiuſquam mali authorem cenſere; vt liquet ex hoc loco, & libro altero aduerſus Florinum, cui titulum fecit:* Quod Deus non ſit author malorũ, *vt nullum niſi ſacrilegum, hæc dicere pronunciarint. Prophetarum autem verba iſta:* Non eſt malum in ciuitate, quod non fecerit Dominus. *Et:* Ego Deus creans mala; *Auguſtinus interpretatur non de peccato, ſed de pœna, Tertullianum ſequutus, qui de malo ſupplicij, non autem delicti, intellexit.*

*Lib. de duabus anima. cap. 6. & lib. contra Adimantum cap. 26, & 27.*

24. Quoniam autem] *Redit ad inſtitutas ex Actis Apoſt. probationes, quod vnus ſit Deus creator omnium & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

25. Diſcentes] *Hanc vocem pro diſcipulis & auditoribus, non rarò vſurpat, vt infra cap. 16. & 20. quod & Tertull. frequenter fecit libr. de patientia: libr. de carne Chriſti: lib. Præſcript. & lib. de pœnitentia.*

26. A dextris] *Vulgata editio addit,* Virtutis: *ſed Græci codices, quos ſequitur Irenæus, hanc vocem ignorant.*

27. Impleui] *Vulgata editio,* Multiplicaui: *cui & conſentit Hebraica litera.*

28. A fornicatione] *Nec hîc, nec infra meminit* Suffocatorum, *quod tamen extat apud Græcos: ſed & paulò ante addidit:* Super eos, & ſecundum me, *quibus penitus carent Græc. cod. & editio vulgata. Quæ ſequuntur,* Et quæcunque nolunt, &c. *verbis Apoſtolorũ adijcit Irenæus, quoniam à Græcis & Latinis nunc editis abſunt: tametſi non deſint qui teſtentur in quodam codice Græco vetuſtiſſimo, & duobus manuſcriptis addi,* καὶ ὅσα μὴ θέλωσιν αὐτοῖς γενέσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖν. *Vt & apud Cyprianum lib. 3. Teſtimoniorum, cap. 119.* Et quęcunque vobis fieri non vultis, alijs ne feceritis: *quæ etiam poſtea repetit Irenæus.*

29. Cum ipſis] *Vetus cod.* Ethnicis: *vtrumque legendum propoſuimus.*

30. Cum allophylo] *Sic quoque Græcos & alienigenas omnes appellat Tertull. lib. adu. Iudæos, c. 6. & li. 4. adu. Marc. ca. 37. ex Septuaginta verſione.*

Z 3 31. Hi

31. Hi autem qui circa Iacobum ] *Billius iudicat hîc merum Græcaniſmum eſſe, pro, Iacobus Apoſtolus. Græci enim οἱ περὶ τὸν Ἰάκωβον dicunt, pro ὁ Ἰάκωβος. Intelligit autem hoc loco Irenæus concionem eã, quam Act.15. poſt Petrum Iacobus habuit, in qua quibuſdam exceptis, ἀδιαφορεῖν, quod hîc vertitur, liberè agere, Gentibus permiſit.* A

32. Non feciſſent ] *Cod. ex.* non feciſſet, *habebãt.*

## *ADVERSVS EOS QVI DICVNT TANTVM Paulum ex Apoſtolis, cognouiſſe veritatem.*

### CAPVT XIII.

E[1] OS autem qui dicunt ſolum Paulum veritatem cognouiſſe, cui per reuela-
tionem manifeſtum eſt myſterium, ipſe Paulus conuincat eos dicens. Vnũ
Galat.1.&2. & ipſum Deum operatum Petro in apoſtolatu circũciſionis, & ſibi in Gen-
tes. Ipſius ergo Dei Petrus erat Apoſtolus, cuius & Paulus. Et quem Petrus in
circunciſione annunciabat Deum, & Dei Filiũ, hunc & Paulus in Gentes. Neq; enim vt
ſolum Paulum ſaluaret venit Dominus noſter, nec ſic pauper Deus, vt vnum ſolum B
haberet Apoſtolum, qui diſpoſitionem Filij ſui cognoſceret. Et Paulus autem dicens:
Rom.10.15. Iſa.52.7. Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium bona, euangelizantium pacem, manifeſtum
facit quoniam non vnus, ſed plures erant qui veritatem euangelizabant. Et rurſus in
[ea] epiſtola quæ eſt ad Corinthios, cùm prædixiſſet omnes qui Deum poſt reſurrectio
1.Cor.15.11. nem viderunt, intulit. Siue autem ego, ſiue illi, ſic annũciamus, & ſic crediditis: vnam
& eandem prædicationem confitens omnium eorum qui Deum viderunt poſt reſur-
rectionem à mortuis. Et Dominus autem Philippo volenti Patrem videre, reſpondit.
Ioan.14.9. Tanto tempore vobiſcum ſum, & me nõ cognouiſtis? Philippe, qui videt me, videt &
Patrem meum. Quomodo tu dicis, Oſtende nobis Patrem? Ego enim in Patre, & Pater
in me eſt, & amodo cognouiſtis eum, & vidiſtis eum. Quibus ergo Dominus teſtimo-
nium dixit, quoniam & cognouerunt in ipſo, & viderunt Patrem, Pater autem veritas,
[hos] dicere non cognouiſſe veritatem, eſt hominum [2] falſa teſtantium ] & eorum qui
alienati ſunt à Chriſti doctrina. Ad quid enim mittebat Dominus duodecim Apoſto-
Matt.15.24 los ad oues quę perierant domus Iſrael, ſi veritatem non cognouerunt? Quomodo au-
Matth.10.9 tem & ſeptuaginta prædicabant, niſi ipſi prius veritatem prædicationis cognouiſſent?
Aut quomodo Petrus ignorare potuit, cui Dominus teſtimonium dedit, quoniam ca- C
Matt.16.17. ro & ſanguis non reuelauit ei, ſed Pater qui in cælis eſt? Sicut ergo Paulus Apoſtolus
Galat.1.1. non ab hominibus, neq; per hominem, ſed per Ieſum & Deum Patrem, Filio quidem
adducente eos ad Patrem, Patre verò reuelante eis Filium. Quoniam autem his qui ad
Apoſtolos vocauerunt eum, de quæſtione acquieuit Paulus, & aſcendit ad eos cum
Barnaba in Hieroſolymam, non ſine cauſa, ſed vt ab ipſis libertas Gentilium confir-
maretur, ipſe ait in ea quæ ad Galatas eſt Epiſtola. Deinde poſt XIV. annos aſcendi in
Galat.2.1. Hieroſolymam cum Barnaba, aſſumens & Titum. Aſcendi autem ſecundùm reuela-
tionem, & contuli cum eis Euangelium quod prædico inter Gentes. Et iterum ait. [3] Ad
horam ceſſimus ſubiectioni, vti veritas Euangelij perſeueret apud vos. Si quis igitur
diligenter ex Actibus Apoſtolorum ſcrutetur tempus, de quo ſcriptum eſt * aſcendiſſe *aſcendi
Hieroſolymam propter prædictam quæſtionem, inueniet eos qui prædicti ſunt à Pau-
lo annos concurrentes, * ſicut eſt conſonans & velut eadem tam Pauli annunciatio, *ſic
quàm & Lucæ de Apoſtolis teſtificatio.

### ANNOTATIONES.

D

1. Eos autem qui dicunt ] *Oſtendit non ſolum Paulum veritatem ãgnouiſſe, ſed huius cognitionem ac profeßionem cunctis Apoſtolis fuiſſe communem: alias fruſtra in vniuerſum mundum ad eam propagandam mißi fuiſſent.*

2. Falſa teſtantium ] *Ita vetus codex, cuius authoritate loco mouimus* falſum teſtimonium.

3. Ad horam ceſſimus ] *Ita legunt omnes codices: nunc Pauli litera Græca, & editio vulg. cum negatione:* Neque ad horam ceſſimus; *ſicque interpretantur Auguſtinus, Chryſoſtomus, Theodor. & Hieronym. in poſterioribus comment. ad Galatas. At idem ipſe in prioribus commentarijs, & poſtmodum Primaſius, indicant quædã exemplaria non habere οὐδὲ, quod & omittit Ambroſius. Tertullianus libro quinto aduerſ. Marc. cap. 4. velut nodum diſſoluens, & vtramque probans lectionem,* Actor.16. *fatetur Paulum ad aliquod tempus ceßiſſe, Timotheum* Actor.21. *circuncidendo, & raſos introducendo in templum,* 1.Cor.9. *faciendo ſe Iudæis Iudæum, vt Iudæos lucrifaceret: non autem in perpetuum.*

*DE*



A

## *DE SECTATORE APOSTOLORVM LVCA, & quæ ſunt quæ in Euangelio per ſolum Lucam cognouimus.*

### CAPVT XIV.

Q[1] Voniam autem is Lucas inſeparabilis fuit à Paulo [&] cooperarius eius in 2.Cor.8.
Euangelio, ipſe facit manifeſtum, non glorians, ſed ab ipſa productus veri-
tate. Separatis enim (inquit) à Paulo, Barnaba & Ioanne, qui vocabatur Mar- Actor.15.39.
cus, & cùm nauigaſſent Cyprum, nos venimus in Troadem: & cùm vidiſſet
Paulus per ſomnium virum Macedonem dicentem ſibi: Veniens in Macedoniam o-
pitulare nobis Paule; ſtatim ait. Quæſiuimus proficiſci in Macedoniam, intelligentes
quoniam prouocauit nos Dominus euangelizare eis. Nauigantes igitur à Troade, dire
B ximus nauem in Samothracen: & deinceps reliquum omnem ipſorum vſque ad Phi-
lippos aduentum diligenter ſignificat, & quemadmodum primum ſermonem loquu-
ti ſunt. Sedentes enim [inquit,] loquuti ſumus mulieribus quæ conuenerant, & quinã Actor.16.13.
crediderunt, & quàm multi. Et iterum ait. Nos autem nauigauimus poſt dies azymo
rum à Philippis, & venimus Troadem, vbi & commorati ſumus diebus ſeptem. Et reli-
qua omnia ex ordine cum Paulo refert, omni diligentia demonſtrans & loca, & ciui-
tates, & quantitatem dierum, quoadusq; Hieroſolymam aſcenderent, & quæ illic con-
tigerint Paulo, quemadmodum vinctus Romam miſſus eſt, & nomen Cẽturionis qui Actor.20.5.
ſuſcepit eum, & Patarenſe nauigium, & quemadmodum naufragium fecerunt, & in
qua liberati ſunt inſula, & quemadmodum humanitatem ibi perceperunt, Paulo cu-
rante Principem ipſius inſulæ, & quemadmodum inde Puteolos nauigauerunt, & in-
de Romam peruenerunt, & quanto tempore Romæ commorati ſunt. Omnibus his cũ
adeſſet Lucas, diligenter conſcripſit ea, vti neque mendax neque elatus deprehendi
poſſit, eo quòd omnia hæc conſtarent; & ſeniorem eum eſſe omnibus qui nunc aliud
*fuerit docent, neque ignorare veritatem. Quoniam non ſolùm proſequutor, ſed & coopera-
C rius * fuit Apoſtolorum, maximè autem Pauli. Et ipſe autem Paulus manifeſtauit in
epiſtolis, dicens. Demas me dereliquit, & abijt Theſſalonicam, Creſcens in Galatiam, 2.Tim.4.10. & 11.
Titus in Dalmatiam: Lucas eſt mecum ſolus. Vnde oſtendit quòd ſemper iunctus ei &
inſeparabilis fuerit ab eo. Et iterum in epiſtola quæ eſt ad Coloſſenſes ait. Salutat vos Coloſſ.4.14.
Lucas medicus dilectus. Si autem Lucas quidem, qui ſemper cum Paulo prædicauit, &
dilectus ab eo eſt dictus, & cum eo euangelizauit, & creditus eſt referre nobis Euangeli-
um, nihil aliud ab eo didicit, ſicut ex verbis eius oſtenſum eſt: quemadmodũ hi qui nũ-
quam Paulo adiuncti fuerunt, gloriantur abſcondita & inenarrabilia didiciſſe ſacra-
*ſimiliter *docuit, menta? Quoniam autem Paulus * ſimpliciter quæ ſciebat, hæc & * docebat, non ſolùm
eos qui cum eo erant, verùm omnes audiẽtes, ſe ipſe facit manifeſtum. In Mileto enim
conuocatis Epiſcopis & Preſbyteris, qui erant ab Epheſo, & à reliquis proximis ciuita-
tibus, quoniam ipſe [2] feſtinaret ] Hieroſolymis Pentecoſten agere, multa teſtificans eis,
& dicens quæ oporteret eì Hieroſolymis euenire, adiecit. Scio quoniam iam non vide-
bitis faciem meam: teſtificor igitur vobis hac die, quoniam mundus ſum à ſanguine Actor.20.
omnium. Non enim ſubtraxi vti non annunciarem vobis omnem ſentẽtiam Dei. At-
D tendite igitur & vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus præpoſuit Epiſcopos regere
Eccleſiam Domini, quam ſibi conſtituit per ſanguinem ſuum. Deinde ſignificans fu-
turos malos doctores, dixit: Ego ſcio quoniam aduenient [3] poſt diſceſſum [meum] lupi
graues ad vos, non parcentes gregi. Et ex vobiſipſis exurgent viri loquentes peruerſa, v-
ti conuertant diſcipulos poſt ſe. Non ſubtraxi (inquit) vti non annunciarem omnem
ſententiam Dei vobis. [4] Sic Apoſtoli ſimpliciter & nemini inuidentes, quæ didicerant
ipſi à Domino, hæc omnibus tradebant. Si igitur & Lucas nemini inuidens, ea quæ ab
eis didicerat, tradidit nobis, ſicut ipſe teſtificatur dicens. Quemadmodum tradiderunt
nobis qui ab initio [5] contemplatores & miniſtri fuerunt verbi.

[6] Si autem quis refutet & Lucam quaſi non cognouerit veritatem, manifeſtus erit pro
ijciens Euangelium, cuius non dignatur eſſe diſcipulus. Plurima enim & magis neceſ-
ſaria Euangelij per hunc cognouimus, ſicut Ioannis generationem, & de Zacharia hi- Luc.1.
ſtoriam, & aduentum Angeli ad Mariam, & exclamationem Elizabeth, & Angelorũ ad Luc.1.15.
paſtores deſcenſum, & ea quę ab illis dicta ſunt, & Annę & Simeonis de Chriſto teſtimo
nium, & quòd duodecim annorum in Hieruſalẽ relictus ſit, & Baptiſmum Ioannis, & Luc.2.25.
quot annorum Dominus baptizatus ſit, & quia in quintodecimo anno Tiberij Cæſa-

 ris, &

Luca 6.24. &c. ris,& in magiſterio illud quod ad diuites dictum eſt. Væ vobis diuites, quoniam * percipitis conſolationem veſtram. Et væ vobis qui ſatiati eſtis, quoniam eſurietis: & qui ridetis nunc, quia plorabitis. Et væ vobis cùm benedixerint vos homines omnes. Secundùm hæc enim faciebant[7] & pſeudoprophetis patres veſtri. Et omnia huiuſmodi per ſolum Lucam cognouimus, & plurimos actus Domini per hunc didicimus, quibus & omnes vtuntur. Luca 5.4. Et multitudinem piſcium, quam concluſerunt hi qui cum Petro erant, iubente Domino, vt mitterent retia. Et illa quæ per octodecim annos paſſa curata fuerat mulier die ſabbathorum. Et de hydropico, quē curauit Dominus die ſabbathorum, & quemadmodum diſputauit quòd curauit in hac die. Et quemadmodum docuit diſcipulos primos diſcubitus non appetere. Luc. 14. 2. Et quoniam pauperes & debiles vocare oportet, qui non habent retribuere. Luc. 11. Et qui pulſauit nocte ſumere panes, & propter inſtantiam importunitatis ſumit: Luc. 7. 37. & quomodo apud Phariſæum recumbente eo, peccatrix mulier oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat, & quæcunque propter eam dixit ad Simonem de duobus debitoribus: & de parabola diuitis illius qui reclūſit quæ ei nata fuerant, Luc. 12. 20. cui & dictum eſt. In hac nocte[8] expoſtulabunt animam tuam à te: quæ autem præparaſti, cuius erunt? Similiter autem & diuitis illius qui veſtiebatur purpura, Luc. 16. 1. & iocundabatur nitidè, & egenum Lazarum: & eam quam ad diſcentes ſuos dixit reſponſionem, Luc. 17. 5. quando dixerunt ei: Adijce nobis fidem. Et eam quæ ad Zachæum publicanum facta eſt confabulationem. Luc. 18. 1. Et de Phariſæo & Publicano, qui ſimul adorabant in templo. Luc. 14. Et de decem leproſis, quos ſimul emundauit in via. Et quoniam de vicis & plateis claudos & cæcos iuſſit colligi ad nuptias, & parabolam iudicis qui Deum non timebat, Luc. 19. quem inſtantia viduæ fecit vt vindicaret eam. Et de arbore fici quæ erat in vinea, quæ non faciebat fructum. Et alia multa ſunt quæ inueniri poſſunt à ſolo Luca dicta eſſe, quibus & Marcion & Valentinus vtuntur. Et ſuper hæc omnia, poſt reſurrectionem in via ad diſcipulos [ſuos] quæ loquutus eſt, [&] quemadmodum cognouerunt eum in fractione panis. Luc. 24. 31. Dilemma. Neceſſe eſt igitur & reliqua quæ ab eo dicta ſunt, recipere eos, aut & his renunciare. Non enim conceditur eis ab his qui ſenſum habent, quędam quidem recipere ex his quæ à Luca dicta ſunt, quaſi ſint veritatis, quædam verò refutare, quaſi non cognouiſſet veritatem. Etſi quidem refutauerint, hi qui à Marcione ſunt, non * habent Euangelium: hoc enim quod eſt ſecundùm Lucam (quemadmodum prædiximus) decurtantes, gloriantur ſe habere Euangelium. Hi verò qui à Valentino ſunt, ceſſabunt à plurimo vaniloquio ſuo: ex hoc enim multas occaſiones * ſubtilis eloquij ſui acceperunt, interpretari audentes malè, quæ ab hoc bene ſunt dicta: aut & reliqua ſuſcipere cogentur intendentes perfecto Euangelio, & Apoſtolorum doctrinæ, oportet eos pœnitentiam agere, vt ſaluari à periculo poſſint.

A B C

* percepiſtis * habebunt * ſubtili loquij

## ANNOTATIONES.

1. Quoniam autem] *Docet beatum Lucam Pauli comitem indiuiduum, & ſedulum cooperatorem, Gnoſticorum Aeonum aut Pleromatis nunquam meminiſſe, quandoquidem nec à Paulo de his quicquam audiuiſſet vel didiciſſet.*

2. Feſtinaret] *Sic habebat vet. cod. ideo eius authoritate deleuimus* feſtinauit.

3. Poſt diſceſſum meum] *Ita vetus codex, & lectio Græca* μετὰ τὴν ἄφιξίν μου. *Itaq; deleuimus* noſtrum. *Et continuò*, λύκοι βαρεῖς, *rectè Irenæus reddit* Lupi graues: *vulgata editio* rapaces.

4. Sic Apoſtoli] *In eos hæc dicuntur, qui Apoſtolos diuerſa & pugnantia pro varijs auditoribus annunciaſſe, aut minus inſtructos à Spiritu ſancto præcones miſſos fuiſſe volebant: quos acerrimè refellit etiam Tertullianus libro de Præſcriptionibus capite ſexto & ſeptimo.*

5. Contemplatores] *Græcè* αὐτόπται τοῦ λόγου, *à pronomine* αὐτὸς *ipſe, &* ὄπτω *video, qui ipſi viderant & contemplati fuerant.*

6. Si quis autem refutet] *Præoccupatione vſus, docet Lucam non ignoraſſe altiſſima diuinaqúe myſteria: quippe qui præcipua tam Euangelio quàm Actorum libro memoriæ mandauerit, vt ex ſubiectis manifeſtum quoque facit.*

7. Et pſeudoprophetis] *Nam Græcè legitur* ψευδοπροφήταις: *vulgata editio*, prophetis.

8. Expoſtulabunt animam] *Cyprianus in oratione Dominic.* Stulte, hac nocte expoſtulatur anima tua. *Tertullianus libro quarto, aduerſus Marcion.* repoſcent. *Græcè eſt* ἀπαιτοῦσι.

*[1]ADVER-*

D



A

## [1]*ADVERSVS EOS QVI FRVSTRANtur Paulum Apoſtolum.*

### CAPVT XV.

EAdem autem dicimus iterum &[2] his, qui Paulum Apoſtolum non cognoſcunt, quoniam aut reliquis verbis Euangelij, quæ per ſolum Lucam in noſtram venerunt agnitionem, renuntiare debent, & non vti eis: aut ſi illa recipiunt omnia, habent neceſſitatem recipere etiam eam teſtificationem, quæ eſt de Paulo, dicente ipſo: primùm quidem Dominum ei de cælo locutum, Saule, Saule, quid me perſequeris? Act. 9. 4. Ego ſum Ieſus Chriſtus, quem tu perſequeris: deinde Ananiæ de eo dicente: Vade, quoniam vas electionis mihi eſt iſte, vt portet nomen meum Ibidem. in Gentibus, & regibus, & filijs Iſrael. Ego enim demonſtrabo ei ex ipſo, quanta [oporteat] eum pati propter nomen meum. Qui igitur non recipiunt eum qui ſit electus à B Deo, ad hoc vt fiducialiter portet nomen eius, quod ſit miſſus ad quas prædiximus gentes, electionem Domini contemnunt, & ſeipſos ſegregant ab Apoſtolorum conuentu. Neque enim contendere poſſunt Paulum non eſſe Apoſtolum, quando in hoc ſit electus: neque Lucam mendacem eſſe, poſſunt oſtendere, veritatem nobis cum omni diligentia annunciantem. Fortaſſis enim & propter hoc operatus eſt Deus plurima Euangelia oſtendi per Lucam, quibus neceſſe eſt hærere omnes, vti ſequenti teſtificationi eius; quam habet de Actibus & doctrina Apoſtolorum, omnes ſequentes, & regulam veritatis inadulteratam habentes, ſaluari poſſint. Igitur teſtificatio eius vera, & doctrina Apoſtolorum manifeſta & firma, & nihil ſubtrahens, neque alia quidem in abſcondito, alia verò in manifeſto docentium.[3] Hoc enim fictorum, & prauè ſeducentium, & hypocritarum eſt molimen, quemadmodum faciūt hi qui à Valentino ſunt. Hi enim ad multitudinem propter eos qui ſunt ab Eccleſia, quos communes Eccleſiaſticos ipſi dicunt, inferunt ſermones, per quos capiunt ſimpliciores, [4] & illiciunt] eos, ſimulantes noſtrum tractatum vt ſæpius audiant: qui & queruntur de nobis, quòd cùm ſimilia nobiſcum ſentiant, ſine cauſa abſtineamus nos à communicatione eorum, & cùm eadem dicant, & eandem habeant doctrinam, vocemus illos hęreticos: & cùm deiecerint aliquos à fide per quæſtiones, quæ fiunt ab eis, [& non] contradicentes, auditores ſuos C fecerint, his ſeparatim inenarrabile plenitudinis ſuæ enarrant myſterium. Decipiuntur autem omnes, * quia quod eſt in verbis veriſimile,[5] ſe putant poſſe [diſcernere] à veritate. Suaſorius enim & veriſimilis eſt, [&] exquirens fucos error: [6] ſine fuco autem eſt veritas, & propter hoc pueris credita eſt. Et ſi aliquis quidem ex his qui audiunt eos, quærat ſolutiones, vel contradicat eis, hunc quaſi non capientem veritatem, & non habentem de ſuperioribus à matre ſua ſemen affirmantes, in totum nihil dicunt ei, mediarum partium dicentes eſſe illum, hoc eſt Pſychicorum. Si autem aliquis[7] quaſi * paruum ouum deditum, ſemetipſum ipſis præbeat imitationi illorum, & redemptionem illorum conſecutus eſt, inflatus eſt iſte talis, [8] neque in cælo, neque in terra putat ſe eſſe, ſed intra Pleroma introiſſe, & complexum iam Angelum ſuum, cum inſtitorio, & ſupercilio incedit, [9] gallinacei elationem habens. Gnoſticorum φιλαυτία. [10] Sunt autem apud eos, qui dicunt oportere bonam conuerſationem aſſequi eum hominem, qui ſit deſuper * veniens: propter hoc & fingunt quodam ſupercilio grauitatem. [11] Plurimi autem & contemptores facti, quaſi iam perfecti, ſine reuerentia & in contemptu viuentes, ſemetipſos ſpiritales vocant, & ſe noſſe iam dicunt eum, qui ſit intra Pleroma ipſorum refrigerij locum. D

* qui * paruum ouem * aduenieñs

## ANNOTATIONES.

1. Aduerſus eos qui fruſtrantur Paulum Apoſtolum] *Sic cap. 24.* fruſtrari teſtimonia Prophetarum, *id eſt, reijcere, minimeq; agnoſcere. Et libr. 4. c. 22. quod Marcus c. 7. dicit* ἀθετεῖν, *vertit* fruſtrari.

2. His qui Paulum] *Ebionæos intelligit, quos Paulum vt legis Apoſtatam recuſaſſe recenſuit, libr. 1. cap. 26. Perſequitur autem alteram partem ſuperioris dilemmatis. Si Gnoſtici vniuerſum ac integrum B. Lucæ ſcriptum admiſerint, iam ex eo diſcent Deum vnum & verum cū B. Paulo loquutum, et hunc ab eodem electum & miſſum ad erudiendas Gentes de Chriſto vero Dei Filio. Propterea etenim multa ab alijs Euangeliſtis prætermiſſa nuntiauit, vt & ipſi de Pauli vocatione & laboribus teſtificanti fides haberetur.*

3. Hoc enim fictorum] *Quàm verè iſthæc cūctis hæreticis conueniant, cum hiſtorijs Eccleſiaſticis teſtantur Patrum omniū monumenta. Marcionitas carnis reſurrectionem imaginaria ſignificatione diſtorquentes, hacq; ſpecie Catholicos in colloqu. decipere ſolitos ſcripſit Tertull. quaſi & ipſi reſurrectionem admitterent.* Lib. de Reſur. car. *Nota eſt Arij ſcelerata vafricies, qui Imperatori Conſtantino fidei profeſſionem, verbis quidem Catholicorum conſarcinatam,* Ruffinus lib. 10. hiſt. ca. 11.

natam, at ſenſu longè à mente eorum abhorrentem, exhibuit. Sed de his iam quædam in lib. 1. obſeruauimus.

4. Et illiciunt eos, ſimulantes noſtrum tractatum ]Deleuimus in delitijs. Cæterùm, notanda eſt iſta omnium quidem hæreticorum in peruerſis & blaſphemis erroribus ſuis fucandis, palliandis & incruſtandis calliditas & malitia: Sacramentariorum autem omnium maximè. Nam Lutherani & Anabaptiſtæ magis ingenuè & apertè quod ſentiunt, proferũt: illi verò in tam varias figuras inſtar Prothei ſeſe vertunt, vt multis etiam magnis & ſapiẽtibus hominibus imponant, idq; mira & inenarrabili vafritie. Quemadmodum Hyena, vt ante me etiam obſeruat ex Plinio Schluſſelburgius, volens ſuam in aliquem exercere feritatem, ſolet ſermonem humanum inter paſtorum ſtabula aſſimulare, nomenque alicuius addiſcere: quod cùm aſſequuta eſt, illum foras euocatum protinus lacerat, diſcerpit, deuorat. Ita Caluiniani volentes ſuos promouere errores, ſermonem addiſcunt diuinum, nomen veteris tam Græcæ quàm Latinæ ſumunt Eccleſiæ, Confeſſionem fidei ſuæ quantum poſſunt Catholicæ attemperant, in eos inuehuntur & ſcribunt qui vacua panis & vini ſigna eſſe dicunt, Chriſti carnem & ſãguinem verè, realiter, & ſubſtantialiter per Euchariſtiæ ſacramentum nobis offerri ac exhiberi ampuloſis verbis profitentur. Sed reapſe meræ ſunt præſtigiæ, illuſiones & aucupia, quibus incautos capiant; imò & voragines horrendæ, verborum pergulis & ceſpitibus opertæ, quibus in ſimplicitate ſua incedentes ſecum in æternam perditionis foueam abripiant: quandoquidem vera Chriſti hominis ſubſtantia ab illis tantùm abſit, vt & ipſi tandem affirmant, quantum diſtat cælum à terra.

5. Se putant poſſe diſcernere ]Linea ſuperiore & non, pro necnon, vet. cod. authoritate legimus. Hoc autem loco diſcernere, pro, diſcere, Billij ſequuti iudicium. Vult enim Ireneus, ait ille, procliue nõ eſſe τὸν ἐν λόγοις πιθανὸν ἀπὸ τῆς ἀληθείας διακρίνειν. Id eſt, hoc quod verborum tanquam lenocinijs quibuſdam fucatũ eſt, à vero internoſcere.

6. Sine fuco autem ] Prouerbium ſimile ex Euripide citatur à Seneca Epiſt. 49. Veritatis ſimplex eſt oratio. Impoſtorum eſt enim, verborum lenocinijs mendacia fucare: ſimplex autem veritas, ficus, ficus: ligonem, ligonem: appellat. Baſilius hom. de Mamante martyre: Nuda eſt veritas, abſque patrocinio ipſa ſeipſam declarans. De his plura in Præfationem lib. 1. A

7. Quaſi paruum ouum ]Per paruum ouum, οὔρινον ὠὸν, quod vrinum ouum aptius transferretur, interpretem reddidiſſe Billius exiſtimat. Qui enim ſe hæreticorum commentis totos tradunt, hi ſubuentaneis & inutilibus ouis comparari non immeritò queant. Deditum autem ſeipſum prębere, pro, ſeſe totum tradere ac mancipare, ad Græcorum morem accedit, qui ἔκδοτον ποιεῖται, dicere conſueuerunt.

8. Neque in cælo ]Prouerbium eſt, cuius fermè ſimile legitur apud Lucianum in Pſeudomante, ὀκτώ μοι χρησμοὺς ἔπεμψεν, οὔτε γῆς, φασιν, οὔτε οὐρανοῦ ἁπτομένους. id eſt: Octo ad me miſit oracula, ſed quæ neque cælum, vt aiunt, neque terram attingerent, Metaphora ſumpta ab his, qui in aere pendent.

9. Gallinacei elationem habens ]Prouerbium hoc ex alio natũ eſt: Gallus in ſuo ſterquilinio plurimum poteſt; ſic enim & iſti, ob feces ſuarum quiſquiliarum ſpiritus atque animos tollebant. B

10. Sunt autem apud eos ]Hos nunc referunt illi Anabaptiſtæ, qui Apoſtolici & ſeparati vocantur. Iactãt enim ſe preſſis veſtigijs Apoſtolorum veſtigia ſequi, ac ſe more ipſorum omnino viuere. Auſterum vultum præ ſe ferunt, crebros ducunt gemitus, gaudia auerſantur, neque conuiuijs lætioribus intereſſe volunt. Veſtiuntur ad ſimplicitatem, nullum armorum genus portant, ad præſcriptum tantùm edunt, dormiunt, incedunt, laborant, atque ſeueram vitam cunctis ducendam prædicant qui ſalui eſſe cupiunt.

11. Plurimi autem ] Et hi parentes ſunt horum Anabaptiſtarum, quos nouos Catharos appellant. Negãt quoddam eſſe peccatum originale, quo paruuli fidelium maculentur; ideoqúe illos ſine Baptiſmo ſaluari: quod à Caluinianis didicerunt. Quin ſeipſos quoque à cunctis peccatis immunes & puros eſſe prædicant: particulam iſtam orationis Dominicæ, Dimitte nobis debita noſtra, penitus intermittunt: Chriſtianã libertatem in omnem carnis laſciuiam conuertunt, mulieribus communiter vtuntur: nec vllis delictis Spiritum ſanctum (quem ſemel ſe accepiſſe iactitant) à ſe recedere gloriantur: quod etiam Beza in colloquio Mompelgartẽſi palam de ſe ſuiſqúe aſſerere non erubuit. C

## QVÆ SIT APOSTOLORVM SENTENTIA de Domino noſtro Ieſu Chriſto.

### CAPVT XVI.

N[1]OS autem reuertamur ad eundem tractatum. Cùm enim declaratum ſit manifeſtè quoniam neminem alium Deum vocauerunt, vel Dominum nominauerunt, qui veritatis fuerunt prædicatores & Apoſtoli libertatis,[2] niſi ſolum verum Deum Patrem & Verbum eius, qui in omnibus principatum eius habet; manifeſtè erit oſtenſum, factorem cæli & terræ, & qui locutus ſit cum Moyſe, & legis diſpoſitionem ei dederit, qui conuocauerit patres, Dominum Deum confiteri eos, & alterum neminem noſſe. Manifeſta igitur & Apoſtolorum,[3] & diſcentium eorum ex verbis ipſorum, de Deo facta eſt ſententia. D Exo. 3. & 19.

### ANNOTATIONES.

1. Nos autem reuertamur ] Abſoluta de Paulo ac cooperatore eius Luca diſputatione, quæ velut obiter inſtituenda fuerat, redit ad præcipuum caput, nimirum, Apoſtolos vnicum Deum mundi creatorem toto orbe prædicaſſe, qui Moyſi legem dederat, & populum Hebraicum in peculium ſibi aſſumpſerat: qua doctrina vniuerſi Gnoſticorum Æones cunctæqúe fabulæ euaneſcebant.

2. Niſi



A

2. Niſi ſolum verum Deum Patrem & Verbum eius ] Primum ex hoc & ſexcentis ſimilibus locis obſerua, Irenæum nunquam à Diuinitate ſecludere Filium aut Spiritum ſanctum, quando de vno & ſolo vero Deo loquitur, cùm Pater Filius ac Spiritus ſanctus ſint ille vnus & ſolus verus Deus. Fruſtra ergo noui Ebionitæ, Samoſateniani, & Ariani ab hoc Authore impietatum ſuarum patrocinium petunt. Deinde, omnium rerum principatum & dominationem, vtpotè Creatori, Verbo, id eſt, eidem Filio Dei tribui, quemadmodum etiam Scripturæ teſtificantur: Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo: Pater dedit ei omnia in manus: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra: Eſt caput omnis principatus & dominationis, &c. quibus ſempiterna & vna cum Patre eius poteſtas eadem qúe maieſtas ſignificatur & aſſeritur. Matt. 11. Ioan. 3. Matth. 28. Coloſſ. 1.

3. Et diſcentium ]Id eſt, diſcipulorum & auditorum, cuiuſmodi fuerunt Timotheus, Titus, Clemens, Polycarpus, Ignatius, Dionyſius, &c. Sic enim diſcipulos appellat etiam Tertullianus libro de Patientia, capite tertio: & libro Præſcript. capite tertio, vigeſimo, & vigeſimo ſecundo.

## OSTENSIO QVONIAM VNVS ET IDEM & ipſe Deus Chriſtus, Verbum ſit Dei.

### CAPVT XVII.

B

Q[1]Voniam ſunt qui dicunt Ieſum quidem receptaculum Chriſti fuiſſe, in quem deſuper quaſi columbam deſcendiſſe Chriſtum, cùm indicaſſet innominabilem Patrem, incomprehẽſibiliter & inuiſibiliter intraſſe in Pleroma. Non enim ſolùm ab hominibus, ſed ne ab his quidem, qui in cælo ſunt poteſtatibus & virtutibus apprehenſum eum, & eſſe filium quidem Ieſum, patrẽ verò [Chriſtum,] & Chriſti patrem, Deum.[2] Alij verò putatiuè eum paſſum naturaliter impaſſibilem exiſtentem. Qui autem à Valentino ſunt, Ieſum quidem qui ſit ex diſpoſitione, ipſum eſſe qui per Mariam tranſierit, in quem illum de ſuperiori ſaluatorẽ deſcendiſſe, quem & Chriſtum dici, quoniam omnium qui emiſiſſent eum, haberet vocabula: participaſſe autem cum eo qui eſſet ex diſpoſitione, de ſua virtute & ſuo nomine, vt mors per hunc euacuaretur, cognoſceretur autem Pater, per eum Saluatorem quidem qui deſuper deſcendiſſet, quem & ipſum receptaculum Chriſti, & vniuerſæ plenitudinis eſſe dicunt,[3] lingua quidem vnum Chriſtum Ieſum confitentes, diuiſi verò ſententia. Etenim hæc eſt ipſorum regula, quemadmodum prædiximus, vt alterum quidem Chriſtum fuiſſe dicant, qui ab vnigenito ad* correctionem plenitudinis præmiſſus eſt. Alterum verò ſaluatorem eſſe* ad glorificationem patris miſſum. Alterum verò ex diſpoſitione, quem & paſſum dicunt recurrentem in Pleroma ſaluatorẽ, qui Chriſtum portabat. Neceſſe habemus vniuerſam Apoſtolorum de Domino noſtro Ieſu Chriſto ſententiam[4] adhibere, ] & oſtendere eos non ſolùm nihil tale ſenſiſſe de eo, verùm amplius & ſignificaſſe per Spiritum ſanctum, qui inciperent talia docere ſummiſſi à Satana, vti quorundam fidem euerterent, & abſtraherent eos à vita.

C *correptionem *in

Gnoſtici à Satana ſummiſſi. 2. Tim. 2. 18.

### ANNOTATIONES.

1. Quoniam ]Cerinthum & aſſeclas eius intelligit, quorum deliria lib. 1. cap. 25. & 34. tradidit. Affirmat autem Chriſtum à Gnoſticis velut in quatuor partes impiè diſtrahi: cùm verè vnicus ſit Dei & hominis Filius, natus ex Maria Virgine; paſſuſqúe pro nobis: & qui aliter ſentiunt, excæcatos & ſummiſſos eſſe à Satana omniũ mendaciorum parente.

2. Alij verò ]Baſilidis ſectatores, de quibus libr. 1. cap. 23. Hos acerrimè impugnauerat ante Irenæum Ignatius & ipſe martyr, Epiſt. ad Trallia. Tarſen. Philip. Philadelp. Polycarp. D

3. Lingua quidem ]Et hîc rurſus obſeruanda, imò, deteſtanda Gnoſticorum fraus, qua verbis quidem aliquantiſper rectè dicere videbantur, interpretatione verò impurè blaſphemabant. Eandem impietatem Sacramentarij illorũ progenies, pleno ore ſpirant, ſiue de Dei omnipotentia, ſiue de deſcenſu Chriſti ad inferos, de multiſq; alijs fidei capitibus, aduerſus eos diſputatio inſtituatur.

4. Adhibere ]Expunximus habere, auth. vet. cod.

## ADVERSVS EOS QVI DICVNT ILLVM putatiue apparuiſſe.

### CAPVT XVIII.

E[1]T quoniam Ioannes vnum & eundem nouit Verbum Dei, & hunc eſſe vnigenitum, & hunc incarnatum eſſe pro ſalute noſtra Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ſufficienter ex ipſius Ioannis ſermone demonſtrauimus. Sed & Matthæus vnum & eundem Ieſum Chriſtum cognoſcens, eam quæ eſt ſecundùm hominem generationem eius ex Virgine exponens, ſicut promiſit Deus

Dauid,

*Pſal.131.10.* Dauid, ex fructu vētris eius, & excitaturum ſe æternum * regnum, multo prius Abrahę *regem.
*Pſal.71.1.* eandem faciens promiſſionem, ait: Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij A- A
*Gen.22.18.* braham. Dehinc vt liberaret mentem noſtram à ſuſpicione, quæ eſt circa Ioſeph, ait:
*Matt.1.1.* Chriſti autem generatio ſic erat. Cùm eſſet deſponſata mater eius Ioſeph, priuſquam
*Matt.1.18. & 20.* conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. Dehinc cùm Ioſeph cogi-
taret dimittere Mariam, quoniam prægnans erat, aſſiſtentem ei Angelum Dei & dicen
tem: Ne timueris aſſumere Mariam coniugem tuam: quod enim habet in vtero, de
Spiritu ſancto eſt. Pariet autem Filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic enim ſalua-
bit populum ſuum à peccatis ſuis. Hoc autem factum eſt, vt adimpleretur quod dictum
*Iſa.7.14.* eſt à Domino per Prophetam: Ecce, virgo * concipiet in vtero, & pariet filium, & vo- *accipiet
cabunt nomen eius Emmanuel, quod interpretatum eſt, Nobiſcum Deus: manifeſtè
ſignificans, & eam promiſſionem quæ fuerat ad patres impletam, ex Virgine natum Fi
lium Dei, & hunc ipſum eſſe Saluatorem Chriſtum, quem Prophetæ prædicauerunt:
non ſicut ipſi dicunt, Ieſum quidem ipſum eſſe qui ex Maria ſit natus, Chriſtum verò,
qui deſuper deſcendit. Cęterùm, poterat dicere Mattheus, Ieſu verò generatio ſic erat,
[2] ſed [prævidens] Spiritus ſanctus deprauatores, & præmuniens contra fraudulentiam B
*Ioan.1.v.13.* eorum, per Matthæum ait: Chriſti autem generatio ſic erat; & quoniam hic eſt
*& 14.* Emmanuel, ne fortè tantùm eum hominem putaremus. Non enim ex [3] voluntate
carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex voluntate Dei, Verbum caro factum eſt: neque a-
lium quidem Ieſum, [4] alterum autem Chriſtum ſuſpicaremur] fuiſſe, ſed vnum & eun
dem ſciremus Deũ eſſe: hoc ipſum interpretatus eſt Paulus, ſcribens ad Romanos: Pau
*Rom.1.1.* lus Apoſtolus Ieſu Chriſti, [5] prædeſtinatus in Euangelium [Dei] ꝙ promiſit per Prophe-
tas ſuos, in Scripturis ſanctis de Filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecũdùm car-
nem. Qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute per Spiritum ſanctificationis, ex reſur
rectione mortuorum IESV CHRISTI Domini noſtri. Et iterum ad Romanos ſcri
*Rom.9.3.* bens de Iſrael, dicit: Quorum patres, & ex quibus Chriſtus ſecundùm carnem, [6] qui eſt
Deus ſuper omnes benedictus in ſæcula. Et iterum in epiſtola quæ eſt ad Galatas, ait:
*Gal.4.4.* Cùm autem venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum, [7] * natum ex mulie- *factum
re, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem percipiamus:
manifeſtè ſignificans vnum quidem Deum, qui per Prophetas promiſſionem de Filio
fecerit; vnum autē Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui de ſemine Dauid, ſecun- C
dùm eam generationem quæ eſt ex Maria, hunc deſtinatum Filium Dei Ieſum Chri-
ſtum in virtute ſecundùm Spiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum, vt
ſit primogenitus mortuorum, quemadmodum & primogenitus in omni conditione,
Filius Dei, hominis filius factus, vt per eum adoptationē percipiamus, [8] portante ho-
*Marc.1.1.* mine, & capiente, & complectente Filiũ Dei. Propter hoc & Marcus ait: Initium Euan-
gelij Ieſu Chriſti Filij Dei, quemadmodum ſcriptum eſt in Prophetis: vnum & eundē
*Pſal.131.1.* ſciens Filium Dei Ieſum, qui à Prophetis annunciatus eſt, qui ex fructu ventris Dauid,
*Iſa.9.7.* Emmanuel, magni conſilij Patris nuntius, per quem oriri fecit Deus domui Dauid O-
*Luc.1.69.* rientem & iuſtum, & erexit ei cornu ſalutis, & ſuſcitauit teſtimonium in Iacob, quem-
*Pſalm.77.5.* admodum Dauid cauſas generationis eius diſſerens, ait. Et legem poſuit in Iſrael, vt co-
gnoſcat generatio altera, filij qui naſcentur ex his, & ipſi exurgentes enarrabunt filijs
ſuis, vt ponant in Deum ſpē ſuam, & præcepta eius exquirant. Et rurſus Angelus euan-
*Luc.1.32.* gelizans Mariæ ait. Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur, & dabit ei Dominus
thronum Dauid patris ſui. Eum qui ſit Filius Altiſſimi, hunc eundem & Dauid filium
confitens. Cuius & Dauid diſpoſitionem aduentus per Spiritum ſanctum cognoſcens, D
per quam * Dominus eſt omnium viuorum & mortuorum, Dominum [eum] confeſ- *dominans
*Pſal.109.1.* ſus eſt ſedentem ad dexteram Patris Altiſſimi. Et Simeon autē ille, qui reſponſum [ac-
ceperat] à Spiritu ſancto, non viſurum eum mortem, niſi prius videret Chriſtum Ie-
*Luc.2.32.* ſum, hunc ex manibus accipiens Virginis, benedixit Deum, & dixit. Nunc dimittis ſer-
uum tuum Domine, ſecundùm verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalu-
tare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationē gen-
tium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. Infantem quem in manibus portabat Ieſum, natum
ex Maria, ipſum confitens eſſe Chriſtum Filium Dei, lumen omnium, & gloriã ipſius
Iſrael, & pacem & refrigerium eorum, qui in dormitionem ierunt. Iam enim expolia-
bat homines, aufferens ignorantiam ipſorum, ſuam autem agnitionem eis donans, &
*Iſa.8.3.* diſpartitionem faciens eorum, qui cognoſcebant eum, quemadmodum Eſaias: Voca,
inquit, nomen eius [9] Velociter ſpolia, [celeriter] diſpartire. Hæc ſunt autem opera Chri
ſti. Ipſe igitur erat Chriſtus, quem portans Simeon * benedixit Altiſſimum; quem pa- *benedicebat
*Luce 1.44.* ſtores cùm vidiſſent, glorificabant Deum; quem Ioannes, cùm adhuc in ventre ma-
tris ſuæ eſſet, & ille in vulua Mariæ, Dominum cognoſcens, exultans ſalutabat. Quem
Magi



A Magi videntes, & adorantes, & afferentes munera quæ prædiximus, & ſubſternentes ſe- *Matth.2.29.*
metipſos æterno Regi, per alteram abierunt viam: non iam per Aſſyriorum reuerten
tes viam. Priuſquam enim cognoſceret puer vocare patrem aut matrem, accipiet vir- *Iſa.8.3.*
tutem Damaſci, & ſpolia Samariæ, contra regem Aſſyriorum: occultè quidem, ſed po-
*abſconſa tenter omnia manifeſtans, quoniam * occulta manu expugnabat Dominus Amalech
[10] propter hoc & pueros eripiebat, qui erant in domo Dauid, bene ſortiti illo tempo-
re naſci, vt eos præmitteret in ſuum regnum, ipſe infans cùm eſſet, infantes hominũ
martyres parans propter Chriſtum, qui in Bethleem natus eſt Iudæ, in ciuitate Dauid
interfectos ſecundùm Scripturas. Propter quod & Dominus diſcipulis poſt reſurrectio *Matth.2.5.*
nem dicebat, O inſenſati, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt *Luc.24.25.*
prophetæ! Nónne hæc oportebat pati Chriſtum, & [ita] introire claritatem ſuam? Et
iterum ait eis: Hi ſunt ſermones quos locutus ſum ad vos, cùm adhuc eſſem vobiſcũ, *Luc.24.45.*
quoniam oportet impleri omnia ſcripta in lege Moyſi, & Prophetis, & pſalmis de me.
Tunc aperuit eorum ſenſum, vt intelligerent Scripturas, & dixit ad eos: Quoniam ſic
ſcriptum eſt, [& ſic oportebat] Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis, & prædicari in no
mine eius [pęnitentiam in] remiſſionem peccatorum in omnes gentes. Hic autem eſt,
B qui ex Maria natus eſt. Oportet enim (inquit) Filium hominis multa pati, & reproba- *Marc.8.31.*
ri, & crucifigi, & die tertio reſurgere. Non ergo alterum filium hominis nouit Euan- *Luc.17.25.*
gelium, niſi hunc qui ex Maria, qui & paſſus eſt. Sed neque Chriſtum auolantem an-
te paſſionem ab Ieſu; ſed hunc qui natus eſt Ieſum Chriſtum nouit Dei Filium, & eun-
dem hunc paſſum reſurrexiſſe, quemadmodum Ioannes Domini diſcipulus confir-
mat dicens. Hęc autem ſcripta ſunt vt credatis quoniam Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei, & *Ioan.20.31.*
vt credentes vitam æternam habeatis in nomine eius: prouidens has blaſphemas regu
las, quæ diuidunt Dominum, quantum ex ipſis attinet, ex altera & altera ſubſtantia,
dicentes eum factum. Propter quod & in epiſtola ſua ſic teſtificatus eſt nobis. Filioli, *1.Ioan.2.18.*
nouiſſima hora eſt, & quemadmodum audiſtis quoniam Antichriſtus venit, nunc
Antichriſti multi facti ſunt: vnde cognoſcimus quoniam nouiſſima hora eſt. Ex no-
bis exierunt, ſed non erant ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtiq; no-
biſcum: ſed vt manifeſtarentur quoniam non ſunt ex nobis. Cognoſcite ergo quoni-
am omne mendacium extraneum eſt, & non eſt de veritate. Quis eſt mendax, niſi qui
C negat quoniam Ieſus non eſt Chriſtus? hic eſt Antichriſtus. Quia autem omnes qui
prædicti ſunt, etſi lingua quidem confitentur vnum Ieſum Chriſtum, ſemetipſos deri
dent, aliud quidem ſentientes, aliud verò dicentes. Etenim argumenta illorum varia
quemadmodum oſtendimus, alterum quidem paſſum & natum hunc eſſe Chriſtum
*Demiurgum annunciant, & eſſe alterum eorum: * Demiurgi autem qui ſit ex diſpoſitione, vel eum
qui ſit ex Ioſeph, quemque paſſibilem argumentantur: alterum verò eorum ab inuiſi-
bilibus & inenarrabilibus deſcendiſſe, quem & inuiſibilem & incomprehenſibilem,
& impaſſibilem eſſe confirmant, errātes à veritate, eo quod abſiſtat ſentētia eorum ab
eo, qui eſt verè Deus, neſcientes quoniam huius Verbum vnitus, qui ſemper humano
generi adeſt vnitus & conſparſus ſuo plaſmati ſecundùm placitum Patris, & caro fa-
ctus: ipſe eſt Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui & paſſus eſt pro nobis, & ſurrexit pro-
pter nos: & rurſus venturus eſt in gloria Patris, ad reſuſcitandam vniuerſam carnem,
& ad oſtenſionem ſalutis, & regulam iuſti iudicij oſtēdere omnibus qui ſub ipſo facti
ſunt. Vnus igitur Deus Pater, quemadmodum oſtendimus, & vnus Chriſtus Ieſus Do-
minus noſter veniens per vniuerſam diſpoſitionem, [11] & omnia in ſemetipſo recapi-
D tulãs, in omnibus aũt eſt, & homo plaſmatio Dei: & hominē ergo in ſemetipſo recapi-
tulatus eſt inuiſibilis & viſibilis factus, & incomprehenſibilis factus comprehēſibilis,
& impaſſibilis paſſibilis, & Verbum homo, vniuerſa in ſemetipſum recapitulans, vti
ſicut in ſupercœleſtibus & ſpiritalibus, & inuiſibilibus princeps eſt Verbum Dei: ſic &
in viſibilibus & corporalibus principatum habeat, in ſemetipſum primatũ aſſumens,
& apponens ſemetipſum caput Eccleſię, vniuerſa attrahat ad ſemetipſum apto in tem
pore. Nihil enim incomptum atque intempeſtiuum [apud] eum, quomodo nec incon
gruens eſt apud Patrē. Præcognita ſunt enim hæc omnia à Patre, perficiuntur autem à
Filio, ſicut congruum & conſequens eſt apto tempore. Propter hoc properante Maria
ad admirabile vini ſignum, & ante tempus volente participare compendij poculo,
Dominus repellens eius [12] intempeſtiuam feſtinationem dixit. Quid mihi & tibi eſt *Ioan.2.3.*
mulier? nondum venit hora mea: expectans eam horam quæ eſt à Patre præcognita.
*immiſit Propter hoc cùm ſæpe vellent eum homines apprehendere: Nemo (inquit) * miſit ma- *Ioan.7.30.*
nus ei: nondum enim venerat hora apprehenſionis eius, nec tempus paſſionis, quod
præcognitum fuerat à Patre, quemadmodum & Abacuc propheta ait: In eo cùm ap- *Abac.3.2.*
propinquarint anni, cognoſcêris, in aduentu temporis oſtendêris, in eo quod turbe-
Aa tur

*Galat.* 4.4. tur anima mea in ira, miſericordiæ tuę memoraberis. Sed & Paulus ait: Cùm aũt venit A
plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum. Per quod manifeſtum eſt quoniam om
nia quæ præcognita erant à Patre, ordine & tempore, & hora præcognita & apta perfe-
cit, Dominus noſter, vnus quidem & idem exiſtens, diues autem & multus. Diuiti e-
nim & multæ voluntati Patris deſeruit, cùm ſit ipſe Saluator eorum qui & ſaluantur,
& Dominus eorũ qui ſunt ſub [dominio,] & Deus eorũ quę conſtituta ſunt, vnigenitus
Patris, & Chriſtus qui prædicatus eſt, & Verbum Dei incarnatus, cũ aduenißet plenitu
do temporis, in quo Filium hominis fieri oportebat Filium Dei. Igitur omnes extra diſ
poſitionem ſunt, qui ſub obtẽtu agnitionis, alterum quidem Ieſum intelligunt, alterũ
autem Chriſtum, & alterum Vnigenitum. Ob hoc autem rurſum eſſe Verbum, & alte-
rum Saluatorem, quem etiam eorum qui in [13] deminoratione] facti ſunt Aeones, emiſ-
*Hæretici lupi ſunt, ouium pellibus tecti.* ſionem eſſe dicunt, hi qui ſunt erroris diſcipuli: qui à foris quidem oues: per eam enim
quam habent extrinſecus loquelam, ſimiles nobis apparent, eandem nobiſcũ loquen
tes; intrinſecus verò lupi. Sententia enim eorũ homicidialis, [14] Deos quidẽ plures con
fingens, & patres multos ſimulans, comminuens autem & per multa diuidens Filium B
Dei, quos & Dominus nobis cauere prædixit, & diſcipulus eius Ioannes in prędicta epi
*Matth.* 7.15. ſtola fugere eos præcepit [dicens:] Multi ſeductores exierunt in hunc mundum, qui
1. *Ioan* 4.1. non confitentur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe. Hic eſt ſeductor & Antichriſtus:
1. *Ioan.* 4.2. videte eos, ne perdatis ꝙ operati eſtis. Et rurſus in epiſtola ait: Multi pſeudoprophetæ
exierunt de ſęculo. In hoc cognoſcite Spiritum Dei. Omnis ſpiritus qui confitetur Ie-
ſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt. Et omnis ſpiritus, qui ſoluit Ieſum Chriſtũ
nõ eſt ex Deo, ſed * ex Antichriſto eſt. Hæc autem ſimilia ſunt illi, quod in Euangelio di * de
*Ioan.* 1.14. ctum eſt, quoniam Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. [15] Propter quod rur-
ſus in epiſtola clamat: Omnis qui credit quia Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt, vnum
& eundẽ ſciẽs Ieſum Chriſtum, cui apertæ ſunt portę cęli, propter carnalem eius aſſum
ptionem, qui etiam in eadem carne, in qua paſſus eſt, veniet gloriam reuelans Patris.

*Theodoretus Dialogo 2. hæc citat.*

Διὸ πάλιν ἐν τῇ ἐπιστολῇ φησί: Πᾶς ὁ πιστεύων ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγένηται, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἰδὼς Ἰησοῦν Χριστόν, ᾧ ἠνοίχθησαν αἱ πύλαι τοῦ οὐρανοῦ διὰ τὴν ἔνσαρκον ἀνάληψιν αὐτοῦ, ὃς καὶ ἐν τῇ αὐτῇ σαρκὶ ἐν ᾗ καὶ ἔπαθεν ἐλεύσεται, τὴν δόξαν ἀποκαλύπτων τοῦ πατρός.

*Interprete Iac. Billio.*

Quamobrem in Epiſtola rurſus ait: Omnis qui credit quod IESVS eſt CHRISTVS, ex Deo natus eſt: vnum videlicet atque eundem IESVM CHRISTVM eſſe agnoſcens, cui ob carnalem ipſius aſcenſionem cæli portæ patefactæ C ſunt: quique in eadem carne, in qua mortem pertulit, venturus eſt, Patriſque gloriam illuſtrabit.

*Rom.* 5.17. Et Paulus autem his conſentiens, Romanos alloquens, ait: Multo magis [hi] qui abun-
dantiam gratiæ & iuſtitiæ accipiunt in vitam, regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum.
Neſcit ergo eum qui euolauit Chriſtum ab Ieſu; neque eum nouit Saluatorem, qui ſur
ſum eſt, quem impaſſibilem dicunt. Si enim alter quidem paſſus eſt, alter autem im-
paſſibilis manſit; & alter quidem natus eſt, alter verò in eum qui natus eſt deſcendit, &
rurſus reliquit eum; non vnus, ſed duo monſtrantur. Quoniam autem vnum eum, &
qui natus eſt, & qui paſſus eſt, Chriſtum Ieſum nouit Apoſtolus, in eadem epiſtola ite-
*Rom.* 6.3. rum dicit. An ignoratis * quia quotquot baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte eius * quoniam
baptizati ſumus? vt quemadmodum reſurrexit [Chriſtus] à mortuis, ſic & nos in no-
uitate vitæ ambulemus. Rurſus autem ſignificans Chriſtum paſſum, & ipſum eſſe Fi-
lium Dei, qui pro nobis mortuus, & ſanguine ſuo redemit nos, in præfinito tempore,
ait. Vt quid enim Chriſtus cùm adhuc eſſemus infirmi ſecundùm tempus, pro impijs
*Rom.* 5.8. mortuus eſt? Commendat autem ſuam dilectionem Deus in nobis, quoniam cùm ad- D
huc eſſemus peccatores, pro nobis Chriſtus mortuus eſt: multo magis iuſtificati nunc
in ſanguine eius ſalui erimus, per ipſum ab ira. Si enim cùm eſſemus inimici, reconci-
liati ſumus Deo per mortem Filij eius, multo magis reconciliati, ſalui erimus in vita
eius. Hunc eundem qui apprehenſus eſt, paſſus eſt, & effudit ſanguinem ſuũ pro nobis,
hũc Chriſtum, hunc Filium Dei manifeſtiſſimè annuntians, qui etiã ſurrexit, & aſſum-
ptus eſt in cælum, quemadmodum ipſe ait. Simul autem Chriſtus mortuus [eſt,]
*Rom.* 8.34. imò qui & reſurrexit, qui eſt in dextera Dei. Et iterum. Scientes quoniam [Chriſtus]
*Rom.* 6.9. reſurgens à mortuis, iam non moritur. Præuidens enim & ipſe per Spiritum ſub-
diuiſiones malorum magiſtrorum, & omnem ipſorum occaſionem diſſenſio-
nis volens abſcindere, ait quæ prædicta ſunt. Si autem Spiritus eius qui ſuſcitauit
*Rom.* 8.11. Ieſum à mortuis, [16] habitat in nobis, qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis, viuifi-
cabit & mortalia corpora noſtra. Vnum quod non exclamat ad eos qui volunt
audire [Deum:] Quoniam nolite errare, vnus & idẽ eſt Chriſtus Ieſus Filius Dei, qui per
paſſio-



A paſſionem reconciliauit nos Deo, & reſurrexit à mortuis, qui eſt in dextera Patris, &
perfectus in omnibus: qui cùm vapularet, non repercutiebat; qui cùm pateretur, non 1. *Pet.* 2.23.
* comminatus; eſt * minatus; & cùm tyrannidem pateretur, rogabat Patrẽ vt ignoſceret his qui ſe cru- *Luc.* 23.34.
cifixerant. Ipſe enim verè ſaluauit. Ipſe [eſt] enim Verbum Dei, ipſe vnigenitus à Patre
* Dominus Chriſtus Ieſus * Deus noſter.

## ANNOTATIONES.

1. Et quoniam Ioannes] *Toto præſertim huius libri capite 11. ex Ioannis Euangelio aſſeruit Chriſtum eſſe æternum Dei Filium, eundemq́ue numero hominem factũ: & non alium eſſe IESVM, alium CHRISTVM; nec alium Filium Altißimi, alium verò filium Virginis.*

2. Sed præuidens] *Expunximus* prouidens. *Item tam in hoc capite, quàm omnibus alijs locis* Emmanuel *repoſuimus*, pro Emanuel: *quod ſemel dixiſſe ſufficit.*

3. Voluntates] *Ve. cod.* Voluptate: *ſed quia infra* B *cap. 21. rurſus habet* Voluntate, *nihil mutare libuit.*

4. Alterum autem] *Quatuor has voces ex ve. cod. adiecimus, & illius auth. deleuimus* ſuſpicemur.

5. Prædeſtinatus] *Vulgata editio*, Segregatus, *& ita legunt Hieronymus, Ambroſ. Theodoretus, Auguſt. Primaſius: Græcè eſt* ἀφορισμένος.

6. Qui eſt Deus ſuper omnes] *Vulgata editio Latina*, ſuper omnia: *Græci* ἐπὶ πάντων, *communiter ad vtramq; lectionem. Cæterùm, Eraſmus non ſine manifeſta malitia & impietate in Chriſtum, conatus eſt huius Apoſtolici loci*, quo Chriſti æterna Deitas & maieſtas aduerſus Arianam impietatem (*inquit Theophylactus*) apertè refellitur, *authoritatem eleuare. Primò ſcribens Cyprianum lib. 2. adu. Iudæos, cap. 6. Dei mentionem omittere: quod tamen codices à Morelio & Pamelio ex vet. manuſcriptis emendati & vulgati: inſuper & Tertullianus lib. aduerſ. Praxean cap. 13. & 15. & Nouatianus libr. de Trinit. cap. 13. & 30. & hic Irenæi lo-* C *cus manifeſtæ impoſturæ coarguunt. Deinde, coniectatur particulam illam* Deus, *additam fuiſſe ab Origenis interprete, aut alijs quibuſdam: quod falſißimum eſſe conuincunt ſuperiora Patrum teſtimonia, cunctorumq́ue Latinorum & Græcorum vetuſtißima monimenta. Stat igitur, ſtabitq́ue firmißimum & apertißimum pro Chriſti vera ſempiternaq́ue Diuinitate, aduerſus Arianos, horumq́ue fautores, hoc beati Apoſtoli teſtimonium.*

7. Natum ex muliere] *Græcè eſt* γεννώμενον. *Auguſt. lib. de Trinitate & vnitate Dei cap. 3. Cyprianus lib. 2. aduerſus Iudæos cap. 8. conſtanter cum Irenæo* natum *interpretantur:* factum *legunt Tertull. lib. de velandis virg. & Ambroſius lib. 1. de fide cap. 6. & Epiſtola 32. Ser. 5. in Pſalm. 118.*

8. Portante] *His agnoſcit ineffabilem eam vnitionem, qua duplex natura omni confuſione ſemota, conſtat* D *Domini noſtri Ieſu Chriſti vnica hypoſtaſis; vt vnus ſit Filius Dei, & hominis filius.*

9. Velociter] *Vulgata editio, quæ & literæ Hebraicæ conformis eſt:* Accelera ſpolia-detrahere, feſtina-prædari. *Non poſſum hoc loco ſilentio prætermittere Caluini impietatem, qua cæco furore in Patres ſãctos debacchatur, dum Chriſtianos omnes ſcriptores, nimis craſsè hallucinatos eſſe ſcribit, qui vaticiniũ hoc ad Chriſtum traxerunt. Siccine Iudaicæ cæcitati faues? hæccine omnium ſcripturarum ad fidei analogiam accommodatio? Sed velint nolint ſpurij ſynagogæ, hanc interpretationem patrum Iuſtini, Tertulliani, Hieronymi, Baſilij, Cyrilli, huic Irenæi omnino conformem, ambabus vlnis excipiemus.*

10. Propter hoc & pueros] *Paruulos Innocentes intelligit, quorum quatuordecim millia, vt in Liturgia ſibi à B. Matthæo relicta notant Aethiopes; & Græci obſeruant in Calendario ſuo, nefanda Herodis immanitate, Chriſtus & ipſe puer martyres conſecrauit. Hos nãque Cyprianus et Auguſtinus appellant* martyrum flores: *nec diffitentur Tyrannum plus eis profuiſſe odio, quã profuiſſet obſequio. Et Tertullianus ait: Eos teſtimonium Chriſto ſanguine ſuo litaſſe.*

11. Et omnia in ſemetipſo recapitulans] *Alludit ad hunc Pauli locum Epheſ. 1. 10.* Inſtaurare omnia in Chriſto; *vbi Græcum verbum* ἀνακεφαλαιώσασθαι, *id eſt, vniuerſam hominum et angelorum ſalutem, adeoq́ue cunctam omnium rerum cæleſtium & terreſtriũ ſummam ad vnum Chriſtum reuocare, ac in eo vnico cõprehendere. Hieronymus com. in illum locum, verbum* recapitulare *poſt Irenæum vſurpans, miratur quamobrem in Latinis codicibus habeatur* Inſtaurare.

12. Intempeſtiuam feſtinationem] *Non eſt, quòd ex hoc loco putent Gnoſtici poſteriores Irenæum B. Virginem Mariam alicuius vitij arguere; cuius integritatis, pietatis, & fidei tantus aſſertor & vindex eſſe apparet infra lib. 3. ca. 24. 25. 26. 27. 32. 33. & lib. 4. ca. 40. & lib. 5. Nec enim culpat illius humanitatem, qua egentibus ſubuentum cupiebat; nec matrem eſſe abnegat filius, cui ſubijci & parere non detrectauit:* Sed ille ſingulariter natus de Patre ſine matre, de matre ſine Patre: miraculum quod facturus erat, ſecundùm diuinitatem quam non genuerat mater, facturus erat, non ſecundùm infirmitatem: ideo operaturus facta diuina, *ait Auguſtinus*, non agnoſcit viſcera humana. *Et Iuſtinus martyr Reſponſione ad 136. quæſt. orth. ait.* Illud, quid tibi & mihi eſt mulier? non ad obiurgationem dictum eſt matri à Seruatore, ſed quaſi hoc demonſtrare vellet. Non nos ij ſumus qui curam ſuſcepimus vini quod in nuptijs conſumitur: tamen præ amore ſi vis ne deficiat eos vinum, dic miniſtris vt faciant quæ ego eis dixero, & videbis eis nõ deeſſe vinum: id quod etiam accidit. Non ergo verbis matrem obiurgauit, cùm eam factis honorarit. *Sunt itaq́ue Chryſoſtomi, Theophylacti, ac Euthymij in hunc locum commentaria, quibus intempeſtiuos affectus B. Mariæ tribuere videntur, prudenter legenda: cùm præſertim ſancta ſynodus Tridentina eos anathemate percuſſerit, qui eandem in tota vita ſua, omnia peccata, etiam venialia, ex ſpeciali Dei priuilegio vitaſſe, non aſſeruerint.* Tract. 8. in Ioan.

13. Deminoratione] *Author. vet. cod. deleuimus Demiurgi ratione.*

14. Deos quidem plures] *Irenæum imitatus Cyrillus Ieroſ. Valentinum triginta* Deorum prædicatorem *vocat. Catech. 6.*

15. Propter quod rurſus] *Locum hunc è Theodoreto Græcè & Latinè ſuo loco inſeruimus.*

16. Habitat in nobis] *Græca Pauli lectio,* ἐν ὑμῖν: *& vulgata Latina,* in vobis. *Et poſtea,* corpora veſtra. *Sed Irenæus ſeipſum alijs connumerans perſonam ad inſtitutum ſuum inflectit.*

## *DE EO QVI DESCENDIT IN ipſum [Spiritu.]* A

### CAPVT XIX.

E¹Tenim potuerunt dicere Apoſtoli, Chriſtum deſcendiſſe in Ieſum: aut
illum ſuperiorem Saluatorem, in eum qui ſit diſpoſitionis: aut illum qui
eſt ab inuiſibilibus, in eum qui eſt Demiurgi. Sed nihil quidem tale ne-
que ſcierunt, neque dixerunt: ſi enim ſciſſent, dixiſſent vtique: quod au-
*Matth. 3. 16.* tem erat, hoc & dixerunt, Spiritum Dei ſicut columbam deſcendiſſe in
*Iſa. 11. 1.* eum, hunc Spiritum de quo ab Eſaia dictum eſt: Et requieſcet ſuper [eum] Spiritus Dei,
*Iſaiæ 61. 1.* ſicut prædiximus. Et iterum: Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me. Iſte
*Matt. 10. 20.* Spiritus, de quo ait Dominus. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris
veſtri qui loquitur [in] vobis. Et iterum, poteſtatem regenerationis [in Deum] deman- B
*Matt. 28. 19.* dans diſcipulis, dicebat eis. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Pa
tris & Filij & Spiritus ſancti. Hunc enim promiſit per prophetas effundere in nouiſſi-
*Ioel. 2. 2.* mis temporibus ſuper ſeruos & ancillas, vt prophetent: vnde & in Filium Dei, filium
hominis factum deſcēdit, cum ipſo aſſueſcens habitare in genere humano, & requieſ-
cere in hominibus, & habitare in plaſmate Dei, voluntatem Patris operans in ipſis, &
renouans eos à vetuſtate in nouitatem Chriſti. Hunc Spiritum * petit Dauid humano *petijt
*Pſal. 50. 11.* generi dicens. Et Spiritu principali confirma me. Quem & deſcendiſſe Lucas ait poſt aſ
cenſum Domini ſuper diſcipulos in Pentecoſte, habentem poteſtatem omnium gen-
tium ad introitum vitæ, & * apertionem noui Teſtamenti: vnde & omnibus linguis *adapertionem
*Act. 2.* *conſpiranter hymnum dicebant Deo, Spiritu ad vnitatem redigente diſtantes tribus, *conſpirantes
*Ioan. 14. 16.* & primitias omnium gentium offerente Patri: vnde & Dominus pollicitus eſt mitte-
*Ioan. 16. 7.* re ſe Paracletum, qui nos aptaret Deo. Sicut enim de arido tritico maſſa vna fieri non
poteſt ſine humore, neque vnus panis: ita nec nos multi vnum fieri in Chriſto Ieſu po
teramus, ſine aqua quæ de cælo eſt. ² Et ſicut arida terra, ſi non percipiat humorem,
non fructificat: ſic & nos, lignum aridum exiſtentes primùm, nunquam fructificare-
*Tit. 3. 5.* mus vitam, ſine ſuperna voluntaria pluuia.³ Corpora enim noſtra per lauacrum illud C
quod eſt ad incorruptionem, vnitatem acceperunt: animæ autem per Spiritum. Vnde
& vtraque neceſſaria, cùm vtraque proficiunt in vitam Dei, miſerante Domino no-
*Ioan. 4.* ſtro Ieſu Chriſto. Samaritanæ [illi] præuaricatrici, quæ in vno viro non manſit, ⁴ ſed
fornicata eſt in multis * impijs, & oſtendente ei & pollicente aquam viuam, vt vlte- *nuptijs,
rius non ſitiret, neque occuparetur ad humectationem aquæ laborioſæ, habens in ſe
potum ſalientem in vitam ęternam: * quam Dominus accipiens munus à Patre, ipſe *quod
quoq; his donauit, qui ex ipſo participantur, in vniuerſam terram mittens Spiritum
ſanctum.

*Iud. 6. 47.* ⁵ Hanc muneris gratiam præuidens Gedeon ille Iſraelita, quem elegit Deus, vt ſalua
ret populum Iſrael de potentatu alienigenarum, demutauit petitionem ⁶ & ſuper vel-
lus lanæ] in quo tantùm primùm ros fuerat, quod erat typus populi, ariditatem futu-
ram prophetans: hoc eſt, non iam habituros eos à Deo Spiritum ſanctum, ſicut Eſaias
*Iſa. 5. 6.* ait. Et nubibus mandabo ne pluant ſuper eam. In omni autem terra fieri ros, quod eſt
*Iſa. 11. 2.* Spiritus Dei, qui deſcendit in Dominum, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus con-
ſilij & virtutis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, ſpiritus timoris Dei: quem ipſum iterum de-
*Luc. 10. 18.* dit Eccleſiæ, in omnem terram mittens de cælis Paracletum, vbi & Diabolum, tanquã
fulgur, proiectum ait Dominus. Quapropter neceſſarius nobis eſt ros Dei, vt non com-
buramur, neque infructuoſi efficiamur: & vbi accuſatorem habemus, illic habeamus D
& paracletum: commendante Domino Spiritui ſancto ſuum hominem, qui inciderat
*Luc. 10. 30.* in latrones, cui ipſe miſertus eſt, & ligauit vulnera eius, dans duo denaria regalia, ⁷ vt
per Spiritum imaginem & inſcriptionem Patris & Filij accipientes, fructificemus cre-
ditum nobis denarium, multiplicatum Domino annumerantes.

| *Theodoretus Dialogo 1. hæc citat.* | *Interprete Iacobo Billio.* |
|---|---|
| Τοῦ πνεύματος οὖν κατελθόντος * διὰ τὴν προωρισμένην οἰκονομίαν. Καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ μονογενοῦς, ὃς καὶ λόγος ἐστὶ τοῦ πατρὸς, ἐλθόντος τοῦ πληρώματος τοῦ χρόνου σαρκωθέντος ἐν ἀνθρώπῳ (*marg.:* *κατὰ τὴν προειρημένην.) | Cũ itaq; Spiritus præfinitæ diſpẽſationis cauſa deſcenderit, atq; vnigenitꝰ Dei Filius, q etiã Patris Verbũ eſt, veniẽte tẽporis plenitudine hominis cauſa in homine incarnatꝰ ſit, ac Dominꝰ noſter IESVS CHRISTVS, qui vnus & idem eſt, huma- |



| | |
|---|---|
| A καὶ πᾶσαν τὴν κατὰ ἄνθρωπον οἰκονομίαν ἐκπληρώσαντος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ὄντος, ὡς αὐτὸς ὁ κύριος μαρτυρεῖ, καὶ οἱ ἀπόστολοι ὁμολογοῦσι, καὶ οἱ προφῆται κηρύττουσι. ψευδεῖς ἀπεδείχθησαν πᾶσαι αἱ διδασκαλίαι τῶν τὰς ὀγδοάδας καὶ τετράδας καὶ δοκήσεις παρεξευρηκότων. | humanam omnem adminiſtrationem expleuerit, quemadmodum & ipſe Dominus teſtatur, & Apoſtoli confitentur, & Prophetæ prędicãt, falſas eorum doctrinas eſſe conſtat, qui ogdoades & quaternitates & opiniones commenti ſunt. |

⁸ Spiritu itaque deſcendente ſuper prædictam diſpoſitionem, & Filio Dei vnigenito, *Galat. 3. 25.*
qui & Verbum eſt Patris, veniente plenitudine temporis incarnato, in hominem, pro-
pter hominem, & omnem ſecundùm hominem diſpoſitionem implente Ieſu Chri-
ſto Domino noſtro, vno & eodem exiſtente, ſicut & ipſe Dominus teſtatur, & Apoſtoli
confitentur, & Prophetæ annunciant; mendaces oſtenſæ ſunt vniuerſæ doctrinæ eo-
rum, qui octonationes & quaternationes putatiuas adinuenerunt, & ſubdiuiſiones ex-
cogitauerunt: qui Spiritum quidem interimunt, alium autem Chriſtum, & alium Ie-
ſum intelligunt, & non vnum Chriſtum, ſed plures fuiſſe docent. Et ſi vnitos eos dixe-
rint, iterum oſtendunt eum quidem participaſſe paſſionem, hũc autem impaſſibilem
B perſeueraſſe; & hunc quidem aſcendiſſe in Pleroma, hunc autem in medietate reman-
ſiſſe; & hunc quidem in inuiſibilibus & innominabilibus epulari & oblectari, hunc au
tem aſſidere Demiurgo euacuantem eum virtute. Vnde ⁹ & oportebit ] & te, & omnes
qui intendunt huic ſcripturæ, & ſoliciti ſunt pro ſua ſalute, non quum audiunt forin-
ſecus eorum ſermones, ſpontè ſuccumbere. Similia enim loquentes fidelibus, ſicut
prædiximus, non ſolùm diſſimilia ſapiunt, ſed & contraria, & per omnia plena blaſ-
phemijs, per quæ interficiunt eos, qui per ſimilitudinem verborum diſſimile [affectio-
nis] eorum in ſe attrahunt venenum. Sicut quis aquæ mixtum gypſum dans pro lacte,
ſeducat per ſimilitudinem coloris, ſicut quidam dixit ſuperior nobis, de omnibus qui
quolibet modo deprauant quæ ſunt Dei, & adulterant veritatem Dei, ¹⁰ Lacte gypſum
malè miſcetur.

### ANNOTATIONES.

C 1. Etenim potuerunt ] *Apoſtoli nihil vnquam de duplici, triplici, aut etiam quadruplici Chriſto ſaluatore tradiderunt, quale Gnoſtici comminiſcebantur: ſed diſertis verbis referunt Spiritum ſanctum in ſpecie columbæ* (*Ioan. 1.*) *ſuper eum deſcendiſſe, & permanſiſſe velut à Prophetis* (*Luc. 3. Matth. 3.*) *prædictum fuerat. Eundem quoq; & Apoſtolis, & Eccleſiæ, & ſacramento Baptiſmi efficaciter adfuiſſe, quemadmodum ijdem Prophetæ, & poſtea Chriſtus ipſe promiſerat. Paulò poſt,* requieſcet ſuper eum, *pro,* requieſcet ſuper me, *reſtituimus ex vet. cod. & Iſaiæ contextu.*

2. Et ſicut arida ] *Aptiſſima ſimilitudine neceſſarium eſſe gratiæ diuinæ auxilium libero hominum arbitrio oſtendit, quam ſequutus eſt alicubi Chryſoſtomus.*

3. Corpora enim noſtra ] *Caput hoc diligenter excutienti & perpendenti, inter cætera multa, occurrũt tria quæ de Baptiſmi ſacramento Irenæus adfirmat. Pri-* D *mum, formam eius omnino per Chriſtum demandatam eſſe Diſcipulis, dicentem eis:* Baptizate in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. *Ergo in Chriſtum planè blaſphemi ſunt Hugnoſtici affirmantes, magicum eſſe Sacramentorum adminiſtrationem certis verbis alligare: verbumq; ſacramentorum non eſſe aliud à verbo prædicationis miniſtri ex ſuggeſtu.*

*Secundum, hoc Sacramentum tantæ neceſſitatis eſſe, vt ſine eo nec Chriſto adhæreſcere, nec in vitam æternam peruenire valeamus: quod hîc aliquod ſimilibus, exemplis, ac figuris comprobat Irenæus. Cui ſubſcribens Tertullianus ait:* (*Lib. de Bapt.*) Lex tinguendi propoſita eſt, & forma præſcripta: Ite, docete nationes, tinguentes eas &c *D. Auguſtinus verò ſcribit:* (*Epiſt. 10.*) Dominus Chriſtus apertiſſimè dixit: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cælorum. *Ioan. 3. Exempla Cornelij, diſcipulorũ Ioannis Baptiſtæ, & aliorum ante ſuſceptum hoc lauacrum ſanctificatorum, neceſſitatem eius comprobant. Hinc rurſum Auguſtinus:* (*Lib. 3. de origine animæ cap. 9.*) Noli credere, noli dicere, noli docere, infantes antequam baptizentur, morte præuentos, peruenire poſſe ad originalium indulgentiam peccatorum, ſi vis eſſe Catholicus. *Turpiſſimè rurſum ergo fallunt & falluntur Hugnoſtici ſectatorum ſuorum paruulis ſine Baptiſmo decedentibus pro certo ſalutem repromittentes.*

*Tertium, quod conſtanter aſſerit Irenæus, eſt huius Sacramenti multiplex virtus ac efficientia. Eſt enim in eo poteſtas regenerationis & renouationis humanæ, vnum efficit cum Chriſto, eo vt cæleſti pluuia rigamur & fœcundamur, facitq; ſalire in vitam æternam. &c. Itaq; etiam atque etiam fœdè hallucinantur ijdem Hugnoſtici, omnem ab eo efficaciam ſubtrahentes, ac ita ſuffurantes, vt euanidum tantum ſymbolum prius acceptæ gratiæ remaneat.*

4. Sed fornicata eſt ] *Non ſecundas vel tertias damnat nuptias: ſed multorum adulteriorum ream Samaritidem intelligit, licet Athanaſius Quæſt. 59. ad Antioch. quinque priores maritos legitimos putet.*

5. Hanc muneris ] *Concinna eſt hæc alluſio roris illius, ad gratiam cæleſtem & charitatem, quæ per Spiritum ſanctum diffunditur in corda credentium, aliàs plus ſatis arida & ſterilia. Id autem præuiſum & præſignatum olim à Patribus, nullus inficiabitur, qui Paulo crediderit, affirmanti omnia in figuram antiquis contigiſſe: legemq; vmbram fuiſſe futurorum bonorum. Quod verò ad hanc Gedeonis velleris piam accommodationem attinet, Irenæum imitatur Auguſtinus Quæſt: 49. in lib. Iudicum. Lib. 12. contra Fauſtum ca. 32. lib. de vnitate Eccleſ. cap. 5. Comment. in Pſal. 45. & 71. ſer. 2. de verbis Apoſtoli: & ſer. 108. de tempore. Ambroſ. prologo in librum 1. de Spiritu ſancto: Hieronymus epiſt. ad Paulinum, de inſtit. Monachi: Et ex Græcis Theodoretus Quæſt. 14. In Iudic. Origenes hom. 1. in Iudic. Hæc annotare viſum eſt in Gallaſij maleuolentiam, qui vt perpetuò Patrũ authoritati*

*detrahat, hîc leuitatis accuſare non veretur beatum hũc Martyrem.*

6. Et ſuper vellus lanæ] *Ita vet. cod. excuſi habebant,* è ſuperiori vellus lanam.

7. Vt per Spiritum imaginem & inſcriptionẽ &c.] *Quid ſi nomine imaginis & inſcriptionis in Baptiſmo ſuſceptæ, hoc loco, ſignum illud ſpirituale ac perpetuum animis Chriſtianis impreſſum Irenæus intelligat, quod alij* Characterem *appellant? Libenter enim ad illum etiam refero, quod eiuſdem ſæculi ſcriptor Tertullianus dicit:* Caro (*in Baptiſmo ſacro chriſmatis & crucis ſigno*) ſignatur, vt anima muniatur. *Sed nullam mihi cauillationem admittere poſſe videntur hæc Cyrilli Ieroſolym. de eodem Charactere verba:* Accedè ad Baptiſmum, non tantùm vultum iſtum viſibilem baptizantium reſpiciens: ſed memineris Spiritus ſancti. Hic enim paratus adeſt obſignare animam tuam, & dare tibi ſignaculum, quod dæmones tremunt, cæleſte quoddam & diuinum, ſicut ſcriptum eſt: In quo etiam credentes ſignati eſtis Spiritu ſancto promiſſionis, &c.

Li. de reſur. carnis cap. 8.

Catech. 17.

A

8. Spiritu itaque deſcendente] *Iſthæc, vſq; ad illud,* & ſubdiuiſiones excogitauerunt, *tranſcripſit Theodoretus dialogo 1. quæ & nos apponi curauimus.*

9. Et oportebit] *Expunximus* oportebat: *& aliquanto poſt* affectionis *deleuimus, &* affectionis *repoſuimus auth. vet. cod.*

10. Lacte gypſum miſcetur] *Prouerbium eſt, non huic diſsimile:* Lethale mulſum: *id omne ſignificans, quod boni ſpecie, perniciem adfert. Gypſum enim præſens venenum habere docet Plinius libro trigeſimo ſexto, capite vigeſimo quarto: quod cùm lacte mixtum fuerit, fallit.*

B

## *QVÆ CAVSA FVIT VT VERBVM Dei caro fieret.*

## CAPVT XX.

Ioan. 1. OSTENSO[1] manifeſtè quòd in principio Verbum exiſtens apud Deum, per quẽ omnia facta ſunt, q & ſemper aderat generi humano, hũc [in] nouiſſimis temporibus ſecũdùm præfinitum tempus à Patre, vnitum ſuo plaſmati paſſibilem hominem factum: excluſa eſt omnis contradictio dicentium: Si ergo tunc natus eſt, non erat ante Chriſtus. Oſtendimus enim, quia non tunc cœpit Filius Dei exiſtens ſemper apud Patrem; ſed quando incarnatus [eſt,] & homo factus, longam hominum expoſitionem in ſeipſo recapitulauit, in compendio nobis ſalutem pręſtans,[2] vt quod perdideramus in Adam, id eſt, ſecundùm imaginem & ſimilitudinem eſſe Dei, hoc in Chriſto Ieſu reciperemus.[3] Quia enim nõ erat [poſſibile,] eum hominem qui ſemel victus fuerat & eliſus [per inobedientiam,] replaſmare, & obtinere brauium victoriæ: iterum autem impoſsibile erat, vt ſalutẽ perciperet, qui ſub peccato ceciderat: vtraque operatus eſt Filius Verbum Dei exiſtens, à Patre deſcendens,[4] [& incarnatus, & vſque ad mortem deſcendens, &] diſpenſationem conſummans ſalutis noſtræ, cui credere nos indubitatè adhortans, [iterum] dicit. Ne dixeris in corde tuo, Quis aſcendet in cælum? hoc, eſt Chriſtum deducere. Aut, quis deſcendit in abyſſum? hoc, eſt Chriſtum à mortuis eliberare. Deinde infert: Quoniam ſi confitearis in ore tuo Dominum Ieſum, & credideris in corde tuo, quoniam Deus illum excitauit à mortuis, ſaluus eris. Et rationem reddidit propter quam cauſam hæc fecit Verbum Dei, dicens. In hoc enim Chriſtus & vixit, & mortuus eſt, & reſurrexit, vt viuorum & mortuorum dominetur. Et iterum ad Corinthios ſcribens ait. Nos autem annunciamus Chriſtum Ieſum crucifixum. Et infert: Calix benedictionis quem benedicimus, nonne communicatio ſanguinis eſt Chriſti? Quis eſt autẽ qui * communicat nobis de eſcis? Vtrum is qui ab illis[5] affingitur] ſurſum Chriſtus, ſuperextenſus Horo, id eſt, fini, & formauit eorum matrem: an verò qui ex virgine eſt Emmanuel, qui butyrum & mel manducauit: de quo ait Propheta: Et homo eſt, & quis * cognoſcit eum? Hic idem à Paulo annuntiabatur. Tradidi enim (inquit) vobis in primis, quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundùm Scripturas, & quoniam ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die ſecundùm Scripturas.[6] Manifeſtum eſt igitur quoniam Paulus alterum Chriſtum neſcit, niſi hunc ſolum, qui & paſſus eſt, & ſepultus eſt, & reſurrexit: qui & natus eſt, quem & hominem dixit. Cùm enim dixiſſet: Si autem Chriſtus annunciatur quoniam à mortuis reſurrexit, intulit rationem reddens incarnationis eius. Quoniam per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum: & vbique in paſſione Domini noſtri, & humanitate, & mortificatione eius, Chriſti vſus eſt nomine, quemadmodum illo. Noli eſca tua perdere illum, pro quo Chriſtus mortuus eſt. Et iterum: Nunc autem in Chriſto, vos qui aliquando fuiſtis longè, facti eſtis proximi in ſanguine Chriſti. Et iterum. Chriſtus nos redemit de maledicto Legis: factus pro nobis maledictum: quoniam ſcriptum eſt: Maledictus omnis qui pendet in ligno.

Rom. 10. 6. Ibidem 9. Rom. 14. 9. 1. Cor. 1. 23. 1. Cor. 10. 16. Iſa. 7. 15. 1. Cor. 15. 3. 1. Cor. 15. 21. Rom. 14. 15. Epheſ. 2. 13. Galat. 3. 13. Deut. 21. 23.

C D

*communicauit

*cognoſcet

*Theodo-*



A

*Theodoretus Dialogo tertio hæc citat.*

Φανερὸν οὖν ὅτι Παῦλος ἄλλον Χριστὸν οὐκ οἶδεν, ἀλλ' ἢ τοῦτον τὸν καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα, καὶ γεννηθέντα, ὃν, καὶ ἄνθρωπον λέγει, εἰπὼν γὰρ, εἰ δὲ Χριστὸς κηρύσσεται, ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, ἐπιφέρει, τὴν αἰτίαν ἀποδιδοὺς τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ. ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις ἐν νεκρῶν. καὶ πανταχοῦ ἐπὶ τοῦ πάθους τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς νεκρώσεως, τῷ τοῦ Χριστοῦ κέχρηται ὀνόματι, ὡς ἐπὶ τοῦ, μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε, ὑπὲρ, οὗ Χριστὸς ἀπέθανε. καὶ πάλιν, νῦν δὲ ἐν Χριστῷ. οἵ ποτε ὑμεῖς ὄντες μακρὰν, ἐγενήθητε ἐγγὺς, τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. καὶ πάλιν, Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ὑμῶν κατάρα. γέγραπται γὰρ ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου.

B

*Interp. Iacob. Billio.*

Perſpicuum igitur eſt Paulum haud alium Chriſtum agnoſcere, quàm hunc, qui & paſſus & ſepultus eſt, & reſurrexit: qui & natus eſt, & homo ab eo dicitur. Cùm enim his verbis vſus eſſet, Quod ſi de Chriſto hoc prædicat, quod à mortuis reſurrexerit, cauſam mox reddens cur carnem aſſumpſerit, hæc verba ſubiungit: Quoniam enim per hominem mors, per hominem quoq; reſurrectio à mortuis. Ac paſſim cùm de Domini noſtri paſſione atque ipſius humanitate ac morte verba facit, Chriſti nomen vſurpat. Vt cùm ait, Noli cibo tuo eum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt. Et rurſus: Nunc autem in Chriſto vos qui quondam eratis longè, facti eſtis prope per ſanguinem Chriſti. Et rurſus: Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Scriptum eſt enim: Maledictus omnis qui pendet in ligno.

Et iterum: Et[7] periet] infirmus in tua ſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt, ſignificans quoniam non Chriſtus impaſſibilis deſcendit in Ieſum; ſed ipſe Ieſus Chriſtus cùm eſſet, paſſus eſt pro nobis, qui [decubuit] & reſurrexit, qui deſcendit, & aſcendit Filius Dei, filius hominis factus: quemadmodum & ipſum nomen ſignificat.[8] In Chriſti enim nomine ſubauditur, qui vnxit, & ipſe qui vnctus eſt, & ipſa vnctio in qua vnctus eſt. Et vnxit quidem Pater, vnctus eſt verò Filius, in Spiritu, qui eſt vnctio; quemadmodum per Eſaiam ait ſermo: Spiritus Dei ſuper me, propter quod vnxit me, ſignificans & vngentem Patrem, & vnctum Filium, & vnctionem qui eſt Spiritus. Et ipſe autem Dominus manifeſtum * fecit eum qui eſt paſſus. Cùm enim interrogaſſet diſcipulos, Quem me homines dicunt eſſe filium hominis? Petrus cùm reſpondit, Tu es Chriſtus Filius Dei viui, & cùm laudatus eſſet ab eo, Quoniam caro & ſanguis non reuelauit ei, ſed Pater qui eſt in cælis, manifeſtum fecit quoniam filius hominis, hic eſt Chriſtus Filius Dei viui. Ex eo enim (inquit) cœpit demonſtrare diſcentibus, quoniam oportet illum Hieroſolymam ire, & multa pati à ſacerdotibus, & reprobrari, & crucifigi, & tertia die reſurgere. Ipſe qui agnitus eſt à Petro Chriſtus, qui eum beatum dixit, quoniam Pater ei reuelauit Filium Dei viui, dixit ſemetipſum oportere multa pati & crucifigi. Et tunc Petrum increpauit ſecundùm opinionem hominum putantium eum eſſe Chriſtum, & paſſionem eius auerſantium: & dixit diſcipulis. Si quis vult poſt me venire, abneget ſe, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet illam: & qui eam perdiderit propter me, inueniet eam. Hęc enim Chriſtus manifeſtè dicebat, ipſe exiſtens Saluator eorum, qui propter ſuam confeſſionem in mortem traderentur, & perderent animas ſuas. Si autem ipſe non erat paſſurus, ſed auolaret à Ieſu, quid & adhortabatur diſcipulos tollere crucem, & ſequi ſe, quam ipſe non tollebat ſecundùm ipſos, ſed relinquebat diſpoſitionem paſſionis? Quoniam enim non de agnitione ſuperioris crucis dicit hoc, quemadmodum quidam audent exponere: ſed de paſſione, quam oportebat illum pati, & ipſis diſcipulis eius futurum erat vt paterentur, intulit: Quicunque enim[9] ſaluauerit] animam ſuam, perdet eam: & qui perdiderit, inueniet eam. Et quoniam paſſuri erãt diſcipuli eius, propterea dicebat Iudæis. Ecce, mitto ad vos Prophetas, & ſapiẽtes, & doctores, & ex his interficietis & crucifigetis. Et diſcipulis dicebat. Ante duces & reges ſtabitis propter me, & ex vobis flagellabũt & interficient, & perſequentur à ciuitate in ciuitatẽ. Sciebat igitur & eos qui perſecutionem paſſuri * erant; ſciebat & eos,[10] qui flagellari & occidi haberent propter eum: & non altera [de cruce, ſed] paſſione quã paſſurus eſſet ipſe prior, pòſt deinde diſcipuli eius. Erat ergo ſermo eius adhortantis etiam illos: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: [timete] autem magis eum qui habet poteſtatem & corpus & animam mittere in gehennam, & ſeruare eas quæ eſſent ad eum confeſſiones. Etenim ipſe confeſſurum ſe promittebat coram Patre ſuo eos qui confiterentur nomen ſuum coram hominibus; negaturum autem eos qui negarent eum, & confuſurum[11] qui confunderentur contra confeſſionem eius.

Et cùm hæc ita ſe habeant, ad tantam temeritatem progreſſi ſunt quidam,[12] vt etiã

1. Cor. 8. 11. Iſa. 61. 1. Luc. 4. 18. Matth 16. 13. Marc. 8. 27. Luca 9. 18. Matt. 16. 17. Matt. 16. 24. Matt. 10. 38. Matt. 23. 34. Matt. 10. 16. Ibidem 26. Ibidem 32.

*facit

*eſſent

C D



Martyres

A Martyres ſpernant,& vituperent eos qui propter Domini confeſſionem occiduntur, [13] & ſubſtent omnia à Domino prædicta, & ſecundũ hoc conantur veſtigia*ſequi paſſionis Domini*paſſibiles Martyres facti,quos & concedimus ipſis martyribus.Cũ enim inquiretur ſanguis eorũ, & gloriam conſequentur,tunc à Chriſto confundentur oẽs qui inhonorauerunt eorũ martyrium.Et ex hoc autem quòd Dominus in cruce dixerit:Pater dimitte eis,nõ enim ſciũt quid faciunt,longanimitas & patiẽtia & miſericordia & bonitas Chriſti oſtẽditur,vt ipſe & pateretur,&ipſe excuſaret eos qui ſe malè tractaſſent.Verbum enim Dei quod nobis dixit,Diligite inimicos veſtros,& orate pro eis qui vos oderunt,ipſe hoc fecit in cruce,in tantũ diligens humanũ genus,vt etiam pro his qui ſe interficerent,poſtularet.Si quis autem quaſi duorum exiſtentium iudicium de his faciat,inuenietur multo melior,& patientior, & verè bonus, qui in vulneribus ipſis &plagis, & reliquis quæ in eum commiſerunt, beneficus eſt, nec memor eſt in ſe commiſſæ malitiæ; eo qui auolabit, nec vllam iniuriam, neque opprobrium paſſus eſt.

*aſſequi | *paſſibilis | Luc.23.34. | Matth.5.44.

Chriſtus verè paſſus eſt. Hoc autem[idem]& illis occurrit,qui dicunt eũ putatiuè paſſum.[14]Si enim non verè paſſus eſt,nulla gratia ei, cùm nulla fuerit paſſio:& nos cũ[incipiemus]verè pati,ſeducens videbitur,adhortãs nos vapulare,& alterã prębere maxillã,ſi ipſe illud non prior B in veritate paſſus eſt:& quemadmodũ illos ſeduxit,vt videretur eis ipſe hoc quod non erat; & nos ſeducit,adhortans perferre ea, quæ ipſe non pertulit. Erimus autem & ſuper magiſtrum,dum patimur & ſuſtinemus,quæ neque paſſus eſt, neque ſuſtinuit magiſter: ſed quoniam ſolus verè magiſter Dominus noſter, & bonus verè Filius Dei, & patiens Verbum Dei Patris,Filius hominis factus.Luctatus eſt enim,& vicit:erat enim homo pro patribus certans,& per*obaudientiam inobaudientiam perſoluens: alligauit enim fortem,& ſoluit infirmos,& ſalutem donauit plaſmati ſuo, deſtruens peccatum.Eſt enim piiſſimus & miſericors Dominus, & amans humanum genus.[15] Hærere itaq; fecit & aduniuit(quemadmodũ prædiximus)hominem Deo.Si enim homo non viciſſet inimicum hominis,non iuſtè victus[16] eſſet]inimicus.Rurſus autem niſi Deus donaſſet ſalutem,non firmiter haberemus eam : & niſi homo coniunctus fuiſſet Deo noſtro,non potuiſſet particeps fieri incorruptibilitatis. Oportuerat enim Mediatorem Dei & hominum,per ſuam ad vtroſque domeſticitatem, &*ad amicitiã & concordiam vtroſque reducere,& facere vt [&] Deus aſſumeret hominem, & homo ſe dederet Deo.

Matth.5.39. | Matt.10.24. | Luc.11.22. | 1.Tim.2.5. | *obedientiam inobedientiam. | *in

C

*Theodoretus Dialogo ſecundo hæc citat.*

Ἥνωσεν οὖν καθὼς προέφαμεν τὸν ἄνθρωπον τῷ Θεῷ. Εἰ γὰρ μὴ ἄνθρωπος ἐνίκησεν τὸν ἀντίπαλον τοῦ ἀνθρώπου, οὐκ ἂν δικαίως ἐνικήθη ὁ ἐχθρός. Πάλιν τε, εἰ μὴ ὁ Θεὸς ἐδωρήσατο τὴν σωτηρίαν, οὐκ ἂν βεβαίως ἔσχομεν αὐτήν· καὶ εἰ μὴ συνηνώθη ὁ ἄνθρωπος τῷ Θεῷ, οὐκ ἂν ἠδυνήθη μετασχεῖν τῆς ἀφθαρσίας. Ἔδει γὰρ τὸν μεσίτην Θεοῦ τε καὶ ἀνθρώπων διὰ τῆς ἰδίας πρὸς ἑκατέρους οἰκειότητος εἰς φιλίαν, καὶ ὁμόνοιαν τοὺς ἀμφοτέρους συναγαγεῖν: καὶ Θεῷ μὲν παραστῆσαι, τὸν ἄνθρωπον, ἀνθρώποις δὲ γνωρίσαι τὸν Θεόν.

*Interp. Iacob. Billio.*

Quocirca hominem, vt ante à nobis dictum eſt, cum Deo copulauit. Etenim niſi hominis hoſtem homo ſuperaſſet, haud æquè victus eſſet inimicus. Rurſus, niſi Deus ſalutem donaſſet, haudquaquam firmam ac ſtabilem eam haberemus. Ad hæc, niſi homo cũ Deo copulatus fuiſſet, incorruptibilitatis particeps fieri minimè potuiſſet. Neceſſe quippe erat, vt Dei & hominum mediator per ſuam cum vtroque cognationem ac neceſſitudinem ambos amicitiæ fœdere inter ſe conciliaret, ac Deo quidem hominem ſiſteret, hominibus autem Deum patefaceret.

D Qua enim ratione filiorum adoptionis eius participes eſſe poſſemus,niſi per Filium eam quæ eſt ad ipſum,recepiſſemus ab eo communionem, niſi verbum eius communicaſſet nobis, caro factum? Quapropter & per omnem venit ætatem, omnibus reſtituens eam quæ eſt ad Deum communionem. Igitur qui dicunt eum putatiuè manifeſtatum, neque[17] [in carne natum,] neque verè hominem factum, adhuc ſub veteri ſunt damnatione,aduocationem præbentes peccato,non deuicta ſecundùm eos morte,quæ regnauit ab Adam vſque ad Moyſem, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem tranſgreſſionis Adæ. Veniens autem lex, quæ data eſt per Moyſem, & teſtificans de peccato,quoniam peccator eſt,regnum quidem eius abſtulit, latronem & non regem eum detegens,& homicidam eum oſtendit. Onerauit autem hominem qui habebat peccatum in ſe, reum mortis oſtendens eum. Spiritalis enim cùm lex eſſet,manifeſtauit tantummodo peccatum,non autem interemit;[18] non enim Spiritui] dominabatur peccatum,ſed homini. Oportebat enim eum [19] qui inciperet occidere peccatum,& mortis reum redimere hominem, idipſum fieri quod erat ille, id eſt hominem.

Rom.5.14.



A minem. Qui à peccato quidem in ſeruitium tractus fuerat, à morte verò tenebatur, vt peccatũ ab homine interficeretur, & homo exiret à morte. Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis,qui primus de terra rudi plaſmatus eſt, peccatores facti ſunt multi,& amiſerunt vitam:ita oportuit & per obedientiam vnius hominis, qui primus de Virgine natus eſt,iuſtificari multos,& percipere ſalutem.

Rom.5.19.

*Theodoretus Dialogo primo hæc citat.*

Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου τοῦ πρώτως ἐκ γῆς ἀνεργάστου πεπλασμένου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ καὶ ἀπέβαλον τὴν ζωήν, οὕτως ἔδει καὶ δι' ὑπακοῆς, ἑνὸς ἀνθρώπου, τοῦ πρώτως ἐκ παρθένου γεγενημένου, δικαιωθῆναι πολλοὺς καὶ ἀπολαβεῖν τὴν σωτηρίαν.

*Interp. Iacob. Billio.*

Quemadmodum per vnius hominis primùm ex rudi terra ficti inobedientiam peccatores multi conſtituti ſunt, ac vitam amiſerunt: ita etiam conueniebat, vt per vnius hominis primùm ex Virgine procreati obedientiam multi iuſtitiam conſequerentur, ac ſalutem recuperarent.

[20] Sic ]igitur Verbum Dei homo factus eſt,quemadmodum & Moyſes ait: Deus vera opera eius.Si autem non factus caro, parebat quaſi caro; non erat verum opus eius. Quod autem parebat, hoc & erat; Deus hominis[21] antiquam]plaſmationẽ in ſe recapitulans,vt occideret quidem peccatum,euacuaret autem mortem,& viuificaret hominem: & propter hoc vera opera eius.

Deut.32.4. | B

## ANNOTATIONES.

1. Oſtenſo]*Sic ex veteri cod.reſtituimus, vt ſit anacephaleoſis eorum,quæ ſuperioribus dixerat. Expunximus itaque* oſtenſio. *Scribit autem Filium Dei nequaquam tunc incepiſſe eſſe,cùm carnem noſtram aſſumpſit: ſed Patri ſemper coëxtitiſſe: hominem verò factum eſſe,vt id repararetur, quod in Adam amiſſum erat. Item vnum ac eũdem eſſe Filium Dei & hominis ſalutis noſtræ authorem: verè paſſum pro nobis,vt & Apoſtoli verè paſſi ſunt pro nomine ipſius.*

2. vt quod perdideramus in Adam ] *videtur aſſerere peccato Adæ perditam eſſe in eo ac poſteris eius imaginem Dei: quod & Origenes dicitur poſtea ſenſiſſe,ſcribens tomo 3.in Geneſ.*Homo imaginem Dei ad quam conditus fuerat, peccando amiſit.*Auguſtinus quoque,lib.6.de Geneſi ad literam cap.27.& 28. ſcribit:*Adam per peccatum perdidit imaginem Dei in ſpiritu mentis impreſſam, ſecundùm quam creatus eſt. *Hoc ipſum ante illos tradere videtur Philo Iudæus, lib. de opificio ſex dierum.*

C

*Sed bene habet, quod Epiphanius ante mille & trecentos annos iſtam Origenis opinionem inter errores eius recenſuit, & Auguſtinus libro ſecundo Retractatio. cap. 24.priorem ſententiam illam emolliens & mitigans ſcribat, eam non ſic accipiendam eſſe, tanquam nulla remaneat imago:ſed quod tam deformis & obſcura facta ſit, vt reformatione opus habeat. Perditam ergo illam ſcribit Irenæus,quantum ad gratiæ iuſtitiæ & pietatis infuſa initio clariſſima ornamenta, quibus Deum referre debuit:non quantum ad ſubſtantiam ipſumque fundamentum imaginis, vt ex libri quinti capite ſexto promptum eſt colligere.Hoc velut explicans & comprobans ait Auguſtinus:* Recipimus iuſtitiam, ex qua per peccatum lapſus eſt homo.*Et rurſum:* Hanc imaginẽ in ſpiritu mentis impreſſam amiſit Adam per peccatũ,quam recipimus per gratiam iuſtitiæ.

D | Li.6 de Gen. ca.24.et 27.

3. Quia enim non erat poſſibile]*Duas voces* impoſſibile & obedientiam, *authoritate veteris codicis remouere nõ dubitauimus,oppoſitáſq;* poſſibile & inobedientiã *ſubſtituere,vt ſenſus ſit. Neceſſarium fuiſſe hominibus Chriſtum redemptorem,cùm tanto muneri facere ſatis nequiuiſſet vllus alius ab eo:atque hanc eſſe Irenæi mentem manifeſtiſſimè indicant ea,quæ in calce huius capitis habentur. Irenæo ſubſcribit Athanaſius orat. 3. contra Arianos,& initio libri de incarnatione Verbi: ſed accuratè diſputationem hanc pertractat Anſelmus duobus libris quibus nomen dedit:* Cur Deus homo. *D. Petrus apud Clementem lib.1.Recogn. aſſerit* impoſſibile fuiſſe mortalium mala purgari per alium.*Conſentit his verbis Auguſtinus:* Neceſſe erat illum hominem eſſe,qui occidi poſſet;& Deum, qui mori nequiret.*Lib.13.de Trinit.cap.14.*

4 Et incarnatus]*Octo has voces ex veteri cod.reſtituimus.*

5. Affingitur]*Expunximus* affigitur: *& mox* Horo, id eſt, fini *repoſuimus,pro* loro, id eſt, funi, *autho.vet.cod.*

6. Manifeſtum eſt igitur ] *Hæc Theodoretus in dialogo 3. ex Irenæo nominatim tranſcribit,vſque ad illud:*& iterum, & periet infirmus, &c. *vt ſuo loco poſuimus.*

7. Et periet ]*Vete.cod.authoritate,ſic pro* pereat *non dubitauimus reponere, cùm & Græcè ſit* καὶ ἀπολεῖται,*& huiuſmodi verborum formas priſci ſcriptores Eccleſiaſtici frequenter vſurparint. Arnobius comment. in pſal.20.* Fructus eorum qui increduli perſeuerant, à terra periẽt. *Et in pſal.71.in tribus lineis,quater,*floriet,*vſurpat.Lucifer Calari.lib.1.pro Athanaſio:* Memoria impiorum periet.*Conqueritur Auguſtinus,quod de ore cantantiũ ſuæ diœceſeos populorũ,auferre non potuerit:*Super ipſum autem floriet ſanctificatio mea,*adeò huic voci aſſueuerant.Paulò poſt etiã* decubuit, *loco* diſcubuit *ſubſtituimus,ex ve.cod.*

8. In Chriſti nomine] *Eadem ferè ad verbum docet Ambroſius lib.1.de Spiritu ſancto cap.3.*

9. Saluauerit]*Deleuimus* ſaluabit:*& infrà* timete,*pro* timentes *vet.cod.auth.ſubſtituimus.*

10. qui flagellari & occidi haberent.] *Id eſt, flagellandi & occidendi erant.Sic & infra,* & nos cùm incipiemus verè pati, *incipere pati, eſt paſſurum eſſe,vt Ioan.4.47.* ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν, incipiebat enim mori. *Et Lucæ 7. 2.* δοῦλος ἤμελλε τελευτᾶν, ſeruus erat moriturus.

11. Qui confunderentur ]*Vetus cod.ſimpliciter habet,*Confunderent confeſſionem eius. *atq; ita ferè legit Tertullianus:* Saluus ſum, *ait*, ſi non confundar de Domino meo. Qui me *(inquit)* confuſus fuerit,confundar & ego eius, &c. *libr. de carne Chriſti.*

12. Vt etiam Martyres ſpernant ] *Obſerua quàm grauiter priorum Gnoſticorum temeritatem damnet,qui*

*net, qui præſe nihilo faciebant beatiſſimos martyres, qui Chriſtianæ pietatis ergô tot labores ſubierant. Quid ergo dixiſſet, ſi poſteriorum Gnoſticorum cenſuras, cachinnos, ſacrilegia, & ſæuitias vidiſſet; quibus illorum ſcripta dãnant, pietatem exſibilant, memorias diruunt, & venerandas reliquias, effoſis ſepulcris, ignibus, cloacis, vel feris, tradunt: pientiſſima ſcripta, aut damnant, aut lacerant, aut corrumpunt: miracula dæmonum præſtigijs tribuunt: ſtudioſa exercitia, periculoſas ſuperſtitiones vocant: exempla, diſciplinam, & doctrinam, idololatriæ ſeminaria, & Antichriſti notas appellant: nec non damnatos eſſe omnes, ſi ab iſtis ante ſupremam horam non reſipuerint, non verentur vociferari & ſcribere?*

*Et ne videar hæc illis gratis affingere, ecce ab aliquot diſcipulis Lutheri, nouiſſimorum Gnoſticorum parentis, collecta & publicata tã diuerſa, quã aduerſa, & peruerſa illius de cunctis ferè Patribus, Martyribus, & antiquis Eccleſiæ Catholicæ Doctoribus iudicia.* Dionyſius multa garrit de nominibus diuinis, de cæleſti & Eccleſ. hierarchia. Ita eum appellauerunt Diuiniloquum: ſed ſunt mera ſomnia, nec fuit Pauli diſcipulus, nec Martyr. Tertullianus horridus, ferus, ſine ingenio, ſine doctrina, ſine ſenſu communi. Cyprianus eſt infirmus Theologus. Cypriani & Tertulliani ætate cępit degenerare Eccleſia. Origenem iampridem excommunicaui. In toto Origene non eſt vnum verbum de Chriſto. In Athanaſio nihil ſingulare fuit. Baſilius nihil planè valet. Totus eſt monachus. Illum ne pili quidem facio. Nazianzenus in ſua poëſi verſatus, nihil ſyncerè de Deo ſcripſit. Hieronymus inter Eccleſiæ Doctores cenſeri non debet: fuit enim hęreticus. Homo fuit nullius iudicij aut diligentiæ. Multa impiè ſcribit. Ea fuit oſcitantia & hebetudo eius in ſcripturis intelligendis, more ſuo Iudaicas cæcitates pro hiſtorico ſenſu, deinde ſuas ineptias pro allegoria obtrudit. De fide, veraque religione & doctrina, ne verbum quidẽ in ipſius ſcriptis extat. Nullum inter Patres ſcio, cui ita ſim inimicus, atq; Hieronymo. Nihil enim ſcribit niſi de ieiunio, de delectu ciborum, & de virginitate. Multi libri Auguſtini nihil ſunt. Chryſoſtomum nullo loco habeo, nihil eſt niſi loquaculus. Nihil propè ſcribit, quod purum ſit. Libri eius nihil aliud ſunt, quàm chaos, & ſaccus plenus verborum, vbi nihil eſt in receſſu. Gregorij conciones ne teruncium quidem valent. Diabolus eum in Dialogo ſuo craſsè decepit, &c. *Obſecro, quis tam patiens ac mitis, cui tam diabolica maledicta & infernalia probra in ſanctos Dei ſeruos iacta, ſtomachum non mouerent? Quis tantas calumnias, tetraſque iniurias in ſanctiſſima ſanctiſſimi Spiritus Dei organa, viuaq; inſtrumenta, æquo animo ferret? Quis non ab ipſomet Satana, quem ſibi frequenter loquutum eſſe Lutherus gloriatur & ſcribit, in pectore oreq; Lutheri immiſſas pro certo ſibi perſuadebit? O ſi adhuc hîc nobiſcum verſaretur B. Martyr Irenæus, quàm iure, quàm meritò Lutherum cum Marcione, appellaret* OS DIABOLI? *Quoties, ſi hæc nobiſcum ſanctiſſimus Polycarpus audiret, cum gemitibus ſuum illud ingeminaret:* O DEVS BONE, *in quænam ſeruaſti me tempora, vt iſthæc blaſphema ſuſtineam? Sed aderit proculdubio, aderit breui tempore Chriſtus iudex viuorum & mortuorum, qui & ſanctorum ſeruorum ſuorum gloriam vindicabit, & hæreſiarcharum ora blaſphema ſempiternis ignibus obturabit.*

*Pet. Rebenſtock li. Colloq.*
*Aurifaber l. coll. menſaliũ Lutheri.*

13. Et ſubſtent omnia ] *Billius legendum putat,* ſubſtant: *quod verbum quidem barbarum eſt, ſed de Græco ὑφίστανται, id eſt, ſuſtinent, expreſſum. Quæ autem ſequuntur,* Quos & concedimus ipſis martyribus, *mendum planè olere: ſed quod citra melioris exemplaris opem deleri nequeat.*

14. Si enim non verè paſſus ] *Hunc errorem ante Irenæum refellit paßim in Epiſtolis Ignatius: poſtea omnium acerrimè Tertullianus toto libro de carne Chriſti: & in calce libri 4. contra Marcionem.*

15. Hærere itaque fecit ] *Adorandum myſterium de duabus in Chriſto coniunctis naturis, illiusq; cauſas, hoc loco eruditè deſcribit: quod & Iuſtinus martyr non minus eleganter, quàm acutè præſtiterat lib. de confeßione fidei & Trinit. Iſthæc nominatim ex Irenæo deſumit Theodoretus dialogo 2. vſque ad illud:* qua enim ratione filiorum adoptionis, *&c.*

16. Eſſet ] *Deleuimus* eſſe.

17. In carne natum ] *Expunximus* incarnatum.

18. Non enim Spiritu ] *Tres has voces adiecimus.*

19. Qui inciperet occidere ] *Id eſt, qui peccatum occiſurus & omnino deleturus erat.*

20. Sic igitur ] *Excuſi codices,* Si igitur.

21. Antiquam ] *Ita pro* antequam, *veteris codicis auth. reſtituimus.*

## *ADVERSVS EOS QVI DICVNT EVM de Ioſeph generatum.*

### CAPVT XXI.

R[1]Vrſus autem qui nudè tantùm hominem eum dicunt ex Ioſeph generatum, perſeuerantes in ſeruitute priſtinæ inobedientiæ moriuntur, nondum[2] * commixtum Verbum Dei Patris, neque per Filium [ percipientes ] libertatem, quemadmodum ipſe ait, Si Filius vos[3] manumiſerit, verè liberi eritis. Ignorantes autem eum qui ex Virgine eſt Emmanuel, priuantur munere eius, quod eſt vita æterna: non recipientes autem Verbum incorruptionis, perſeuerant in carne mortali: & ſunt debitores mortis, antidotum vitę non accipientes. Ad quos Verbum Patris ait, ſuum munus gratiæ narrans:[4] Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes: vos autem ſicut homines moriemini. Ad eos indubitatè dicit, qui non * recipiunt munus adoptionis, ſed contemnunt incarnationem puræ generationis [ Verbi ] Dei, fraudantes hominem ab ea aſcenſione quæ eſt ad Dominum, & ingrati exiſtentes Verbo Dei, quod incarnatum eſt propter ipſos. Propter hoc enim Verbum Dei homo; & qui Filius

*Ioan. 8.36.* *Pſal. 81.6.*
* commixtũ Verbo
* percipiũt



A Filius Dei eſt, filius hominis factus eſt,[5] commixtus Verbo Dei,[6] vt adoptionem percipiens fiat filius Dei.

| *Theodoretus Dialogo 1. hæc citat.* | *Interp. Iac. Billio.* |
| --- | --- |
| Ἐγὼ εἶπα, υἱοὶ ὑψίστου ἐστὲ πάντες καὶ θεοί· ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε. Ταῦτα λέγει, πρὸς τοὺς μὴ δεξαμένους τὴν δωρεὰν τῆς υἱοθεσίας, ἀλλ᾽ ἀτιμάζοντας τὴν σάρκωσιν τῆς καθαρᾶς γεννήσεως τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ, καὶ ἀποστεροῦντας τὸν ἄνθρωπον τῆς εἰς θεὸν ἀνόδου, καὶ ἀχαριστοῦντας τῷ ὑπὲρ αὐτῶν σαρκωθέντι λόγῳ τοῦ θεοῦ. Εἰς τοῦτο γὰρ ὁ λόγος ἄνθρωπος, ἵνα ὁ ἄνθρωπος χωρήσας τὸν λόγον, καὶ τὴν υἱοθεσίαν λαβὼν υἱὸς γένηται θεοῦ. | Ego dixi dij eſtis, & filij Excelſi omnes. Vos autem ſicut homines moriemini. His verbis ad eos vtitur, qui adoptionis munus minimè acceperunt: verùm puræ Verbi Dei generationis incarnationem aſpernantur, hominemque ita mulctant, vt ei aſcẽſum ad Deum eripiant: ac Dei Verbo ipſorum cauſa incarnato ingratos ſe præbent. Ob eam enim cauſam Verbum hominem induit, & Filius Dei filius hominis factus eſt, vt homo Verbi capax effectus, atq; adoptionem conſequutus, filius Dei efficiatur. |

B Non enim poteramus aliter incorruptelã & immortalitatẽ * accipere, niſi aduniti fuiſſemus incorruptelæ & immortalitati. Quemadmodũ aũt adunari[7] poſſemus incorruptelæ & immortalitati, niſi prius ] incorruptela & immortalitas facta fuiſſet id quod [ & ] nos, vt abſorberetur quod erat corruptibile ab incorruptela; & quod erat mortale, ab immortalitate, vt filiorum adoptionem perciperemus?[8] Propter hoc, ] Generationem eius quis enarrabit? quoniam homo eſt, &, Quis agnoſcet eum? Cognoſcit autem illum is cui Pater qui eſt in cælis reuelauit, vt intelligat quoniam is qui non [ex] voluntate carnis, neque ex voluntate viri natus eſt filius hominis, hic eſt Chriſtus Filius Dei viui. Quoniam enim nemo in totum ex filijs Adæ, Deus appellatur ſecundùm eum, [aut] Dominus nominatur [ vt ] ex Scripturis demonſtrauimus: quoniam [autem ] ipſe propriè præter omnes qui fuerunt tunc homines, Deus, & Dominus, & Rex æternus, & vnigenitus, & Verbum incarnatum, prędicatum & à Prophetis [ omnibus, ] & Apoſtolis, & ab ipſo Spiritu, adeſt videre omnibus qui vel modicum de veritate attigerint. Hæc autem non teſtificarẽtur Scripturæ de eo, ſi ſimiliter vt omnes, homo tantùm fuiſſet. Sed quoniam præclaram præter omnes habuit in ſe eam quæ eſt ab Altiſſimo Patre genituram, præclara autem functus eſt & ea quæ eſt ex Virgine generatione; vtraq; Scri-

C pturæ diuinæ de eo teſtificãtur, & quoniam homo indecorus & paſſibilis, & ſuper pullum aſinæ aſcendens, aceto & felle potatur, & ſpernebatur in populo, & vſque ad mortem deſcendit, & quoniam Dominus ſanctus & mirabilis conſiliarius, & decorus ſpecie, & Deus fortis ſuper nubes veniens vniuerſorũ iudex. Omnia de eo Scripturæ prophetabant.[9] Sicut enim homo erat vt tentaretur, ſic & Verbum vt glorificaretur,[10] requieſcente quidem Verbo, vt poſſet tentari, & inhonorari, & crucifigi, & mori: abſorpto autem homine in eo quòd vincit, & ſuſtinet, & reſurgit, & aſſumitur.

* percipere
*Iſa. 53.8.* *Matt. 11.27.* *Ioan. 1.13.* *Matt. 16.16.* *Lib. 3. cap. 6.7.8.9.11.12.* *Pſalm. 2. & 109.* *Iſa. 7. & 53.* *Zach. 9.10.* *Iſa. 9.6.* *Pſalm. 44.* *Daniel. 7.*

| *Theodoretus Dialogo 3. hæc citat.* | *Interp. Iac. Billio.* |
| --- | --- |
| Ὥσπερ γὰρ ἦν ἄνθρωπος, ἵνα πειρασθῇ, οὕτω καὶ λόγος, ἵνα δοξασθῇ, ἡσυχάζοντος μὲν τοῦ λόγου ἐν τῷ πειράζεσθαι, καὶ σταυροῦσθαι, καὶ ἀποθνήσκειν, συγγινομένου δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐν τῷ νικᾶν καὶ ὑπομένειν, καὶ χρηστεύεσθαι, καὶ ἀνίστασθαι, καὶ ἀναλαμβάνεσθαι. | Quemadmodum enim homo erat vt tentaretur, ita etiam Verbum vt gloria afficeretur: ſic nimirum, vt Verbum quidem quieſceret, dum tentaretur, atque in crucem ageretur, ac mortem appeteret: homo autem vnà verſaretur, cũ vinceret & ſuſtineret, & benignitate vteretur, & à morte ad vitam rediret, atque in cęlum reciperetur. |

D Hic igitur Filius Dei Dominus noſter exiſtens Verbum Patris, & filius hominis, quoniam ex Maria, quæ ex hominibus habebat genus, quę & ipſa erat homo, habuit ſecundùm hominem generationem, factus eſt Filius hominis. Propter hoc & ipſe Dominus dedit nobis ſignum in profundum, in altitudinem ſurſum, quod non poſtulauit homo, quia nec ſperauit Virginem prægnãtem fieri poſſe quæ erat Virgo, & parere filium, & hunc partũ Deum eſſe nobiſcum, & deſcendere in ea, quæ ſunt deorſum terræ, quærentem ouem quæ perierat, quod quidem erat proprium ipſius plaſma, & aſcendere in altitudinem, offerentem & commendantem Patri eum hominem, qui fuerat inuentus, primitias reſurrectionis hominis in ſemetipſo faciens. Vt quemadmodum caput reſurrexit à mortuis, ſic & reliquum corpus omnis hominis qui inuenitur in vita, impleto tempore condemnationis eius, quæ erat propter inobedientiam, reſurgat, per compagines & coniunctiones coaleſcens & confirmatum augmentum Dei, vnoquoque membrorum habente propriam & aptam in corpore poſitionem. Multæ enim manſiones apud Patrem, quoniam & multa membra in corpore.

*Iſa. 7.11.* *Luc. 15.7.* *Ioan. 14.2.*

ANNO.

## ANNOTATIONES.

1. Rurſus autem ] *Carpocratem & aſſeclas oppugnat hoc loco; vberius autem infra cap. 27. 28. 29. 30. 31. quorum hæreſes deſcripſerat lib. 1. ca. 24. Aduerſus hanc hæreſim nominatim confligit Iuſtinus martyr in dialogo, & poſtea Tertull. Epiph. Theodoretus.*

*Contendit autem hoc capite Irenæus, illos nec peccatorum remiſsionem, nec adoptionem filiorum Dei, imò nec ius beatæ reſurrectionis aſſequi, qui Chriſtum filium Ioſeph conſtituunt. Duplex igitur in eo agnoſcenda & profitenda eſt natiuitas, duplex natura & ſubſtantia in vnitate perſonæ.*

*Obſeruandum quoq; non modò Irenæi, ſed & omnium Theologorum ſententiam eſſe, purum nudumq; hominem non potuiſſe Redemptionis humanæ officium adimplere: ſed neceſſe fuiſſe, vt id Deus ſimul & homo perficeret.* Nullatenus, *inquit Fulgentius*, humana natura ad auferendum peccatum mundi ſufficiens atque idonea fieret, niſi vnione Verbi Dei. *Et Auguſt. cap. 108. Enchir.* Neq; per ipſum liberaremur mediatorem hominum Chriſtum, niſi eſſet Deus. *Ambroſius quoque in caput 9. ad Hebræos ait.* Tantum fuit peccatum noſtrum, vt ſaluari non poſſemus aliquando, niſi vnigenitus Filius Dei moreretur pro nobis. *Et Baſilius in Pſ. 48.* Non homo nudus, ſed homo Deus Ieſus Chriſtus nos redemit: quia nullus alius poterat condignum afferre pretium. *Plura iſtiuſmodi teſtimonia comperiet ſtudioſus lector apud Chryſoſtomum Hom. 10. in Ioan. Cyrillum Alexan. lib. 5. theſauri ca. 7. & lib. 1. de fide ad Reginas. Cyrillum Ieroſoly. Catecheſi 13. Damaſcenum lib. 3. de fide cap. 15. & 19. Leonem Papam Epiſt. 13. 81. & 95. Serm. 1. 4. & 10. de Natiuitate. Serm. 7. & 8. de Epiphania: & Serm. 1. & 12. de Paſsione Domini. Anſelmum denique duobus libris Cur Deus homo.*

L. de incar. & grat. c. 4.

2. Commixtum Verbum] *Id eſt ex Virgine reipſa incarnatum: aut* commixti Verbo, *ſi vet. cod. lectio placet, id eſt, fide, ſpe & charitate, necdum Chriſto adhærentes. Mox* percipientes, *pro* perficientes *reſtituimus, auth. vet. cod.*

3. Manumiſerit] ἐλευθερώσῃ, *id eſt, ſoluto miſerrimæ omnium captiuitatis iugo, in libertatem filiorum Dei aſſeruerit. Vt enim mancipium dicitur Auguſtino, qui manu captus, belli iure occidi poterat; ſic manumiſſus, cui libertatis copia fiebat, certis ritibus & verbis iſtis:* Hunc hominem liberum eſſe volo.

Libr. 19. de ciuit. Dei. cap. 15.

4. Ego dixi dij eſtis ] *Hæc Theodoretus dialogo 1. ex Irenæo citat vſq; ad illud.* Non enim poteramus, *&c. Eius porrò authoritate, & veteris cod. conſenſu mox pro* Verbum Dei, Verbi Dei *repoſuimus.*

5. Cómixtus Verbo Dei] *Tres has voces Theodoretus deſiderat, indeq; forſan alicui viderentur aliundè inuectæ, niſi codices omnes conſtanter illas ſeruarent, & non rarò infra ijsdem verbis vteretur lib. 4. ca. 37. His autem perfectam illam vnitionem diuinæ & humanæ naturæ in Chriſto, tanto ſtudio docere & explicare ſtudet, vt verbis aduniendi, adhærendi, coniungendi, couniendi, aſſumendi, & communicandi, quibus ſuperiori capite vſus eſt, non contentus: nunc & commixtionis vocem vſurpet, ſed ad ſuperiorum ſignificationem. Ne quis verò hac phraſi offendatur, quaſi confuſionem quandam naturarum in Domino noſtro Irenæus induceret, animaduertat & bene ſentientes alios Patres ab ea nō abhorruiſſe: Dionyſius Areopag.* Ieſus ſimplex ex carne humilitatis noſtræ ineffabiliter compoſitus eſt. *Tertullianus lib. 2. contra Marcionem:* Miſcentem in ſeipſo hominem & Deum: *Et cap. 12. apologet.* Naſcitur homo, Deo mixtus. *Cyprianus, tractatu de vanitate idolorum:* Deus cum homine miſcetur. *Vigilius martyr lib. 1. contra Eutychen,* Filius Dei oſtendere voluit noſtri generis naturam per commixtionis indiuiduam vnitatem. *Auguſtinus 4. de Trinit. cap. 20.* Verbo Dei, ad vnitatem perſonæ quodammodo commixtus eſt homo. *Alios multo plures prætereo, quos legendo notes licet.*

6. Vt adoptionem percipiens] *Eraſmus Præfatione in hos libros, exiſtimauit hunc locum prudenter legendum, propterea quod Chriſtum iuxta cōditionem humanā adoptiuum eſſe Filium Dei videatur aſſerere Iren. Et certè hanc ſententiā in Elipando Toletanæ ſedis Epiſcopo, aliquot poſtea ſæculis damnauerunt Paulus Aquilegienſis; Adrianus Papa, & Synodus Francofordienſis; ad quam, imperante Carolo Magno, ex Gallia, Germania, Italia Epiſcopi circiter trecenti conuenerant. Elipandus cum aſſeclis, libello edito volebat Hilariū, Hieronymum, Auguſtinum, deinde Eugenium, Hildefonſum, & Iulianum Toletanos olim Antiſtites, à ſuis partibus ſtetiſſe: verùm, Patrum illorum ſententias partim deprauaſſe, partim fictitias ſuppoſuiſſe conuictus fuit: & eius error, ſanctarum ſcripturarum, & grauiſsimorum Theologorum Athanaſij, Nazianzeni, Cyrilli, Hilarij, Hieronymi, Auguſtini, Ambroſij, Iſidori, Paſchaſij, ibidem adductis ſententijs, quibus pernegant Chriſtum vllo pacto adoptatum filium dicendum eſſe, penitus oppreſſus.*

*Supereſt ergo vt hîc aut voce adoptionis, quam vſurpat Irenæus, eam gratiam, donum, beneficiúmve intelligamus; quibus in vnitatem perſonæ, ſine vllis ſuis præcedentibus meritis, humanam noſtram naturam ex Virgine Filius Dei aſſumpſit. Hoc fuſius tibi explicabūt poſt Auguſt. lib. contr. Secundinum ca. 5. Petrus Lombardus lib. 3. ſent. diſt. 10. & quotquot Quæſtionibus ſuis eum locū illuſtrarunt patres Scholaſtici. Aut, quod acutis & doctis viris longè rectius videtur, illa Irenæi verba nō ad ipſum Chriſtum; ſed ad cœtum piorum hominū referenda ſunt, quos paſsionis, ſanguinis et mortis ſuæ beneficio atq; efficacitate in adoptionem filiorum Dei miſericorditer aſſumpſerit. Iſtud enim confirmant hæc Irenæi verba:* Filius Dei factus eſt homo, vt homo percipiēs adoptionem, fiat Filius Dei. Et paulò ſuperius: Ad eos dicit, qui non recipiunt munus adoptionis. *Spectans igitur B. Martyr hæc Apoſtolorum verba:* Dedit poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: Accepiſtis ſpiritū adoptionis filiorum Dei: *de noſtra in Chriſto & per Chriſtum adoptione loquitur.*

Ioan. 1. Roman. 8.

7. Poſſemus] *Sex voces has inſeruimus, eraſmus verò* poſſumus, niſi; *veteris cod. auth.*

8. Propter hoc] *Expunximus* quod per hoc: *& non ita multum poſt,* aut *pro* vt *repoſuimus auth. vet. co.*

9. Sicut enim homo erat] *Theodoretus dialog. 3. hæc ex Irenæo tranſcribit vſque ad illud:* Hic igitur filius Dei, &c. *quæ ſupra Græcè & Latinè adiecimus.*

10. Requieſcente quidem Verbo ] *Apertiſsimè docet Diuinæ naturæ nihil doloris in illa Dominica perpeſsione illatum, quippe quæ mutationum vniuerſarum expers, his ſubijci non poteſt. Hoc idem multis ſcripturis confirmat Concilium Hiſpalenſe, Actione 13. et clariſsimis exemplis illuſtrat Euſeb. lib. 4. Demonſt. Euang. cap. 13.*

*QVARE*



## *QVARE MAGNANIMVS FVIT Deus [in] inobedientia hominis.*

### CAPVT XXII.

M[1]Agnanimus igitur fuit Deus deficiente homine, eamque per Verbum eſſe victoriam reddendam ei præuidens. Cùm enim perficiebatur virtus in infirmitate, benignitatem Dei, & magnificentiſſimam oſtendebat virtutem. Sicut enim patienter ſubſtinuit abſorberi Ionam à Ceto, non vt abſorberetur, & in totū periret, ſed vt euomitus magis ſubigeretur Deo, & plus glorificaret* Deum, qui inſperabilem ſalutem ei donaſſet, & firmam pœnitentiam faceret [2] [Niniuitis,] vt conuerterentur ad Dominum, qui eos liberaret à morte, [3] conterritos ab eo ſigno, quod factum erat circa Ionam, quemadmodum Scriptura de his dicit: Et reuerſi ſunt vnuſquiſque à via ſua mala, & iniuſtitia, quæ erat in manibus eorum, dicentes. Quis ſcit ſi conuertatur Deus, & auertat iram ſuam à nobis, & non peribimus? Sic [&] ab initio fuit patiens Deus hominem abſorberi à magno Ceto, qui fuit author præuaricationis, non vt abſorptus in totum periret, ſed præſtruens, & præparans adinuentionem ſalutis, quæ facta eſt à Verbo per ſignum Ionæ, his qui eandem cum Iona de* Deo ſententiam habuerunt, & confeſſi fuerunt, & dixerunt. Seruus Domini ego ſum, & Dominum Deum cæli ego colo, qui fecit mare & aridam: [4] vt [inſperabilem] homo à Deo percipiens ſalutem, reſurgat à mortuis, & clarificet Deum, & eam quæ à Iona * Propheta eſt, dicat vocem. Clamaui ad Dominum meum in tribulatione mea, & exaudiuit me de ventre inferni: & ſemper permaneat glorificans Deum, & ſine intermiſſione gratias referens, pro ea ſalute, quam conſequutus eſt ab eo, vt nō glorietur in conſpectu Domini omnis caro, nec vnquam de Deo contrarium ſenſum accipiat homo, propriam naturaliter arbitrans eam, quæ circa ſe eſſet incorruptelam, & non tenēs veritatem, inani ſupercilio iactaretur, quaſi naturaliter ſimilis eſſet Deo. [5] Ingratus enim magis eum hoc ei qui eum fecerat percipiens, & dilectionem quam habebat Deus in homine, obfuſcabat, & excæcabat ſenſum ſuum ad non ſentiendum, quod ſit de Deo dignum, comparans, & æqualem ſe iudicans Deo. Hæc ergo fuit magnanimitas Dei, vt per omnia pertranſiens homo, & morum agnitionem percipiens, dehinc veniens ad reſurrectionem, quæ eſt à mortuis, & experimento diſcens vnde liberatus eſt, ſemper gratus exiſtat Domino, munus incorruptelæ conſecutus ab eo, vt plus diligeret eum. Cui enim plus dimittitur, plus diligit. [6] Cognoſcat ] autem ſemetipſum, quoniam mortalis & infirmus eſt, intelligat autem &* Dominum, quoniam in tantùm immortalis & potens eſt, vti & mortali immortalitatem, & temporali æternitatem donet. Intelligat autem & reliquas virtutes Dei omnes in ſemetipſum oſtenſas, per quas edoctus ſentiat de Deo, quantus eſt Deus. Gloria enim hominis, Deus; operationes verò Dei, & omnis ſapientiæ eius, & virtutis receptaculum, homo. Quemadmodum medicus in his qui ægrotant, probatur; ſic & Deus in hominibus manifeſtatur. Quapropter & Paulus ait: Concluſit autem Deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur: non de ſpiritalibus AEonibus dicens* hæc, ſed de homine qui fuit inobediens Deo, & proiectus de immortalitate, dehinc miſericordiam conſequutus eſt, per Filium Dei, eam quæ eſt per ipſum percipiens adoptionem.* Hic enim tenens ſine inflatione & iactantia veram gloriam, de his quæ facta ſunt, & de eo qui fecit, qui eſt potentiſſimus omnium Deus, quique omnibus vt ſint præſtitit, & manens in dilectione eius, & ſubiectione, & gratiarum actione, maiorem ab eo gloriam accipiet prouectus, dum conſimilis fiat eius qui pro eo mortuus eſt, quoniam & ipſe in * ſimilitudine carnis peccati factus eſt, vti condemnaret peccatum, & iam quaſi condemnatum proijceret illud extra carnem: prouocaret autem in ſimilitudinem ſuam hominem, imitatorem eum aſſignans Deo, & in paternam imponens regulam, ad videndum Deum, & *capere Patrem, donans Verbum Dei quod habitauit in homine, & Filius hominis [7] factus eſt, vt aſſueſceret hominem percipere Deum, & aſſueſceret Deum habitare in homine, ſecundùm placitum Patris. Propter hoc ergo ſignum ſalutis noſtræ, eum qui ex Virgine Emmanuel eſt ipſe Dominus, quoniam ipſe Dominus erat, qui ſaluabat eos, quia per ſemetipſos [8] non habebant ſaluari: & propter hoc Paulus infirmitatē hominis annuntians, ait. Scio enim quoniam non habitat in carne mea bonum, ſignificans quoniam non à nobis, ſed à Deo eſt bonum ſalutis noſtræ. Et iterum: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Deinde infert liberatorē, Gratia Ieſu Chriſti Domini noſtri. Hoc autem idem & Eſaias: Confortamini (inquit) manus reſolutæ,

Marginal notes: 2. Cor. 12. 9. — Ion. 2. 2. — *eum, — Ione 3. 8. — Geneſ. 3. — *Domino — Ione 1. 9. — *propheta-ta — Ione 3. 3. — 1. Cor. 1. 29. — Luc. 7. 47. — *Deum, — Rom. 11. 32. — *hoc, — *Hinc — Philip. 2. 7. — Rom. 8. 3. — *ſimilitudinem — *ſapere — Ioan. 1. 14. — Iſai. 7. 14. — Rom. 7. 18. — Ibidem 24. — Iſai. 35. 3.

ſolutæ,& genua debilia,adhortamini puſillanimes ſenſu: confortamini, ne timeatis: A
ecce,Deus noſter iudicium retribuit,& retributurus eſt: ipſe veniet,& ſaluabit nos.Hoc
quoniam non à nobis,ſed à Dei adiumento habuimus ſaluari.

## ANNOTATIONES.

1. Magnanimus] *Vet.cod.* magnanimis, *ſic vocem Græcã* μακρόθυμος, *puto reddidiſſe interpretem, quam alij patientem & longanimem redderent: Irenæũ porrò imitantur Tertullianus libr.de Patientia. Cypr.de Oratione dominica,eadem voce vtentes.*

*Oſtendit autem hoc capite Irenæus, Deum ex lapſu hominis huic mundo patefeciſſe, quàm ſit patiens, benignus,miſericors,& potens ad ſaluãdum.Hoc ipſum etiam Ionæ exemplo comprobat: atq; idcirco grauiſſimam eſſe hominum ingratitudinem,ſi tantum beneficium pro dignitate non agnouerint & ſuſpexerint.etc.Verbum autem ferè ſemper maſculino genere effert, attendens Græcam vocem* λόγος, *quæ maſculina eſt.*

2. Niniuitis] *Ita vet.cod.excuſi* inimicis.

3. Conterritos ab eo ſigno] *Indicat Ionam prædicaſſe Niniuitis mira,quæ ſibi in mari, in ceto, & in terra contigerant: quod etiam quibuſdam Hebræorum interpretibus placet, vti noſtris in eam prophetiam Commentarijs ſignauimus.*

4. Vt inſperabilem] *Ita & capitis initio,* glorificaret Deum, qui inſperabilem ſalutem ei donaſſet *Expunximus ergo* inſeparabilem.

5. Ingratus enim] *Vet. cod.* Ingratum enim magis eum hoc,&c.& dilectionem quam habebat Deus in hominẽ offuſcabat ſenſum ſuum, &c.

6. Cognoſcat autem] *Deleuimus* cognoſcant, *auth.vet.cod.*

7. Factus eſt] *Vertendũ erat,* factum eſt, *propter antecedens* Verbum, *niſi* λόγος *maſculinãm vocem reſpexiſſet interpres: quod & alibi frequenter facit. Paulò poſt,* aſſueſceret, *ponitur pro,* aſſuefaceret. B

8. Non habebant ſaluari] *Græcè* οὐκ εἶχον σωθῆναι, *non poterant ſaluari: vt* ἔχω λέγειν, *poſſum dicere.*

## *OSTENSIO QVONIAM VERBVM *Domini caro factum eſt.*

*Dei

## CAPVT XXIII.

R[1]Vrſus,quoniam neque homo tantùm erit,qui * ſaluabit nos, neque ſine *ſaluati
carne:[2] ſine carne enim Angeli ſunt.Prædicauit enim, dicens:[3] Neque ſenior,neq; Angelus,ſed ipſe Dominus ſaluabit eos, quoniam diligit eos,
& parcet eis, ipſe [liberabit] eos. Et quoniam hic ipſe homo verus viſibi- C
Iſaiæ 63. lis incipiet eſſe,quum ſit Verbum ſalutare,rurſus Eſaias ait.Ecce,Sion ciuitas,ſalutare noſtrum oculi videbunt. Et quoniam non ſolùm homo erat,qui moriebatur pro nobis,[4] Eſaias ait: Et commemoratus eſt Dominus ſanctus Iſraël mortuo-
Iſaiæ 52. rum ſuorum[qui]dormierant in terra ſepultionis:& deſcendit ad eos euangelizare ſa-
Mich. 7.19. lutem,quæ eſt ab eo,vt ſaluaret eos.Hoc autem idem & Amos Propheta[ait,]Ipſe conuertetur,& miſerebitur noſtri: diſſoluet iniuſtitias noſtras, & proijciet in altitudinem
Amos.1.2. maris peccata noſtra.Et rurſus ſignificans locum aduentus eius,ait.Dominus ex Sion loquutus eſt,& ex Hieruſalem dedit vocem ſuam.Et quoniam ex ea parte,quæ eſt ſecũdùm Africum hæreditatis Iudæ,veniet filius Dei, qui Deus eſt, * exquirat & Bethleem * & quiescat.
vbi natus eſt Dominus,in omnem terram emittet * laudationes eius,ſicut ait Habacuc * laudationem
Abac.3.3. Propheta,[5] Deus[ab]Africo veniet,& ſanctus de monte Effrem.[6] Cooperuit cælũ virtus eius,& laudatione eius plena eſt terra. Ante faciem eius præibit Verbum,& progredientur in campis pedes eius. Manifeſtè ſignificans quoniã Deus,& quoniam in Bethleem aduentus eius,& ex monte Effrem,qui eſt ſecundùm Africũ hæreditatis, & quoniam homo.Progredientur enim(inquit)in campis pedes eius: hoc autem ſignum pro- D
prium hominis.[7] Deus igitur homo factus eſt,& ipſe Dominus ſaluabit nos, ipſe dans Virginis ſignum.

## ANNOTATIONES.

1. Rurſus, quoniam neque homo] *Oportuit Saluatorem mundi eſſe verum hominem,qui pro nobis pateretur & moreretur: item & Deum,qui peccata remitteret atq; ſaluaret à morte.*

2. Sine carne] *Angelis corpora propria tribuunt multi antiquorum, vt ex Iuſtino, Tatiano, Tertulliano, Cypriano,Origene,& plerisq; alijs apertum eſt: Alij verò vt Dionyſius,Cyrillus,Theodoretus,Damaſcenus, volũt illos omnino incorporeos, & non materiatos eſſe; quibus accedere videtur hoc loco Irenæus,licet cap.70. libr.4. aliud indicare videatur. Ignatius item epiſt. ad Trallianos,vocat Angelos* incorporeas creaturas. *Baſi.hom.* quod Deus non eſt auctor malorum, *Cacodæmonis naturam ait eſſe incorpoream. Nazianzen. orat. 2.de Theologia,de Angelorum natura ſcribit:* Ne hanc quidem tametſi corporis expertem, incorporeo modo cernere poſſumus *Grego. Nyſſenus libr. de vita Moſis,cenſet Angelos natura incorporeos. Epiphanius contra hæreſ. 26. appellat Dæmonem ſpiritum incorporeum. Chryſoſtomus homil. 22. in Geneſ. adfirmat impoſſibile eſſe incorpoream Angelorum naturam concupiſcentia carnis teneri. Hieronymus denique, epiſt.*



A *epiſt. ad Auitum,in erroribus ponit Origenis, quod dixerit,Dæmones ob delicta ſua aërijs corporibus veſtiri.*

3. Neque ſenior] *Sententia eſt Iſa. 63. iuxta tralationem Septuaginta: quæ iiſdem ferè verbis citatur quoque à Cypriano lib.2. aduerſus Iudæos,cap.7.*

4. Eſaias ait: Et commemoratus eſt] *Non dubito nomen Iſaiæ, pro nomine Ieremiæ in hunc locum irrepſiſſe,quoniam dixiſſet vt paulò antea,* Et Iſaias rurſus: *inſuper, lib.4.cap. 39. hunc eundem locum adſcribit Ieremiæ: libr. item 5.cap.31. eundem locum,paulò licet aliter citans, Iſaiæ non meminit. Sed & Iuſtinus martyr in Dialogo,velut ex Ieremiæ locum allegat. Scribit porrò Iudæos odio Chriſtianorum ſententiam iſtam, pluresque alias è ſacris Biblijs ſuſtuliſſe.Et reuera hic locus nec apud LXX. nec apud vulgatam lectionem Latinam nunc occurrit.*

5. Deus ab Africo veniet] *Sic cum Irenæo legit*
B *Nouatianus libr.de Trin.ca.12.apud Tertull.idq; ex editione Theodotionis, quem teſtatur Hieronymus vertiſſe,* Deus ab Auſtro veniet,& Sãctus de monte Pharan, *vt nunc legit editio Latina vulgata. Docet idem Hieronymus Pharan locum eſſe vicinũ monti Sina, & Bethlehem ſitam eſſe ad Auſtrum, in qua natus eſt Saluator. Montes autem Ephraim ſiue Effrem vrbi Ieruſalem,non ſunt ad Auſtrum,ſed ad Septentrionem. Ideo hîc melius legi videretur,* de monte Pharan *quàm,* Effrem. *Nouatianus habet,* de monte vmbroſo.

6. Cooperuit cælũ] *Hæc noua eſt lectio ex varijs tranſlationibus concinnata, & fermè ei ſimilis, quam in iiſdem ſententijs vſurpat Cyprian.lib.3.adu.Iudæos,cap. 21. quod prudenter animaduertit diligentiſſimus & doctiſſimus eius ſcholiaſtes Pamelius.*

7. Deus igitur homo factus eſt] *Euſeb.li.5.hiſt. cap. 8. hæc nominatim ex Irenæo tranſcribit: quæ Græcè & Latinè in ſequenti capite adijcientur.*

## *OSTENSIO, QVIA ECCE VIRGO IN VTERO accipiet,ſed non, Ecce,adoleſcentula,ſicut quidam interpretantur.*

## CAPVT XXIV.

N[1]On ergo vera eſt quorundã interpretatio, qui ita audent interpretari Scri- Iſaiæ 7.14.
pturam,Ecce,adoleſcentula in ventre habebit, & pariet filium: quemadmodum[2] Theodotion Epheſius eſt interpretatus,&[3] Aquila Ponticus,vtrique Iudæi proſelyti,quos ſectati Ebionei, ex Ioſeph generatum cum dicũt,
*tantum * tantam diſpoſitionem Dei diſſoluentes,quantum ad ipſos eſt, fruſtrantes Prophetarum teſtimonium,quod operatus eſt Deus.

C

*Euſebius lib.5. Hiſtor. cap.8. hæc citat.*

Ὁ θεὸς οὖν ἄνθρωπος ἐγένετο. καὶ αὐτὸς κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς, δοὺς τὸ τῆς παρθένου σημεῖον.

Ἀλλ' οὐχ ὡς ἔνιοί φασι τῶν νῦν τολμώντων μεθερμηνεύειν τὴν γραφήν, ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν, ὡς Θεοδοτίων ἡρμήνευσεν ὁ Ἐφέσιος, καὶ Ἀκύλας ὁ Ποντικός, ἀμφότεροι Ἰουδαῖοι προσήλυτοι, οἷς κατακολουθήσαντες οἱ Ἐβιωναῖοι, ἐξ Ἰωσὴφ αὐτὸν γεγενῆσθαι φάσκουσι.

*Interp. Ioanne Chriſtophorſono.*

Deus homo factus eſt, & ipſe Dominus nos ſaluos fecit, ſigno Virginis regi Achaz dato.

At non, vt quidam aiunt, qui ſcripturas audẽt interpretatione deprauare, hoc pacto: Ecce adoleſcentula concipiet,& pariet filiũ, ſicut interpretatus eſt Theodotion Epheſius, & Aquila Ponticus,vterque Iudæus proſelytus. Quos Ebionei ſequuti,ex Ioſeph Chriſtum prognatum ferunt.

Prophetatum eſt quidem priuſquam in Babylonem fieret populi trãſmigratio, id eſt, antequam Medi & Perſæ acciperent principatum: interpretatum verò in Græco ab ipſis Iudæis multum ante tempora aduentus Domini noſtri, vt nulla relinquatur ſuſpi-
D cio,ne fortè morẽ nobis gerentes Iudæi,hęc ita ſint interpretati. Qui quidem ſi cognouiſſent nos futuros, & vſuros his teſtimonijs quæ ſunt ex Scripturis, nunquam dubitaſſent[4] ipſi[ſuas]comburere Scripturas, quæ &[5] reliquas omnes gentes] manifeſtant
*exhæredatos participare vitæ,& eos qui gloriantur domum ſe eſſe Iacob,& populum Iſrael, * exhæreditari oſtendunt à gratia Dei.

## ANNOTATIONES.

1. Non ergo vera eſt quorundam interpretatio] *Iudæos huius prauæ interpretationis authores, vnà cum Ebionitis, Theodotione & Aquila intelligit: quibus Tryphonem & Carpocratem Iuſtinus adiungit; Symmachum ex Samaritano proſelytum,& circumciſum, Euſebius & Epiphanius. Et de illis quidem nihil mirum, cùm vel Chriſtum nunquam ſuſceperint, vel ſuſceptum ſemel penitus poſtea abnegarint. At, noſtra tempeſtate in ipſo Chriſtianarum regionum meditullio,quoſdam,qui ſe gloriæ Chriſti omnium maximos & ſinceriſſimos aſſertores venditarunt extitiſſe, qui Iudaicam & Gnoſticam hanc impietatem,tanto Martyrum ſanguine extinctam, ab Orco reuocarent,apud poſteros fidem vix inueniet, Caluinũ intelligo,qui Iudæis de nomine* עלמה *Haalmah, concedit,quod poſtulant,videlicet de adoleſcentula viro cognita intelligendum: & Oecolampadium Iudaicè & Gnoſticè transferentem:* Ecce adoleſcentula illa prægnans, & pariens filium: *atq; impurum Caſtalionem communi voce ad corruptam & incorruptam interpretantem:* Ecce puella prægnans filium pariet: *quos omnes ſequentibus rationibus coarguemus.*

1. *Tribus diuerſis vocabulis Hebræi eandem ferè rem*

 ſigni-

ſignificant, נערה Naarah, adoleſcentulam, ſed tam virginem quàm corruptam: בתולה Bethulah, virginem duntaxat deſignant, ſiue anus decrepita, ſiue adoleſcentula fuerit: העלמה Haalmah, quo matrem Meſſiæ hoc loco vocat Propheta, ſolummodò adoleſcentulam virginem, eamq́ue cum ἐπιτάσει intactam, hominibus abſconditam, & occultam, vt ipſum etymon indicat.

2. Deinde tribus tantùm locis in ſacris Hebræorum literis, העלמה Haalmah, cum litera ſeu articulo ה he, inuenitur: Geneſ. 24. cùm de Rebecca dicitur: Ecce ſto iuxta fontem aquæ, & erit Haalmah, id eſt, virgo egrediens ad hauriendum, &c. Secundò, Exod. 2. cùm de Maria ſorore Moſis ſcribitur: Et perrexit Haalmah, id eſt, virgo, & vocauit matrem infantis. Tertiò demùm apud Iſaiam hoc in loco: Ecce Haalmah. Si igitur duæ priores hoc nomine vocantur, quòd intactæ, abſconditæ, & viris non cognitæ eſſent, proculdubiò & tertia hæc, qua de agitur.

3. Accedit, quòd Septuaginta ſeniores illi genere & conuerſatione Hebræi, Hebraica & Græcæ linguæ peritia clari imprimis, pro Haalmah (vt cum Irenæo Iuſtinus Martyr, Hieronymusq́ue prudenter obſeruant) hoc loco tranſtulerunt ἡ παρθένος, quod omnibus citra controuerſiam, virginem ſignificat: & non ἡ νεᾶνις, quod adoleſcentulam, nec παιδίσκη, quod puellam ſimpliciter denotat.

4. Nec parum partes noſtras confirmat Ionathan Vſielis filius, paraphraſtes Chaldæus, vir inter Hebræos ſummi nominis & authoritatis, qui locum hunc reddidit, Ecce virgo. Conſentit etiam Euangelium Matthæi Syriaca lingua, id eſt, Hebraica dialecto vulgari primò ſcriptum, Iſaiæ locum ita reddens: Ecce enim virgo. Lingua quoque Punica (quæ profectò Arabica eſt) Haalmah propriè virgo appellatur: vt non ſine myſterio, totius mundi Redemptoris genitricis integritas, omnium linguis celebretur.

5. Demùm, vt quod tanquam inexpugnabile munimentum in hac re æſtimarunt cum Irenæo, Iuſtinus, Tertullianus, Baſilius, Cyrillus, Chryſoſtomus, Hieronymus nõ omittam, inſigne prodigium, miraculum retrò actis ſæculis inauditum, ſignumq́ue non vulgare; ſed Deo dignum, ac (vt Tertulliani verbis vtar) monſtruoſam aliquam nouitatem, diuinus vates Iudæis pollicebatur: cuius nullam prorſus rationem habet iuuenculæ deſponſatæ quotidianus prægnatus & partus. Cæterùm partem huius capitis in ſuam hiſtoriã tranſtulit Euſeb. lib. 5. cap. 8. vt ſupra adiecimus.

A

2. Theodotion ] Hunc circa ſecundi Commodi imperium agnitum Epiphanius ſcribit: Nauclerus, Bergomas, Sabellicus & Platina ſectatorem Tatiani, antequam in hæreſim incideret, initiò conſtituunt. Marcionis furores deinde inſequutum tradit Epiphanius, ſed poſtremò inſenſum & ipſum illius hæreſi, ad Iudæos declinaſſe, detractoq́ue præputio eorum linguæ, deinde & priuatæ Bibliorum interpretationi dediſſe operam. Ebionæũ appellat eundem Euſebius libr. 3. hiſt. cap. 8. Quem ſequutus Hieronymus inter hæreticos iudaizantes annumerat, illumq́ue multa myſteria Saluatoris ſubdola interpretatione celaſſe prodit. Refert in catalogum hæreticorum Auguſtinus; quòd Chriſtum ſolummodò hominem dixerit. *Præf. in Iob.*

3. Aquila. ] Hic duodecimo Hadriani anno ab Eccleſia proſcriptus fuit, quòd authore Epiphanio, aſtrologicis impenſius quàm Chriſtianũ decebat, addictus eſſet. Ignominiam hanc impotenti animo ferens, abnegato Chriſto, factusq́ue proſelytus, circuncidi ſe paſſus eſt, atq́ue inde contentioſo ſtudio, linguam Hebræam diſcit, & primus poſt Septuaginta, qui ante eum quadringentis & triginta annis apud Ptolemæum regem ſacra Biblia traduxerant, interpretari & ipſe tentauit, et in Chriſtianorum odium ex recepta lectione multa peruertit et corrupit; quale eſt hoc, quod adducit Irenæus. Idem exemplum ex Irenæo nominatim recitat Euſeb. lib. 5. hiſt. ca. 8. additq́ue hanc interpretationẽ anſam ſui erroris præbuiſſe Ebionitis. Hũc Aquilam diligentem & curioſum interpretem alicubi vocat Hieronymus, alibi verò contentioſum appellat, nec verba ſolùm, ſed etymologias quoq́ue verborum transferre conatum, atq́ue ita iure reijciendum. Comm. in 2. c. Oſe. & Epiſt. ad Pammachium. *Lib. de pōd.*

B

4. Suas ipſi comburere ſcripturas ] Tanto odio Chriſtiani nominis Iudæos flagraſſe ſcribit Iuſtinus martyr, vt ex ſacris Biblijs plurima deleuerint, quibus Chriſtum crucifixum, Deum verum & hominem eſſe, vnicũq́ue orbis redemptorem, & Meſſiam promiſſum, adeò diſertè docebatur, vt ea nullis gloſſematibus poſſent aliò detorquere: qualia ſunt quæ ibidem ſubnectit de Eſdra, Hieremia, & Pſalm. 95. è cuius verſu decimo deleuerunt A ligno, cùm prius eſſet, Dicite in Gentibus, quia Dominus regnauit à ligno. *In Dialog.*

C

5. Reliquas omnes gentes ] Tres has voces ex ve. cod. adiecimus, expungendo reliquos omnes.

## QVEMADMODVM INTERPRETATÆ ſunt Scripturæ in Græcam linguam, & quando.

D

### CAPVT XXV.

P[1]Rius enim quàm Romani poſſiderent[2] regnum ſuũ, adhuc Macedonibus Aſiam poſſidentibus, [3] Ptolemæus Lagi filius cupiens eam bibliothecam quæ à ſe fabricata eſſet in Alexandria, [4] omnium hominum dignis conſcriptionibus [ornare,] petijt à [Hieroſolymitis] in Græcum ſermonem interpretatas habere Scripturas eorum. Illi verò, [obediebant enim] tunc adhuc Macedonibus, eos quos habebant perfectiores Scripturarum intellectores, & vtriuſq; loquelæ[5] Septuaginta ſeniores miſerunt Ptolemæo, [facturos] hoc quod ipſe voluiſſet. Ille autem experimentum eorum ſumere volens, & metuens ne fortè conſentientes eam veritatem quæ eſſet in Scripturis, abſconderent per interpretationem, [6] ſeparans eos ab inuicem, iuſſit omnes eandem interpretari Scripturam, & hoc in omnibus libris fecit. Conuenientibus autem ipſis in vnum apud Ptolemęum, & comparantibus ſuas interpretationes, Deus glorificatus eſt, & Scripturæ verè diuinæ creditæ ſunt, omnibus can-



A eandem, & eiſdem verbis, & eiſdem nominibus recitantibus ab initio vſque ad finem, vti & præſentes Gentes cognoſcerent, quoniam per aſpirationem Dei interpretatæ ſunt Scripturæ, & non eſſe mirabile Deum hoc in eis operatum, quando in ea captiuitate populi, quæ facta eſt à Nabuchodonoſor, corruptis Scripturis, & poſt ſeptuaginta annos Iudæis deſcendentibus in regionem ſuam, & poſt deinde temporibus Artaxerxis Perſarum regis, inſpirauit Heſdræ ſacerdoti tribus Leui, [præteritorum] Prophetarum omnes rememorare ſermones, & [7] reſtituere populo eam legem, quæ data eſſet per Moyſem. *4 Reg. 25. Ierem. 39. & 52. 1. Eſdr. 1. 3. Eſdr. 2.*

*Euſebius libro 5. Hiſtor. cap. 8. hæc citat.*

Πρὸ γὰρ τοῦ ῥωμαίους κρατῦναι τὴν ἀρχὴν αὐτῶν, ἔτι τῶν μακεδόνων τὴν ἀσίαν κατεχόντων, πτολεμαῖος ὁ λάγου φιλοτιμούμενος τὴν ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθεῖσαν βιβλιοθήκην ἐν ἀλεξανδρείᾳ, κοσμῆσαι τοῖς πάντων ἀνθρώπων συγγράμμασιν, ὅσα γε σπουδαῖα ὑπῆρχεν, ᾐτήσατο παρὰ τῶν ἱεροσολυμιτῶν εἰς τὴν ἑλληνικὴν διάλεκτον σχεῖν αὐτῶν μεταβεβλημένας τὰς γραφάς. οἱ δὲ, ὑπήκουον γὰρ ἔτι τοῖς μακεδόσι τότε, τοὺς παρ' αὐτοῖς ἐμπειροτάτους τῶν γραφῶν καὶ ἀμφοτέρων τῶν διαλέκτων, ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρους ἔπεμψαν πτολεμαίῳ, ποιήσαντος τοῦ θεοῦ ὅπερ ἐβούλετο. ὁ δὲ, ἰδίᾳ πεῖραν αὐτῶν λαβεῖν θελήσας, εὐλαβηθείς τε μήπως ἄρα συνθέμενοι, ἀποκρύψωσι τὴν ἐν ταῖς γραφαῖς διὰ τῆς ἑρμηνείας ἀλήθειαν, χωρίσας αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ἐκέλευσε τοὺς πάντας τὴν αὐτὴν ἑρμηνείαν γράφειν. καὶ τοῦτ' ἐπὶ πάντων τῶν βιβλίων ἐποίησε. συνελθόντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ παρὰ τῷ πτολεμαίῳ, καὶ συναντιβαλόντων ἑκάστου τὴν ἑαυτοῦ ἑρμηνείαν, ὁ μὲν θεὸς ἐδοξάσθη, αἱ δὲ γραφαὶ ὄντως θεῖαι ἐγνώσθησαν, τῶν πάντων τὰ αὐτὰ ταῖς αὐταῖς λέξεσι καὶ τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασιν ἀναγορευσάντων ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους, ὥστε καὶ τὰ παρόντα ἔθνη γνῶναι, ὅτι κατ' ἐπίπνοιαν τοῦ θεοῦ εἰσὶν ἡρμηνευμέναι αἱ γραφαί· καὶ οὐδέν γε θαυμαστὸν τὸν θεὸν τοῦτο ἐνηργηκέναι, ὅς γε καὶ ἐν τῇ ἐπὶ Ναβουχοδονόσορ αἰχμαλωσίᾳ τοῦ λαοῦ, διαφθαρεισῶν τῶν γραφῶν, καὶ μετὰ ἑβδομήκοντα ἔτη τῶν ἰουδαίων ἀνελθόντων εἰς τὴν χώραν αὐτῶν. ἔπειτα ἐν τοῖς χρόνοις ἀρταξέρξου τοῦ περσῶν βασιλέως, ἐνέπνευσεν ἔσδρᾳ τῷ ἱερεῖ ἐκ τῆς φυλῆς λευὶ, τοὺς τῶν προγεγονότων προφητῶν πάντας ἀνατάξασθαι λόγους, καὶ ἀποκαταστῆσαι τῷ λαῷ τὴν διὰ μωσέως νομοθεσίαν.

*Interprete Ioanne Chriſtophorſono.*

Antequam Romani ſummum totius orbis obtinerent imperium, Aſia adhuc Macedonũ ditioni ſubiecta, Ptolemæus, Lagi filius, magno ſtudio incenſus, bibliothecæ, quam Alexandriæ exſtruxerat, omnium ſcriptorum libris, qui erant accuratè elaborati, exornandæ, poſtulauit à Hieroſolymitanis, vt ipſorum ſcripturas ab Hebraico ſermone in Græcum conuerſas habere poſſet. Illi verò (adhuc enim Macedonum paruerunt imperio) Septuaginta ſeniores, cùm ſacrarum literarum, tum vtriuſque linguæ inter ipſos facilè peritiſſimos, ad Ptolemæũ, quò illud quod ab eo erat poſtulatũ, plenè exequerentur, miſerunt. Ille autem ſeparatim de illis periculum facere cupiens, cautione quidem adhibita, ne fortè in vno loco conſtituti, communi conſenſu veritatem ſcripturarum ſua interpretatione occultarent, eos ab ipſis mutuo ſemouit, mandauitque vt ſinguli eundem ſcripturæ librum interpretarentur. Atque idem ipſum in omnibus libris præſtitit. Tandem verò cùm coram Ptolemæo in vnum cõueniſſent, & ſuam quiſq; cum alijs conferret interpretationem, ibi & Dei gloria magnopere erat illuſtrata, & illæ ſcripturæ verè diuinæ propterea cognitæ, quòd ſinguli interpretes eas non ſolùm ijſdem ſententijs, ſed ijſdem omnino verbis à principio ad finẽ vſq; expreſſiſſent: adeò vt Gẽtes, q̃ præſto aderãt, illas ſcripturas inſtinctu diuino explicatas faterẽtur. Nec mirum ſanè eſt, Deum iſtud effeciſſe, qui etiam, cùm ſcripturę, dum populi Iſraelitici captiui ſub Nabuchodonozor tenebantur, penitus interijſſent, & Iudęi poſt annos 70. in patriã redijſſent, deinceps temporibus Artaxerxis, Eſdram ſacerdotem ex tribu Leui diuino Spiritus ſui afflatu incitauit, vt cùm libros omniũ Prophetarũ, qui antegreſſi fuiſſent, de integro conſcriberet, tũ legẽ à Moyſe promulgatã populo de integro reſtitueret.

D

Cùm tanta igitur veritate & gratia Dei interpretatæ ſint Scripturæ, ex quibus præparauit, & reformauit Deus fidem noſtram, quæ in Filium eius eſt, & ſeruauit nobis ſimplices Scripturas in AEgypto, * in qua adoleuit & domus Iacob, effugiens famem, quę fuit in Chanaan: in qua & Dominus noſter ſeruatus eſt, effugiens eam perſequutionem, quæ erat [ab] Herode: & hæc earum Scripturarum interpretatio, priuſquam Dominus noſter deſcenderet facta ſit, & antequam Chriſtiani oſtenderentur, interpretata ſit. Natus eſt [enim] Dominus noſter, [8] circa primum & quadrageſimum annum Auguſti imperij, multò autem vetuſtior fuit Ptolemæus, ſub quo interpretatæ ſunt Scripturæ: verè impudorati & audaces oſtenduntur, qui nunc volunt aliter interpretationes facere, quando ex ipſis Scripturis [arguuntur] à nobis, & in fidem aduentus Filij Dei concludãtur. Firma eſt autem, & non ficta, & ſola vera, quæ ſecundùm nos eſt fides, manifeſtam oſtenſionem habens ex his ſcripturis, quæ interpretatæ ſunt illo modo quo prædiximus, & Eccleſiæ annunciatio ſine interpolatione. Etenim Apoſtoli cùm ſint his omnibus vetuſtiores, conſonant prædictæ interpretationi, & interpretatio con-

*[4] quando Leui* — *Gen. 46. Actor. 7. Matth. 2. 13.*

A tio conſonat Apoſtolorum traditioni. Etenim Petrus, & Ioannes,[9] & Matthæus, & Paulus, & reliqui deinceps, & horum ſectatores, Prophetica omnia ita annuntiauerunt, quemadmodum ſeniorum interpretatio continet. Vnus enim & idem Spiritus Dei, qui in Prophetis quidem præconauit quis, & qualis eſſet aduentus Domini, in Senioribus autem interpretatus eſt bene, *quæ bene prophetata *fuerant: ipſe & in Apoſtolis annunciauit plenitudinem temporum adoptionis veniſſe, & proximaſſe regnũ cælorum, & inhabitare intra homines credentes in eum, qui ex Virgine natus eſt Emmanuel. *quia *fuerunt

ANNOTATIONES.

1. Prius enim quàm Romani] *Ab hoc Ptolemæo vſq; ad obſidionem primam Hieroſolymorum ab exercitu Romano, duce Pompeio, Olympiadas 54. quæ annos 136. efficiunt, numerat Euſeb. in Chronico.*

2. Regnum ſuum] *Ve.co.* Regnum Dei, *id eſt, terram toties beatorum Patriarcharum poſteritati promiſſam. Euſebius habet:* Antequam Romani ſummum totius orbis obtinerent imperium, &c. *vſque ad illud:* Cum tanta igitur veritate, *& cæt. Eius porrò authoritate, & conſenſu vet.cod.* ornare, *pro* compleri; Hieroſolymitis, *pro* Hieroſolymis; obediebant enim, *pro* qui obaudiebant; *reſtituimus & immutauimus.* (Lib.5. hiſt.)

3. Ptolemæus Lagi filius.] *Tertullian. hunc Philadelphum cognominat, ſimulq; appellat Ptolemæorum eruditiſſimum. Epiphanius notat hoc factum fuiſſe anno regni eius decimoſeptimo: etenim Nicephorus Conſtantinop. eum XXXVIII. annis imperaſſe ſcribit, in Chronologia.* (Apol. ca. 18.)

4. Omnium hominum] *Ioſephus 50000. voluminum eam bibliothecam habuiſſe ſcribit, 12. Antiq. cap. 2. vbi & totam hiſtoriam accuratè perſequitur. Ariſtæas apud Euſebium lib.8. de Præparatione euangelica, cap.1. refert Demetrium Phalereum bibliothecæ præfectum regium interrogatum à Rege, quot iam libri in bibliothecis eſſent, reſpondiſſe;* Plures quàm ducenta millia, ſed breui tempore non fore pauciores quingentis millibus.

5. Septuaginta ſeniores] *Non defuerunt qui litem mouerint de horum numero, dicentes tantùm LXX. fuiſſe, non LXXII. propterea quod ita recenſeantur tum ab Irenæo, tum à plurimis alijs authoribus. Verùm, attendant velim illud breuitatis cauſa fieri, quemadmodum LXXII. diſcipuli præter Apoſtolos à Chriſto miſſi, communius LXX. dicuntur: cùm tamen ex Euangelio, Auguſtini & Bedæ interpretatione, ac Epiphanio hos nominatim recenſente, Clementis deniq;, qui horum partem vidit, Conſtitutionum Apoſt. lib.2. cap.59. verè Septuaginta & duo fuiſſe extra omnem dubitationem ſit. Adhæc, cum Eleazarus tum ſummus Ieroſolymorum Pontifex, ex qualibet gentis ſuæ tribu ſex viros ad hoc elegerit ac miſerit, ſenarius autem numerus duodecies multiplicatus, LXXII. conficiat, certus eſt ſeptuaginta et duorum interpretum numerus. Ariſtæas deniq; eiuſdem Ptolemæi à ſecretis, tot ſe vidiſſe, admiſiſſe, fouiſſe ſcriptis teſtatur: quinetiam ſingulorum nomina per tribus ſuas ita perſcribit. Ex tribu Iuda, inquit, Ioſeph, Ezechias, Zacharias, Ioannes, Ezechias, Eliſeus. Ex tribu Ruben, Iudas, Simõ, Samuel, Adeus, Mathias, Eſchemias. Ex tribu Gad, Nehemias, Ioſeph, Theodoſius, Baſeas, Ornias, Datis. Ex tribu Aſer, Ionathas, Auxeas, Eliſeus, Ananias, Chabrias, Sachus. Ex tribu Nephtalim, Iſaac, Iaacob, Ieſus, Gabareus, Simon, Leui. Ex tribu Manaſſe, Iudas, Ioſeph, Simon, Zacharias, Ioannes, Ionathas. Ex tribu Simeon, Sabatheus, Iaſon, Ieſus, Theodorus, Ionas, Ionathan. Ex tribu Leui, Theodoſius, Iaſon, Ieſus, Theodorus, Ionas, Ionathas. Ex tribu Iſachar, Theophilus, Abraham, Arſamis, Endemias, Daniel, Some. Ex tribu Zabulon, Ieremias, Eleazar, Zacharias, Baneas, Eliſeus, Datheus. Ex tribu Ephraim, Samuel, Ioſephus, Iudas, Ioathes, Chabel, Doſitheus. Ex tribu Beniamin, Iſrael, Ioannes, Theodoſius, Arſamenes, Abietas, Ezecel. Et de his hactenus.*

B *Sunt quoq; etiam hoc ſæculo, qui contendunt eos tantummodo Legem, id eſt, quinque libros Moſis, ex Hebræis Græcos feciſſe: iſtudque ſenſiſſe putant Ariſtæam, Ioſephum, & quoſdam Talmudicos. Falluntur porrò, quoniam hi nomine Legis vniuerſam veteris Teſtamenti Scripturam intelligunt, ſicut & Chriſtus Dominus noſter de ea loquitur, Ioannis 10. 34. & 15. 25. Præterea, Philo ac Epiphanius huius rei diligentiſſimi indagatores, diſertè teſtantur vniuerſum vetus Teſtamentum, quod apud Iudæos 22. ſacris libris ſeruabatur, ab his in linguam Græcam tranſlatum eſſe. Neque eſt veriſimile Regem omnium librorum tam auidum & curioſum, tot reliquorum clariſſimorum Prophetarum libros neglexiſſe, ſolis quinque vnius Moſis contentum. Poſtremò, cùm nulli ab his LXXII. reperiantur veteris Teſtamenti interpretes, vſque ad Aquilam, qui ſub Adriano Imperatore vixit; & ante hunc Apoſtoli alijque Apoſtolici viri alios à Moſe Prophetas, tanquam ex Græca tralatione citent frequentiſſimè: non eſt profectò dubitandum vniuerſum vetus Teſtamentum ab illis LXXII. Græco ſermone donatum eſſe.* C

*Neque prætermittendum, tantam olim fuiſſe huius tranſlationis LXXII. etiam inter Iudæos authoritatem, vt, Philone teſte, plurimi eorum ſingulis annis in inſulam Pharum traijcerent, & celebri ſolemnitate locum honorarent, in quo primùm edita eſſet tam mirabilis Legis diuinæ interpretatio. Ideo & in horum calendario, die octaua menſis Tebet, id eſt, Decembris, ſignatur ieiunium, quòd illo die Lex in Græcum verſa ſit tempore Ptolemæi regis, & tenebræ, vt aiunt, triduo totum mundum occupauerint.*

*Deniq;, priſci Eccleſiæ Doctores Iuſtinus, Tertull. Epiphanius, Auguſtinus, vnà cum Irenæo nihil dubitarunt affirmare hos LXXII. ſeniores Spiritu prophetico hac in re inſtructos atque munitos fuiſſe, quando tam ſtupendo miraculo omnes in eaſdem dictiones, periodos, & ſententias conuenerint, oracula obſcuriora de Chriſto tam aptè expreſſerint, & ab Apoſtolis, tota demum priſca Eccleſia Chriſtiana admiſſi probatique fuerint. Tametſi non diffiteamur tam vetuſtate, quàm exſcribentium plurimorum oſcitantia vel ignorantia multis in locis illorum interpretationem poſtea vitiatam eſſe, adeò vt à Luciano, Heſychio, Origene, dein beato Hieronymo exinde emendanda fuerit. Diuina tandem prouidentia, & doctiſſimorum virorum nunquam ſatis laudandis laboribus, nouiſſimè correctam, authoritateque Eccleſiæ Romanæ probatam, & excuſam, in lucem gratulantur pij omnes hoc tempore exiuiſſe. Atque hæc pro loco ſufficiant.* D

6. Separans eos ab inuicem] *Iuſtinus Martyr ſcribit*



A *ſcribit ſeptuaginta cellularum veſtigia, in quibus ſeparatim tranſtulerunt, Alexandriæ ſeſe conſpexiſſe, à quo non diſſentiunt Cyrillus Ieroſ. Catecheſi 4. Tertullianus cap. 19. Apolog. Euſebius lib.8. de Præparat. Euangel. ca.1. Hylarius: Chryſoſtomus: Theodoretus: Auguſtinus 2. de Doctrina Chriſt. cap.15. & libr.18. de ciuitate cap.42. Quin & prophetico, id eſt, diuino ſpiritu præditos fuiſſe hos interpretes, non dubitat idem Auguſtinus 15. de Ciuitate capite decimoquarto, & lib.18. capite quadrageſimo tertio: licet interdum Hebraicæ veritatis amore, ſit illis infeſtior Hieronymus.* (In Dialogo, & Apol. 2.)

7. Reſtituere populo eam legem] *Magno conſenſu antiquiſſimi Scriptores hanc ſententiam ſuis calculis probant, velut Baſilius epiſtol. ad Chilonem, Clemens lib.1. Strom. Hieronymus lib. adu. Heluidium, Iſidorus li. 6. Etymol. Sed vnius Tertulliani verba hic annotaſſe ſufficiet.* Hieroſolymis (*ait*) Babylonica expugnatione deletis, omne inſtrumentum Iudaicæ literaturæ per Eſdram conſtat reſtauratum, *lib. de habitu muliebri, ca.3.*

8. Circa primum] *Subſcribit Tertull. libr. contra Iudæos; Euſeb. in hiſtor. & Chronico, anno 42. quem ſequitur Epiph. contra hæreſ. 78. Ptolemæus ergo trecentis plus minus annis hoc tempus præceſſerat.*

9. Et Matthæus] *Hieronymus veritati Hebraicæ impensè deuotus, ſubmonet Matthæum aliquando non ſequi Septuaginta tranſlatorum authoritatem, ſed Hebraicam, vt illa duo:* Ex Aegypto vocaui filium meũ. *&* Nazaræus vocabitur, *indicant, libro de viris illuſtribus, & Comment. in 2. cap. Matth.*

B

## *OSTENSIO QVONIAM VIRGO IN vtero accipiet, & non adoleſcentula.*

## CAPVT XXVI.

Q[1]Vemadmodum ipſi teſtificantur, quoniam priuſquam conueniſſet Ioſeph cum Maria, manente igitur in ea virginitate, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto, & quoniam dixit ei Gabriel Angelus, Spiritus ſanctus adueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit te, quapropter quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei: & quoniam Angelus in ſomnis dixit ad Ioſeph: Hoc autem factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt ab Eſaia Propheta. Ecce, Virgo[2] in vtero] concipiet. Seniores autem ſic interpretati ſunt dixiſſe Eſaiam. Et adiecit Dominus loqui ad Achas. Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo[3] in profundum inferni, aut in excelſum ſupra. Et dixit Achas: *Non petam, & non tentabo Dominum. Et dixit. [4] Num puſillum vobis agonem præbere hominibus, & quemadmodũ Dominus præſtat agonem? Propter hoc Dominus ipſe donabit vobis ſignum. Ecce, Virgo in ventre accipiet, & pariet filium, & *vocabis nomen eius Emmanuel: butyrum & mel *manducabit, priuſquã cognoſcat, aut eligat mala,[5] communicabit bonum, quoniã priuſquam cognoſcat infans] bonum vel malum, non conſentiet nequitiæ, vti eligat bonũ. Diligẽter igitur ſignificauit Spiritus ſanctus, per ea quæ dicta ſunt, generationem eius quæ ex Virgine, & ſubſtantiam, quoniam Deus.[6] Emmanuel enim nomen hoc ſignificat: & manifeſtat, quoniam homo, in eo quod dicit, Butyrum & mel manducabit, & in eo quod infantem nominat eum, & priuſquam cognoſcat bonum & malum: hæc enim omnia [ſigna] ſunt hominis infantis. Quod autem non conſentiet nequitiæ, vt eligat bonum, proprium hoc eſt Dei, vti non per hoc quod manducat butyrum & mel, nudè ſolummodò eum hominem intelligeremus, neque rurſus per nomen Emmanuel, ſine carne eum Deum ſuſpicaremur.

(Matth. 1. 18. — Luc. 1. 35. — Iſaie 7. 11. — *Non poſtulabo, nec — C — *vocabitis — *comedet.)

ANNOTATIONES.

D

1. Quemadmodum & ipſi] *Non fuiſſet hoc initium capitis niſi colo dirimendum à ſuperiore: quod tamen ne Lectoribus, præcedentibus ſectionibus aſſuetis moleſtum eſſet, maluimus indicare, quàm tranſponere. Confirmat autem oraculum Iſaiæ de Virgine Emmanuelem paritura, in beatiſſima Maria Chriſtum noſtrum enixa completum eſſe. Miraculum porrò repromiſſum, nullum fuiſſet, niſi planè virgo integra inuiolataque peperiſſet. Cæterùm, Heluidij nefarium errorem, ex huius Euangelij loco perperam intellecto, natum, doctè & acriter refellunt Hieronymus, Chryſoſtomus, & Hildephonſus Toletanus.*

2. In vtero] *Hoc ex vet.cod. addidimus, cùm idem apertè habeat Euangelium Matth.1.cap.*

3. In profundum inferni] *Vet.cod.* In profundum deorſum, aut in altitudinem ſurſum. *Quã putarim germanam eſſe Irenæi lectionem, cùm ita habere Septuaginta indicet Hieronymus; quorum lectionem hanc cum Irenæo amplexantur veteres, Iuſtinus in Dial. Cyprianus lib.2. adu. Iudæos cap.9. Baſilius, & Cyrillus in hunc Iſaiæ locum, & Ambroſius ſermone 8. in Pſalm. 118.*

4. Num puſillũ vobis] *Quia ſic habebant omnes codices, nihil immutauimus. Sanctes ex Hebræo:* Nunquid parum eſt vobis labore afficere homines, quia labore afficitis & Deum meum? *Tertull. lib. contra Iudæos:* Non puſillum vobis certamen cũ hominibus, quoniam Deus præſtat certamen? *Cyprianus libro ſecundo aduerſus Iudæos, capite nono.* Num puſillum vobis certamen cum hominibus, quoniam Deus præſtat agonem? *Eadem etiam habet epiſtol. ad Martyres & Confeſſores de Mappalico.*

5. Communicabit bonum] *Sex has voces ex veteri codice reſtituimus: deleuimus vnicam,* commutauit. *Iuſtinus Martyr ita habet:* Butyrum & mel edet, (In Dialogo.)

edet, priuſquam dignoſcat malum, eliget bonum: quia priuſquàm dignoſcat malum à bono, reijciet malum vt bonum eligat. *Præclara eſt huius loci alioqui ſatis obſcuri, periphraſis apud Hieronymum commentarijs in 7. Eſaiæ, qua monet infantiam humani corporis, diuinæ Chriſti ſcientiæ non præiudicaſſe.*

6. Emmanuel enim nomen ] *Hebraicū nomen eſt compoſitum ex* עמנו *Himmanu, id eſt, nobiſcum, &* אל *El, Deus: vnde conſtat Chriſtum Deum eſſe in carne manifeſtatum. Quo pacto autem Chriſto Ieſu hoc nomen conueniat, & quid Iudæis ea de re obſtrepentibus reſpondendum ſit, diſſerunt Iuſtinus Martyr Quæſt. 135. ad Orthod. & Tert. lib. contra Iudæos.* A

## *QVID EST QVOD DICTVM EST A Dauid, De fructu ventris tui ponam in throno meo.*

### CAPVT XXVII.

*Eſaiæ 7. 13. Pſal. 131. 11.* [1]ET in eo quod dicit, Audite domus Dauid, ſignificantis erat, quoniam quem promiſit Deus Dauid, de fructu ventris eius æternum ſuſcitaturum ſe regem, hic eſt qui ex Virgine, quæ fuit de genere Dauid, generatus eſt. B

*Theodoretus Dialogo 1. hæc citat.*

Καὶ ἐν τῷ εἰπεῖν, ἀκούσατε δὴ οἶκος Δαβίδ, σημαίνοντος ἦν, ὃν ἐπηγγείλατο τῷ Δαβὶδ ὁ Θεὸς, ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας αὐτοῦ, αἰώνιον ἀναστήσειν βασιλέα. Οὗτός ἐστιν ὁ ἐκ τῆς Δαβὶδ παρθένου γενόμενος.

*Interprete Iacobo Billio.*

Quin etiã cùm his verbis vteretur, Audite domus Dauid, hoc ſignificabat, quod ſempiternus ille rex, quem Deus Dauidi de ventris ipſius fructu excitaturum ſe receperat, hic ipſe eſt, qui ex Virgine, quę à Dauide ortum traxit, natus eſt.

Propter hoc enim & de fructu ventris eius regem promiſit, quod erat proprium Virginis prægnantis, & non de fructu lumborum eius, nec de fructu renum eius, quod eſt proprium viri generantis, & mulieris ex viro conceptionem facientis. Circumſcripſit igitur genitalia viri in promiſſione Scriptura: imò verò nec commemoratur, quoniã nõ ex * voluntate viri erat, qui naſcebatur. Statuit aũt & confirmauit fructum ventris, vt generationem eius, qui erat futurus ex Virgine pronunciaret, quemadmodũ Elizabeth impleta Spiritu ſancto teſtificata [eſt] dicens ad Mariam: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui, ſignificante Spiritu ſancto audire volentibus, repromiſſionem quam repromiſit Deus, de fructu ventris eius ſuſcitare regem, impletam eſſe [in] Virginis, hoc eſt in Mariæ, partu. Qui igitur tranſmutant id quod apud Eſaiam: Ecce, adoleſcentula in ventre concipiet, & Ioſeph filium eum volunt eſſe: illud tranſmutent, quod eſt repromiſſionis, quod apud Dauid poſitum eſt, vbi promiſit illi Deus, de fructu ventris ſuſcitare cornu Chriſti * regis. Sed non intellexerunt. Cæterùm etiam hoc quoque auſi fuiſſent demutare. Quòd autem dixerit Eſaias: In profundum deorſum, vel in altitudinem ſurſum, ſignificantis fuit, quoniam qui deſcendebat, ipſe erat & qui aſcendebat. In eo autem quòd dixerit: Ipſe Dominus [2]dabit ſignum, id quod erat inopinatum generationis eius * ſignificabat, quòd nec factum eſſet aliter, niſi Deus Dominus omnium Deus ipſe dediſſet ſignum in domo Dauid. [3]Quid enim magnum, aut quod ſignum fieret in eo quòd adoleſcentula concipiens ex viro peperiſſet, quod euenit omnibus quæ pariũt mulieribus? Sed quoniam inopinata ſalus hominibus inciperet fieri, Deo adiuuante, inopinatus & partus Virginis fiebat, Deo dante ſignum hoc, ſed non homine operante illud.

*Luc. 1.* — C * voluptate — *Iſaiæ 7. 11.* — * regnum. — *Epheſ. 4. 10.* — * ſignificauit. — D

### ANNOTATIONES.

1. Et in eo quod dicit ] *Hic locus ex Irenæo habetur apud Theodor. Dialog. 1. Demonſtrat autem facta Dauidi de Chriſto promiſſa in Virgine Maria completa eſſe: & Chriſtum per eam verum eſſe filium Dauid; Ebionitarum labefactata impia interpretatione.*

2. Dabit ſignum ] *Expunximus* dedit *aut. ve. co.*

3. Quid enim magnum ] *Rabbinorum quidam de rege Ezechia hoc Iſaiæ vaticinium exponunt: ſed iã tunc annos circiter quindecim natus erat. Alij fingunt obſcuro cuipiam filiorum Achaz; alij verò eiuſdem Prophetæ filio illud conuenire: ſed nullus eorum fuit Himmanuel, nec terram vniuerſam ſuo imperio ſubiectam habuit, ſicuti puer ille, quem paulò poſt idem Propheta conſtituit terræ Dominum. Laudat igitur Propheta inſigne & inuſitatum Dei miraculum; quod de vulgari mulierum cõceptu (vt acutè vidit Irenæus) nequaquam faceret. Eadem ratione Tryphonem cum aſſeclis vrget Iuſtinus:* Si vulgari more primogenitorũ *(ait)* naſciturus erat ex coitu cur tanquam prodigiũ pollicetur, quod commune eſt primogenitis omnibus? *Eodem modo Tertull. lib. contra Iudæos. Baſil. hom. de Natali Domini. Cyrillus Ieroſ. Catech. 12.* *In Dialogo.*

QVID



## A *QVID EST APVD DANIELEM LAPIS ſine manibus exciſus.*

### CAPVT XXVIII.

PRopter hoc [autem] & Daniel præuidens eius aduentum, lapidem ſine manibus abſciſſum aduenisse in hunc mundum: [1]hoc eſt enim quod ſine manibus ſignificabat, quod non operãtibus humanis manibus, hoc eſt, virorum illorum qui ſolent lapides cædere, in hunc mundum eius aduentus erat, id eſt, non operante in eum Ioſeph, ſed ſola Maria cooperante * diſpoſitione. Hic enim lapis à terra, & ex virtute & arte conſtat Dei. Propter hoc autem & Eſaias ait. Sic dicit Dominus: Ecce, ego mitto in fundamenta Sion lapidem pretioſum, electum, ſummum, angularem, honorificum: vti non ex voluntate viri, ſed ex voluntate Dei, aduentum eius, qui ſecundùm hominem eſt, intelligamus.

*Daniel. 2. 34.* — * diſpoſitioni. — *Iſaiæ 28. 16.* — B

### ANNOTATIONES.

1. Hoc eſt enim quod ſine manibus ] *Ita Danielis admirabile vaticinium, ante Irenæum Iuſtinus in Dialogo; & poſt vtrumque Tertullianus lib. adu. Iudæos: & lib. 3. & 4. aduerſus Marcion. Hieronymus in 2. caput Danielis; Auguſtinus tractatu 7. & 9. in Ioannem; & ex Græcis Origenes, & Baſilius ad Chriſti Domini ex intacta Virgine natiuitatem, non minus piè quàm eleganter accommodarunt. Quibus fit, vt ſatis nequeam mirari detestariq́;, Caluini Iudaicam planè impietatem, ſcribentis, hæc verba prorſus abſurdè de Filij Dei natiuitate ex Maria Virgine intelligi.*

## C *QVARE VIRGA MOYSI PROIECTA, * coluber facta eſt.*

* ſerpens factus eſt.

### CAPVT XXIX.

P[1]Ropter hoc autem & Moyſes oſtendens typum, proiecit virgam in terram, vt ea incarnata omnem AEgyptiorum præuaricationem, quæ inſurgebat aduerſus Dei diſpoſitionem, argueret & abſorberet: & vt ipſi AEgyptij teſtificarentur, quoniam digitus eſt Dei, qui ſalutem operatur populo, & non Ioſephi filius. Si enim Ioſeph filius eſſet, [2]quemadmodum plus poterat quàm Salomon, aut plus quàm Iona habere: aut plus eſſe Dauid, cùm eſſet ex eadem ſeminatione generatus, & proles exiſtens ipſorum? Vt quid autem & beatum dicebat Petrum, quòd cum cognoſceret eſſe Filium Dei viui? [3]Super hęc] autem nec rex eſſe poſſet, ſi quidem Ioſeph filius fuiſſet, nec hæres, ſecundùm Hieremiam.

*Exod. 7. 10.* — *Matth. 12. 41. & 42.* — D — *Matt. 16. 17.*

### ANNOTATIONES.

1. Propter hoc autem ] *Virgæ Moſaicæ transformationem, aduentum Filij Dei in carnem præſignificaſſe cum Irenæo ſentiunt etiam plerią; antiquorum; quorum verba, hunc locum explicabunt. Iſidorus:* Virga in ſerpente, Chriſtus in morte: expauit & fugit Moſes, mortuus eſt Chriſtus, & expauerunt diſcipuli, & fugerunt. *Ambroſius lib. de Salomone.* Moſes virgam proiecit in terram, quæ & ipſa imago erat corporis Domini, ideo omnium Aegyptiorum poteſtatem abſorbuit. *Pluribus verbis adhuc iſthæc perſequitur in Pſal. 118. & lib. 3. Offic. cap. 14. Subſcribunt ei Auguſtin. ſerm. 86. de tempore; Gregor. Niſſe. lib. de vita Moſis; Gregorius Roma. Proſper Aquitanicus; Beda, Rupertus.*

2. Quemadmodum ] *Hunc locum ita videtur æmulari Tertull.* Non competebat ex ſemine humano Dei filium naſci, niſi totus eſſet filius hominis, non eſſet & Dei filius, nihilque haberet amplius Salomone, & amplius Iona, & de Ebionis opinione credendus erat. *Lib. de carn. Chriſti.*

3. Super hæc autem ] *Hoc eſt, præterea, adhæc.* πρὸς τούτοις.

OSTEN-

# *OSTENSIO QVOD SI JOSEPH FILIVS fuiſſet Dominus, non rex eſſe potuiſſet.*

A

## CAPVT XXX.

Matth. 1. 12. Ieye. 22. 24. IOſeph enim Ioacim & Iechoniæ filius oſtenditur, quemadmodum & Matthæus generationem eius exponit.[1] Iechonias autem, & qui ab eo omnes, abdicati ſunt à regno, Hieremia dicente ſic, Viuo ego, dicit Dominus, ſi factus fuerit Iechonias filius Ioacim, rex Iuda, ſignaculum in manu dextera mea, inde abſtraham eum, & tradam eum in manu quærentium animam eius. Ierem. 22. 28 & 29. Et iterum, Inhonoratus eſt Iechonias, quemadmodum vas quod non eſt opus, quoniam proiectus eſt in terram, quam non ſciebat. Terra audi ſermonem Domini, ſcribe virum hunc abdicatum hominem, quoniam non augebit de ſemine eius ſedens ſuper thronum Dauid, princeps in Iuda. Et iterum, Deus ait ſuper B Ierem. 36. 30 Ioacim patre eius. Propter hoc, ſic dicit Dominus ſuper Ioacim patrem eius[2] regem Iudææ. Non enim erit ex eo ſedens ſuper thronum Dauid, &[3] mortificatum [eius] erit proiectum in æſtu diei, & in glacie noctis, & reſpiciam ſuper eum, & ſuper filios eius, & inferam ſuper eos, & ſuper inhabitantes] Hieruſalem, ſuper terram Iuda, omnia mala, quæ loquutus ſum ſuper eos. Qui ergo eum dicunt ex Ioſeph generatũ, & in eo habere ſpem, abdicatos ſe faciunt à regno, ſub maledictione & increpatione decidentes, quæ erga Iechoniam, & in ſemen eius eſt. Propter hoc enim dicta ſunt hæc de Iechonia, Spiritu præſciente ea quæ à malis doctoribus dicuntur, vti diſcant quoniam ex ſemine Pſalm. 131. 11 eius, id eſt, ex Ioſeph, non erit natus, ſed ſecundùm repromiſſionem Dei, de ventre Dauid ſuſcitatur rex æternus, qui recapitulat omnia in ſe.

### ANNOTATIONES.

1. Iechonias autem] *Sixtus Senenſis vir perdoctus & accuratus, ſcribit, Anabaptiſtas, hoc tã Ieremiæ quàm Irenæi teſtimonio abuti, vt probent Matthæum Euangeliſtam aberraſſe in recenſenda Chriſti genealogia, quaſi à regibus Iuda & Dauide ortus eſſet per Iechoniam, Salathielem, & Zorobabelem: quando ex ſuperioribus Ieremiæ ac Irenæi locis conſtet Iechoniam, qui & Ioacim, in captiuitate Babylonica ſine liberis mortuum; in eodemq́; extinctam omnem ſtirpem regiam. Reſpondet verò illos tantummodo loqui de abdicatione à regno, ſeu orbitate imperij: non de omnimoda ſterilitate ſeu orbitate prolis, quod ex eiuſdem Ieremiæ verbis iſtis clarum euadit:* Scribe hũc virum abdicatum hominem, quoniam non augebit de ſemine eius ſedẽs ſuper thronum Dauid, princeps in Iuda. *Quod autem in Babylone genuerit Salathielem, vnde natus ſit Zorobabel, præter quod ex libr. 1. Eſdræ cap. 3. verſic. 2. & Matthæi cap. 1. 12. conſtanter aſſeritur, Philo in ſecundo Chronographiæ teſtatur, Euilmerodach eduxiſſe Ioacim cognomento Iechoniam de carcere, & in honorem habuiſſe. Datum autem ei filium Meſezebeel, cognomento Salathiel, qui anno decimoſeptimo poſt ſolutam captiuitatem dux fuit populi, à quo & Zorobabel.*

C

2. Regem Iudææ] *Id eſt, tribus Iudæ & Beniamin, non totius Iſraelis.*

3. Mortificatum eius] *Cadauer ipſius Ioacim, de quo Ierem. 22.* Sepultura aſini ſepelietur, & putrefactus, & proiectus extra portas Ieruſalem. *Vult autem Irenæus, quia prædictum erat neminem ex ſemine Ioacim, ex quo Ioſeph ſponſus beatæ Mariæ oriundus erat, ſeſſurum ſuper ſolium Dauidis, Ieſum Chriſtum ſi ab illo genitus fuiſſet, non potuiſſe in eo ſedere, iuxta verbum Angeli, Luc. 1. Paulò poſt* inhabitantes *poſuimus, pro* inhabitantem, *auth. vet. cod.*

# *OSTENSIO QVONIAM PER QVÆ proiectus eſt homo de Paradiſo, per hæc iterum intrat in paradiſum.*

D

## CAPVT XXXI.

Rom. 5. 19. E[1]T antiquam plaſmationem in ſe recapitulatus eſt. Quia quemadmodum per inobedientiam vnius hominis, introitum peccatum habuit, & per peccatum mors obtinuit: ſic & per obedientiam vnius hominis iuſtitia in- Gen. 2. verſ. 6. & 7. troducta vitam fructificet his, qui olim mortui erant hominibus.[2] Et quẽadmodum protoplaſtus ille Adam de rudi terra, & [de] adhuc virgine: nondum enim pluerat Deus, & homo non erat operatus terram, habuit ſubſtantiam, & Ioan. 1. 3. plaſmatus eſt manu Dei, id eſt, Verbo Dei: omnia enim per ipſum facta ſunt: & ſumpſit Dominus limum à terra, & plaſmauit hominem. Ita recapitulans in ſe Adam ipſe, Verbum exiſtens ex Maria, quæ adhuc erat Virgo, rectè accipiebat generationem Adæ Geneſ. 2. recapitulationis.[3] Si igitur primus Adam habuit patrem hominem, & ex ſemine viri natus



A natus eſt; meritò dicerent, & ſecundum Adam ex Ioſeph eſſe generatum. Si autem ille de terra quidem ſumptus eſt, & Verbo Dei plaſmatus eſt, oportebat idipſum Verbum recapitulationem Adæ in ſemetipſum faciens, eiuſdem generationis habere ſimilitudinem. Quare igitur non iterum ſumpſit limum Deus, ſed ex Maria operatus eſt plaſmationem fieri? Vt non alia plaſmatio fieret, neque alia eſſet plaſmatio quæ ſaluaretur, ſed eadem ipſa recapitularetur ſeruata ſimilitudine.

*Theodoretus Dialogo 1. hæc citat.*

Εἰ τοίνυν ὁ πρῶτος Ἀδὰμ ἔσχε πατέρα ἄνθρωπον, καὶ ἐκ ἀνδρὸς σπέρματος ἐγεννήθη, εἰκὸς ἦν καὶ τὸν δεύτερον Ἀδὰμ λέγειν αὐτὸν ἐξ Ἰωσὴφ γεγενῆσθαι, εἰ δὲ ἐκεῖνος ἐκ γῆς ἐλήφθη, πλάστης δὲ αὐτοῦ ὁ Θεός, ἔδει καὶ τὸν ἀνακεφαλαιούμενον εἰς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πεπλασμένον ἄνθρωπον, τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ τῆς γεννήσεως ἔχειν ὁμοιότητα. B Εἰς τί οὖν πάλιν οὐκ ἔλαβε χοῦν ὁ Θεός, ἀλλ' ἐκ Μαρίας ἐνήργησε τὴν πλάσιν γενέσθαι; ἵνα μὴ ἄλλη πλάσις γένηται, μηδὲ ἄλλο τὸ σωζόμενον, ἀλλ' αὐτὸς ἐκεῖνος ἀνακεφαλαιωθῇ τηρουμένης τῆς ὁμοιότητος.

Ἄγαν οὖν πίπτουσι καὶ οἱ λέγοντες αὐτὸν μηδὲν εἰληφέναι ἐκ τῆς παρθένου, ἵν' ἐκβάλωσι τὴν τῆς σαρκὸς κληρονομίαν, καὶ ἀποβάλωνται τὴν ὁμοιότητα.

*Interprete Iacobo Billio.*

Proinde ſi primus Adamus patrem hominẽ habuiſſet, atq; ex viri ſemine procreatus fuiſſet, non abs re dicere quis poſſet ſecundum quoq; Adamũ ex Ioſeph ortum eſſe. At verò cùm ille ex terra ſumptus, atq; à Deo effictus ſit; oportebat vtiq; eum, qui hominem, à Deo effictum in ſeipſo inſtauraret, eandem cum illo generationis ſimilitudinem habere. Quid igitur cauſæ eſt, quamobrem Deus limũ rurſus non ſumpſerit, verùm operam dederit, vt effictio ex Maria fieret? Nimirũ ne alia effictio exiſteret, aut aliud eſſet cui ſalus afferretur: ſed ille ipſemet inſtauraretur, ſeruata ſimilitudine.

Valdè igitur errant, qui dicunt ipſum nihil aſſumpſiſſe ex Virgine, vt reijciant carnis hæreditatem, & ſimilitudinem eijciant.

### ANNOTATIONES.

C

1. Et antiquam plaſmationem] *Docet oportuiſſe Chriſtum redemptorem ex Virgine naſci, quoniam Adam præuaricator ex terra virgine formatus fuerat: quòd paulò apertius & fuſius docet his aduerſus Iudæos verbis Cyrillus Ieroſol.* Catech. 12. Ex corporibus corpora gigni, poſſibile: ſed puluerem terræ hominem fieri hoc multo mirabilius. Lutum confuſum, oculorum tunicas & ſplendores, mouere, ædificare, loqui, docere, parere, regnare, hoc admirandum. Itaque ô indoctiſſimi Iudæi, vnde Adam factus eſt? Nonne Deus accepit puluerem de terra, & creauit creaturam hanc admirandã? Quid igitur? Lutum in oculũ mutatur, & Virgo non generabit? Quod apud homines eſt impoſſibile, Deus præſtare non poterit? &c.

2. Et quemadmodum] *Sententiam hanc ferè ad verbum videtur Tertullianus tranſcripſiſſe lib. de carne Chriſti:* Virgo adhuc erat terra, nondum opere compreſſa, nondum ſementi ſubacta, ex ea hominem factum accepimus à Deo in animam viuam. Igitur ſi primus Adam ita traditur, meritò ſequens, &c *Melliſlua B. Bernardi verba huic loco accommoda præterire non potui:* Deum (*ait ille hom. 2. ſuper Miſſus eſt*) huiuſmodi decebat natiuitas, qua non niſi de Virgine naſceretur: talis congruebat & Virgini partus, vt non pareret niſi Deũ. Voluit eſſe Virginem, de qua immaculata immaculatus procederet, omnium maculas purgaturus, &c.

3. Si igitur primus Adam] *Totus hic locus exprimitur à Theodoreto, dialog. 1. vſq; ad illud proximi capitis.* Si enim ille quidem de terra, &c.

D

# *ADVERSVS EOS QVI DICVNT EVM NIHIL de Maria accepiſſe.*

## CAPVT XXXII.

E[1]Rrant igitur qui dicunt eum nihil ex Virgine accepiſſe, vt abijciant carnis hæreditatem, abijciant autem & ſimilitudinem. Si enim ille quidem de terra, & manu, & artificio Dei plaſmationem, & ſubſtantiam habuit; hic autẽ non manu & artificio Dei; iam non ſeruauit ſimilitudinem hominis, qui factus eſt ſecundùm imaginem ipſius, & ſimilitudinem, & inconſtans artificium videbitur, non habens circa quod oſtendat ſapientiam ſuam. Hoc autem dicere eſt, & putatiuè apparuiſſe eum, & tanquam hominem, cùm non eſſet homo: & factum eum hominem, nihil aſſumentem de homine. Si enim non accepit ab homine ſubſtantiam carnis, neq; homo factus eſt, neq; filius hominis: & ſi hoc non factus eſt, quod nos eramus, non magnum faciebat quòd paſſus eſt, & [ſuſtinuit.] Nos autem quoniam corpus ſumus de terra acceptũ, & anima accipiens à Deo ſpiritum, omnis quicunq; cõfitebitur. Hoc

Matth.16.13. Hoc itaque factum eſt Verbum Dei, ſuum plaſma in ſemetipſum recapitulans, & pro- A
Matth.5.4. pter hoc [2] filium hominis ſe confitetur: & beatificat mites, quoniam ipſi hæreditabũt
Galat.4.4. terram. Et Apoſtolus autem Paulus in epiſtola quæ eſt ad Galatas, manifeſtè ait. Miſit
Rom.1.3. Deus Filium ſuũ factum de muliere. Et rurſus in ea quæ eſt ad Romanos. De Filio au-
tem (inquit) eius, qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundùm carnem, qui prædeſtinatus
eſt Filius Dei in virtute, ſecundùm Spiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuo
rum Ieſu Chriſti Domini noſtri. [3] Cæterùm, ſuperuacua eſt in Mariam deſcenſio eius.
Signa vera carnis. Quid enim in eam deſcendebat, [4] ſi nihil incipiebat ſumere ab ea? [5] Aut ſi nihil ſump-
ſiſſet ex Maria, nunquam eas quæ à terra erant percepiſſet eſcas, per quas id quod à ter-
Matth.4. ra ſumptum eſt, [6] nutritur] corpus: nec quadraginta diebus, quemadmodum Moyſes
& Helias ieiunans, eſuriſſet corpus eius ſuam quærens eſcam: ſed nec Ioannes diſcipu-
Ioan.4.6.& 7. lus eius de eo ſcribens dixiſſet. Ieſus autem fatigatus in itinere ſedebat. Nec Dauid præ-
Pſal.68.32. clamaſſet in eum. Et ſuper dolorem vulnerum meorum appoſuerunt: nec lacrymaſ-
Ioan.11.32. Matt.26.38. ſet ſuper Lazarum: nec ſudaſſet globos ſanguinis: nec dixiſſet. Triſtis eſt anima mea:
Ioan.19.35. nec percuſſo latere exiſſet ſanguis & aqua. Hæc enim omnia ſigna carnis, quæ à terra B
ſumpta eſt, quam in ſe recapitulatus eſt ſuum plaſma ſaluans.

*[1] Theodoretus Dialogo 1. hæc citat.*

Ἐπεὶ περιττὴ καὶ ἡ εἰς τὴν Μαρίαν αὐτοῦ κάθοδος. Τί γὰρ καὶ εἰς αὐτὴν κατῄει, εἰ μηδὲν ἔμελλε λήψεσθαι παρ' αὐτῆς; Ἔτι τε εἰ μηδὲν εἰλήφει παρὰ τῆς Μαρίας, οὐκ ἂν τὰς ἀπὸ γῆς εἰλημμένας προσίετο τροφάς, δι' ὧν τὸ ἀπὸ γῆς ληφθὲν τρέφεται σῶμα. Οὐδ' ἂν εἰς τεσσαράκοντα ἡμέρας ὁμοίως ὡς Μωϋσῆς, καὶ Ἠλίας νηστεύσας ἐπείνησε, τοῦ σώματος ἐπιζητοῦντος τὴν ἰδίαν τροφήν. οὐδ' ἂν Ἰωάννης ὁ μαθητὴς αὐτοῦ περὶ αὐτοῦ γράφων εἰρήκει. ὁ δὲ Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο. οὐδ' ἂν ὁ Δαβὶδ προαναπεφωνήκει περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν. οὐδ' ἂν ἐδάκρυσεν ἐπὶ τοῦ Λαζάρου, οὐδ' ἂν ἵδρωσε θρόμβους αἵματος, οὐδ' ἂν εἰρήκει, ὅτι περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου. οὐδ' ἂν νυγείσης αὐτοῦ τῆς πλευρᾶς, ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ. Ταῦτα γὰρ πάντα σύμβολα σαρκὸς τῆς ἀπὸ γῆς εἰλημμένης, ἣν εἰς αὐτὸν ἀνακεφαλαιώσατο, τὸ ἴδιον πλάσμα σώζων.

*Interprete Iacobo Billio.*

Quandoquidem ipſius quoque in Mariam deſcenſus ſuperuacaneus fuit. Ecquid enim in eã deſcendebat, ſi nihil ab ea ſumpturus erat? Ad hæc ſi nihil à Maria ſumpſiſſet, non vtiq; cibos eos, qui è terra ſumpti ſunt, & quibus corpus è terra ſumptum alitur, admiſiſſet: nec, cùm quadraginta dies, æquè ac Moſes & Elias, ieiunaſſet, in famem incidiſſet, corpore videlicet alimentum ſuum expoſcente: nec præterea Ioannes ipſius diſcipulus, de ipſo ſcribens, ad hunc modũ loquutus fuiſſet, IESVS autem fatigatus ex itinere, ſedebat: nec item Dauid de eo prędixiſſet, Et ſuper dolorem vulnerum meorũ addiderunt. C Nec Lazari cauſa lacrymas fudiſſet, nec ſãguinis guttas ſudoris inſtar emiſiſſet: nec dixiſſet, Triſtis eſt anima mea: nec deniq; icto ipſius latere ſanguis vnà cum aqua exijſſet. Hęc enim cuncta carnis è terra ſumptæ argumenta ſunt, quam in ſe inſtaurauit, vt figmento ſuo ſalutem afferret.

ANNOTATIONES.

1. Errant igitur] *Simonis Magi, Saturnini, Valentini, Cerdonis & Marcionis ſectatores intelligit; qui omnes diuerſis licet errorum anfractibus, eandem tamen in blaſphemiam delapſi ſunt, Chriſtum aut non veram carnem, aut non ex Virgine conceptam & natam cepiſſe. In his refellendis pugnaciſſimus eſt Tertu. lib. de carne Chriſti, lib. 3. & 4. contra Marcionem. Probat verò Irenæus carnem noſtram verè conceptam, natam, crucifixam, paſſam, & reſuſcitatam eſſe in Chriſto, ex eo quòd homo, & filius hominis dicitur: inſuper, verè eſurierit, comederit, fatigatus & vulneratus fuerit, doluerit, lacrymarit, ſudarit, demum crucifixus & mortuus ſit. Infra,* ſuſtinuit *collocauimus, pro,* ſuſcitauit, *docente vet. cod.*

2. Filium hominis ſe confitetur] *Tertull.* Cur homo Chriſtus, & filius hominis, ſi nihil hominis, & nihil ex homine? Niſi ſi aut aliud eſt homo quàm caro: aut aliunde caro hominis, quã ex homine, aut aliud eſt Maria, quã homo. *Libr. de carne Chriſti, & lib. 4. contra Marcionem.*

*Hinc autem apparet concilium Epheſinum rectè ex Patribus aduerſus Neſtoriũ collegiſſe & ſtatuiſſe D. Virginem Mariam cenſendam eſſe Deiparam, non tantùm Chriſtiparam, quandoquidem conſtat illum quem vtero concepit, fouit, genuit ſimul Deum & hominem extitiſſe: quod poſtea quoque ſexta & ſeptima ſynodus confirmarunt. Hoc tantùm Nazianzeni proloquium ſubnectam.* Si quis ſanctam Mariam Deiparam non credit, extra diuinitatem eſt. *Epiſt. ad Cledonium.* D

3. Cæterùm ſuperuacua eſt] *Iſthæc omnia ad finem vſq; capitis huius tranſcripſit Theodoret. Dial. 1.*

4. Si nihil incipiebat ſumere] *Hoc eſt, ſi nihil ſumpturus erat;* ἔμελλε λαμβάνειν.

5. Aut ſi nihil ſumpſiſſet] *Tertull. Marcionem eodem etiam pacto alloquitur:* Quid dicis cæleſtem carnem, quam vnde cæleſtem intelligas nõ habes? Quid terrenam negas, quam vnde terrenã agnoſcas habes? Eſurijt ſub Diabolo, ſitijt ſub Samaritide, lacrymatur ſuper Lazarũ, trepidat ad mortem. Caro (inquit) infirma. Sanguinem fudit poſtremò hæc ſunt, opinor, ſigna cæleſtia. *Lib. de carne Chriſti.*

6. Nutritur] *Expunximus* nutriretur *aut. ve. co. probante quoque Theodoreto.*

*QVA-



A *Qualiter

# *QVARE LVCAS A DOMINO INCHOANS *genealogiam in Adam retulit: & quot ſint ab Adam vſque ad Dominum generationes.*

## CAPVT XXXIII.

P [1] Ropter hoc Lucas genealogiam, quæ eſt à generatione Domini noſtri, Luc.3.
vſque ad Adam, ſeptuaginta duas generationes habere oſtendit, finem
coniungens initio, & ſignificans, quoniam ipſe [eſt] qui omnes gentes
exinde ab Adam diſperſas, & vniuerſas linguas, & generationem homi-
num cum ipſo Adam in ſemetipſo recapitulatus eſt. Vnde [&] à Paulo ty-
pus futuri dictus eſt ipſe Adam: quoniam futuram circa Filium Dei humani generis
diſpoſitionem, in ſemetipſum fabricator omnium Verbum præformauerat, præde- Rom.5.14.
B ſtinante Deo primùm animalem hominem, videlicet, vt à ſpiritali ſaluaretur. Cùm
præexiſteret Saluans, oportebat & quod ſaluaretur fieri, vti non vacuum ſit ſaluans.
Conſequenter autem & Maria virgo obaudiẽs inuenitur dicens. Ecce ancilla Domi- Luc.1.38.
ni, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Eua verò inobediens: non obaudiuit enim ad- Geneſ.2.16.
huc cùm eſſet Virgo, quemadmodum illa virum quidem habens Adam, virgo ta-
men adhuc exiſtens: erant enim vtrique nudi in Paradiſo, & non confundebantur,
quoniam [2] paulò ante] facti, non intellectum habebant filiorum generationis. O-
portebat enim illos primò adoleſcere, dehinc ſic multiplicari. Sicut Eua inobaudiẽs
facta, [3] & ſibi & vniuerſo generi humano cauſa facta eſt mortis: ſic & Maria habens
prædeſtinatum virum, tamen virgo obaudiens, & ſibi & vniuerſo generi humano
cauſa facta eſt ſalutis. Et propter hoc, Lex eã quæ deſponſata erat viro, licet virgo ſit Geneſ.2.25.
adhuc, vxorem eius qui deſpõſauerat vocat, eam [4] quæ eſt à] Maria in Euã recircula- Geneſ.3.v.8.
tionem ſignificans: quia non aliter quod conligatum eſt ſolueretur, niſi ipſæ com- 17.20.& 21. Leuit.21.13.
*coniunctiones *colligatione pagines [5] alligationis] reflectantur retrorſus, vt primę *coniugationes ſoluantur per
ſecundas, ſecundæ rurſus [liberent] primas. Et euenit primam quidem compaginẽ à
ſecunda *coniugatione ſoluere, ſecundam verò coniugationem, [primæ] ſolutionis
habere locum. Et propter hoc Dominus dicebat, primos quidem nouiſſimos
futuros, & nouiſſimos primos. Et Propheta autem hoc idem ſignificat, dicens. Matt.16.20.
C Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Primogenitus enim mortuorum natus Domi- Pſal.44.18.
nus, & in ſinum ſuum recipiens priſtinos patres, regenerauit eos in vitam Dei. Ipſe Coloſ.1.16.
initium viuentium factus, quoniam Adam initium morientium factus eſt. Propter 1.Cor.15.21.
hoc & Lucas initium generationis [à Domino] inchoans, in Adam retulit, ſignifi- Luc.3.
cans, quoniam non illi hunc; ſed hic illos in Euangelium vitæ regenerauit. [6] Sic au-
tem & Euæ inobedientiæ nodus ſolutionem accepit per obedientiam Mariæ. Quod
enim alligauit virgo Eua per incredulitatem, hoc Virgo Maria ſoluit per fidem. Ne-
ceſſe ergo fuit Dominum ad perditam ouem venientem, & tantæ diſpoſitionis reca- Luc.15.4.
pitulationem facientem, & ſuum plaſma requirentem, illum ipſum hominem ſal-
uare, qui factus fuerat ſecundùm imaginem, & ſimilitudinem eius, id eſt, Adam, im-
plentem tempora eius condemnationis, quæ facta fuerat propter inobedientiam,
quæ Pater poſuit in ſua poteſtate: quoniam & omnis diſpoſitio ſalutis, quæ circa ho- Actor.1.7.
minem fuit, ſecundùm placitum fiebat Patris, vti non vinceretur Deus, neque infir-
maretur ars eius. Si enim qui factus fuerat à Deo homo, vt viueret, hic amittens vi-
tam, læſus à Serpente qui deprauauerat [eum,] iam non reuerteretur ad vitam, ſed in Geneſ.3.
D totum proiectus eſſet morti; victus eſſet Deus, & ſuperaſſet Serpentis nequitia vo-
*magnanimis *correptionem. luntatem Dei. Sed quoniam Deus inuictus, & *magnanimus eſt, magnanimem qui-
dem ſe exhibuit ad *correctionem hominis, & probationem omnium, quemadmo-
dum prædiximus. Per ſecundum autem hominem alligauit fortem, & diripuit eius Matt.21,29.
vaſa, & euacuauit mortem, viuificans eum hominem, qui fuerat mortificatus. Pri-
mùm enim poſſeſſionis eius vas Adam factus eſt, quem & tenebat ſub ſua poteſtate,
hoc eſt præuaricationem iniquè inferens ei, & per occaſionem immortalitatis,
mortificationem faciens in eum. Etenim promittens futuros eos tanquam deos, Geneſ.3.
quod ei non eſt omnino poſſibile, mortem fecit in eis: vnde & iuſtè à Deo recaptiua-
tus, qui hominem captiuum duxerat: [7] ſolutus eſt autem condemnationis vinculis,
qui captiuus ductus fuerat homo.

 ANNO-

## ANNOTATIONES.

1. Propter hoc Lucas] *Ex genealogia Chriſti oſtendit eum verè hominem, & vniuerſorum hominum redemptorem, eundemque ex B. Virgine Maria conceptum & natum: vt ſicut Virgo Eua ſibi & nobis cauſa mortis facta eſt, ſic B. Maria vitæ & ſalutis per Filium ſuum nobis eſſet.*

2. Paulò ante] *Deleuimus*, Paulo atteſtante, *author. vet. cod.*

3. Maria & ſibi, & vniuerſo generi humano cauſa facta eſt ſalutis] *Hoc capite, & infra non rarò, multis elogijs laudes, & virtutes beatiſſimæ Dei genitricis prædicat Irenæus, quod illi cum omnibus qui Chriſtianam pietatem excoluerunt, adeò commune eſt, vt nullum inuenias ex Catholicis ſcriptoribus, qui non vel ſingulari opere in eum finem edito, vel ſparſim hinc inde, in eius recenſendis encomijs libenter exſpatietur. Hæc autem malè habent Gnoſticos poſteriores, qui, opinor, vt ei ſtrenuè viam parent, qui poſtremum funeſtiſſimumque bellum illaturus eſt ſanctis omnibus, vniuerſos neruos intendunt, vt laudes eius eleuent, vel ipſam grauioribus criminibus onerent. Aliquando enim importunitatis eam accuſant*, qua præpoſterè curſum doctrinæ Chriſti abrumpere tentarit. *Aliàs*, Dominum ne matrem quidem illam agnouiſſe, ſed apud ſe intercedentem reieciſſe. *Quidam* ſalutationem Angelicam quaſi magicum exorciſmum æſtimant: ſanctamque Virginem non minus malignè reſtrinxiſſe Dei potentiam, quàm antea Zacharias. Votum quoque perpetuæ virginitatis, ab ea emiſſum, abſurdum, ridiculum, imò perfidiam graui reprehenſione dignam *non verentur appellare*. *Alij* maximam ei inferri iniuriam *dicunt, cùm appellatur* Regina cæli, & domina mundi. *Quidam rurſus* omni dignitate abdicatam, vilis & abiectæ conditionis mulierculam, ingloriam, pannoſam, pauperculam, & omnium ludibrio expoſitam *appellant*. *Alij* naturali ratione ipſam Dominum peperiſſe volunt. *Quidam rurſum illam* per incogitantiam eò delapſam garriunt, vt ſe Deo aliquando præferret. *Alij* grauiter eam peccaſſe in Filij triduana amiſſione fingentes, peccatum illud comparant cum delicto Euæ, quo ſalutem hominum initiò euertit. *Eandem denique impij Magdeburgenſes*, ita cum Ioſepho fuiſſe affectam (*vtor eorum omnium verbis*) *non erubuerunt ſcribere*, vt ſtatuto tempore, more aliorum coniugum, voluerit liberos procreare. *Bezæ veſanias, & Vireti virulenta in eam conuitia, quòd adhuc impudentiora ſint, conſultò prætereo.*

*Caluin. & Muſcul. in 12. caput Matth.*

*Gualter. in 3. Marc.*

*Caluin & Marlor. in 1. cap. Luc.*

*Brent. in 1. Lucæ.*

*Bucer. & Molin in 2. Lucæ.*

*Caluin. in 2. Lucæ.*

*Cent. 1. cap. 10.*

*At his magno animo opponenda ſunt elegantiſſimæ Patriarcharum figuræ, aperta Prophetarum vaticinia, & Euangeliſtarum ſcripta: quibus copioſiſſimos gratiæ Dei prouentus, immenſa beneficia, & ſtupenda opera in ea edita fuiſſe, omnibus obuium eſt. Opponenda & Patrum Græcorum & Latinorum erudita ſcripta; quibus ſummis & ampliſſimis honorum titulis meritò exornatur. Ac vt Anſelmum, Rupertum, Bernardum, Andream Ieroſolymitanum, Fulgentium, alioſque plures beatæ Virginis ſummos laudatores, qui abhinc mille annis vixerunt, taceam: Petrum Chryſologum, qui ſub Martiano Imperatore, id eſt anno Domini 450. floruit, primo loco proferam.* Quantus ſit Deus, *ait ille*, ſatis ignorat ille, qui huius Virginis mentem non ſtupet, animum non miratur: pauet cælum, tremunt Angeli, creatura non ſuſtinet, natura non ſufficit: & vna puella ſic Deũ in ſui pectoris capit, recipit, oblectat hoſpitio, vt pacem terris, cælis gloriam, ſalutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum cæleſtibus parentelam, ipſius Dei cum carne commercium, pro ipſa domus exigat penſione. *Et iterum.* Ipſe Angelus miratur, aut fœminam tantùm, aut omnes homines vitam meruiſſe per fœminam: ſtupet Angelus totum Deum venire intra Virginalis vteri anguſtias, cui tota ſimul anguſta eſt creatura. *Et alibi.* Aue gratia plena, Hæc eſt gratia, quæ dedit cælis gloriam, terris Deum, fidem Gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus diſciplinam. Hanc gratiam detulit Angelus, accepit Virgo, ſalutem ſæculis redditura. *Et poſt pauca:* Verè benedicta Virgo, quæ & virginitatis poſſidet decus, & matris dignitatem. Verè benedicta, quæ & superni conceptus meruit gratiam, & ſuſtulit integritatis coronam. Verè benedicta, quæ & diuini germinis ſuſcepit gloriam, & regina extitit totius caſtitatis. Verè benedicta, quæ fuit maior cælo, fortior terra, orbe latior: nam Deum quem mundus non capit, ſola cœpit, &c.

*Serm. 140.*

*Serm. 142.*

*Serm. 143.*

*Auguſtinus cùm de peccatis agit, nullam proteſtatur de beata Maria habere velle quæſtionem: ſcit enim, quod plus ei gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum. Idem alibi:* Videamus, *ait*, quæ eſt illa Virgo tam ſancta, ad quam Spiritus ſanctus venire dignatus eſt: quæ tam ſpecioſa, quam Dominus elegit ſponſam: quæ tam copioſa, cuius generationem totus orbis excipiat: quæ tam caſta, vt poſſit Virgo eſſe poſt partum. Hæc eſt immaculata concubitu, fœcunda partu, Virgo & caſta perpetuò. Hæc concipit, non viro, ſed Spiritu: hæc parit, non dolore, ſed gaudio. Hæc eſt ſponſa Chriſti, & Gentium magiſtra, quæ ſe plenam miratur, & fœtam lætatur. *Idem rurſus:* Dicat Maria, Porta facta ſum cæli, ianua facta ſum Filio Dei Illa porta facta clauſa, quam Ezechiel vidit. *Et iterum idem:* Facta eſt Maria ſcala cæleſtis, quia per ipſam Deus deſcendit ad terras, vt per ipſam homines aſcendere mereantur ad cælos. *Rurſum idem:* Et ſi omnium noſtrûm membra verterentur in linguas, eam laudare ſufficeret nullus. Altior cælo eſt, abyſſo profundior, cuius laudes dicere conamur. Hæc eſt enim, quæ ſola meruit mater & ſponſa vocari. Hæc primæ matris dãna reſoluit, hæc homini perdito ſalutẽ adduxit, &c. *Et poſt pauca:* Sed quid dicam pauper ingenio, cùm de te quicquid dixero, minor laus eſt, quàm dignitas tua meretur? Si cęlum te vocem, altior es Si matrem Gentium dicam, pręcedis Si formam Dei appellem, digna exiſtis. Si dominam Angelorum vocitem, per omnia te eſſe probaris, &cæt. *Et iterum:* O verè beata

*Lib. de natura, & gratia, cap. 36.*

*Serm. 6. de tempor.*

*Serm. 18.*

*Serm. 15.*

*Serm. 35. de Sanctis.*



Mariæ humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitam mortalibus dedit, cælos innouauit, mundum purificauit, paradiſum aperuit, & hominum animas ab inferis liberauit. O nũquam verè glorioſa Mariæ humilitas, quæ porta paradiſi efficitur, ſcala cæli conſtituitur. Facta eſt certè humilitas Mariæ, ſcala cæleſtis, per quã deſcendit Deus ad terras. Quia reſpexit (inquit) humilitatem ancillæ ſuæ, & cæt.

*Luc. 1. 48.*

*Patiatur quæſo, Chriſtianus & pius lector, dum eam, quam ex recitatis impiorum Gnoſticorum conuitijs, iuſtam animi indignationem iam contraxit, lenire ſtudeo, piorum & priſcorum Patrum noſtrorum aliquot adhuc, ſed contractiora ſcripta me adducere. Ambroſius:* Sit nobis tanquam in imagine deſcripta virginitas, vitaque beatæ Mariæ, de qua velut ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis. Quid nobilius Dei matre? Quid ſplendidius Dei matre? Quid ſplendidiũs ea, quam ſplẽdor elegit? Quid caſtius ea, quę corpus ſine corporis contagione generauit? Virgo erat non ſolùm corpore, ſed etiam mente, corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior, intenta operi, verecunda ſermone: arbitrium mentis, ſolita non hominem, ſed Deum quærere. Nullum lędere, bene velle omnibus, aſſurgere maioribus natu, æqualibus non inuidere, fugere iactantiam, rationem ſequi, amare virtutem. Quando iſta vel vultu læſit parentes? quando diſſenſit propinquis? quando faſtidiuit humilem? quando deriſit debilem? quando vitauit inopem? Nihil toruum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum, non geſtus fractior, non inceſſus ſtultior, non vox petulantior: vt ipſa corporis ſpecies ſimulacrum fuerit mentis, figura probitatis. *Et aliquanto poſt:* Hæc eſt imago virginitatis: talis enim fuit Maria, vt eius vnius vita, omnium diſciplina ſit.

*Lib. 2. de Virg.*

*Prodeat in medium acerrimus integritatis eius aſſertor contra Heluidium Hieronymus:* Propone tibi, *ait Epiſtola ad Euſtochium*, beatam Mariam, quæ tantæ extitit puritatis, vt mater Domini eſſe mereretur. *Et rurſus ibidem:* Poſtquam Virgo concepit in vtero, ſoluta maledictio eſt. Mors per Euam, vita per Mariam. *Et ad Principiam:* Sancta Maria, quia conceperat eum, in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat, plena gratia ſalutatur. *Et libro contra Iouinianum:* Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa: hortus concluſus, fons ſignatus. Quod clauſum eſt atque ſignatum, ſimilitudinem habet matris Domini, matris, & Virginis. *Et libr. contra Heluidium:* Ioſeph, qui miracula tanta cognouerat in Beata Virgine, Dei templum, Spiritus ſancti ſedem, Domini ſui matrem, audebat attingere? *Et in Apologia pro libris aduerſus Iouinianum: ipſam vocat matrem, & virginem perpetuam, hortum concluſum, fontem ſignatum, portam Orientalem ſemper clauſam.*

*Cypriani, quem ob eloquentiam, & fortiſſimum martyrium, meritò omnes celebramus, aliquot ſententias adijciam:* Maria genitrix eſt & obſtetrix, *inquit Serm. de Nat. Chriſti ad Corn.* & deuotam dilectæ ſoboli exhibet clientelam, attrectat, amplectitur, iungit oſcula, porrigit mammam, totum negotium plenum gaudio, nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puerperio. Nihil in hac re potuit vltio, nec præcedens delectatio aliquam expetijt pœnarum vſuram. Spiritu ſancto obumbrante incendium originale extinctum eſt: ideoque innoxiam affligi non decuit, nec ſuſtinebat iuſtitia, vt illud vas electionis cõmunibus laſſaretur iniurijs, quoniam plurimum à cæteris differens, natura communicabat non culpa. Eratq; ei propriũ priuilegium, quod nulla mulierum nec ante, nec deinceps meruit obtinere, quod erat ſimul mater & Virgo, ſingulis titulis inſignita. Vnde & matri plenitudo gratiæ debebatur, & Virgini abundantior gloria, quæ carnis & mentis integritate inſignis, ſpiritali & corporali intus & extra Chriſti præſentia fruebatur, &c.

*Maria non communicauit hominib⁹ in culpa: nec cõmunibus laſſata eſt iniurijs.*

*Idiotæ pij & docti viri, quem volunt anno Dom. 850. vixiſſe, præclara aliquot verba prætermittere nec debui, nec potui.* Trahe me poſt te (*ſcribit Virginem alloquens, lib. contempl. de Virgine Maria, cap. 1.*) ô benedicta Virgo Maria, benedicta ante ortum, in ortu, & poſt ortũ: ante ſęculum, in ſæculo, & poſt ſæculum, *&c. & cap. 2.* Tota pulchra es in anima, per virtutum & chariſmatum omnium perfectam pulchritudinẽ: tota pulchra es in tua conceptione, ad hoc ſolùm effecta, vt templum eſſes Dei altiſſimi. *Et aliquanto poſt.* Tota pulchra es non in parte, ſed in toto: & macula peccati ſiue mortalis, ſiue venialis, ſiue originalis, non eſt in te, nec vnquam fuit, nec erit. *Et capite ſexto:* Inueniſti Virgo Maria gratiam cæleſtem, quia fuerunt in te ab originis labe præſeruatio, angelica ſalutatio, Spiritus ſancti superuentio, &c.

*Sedulius presbyter ante annos 1140. ſi Trithemio credimus, B. Virginem à peccato communi intactam his verſibus cecinit, Lib. 2.*

Et velut in ſpinis mollis roſa ſurgit acutis,
Nil quod lædat habens, matremque obſcurat honore:
Sic Euæ de ſtirpe ſacra veniente Maria,
Virginis antiquę facinus noua virgo piaret.

*Et paulò poſt.*

Hæc ventura ſenes poſtquam dixêre Prophetæ,
Angelus intactæ cecinit properata Mariæ.

*Et qui anno 540. à Chriſto nato vixiſſe dicitur Arator Diaconus, Lib. 1. in Acta Apoſt.*

— qua tunc ſtatione ſedebat,
Porta Maria Dei genitrix intacta creantis,
A nato formata ſuo: mala criminis Euæ
Virgo ſecunda fugat: nulla eſt iniuria ſexus.

*Claudat porrò hunc Latinorum Patrum ordinem B. Hildephonſus Toletanus Præſul, ac Hiſpaniarum ante nongentos annos digniſſimus Primas.* Beata Virgo Maria, *inquit*, niſi in vtero matris ſanctificata fuiſſet, minimè eius Natiuitas colenda eſſet. Nunc autem quia authoritate totius Eccleſię dignè veneratur: conſtat eam ab omni peccato originali fuiſſe immunem, per quam non ſolùm maledictio Euæ matris ſoluta eſt, verùm etiam benedictio omnibus condonata. Nullis ergo quãdo nata eſt, delictis ſubiacuit, nec originale peccatum in vtero ſanctificata,

*Lib. contra eos, qui diſputãt de virginitate & parturitione B. Virginis.*



contra-

contraxit. *Hæc ille, quæ cùm ante viginti circiter annos, Lutetiæ, cuidam Hiſpano, perdocto ſanè viro, ſed immaculatæ Conceptionis B. Deiparæ hoſti acerrimo, obieciſſem: aliud reſpondere non potuit, quàm ſuppoſititium, & à me confictum eſſe hoc teſtimonium: quod probrum, mox prolatus à me Hildephonſi vetuſtiſſimus & manuſcriptus codex; deinde, alius à Petro Comeſtore ante 400. annos conſcriptus, quo hæc ad verbum citantur, diluentes; ille penitus obmutuit.*

*Latinis aliquot Græci accedant: Chryſoſtomus in Liturgia non rarò hæc verba vſurpat:* Sanctiſſimæ, incontaminatæ, ſuper omnes benedictę, glorioſæ Dominæ noſtræ Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ, cum omnibus ſanctis memoriam agentes, omnem vitam noſtram Chriſto Deo noſtro commendemus. *Et poſtea:* Verè dignum & iuſtum eſt glorificare te Deiparam & ſemper beatiſſimam, & penitus incontaminatam matrem Dei noſtri, &c.

Maria Virgo ſemper beata, & penitus incõtaminata.

*Nazianzenus ſub finem Tragœdiæ, Virginem ſic alloquitur:*

Veneranda ô Virgo, caſta, feliciſſima,
Quando beata nunc beatorum in polo,
Exuta quicquid fecis humanæ ſedes
AEternitatis pallio ornata, vt Dea
Habita, ſenectæ expers, ſupremo ex æthere
Benigna adeſto vocibus meis, preces
Admitte Virgo, &c.
—ô puella, gratia
AEquanda nullis, mater & Virgo ſupra
Omnes decora Virgines, & maxima,
Quæ vincis omnes cælitum ordines,
Regina, Domina, generis humani bonum,
Amica ſemper eſto tu mortalibus,
Maxima quæ quouis in loco mihi ſalus.

Maria vincit omnes cęlitum ordines puritate.

*Baſilius modis omnibus magnus quinquies in Liturgia his verbis vtitur:* Sanctiſſimæ & intemeratæ, dominatricis noſtrę, Dei genitricis, & ſemper Virginis Mariæ, cum omnibus ſanctis memorantes, nos ipſos & ad inuicem, atque omnem vitam noſtram Chriſto Deo commendemus. *Omittam ea quæ tradit Homilia de humana Chriſti generatione.*

*Nulla ex parte inferiorem ſuperioribus Athanaſium magnum audiamus: Epiſt. ad Epictetum, B. Mariam vocat Virginem* impollutam, in qua nouum huiuſmodi conditum fuit, quale in nulla alia fęmina. *Et ſerm. in Euangel. de ſanctiſſima noſtra Deipara:* Quandoquidem ipſe Rex eſt, qui natus eſt ex Virgine, idemq; & Dominus, & Deus: ea propter & mater quæ eum genuit, & Regina, & Domina, & Deipara propriè & verè cenſetur. *Et poſtea:* Ad te clamamus, recordare noſtri ſanctiſſima Virgo, quæ etiam à partu Virgo permanſiſti, & retribue nobis pro iſtis eloquijs, magna dona ex diuitijs tantarum gratiarum, &c.

Maria impolluta eſt.

*Scientes & prudentes omittimus, quæ habent Damaſcenus, Iſychius, Andræas Cretenſ. Metaphraſtes; quæ etiam B. Effrem Baſilij diſcipulus, in orat. de laudibus Sanctiſſ. Deiparæ: Orig. ho. 1. in diuerſos: Clemens Alex. 7. ſtro. Tertul. lib. de carne Chriſti, numer. 3. 14. 15. & 18. Iuſtinus martyr paſſim in dial. lib. de Trinitate: Quæſt. 66. & 136. ad ortho. Dionyſius cap. 3. de diuinis no. Et Epiſt. 4. Ignatius epiſt. ad Trallianos: ad Philip. & ad Epheſios: Martialis epiſt. ad Tholoſanos: Iacobus in liturgia, in hanc rem diſſerunt.*

*Vnum tantùm ſupereſt, de quo pios Lectores hic commonitos velim, nimirum, quod cùm hæc in prima Irenæi noſtri editione 1575. ſcriberemus, Lutetiæq; per quendam (cuius nomini parco) minus prudenter magnum fuiſſet aduerſus immaculatam Conceptionem beatiſſ. Virginis Deiparæ excitatum diſſidium, nos tametſi continuis publiciſq; ſcholæ Sorbonicæ tunc occupati ac diſtracti exercitijs, quot potuimus raptim nanciſci pro ſempiterna Virginis tuenda laude ac innocentia, veterum Theologorum huc congeſſimus teſtimonia. Inter hæc vnum velut ex Cyrillo Alexand. lib. 6. in Ioan. cap. 15. addidimus: quod vix excuſo per Typographos folio, deprehendimus verè non eſſe Cyrilli: ſed Iodoci Clicthouei, qui quatuor commentariorum ſuorum libros Cyrillinis commentarijs interſeruit. Huius mendæ cùm tunc præſtantius remedium non daretur, ad finem libri congeſtis, vt fieri ſolet, erratorum emendationibus, Lectores ſedulò tempeſtineq; monuimus: hoc cõtenti boni viri officio, tantiſper dum huius ſecundæ editionis tempus accederet. Exactis porrò decem & octo annis, exierunt in lucem ex officina Iuntarum Lugduni 1594.* Diſputationes Franciſci Suarez in tertiam partem Diui Thomæ Aquinatis, *in quibus acerbiore cenſura nos hac de cauſa perſtringens, & in fraudis quantum in ipſo eſt, ſuſpicionem adducens ſcripſit, pagina 28. col. 1.* Notauit quidem hunc locum Feu-ardentius, in lib. 3. Irenæi cap. 23. ne quemquam tamen minus doctum deciperet, adnotare debuiſſet, illum librum non eſſe Cyrilli, ſed Clicthouei.

*At, hoc ipſum etiam viginti annis antequam hanc tuam caſtigationem, mi Franciſce, legiſſem, à me præſtitum fuit: quod ex Correctionibus erratorum potuiſſes animaduertere: atq; ſic impoſturæ crimen conſeruo, conſacerdoti, & confratri tuo, tam malè quàm malignè non impingere. Cæterùm, dum ſcripta illa tua quatuor diebus, quibus tantùm à tuæ Societatis patribus, (quos ex animo colo ac veneror) voluenda mihi commodata fuerunt, obiter percurrerem, aliquot obuiam facta ſunt errata, quæ vt vel in tertia illorum ſaltem editione corrigas, te candidè admonendum cenſui. Prætermitto quòd vnà mecum Clicthouei Commentarios aſcribas Cyrillo pag. 511. col. 2. quodq; Iuſtino martyri ad finem Apologiæ 2. aliquid tribuas, cuius nunquam meminit, pagin. 256. col. 1. vt de meo duntaxat Irenæo loquar. Falleris in primis, quando vt me coarguas, caput 23. citas, pro capite 33. ſed hoc calcographorum oſcitantiæ deputetur. Verùm, vbi te quæſo, inueniſti apud Irenæum,* in Expoſitione fidei d. *(ita enim citas pag. 130. editionis M. D. XCII. col. 2.)* Vos qui ad Baptiſmum aſpirare fingitis, qui vt tollatis duas naturas, &c.? *Quo libro, & capite comperiſti eundem cenſuiſſe, Melchiſedec fuiſſe hominem Gentilẽ, ex Cananæis ortũ; vt ei adſcribis, pag. 607. columna prima? Adhæc, ſcribis, pag. 256. col. 1. apud Irenæum lib. 1. cap. 5. Gnoſticos tribuere Chriſto corpus cæleſte: ſed de hoc ibi me gry quidem. Pari quoq; lapſu ais pag. 4. col. 2. illum li. 3. c. 3. dicere,* Quod Eua alligauit per incredulitatem, &c. *& pag. 47. col. 1. eundem libro 3. cap. 1. exponere hæc verba,* Nondum venit hora mea. *Denique, pagina 407. col. 2. Irenæum libro 4. cap. 52. contra negantes veritatem carnis Chriſti, illud incommodum inferre,* quod globos ſanguinis non ſudaſſet, &c. *de quibus in illis locis ne verbũ quidem &c. Nequaquã verò pius ac pudens ego, ſi vt minus doctos deciperes iſthæc te cõfinxiſſe ac notaſſe exiſtimem; tamq; temerariè ac peruersè de proximo iudicarem. Verùm, mortales ſumus, qui non bene ſapimus omnibus*

Tom. 1.
Tom. 1.
Tom. 2.



*omnibus horis. Immortalium verò tantùm eſt omnium & ſemper reminiſci. Alter ergo alterius onera portemus, & ſic adimplebimus legem Chriſti.* τὸ λοιπὸν οὖν, ἀγαπητὲ συστρατιῶτη καὶ σύνεργε, ἔκλαβε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου.

4. Quæ eſt à Maria in Euam] *Sic vetus codex: excuſi,* quæ & Maria in Eua.

5. Alligationis] *Ita pro* alligationi *reſtituimus: ſicuti paulò poſt;* primæ *pro* primum *ſubſtituimus vet. cod. auth.*

6. Sic autem & Euæ inobedientiæ nodus] *Piæ huic comparationi Mariæ cum Eua, tanto conſenſu ſubſcribunt Patres omnes orthodoxi, vt Gallaſius alio cælo natus videatur, qui neſciat; vel frontem impudentiamq; meretricis indutus, qui audeat contradicere & damnare. Sed obganniat licet os impudens, quantum volet: nos pietati & doctrinæ Patrum preſſis veſtigijs nihilo ſecius ſemper inhærebimus. Hieronymus epiſtol. ad Euſto.* Mors per Euam, vita per Mariam. *Bernardus homil. 2. de laudibus Virg.* Curre Eua ad Mariam, curre mater ad filiam, filia pro matre reſpondeat, ipſa opprobrium matris auferat, ipſa patri pro matre ſatisfaciat: quia ecce ſi vir cecidit per fœminam, iam non erigitur niſi per fęminam. *Innocentius 3. ſer. 2. de aſſump.* Oportebat vt ſicut per fœminam mors intrauit in orbem; ita per ſœminam vita rediret in orbem; & ideò quod damnauit Eua, ſaluauit Maria, vt vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret, &c.

7. Solutus eſt autem] *Vetus codex,* Solutum eſt autem condemnationis vinculum, quo captiuus ductus fuerat homo.

## *OSTENSIO QVONIAM ADAM PRIOR ſaluatur à Domino.*

### CAPVT XXXIV.

HIC[1] eſt autem Adam, ſi oportet verum dicere, primiformis ille homo, de quo Scriptura ait dixiſſe Dominum, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: nos autem omnes ex ipſo; [& quoniam ſumus ex ipſo,] propterea quoque ipſius hæreditauimus appellationem. [2] Cùm autem ſaluatur homo, oportet ſaluari eum qui prior formatus eſt homo. Quoniam nimis inrationabile eſt, illum quidem, qui vehementer ab inimico læſus * erat, & prior captiuitatem paſſus eſt, dicere non eripi ab eo, qui vicerit inimicum, ereptos verò filios eius, quos in eadem captiuitate generauit: nec victus quidem adhuc [3] parebit] inimicus, ipſis veteribus ſpolijs manentibus apud eum. Quemadmodum ſi hoſtes expugnauerint quoſdam, & * victos duxerint captiuos, & multo tempore in ſeruitute poſſederint eos, ita vt generent apud eos, & aliquis dolens pro his qui ſerui facti ſunt, eoſdem hoſtes expugnet, non tamen iuſtè faciet, ſi filios quidem eorum qui captiui ducti ſunt, liberet de poteſtate eorum, qui in ſeruitutem deduxerant patres eorum, ipſos verò qui captiuitatem ſuſtinuerunt, ſubiectos relinquat inimicis, propter quos & * vltionem fecit conſecutis libertatem filijs, ex cauſa paternæ vindicationis. [4] Sed non relictis ipſis patribus, qui ipſam captiuitatem ſubſtinuerunt. Neque enim infirmus eſt Deus, neque iniuſtus, qui opitulatus eſt homini, & in ſuam libertatem reſtaurauit eum.

Geneſ. 1. 26.
* eſt
* vinctos
* tuitionem

### ANNOTATIONES.

1. Hic eſt autem Adam] *Ratione & exemplo contendit aduerſus Tatiani errorem, Diuinæ æquitati ac miſericordiæ conuenientiſſimum fuiſſe, vt primus parens præ cunctis liberis eius ſaluaretur: quod alij poſtea Theologi pluribus aſſeruerunt. Ac de pœnitentia eius capite trigeſimo ſeptimo dicetur. Vide etiam cap. 31. libri primi.*

2. Cùm autem ſaluatur homo] *Contendit quantis poteſt argumentis, Adamum ſaluatum eſſe, quod & poſtea Auguſtinus perſequitur epiſt. 99. quia Sapientiæ 10. ſcriptum eſt:* Illum, qui primus factus eſt pater orbis terrarum, Sapientia cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo. *Deinde, quòd conſtans ſit Eccleſiæ hæc ſententia. Quin & ipſum Adam poſt tam varios caſus, & tot diſcrimina rerum, tandem in Golgathæ ſeu Caluariæ montem perueniſſe, ibique vita functum ſepultum fuiſſe, vbi Dominus & Saluator noſter cruci affixus eſt, magno conſenſu, & ex antiqua patrum traditione docent Origenes tract. 35. in Matth. Cyprianus Serm. de Reſur. Domini: Athanaſius libr. de paſſione Dominic. Baſil. in 5. cap. Iſaiæ: Chryſoſtom. homil. 84. in Ioan. Epiphanius contra hæreſ. 46. Auguſt. Ser. 71. de tẽpore: Moſes Bar-cepha lib. de paradiſo. Hãc ſententiam Hieronym. in 27. Matth. non probat, in 5. cap. ad Epheſ. damnare non audet; ſed Epiſt. ad Marcellam, eam amplectitur.*

3. Parebit] *Expunximus* parebat *veteris cod. authoritate.*

4. Sed non relictis] *Omnia hæc paucis attigit Tertull. lib. Præſcript.* Tatianus doctrinæ Valentini adiecit, Adam nec ſalutem conſequi poſſe, quaſi ſi non rami ſalui fiunt, & radix ſalua ſit.

## QVARE DE PARADISO ADAM proiecit Deus.

A

### CAPVT XXXV.

Gen.3.17.

P[1]Ropter hoc & [in] initio tranſgreſſionis Adæ, ſicut enarrat Scriptura, non ipſum maledixit Adam, ſed terram in operibus eius, quemadmodum ex veteribus quidam ait; Quoniam quidem tranſtulit Deus maledictum in terram, vt non perſeueraret in homine. Condemnationem autem tranſgreſſionis accepit homo tædia & terrenum laborem, & manducare panem in ſudore vultus ſui, & conuerti in terram, ex qua aſſumptus eſt. [2] Similiter autem & mulier tædia, & labores, & gemitus, & triſtitias partus, & ſeruitium; id eſt, vt ſeruiret viro ſuo, vt neque maledicti à Deo in totum perirent, neque ſine increpatione perſeuerantes Deum contemnerent. Omnis autem maledictio decurrit in ſerpentem, qui ſeduxerat eos. Et dixit (inquit) Deus ſerpenti: Quoniam feciſti hoc, maledictus tu ab omnibus pecoribus, & ab omnibus beſtijs terræ. Hoc idem autem & Dominus in Euangelio, his qui à ſiniſtris inueniuntur ait, Abite maledicti in ignem æternum; quem præparauit Pater meus Diabolo & angelis eius: ſignificans quoniam non homini principaliter præparatus eſt æternus ignis, ſed ei qui ſeduxit & offendere fecit hominem, inquam, qui princeps apoſtaſię eſt principi abſceſſionis, & his angelis qui apoſtatæ facti ſunt cum eo: quem quidem iuſtè percipient etiam hi qui ſimiliter [vt illi] ſine pœnitentia & ſine regreſſu in malitiæ perſeuerant operibus.

Gen 3.16. Geneſ 3 15. B Matth 25.41. & 42.

### ANNOTATIONES.

1. Propter hoc & in initio] *Oſtendit maledictionem diuinam non propriè in homines latam fuiſſe, ſed in terram & ſerpentem: quapropter nec ignem æternum illis præſertim paratum eſſe, ſed diabolo principe omnis defectionis. Iſthæc ſapienter expendens Rupertus ait:* Neque mulieri, maledicta es; neque viro, maledictus es dixit Dominus: ſed tantùm hoc, Maledicta terra in opere tuo: cuius videlicet terræ maledictio, non aliud eſt quã multimoda & frequens afflictio, qua per varios euentus terræ ex eo corruptæ & deteriorateę affligitur homo Soli verò ſerpenti dixit, Maledictus eris. quo videlicet dicto, firma & immutabilis intelligenda eſt ſententia æternę damnationis. *Tertullianus libro 2. aduerſus Marc. hunc Irenæi locum his paucis contrahit:* Deus ideo nõ maledixit ipſum Adam & Euam, vt reſtitutionis candidatos, vt cõfeſſione reuelatos. ſicut maledixit ſerpenti, cuius ſalus omnino deplorata erat, &c.

Li. 2. de vict. ve bi Dei, cap. 15.

2. Similiter autem & mulier] *Triplici pœna punita eſt mulier, quia triplo maius fuit peccatũ eius quã Adami. Primò, quia credendo ſerpenti pluſquam Deo, ſeducta eſt. Secundò, quia ligni vetiti pulchritudinem cõcupiuit. Tertiò, quia & virum ad tranſgreſſionem induxit. Meritò igitur triplex vindicta ei reddita eſt præter communem ſibi cum viro mortem. Nam mortuorum matrem eſſe meruit. Omnes enim conceptus eius anima & corpore in peccato moriuntur: & nemo eorum viuit, niſi viuificetur per Chriſtum. Et quia intemperanter fructum arboris expetiuit, redditur vteri dolor, dicente Domino:* In dolore paries. *Tertiò, quia virum importunitate muliebri ad comedendum illexit, idcirco ſub viri poteſtate redacta eſt.*

Ruper. lib. 3. de Tri. c. 22. C

## DE CAIN, QVI FRATREM ſuum occidit.

### CAPVT XXXVI.

D

Gen. 4. 6.

Q[1] Vemadmodum Cain, cùm accepiſſet conſilium à Domino, [2] vti quieſceret in eo, quod non rectè diuiſiſſet eam, quæ erga fratrem erat communicationem; ſed cum zelo & malitia ſuſpicatus eſt poſſe dominari ei, non ſolùm non acquieuit: ſed & adiecit peccatum ſuper peccatum, manifeſtans ſententiam ſuam per operationem ſuam. Quod enim cogitauit, hoc & operatus eſt, dominatus [eſt,] & interfecit eum, ſubijciente Deo iuſtum iniuſto, vt ille quidem per ea quæ paſſus eſt, iuſtus oſtendatur; hic verò per ea quæ commiſit, deregeretur iniuſtus. Et ne ſic quidem mitigatus eſt, nec quieuit ſuper factum malum; ſed interrogatus vbi eſſet Abel frater eius? Neſcio, ait: nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? [3] Extendens & multiplicans malum per reſponſionem. Etenim



A nim [ſi] malum eſt occidere fratrem, multo peius ſic audacter & inreuerenter reſpondere omnia ſcienti Deo, quaſi poſſit fruſtrari eum. [4] Propter hoc & ipſe maledictionem portauit, quoniam ad ſe peccatum attulit, non reueritus Deum, neque confuſus in fratricidio.

### ANNOTATIONES.

1. Quemadmodum Cain] *Cain ob neglectum Dei conſilium, inuidentiam, cædem fraternam, & maximam in Deum irreuerentiam, iuſtè maledictus & reprobatus eſt.*

2. Vti quieſceret in eo] *Chryſoſtomus, Cyrillus, Græci omnes, ita hunc locum reddunt, LXX. verſionem iſtam ſequuti:* οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκης, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλης ἥμαρτες, ἡσύχασον, *hoc eſt,* An nõ ſi rectè obtuleris, rectè autem non diſtribueris, peccaſti? *Sicq; volunt Cain his verbis admonitum à Deo, vt rectè diuideret in fratrem dilectionis officia: non autem felicitati inuideret. Hierony. in Quæſt. Heb. teſtatur illa verba in fonte Hebraico nõ haberi: Eugubinus verò copioſè docet vnde proceſſerint.*

B

3. Extendens & multiplicans malum] *Irenæo conſentit Chryſoſtomus his verbis:* Quid ad hæc ingratus & impudẽs? Debebat cogitare quod Deus non ignarus rei rogaret, ſed ab ipſo confeſſionem criminis exigeret, &c. Verùm, ille iterum auget vulnus, & vlcus increſcere facit, & dicit: Haud ſcio. Vide reſponſi impudentiam, &c.

Hom. 19. in Geneſ.

4. Propter hoc & ipſe] *Vrget Cain graue peccatum, maledictionem, & perditionem æternam, vt vel obiter Caianorum, quorum meminit lib. 1. cap. 35. amentiam furoremq; refellat. Hi enim Cainum, Core, Sodomitas, in primis autem Iudam proditorem, tanquam ex ſuperiori quadam virtute progenitos, ſanctis omnibus præferebant, vt ex Tertull. lib. Præſcript. Epiphanio contra hær. 38. & Theodoreto, in primo libro indicauimus.*

## [1] QVARE FOLIA FICI CIRCVNcinxit Adam.

### CAPVT XXXVII.

C[2] Irca Adam autem nihil tale factum eſt, ſed omnia in contrarium. Ab altero enim ſeductus ſub occaſione immortalitatis, ſtatim timore corripitur, & abſconditur, non quaſi poſſit effugere Deum, ſed confuſus quoniam tranſgreſſus præceptum eius, indignus eſt venire in conſpectum & colloquium Dei. Timor autem Domini initium intelligentiæ, intellectus verò tranſgreſſionis fecit pœnitentiam: pœnitentibus autem largitur benignitatem ſuam Deus. Etenim per ſuccinctorium in facto oſtendit ſuam pœnitentiam, folijs ficulneis ſemetipſum contegens, exiſtentibus & alijs folijs multis, [3] quæ minus corpus eius vexare potuiſſent, condignum tamen inobedientiæ amictum fecit, conterritus timore Dei, & retundens petulantem carnis impetum: quoniam indolem & puerilem amiſerat ſenſum, & in cogitationem *peiorem venerat, frænum continentiæ ſibi & vxori ſuæ circundedit, timens Deum, & aduentum eius expectãs, & velut tale quid ſignificans: [4] Quoniam (inquit) eam quam habui à Spiritu ſanctitatis ſtolam, amiſi per inobedientiam, [5] & nunc] cognoſco quoniam ſim dignus tali tegumento, quod delectationem quidem nullam præſtat, mordet autem & pungit corpus. Et hoc videlicet ſemper habuiſſet indumentum, humilians ſemetipſum, niſi Dominus qui eſt miſericors, tunicas pelliceas pro folijs ficulneis induiſſet eos. Propter hoc autem & interrogat eos, vti ad mulierem veniret accuſatio; & illam rurſus interrogat, vti ad ſerpentem tranſmitteret *cauſam. Dixit enim quod fuerat factum, Serpens, ait, ſeduxit me, & manducaui. Serpentem verò non interrogauit: ſciebat enim eum principem tranſgreſſionis factum, ſed maledictum primò immiſit in eũ, vti ſecunda increpatione veniret in hominem. Eum enim odiuit Deus, qui ſeduxit hominem; ei verò, qui ſeductus eſt, ſenſim paulatimque miſertus eſt: quapropter & eiecit eum de Paradiſo, & à ligno vitæ longè tranſtulit: non inuidens ei lignum vitæ, [6] quemadmodum *quidam dicunt, ſed miſerans eius, vt non perſeueraret ſemper tranſgreſſor; neque immortale eſſet quod eſſet circa eum [peccatum,] & malum interminabile [7] & inſanabile.] Prohibuit autem eius tranſgreſſionem, interponens mortem, & ceſſare faciens peccatum, finem inferens ei per carnis reſolutionem, quæ fieret in terra; vti ceſſans aliquando homo viuere peccato, & moriens ei, inciperet viuere Deo.

Pſal. 110. 10. Geneſ. 3. 7. *peiorum *cauſas. Geneſ. 3. 14. D *audet quidam dicere,

## ANNOTATIONES.

1. Quare folia fici] *Procopius Gazeus commentarijs in tertium caput Gene. hunc Irenæi locum citans, notat Caput eſſe quinquageſimũ nonum, quò ſit vt alias apud Græcos fuiſſe horum librorum ſectiones, à noſtris putem.*

2. Circa Adam autem] *Iure quidem maledictus eſt Cain: quoniam verò Adam ſtatim poſt admiſſum peccatum timore perculſus, fugit, ſeq; Diuina præſentia iudicauit indignum, atque pœnitere ſe ficulneo cinctorio manifeſtauit, tandem ſeruatus eſt. Seductus porrò fuit Adam, non à ſerpente, ſed ab vxore: putans item peccatum ſuum tantùm veniale futurum, nec ob id ſe moriturum. Ideo & Ignatius ep. ad Trallianos ſcribit:* Diabolus per mulierem ſeduxit Adam patrem generis noſtri. *Epiphanius quoque contra hæreſ. 38.* Diabolus per mendacium decepit Adã & Euam. *Ambroſius denique lib. de paradiſo cap. 4.* Mulier primò decepta eſt, & virum ipſa decepit. *Hinc Theodoretus hæc Apoſtoli verba,* Adam non eſt ſeductus, *intelligit, pro eo quod eſt. Non primus, nec immediatè à ſerpente.* 1. Tim. 2.

3. Quæ minus corpus] *Plinius libr. 2. capit. 5. quaſdam ficus adeo ramis & folijs diffundi ſcribit, vt vmbra bina ſtadia operiant, & quaſi fornicato ambitu paſtoribus decoram opacamq; ſepem præſtare. Rhodiginus, fici folium ex ſcabritie dici à Græcis θρῖον docet: quod Plutarcho probari aſſerit Eraſmus in Chiliad. indeq; prouerbium emanaſſe, τῷ θριῷ τὴν ἔγχελυν, id eſt, folio ficulneo anguillam tenes, eo quòd ſcabrum ſit & aſperum, ob idq; ad retinendam anguillam natura lubricam, maximè idoneum. Ad id pertinet & iſtud Alciat. emblema.*

Iamdudum quacunque fugis te proſequor, at nunc
Caſſibus in noſtris denique captus ades.
Amplius haud poteris vires eludere noſtras,
Ficulno anguillam ſtrinximus in folio.

*Horum foliorum occaſione permoti doctiſſimi & grauiſſimi authores, æſtimarunt arborem ex cuius fructu deliquerunt primi parentes, ficum fuiſſe, eamq; antiquam dixerunt traditionem, atque ea de re Chriſtum ficulneæ aliquando maledixiſſe. Theodoretus quæſt. 28. in Geneſ. eos qui aliam arborem opinantur, cenſet errare nimia ſimplicitate. Athanaſius quæſt. 58. ad Antioch. Iſidorus Peluſiota apud Lippomanum in 3. cap. Geneſ. Moſes Bar-cepha libr. de parad. Oleaſter Luſitanus in 3. cap. Geneſ.*

*Notandum porrò hunc locum manifeſtè ſolideque probare, pœnas corporeas hîc à pœnitentibus vel ſponte ſuſceptas, vel iniunctas, inflictasúe æquo animo perferendas eſſe, vt illis cum Chriſti paſſionibus coniunctis, voluptatem ex peccatis conceptam compenſent: ſatiſq; faciãt ſupplicijs ac mulctis illis, quæ vt fructus digni pœnitentiæ, à ſolutis culpis & pœna æternæ reatu condonato, vel in hoc mundo, vel in erebo expiatorio ſunt aliâs ad extremum vſq; quadrantem exſoluendæ. Adam etenim abiecta omni molitie, indumentum aſperrimum induit, petulantis carnis impetum retundit, frenum continentiæ ſibi circundat, & quàm demiſſè poteſt, coram Deo iudice ſemetipſum abijcit & humiliat. An non hæc manifeſta de peccatis admiſſis ſatisfactio? Hinc Tertullianus ait:* Ipſe ſtirpis humanæ & offenſę in Dominum princeps Adam, exhomologeſi reſtitutus in paradiſum ſuum, non tacet. *Qui & ante hæc verba ſcripſerat,* Habes cui ſatisfacias: confeſſio ſatisfactionis conſilium eſt: ſatisfactio confeſſione diſponitur: Domino offenſo ſatisfacere, &c. *Lib. de pœnitentia, cap. 7. 8. 9. & 10. Et Cyprianus eos reprehendens, qui hanc pœnitentiæ partem negligebant, ſcribit.* Datur opera, ne ſatisfactionibus, & lamentationibus iuſtis delicta redimantur, ne vulnera lacrymis abluantur. *Et ſerm. de lapſis:* Dominus orandus eſt, & noſtra ſatisfactione placandus, *&c. Auguſtin. ad eandem ſatisfactionem cunctos hortatur, & denſis argumentis perurget Enchiridij cap. 65. 70. & 71. Epiſtola ad Macedonium. Libro 50. homiliarum, hom. 50. Commentarijs in Pſalm. 50. & lib. de Eccleſ. dogm. cap. 53. Confundantur ergo & conuertantur hæretici, qui Satisfactionis nomen & opera, id eſt, hanc ſacramenti pœnitentiæ tertiam partem, cum incredibili animarum iactura, conantur è medio tollere.*

Lib. de pœnit. cap. 12.

4. Quoniam, inquit, eam] *Hac paraphraſi ſignificatur, Adamum & iuſtitiam originalem, & gratiam gratum facientem, ſeu charitatem, quam initio acceperat peccato ſuo perdidiſſe: qua de re & ſupra dictum eſt, cap. 20.* Nos autem in Chriſto recuperaſſe, quod in Adam perdidimus. *Quod & Cyprianus poſtea docuit, ſcribens, illum acceptam diuinitus gratiam non cuſtodiſſe. Serm. de bono patientiæ. Ambroſius quoque ait:* Angelos tenebrarum velut latrones, indumentis gratiæ ſalutaris hominem ſpoliaſſe, cùm in eos incidit. *Turpiter igitur aberrant, qui aut iuſtitiam originalem donum ſupernaturale fuiſſe negant, aut gratiam diuinam per mortale peccatum amitti peruicaciter inficiantur.* In cap. 10. Luc.

5. Et nunc] *Sic vetus codex. excuſi* & tunc.

6. Quemadmodum quidam] *His conſona ſcribit Theophilus Antioch. lib. 2. ad Autolycum:* Non inuidens, vt quidam ſentiunt, Deus Adamo eũ ab arbore cognitionis abſtinere iuſſit: ſed hominem probare volebat, an dicto audiens eſſe vellet, &c. *Marcionem ac eiuſdem diſciplinæ cõprobatores deſignari mihi perſuaſerim: quoniam Theodoretus ſcribit eos docuiſſe ſerpentem meliorem eſſe & præſtantiorem Creatore, quòd hic quidem arboris cognitionis participes eſſe vetuerit, & ille permiſerit. Gregorius Nyſſen. putat ideò arborem illam prohibitam, quod vim haberet generandi in animo rerum malarum ſcientiam, quam habere hominem non expediebat. Veteres alij, vt Theophilus, Auguſt. 14. de ciuit. cap. 12. & 8. de Geneſi cap. 106. Chryſoſt. hom. 16. in Geneſ. Theodo. quæſt. 26. in materiam obedientiæ exercendæ vetitam volunt.*

7. Et inſanabile] *Deleuimus* inſenſibile *aut. vet. cod.*

QVID



## QVID EST QVOD A PROPHETA DICTVM eſt, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, &c.

### CAPVT XXXVIII.

Q[1] Vapropter inimicitiam poſuit inter ſerpentem & mulierem, & ſemen eius, obſeruantes inuicem: illo quidem cui mordetur planta, & potente calcare caput inimici; altero verò mordente, & occidente, & interpediente ingreſſus hominis, quoadusque venit ſemen prædeſtinatum calcare caput eius, quod fuit partus Mariæ, de quo ait Propheta. [2] Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem: ſignificans quia illud quod erigeretur & dilataretur aduerſus hominem peccatum, quod frigidum reddebat eum, euacuaretur cum regnante morte, & cõculcaretur ab eo in nouiſſimis temporibus inſiliens humano generi leo, hoc eſt, Antichriſtus; & draconem illum ſerpentem vetuſtum alligans & ſubijciens poteſtati hominis, qui fuerat victus, ad calcandam omnem eius virtutem. Victus autem erat Adam ablata ab eo [omni] vita: & propter hoc, victo rurſus inimico recepit vitam Adam: nouiſſima autem inimica euacuatur mors, quæ primum poſſederat hominem. Quapropter liberato homine, fiet quod ſcriptũ eſt, Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? quod non poterat iuſtè dici, ſi non ille liberatus fuit, cui primùm dominata eſt mors. Illius enim ſalus, euacuatio eſt mortis. Domino igitur viuificante hominem, id eſt Adam, euacuata eſt mors.

Geneſ. 3. 15. Pſalm. 90. 13. Luc. 10. 19. 1. Cor. 15. 54.

## ANNOTATIONES.

1. Quapropter inimicitiam] *τὴν ἔχθραν, quæ dicitur ira tempus vlciſcendi obſeruans. Diſſeritur autem de Chriſto, ſemine mulieris promiſſo, vt Serpentis caput, id eſt, mortem, Antichriſtum, diabolũ, peccatum, infernumq;, homine ſaluo ſuperaret. Atq; ita illum Geneſeos locum intelligendum ac explicandum eſſe docent quæ ſequũtur Gen. 12. 3. & 18. 18. & 22. 18. & 26. 4. vt & Paulus indicat Gal. 3. 8. Adeo quoque manifeſtum eſt illius promiſſi ſacri Seminis nomine, CHRISTVM ſignificatum eſſe; nomine autem Serpentis, Diabolum, ex Iſaiæ cap. 7. & 9. Ioannis 3. Rom. 1. 6. 16. Hebr. 2. 1. Petri 5. Apocalypſ. 12. & 13. & ſanctorum patrum vnanimi conſenſu, vt nunquam ſatis mirari poſſim Caluini & Marlorati pluſquam Iudaicam impietatem, qua locum illum non de Chriſti ac Satanæ diſſidio; ſed de communi odio vulgariq; horrore quo naturæ ſenſu vniuerſi à cunctis ſerpentibus abhorremus, malunt interpretari.*

2. Super aſpidem] *Auguſtinus & Caſſiod. hunc quoque locum de Chriſti & ſeruorum eius è diabolo victoria interpretantur. Diabolus (inquiunt) eſt aſpis, dum occultè percutit: baſiliſcus, cùm palam venena diſſeminat: leo, dum violenter perſequitur innocentes: draco, cùm negligentes impia voracitate deglutit. Vel, draco, dum occultè inſidiatur per hæreticos: & leo, dum apertè ſæuit per tyrannos: quæ omnia per aduentum Domini, pedibus eius, id eſt, à ſanctis proſtrata iacuerunt.*

## ADVERSVS TATIANI DOctrinam.

### CAPVT XXXIX.

M[1] Entiuntur ergo omnes qui contradicunt eius ſaluti, ſemper ſeipſos excludentes à vita, [in] eo quòd non credant inuentam ouem quæ perierat. Si autem illa non eſt inuenta, adhuc poſſidetur in perditione omnis hominis generatio: mendax ergo is qui prior hanc ſententiam, imò hanc ignorantiam & cæcitatem induxit, Tatianus. Connexio quidem factus omnium hæreticorum, quemadmodum oſtendimus; hoc autem à ſemetipſo adinuenit, vti nouum aliquid præter reliquos inferens, vacuum loquens, vacuos à fide auditores ſibi præpararet, affectans magiſter haberi, tentans & ſubinde vti huiuſmodi à Paulo aſſiduè dictis: Quoniam in Adam omnes morimur, ignorans autem, quoniã vbi abundauit peccatũ, ſuperabundauit gratia. Oſtenſo ergo hoc manifeſtè, erubeſcant omnes qui ab eo ſunt, [2] & concertant de] Adam, quaſi magnum aliquid lucrentur, ſi ille non ſaluetur, * quanto magis nihil proficiant, quemadmodum & ſerpens nihil [profecit] ſuadens homini, [niſi] illud quod eum tranſgreſſorem oſtendit, initium & materiam apoſtaſiæ ſuæ habens hominem, Deum autem non vicit. Sic & hi qui contradicunt ſaluti Adę, nihil proficiunt: niſi hoc, quod ſemetipſos hęreticos & apoſtatas faciunt veritatis, & aduocatos ſe ſerpentis & mortis oſtendunt.

Luc. 15. 7. Rom. 5. 15. * quando

ANNO-

## ANNOTATIONES.

A

1. Mentiuntur ergo] *Eandem quam hîc confutat Tatiani & Encratitarum hæreſim, repetiuit lib. 1. cap. 31. vbi & multa, quæ hunc locum expediunt, ex alijs authoribus collegimus. Cæterùm, Nicodemus Chriſti diſcipulus in hiſtoria, quæ fertur nomine eius, de paßione & reſurrectione Domini, refert Dominum Ieſum, cùm ſecundùm animam deſcendiſſet ad inferos, manum Adami tenuiſſe, & dixiſſe:* Pax tibi cum omnibus filijs tuis iuſtis meis. *Ipſum autem Adam Chriſti genibus aduolutum lacrymabiliter deprecatum eum voce magna his verbis:* Exaltabo te, Domine, quoniam ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſuper me: Domine Deus meus, clamaui ad te, & ſanaſti me. Eduxiſti ab inferis animam meam, ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum, &c.

2. Et concertant de] *Expunximus* concertante: *& paulò poſt* profecit *loco* proficit *ſubſtituimus, author. vet. codic.*

## *ADVERSVS EOS QVI EX QVACVNQVE cauſa ſchiſma faciunt.*

B

### CAPVT XL.

T[1]Raductis igitur omnibus, qui nefandas inferunt ſententias de factore & plaſmatore noſtro, qui & hunc mundum fabricatus eſt, ſuper quem alius Deus non eſt; & ipſis oſtenſionibus euerſis his, qui de ſubſtantia Domini noſtri, & de diſpoſitione quam fecit propter hominem ſuum, falſa docent: prædicationem verò Eccleſiæ vndique conſtantem, & æqualiter perſeuerantem, [&] teſtimonium habentem à Prophetis & ab Apoſtolis, & ab omnibus diſcipulis, quemadmodum oſtendimus per initia, & medietates, & finem, & per vniuerſam Dei diſpoſitionem, & eam quæ ſecundùm ſalutem hominis eſt, ſolidam operationem, quæ eſt in fide noſtra; quam perceptam ab Eccleſia cuſtodimus, & quæ ſemper à Spiritu Dei, quaſi in vaſe bono eximium quoddam depoſitum iuueneſcens, & iuueneſcere faciens ipſum vas [in quo eſt. Hoc] enim Eccleſiæ creditum eſt Dei munus, quemadmodum [2] aſpiratio plaſmationi, ad hoc vt omnia membra percipientia viuificentur: [3] & in eo diſpoſita] eſt communicatio CHRISTI, id eſt Spiritus ſanctus, arrha incorruptelæ & confirmatio fidei noſtræ, & ſcala aſcenſionis ad Deũ. C

*Epheſ. 4. 11.* In Eccleſia enim (inquit) poſuit Deus Apoſtolos, Prophetas, doctores, & vniuerſam reliquam operationem Spiritus, [4] cuius non ſunt participes omnes, qui non con- **currunt* currunt ad Eccleſiam: ſed ſemetipſos fraudant à vita, per ſententiam malam, & operationem peſſimam. Vbi enim Eccleſia, ibi & Spiritus [Dei;] & vbi Spiritus Dei, illic Eccleſia, & omnis gratia: Spiritus autem veritas. Quapropter qui non participant eum, neque à mammillis matris nutriuntur in vitam, neque percipiunt de corpore CHRISTI procedentem nitidiſſimum fontem: ſed effodiunt ſibi lacus detritos de

*Ierem. 2. 13.* foſſis terrenis, & de cœno * putridam bibunt aquam, effugientes fidem Eccleſiæ, ne **putidam* traducantur, reijcientes verò Spiritum vt non erudiantur. Alienati verò à veritate, dignè in omni volutantur errore, fluctuati ab eo, aliter atque aliter per tempora de eiſdem ſentientes, & nunquam * ſcientiam ſtabilem habentes, ſophiſtæ verborum **ſententiã ſtabilitam*

*Matth. 7. 25.* magis volentes eſſe quàm diſcipuli veritatis. Non enim ſunt fundati ſuper * viuã pe- **vnam* tram, ſed [5] ſuper arenam habentem in ſeipſa lapides multos: propter hoc [&] multos deos fingunt, & quærere quidem ſemper in excuſatione habẽt, (cæcutiunt enim,) inuenire verò nunquam poſſunt. Blaſphemãt enim fabricatorem, hoc eſt eum qui eſt verè Deus, qui & præſtat inuenire, putãtes ſe ſuper Deum alterũ inueniſſe Deum, vel D alteram plenitudinẽ, vel alteram diſpoſitionẽ. Quapropter & lumẽ, quod eſt à Deo,

*1. Pet. 2.* nõ lucet eis, quoniam inhonorauerunt & ſpreuerunt Deum, minimum arbitrantes eũ: quoniam propter dilectionem ſuam, & immenſam benignitatem in agnitionem venit * hominis: agnitionem autem non ſecundùm magnitudinem, nec ſecũdùm **hominibus:* ſubſtantiam: (nemo enim menſus eſt eam, nec palpauit) ſed ſecundùm illud vt ſciremus quoniam qui fecit & plaſmauit, & inſufflationem vitæ inſufflauit [in] eis, & per conditionem nutrit nos verbo ſuo confirmans, & ſapientia compingens omnia, hic eſt qui eſt ſolus * verè Deus: eum verò qui non eſt, ſomniantes ſuper hunc, vt ma- **verus* gnum Deum putentur adinueniſſe, quem nemo poſſit cognoſcere humano generi communicantem, nec terrena adminiſtrantem: [6] Epicuri videlicet inuenientes Deum, neque ſibi, neque alijs aliquid præſtantem, id eſt, nullius prouidentiam habentem.

ANNO-



A

## ANNOTATIONES.

1. Traductis igitur omnibus] *Breui recapitulatione concludit, quæ hactenus aduerſus varias Gnoſticorum impietates diſſeruit: nimirũ de vno Deo, Chriſti œconomia, & mundi creatione: deinde, illorum ſectis opponit Eccleſiæ Catholicæ vbique conſtantem conſonamq́; prædicationem, Spiritum ſanctum in ea perpetuò reſidentem: ac idcirco ſummoperè ab omnibus expetendam eius communionem, ne ad omnem ventum doctrinæ fluctuemus.*

2. Aſpiratio] *Vet. cod.* Ab inſpiratione plaſmationi, *vt aliàs fortè fuerit*, ab inſpiratione, *id eſt, diuina reuelatione*, plaſmatio, *id eſt hominis primi creatio, innotuerit: aut ſi excuſa lectio placet, per* aſpirationem *animam rationis capacem, quæ diuino afflatu corpori infuſa eſt, intelligit.*

B

3. Et in eo diſpoſita] *Sic ex vet. cod. repoſuimus, vt intelligatur in eo munere prædicationis & fidei, quod Eccleſiæ creditum eſt, communicationem Chriſti diſpoſitam eſſe: niſi fortè aliàs fuerit,* depoſito, *cuius loco ſubrepſiſſet* diſpoſito, *quod excuſi codices habebant.*

4. Cuius non ſunt participes] *Idem canit vulgata ore omnium, nec ideò tamen minus grauis Beatiſſimi martyris Cypriani ſententia:* Habere iam non poteſt Deum Patrem, qui Eccleſiam non habet matrem. *Hæc digna quæ frequenter ſuis ſcriptis insereretur, viſa eſt Auguſtino tomo ſeptimo, libro de vnitate Eccleſiæ, & libro ſecundo contra literas Petiliani cap. 38. & tomo 9. tract. 118. in Io. & tomo 2. epiſt. 50.*

5. Super arenam] *Alludit ad Chriſti verba Matt. 7. Per arenam varias, pugnantes, & inconſtantes hæreſiarcharum ſententias, quibus nitebantur, intelligens. Relatum eſt autem inter adagia:* In arena ædificas, *in eos qui negotium inutile futurum aggrediuntur. Similis parœmia eſt:* Arenæ ſemina mandas: *quæ non tantùm inania opera, ſed quæ ſimul iacturam quandam grauem adiunctam habent, ſignificat.*

6. Epicuri Deum] *Id eſt otioſum, & quicuram nullam habeat rerum creatarum. Talem enim Deum finxiſſe Epicurum teſtes ſunt Clemens, Theophilus, Iuſtinus, Lactantius, Laertius, Plutarchus, & M. Tullius. Deum qualem fingebat Marcion, Tertullianus quoque vocat* Deum Epicuri, *libro quarto: & libro primo* Epicurum Marcionis conſiliarium *appellat.*

**ſecundũ prouidentiam.*

## *OSTENSIO QVONIAM * PROVIDENTIA Dei regatur hic mundus.*

### CAPVT XLI.

C

P[1]Rouidentiam autem habet Deus omnium, propter hoc & conſilium dat: conſilium autem dans adeſt his, qui morum prouidentiam habent. Neceſſe eſt igitur ea quæ prouidentur & gubernantur, cognoſcere ſuum * rectorem: quæ quidem non ſunt irrationabilia, neque vana, ſed habent **directorẽ:* ſenſibilitatem perceptam de prouidentia Dei. Et propter hoc [2] Ethnicorum quidam, qui minus illecebris ac voluptatibus ſeruierunt, & non in tantum ſuperſtitione idolorum abducti ſunt; prouidentia eius moti, licet tenuiter, tamen conuerſi ſunt, vt dicerent fabricatorem huius vniuerſitatis Patrem omnium prouidentem, & diſponentem ſecundùm nos mundum.

## ANNOTATIONES.

1. Prouidentiam habet Deus] *Mundum diuina prouidentia, id eſt, paterna Dei ſolicitudine & ratione gubernari, etiam Ethnicorum teſtimonio confirmat, aduerſus Epicureos Gnoſticorum tum errores, tum mores. Huius extant præclara apud Tullium teſtimonia.* In mundo Deus eſt aliquis *(ait lib. 1. de Nat. deor.)* qui regit, qui gubernat, qui curſus aſtrorum, qui mutationes temporum, rerum viciſſitudines ordineſque conſeruat, terras & mare contemplans; hominum commoda, vitaſque tuetur, *&c.* Vt hominum membra nulla contentione, mente ipſa & voluntate mouentur; ſic numine deorum omnia finguntur, mouentur, atque mutantur. *Et Oratione pro Roſcio.* Commoda quibus vtimur, lucem qua fruimur, ſpatium quod ducimus, à Deo nobis dari & impartiri videmus, &c.

D

2. Ethnicorum quidam] *Inter hos, Aratum, Simonidem, Euripidem, Menandrum, Theſtium, & Dionyſium numerat Theophilus Antiochenus libro ſecundo, ad Autolycum: quibus libro tertio, Ariſtotelem adiungit. Iuſtinus libro de Monarchia, quamplurimos alios enumerat. Auguſtinus de Seneca ſcribit libro ſexto de Ciuit. capite decimo.* Colebat, quod reprehendebat: agebat, quod arguebat: quod culpabat, adorabat. *Tertullianus capite quadrageſimo quinto Apol. Platonicos Deum intra mundum conſtituiſſe refert, qui gubernatoris exemplo, intra illud ſedeat, quod regat.*

*QVO-*

## QVONIAM NEQVE JVSTITIA SINE bonitate conſtare poteſt, neque bonitas ſine iuſtitia. A

### CAPVT XLII.

R[1]Vrſus vt increpatiuum auferrent à Patre & iudiciale,[2] indignum id Deo] putantes, & ſine iracundia, & bonum arbitrantes ſe adinueniſſe Deum, alterum quidem iudicare, & alterum quidem ſaluare dixerunt, neſcientes vtrorunque auferentes ſenſum & iuſtitiam. Si enim iudicialis non & bonus ſit, ad * dandum quidem his quibus debet, & [ad] exprobrandum *donandi his quibus oportet, neque iuſtus neque ſapiens videbitur iudex. Rurſus bonus, ſi hoc tantùm ſit bonus, non & probator, in quos * emittat bonitatem; extra iuſtitiam erit *immittat & bonitatem, & infirma bonitas eius videbitur, non omnes ſaluans, ſi non cum iudicio fiat. B

#### ANNOTATIONES.

1. Rurſus vt increpatiuum] *Hoc capite paucis abſoluit, quæ copioſè & ornatè diſputauit poſtea Lactantius libro integro de ira Dei; & Tertullian. paſſim lib. 1. cōtra Marcionem: Origeneſq́; in calce Dialogi primi, & initio ſecundi contra Marcionitas. Probat autem Irenæus fortiſſimo dilemmate, non eſſe alium Deum mūdi Iudicem, alium verò Saluatorem conſtituendum: quandoquidem vnicus ſit, infinita ſimul præditus iuſtitia vt malos plectat; atque bonitate, vt pijs benefaciat & ſalutem impertiatur. Vocat autem increpatiuum & iudiciale, quod Græcis eſt* τὸ ἐλεγκτικὸν καὶ κριτικόν, *id eſt, poteſtatem ſeu vim redarguendi & iudicandi. Vel* τὸ ἐπιτιμητικόν, *id eſt, vis puniendi.*

2. Indignum id Deo] *Sic vet. cod. excuſi* ideo.

## QVONIAM SAPIENS, JDEM & iudex.

### CAPVT XLIII.

M[1]Arcion igitur ipſe diuidens Deum in Duo, alterum quidem bonum, & alterum iudicialem dicens, ex vtriſque interimit Deum. Hic enim C qui iudicialis, ſi non & bonus ſit, non eſt Deus,[2] quia Deus non eſt, cui bonitas deſit: & ille rurſus qui bonus, ſi non & iudicialis, idem quod hic patietur, vt auferatur ei ne ſit Deus. Quemadmodum autem & ſapientem dicunt Patrem omnium, ſi non [&] iudiciale ei aſſignent? Si enim ſapi s, & probator eſt; probatori autem ſubeſt iudiciale, iudiciale autē aſſequitur iuſtitiam; vt iuſtè probet iuſtitiam, prouocat iudicium: iudicium autem cùm ſit, cū iuſtitia tranſmittet ad ſapientiam. Sapientia igitur præcellet Pater ſuper omnem humanam & angelicam ſapientiam; quoniam Dominus & iudex [&] iuſtus, & dominator ſuper omnes. Eſt enim & bonus, & miſericors, & patiens, & ſaluat quos oportet: neque bonum ei deficit iuſti effectum, neque ſapientia deminoratur: ſaluat enim quos debet ſaluare, & iudicat dignos iudicio: neque iuſtum immite oſtenditur, præeunte licet & præcedente bonitate.

#### ANNOTATIONES. D

1. Marcion igitur] *De hoc libro primo, capite vigeſimo nono. Oſtenditur porrò vnicum eſſe Deum, ſummè bonum, ſummè iuſtum, ſummè ſapientem, ſummè patientem & longanimum, qui denique reddet vnicuique iuxta opera ſua, iudicans orbem in æquitate.*

2. Quia Deus non eſt cui bonitas deſit] *Argumentis huiuſmodi ad abſurda & inopinabilia ducentibus eundem Marcionem ſæpe vrget Tertullianus libro primo.* Deus, ſi non vnus eſt, non eſt: quia dignius credimus non eſſe quodcunque non ita fuerit, vt eſſe debebit. *Et rurſus:* Ex hoc quoq; negabimus Deum, in quo non omnia quæ Deo digna ſint, conſtent, &c.

OSTEN-



## A OSTENSIO QVOD VERBVM DOMINI & iuſtum & bonum ſit.

### CAPVT XLIIII.

Matth. 5. 46 Q[1]VI igitur Solem ſuum oriri facit omnibus benignè Deus, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, iudicabit eos, qui ex æquo benignitatem eius percipientes, non ſimiliter ſecundùm dignationem munerationis eius conuerſati ſunt: ſed in delitijs & luxurijs verſati ſunt aduerſus beneuolentiam eius, adhuc & blaſphemantes eum, qui tanta beneficia in eos fecerit.

#### ANNOTATIONES.

1. Qui igitur Solem.] *Ex effectis cæleſtibus docet prouidentiam & beneficentiam Dei, in omnes nunc extendi: futurum autem graue iudicium in ingratos et blaſphemos, cuiuſmodi erant Marcionitæ & Gnoſtici.*

## B QVEMADMODVM RELIGIOSIOR PLATO, quàm hæretici* oſtendatur. *oſtenditur.

### CAPVT XLV.

Q[1]Vibus religioſior Plato oſtenditur, qui eundem Deum & iuſtum & bonum confeſſus eſt, habentem poteſtatem omnium, ipſum facientem iudicium, ſic dicens.[2] Et Deus quidem, quemadmodum & vetus ſermo eſt, initium, & finem, & medietates omnium quæ ſunt habens, rectè perficit, ſecùndum naturam circumiens: hunc autem [ſemper] conſequitur iuſtitia vltrix in eos qui deficiunt à Lege diuina.

#### ANNOTATIONES.

C

1. Quibus religioſior Plato oſtenditur] *Platonis Philoſophiam, à vera Chriſtianorum religione, nō ita multum abhorrere, quantis poteſt teſtimonijs ex illius ſcriptis adductis, & cum præcipuis fidei noſtræ capitibus collatis, oſtendit Euſebius poſterioribus ſex lib. de præpara. Euang. Auguſtinus cùm decem capitibus libri octaui de ciuit. Dei, multa præclara de Platone diſſeruiſſet, vndecimo inueſtigat, vnde, à quibúſue didicerit tanta, quæ religioni noſtræ congruunt. Eorum reijcit ſententiam, qui opinantur Platonem in ſua apud Aegyptios peregrinatione Ieremiam prophetam audiuiſſe, & cum eo congreſſum: quam tamen Lib. 2. de doctrin. Chriſt. cap. 28. vt ſui in Chriſto patris (ita enim de eo loquitur, à quo ſacro fonte lotus fuerat) B. Ambroſij ex animo probauerat. Contendit poſtea Platonem ſacras ſcripturas legere nō potuiſſe, quippe quæ in Græcam linguam necdum tranſlatæ eſſent: quod de 70. tralatione verum quidem oſtendit chronologia. At, aliam fuiſſe antè Alexandri, imò & Perſarum imperia: vnde quicquid veri & recti docuerunt, hauſerint Philoſophi, contendit Euſebius lib. 9. de præparat. cap. 3. & lib. 13. cap. 7 Libenter autem admittit Auguſtinus, Platonem acerrimi iudicij virum, ſicut Aegyptias, ſic & Hebræas literas per interpretem didiciſſe.*

2. Et Deus quidem] *Locus hic Platonis extat Dialogo quarto de legibus; in quo, pro* rectè perficit, *quod hic habetur, Ficinus* recta peragit; *ego forſan melius, dixerim* rectà pergit, *cùm Græcè legatur* εὐθείαν περαίνει *Deinde, quod Plato veterem de Deo ſermonem vſurpat, reſpexiſſe arbitror ad veteris Orphæi carmina, quæ apud Proclum leguntur,*

Ζεὺς πρῶτος γένετο, ζεὺς ὕςατος ἀργικέραυνος,
Ζεὺς κεφαλὴ, ζεὺς μέσσα. Διὸς δ᾽ ἐκ πάντα τετύκται. *Id eſt.*
*Iupiter primus eſt, Iupiter vltimus fulminator,*
*Iupiter caput, Iupiter medium. Ab Ioue autem omnia facta ſunt.*

D

## QVEMADMODVM SECVNDVM SVAM REgulam, qui à Valentino ſunt, extra veritatem *oſtendantur. *oſtendũtur.

### CAPVT XLVI.

E[1]T iterum, factorem & fabricatorem huius vniuerſitatis bonum oſtendit. Bono autem (inquit) nulla vnquam de quoquam naſcitur inuidia: hoc initium & cauſam fabricationis mundi conſtituens bonitatem Dei; ſed non ignorantiam, nec Aeonem qui errauit,[2] nec labis] fructum, nec matrem plorantem & lamentantem, nec alterum Deum vel patrem. Iuſtè autem eos mater planget, talium excogitatores & adinuentores:[3] digna enim [commentati, &] com-

&]commentiti ſunt in capita ſua, quoniam mater ipſorum extra plenitudinem eſt, id eſt, extra Dei agnitionem, & collectio eorum abortio facta eſt informis, & ſine ſpecie: nihil enim de veritate apprehendit, in vacuum & in vmbram decidit. Vacua enim doctrina ipſorum & intenebrata, & Horus eam non permiſit introire in pleroma: non enim [4] recepit] eos ſpiritus in refrigerium. Pater enim ipſorum ignorantiam *regenerans, mortis *paſſionem in eis operatus eſt. Hæc non nos diffamamus, ſed ipſi confirmant, ipſi docent, gloriantur in ipſis, altùm ſentiunt de matre, quam ſine patre dicunt genitam, hoc eſt ſine Deo fœminam à fœmina, quod eſt ex errantia corruptelam. [5]Nos autem precamur non perſeuerare eos in fouea, quam ipſi foderunt, ſed ſegregari ab huiuſmodi matre, & exire à Bytho, & *abſtinere à vacuó, & vmbram derelinquere. & legitimè eos generari, conuerſos ad Eccleſiam Dei, & formari Chriſtum in eis, & cognoſcere eos fabricatorem & factorem huius vniuerſitatis, ſolum verum Deum, & Dominum omnium. Hæc precamur de illis, vtilius eos diligentes, quàm ipſi ſemetipſos putant diligere. Quæ enim eſt à nobis dilectio, cùm ſit vera, ſalutaris eſt eis, ſi quidem eam recipiant. Eſt enim auſtero medicamini ſimilis, abſumens* improbiorem ac ſuperfluam vulneris carnem. Elationem enim illorum & inflationem euacuat. Quapropter tentantes omni virtute manum porrigere eis non tædebit nos. [6]Prorogauimus] autem ſuper hæc quæ dicta ſunt, in ſequenti libro Domini ſermones inferre, ſi quos ex his per ipſam Chriſti doctrinam conuincentes, ſuadere poſſimus ceſſare ab eiuſmodi errore, & abſiſtere ab ea blaſphemia, quæ eſt in fabricatorem ipſorum, qui & ſolus eſt Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti.

A *generans, *paſſiones *abſiſtere *impro- priorem B

## ANNOTATIONES.

1. Et iterum.] *Rurſum ex Platone docet, Mundum iſtum non ex ignorantia, labe, aut Aeonis aberrantis virtute conditum eſſe: ſed Diuina cæleſtiq; virtute atq; bonitate: quod etiam Cicero eundem Platonem aſſeruiſſe teſtatur lib. 1. de natura Deor. & libro de vniuerſo.*

2. Nec labis fructum.] *Sic ex vet. cod. reſtituimus: excuſi* nec de his. *Paucis autem ea Gnoſticorum figmenta conſtringit, quæ latius lib. 1. cap. 1. deſcripſerat.*

3. Digna enim commentati & commentiti ſunt.] *Duas voculas ex vet. cod. addidimus, quæ mirè conueniunt. Alludere porrò videtur ad hæc verba Danielis ad alterum impurorum Suſannæ iudicum:* Rectè & tu mentitus es in caput tuum. *Daniel. 13. etenim vt illi ſuis adulterijs eius caſtitatem contaminare, ſic hæretici Eccleſiæ ſponſæ Chriſti fidem doctrinamque temerare nituntur.*

4. Recepit] *Deleuimus* recipit *autho. vet. cod.*

5. Nos autem precamur] *Magna patrum pietas, qui nec pro infeſtiſſimis Eccleſiæ hoſtibus orare deſinebant. Sic Ignatius Smyrnenſes hortatur pro hæreticis orare, ſi quouis modo eos pœniteat.*

6. Prorogauimus autem] *Id eſt, diſtulimus opportuniore loco: ſic legendum ex vet. cod. proponimus, cuius authoritate expunximus,* prærogauimus.

C

FINIS LIBRI TERTII.



# CAPITA LIBRI QVARTI.

A

*HÆ ſunt exprobrationes & euerſiones falſæ agnitionis.*

*1 Oſtenſio quoniam Dominus vnum Deum ſolum, & Patrem cognoſcebat.*

*2 Quæſtio de eo quid ſit, Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ.*

*3 Oſtenſio quòd per Moyſem legiſdatio ſermones ſint Chriſti.* B

*4 Expoſitio parabolæ diuitis & pauperis Lazari.*

*5 Oſtenſio quoniam cælum [quidem] & terra *tranſient, Dominus autem qui condidit, & manet in æternum, ipſe eſt Pater Domini noſtri.* *tranſiet,

*6 Quæ cauſa eſt, quod cælum & terra tranſiet.*

*7 Quare relicta eſt Hieroſolyma.*

C *8 Oſtenſio q̄ tēporalis lex data eſt.*

*9 Quoniam Chriſtus eſt, qui ſuperinducit diem velut clibanum ardentem.*

*10 Oſtenſio eundem Deum & præſentia & æterna feciſſe.*

*11 Quemadmodum Dominus eū qui de rubo locutus eſt ad Moyſem, cōfitetur eſſe *Deū viuentiū.* *Dominū

*12 Quoniā Abrahā vidit Chriſtū.*

*13 Quoniam vna & eadem Abrahæ fides, & noſtra.* D

*14 Quid eſt, quòd nemo cognoſcit Patrem niſi Filius, & per quot occaſiones reuelat Filius Patrem.*

*15 Quemadmodum Abraham à verbo doctus eſt.*

*16 Quemadmodum promiſſionē, quam promiſit Deus Abrahæ, Chriſtus perfecit.*

*17 Quare Iudæi abceſſerūt à Deo.*

*18 Oſtenſio quoniam Abraham* hæreditatem poſſidebit regnum cælorum.* *hæreditate

*19 Quoniā Dominus ſabbatis curans, ſecundùm legem faciebat.*

*20 Quoniam non contra Legē faciebant diſcipuli Domini ſabbatis ſpicas legentes [& quoniam Leuitæ omnes diſcipuli Domini.]*

*21 Oſtenſio vnius & eiuſdem ſubſtantiæ eſſe, quæ ſecundùm Legem ſunt, & ea quæ ſecundùm Euangelium, & quēadmodum nouū teſtamentum *p̄dictum eſt à Prophetis.* *prædicatū

*22 Quid eſt, Pluſquam templum, & pluſquam Salomon.*

*23 Quēadmodum Moyſes aduentum Chriſti ſignificauit, & tēpus paſſionis, & locū in quo paſſus eſt.*

*24 Quoniam Prophetæ & iuſti ante aduentum Domini, cognouerunt aduentum eius.*

*25 Quemadmodum ſeniorum traditio contraria erat Legi, quæ data eſt per Moyſem.*

*26 De Phariſaica Lege, q̄ ſunt particularia p̄cepta, & q̄ Catholica.*

*27 Quemadmodum Dominus, quæ de Lege comprehendebantur, ſuperextendit diſcipulis, non diſſoluit, & ſecundùm quid plus abundat iuſtitia noſtra, quàm Scribarum & Phariſæorum.*

*28 Quare fecit hominem Deus, & patres elegit, & nos vocauit, & quid præſtat ea quæ eſt ad* Dominum ſeruitus, & quare talis Lex populo data eſt.* *Deum

*29 Quemadmodū in populo priore, & in Eccleſia quædam præce-*

pta propter duritiam & indicto audientiam hominum data ſunt.

30 Quare circunciſio data eſt populo, & obſeruatio ſabbathorum, & quã habent recapitulationem.

31 In quo differt Decalogus à reliquis præceptis.

32 Oſtenſio quoniam non propter ſe, nec indigens Deus* de ſeruitio eorum, Leuiticam præcepit Legem. quid enim requirit Deus ab homine nullius indigens?

*de ſeruitione

33 Quemadmodum nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti propriũ Patris oſtenditur.

34 De ſacrificijs & oblationibus, et qui ſunt q in veritate offerunt.

35 Quorum typum accipiebat populus, [&] quemadmodum per actus prophetæ ꝓphetabãt futura.

36 Quemadmodum inueſtigabilis & incomprehenſibilis oſtenditur is, qui hanc, quæ ſecundùm nos eſt, condidit creaturam.

37 Secundùm quid notus Deus, et ꝙ ipſe Pater cõditor omnium per ſuas manus formauit hominem.

38 Quemadmodum in Abraham præfigurabatur fides noſtra, & quæ eſt expoſitio eorum, quæ facta ſunt à patribus.

39 Quare lauit pedes diſcipulorum [ſuorum] Dominus, & quare diſcumbentibus, & quod ipſe ſimiliter ante omnes Deus oſtenditur.

40 De eo quod ait, Non vos laboraſtis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis.

41 Quare Paulus dicit ſe plus quàm omnes laboraſſe.

42 Quemadmodum in circunciſione & præputio, & fide vnus Pater oſtenditur.

A 43 Quid eſt, theſaurus abſconditus in agro, & quòd ſola Eccleſia rectè legat ſcripturas.

44 De presbyteris iniuſtis.

45 Quibus doctoribus vtendum eſt: de his peccatis, quæ ab antiquis geſta ſunt.

46 De transgreſſione populi.

47 Oſtenſio quòd vnum & idipſum ſit Verbum Dei diſpoſitor veterum & nouorum.

B 48 Secundùm qd indurauit Deus cor Pharaonis et miniſtrorũ eius.

49 Quare ſecundùm iuſſum Dei vaſa ab Ægyptijs ſumpſit populus in Exodo, & ex ipſis tabernaculum in eremo fabricauit.

50 Quemadmodum vna et eadem populi profectio ex Ægypto, & Eccleſiæ ex gentibus oſtenditur.

51 Oſtenſio generationis Loth ex filiabus ſuis.

C 52 Oſtenſio vnum & eundem eſſe [Deum] Patrem & non illorum.

53 Quis eſt ſpiritalis diſcipulus? qui iudicat quidem omnes, ipſe autem à nemine* iudicatur: & qui ſunt, qui iudicantur.

*iudicaturus:

54 Quemadmodum iudicabuntur gentes. (Iudæi

55 Quemadmodum iudicabũtur

D 56 Oſtenſio quoniã duos aduẽtus Chriſti Prophetæ annũciauerũt.

57 Quemadmodum iudicabuntur, qui à Marcione ſunt.

58 Quemadmodũ iudicabuntur q ſũt à Valẽtino, et reliqui Gnoſtici.

59 Quemadmodum iudicabuntur Ebionitæ.

60 Quẽadmodũ iudicabuntur, qui putatiuè dicũt Deũ manifeſtatũ.

61 Quem-



A 61. Quemadmodum iudicabũtur pſeudoprophetæ.

62. Quemadmodum iudicabũtur qui ſchiſmata operantur, & omnes, qui ſe ſegregant ab Eccleſia.

63. Quemadmodum omnia conſiſtunt ei, qui eſt Eccleſiaſticus.

64. Oſtenſio quòd Eccleſia non tantùm perfectam habeat dilectionem, ſed quoniam & ſpiritus Dei ſuper eã requieſcit, & quod
B ab vno & eodem Deo [Prophetæ, & Chriſtus.]

65. Quomodo Prophetæ omnia prædixerunt, quæcunq; Chriſtus operatus.

66. Quomodo Prophetæ membra Chriſti ſunt, & quemadmodum vnuſquiſque eorum, ſecundùm quod erat membrum, ſecundùm hoc & prophetauit, & quoniam omnia quæ Prophetæ prædixerunt, Chriſtus adimpleuit.

C 67. Aduerſus eos qui dicũt, Quid noui veniens attulit Chriſtus?

68. Aduerſus eos qui dicunt quædam à ſummitate dixiſſe Prophetas, quædam verò à mundi fabricatore.

69. Quemadmodum de [eiſdem] ipſis dictis, diſcrepant à ſemetipſis, qui ſunt à Valentino.

D 70. Oſtenſio de Domini ſermonibus cõfitentis ſe à Deo Patre miſſum, à quo & Prophetæ venerũt, & patres electi ſunt.

71. Oſtenſio quod homo liber ſit, & ſuæ poteſtatis, ad hoc, vt ab ſe eligere poſſit meliora & contraria.

72. Oſtenſio ꝙ non natura quidã boni ſunt, quidam verò mali, & ꝙ in hominis electione ſit bonum.

73. Quæ cauſa fuerit quod non ab initio perfectus factus eſt homo.

74. Et ſecundùm quid omnia quæ facta ſunt indigent perfecto, & vnde eſt indigentia.

75. Quid eſt quod à Paulo dictũ eſt, Lac vobis potũ dedi, non eſcã.

76. Quæ eſt agnitio boni & mali, & quemadmodũ homo cùm indicto audiens fuiſſet, inualuit Deus per* dicti audientiam meliorem fieri hominem.

*dicto

77. Quid eſt quod ad Prophetam dictum eſt, Ego Deus Zelans & faciens pacem, & condens* malum.

*mala.

78. Oſtenſio quoniam non alius eſt qui requiem dat pater, alius autem qui ignẽ præparauit, Deus: [ſed vnus & idem.]

79. Quare angeli, diaboli & filij nequitiæ dicti ſunt.

80. Qui illi & ob quam cauſam [progenies] viperarum, *quod nõ obediunt Euangelio.

*qui

# PRÆFATIO QVARTI LIBRI.

## HÆ SVNT EXPROBRATIONES ET euerſiones falſæ agnitionis.

H*Vnc quartum librum Dilectiſſime, tranſmittens tibi, operis quod eſt de detectione & euerſione falſæ cognitionis, quemadmodum promiſimus, per Domini ſermones, ea quæ prædiximus confirmauimus, vti & tu, ſicut poſtulaſti, vndiq; à nobis accipias occaſiones ad cõfutandos omnes hæreticos, & eos* omnino retuſos non longius ſinas in erroris procedere profundum, neque ignorantiæ præfocari pelago; ſed conuertens eos in veritatis portum, facias

*Nunc

Lib. 3. c. 46.

*omni modo

A facias ſuam percipere ſalutem. [1] Eum autem qui velit eos conuertere, oportet diligenter ſcire regulas ſiue argumenta ipſorum: nec enim poſſibile eſt alicui curare quoſdam malè habentes, qui ignorat paſſionem eorum qui malè valent. Quapropter hi qui ante nos fuerunt, & quidem multo nobis meliores, non tamen ſatis potuerunt contradicere his qui ſunt à Valentino, quia ignorabant regulam ipſorum, quam nos cum omni diligentia in primo libro tibi tradidimus; in quo & oſtendimus doctrinam eorum recapitulationem eſſe omnium hæreticorum. Quapropter [&] in ſecundo tanquam ſpeculum habuimus eos totius euerſionis, qui enim his cõtradicunt ſecundùm quod oportet, contradicunt omnibus qui ſunt malæ ſententię: & qui hos *euertunt, euertunt omnem hæreſim: ſuper omnes eſt enim blaſphema regula ipſorum, quandoquidem factorem & fabricatorem, qui eſt vnus Deus, ſecundùm quod oſtendimus, de Labe ſiue defectione eum emiſſum dicunt. Blaſphemant autem & in Dominum [noſtrum,] abſcindentes & diuidentes IESVM à CHRISTO, & Chriſtum à Saluatore, & Saluatorem rurſum à Verbo, & Verbum ab Vnigenito. Et quemadmodum fabricatorem ex Labe ſiue defectione emiſſum dicunt, [ſic] & Chriſtum & Spiritum ſanctum propter Labem emiſſum docuerunt, & Saluatorem ab B his Aeonibus qui à Labe emiſſi ſunt, fructificationem eſſe; vt nil ſit apud eos ſine blaſphemia. In eo igitur qui ante hunc eſt [libro,] oſtenſa eſt de his omnibus ſententia Apoſtolorum. Quoniam non ſolùm nihil tale ſenſerunt qui ab initio ſpeculatores, & miniſtri fuerunt verbi veritatis: ſed & pręedicauerunt nobis fugere huiuſmodi ſententias, Spiritu prouidentes eos qui ſeducturi erant ſimpliciores. [2] Quemadmodum enim ſerpens Euam ſeduxit, promittens ei quod non habebat ipſe: ſic & hi prætendentes maiorem agnitionem, & myſteria inenarrabilia, & promittentes eam quam dicunt intra Pleroma eſſe receptionem, in mortem demergunt ſibi credentes, apoſtatas eos conſtituentes ab eo qui eos fecit. [3] Et tunc quidem] apoſtata Angelus per ſerpentem inobedientiam hominum operatus, exiſtimauit latere ſe Dominũ: quapropter eandem ei formam & appellationem tribuit Deus. Nunc autem quoniam nouiſſima ſunt tempora, extenditur malum in homines, [4] non ſolùm apoſtatas eos faciens, ſed & blaſphemos in plaſmatorem inſtituit multis machinationibus, id eſt, per omnes hæreticos qui prædicti ſunt. Hi enim omnes, quanuis ex differentibus locis egrediantur, & differentia doceant, in idem tamen blaſphemiæ concurrunt propoſitum, letaliter vulnerantes, docendo in Dominum fabricatorem blaſphemiam C & nutritorem noſtrum, & [5] derogando] ſalutem hominis. Homo eſt autem temperatio animæ & carnis, qui ſecundùm ſimilitudinẽ Dei formatus eſt, & per manus eius plaſmatus eſt, hoc eſt, per Filium & Spiritum, quibus & dixit, Faciamus hominem. Hoc ergo propoſitum eſt eius qui vitæ noſtræ inuidet, incredulos ſuæ ſalutis efficere homines, & blaſphemos in plaſmatorem Deum. Quæcunque enim cum grauitate ſumma dixerint omnes hæretici, in vltimum ad hoc deueniunt, vt blaſphement fabricatorem, & contradicant ſaluti *plaſmatis Dei, quod quidem eſt caro: propter quã omnem diſpoſitionem feciſſe Filium Dei multis modis oſtendimus, & manifeſtauimus neminem alium Deum appellari à Scripturis, niſi Patrem omnium, & Filium, & eos qui adoptionem habent.

Margin: *Summa ſecundi & tertij libri.* — *euertent, — *Geneſ. 3. 6.* — *1. Tim. 4. 1. 2. Tim. 3. 1.* — *Gen. 1. 26. Coloſſ. 3. 10.* — *plaſmationis

## ANNOTATIONES.

1. Eum autem qui velit eos conuertere] *Tum ex hoc loco, tum ex alijs non obſcurè colligitur Irenæum non verbis ſolùm in hæreticos fidenter decertaſſe, verùm & illorum tractatus contentioſo ſtudio peruoluiſſe, quò fundamentis eorum quaſi ab imo detectis, vniuerſam hæreſeon ſtructuram melius poſtea demoliretur ac ſubuerteret. Nec leuioribus coniecturis ductus arbitror, magna quondam prudentia grauiq; conſilio proceres Eccleſiæ, cùm eius pacem turbare & doctrinam labefactare hinc inde emiſſis libellis ſuis ſtuderent Hæreſiarchæ, prudentes, ſynceros, & argutos quoſdam ex ſuo cœtu viros delegiſſe, qui iſtiuſmodi codices perlegerent; & præcipua capita fortioribus argumentis refellerent, abſurdas impietates, quas coram euomere non audebant tenebriones, pij illi erutas & patefactas è medio tollerent & extinguerent. Alij verò, quibus hoc negotium demandatum non eſſet, vt tanquam à nefarijs rebus, libellis illis abſtinerent, aut Conſtantini magni exemplo, flammis abſumendos traderent. Huic coniecturæ fidem facere puto, quæ tradit initio libri quinti, ſe nempe diluere his quinq; libris impias ſententias, quas ſuis in ſcriptis hæretici reliquerunt: quatenus poſtulationibus & præcepto eius, ad quẽ hos ſuos libros conſecrat, morem gerendo, eidem plurima in ſubſidium præſtet, quibus neophitorum ſenſum confirmet, errantes reducat, & validis rationibus reprimat, melioreſq; efficiat peruicaces. Accedit frequens illa ſcriptorum Valentini apud Clementem Alex. commemoratio: & ad Dionyſiũ demiſſa è cælo vox apud Euſebiũ;* D Lege omnia quæcunque in manus tuas venerint, quia probare quæque, & ſingula diſcernere potes. *Epiphanium, Marcionis; Auguſtinum, Fauſti, Maximini, Creſconij, Gaudentij, Parmeniani, Petiliani, Celeſtij, Iuliani; Hieronymum, Iouiniani, Heluidij, Vigilantij; Baſiliũ magnum, Eunomij; Cyrillum Ieroſo. Manichæorum; & Gregorium & Cyrillum, Iuliani apoſtatæ, Primaſium,*

Margin: *Sozom. l. 1. hiſt. c. 20.* — *Lib. 7. hiſt. cap. 6.* — *Catech. 6.*



A *Ticonij Donatiſtæ; Ambroſium & Prudentium, Symmachi impia ſcripta ea de cauſa perlegiſſe planum atq; manifeſtum omnibus eſt.*

2. Quemadmodum enim ſerpens] *Conuenienti certè & obſeruatione digna eſt hæc hæreticorum cum ſerpente collatio, quam rurſus vſurpat lib. 5. Eadẽ, ſed fuſius explicata, vtitur Auguſtinus lib. 2. de Geneſi contra Maniche. cap. 25. 26. 27. & Athanaſius magnus Orat. 2. contra Arianos: imò & Apoſtolus 2. Cor. 11. 3.*

3. Et tunc quidem] *Ita vetus codex: excuſi* & tunc quid in Apoſtata.

4. Non ſolum Apoſtatas eos faciens] *Sic & Tertullianus lib. Præſcript.* Perſecutio (*ait*) martyres facit, hęreſis apoſtatas tantùm. *Et Auguſtinus, hæreticos de Lethargicis phreneticos planè facere ſcribit, lib. de vtilitate credendi. cap. 18. Cæterùm, Apoſtatæ nomen vſurpant prophani ſcriptores pro eo, qui à proprio duce ad hoſtes deficit: ſacri verò pro eo, qui à Chriſtiana & catholica religione ad Ethnicos, Iudæos, vel hæreticos. Ita Iuſtinus martyr in dialogo: Anacletus epiſt. 1. Hermas lib. 3. Cyprianus epiſt. 17. & 58. Paulus quoq; inſignem eam defectionem, quæ Antichriſti aduẽtum præcedet, ἀποςασίαν nuncupat. 2. Theſſa. 2.*

5. Derogando ſalutem] *Id eſt, aliquid de ea diminuendo & detrahendo. Cicero prò Fonteio: Quorum rebus geſtis fidem & authoritatem in teſtimonio inimicitiarum ſuſpitio derogauit. Expunximus* de rogendo, *vet. cod. authoritate.*

B

# *OSTENSIO QVONIAM DOMINVS VNVM Solum Deum & Patrem cognoſcebat.*

## CAPVT I.

CVM ſit igitur hoc firmum & conſtans, neminem alterum Deum & Dominum à Spiritu pręedicatum, niſi eum qui dominatur omnium Deus, [1] cum Verbo ſuo, [2] & eos qui adoptionis Spiritum accipiunt, hoc eſt, eos qui credunt in vnum & verum Deum, & Chriſtum Ieſum Filium Dei; ſimiliter & Apoſtolos neminem alium à ſemetipſis Deum appellaſſe, aut Dominum *cognouiſſe; multo autem magis Dominum [noſtrum,] qui & nobis præcepit neminem Patrem confiteri, niſi eum qui eſt in cælis, qui eſt vnus Deus, & vnus Pater: manifeſtè falſa oſtenduntur ea quæ dicunt circumuentores & peruerſiſſimi ſophiſtæ, dicentes naturaliter & deum & patrem eſſe, quem ipſi adinuenerunt: Demiurgum verò, naturaliter neque Deum, neque Patrem eſſe, ſed verbotenus dici, eo quòd dominetur conditioni, ſicut dicunt peruerſi grammatici, excogitantes in C Deum, & doctrinam quidem Chriſti prætermittentes, à ſemetipſis autem falſa diuinantes aduerſus vniuerſam Dei diſpoſitionem argumentantur. Etenim Aeonas ſuos, & deos, & patres, & dominos, adhuc etiam & cælos vocari dicunt cum Matre ſua, [3] quam & terram, & Ieruſalem appellant, multiſque alijs vocabulis eam cognominantes. Cui autem non ſit manifeſtum, quoniam ſi Dominus multos patres ſciſſet & deos, non præcepiſſet diſcipulis ſuis vnum ſcire Deum, & hunc eundem ſolum *vocari Patrem: [4] ſed potius diſtinxit eos] qui ſunt verbotenus dij, ab eo qui ſit [verè Deus,] vt non errent ſecundùm doctrinam eius, neque alterum pro altero audiant? Si autem nobis quidem præcepit vnum vocare Patrem & Deum, ipſe autem interdum alteros confitetur patres, & deos eodem modo, alia quidem præcipiens videbitur diſcipulis, alia verò ipſe faciens. Non eſt autem hoc magiſtri boni, ſed seductoris & inuidi. Apoſtoli autem [ſecundùm eos] tranſgreſſores oſtenduntur præcepti, Demiurgum Deum, & Dominum, & Patrem confitentes, quemadmodum oſtendimus, ſi non hic ſolus eſt Deus & Pater. Ieſus ergo tranſgreſſionis autor & magiſter erit eis, qui præcepit vnum vocari Patrem, imponens eis neceſſitatem Demiurgum confiteri ſuum Patrem, quemadmodum oſtenſum eſt.

Margin: *Pſal. 81. v. 1. & 6. Ioan. 10. 35.* — *cognominaſſes — *Matth. 23. 9.* — *vocare

D

## ANNOTATIONES.

1. Cum Verbo ſuo] *Hac ſententia & alijs compluribus euidentiſſimum eſt Irenæum piè & orthodoxè de filij æternitate, deitate, &, vt ita dicam, conſubſtantialitate ſenſiſſe & docuiſſe: proindeq; Seruetum & quoſdam fanaticos alios, vel ſumma improbitate, vel pudenda inſcitia laborare, qui pro ſe illum facere nugantur, quum Dei nomen, ita propriè ad Patrem reſtringunt, vt Filio vel penitus detrahant, vel non niſi diminutè & quaſi precariò permittant. Etenim quantum ad coëternitatem eius attinet, libr. 2. cap. 43. Filium infectum eſſe, patriq; ſemper coextitiſſe adſirmat: Et libro quarto, capit. trigeſimo ſeptimo.* Verbum, id eſt, Filius, *ait*, ſemper cum Patre erat: *& lib. eodem capite quadrageſimo octauo. Generationem ipſius, etiam angelicis mentibus inenarrabilem & ignotam omnino probat. Et ipſum Patri eſſe ὁμοούσιον, & verè naturaq; Deum apertè docet lib. 3. cap. 6. 12. 16. 18. 21. 23. & vt innumeros alios locos prætercam, ad extremum Præfationis in hunc librum, Patrem & Filium Dei nomine in ſcripturis appellari, ſe manifeſtaſſe tradit.*

*Multiplici autem teſtimonio concludit, vnicum & ſolum verum Deum atque rerum omnium conditorem ac Dominum eſſe. Primò, Spiritus Sancti*

*æterna prædicatione: ſecundò, omnium verè docentium & credentium ſententia: tertiò, Apoſtolorum conſtanti doctrina & conſenſione: quartò, ipſiuſmet Chriſti Dei ac Domini noſtri præcipientis eum inuocare Deum & Patrem qui in cælis eſt, grauiſſima authoritate. Ex quibus infert Gnoſticos impoſtores eſſe peruerſiſſimos, qui alium Deum ſupra Creatorem confingerent.*

2. Et eos qui adoptionis ſpiritum accipiunt] *Quo pacto Dei appellatio ad eos tranſeat, quos Pater per Filium adoptauit, explicat idem Irenæus cap. 79.*

*libri huius, nempe quòd à Deo conditi ſint, ſimulq; doctrinæ eius fidem adhibeant, & ad illius nutum ſeipſos componant. Hoc iterum exponit, libro tertio, capite ſexto.* A

3. Quam & terram & Ieruſalem appellant] *Inde arbitror Ebionæos damnaſſe lib. 1. c. 26. quòd Ieruſalem adorarent.*

4. Sed potius diſtinxit eos] *Sic vetus codex legendum docuit: excuſi,* ſed potius diſtinxiſſet qui ſunt verbo tenus dij ab eo, qui ſit verus.

## *QVAESTIO DE EO QVID SIT, CONFITEOR TIBI PATER DOMINE CÆLI & TERRÆ.

*Oſtenſio

### CAPVT II.

MOyſes igitur[1] recapitulationem vniuerſæ legis, quam acceperat à Demi- B
Deut. 32. 1. urgo, in Deuteronomio faciens, ſic ait,[2] Attende cælum, & loquar: & au-
diat terra verba ex ore meo. Rurſum Dauid adiutorium ſuum dicens à
Pſalm. 123. 7. Domino fieri, Adiutorium (inquit) meum à Domino, qui fecit cælum &
terram. Et Eſaias confitetur à* Domino, qui fecit cælum & terram, & do- *Deo
Iſa. 1. 2. minatur eorum, fieri ſermones. Audi (inquit) cælum, & auribus percipe terra, quo-
Iſa. 42. 5. niam Dominus locutus eſt. Et iterum ſic ait: Dominus Deus qui fecit cælum, & affi-
xit illud; qui confirmauit terram, & quæ in ea [ſunt,] & qui dat afflatũ populo, qui eſt
ſuper eam, & ſpiritum his qui calcant illam. Rurſum Dominus noſter Ieſus Chri-
Luc. 10. 21. ſtus eundem hunc Patrem ſuum confitetur in eo quod dicit. Confiteor tibi Pater,
Domine cæli & terræ. Quem patrem volunt nos audire, hi qui ſunt[3] Pandoræ peruer
Matth. 11. 25. ſiſſimi ſophiſtæ? Vtrúmne Bythum, quem à ſemetipſis finxerunt;[4] an matrem eo-
rum;] an vnigenitum? An quem Marcionitæ, vel cæteri[5] adinuenerunt] deum? Quem
quidem non eſſe deum, per multa demonſtrauimus. An (quod eſt verum) fabrica-
torem cæli & terræ, quem & Prophetæ prædicauerunt,[6] quem & Chriſtus ſuum Pa-
Deut. 6. 4. trem confitetur, quem & Lex annunciat dicens: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, v- C
nus eſt?

### ANNOTATIONES.

1. Recapitulationem] *Hieronymus Epiſt. ad Paulinum, vocat Deuteronomium ſecundam Legem, & legis euangelicæ præfigurationem. Theodoretus:* Deuteronomium continet recapitulationem eorum, quæ lege cauta ſunt, & geſta in libris Exodi, Leuitici, & Numerorum, *&c. Quæſt. 1. in Deutero. Docet autem Moſis, Dauidis, Iſaiæ clariſſimorum Prophetarum apertis teſtimonijs, eum & vnum & ſolum Deum eſſe mundi conditorem, quem Chriſtus in Euangelio Patrem ſuum multoties appellat.*

2. Attende cælum] *Ita ſingulari numero legunt Septuaginta: Vulgata editio, & Sanctes:* Auribus percipite cæli, *&c.*

3. Pandoræ] *Libro 2. ca. 54. vocat Gnoſticos,* Satellites circa Pandoram diſpoſitos. *At de Pandora annotauimus in cap. 19. lib. ſecundi.*

4. Matrem eorum] *Cùm ita habeant vniuerſi codices, temeritatis fuit Gallaſio contra omnium fidem aliud ſubſtituere.*

5. Adinuenerunt] *Deleuimus* adiunxerunt *aut. vet. cod.*

6. Quem & Chriſtus.] *Quod Chriſtus hîc affirmare dicitur, ad Patrem conuenire oraculum iſtud,* Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, vnus eſt; *non id facit, vt ſignificet hoc ipſum ſibi quoque ac Spiritui Sancto non competere, quemadmodum impiè nugantur Serueti & Gentilis ſectatores noui Ariani: quandoquidem vt de vnaquaq; diuina perſona ſigillatim dicitur (ait Auguſt.) Pater Deus vnus eſt, Filius Deus vnus eſt,* (Libr. 7. de Trin. cap. 4.) *Spiritus Sanctus Deus vnus eſt: ita et de tribus cõiunctim Pater & Filius & Spiritus Sanctus, Deus vnus eſt. Et rurſum: Vnus eſt Deus Pater & Filius & Spiritus Sanctus, hoc eſt, ipſa Trinitas vnus eſt Deus, de quo dictum eſt: quia nullus eſt Deus, niſi vnus, qui dixit:* Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. (Lib. 3. contra Maximin. cap. 10.) D

OSTEN-



## A OSTENSIO QVOD PER MOYSEM LEGISDATIO, SERMONES SINT CHRISTI.

### CAPVT III.

QVoniam autẽ Moyſi literæ, verba ſint Chriſti, ipſe ait ad Iudæos, quemad-
modum Ioannes in Euangelio commemoratus eſt. Si credidiſſetis Moy- Ioan. 5. 46.
ſi, credidiſſetis & mihi:[1] de me enim ille ſcripſit. Si autem illius literis non
creditis, neque meis ſermonibus[2] credetis.] Manifeſtiſſimè ſignificans
Moyſi literas, ſuos eſſe ſermones. Ergo Moyſi, & reliquorum ſine dubio Propheta-
rum ſermones ipſius ſunt, quemadmodum demonſtrauimus. Et iterum ipſe Domi-
nus oſtendit Abraham dixiſſe diuiti, de his omnibus, qui adhuc erant in vita. Si Luc. 16. 31.
Moyſi & Prophetis non obediunt, nec ſi quis à mortuis reſurgens ad illos eat, cre-
dent ei.

### ANNOTATIONES.

B

1. De me enim ille ſcripſit] *Chriſtum Moſis & aliorum Prophetarum, ac vniuerſæ legis finem vnicum eſſe, atq; propè animam, probant tot ab Euangeliſtis, Apoſtolis, potiſſimùm quæ à Paulo contra Iudaicam cæcitatem & pertinaciam adducta ex lege teſtimonia; in hoc quoque tota verſatur Stephani protomartyris concio Actor. 7.*

2. Credetis] *Ita vetus codex, Græcè etiam* πιϛεύσετε; *eraſmus* creditis.

## [1]EXPOSITIO PARABOLÆ DIVITIS & PAUPERIS LAZARI.

### CAPVT IIII.

NOn autem fabulam retulit nobis pauperis & diuitis: ſed primùm qui-
dem docuit neminem oportere delitijs vti, neque in ſæcularibus oble-
ctamentis & multis epulis degentes, ſeruire ſuis voluptatibus, & obli-
C uiſci Deum. Erat enim (inquit) diues, qui veſtiebatur purpura & Luc. 16. 19.
byſſo, & delectabatur epulis ſplendidis. De talibus autem & per Eſa-
iam dixit Spiritus. Cum citharis, & tympanis, & pſalterijs, & tibijs vinum bibunt: o- Iſa. 5. 12.
pera autem Dei non intuentur, & opera manuum eius non conſiderant. Ne ergo[2] in
eandem pœnam] cum his veniamus, finem eorum oſtendit Dominus; ſimul ſigni-
ficans, quòd obedientes Moyſi & Prophetis, crederent in eum, quem ipſi prædicaſ-
ſent Dei Filium, qui reſurrexit à mortuis, & vitam nobis donat, & demonſtrat ex v-
na ſubſtantia eſſe omnia, id eſt Abrahã & Moyſem, & prophetas; etiam ipſum Domi
num qui reſurrexit à mortuis, in quem credunt[3] & multi qui ſunt à circunciſione,
qui & Moyſem & Prophetas audiunt prædicantes aduentum Filij Dei. Qui autem
diſpernunt, & ab altera ſubſtantia eos eſſe dicunt, neq; primogenitum mortuorum Coloſſ. 1. 18.
ſciunt, ſeparatim Chriſtum intelligentes, tanquam impaſſibilem[4] perſeuerantem:]
& ſeparatim eum, qui paſſus eſt, Ieſum. Non enim à Patre accipiunt cognoſcere Fi- Matth. 11. 27.
D lium, nec à Filio diſcunt Patrem, manifeſtè & ſine parabolis eum Deum, qui eſt verè
docentem.

### ANNOTATIONES.

1. Expoſitio parabolæ] *Iſthæc argumenta non eſſe Irenæi cenſuerunt, opinor, viri docti inter Germanos, quando in nouiſſima Baſileenſi editione, his ſublatis, (rectè ne nunc non diſputo) alia ſubſtituerunt. Nullus ergo eorum calculo, ex adductis verbis tanquam Irenæi authoritate, narrationem hanc de Diuite & Lazaro, parabolam tantùm, vel figuratam eſſe locutionem confirmaret. Verùm, licet illa eſſe Irenæi conceſſerimus, non tamen ſtatim ſequetur totam narrationem parabolicam & confictam eſſe: ſed tantùm aliqua ex parte, vbi præſertim de digitis, de oculis, de ſiti, & articulatis vocibus animorum, ſermo eſt: cùm hîc ſubiungat Irenæus,* Non autem fabulam retulit nobis, *&c. & lib. 2. cap. 62. & 63. inde probauerit animas nec mori, nec à corpore in corpus tranſire; id nunquam alioqui facturus ex parabola, quando ea de re Gnoſticos frequenter damnauerit. Hiſtoriam igitur & rei olim geſtæ exemplum, ac narrationem, nobis vltrò id concedentibus Luthero, Bucero, Brentio, & Caluino, non iniuria vocabimus. Ad hoc vel repugnantes vrgent Tertulliani argumenta, vbi ait:* Dolet apud inferos anima cuiuſdam, & punitur in flamma, & cruciatur in lingua, & de digito animæ felicioris implorat roris ſolatium. Imaginem exiſtimas: exitum illum pauperis lætantis, & diuitis mœrentis? Et quid illic Lazari nomen, ſi non in veritate res eſt? (Lib. de anima.) *Alibi quoque: Animas adhuc carnis exules, torqueri vel foueri apud inferos, hoc exemplo probat.* (Lib. de reſurrect. c. 17.) *Ruſus, Moſem & Prophetas vnicum Deum creatorem, &* Patrem *Chriſti prædicantes, hinc Marcionem audire iubet: quod ex figurata locutione acutiſſimus & acerri-* (Lib. 4. cont. Marc.)

A

*acerrimus diſputator ſanè non feciſſet. His accedit Græcorum & Latinorum Patrum mutuus conſenſus: Orige. dialo. 2. in Marcionitas, & in Pſ. l. 16. Cypria. Epiſt. 18. Baſil. hom. de Laudibus ieiunij, & in Regulis fuſius diſputatis interrogat. 55. Hila. in Pſal. 122. Hieron. Epiſt. ad Marcellam, & Epiſt. ad Paulam: Methodij ſer. de reſurr. apud Epiph. to. 1. lib. 2. Auguſt. in Pſal. 145. & 147. Euthymius denique ex traditionibus Hebræorum, rem verè geſtam fuiſſe docet, diuitemq́; illum Nynenſem vocatum affirmat: cuius domus veſtigia etiamnum oſtenduntur ab incolis Ieroſolymam peregrinantibus, vt Epiſcopus Soarez ſibi eam ab illis demonſtratam profitetur, Com. in Lucam.*

2. In eandem pœnam] *Expunximus* in eadem pœna *autho. vet. cod.*

3. Multi qui ſunt à circunciſione] *Quindecim ordine ſuccedentes Epiſcopos Hieroſolymis ex Hebræorum gente, refert Euſebius lib. 4. Hiſt. cap. 5. qui omnes fidem & religionem Domini noſtri Ieſu Chriſti amplexati ſunt, & apud alios magna diligentia propagare ſtuduerunt. Multa etiam millia Iudæorum in Chriſtum credidiſſe docent Acta Apoſtolica.*

4. Perſeuerantem] *Sic pro* perſeuerantes *ſubſtituimus auth. vet. cod.*

## *OSTENSIO QVONIAM CÆLVM QVIDEM & terra tranſient: Dominus autem, qui fecit ea, manet in æternum, & ipſe eſt Pater Domini noſtri.*

B

### CAPVT V.

Matth. 5. 35. N[1]E (inquit) iuraueritis in totum, neque in cælum; quoniam thronus eſt
Dei: neque in terram; quoniam ſcabellum [eſt] pedum eius: neq; per Hie-
ruſalem; quoniam ciuitas eſt magni regis. Hæc enim in fabricatorem ma-
Iſaiæ 66. 1. nifeſtè dicta ſunt, quemadmodum & Eſaias ait; Cælum mihi ſedes eſt, ter-
ra[2] ſubpedaneum pedum meorum, & præter hunc alius non eſt Deus. Cæ-
terùm, à Domino neque Deus, neque magnus rex diceretur: huiuſmodi enim nec
comparationem, nec vllam recipit ſuperlationem.[3] Qui enim ſuper ſe habet aliquē
ſuperiorem, & ſub alterius poteſtate eſt, hic neque Deus, neque magnus rex dici po-
teſt. Sed nec per ironiam quidem hæc dicta eſſe, poterunt dicere, cùm conuincantur
ab ipſis dictis, quoniam in veritate dicta ſunt. Etenim veritas erat ipſe qui loqueba-
Ioan. 2. 15. tur, & verè vindicabat ſuam domum, proijciens ex ea numularios, qui & emebant &
Matth. 21. 13. vendebant, dicens eis; Scriptum eſt, Domus mea domus orationis vocabitur: vos au-
tem feciſtis eā ſpeluncam latronum. Et quam ob cauſam habuit hoc facere & dicere,
& domum ſuam vindicare, ſi alterum Deum annuntiabat? Sed vt oſtenderet tranſ-
greſſores paternæ Legis. Neque enim domum incuſabat, neque Legem reprehende- C
bat, quam venerat adimplere: ſed eos, qui non bene vtebantur domo, & eos, qui Le-
Matth. 5. 21. gem tranſgrediebantur, arguebat. Et ideo Scribæ & Phariſæi,[4] qui cœperant] à tem-
poribus legis contemnere Deum, nec Verbum eius receperunt, id eſt, non credide-
Iſaiæ 1. 23. runt Chriſto, de quibus Eſaias ait. Principes tui[5] indictoaudientes ſunt, ſocij furum,
diligentes munera, ſectantes retributionem, pupillis non iudicantes, & iudicium vi-
Ierem. 4. 22. duarum non attendentes. Et Hieremias [autem] ſimiliter. Qui præſunt (inquit) po-
pulo meo, me neſciebant, filij enim inſenſati & imprudentes ſunt, ſapientes ſunt * in *ad malefaciendū,
malefaciendo, bene autem facere non cognouerunt. Quotquot autem timebant
[Deum] & ſoliciti erant circa Legem eius, ipſi accurrerunt Chriſto, & ſaluati ſunt
Matth. 10. 6 omnes. Ite enim (inquit diſcipulis) ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Et Samaritæ
Ioā. 4. 39. 40. autem (inquit) cùm manſiſſet Dominus apud eos biduo, multo plures crediderunt
propter ſermones eius: & mulieri dicebant, Iam non propter tuam loquelam credi-
mus: ipſi [enim] audiuimus, & ſcimus quoniam hic eſt verè Saluator mundi. Et Pau- D
Rom. 11. 26. lus autem ait. Et ſic omnis Iſrael ſaluabitur. Sed & Legem Pædagogum noſtrum in
Galat. 4. 24. Ieſum Chriſtum dixit. Non ergo quorundam infidelitatem Legi aſcribant: non e-
nim prohibebat eos credere in Filiū Dei, ſed adhortabatur dicens,[6] non aliter ſaluari
Ioan. 3. 15. homines ab antiqua ſerpentis plaga, niſi credant in eum, qui ſecundùm ſimilitudi-
Ioan. 12. 32. nem carnis peccati, in ligno martyrij exaltatur à terra, & omnia trahit ad ſe, & viuifi-
cat mortuos.

### ANNOTATIONES.

1. Ne (inquit) iuraueritis *Teſtimonijs Prophetarum ac Euangeliſtarum demonſtrat vnicum eſſe Deum fabricatorem cæli & terræ, quo non poteſt eſſe maior, cuius Filium ſe confitetur Chriſtus ſaluans credentes & ſperantes in ſe.*

2. Terra ſubpedaneum] *Septuaginta,* ὑποπόδιον τῶν ποδῶν. *Cyprianus lib. 2. aduerſus Iudæos cap. 4. ſuppedaneum quoq; legit.*

3. Qui enim ſuper ſe] *Huic ſimilis eſt Tertulliani ratiocinatio, qua probat Deum vnicum eſſe, quia Summum*



A

*Summum magnum eſt, quo nihil ſuperius & æquale excogitari poſſit, lib. 1. contra Marcionem. Hinc etiam Prudentij antiquiſſimi & grauiſſimi Poëtæ Verſus in Hamartigenia:*

Aut vnus Deus eſt, rerum cui ſumma poteſtas,
Aut quia iam duo ſunt, minuuntur diſpare ſummo.
Porrò nihil ſummū, niſi plenis viribus vnū:
Diſtantes quoniam proprium dum quiſque reuulſo
Vindicat imperio, nec ſumma, nec omnia poſſunt.

4. Qui cœperant.] *Deleuimus* cœperunt *autho. vet. cod.*

5. Indictoaudientes.] *Septuaginta,* ἀπειθοῦσι, *id eſt, non obedientes: Sanctes,* Principes tui declinantes: *Communis editio,* infideles.

6. Non aliter ſaluari.] *Auguſtinus pro aſſertione peccati originalis aduerſus Iulianum Pelagianum decertans, inter vndecim Patrum antiquorum ſententias, quas Pelagianis opponit, huius loci ita meminit:* Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus, non longè à temporibus Apoſtolorum fuit. Iſte ait, non aliter ſaluari homines ab antiqua ſerpentis plaga, niſi credant in eum, qui ſecundùm ſimilitudinem carnis peccati in ligno martyrij exaltatus à terra, & omnia traxit ad ſe, & viuificauit mortuos. *Ex quibus patet impudentiſſimum mendacium Lutheri d. in Colloq. pag. 98. & 99.* Nullū Patrum ante Auguſtinum, originalis peccati feciſſe mentionem. Lib. 1. cap. 2.

B

## *QVÆ CAVSA EST QVOD CÆLVM & terra tranſient.*

### CAPVT VI.

Q[1]Voniam malignantes dicunt, ſi enim cælum thronus Dei eſt, [&] terra Matth. 5. 36.
ſubpedaneum eius, dictum eſt autem præterire cælum & terram, hiſq́; præ- Matth. 24. 35.
*oportere tereuntibus *oportet etiam hunc Deum qui ſuperſedeat, præterire: & ideo
non hunc eſſe Deum qui ſit ſuper omnia. Primò quidem neſciunt quid ſit
cælum, thronus, terra, & ſubpedaneum. Nec enim ſciunt quid ſit Deus, ſed putant eū
more hominis ſedere, & contineri, non autem continere:[2] ſed & præteritionem cæ-
li & terræ ignorant. Paulus autem non ignorauit dicens: Præterit enim figura huius 1. Cor 7. 31.
mundi. Deinde quæſtionem ipſorum ſoluit Dauid, Figura enim huius mundi præ-
C tereunte, non ſolùm Deum ait perſeuerare; ſed & ſeruos eius,[3] in centeſimoprimo
pſalmo dicens ita, Initio terram tu fundaſti Domine, & opera manuum tuarū ſunt Pſal. 101. 27.
cæli. Ipſi peribunt: tu autem perſeuerabis, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, 28. 29.
*opertorium & ſicut *cooperimentum mutabis eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipſe es, & an-
ni tui non deficient. Filij ſeruorum tuorum habitabunt, & ſemen eorum in
*ſæculum *æternum dirigetur. Manifeſtè oſtendens quæ ſint[4] quæ prætereunt:] & quis eſt qui
ſemper perſeuerat Deus cum ſeruis ſuis. Et Eſaias autem ſimiliter: Alleuate (inquit) Iſaiæ 51. 6.
oculos veſtros in cælum, & attendite in terram deorſum, quoniam cælum ſicut fu-
mus confirmatum eſt, terra autem ſicut veſtimentum veteraſcet, qui autem inhabi-
tant in eis, quemadmodum hæc morientur. Salutare autem meum in æternum erit,
iuſtitia autem mea non deficiet.

### ANNOTATIONES.

1. Quoniam malignantes.] *Reſpondet figmentis Gnoſticorum: non idcirco Deum verum mutari, aut deſinere eſſe, quòd cœlum ſedes eius mutetur.*

D

2. Sed & præteritionem] *Huic quæſtioni diſſoluendæ etiam veteres Theologi incubuerunt. Chryſoſtomus quidem ex his locis,* Vanitati ſubiecta eſt omnis creatura, *Rom. 8. &* Ipſi peribunt, *Pſal. 101. itemq́;,* Cælum vt fumus deficiet, *Iſaiæ 51. exiſtimat cæleſtia corpora & elementa ob peccatum primi parentis facta eſſe ſenectuti, corruptioni, atque interitui obnoxia: in eius verò reſurrectione, & ipſa immortalitate donanda. Accedit Ambroſius refellens eos, qui vt perpetuit. item cælorum ſtellarumque aſſererent, ipſa quintum quoddam corpus æthereum eſſe finxerunt: contrà dicente de his Dauide:* Ipſi cæli peribunt: *& Domino in Euangelio aſſirmante,* Cælum & terra pertranſibunt, *Lucæ 21. & cæt. His, omnes ferè Græci patres conſentiunt, docentes cælum natura ſua corruptibile eſſe: prouidentia verò ſola Dei nunquam corrumpendum. Certè Iuſtinus martyr paucis quidem, ſed firmiſſimis refellit Ariſtotelem dicentem, libro ſecundo de cælo, ipſum cælum nec ortum eſſe, nec corrumpi aliquando poſſe: ſed vnum ac ſempiternum. Confutatione dogm. Ariſt. item quæſt. 93. 94. 95. orthodox. Nouiſſimus autem idemque acerrimus huius ſententiæ vindex eſt Auguſt. Eugubinus. Expendens enim hæc B. Petri verba:* Adueniet dies Domini, in quo cæli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur, *&c. indicat nimis coactam eſſe Scholaſticorum expoſitionem, dicentium Cælos nihil paſſuros, ſed ſolùm ceſſaturos à motu. Quod verò de cælis ſydereis B. Petrus loquatur, & non de aëre, patere putat ex eo quod adijcit:* Elemēta calore ſoluētur. *Idem rurſum Com. in epiſt. ad Heb. c. 1. ſententiam ſuam confirmat ex his alijs B. Petri verbis:* Expectantes aduentum diei Domini, per quem cæli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent. Nouos verò cælos, & nouam terrā iuxta promiſſum

Hom. 14. ad Roman. & Hom. 10. ad pop. Antioch.

Lib. 1 Hexæmer. c. 6.

Com. in 2. ep. B. Petri, c. 3.

2. Pet. 3.

miſſum ipſius expectamus. *Ad hæc, Ioānes in Apoc.* Vidi cælum nouum, & terram nouā. *Et in Iſaia:* Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam. *Ex his ſcripturarum teſtimonijs, inquit, niſi prorſus velimus verbis vim afferre, cogimur fateri futuram verè aliquam magnam cælorum alterationem per ignem, & non tantùm ſolius motus ceſſationem: per quam alterationem noui quodammodo fundentur cæli, & longè ſient pulchriores. Hæc iſte. Hanc ſententiam videntur etiam comprobaſſe Clem. Rom. lib. 3. recognit. Euſebius lib. 15. præpar. Euang. Nyſſenus lib. de creatione hominis, Philaſtrius in Catalogo, Theodoretus in Com. Hieronymus lib. 14. Com. in Iſaiam, Oecumenius in 2. B. Petri, & alij multi.*

Apoc. 21. Iſa. 65.

*Cui tamen nunc reclamant omnes tam Philoſophorum, quàm Theologorum ſcholæ: fortiſſimiſq; argumentis contendunt, corpora cæleſtia prorſus eſſe incorruptibilia, & in ſempiternum manſura. Habent namque ſubſtantiam ab elementorum natura longè diuerſam: & formam quæ cunctas impreſſiones peregrinas, ſecumq; pugnantes qualitates longè longius ab his propulſet. Præterea, iam tot tantiſq; ſæculorum curriculis ita permanſerunt incorruptibilia, vt nullum vnquam aut ſenectæ aut corruptelæ præbuerint argumentum: nihil de horum amplitudine imminutum, nihil de ornatu ac ſpecie detractum ſit; quod eos ſic in perpetuum manſuros ſatis oſtendit. Hæc denique ſententia præter omnes, vti diximus, Scholaſticos, aſſertorem habet magnum Antiſtitem Auguſtinum, affirmantem ſydereos cælos nec poſtremo incendio purgandos, nec quidem ab igne conflagrationis, qui faciem poſtrem Iudicis præcedet, attingendos eſſe: ſed aëreos tantùm, id eſt, elementa, quæ in ſacris literis non ſemel cælorum nomine deſignantur.*

A

Li. 20. ciuit. cap. 24.

*Acrius verò inſtanti in alteram ſententiam educta argumenta de cælis ſydereis intelligenda eſſe, cum B. Hieronymo reſpondendum, illud ſeneſcere, atteri, liqueſcere, diſſolui, tranſire, atque perire, quod de illis dicitur, non omnimodam perditionem vel abolitionem ſignificare: ſed mirabilem in meliorem & ſplendidiorem ſtatum deſignare commutationem, de qua Iſaias ait:* Luna fulgebit vt Sol, & Sol ſeptuplum lumen accipiet. *Paulumq; rectè dixiſſe,* Præterire figuram mundi: *ſed non ſubſtantiam. Denique Petrum & Ioannem non repromittere alios cælos, aut aliam terram: ſed veteres iam renouatos & commutatos.*

Lib. 18. com. in Iſaiam.

B

3. In centeſimo primo] *Quia Hebræi pſalmum nonum in duos partiuntur, is qui nunc ab Irenæo adducitur, apud eos centeſimus ſecundus eſt, Græcis verò centeſimus primus.*

4. Quæ prætereunt] *Ita cod. vet. excuſi* quæ præterierunt.

## [1] *QVARE [DERELICTA] EST HIEROſolyma.*

### CAPVT VII.

Pſalm. 47. 3.

[2] ADhuc & de Hieruſalem, & de Domino audent dicere, quoniam ſi eſſet magni Regis ciuitas, non derelinqueretur. Simile autem eſt dicere, ſi quis diceret, quoniam ſi eſſet ſtipula conditio Dei, nunquam à frumento derelinqueretur: & ſarmenta vineæ, ſi à Deo facta* ſunt, nunquam à botris deſtituta abſcinderentur. Quemadmodum autem hæc non propter ſe principaliter facta ſunt, ſed propter creſcentem in eis fructum, quo maturo facto & ablato, derelinquuntur, & è medio auferuntur, quæ iam non ſunt vtilia ad fructificationem: ſic & Hieroſolyma, quæ iugum in ſe ſeruitutis portauerat, in quo domitus eſt homo, qui antea non ſubijciebatur Deo, cùm mors regnabat, & domitus habilis factus eſt ad libertatem, adueniente fructu libertatis, & aucto, & demeſſo, & in horreum [recepto, &] apportatis ab ea his qui fructificare poſſunt, & in omni mundo diſſeminatis:[3] quemadmodum Eſaias ait, Filij Iacob germinabunt, & florebit Iſrael, & fructu ventris eius adimplebitur vniuerſa terra. In vniuerſa enim terra fructu diſſeminato, meritò derelicta eſt, & de medio ablata eſt, quę aliquando quidem fructificauerat bene: ex ipſa enim ſecundùm carnem Chriſtus fructificatus eſt, & Apoſtoli; nunc autem iam non vtilis ad fructificationem. Quæcumque enim temporale initium habent, neceſſe eſt ea & finem habere temporalem.

C

*eſſent.

Iſa. 27. 6.

Rom. 9. 5.

D

*Theodoretus Dialogo 2. hæc citat.*

Καθὼς Ἡσαΐας φησὶ, τέκνα Ἰακὼβ βλαστήσει, καὶ ἐξανθήσει Ἰσραὴλ, καὶ πλησθήσεται ἡ οἰκουμένη τοῦ καρποῦ αὐτοῦ: εἰς ὅλην οὖν τὴν οἰκουμένην τοῦ καρποῦ αὐτοῦ διασπαρέντος, εἰκότως ἐγκαταλελείφθη, καὶ ἐκ μέσου ἐγένετο, τά ποτὲ μὲν καρποφορήσαντα καλῶς. Ἐξ αὐτῶν γὰρ τὸ κατὰ σάρκα ὁ Χριστὸς ἐκαρποφορήθη, καὶ οἱ ἀπόστολοι. Νῦν δὲ μηκέτι εὔθετα ὑπάρχοντα πρὸς καρποφορίαν.

*Interp. Iac. Billio.*

Quemadmodum ait Eſaias; Filij Iacob germinabunt, & florebit Iſrael, ac terrarum orbis ipſius fructu implebitur. Proinde ipſius fructu per vniuerſum orbem diſſeminato, non immeritò relicta ac de medio ſublata ſūt, quæ tametſi quandoque præclaros fructus ediderant (ex ijs enim & Chriſtus ſecundùm carnē, & Apoſtoli orti ſunt) nunc tamen minus iam adferendos fructus apta ſunt.

### ANNOTATIONES.

1. Quare derelicta.] *Authoritate vet. cod. expunximus,* relicta; *& quod non ſatis Irenæi mentem exprimeret, quippe qui hoc capite confirmet, nihil diuinæ amplitudini ac maieſtati deceſſiſſe, ex eo quod Ieruſalē ſubuertenda Romanis, aliiſq; Gentibus derelicta ſit, prius abſolutis in ea humanæ redēptionis per Chriſtū myſterijs.*

2. Adhuc



A

2. Adhuc & de Hieruſalem] *Ieroſolymam quaſi domum Dei Ebionitas adoraſſe retulit lib. 1. ca. 26. ſed in Marcionitas eum hoc capite diſputare puto, qui vel ipſam in perpetuum ſtaturam eſſe, vel veri Dei domum nunquam fuiſſe volebant; quorum vtrumq; abſurdum eſt. Nam horribili clade euerſa eſt ſub Tito, rurſusq; ſub Adriano, tranſmutato etiam veteri nomine: vt extaret exemplum completarum vniuerſarum prophetiarum, & Chriſti exhibiti, punitiquè Deicidij, & regnum Dei ad Gentes tranſlatum eſſe, compareret. Hæc ampliſſimè tractat Tertullianus duobus capitulis libr. aduerſus Iudæos. Veri autem Dei ciuitatem ſanctam, hæreditatem, & quaſi peculium fuiſſe, propter legem, ſacerdotium & promiſſiones de Meſſia, ex ſcripturis exploratum ac certum eſt.*

3. Quemadmodum Eſaias ait] *Hæc ad verbum tranſcripſit Theodoretus dialogo 2. vſque ad id:* quæcunque enim temporale initium habent, *& cæt.*

## *OSTENSIO QVOD TEMPORALIS lex data ſit.*

### CAPVT VIII.

B

QVoniam igitur à Moyſe lex inchoauit, conſequenter [1] in Ioanne deſiuit, ad impletionem eius aduenerat Chriſtus, & propter hoc Lex & Prophetæ apud eos vſque ad Ioannem: & Hieruſalem itaque [2] inchoans à Dauid, & adimplens tempora ſua; [3] legiſdationem] finem oportuit habere, manifeſtato nouo Teſtamento. [4] Omnia enim menſura & ordine Deus facit, & nihil non menſum apud eum, quoniam nec incompoſitum. Et bene, qui dixit ipſum immenſum Patrem in Filio menſuratum. Menſura enim Patris Filius, quoniam & capit eū. Quoniam autem temporalis erat illorum adminiſtratio, Eſaias ait. Derelinquetur filia Sion ſicut caſa in vinea,[5] & velut cuſtodiarium in cucumerario. Quando autem hæc derelinquentur? Nónne cùm fructus aufertur, & derelinquentur folia ſola quæ iam fructificare non poſſunt? Et quid de Hieruſalem dicimus, [6] quandoquidem & figuram mundi vniuerſi oporteat præterire, adueniente tempore præteritionis ipſius, vt fructus quidem in horreum colligatur, paleæ autem derelictæ comburantur? Dies enim Domini quaſi clibanus ardens, & erunt ſtipula omnes peccatores, qui faciunt iniuſta, & comburet eos dies veniens.

Luc. 16. 16.

Matth. 11. 13.

Sap. 11. 21.

Iſa. 1. 8. et. 9.

1. Cor. 7. 31.

Malach. 4. 1.

Matt. 13. 30.

Luc. 3. 9.

C

### ANNOTATIONES.

1. In Ioanne deſiuit] *Accommodato Epitheto Tertullianus vocat* Ioannem Limitem conſtitutum inter vetera & noua, ad quem deſineret Iudaiſmus, & à quo inciperet Chriſtianiſmus. *lib. 4. contra Marcionem.*

2. Inchoans à Dauid] *Primus Dauid Iebuſæis expulſis hanc vrbem Ieroſolymam nuncupauit:* Nam ſub Abrahamo parente noſtro (*ait Ioſephus 7. antiquit. cap. 3.*) Solyma vocabatur. Illam verò quondam Chananæorum quidam potens cōdiderat, *ſcribit Hegeſippus,* qui patrio ſermone Melchiſedec, *id eſt,* rex iuſtus vocabatur. *Hieronymus tradit eam vrbem quatuor nominibus vocatam fuiſſe: primò quidem Iebus; deinde Salem; poſtea Ieroſolyma; & ſua ætate ab Helio Hadriano, Heliam. Epiſt. ad Marcellam: Ad Euſtoch. ad Dardanum: Et lib. de locis Hebraicis.*

Lib. 5. cap. 9.

D

3. Legiſdationem] *Deleuimus* legiſdationis *auth. vet. cod.*

4. Omnia enim menſura] *Damaſcenus lib. primo Parallelorum, cap. 2. hæc nominatim ex Irenæo citat: quæ (quoniam non potuimus Græca conſequi) Latina ex interprete ſic apponimus:* Deus certo modo atque ordine cuncta efficit: nunquam apud eum quicquam menſura caret: quandoquidē nec quicquam numeri expers eſt.

5. Et velut cuſtodiarium] *Græci habent* ὀπωροφυλάκιον, *id eſt pomorum cuſtodia: Cyprianus libro primo aduerſus Iudæos capite ſexto cum Irenæo legit, ſicut caſa in vinea, & ſicut cuſtodiarium in cucumerario.*

6. Quandoquidem & figuram mundi] *Eodem ac ferè pari exemplo vtitur B. Petrus apud Clementem, contendens pariter mundi figuram aliquando diſſoluendam.* Neceſſe eſt (*ait*) teſtam ouorum, quamuis pulchrè & diligenter formata videatur, frangi, vt inde pullus procedat: ita & huius mundi neceſſe eſt tranſire ſtatum, vt ſtatus ille ſublimior regni cæleſtis effulgeat. *lib. 3. recog.*

## *OSTENSIO QVONIAM CHRISTVS eſt, qui ſuperinducit diem, velut clibanum ardentem.*

A

### CAPVT IX.

QVis autem hic Dominus, qui talem importat diem,[1] Ioannes baptizator ſignificat, dicens de CHRISTO. Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igni,
Luc. 3. 13. palam habens in manu eius ad emundandam aream ſuam, & fructum cõgregabit in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Non ergo alius eſt, qui frumentum fecit, & alius qui paleas: ſed vnus & idem, & iudicans ea, id eſt ſeparans. Sed frumentum quidem & paleæ,[2] & animalia irrationabilia exiſtentia, naturaliter talia facta ſunt. Homo verò rationabilis, & ſecundũ hoc ſimilis Deo, [3] liber in arbitrio factus & ſuæ poteſtatis, ipſe ſibi cauſa eſt, vt aliquando quidem frumentum, aliquando autem palea fiat.
B Quapropter & iuſtè condemnabitur, quoniam rationabilis factus amiſit veram rationem, & irrationabiliter viuens, aduerſatus eſt iuſtitiæ Dei, tradens ſe omni terreno ſpiritui, & omnibus ſeruiens voluptatibus. Quemadmodum Propheta ait:
Pſal. 48. 21. Homo cùm in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

### ANNOTATIONES.

1. Ioannes baptizator] *Sic eundem frequenter nominat Tertullianus lib. de Anima, & lib. contra Iud.*

2. Et animalia irrationabilia] *Vet. co.* in animalia & irrationabilia, *q̃ tantũ indicare viſum eſt.*

3. Liber in arbitrio factus] *Referre hæc ad hominem duntaxat ante lapſum, impudentiæ eſt, quam largè coarguunt quæ inferius habentur libri huius cap. 29. 70. 71. & 72. Ad actiones externas & politicas modò dirigere, impudentiſſimum; cùm de his præcipuè loquatur, quæ coram Deo aut frumentum aut paleam, id eſt, regno Dei vel gehenna nos dignos conſtituunt. In his autem hominem liberum eſſe, adeò concors & vnanimis eſt Patrum cum ſcripturis vtriuſque Inſtrumenti ſententia, aduerſus Simonis Magi, Marcionis, & Manichæi furores, vt magnum appareat mendacium Lutheri, dicentis in Colloq. pa. 42.* Nomen liberi arbitrij odioſiſſimum fuiſſe omnibus Patribus. *Contra quod diſcipuli eius Centuriatores Magdeb. fateri coguntur, non tantùm primi ſæculi; verùm & ſequentium omnium Doctores orthodoxos hanc doctrinam amplexatos eſſe: à quorum tamen religione, non ſine horribili cæcitate & grauiſſimo Dei iudicio deficere non verentur, vt in caſtra impiorum tranſeant.*

*Sed Irenæi Catholicam hanc ſententiam explicent confirmentq́ue ſimiles aliquot Patrum ſententiæ. Tertulliani primùm verba hæc ſunt:* Liberum, & ſui arbitrij, & ſuæ poteſtatis, inuenio hominem à Deo
Lib. 2. contra Marc. inſtitutum, nullam magis imaginem & ſimilitudinẽ Dei in illo animaduertens, quàm eiuſmodi ſtatus formam. *Et paulò poſt:* Oportebat imaginem & ſimilitudinem Dei, liberi arbitrij & ſuæ poteſtatis inſtitui, in qua hoc ipſum imago & ſimilitudo Dei deputaretur, arbitrij ſcilicet libertas & poteſtas. *Et iterum:* Nec boni nec mali merces iuſtè pẽſatur ei, qui aut bonus aut malus neceſſitate fuiſſet inuentus, non voluntate.

*In prima editione, hîc ſignaueramus eundem Tertullianum arbitrij noſtri libertatem rurſum confirmare in Apologetico, lib. ad Scapulam, lib. de exhortatione ad caſtitatem, lib. de monogamia, lib. de Patientia, et lib. de carne Chriſti &c. at verò hos locos ſe non potuiſſe inuenire ſcribit Pamelius, nota 32. in ſecundum libr. Tertull. adu. Marc. hanc noſtram citationem, quantum iudico, ſubnotans. Sed cùm Tertull. Apolog. cap. 23. apertè ſcribit etiam* in Cacodæmonibus poteſtatẽ de ſuo arbitrio ineſſe: *& cap. 28.* iniquum eſſe liberos homines inuitos vrgeri ad ſacrificandum: *æqui rerum æſtimatores facilè mecum iudicabũt libertatem arbitrij ab illo conſtitui. Cùm etiam Libri de teſtimonio animæ ca. 2.* animam rationalem *compellit*, palam & tota libertate quæ ſentit pronunciare: *& libri ad Scapulã ca. 1. profitetur Chriſtianos* vltrò prorumpere ad martyria: *& cap. 2.* naturalis poteſtatis dicit eſſe vnicuique quod putauerit, colere; religionemq́ue ſponte ſuſcipi debere, nõ vi: *homines libera mente præditos eſſe manifeſtè prædicat. Quid verò apertius & firmius pro aſſertione libertatis noſtræ, quàm quod ait Lib. de exhortatione ad caſtitatem, cap. 2.* aliquid eſſe in nobiſipſis: nobiſq́; eſſe voluntatem eligendi, ſicut ſcriptum eſt: Ecce poſui ante te bonũ & malum &c & quod in noſtro poſitum eſt arbitrio, nos referre nõ debere in Dei volũtatem? Deut. 30. Eccli. 15. *An non quoq; hoc ipſum comprobat lib. de Monogamia, cap. 5. loquens* de libertate ciborum *gentibus ab Apoſtolis conceſſa: & ca. 10.* Actor. 15. *viro ac vxori* animi ſui licentiam à Deo datã *adfirmans? Et li. de Patientia, ca. 7. docens terrena* libenter *amittenda? ca. 8.* ſponte *largiendum? ca. 10.* arbitrium *defenſionis nobis non eſſe arrogandum? Cæteros locos prætermitto, eo quod etiã ab ipſomet Pamelio collecti ſint, loco ſuperius deſignato. Mihi in præſentiarum ſatis eſt, manifeſtis Tertulliani teſtimonijs euiciſſe, me rectè illum in teſtem liberi arbitrij appellaſſe.*

*Nunc illi adijcio Clementẽ Alex.* Veſtrũ eſt (*inquit*) regnum cælorum, ſi velitis, qui liberam animi voluntatem ad Deum direxeritis: veſtrũ eſt ſi tãtum volueritis credere. In protreptico. *Et in Pædag.* Lib. 1. cap. 9. *Legatione Moſis ad Pharaonem hæc duo apertè oſtenſa colligit, & Deum præſciuiſſe futurum, & eius benignitatem libero animi Pharaonis arbitrio largitũ eſſe occaſionem pœnitentiæ. Idem rurſus lib. 1. Stro.* Nec laudes (*ait*) nec vituperationes, nec honores, nec ſupplicia iuſta ſunt, ſi anima non habeat liberam poteſtatẽ & appetẽdi & aggrediẽdi *Et iterũ:* Dicit Propheta. Si velitis & me audieritis, bona terræ comedetis: Iſaiæ 1.



A in nobis ſitum eſſe arguens & eligere & declinare. Voluntaria enim eſt electio, & delectus voluntatis. *Et lib. 2.* Incredulus fundamentum ſalutis nõ habet, fidem voluntariam: nos autem qui libera & abſoluta poteſtate eligere & vitare à Domino datum eſſe hominibus à ſcripturis accepimus, iudicio quod tranſmoueri non poteſt, fidei acquieſcamus. Deut. 30. Eccli. 15. *Et rurſum:* Defectio, & receſſus, & inobedientia, ſunt in noſtra poteſtate, ſicut etiam eſt in noſtra poteſtate obedientia. Quocirca iudicantur, quæ ſunt voluntaria: non iudicatur autem, quod eſt inuoluntarium. *Et paulò poſt:* Peccatum eſt voluntaria iniuſtitia: iniuſtitia autem eſt vitium voluntarium. Non imputantur, quæ non conſtant & inſtituto & libera electione: *Et lib. 3.*
B Quemadmodum is eſt laudandus qui libertate vſus eſt ad viuendum ex virtute: ita multo magis, qui dedit nobis liberam & noſtri iuris poteſtatem, & conceſſit nobis viuere vt vellemus, eſt venerandus & adorandus, vt qui nõ permiſerit vt noſtra electio & vitatio ſeruiret neceſſariò. *Prætermittam cõſultò quæ in eandem ſententiam ſcribit idem, fol. 110. 111. 113. 121. 140. 145. 149. 153. in libris Baſileæ excuſis 1556. Locos tamen copioſè ſignamus, vt craſſiſſimi mendacij & ſycophantiæ conuincantur Magdeburgenſes, qui hũc Clementem cum alijs Patribus, ſibi hac in re non conſtare, ſed ſecum pugnare, ſcribere non erubuerunt, Centur. 2. pag. 59.*

In Dialog. *Accedat Iuſtinus martyr. Is Deo viſum eſſe profitetur, angelos & homines, quos obſequentes habere volebat, liberæ poteſtatis ad bene agendum condere, vt iuxta ipſius leges iudicarentur, ſi quid à recto deflecterent. Idem in priore apologia.* Nulla laude (*ſcribit*) quicquid eſſet dignum, niſi eſſet ad vtrumlibet flexibile. *In poſteriore verò.* Niſi homines poſſent ſuo arbitratu turpia fugere, & honeſta ſectari extra culpã fore quicquid agerent, *rectè colligit.*

*Sed hanc diſputationem claudant grauiſſimæ Petri Apoſtoli aduerſus Simonem magũ ratiocinationes, quas ſcriptis mandauit, qui aderat Clemens Ro.* Quomodo Deus iudicat ſecundùm veritatem vnumquemq; pro actibus ſuis (*dicebat Apoſtolus,*) ſi aliquid agere in poteſtate non habuit? Hoc ſi teneatur, conuulſa ſunt omnia, fruſtra erit ſtudium ſectãdi meliora, ſed & iudices ſæculi fruſtra legibus præſunt, & puniunt eos, qui malè agunt: non enim in ſua poteſtate habuerunt, vt non peccarent. Vana erunt & iura populorum quæ malis actibus pœnas ſtatuunt; miſeri erunt & ij, qui cum labore ſeruãt iuſtitiam, beati verò illi, qui in delitijs poſiti, cum luxuria & ſcelere viuentes tyrannidem tenent. Secundùm hæc ergo, nec iuſtitia erit, nec bonitas, nec vlla virtus, &, vt vis, nec Deus.

*Omittam quæ his penitus conſimilia leguntur, apud Dionyſium Areop. Ignatium, Martialem, Clementem, Hegeſippum, Theophilum Antiochenum, et reliquos primi ſæculi Patres. Tantùm, per eum, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, obteſtor Gnoſticos poſteriores, attendere quos ſuarum opinionum parentes, & quos auctores probabiles ſiue improbabiles ſectentur: neque vereantur ad meliorem mentem & frugem redire, & manum vltrò ſibi oblatæ veritati tradere.*

C

## *OSTENSIO EVNDEM DEVM ET PRÆſentia & æterna feciſſe.*

### CAPVT X.

VNus igitur & idem Deus, qui plicat cælum quemadmodum librum, & renouat faciem terræ, qui temporalia fecit propter hominem, vt matureſcens in eis fructificet immortalitatem: & qui æterna ſuperducit propter ſuam benignitatem, vt oſtendat ſæculis ſuperuenientibus inenarrabiles diuitias benignitatis ſuæ: qui à Lege & Prophetis annunciatus eſt, quem Chriſtus ſuũ Patrem confeſſus eſt, ipſe eſt autem fabricator, & ipſe [eſt] quia ſuper omnia eſt Deus, quemadmodum Eſaias ait.[1] Ego teſtis, dicit Dominus Deus, & puer quem elegi, vt cognoſcatis, [& credatis, & intelligatis] qui ego ſum, & ante me non fuit alius Deus, & poſt me non erit.[2] Ego ſum Deus,* & ante me non eſt Saluator, annunciaui, & ſalua ui. Et iterum.[3] Ego ſum Deus primus, & ſuper ventura ego ſum. Neq; enim variè, neque elatè, neque glorians dicit hæc,[4] ſed quoniam impoſſibile erat ſine Deo diſcere Deum, per Verbum ſuum docet homines ſcire Deum. His igitur qui neſciunt hæc, & propter hoc alterum adueniſſe putant patrẽ, iuſtè quis dicit: Erratis, neſcientes Scripturas, neque virtutem Dei.

Iſaiæ 34. 15. Pſal. 103. 30. Epheſ. 2. 7. Iſaiæ 43. 10. Iſaiæ 43. 12. Matt. 22. 29.

D *& non eſt abſque me ſaluans;

### ANNOTATIONES.

1. Ego teſtis] *Græcam Septuaginta lectionem ſequitur, quæ hîc ab Hebraica veritate; & communi editione nonnihil deflectit.*

2. Ego ſum Deus] *Vet. cod. cùm Græcis verbum,* ſum, *deſiderat.*

3. Ego ſum Deus primus] *Septuaginta,* ἐγώ εἰμι πρῶτος, καὶ ἐγὼ εἰμὶ εἰς τὸν αἰῶνα, *atque ita legit Cyrillus.*

4. Sed quoniam impoſſibile erat] *Fidem, quæ reuelationi diuinæ annititur; neceſſariam eſſe his verbis luculenter oſtendit; nec ſola duce natura hominem ad ea omnia, quæ ſaluti ſuæ conducunt, per ſe noſcere poſſe: Id comprobat rurſus infra cap. 14. confirmant idem Clemens lib. 1. recog. epiſt. 1. ad Iaco. & lib. 8. conſt. ca. 1: Dionyſius cap. 7. de Diuin. nom. Iuſtinus lib. de Trin. Hermas lib. 2. manda. 9. Theophylus Antioc. libr. 1. ad Autolycum: Clemens Alexan. in protreptico. 2. 5. 7. & 8. ſtromatωn: & Cyrillus Ieroſol. tota catecheſi quinta. Nazianzenus orat. 2. de pace: Ruffinus expoſ. in Symbolum &c.*

## *QVEMADMODVM DOMINVS EVM, QVI de rubo locutus eſt ad Moyſem, confitetur eſſe Deum viuentium.* A

### CAPVT XI.

D[1]Ominus enim noſter & magiſter in ea reſponſione, quam habuit ad Sad
ducæos, qui dicunt reſurrectionem non eſſe, [&] propter hoc inhonoran
tes Deum, atque Legi detrahentes; & reſurrectionem oſtendit, & Deum
*Matt. 22. 35.* manifeſtauit, dicens eis. Erratis neſcientes Scripturas, neq; virtutem Dei.
De reſurrectione enim (inquit) mortuorum non legiſtis quid dictum eſt à Deo dicen-
*Exod. 3. 16.* te: Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob? & adiecit. Non eſt Deus mor-
tuorum, ſed viuentium: omnes enim * ei viuunt. Per hæc * itaque manifeſtum fecit, *hi
quoniam is, qui de rubo locutus eſt Moyſi, & manifeſtauit ſe eſſe Deum patrum, hic *vtique
eſt viuentium Deus. Quis enim eſt viuorum Deus, niſi qui eſt ſuper omnia Deus, & B
*Danie. 14. 4.* ſuper quem alius non eſt Deus? Quem & Daniel Propheta (cùm dixiſſet ei Cyrus rex
Perſarum, [2] quare non adoras Bel?) annuntiauit, dicens. Quoniã nõ colo idola manu-
facta, ſed viuum Deum, qui conſtituit cælum & terrã, & habet omnis carnis domina-
tionem. Iterum dixit. Dominum Deũ meum adorabo, quoniam hic eſt Deus viuus.
Qui igitur à Prophetis adorabatur Deus viuus, hic eſt viuorũ Deus, & Verbum eius,
*Exod. 3.* qui & locutus eſt Moyſi, qui & Sadducæos redarguit, qui & reſurrectionem [3] donauit:
vtraque his qui cæcutiunt oſtendens, id eſt, reſurrectionem, & Deum. ] Si enim Deus
mortuorum non eſt, ſed viuorum, hic autem dormientium patrum Deus dictus eſt,
indubitatè viuunt Deo, & non perierunt, cùm ſint filij reſurrectionis: reſurrectio au-
*Ioan. 11. 25.* tem ipſe Dominus [noſter] eſt, quemadmodum ipſe ait. Ego ſum reſurrectio & vita.
*Pſal. 44. 17.* Patres autem eius filij; dictum eſt [enim] à propheta. Pro patribus tuis * facti ſunt tibi *nati
filij tui. [4] Ipſe igitur Chriſtus cum Patre viuorum eſt Deus, qui & locutus eſt Moyſi,
qui & patribus manifeſtatus eſt.

### ANNOTATIONES. C

1. Dominus enim noſter] *Moſis, Stephani, Danieliſquè verbis oſtendit, eundem eſſe Dominum Deum, qui Patribus olim loquutus eſt ſub veteri teſtamento, & Chriſtum miſit, et reſurrectionem mortuorum omnium eſt pollicitus.*

2. Quare non adoras Bel?] *Hæc habentur c. 14. Danielis, quod magna conſenſione Græci & Latini, ſæpenumerò vſurparunt; Tertu. libr. adu. Pſychicos, & lib. de idololatria: Cyprianus epiſt. 63. & lib. de laude martyrij: Hilarius lib. 10. de Trinitate: Prudentius lib. Cathemerinωn, hymno poſt cibum: Ambroſius lib. 2. offic. cap. 4. & lib. de Iacob. patri. ca. 9. Baſilius hom. in diuites auaros. Suſannæ & Belis hiſtorias, reijcere non audet è ſacro canone Bibliorum Africanus epiſtola ad Origenem, Euſebio referente lib. 6. hiſt. cap. 24.*

3. Donauit: vtraque his qui] *Vndecim has voces ex vet. cod. reſtituimus: deleuimus* & Dominus oſtendit.

4. Ipſe igitur Chriſtus] *Apertè conſtanterquè Chriſtum profitetur vnum eſſe cum Patre Deum viuorum, qui cum Patribus & Moſe loquutus ſit: quod tam veterum quàm nouorum Ebionitarum, Cerinthianorũ, Samoſatenianorum & Arianorum hæreſes planè refellit. Is enim qui loquutus eſt Moſi ſeipſum appellat IEHOVA, quo nomine Iudæi ſimul & hæretici confitentur æternam Dei eſſentiam & maieſtatem ſignificari. Chriſtus autem cum Patre ille Deus eſt. Igitur natura & gloria cum eo vnus Deus eſt, licet perſonali proprietate diſtinctus.* *Exo. 3.*

D

## *QVONIAM ABRAHAM vidit Chriſtum.*

### CAPVT XII.

*Ioan. 8. 56.* ET hoc ipſum docens dicebat Iudæis. Abraham pater veſter exultauit vt
*Rom 4. 3.* videret diem meum, & vidit, & gauiſus eſt. Quid enim? Credidit Abra-
ham Deo, & deputatum eſt ei ad iuſtitiam. [1] Primùm quidem, quoniam
ipſe eſt factor cæli & terræ ſolus Deus. Deinde autem, quoniam faciet ſe-
*Geneſ. 15. 6.* men eius quaſi ſtellas cæli: hoc eſt quod à Paulo dicitur, quemadmodũ
*Philip. 2. 15.* luminaria in mundo. Iuſtè igitur derelinquens terrenam cognationem omnem, ſe-
quebatur verbum Dei, cùm Verbo peregrinans, vt cum Verbo moraretur.

ANNO-



### ANNOTATIONES.

1. Primùm quidem] *Ioſephus 1. antiq. ca. 15.* Primus Abraham præſumpſit pronunciare Deum creatorem vnum eſſe cunctorum: reliqua verò ad felicitatem tendentia, per præceptum præbentis ſingula quæque dari, & non propria virtute conſiſtere confeſſus eſt. *Et paulò poſt:* Proptereaque Chaldæis & alijs Meſopotamitis in eum conſurgentibus, migrationem eligens ſequi per volũtatem & adiutorium Dei, terram Chananæam latè poſſedit.

*Tradunt quoque alij Hebræi natum eum eſſe in Vr vrbe Chaldæorum: qua poſtea diſceſſit Carras Meſopotamiæ fugiens cultũ IGNIS, quem Dei loco tyrannus Nemrod vrgebat. Hinc iubente Deo, venit in terram Chanaan, vbi primum Deo vero altare conſtruxit inter Hai & Bethel, ſecundum prope Sichem, tertium prope Hebron, quartum in Berſabee, quintum in monte Moria: & cœmeterium vxori, ſibi, & poſteris comparauit in ſpelunca duplici: filium denique incredibili fide ac obedientia Deo immolare voluit. Idcirco etiam à Spiritu ſancto nominatur ſeruus Dei, amicus Dei, dilectus Dei, pater fidei noſtræ, atque omnium credentium.*

## B *QVONIAM VNA EST ET EADEM Abrahæ fides, & noſtra.*

### CAPVT XIII.

I[1]Vſtè autem & Apoſtoli, ex Abraham genus habentes, derelinquentes na *Matth. 4.*
uiculam & patrem, ſequebantur Verbum Dei. Iuſtè autem & nos eandem *Matt. 10. &*
fidem accipientes, quam habuit Abraham, tollentes crucem, quemad- *16.*
modum ligna Iſaac, ſequimur eum. In Abraham enim prædidicerat & *Luc. 9. et 14.* *Gen. 22, 6.*
aſſuetus fuerat homo ſequi Verbum Dei. Etenim Abraham [2] ſecundùm
fidem ſuam ſecutus præceptum verbi Dei, ] prono animo vnigenitum & dilectum fi-
lium ſuum conceſſit ſacrificium Deo: vt & Deus beneplacitum habeat, pro vniuerſo
ſemine eius dilectum & vnigenitum Filium ſuum præſtare ſacrificium in noſtram re-
C demptionem. Propheta ergo cùm eſſet Abraham, & videret in Spiritu diem aduentus *Ioan. 8. 56.*
Domini, & paſſionis [diſpoſitionem,] per quem ipſe quoque & omnes qui ſimiliter, vt
*incipere,* ipſe credidit, credunt Deo, ſaluari * inciperent, exultauit vehementer. Non incogni-
tus igitur erat Dominus Abrahæ, cuius diem concupiuit videre: ſed neque Pater Do-
mini: didicerat enim à Verbo Domini, & credidit ei. Quapropter & deputatum eſt ei ad *Iacob. 2. 21.*
iuſtitiam à Domino. [3] Fides [enim] quæ eſt ad Deum [altiſſimum] iuſtificat hominem, *Rom. 4. 3.*
& propter hoc dicebat: Extendam manum meam ad Deum altiſſimum, qui conſtituit *Gen. 15. 6.*
cælum & terram. Hęc autem omnia conantur euertere illi, qui ſunt malæ ſententię, ob
vnum dictum, quod quidem apud [eos] non bene intellectum eſt.

### ANNOTATIONES.

1. Iuſtè autem] *Docet exemplo Abrahæ Deum ſequentis Apoſtolos Filiũ Dei ſequutos eſſe: noſq; pro Chriſto crucem ferre debere, vt Iſaac ligna tulit, quibus erat immolandus: qui & ſpontanea oblatione ſua Chriſti oblationem ſignificauit.* D

2. Secũdùm fidem ſuam] *Septem has voces, quæ aptiſſimè conueniunt, ex vet. cod. adiecimus.*

3. Fides enim] *Vetus cod. quatuordecim dictiones ex hac ſententia deſiderat, atque ita habet:* Fides enim ad Deum altiſſimum qui conſtituit cælum & terram, *nihil delere, ſed tantùm ex vet. cod. duas voces,* enim & altiſſimum *inſerere viſum eſt. Cæterùm vnã nobiſcum fidem Patres omnes veteres habuiſſe docent cum Irenæo Euſebius lib. 1. hiſt. cap. 1. Epiphanius initio libri contra hæreſ. Auguſtinus tractat. 45. in Ioan. libro ſecundo contra literas Petil. capite trigeſimo ſeptimo, libro decimonono contra Fauſtum cap. 13. 16. 17. & in Pſalm. 73. & 77. Item contra Pelag. & Cæleſt. libro ſecundo, capite 25.*

*Ne verò ſolius fidei aſſertores exiſtiment Irenæum ſuæ impietati hoc loco fauere, cogitent eum loqui de fide quæ per charitatem operatur, vt ſequenti mox apparebit capite. Item, eundem plurimis alijs locis, vt paſſim obſeruamus, etiam charitati, obedientiæ, ac bonis alijs operibus iuſtificationem noſtram adſcribere. Denique Apoſtolum Iacobum diſertè conſtanterquè prædicare, Abraham ex operibus iuſtificatũ eſſe offerendo Iſaac filium ſuum &c. & non ex fide tantùm. Quo pacto verò hac in re bene inter ſe conueniant Paulus & Iacobus, doctè & prudenter docet Auguſtinus lib. 83. quæſt. q. 7. & 76.* *Iacob. 2.*

A

## QVID EST QVOD NEMO COGNOSCIT Patrem niſi Filius, & per quot occaſiones reuelat Filius Patrem.

### CAPVT XIV.

D[1]Ominus enim oſtendens ſemetipſum diſcipulis, quoniam ipſe eſt Verbũ, qui agnitionem Patris facit, & exprobrans Iudæis putantibus ſe habere Deum, cùm & fruſtrentur Verbum eius, per quem cognoſcitur Deus, dice- Luc.10.22. bat. Nemo cognoſcit Filium niſi Pater, neque Patrem quis cognoſcit, niſi Matth.11.28. Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Sic & Matthæus poſuit, & Lucas ſimiliter, & Marcus ſecundùm idem ipſum: Ioannes enim præterit locum hunc. Hi autem qui peritiores Apoſtolis volunt eſſe,[2] ſic deſcribunt.] Nemo cognouit Patrem niſi Filius, nec Fi- B lium niſi Pater, & cui voluerit Filius reuelare: & interpretantur, quaſi à nullo cognitus ſit verus Deus ante Domini [noſtri] aduentum: & eum Deũ, qui à Prophetis ſit annuntiatus, dicunt non eſſe Patrem Chriſti.[3] Si autem Chriſtus tunc inchoauit eſſe, quando & ſecundùm hominem aduentum ſuum egit, & à temporibus Tiberij Cæſaris cõ- Luc.3. memoratus eſt Pater prouidere hominibus, & non ſemper Verbum eius vnà cum plaſmate fuiſſe oſtendebatur; nec tunc quidem oportuit alterum deum annũciari, ſed cauſas tantæ incuriȩ & negligentiȩ eius inquiri. Nullam enim oportet quæſtionem talem eſſe; & tantum inualeſcere, vt & Deum quidem mutet: & eam, quæ eſt erga fabricatorẽ (qui nos alit [per] ſuam conditionem) fidem noſtram euacuet. Sicut enim in Filium fidem noſtram dirigimus, ſic & in Patrem dilectionem firmam, & immobilem habere debemus.[4] Et bene Iuſtinus in eo libro qui eſt ad Marcionem ait: Quoniam ipſi quoq; Domino non [crediaiſſem] alterum Deum annuncianti, præter fabricatorem & factorem [&] nutritorem noſtrum.

| *Euſebius libro 4. Hiſtor. cap. 17. hæc citat.* | *Interprete Ioanne Chriſtophorſono.* |
|---|---|
| Καὶ καλῶς Ἰουςῖνος ἐν τῷ πρὸς Μαρκίωνα συντάγματί φησιν· ὅτι αὐτῷ τῷ κυρίῳ οὐδ᾽ ἂν ἐπείσθην, ἄλλον θεὸν καταγγέλλοντι παρὰ τὸν δημιουργόν. | Præclarè dixit Iuſtinus in libro, quem ſcripſit contra Marcionem, ne ipſi quidem Domino ſe fidem adhibiturum, ſi alium Deum præter ipſum mundi fabricatorem ei denunciaret. |

C

Sed quoniam ab vno Deo, qui & hunc mundum fecit, & nos plaſmauit, & omnia continet, & adminiſtrat, vnigenitus Filius venit ad nos, ſuum plaſma in ſemetipſum recapitulans, firma eſt mea ad* eum fides, & immobilis erga Patrem dilectio, vtraque Deo *Deum nobis præbente: neque enim Patrem cognoſcere quis poteſt, niſi Verbo Dei, id eſt, niſi Filio reuelante, neque Filium, niſi Patris beneplacito. Bonum autem placitum Patris Filius perficit: mittit enim Pater, mittitur autem, & venit Filius: & Patrem quidem inuiſibilem & interminabilem, quantum ad nos eſt: cognoſcit ſuum ipſius Verbum, & cùm ſit inenarrabilis, ipſe enarrat eum nobis. Rurſum autem Verbum ſuum ſolus co- D gnoſcit Pater: vtraque autem hæc ſic ſe habere manifeſtauit Dominus, & propter hoc Filius reuelat agnitionem Patris per ſuam manifeſtationem. Agnitio enim Patris eſt, Filij manifeſtatio. Omnia [enim] per Verbum manifeſtantur. Vt ergo cognoſceremus quoniam qui aduenit Filius, ipſe eſt qui agnitionem Patris facit credentibus ſibi, dice- Matth.11.28. bat diſcipulis. Nemo cognoſcit Patrem niſi Filius, neque Filium niſi Pater, & quibuſ- Luc.10.22. cunque Filius reuelauerit: docens ſemetipſum & Patrem, ſicut eſt, vt alterum non recipiamus Patrem, niſi eum qui à Filio reuelatur. Hic autem eſt fabricator cæli & terræ, quemadmodum ex ſermonibus eius oſtenditur: & non is qui à Marcione, vel à Valentino, aut, [à] Baſilide, aut [à] Carpocrate, aut Simone, aut reliquis falſo * cognomine *cognominatis Gnoſticis adinuentus eſt falſus pater. Nemo enim illorum Filius [fuit] Dei, ſed Chriſtus Ieſus Dominus[5] noſter, aduerſus quem & contrariam exercent diſciplinam] incognitum Deum audentes annunciare.

Nemo ignotum ſibi Deum annunciare poteſt.

Debent autem in ſemetipſos audire. Quemadmodum enim ignotus, qui ab ipſis cognoſcitur? Quodcunque enim vel à paucis cognoſcitur, non eſt incognitum. Domi- nus



A nus autem non in totum [non] poſſe cognoſci & Patrem & Filium dixit. Cæterùm ſuperuacuus fuiſſet aduentus eius. Quid enim huc veniebat? an vti diceret nobis: Nolite quærere Deum: incognitus eſt enim; & nõ inuenietis eum, quemadmodum & CHRISTVM Aeonibus eorum dixiſſe mentiuntur hi qui ſunt à Valentino? Sed hoc quidem *poteſt, vanum eſt. Edocuit autem Dominus quoniam Deum ſcire nemo * poſſit, niſi Deo docente, hoc eſt, ſine Deo non cognoſci Deum. Hoc ipſum autem cognoſci eum, voluntatem eſſe Patris. Cognoſcunt enim eum quibuſcunque reuelauerit Filius, & ad hoc *Filium reuelauit Pater, *Filius reuelauit Patrem, vt per eum omnibus manifeſtetur, & eos quidem qui credũt ei, iuſti in incorruptelam & [in] æternum refrigerium recipiat.[6] Credere autem ei, eſt facere eius voluntatem. Eos autem qui non credunt, & propter hoc fugiunt lumen *elegerint, eius, in tenebris quas ipſi ſibi * elegerunt, iuſtè recludet. Omnibus igitur reuelauit ſe Pater, omnibus Verbum ſuum viſibile faciens: & rurſus, Verbum omnibus oſtendebat Patrem & Filium, cùm ab omnibus videretur. Et ideo iuſtum iudicium Dei ſuper [omnes] eos qui ſimiliter quidem viderunt, non autem ſimiliter crediderunt.[7] Etenim per ipſam conditionem reuelat Verbum conditorem Deum, & per mundum fabricato- B rem mundi Dominum & per plaſma eum qui plaſmauerit artificem, & per Filium eũ Patrem qui generauit Filium: & hæc omnes ſimiliter quidem colloquuntur, non autem ſimiliter credunt, ſed per Legem & Prophetas ſimiliter Verbum & ſemetipſum & Patrem prȩdicabat. Et audiuit quidem vniuerſus populus ſimiliter: non ſimiliter autẽ omnes crediderunt, & per ipſum Verbum viſibilem & palpabilem factum, Pater oſtendebatur, etiamſi non omnes ſimiliter credebant ei: ſed omnes viderunt in Filio Patrẽ: inuiſibile etenim Filij Pater, viſibile autem Patris Filius. Et propter hoc omnes Chriſtum loquebantur præſente eo, & Deum nominabant. Sed & dæmones videntes Filiũ Marc.1.25. dicebant: Scimus te qui es, ſanctus Dei. Et tentans Diabolus videns eum dicebat: Si tu Luc.4.34. es filius Dei: omnibus quidem videntibus & loquentibus Filium & Patrem, non autem omnibus credentibus. Matth.4.3.

[8] Oportebat enim veritatem ab omnibus accipere teſtimonium, & eſſe iudicium in ſalutem quidem credentium, in condemnationem autem non credentium, vt omnes iuſtè iudicentur, & ea quæ eſt in Patrem & Filium fides, ab omnibus comprobetur, id eſt, ab omnibus confirmetur, ab omnibus accipiens teſtimonium, & à do- C meſticis, quoniam & amici:[9] & ab extraneis, quoniam & inimici. Illa eſt enim vera & ſine contradictione probatio, quæ etiam ab aduerſarijs ipſis ſingula teſtificationis profert, in ipſa quidem manifeſta ſua viſione conuictis de præſenti negotio, & teſtificantibus & ſignificantibus, poſtea verò ad inimicitiam erumpẽtibus, & accuſantibus, & volentibus non eſſe verum ſuum teſtimonium. Non ergo alius erat qui cognoſcebatur, & alius qui dicebat: Nemo cognoſcit Patrem: ſed vnus & idem, omnia ſubijciente ei Patre, & ab omnibus accipiẽs teſtimonium, quoniam verè homo, & quoniam verè Deus, à Patre, à Spiritu, & ab Angelis, ab ipſa conditione, ab hominibus,[10] & ab apoſtaticis ſpiritibus, & ab * erroneis, & ab inimico, & nouiſſimè ab ipſa *dȩmonijs morte. Omnia autem Filius adminiſtrans Patri, perficit ab initio vſque ad finem, & ſine illo, nemo poteſt cognoſcere Deum. Agnitio enim Patris, Filius: agnitio autem Filij in Patre, & per Filium reuelata; & propter hoc Dominus dicebat. Nemo cognoſcit Filium, niſi Pater: neque Patrem, niſi Filius, & quibuſcunque Filius reuelauerit. Reuelauerit enim, non ſolùm in futurum dictum eſt, quaſi tunc inciperet Verbum mani- D feſtare Patrem, cùm de Maria natus, ſed communiter per totum tempus poſitum eſt. Ab initio enim aſſiſtens Filius ſuo plaſmati, reuelat omnibus Patrem, quibus vult, & quando vult, & quemadmodum vult Pater: & propter hoc in omnibus, & per omnia vnus Deus Pater, & vnum Verbum, & vnus Filius,[11] & vnus Spiritus, & vna fides, & ſalus omnibus credentibus in eum.

### ANNOTATIONES.

1. Dominus enim] *Contendit ex Scripturis & Filium ab æterno Patrem nouiſſe, & alijs manifeſtaſſe: viciſſimquè Patrem Filium ſuum hominibus reuelaſſe. Deinde, Filium nec tunc incœpiſſe eſſe, cùm homo factus eſt: nec alium à Deo Patre ſuo, mundiq; Conditore Deum annunciaſſe.*

2. Sic deſcribunt] *Expunximus* dicebant, *auth. vet. cod.*

3. Si autem Chriſtus] *Hæreſis Ebionitarum iſta fuit, de quibus ſupra libro primo, capite 26. libro 3. capite 24. & infra cap. 59. libri huius: & apud Euſebium libro tertio hiſtor. capite vigeſimo ſeptimo. Eandem impietatem ſequuti ſunt Cerinthus, Carpocrates, Artemon, Theodotus.*

4. Et bene Iuſtinus in eo libro] *Euſebius lib. 4. hiſtor. capit. 17. vitam operaquè Iuſtini deſcribens, huius loci meminit. Cæterùm, inſignis conſtantiæ in retinenda ſemel accepta vera religione verba ſunt: quibus non*

 diſſi-

Lib. 1. recog. diſſimilia pronunciauit Clemens Rom. cùm beatus Petrus nollet eum adeſſe concertationi aduerſus Simonem Magum ſuſceptæ. Repoſui credidiſſem pro crediſſet, quod ſubindicat error in vet. codice, qui crediſſent habet: quoniam ita legendum oſtendunt Iuſtini verba Græca apud Euſeb. οὐδ᾽ ἂν ἐπείσθην.

5. Noſter, aduerſus quam & cōtrariam] Huic loco & ſenſum, & lucem reſtituimus, octo vocibus partim immutatis, partim adiectis ex veter. codi. Deleuimus non aduerſus quem & contrarium exercēt diſcipuli. Nam &c.

6. Credere autem ei] Hinc perpende, quo ſenſu dixerit ſuperiori capite, fidem iuſtificare hominem, eam nempe quæ per charitatem operatur. Galat. 5.

7. Etenim per ipſam conditionem] Inſignis certè locus de cognitione Dei ab operibus eius deſumenda. Conditio, inquit, id eſt creaturæ opificium, reuelat Deum creatorem: mundus fabricatorem ſuum demonſtrat: opus manifeſtat opificem: Filius, Patrem ſuum. In

Sap. 13. 5. eundem ſenſum ait Sapiens: A magnitudine enim ſpeciei & creaturę cognoſcibiliter poterit creator videri. Et Apoſtolus: Inuiſibilia enim Dei &c. Rom. 1. 20. Et de his in ſuperioribus iam dictum eſt.

8. Oportebat enim veritatem] Quantum valeant ad confirmationem veritatis exterorum teſtimonia, docet Auguſtin. libr. 18. de Ciu. cap. 47. Cæterùm Nouatianus li. de Trin. his Irenæo ſubſcribit: Firmū eſt genus probationis, quod etiā ab aduerſarijs ſumitur, vt veritas, ab ipſis veritatis inimicis probetur.

9. Et ab extraneis] Extraneum à profeſſione Chriſtianorum Ioſephum fuiſſe teſtatur Hegeſippus libro 2. capite 12. qui tamen de Chriſto Domino ita ſcribit:

Li. 18. antiq. cap. 6. Fuit Ieſus ſapiens vir, ſi tamen virum nominare eum fas eſt, mirabilium operum effector, & doctor eorum hominum qui libenter quæ vera ſunt, audiunt: Chriſtus hic erat. Pilatum Tiberio Cæſari miracula, mortemq́; & reſurrectionem Chriſti nunciaſſe tradit Tertull. cap. 21. Apologetici: Pilati autem epiſtolam tranſcribit in Anacephalæoſi librorum ſuorum, de excidio Ieroſolymorum, Hegeſippus. Aſtipulatur iſtis Nicodemus in fine hiſtoriæ de paſſione & reſurrectione Domini, aſſeuerans Pilatum in ſui prætorij codices publicos retuliſſe omnia, quæ inter Chriſtum & Iudæos geſta ſunt; Annam & Caipham Pontifices adiuraſſe, eoſdemq́ue de Ieſu Deitate optimè reſpondiſſe. Abgari Edeſſenorum principis epiſtolam ad Chriſtum, & Chriſti reſponſum habet Euſeb. lib. 1. cap. 13. Plura ex Porphyrio, nefario Chriſtianæ pietatis deſertore & hoſte teſtimonia, citat idem Euſebius lib. 5. de præpar. euang. cap. 1. 6. 8.

A

10. Et ab Apoſtaticis ſpiritibus] Conſultum duplici hecatombe dæmonium in theca Apollinis latens, imperatori Romanorū hæc reſpondiſſe author eſt Niceph. Lib. 1. ca. 17.

Me puer Hebręus, diuos Deus ipſe gubernans,
Cedere ſede iubet, triſtemq́; redire ſub Orcum:
Aris ergo dehinc tacitus abſcedito noſtris.

B

Euſebius non ambigit de Chriſto Domino intelligenda eſſe ea, quæ narrat Plutarch. nimirum, ſpiritus quoſdam temporibus Tiberij Cæſaris iuſſiſſe nautas nūciare, magnum Pana Deum mortuum eſſe, lib. 5. de præpar. cap. 9. Augu. lib. de conſenſu euang. cap. 15. ex Porphyrio recitat quoſdam philoſophos, deos ſuos conſuluiſſe, quid de Chriſto cenſerent; illóſque teſtimonium de ipſo rectum perhibuiſſe. De his rurſus multa lib. 19. de Ciuit. cap. 23.

11. Et vnus Spiritus, & vna ſalus omnibus credentibus in eum] Ita vet. cod. Cæterùm, cùm Spiritum ſanctum nulla in re ſeparet à Deo Patre, & Filio, eius diuinitatem hîc apertè agnoſcit: ſed vberius adhuc & apertius infra cap. 22. & 37. libri huius, & paſſim libr. 5. ex quibus ſententijs non dubitauit Baſilius magnus eiuſdem Spiritus ſancti deitatem confirmare, lib. de Spiritu ſancto, cap. 29. Apparet itaque Magdeburgenſes magna maledicendi libidine ſcribere, hunc ſanctiſſ. martyrem Spiritus ſancti diuinitatem nuſquam aſſerere. Centuriæ 2. pag. 40.

C

## *QVEMADMODVM ABRAHAM à Verbo doctus eſt.*

### CAPVT XV.

Geneſ. 18. ET Abraham ergo à Verbo cognoſcens Patrem, qui fecit cælum & terram, hunc Deum confitebatur: [1] & doctus repræſentatione, quòd inter homines homo futurus eſſet Filius Dei, per cuius aduētum ſemen eius erat futurum quaſi ſtellæ cæli, concupiuit eam diem videre, vti & ipſe

Ioan. 8. 56. complecteretur Chriſtum: & per Spiritum prophetiæ eam videns exultauit. Propter quod & Simeon [2] ex ſemine] eius re implebat gratulationē Patriarchæ, & dicebat. [3] Nunc remittis ſeruum tuum Domine, in pace: quoniam viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod * paraſti ante faciem omnium populorum: lumen [4] in reuelatione ocu-

D *præparaſti in facie

Luc. 2. 29. Luc. 1. 46. lorum, & gloriam populi Iſraël. Et Angeli autem gratulationem magnam, vigilantibus nocte paſtoribus enunciauerunt. Sed & Maria ait. Magnificat anima mea Dominum, & exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo: deſcendente quidem exultatione Abrahæ in eos qui erant ex ſemine eius, euigilantes & videntes Chriſtum, & credentes ei: reciproca autem rurſus [5] & regrediente] exultatione à filijs [in] Abraham, qui & concupierat diem aduentus Chriſti videre. Bene igitur Dominus noſter teſtimonium red-

Ioan. 8. 56. debat ei dicens; Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum, [&] vidit, & gauiſus eſt.

### ANNOTATIONES.

1. Et doctus repræſentatione] De trium illorum apparitione loquitur, quorum vnū Filium Dei fuiſſe, quem adorarit, & Dominum Deum ſuum vocarit, magna concordia docent Iuſtinus in Dialogo; Tertull. libr. de carne Chriſti. & lib. 3. contra Marcionem. Euſebius lib. 1. hiſtor. cap. 1. Athanaſius ſermon. 3. contra Arrianos. Hilarius



A

larius libr. 4. de Trinitate. Cyrill. Ieroſoly. Catecheſi 11. & 12. Ambroſius lib. 2. de Abraham, cap. 5. Auguſt. lib. 2. de Trin. cap. 10. & 11.

2. Ex ſemine eius] Ita reſtituere ex ve. co. pro ex ſermone, viſum eſt. Porrò non vulgarem & infimæ conditionis Abrahæ filium, Simeonem hunc fuiſſe tradunt Hebræi. Si quidem Talmudiſtæ magni Hillelis auditorem, Gamalielis autem præceptorem eum faciunt; atque vnum ex his, qui ad collegium Sanhedrin, quod ſceptrum Iudæ putauerunt, pertinuerit. Rurſusq́; miracula in templo non defuiſſe quadraginta annis, quibus ipſe Domino miniſtrauit. Nicodem. in hiſt. paſſ. & reſur. ſummum ſacerdotem ſemel, & iterum illum appellat. Niceph. lib. 1. ca. 12. Illum dignitate, virtute, vitæq́; ſanctitate inter Iudæos excelluiſſe docet: quæ annotare placuit aduerſus Magdeburgenſiū, Brentij, & Caluini præpoſtera iudicia, quibus hunc priuatum homuncionem, ſenem delirum, obſcuræ famæ, nulloq́; dignitatis aut officij nomine clarum faciunt.

3. Nunc remittis] Græcè ἀπολύεις, id eſt, decedendi ex hac vita poteſtatem facis, vt patribus meis adiungar.

4. In reuelatione oculorum] Græcè εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, Vetus codex, & vulgata editio ad verbum: ad reuelationem gentium. Alij quidam: Lumen reuelandum gentibus, vt ſit alluſio ad vaticinia Iſaiæ cap. 9. 42. & 49.

5. Et regrediente] Deleuimus egrediente, veteris cod. auth.

B

## *QVEMADMODVM PROMISSIONEM, quam promiſit Deus Abrahæ, Chriſtus perfecit.*

### CAPVT XVI.

*hæc *Deum, NON [1] enim tantùm propter Abrahā * hoc dixit; ſed vt oſtenderet quoniā omnes qui ab initio cognitum habuerunt * Dominum, & aduentū Chriſti prophetauerunt, reuelationem acceperunt ab ipſo Filio, qui & [in] nouiſſimis temporibus viſibilis & paſſibilis factus eſt, & cum humano gene- Hebr. 1. 1.

re loquutus eſt, vti ex lapidibus excitaret filios Abrahæ, & adimpleret repromiſſio- Matth. 3. 10.

nem, quam promiſerat illi Deus, vt faceret ſemen eius tanquam ſtellas cæli, quemad- Geneſ. 22. 17.

modum ait Ioannes Baptiſta: Potens eſt enim Deus ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Luc. 3. 8.

Abrahæ. [2] Hoc autem fecit Ieſus, à lapidum religione extrahens nos, [3] & à noſtris] duris, & infructuoſis cogitationibus transferens nos, & ſimilem Abrahæ fidem in no-

C bis conſtituens. Quemadmodum & Paulus teſtificatur, dicens, Nos eſſe filios Abra- Rom. 9. 8.

hæ ſecundùm ſimilitudinem fidei, & repromiſſionem hæreditatis. Vnus igitur & idem Deus, qui aduocauit Abraham, & repromiſſionem ei dedit. Hic eſt enim fabricator, qui & per Chriſtum præparat luminaria in mundo, eos qui ex Gentibus credunt. Vos autem (inquit) eſtis lumen mundi, hoc eſt, quaſi ſtellæ cæli. Hunc ergo rectè Matth. 5. 15. & 11.

oſtendimus à nemine cognoſci, niſi à Filio, & quibuſcunque Filius reuelauerit. Re-

*autem uelat * enim omnibus Filius, quibus velit agnoſci Pater, & neque ſine bona voluntate Patris, neque ſine adminiſtratione Filij cognoſcet quiſquam Deum. Et propter hoc dicebat diſcipulis Dominus. Ego ſum via, veritas, & vita. Et nemo venit ad Pa- Ioan. 14. 6.

trem, niſi per me. [4] Si cognouiſſetis] me, & Patrem meum [cognouiſſetis,] & amodò cognouiſtis eum, & vidiſtis [eum.] Ex quibus manifeſtum eſt, quoniam per Filium, id eſt per Verbum, cognoſcitur.

### ANNOTATIONES.

D

1. Non enim tantùm] Promiſſiones factæ Abrahæ, eiuſdemq́; exultatio de futuri Meſſiæ prænotione, etiam ad poſteros eius, & Gentes crediturꝰas pertinent. Ipſe verò Meſſias cùm venit, tum per ſe, tum per legatos ſuos, vnum Deum huic mundo nunciauit.

2. Hoc autem fecit Ieſus] Locum hunc eodem ſenſu, & iiſdem ferè verbis interpretatur Clemens Alex. Deum ex lapidibus filios Abrahæ ſuſcitaſſe, cùm iuſtitiam & cordis duritiem eorum, qui lapidibus duriores euaſerant aduerſus veritatem, excitauit ſemen pietatis in Deum, virtutem ſentiens ex lapidibus illis, nempe Gentibus, quæ crediderūt lapidibus. Ora. ad Græcos. Eodem pacto & Gaudentius Brixianus Tractat. 2. in Euang.

3. Et à noſtris duris] Noſtris addidimus ex ve. cod. & duris, ex omnibus excuſis retinuimus, quamquam id neſciat vet. cod.

4. Si cognouiſſetis me, & Patrem meum cognouiſſetis] Ita vet. co. excuſi, Si cognouiſtis me, & Patrem meum cognouiſtis, vet. cod. conſentit editio vulgata, cum literæ Græca Euang.

QVARE

A

## *QVARE IVDÆI ABSCESSERVNT à Deo.*

### CAPVT XVII.

[1] Propter hoc Iudæi exceſſerunt à Deo, Verbum * Dei non recipientes, ſed *eius
putantes per ſeipſum Patrem ſine Verbo, id eſt ſine Filio, poſſe cognoſce-
re Deum, neſcientes eum qui in figura loquutus eſt humana [2] ad Abrahā
Geneſ.22. & Aaron, &[iterum]ad Moyſem dicentem. Videns vidi vexationem po-
Exod.3.7. puli mei in AEgypto, & deſcendi liberare eos. [3] Hic enim Filius, qui eſt] Verbum Dei,
ab initio * præſtruebat, non indigente Patre Angelis, vti faceret conditionem, & for- *perſtruebat,
maret hominem, propter quem & conditio fiebat: neque rurſus indigente miniſte-
rio ad fabricationem eorum [4] quæ facta ſunt, ad diſpoſitionem eorum]negotiorum,
quæ ſecundùm hominem erant, ſed habente copioſum & inenarrabile miniſteriū.
[5] Miniſtrat enim ei ad omnia [6] ſua progenies & figuratio ſua, id eſt Filius, & Spiritus B
Hebr.1.3. ſanctus, Verbum & Sapientia; quibus ſeruiunt, & ſubiecti ſunt omnes Angeli. Vani i-
Matth.11.28. gitur ſunt, qui propter hoc quod dictum ſit, Nemo cognoſcit Patrem, niſi Filius, alte
rum introducunt incognitum patrem.

### ANNOTATIONES.

1. Propter hoc Iudæi ] *Iudæi à Deo Patre ſimul defecerunt, vt Verbum Dei, id eſt, Filium eius, Prophetis ſenſim ſeſe manifeſtantem, & cum Patre ac Spiritu ſancto cuncta condentem ac regentem, perfidè repulerunt.*

2. Ad Abraham, & Aaron ] *Tertull. lib. de carne Chriſti:* Chriſtus cum Angelis apud Abrahā in veritate carnis apparuit, ſed nondum natæ, quia nondum morituræ. *Hoc idem copioſè diſcutit Auguſt. lib. 3. contra Maximin. cap. 26. Vetus cod. non habet* & Aaron.

3. Hic enim] *Vetus cod.* Hæc enim Filius qui eſt Verbū Dei, ab initio perſtruebat. Pręſtruebat *retineo, quòd familiare ſit Tertulliano, & non rarum apud Irenæum.*

4. Quæ facta ſunt ] *Sex has voces deſiderabant cod. excuſi.*

5. Miniſtrat enim ei ] *Contendit præcipuè Deum Patrem miniſterio Angelorum non eguiſſe ad condendas res vniuerſas, vt poſt Simonem Magum, & Baſilidem, ſomniarunt quidam Iudæorum Rabbini: cùm per Verbum, vti per ſapientiam & virtutem, & Spiritum ſanctum, vti per bonitatem ſuam, ſat ſuperquè ſufficiens ſit ſeipſo quæcunque voluerit, efficere. Eodem ſenſu intelligenda exiſtimo multa Patrum eius ſæculi teſtimonia: vt Tertulliani, dum lib. contra Marcion. vocat Filium,* miniſtrum Patris: *& lib. contra Praxeam,* Vicarium Patris diuini: *Iuſtini quoque Martyris in Dialogo, quando Filium Patri* miniſtrantem, & ſententiarum eius executorem *appellat. Duris enim alioqui his formulis loquendi, haudquaquam Filium Dei à Patris natura alienum, aut poteſtate inferiorem eſſe volunt: ſed vel ordinem emiſſionum, vel ſeriem diſtinctionis hypoſtaſeon innuunt. Aut denique Deitatem ipſam ſimulq; omnipotentiam, ſapientiam, omnem perfectionem; & virtutem, quam Pater à ſeipſo habet, Filium ipſum non à ſe, ſed à Patre accipere, ad eumq; hæc vniuerſa referre, vt ad authorem, docent: prout copioſè explicat Nouatianus ſub finem libri de Trin.*

*Enimuerò Filium vnam & eandem eſſe cum Patre & Spiritu ſancto cauſam primam effectricem et ſeruatricem totius mundi, non autem velut inane ex ſe inſtrumentum Patris, (vt poſt Arianos garrit Lutherus, & vociferant Caluiniani) non ſolùm in præcedentibus ac ſequentibus frequenter grauiterquè docet Irenæus: verùm etiam ſacrorum Bibliorum firmiſſimis teſtimonijs palam efficitur. Ait enim ille:* Pater meus vſque modò operatur, & ego operor. *Et in Prouerbijs genita Sapientia dicit:* Quando præparabat cælos aderam, cum ipſo cuncta componens. *Igitur vel cùm Scripturis aſſeritur,* Omnia per ipsū facta eſſe: Per eum facta eſſe ſæcula: Omnia in ipſo, & per ipſum condita; *vel à Patribus dicitur, Filius in mundi creatione moderationequè Patri miniſtrare; hoc non eſt intelligendum, tanquam eſſet organum, inſtrumentumve ab agente natura vel poteſtate diſtinctū: ſed duntaxat velut ſuppoſitum ab ipſo Patre productū, & proprietate ſua diſtinctum, cui ab æterno vnà cum diuina maieſtate ac eſſentia ſua, omnem quiduis ſecum agendi ac perficiendi poteſtatem ac virtutem cōtulerit. Hinc idem Irenæus huius libri cap. 8. ſcripſit:* Is qui omnia fecit cum Verbo ſuo, iuſtè dicitur Deus & Dominus. *Et ante hunc Iuſtinus martyr:* Vnus reuera eſt vniuerſitatis huius Deus, qui in Patre, Filio, & Spiritu ſancto cognoſcitur. *Et rurſum:* Verbū cum Patre ante creaturas exiſtens & naſcens, per eum primitus cuncta condidit & ornauit.

(Ioan.5. — Prou.8. — C — Ioan.1. — Hebr.1. — Lib. de conf. Trinit. — Apolog.1. — D)

6. Sua progenies & configuratio ] *Alluſio eſt ad Pauli verba,* qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius & cæt. *item ad hæc Sapientis:* Candor eſt lucis ęternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis. *Nec eſt quod ex hoc loco veteres aut noui Ariani aliquod impietatis ſuæ patrocinium petant: quandoquidem, vt poſt Gregorium Nyſſenum, Theophylactus obſeruat, per* Splendorem *oſtenditur Eſſentiæ vnitas, qua Filius coæternus & conſubſtantialis eſt Patri, non ſecus ac luci ſplendor: per* Figuram *verò, naturæ æqualitas.* (Hebr.1.3. — Sap.7.26.)

OSTEN-



A

## *OSTENSIO QVONIAM ABRAHAM [hæreditate] percipit regnum cælorum.*

### CAPVT XVIII.

[1] Vanus autem & Marcion, & qui ab eo, expellentes ab hæreditate Abra-
ham, cui Spiritus per multos, iam autem & per Paulum teſtimonium
reddidit: Quoniam credidit Deo, & deputatum eſt ei ad iuſtitiam: & Do- Rom.4.3.
minus primùm quidem de lapidibus excitans filios ei, & faciens ſemen
eius quaſi ſtellas cæli, dicens. Quoniam venient ab Oriente, & ab Occi- Matth.8.11.
dente, ab Aquilone, & Auſtro, & recumbent cum Abraham, [&] Iſaac, & Iacob, in re-
gno cælorum. Iterum dicens Iudæis: Cùm videritis Abraham, & Iſaac, & Iacob, & o- Luc.13.29.
*cælorum: mnes Prophetas in regno * Dei: vos autem proijci foras. Manifeſtum [eſt] ergo, quo-
B niam qui contradicunt ſaluti eius, & alterum præter eum, qui promiſſionem fecerit
*ab incorruptelæ, Abrahæ, formant Deum, extra regnum Dei ſunt, & exhæredes ſunt * incorruptelæ,
fruſtrantes & blaſphemantes Deum, qui in regnum cælorum introducit Abraham,
& ſemen eius quod eſt Eccleſia, per Chriſtum Ieſum, cui & adoptio redditur, & hære-
ditas quæ Abrahæ promiſſa eſt.

### ANNOTATIONES.

1. Vanus autem & Marcion] *Non modò Marcionitas & Cainitas, Abraham, alioſquè veteres Patriarchas damnantes; & Cain Gigantes, Sodomitas & ſimiles reprobos cælo donantes, iuſtè hoc loco coarguit: verùm, ex præclaris dd eo per Chriſtum, Spiritum ſanctum, Moſem, Iſaiam Ieremiam, & Danielem redditis teſtimonijs, beato ſempiternoquè in cælis æuo eundem perfrui conſtanter ac euidenter probat. Hanc hæreſim ampliore diſputatione refutauimus lib. 1. Appendicis aduerſ. hæreſes.*

C

## *QVONIAM DOMINVS SABBATIS curans, ſecundùm Legem faciebat.*

### CAPVT XIX.

[1] Vindicabat enim ſemen eius Dominus, ſoluens à vinculis, & aduocans ad
ſalutem, quemadmodum fecit in muliere, quæ ab eo curata eſt, manife-
ſtè dicens his qui non ſimilem Abrahę habebant fidem. Hypocritę, vnuſ- Lucæ 13.15.
quiſque veſtrûm die ſabbatorum bouem ſuum, vel aſinum non ſoluit,
& ducit, & adaquat? Hanc autem, cùm ſit filia Abrahæ, quam alligauerat Satanas decē
& octo annis, non oportuerat[ſolui]ab hoc vinculo in die ſabbatorum? Manifeſtum
eſt igitur quoniam eos, qui ſimiliter vt Abraham credebant ei, ſoluit, & viuificat, ni-
*curari hil extra Legem faciens, curans in die ſabbatorum. Non enim prohibebat Lex * cu
rare homines ſabbatis, quæ & circuncidebat eos in hac die, & pro populo iubebat mi-
D niſteria ſacerdotibus perficere, ſed & mutorum animalium curationem non prohi-
bebat: & Siloa etiam ſæpe ſabbatis curauit, & propter hoc aſſidebant ei multi die ſab- Ioan 9.14.
batorum. [2] Continere ſe enim iubebat[eos]Lex ab omni opere ſeruili, id eſt ab omni Sabbatiſmus.
auaritia, quæ per negotiationem, & reliquo terreno actu agitatur: animæ autem ope-
ra quæ fiunt per ſententiam, & ſermones bonos in auxilium eorū, qui proximi ſunt,
adhortabatur fieri: & propter hoc[Dominus]arguebat eos, qui iniuſtè exprobrabant
ei, quia ſabbatis curabat. Non enim ſoluebat, ſed adimplebat Legem, ſummi ſacerdo
tis operam faciens, propitians pro hominibus Deum, & emundās leproſos, infirmos Exo.20.8, 9, 10.
curans; & ipſe moriens, [3] vti exiliatus homo exiret de condemnatione, & reuerteretur intrepidè ad ſuam hæreditatem.

### ANNOTATIONES.

1. Vindicabat enim &c ] *Chriſtus vindex & ſaluator omnium, maximè autem fidelium, qui quadam excellentia dicuntur ſemen Abrahæ, illos etiam diebus Sabbatorum curans, non ſoluit Legem, ſed adimpleuit: cùm etiam illis diebus & paruulos circuncidere, & pecorum curam habere Iudæi non prohiberentur.*

2. Continere enim ſe &c.] *Otiari, non erat ſimpliciter ſcopus Sabbati, quādo etiam Sacerdotes eodem die miniſterijs ſuis in templo & ſynagogis vacabant: ſed à peccatis, quæ verè ſeruilia opera cenſentur, penitus abſti-*

*abſtinere, & bonis erga Deum & proximum operibus vacare.*

3. Vti exiliatus homo ] *Alludit ad Hebræorum legem, qua mortuo ſummo Pontifice, exules domum redire permittebat: et qui hîc exiliatus homo dicitur, exul tantùm ſignificatur, Græcè forſan non malè* φυγαδευθὴς *nominaretur.* A

## *QVOMODO NON CONTRA LEGEM faciebant diſcipuli Domini ſabbatis ſpicas legentes, & quoniam Leuitæ omnes diſcipuli Domini.*

### CAPVT XX.

Matth. 12. 3. SED & eſurientes accipere ſabbatis * eſcas ex his quæ adiacebant, non *eſcam
vetabat Lex: metere autem & colligere in horreum vetabat. Et ideo Do-
minus his qui incuſabant diſcipulos eius, quoniã vellentes ſpicas man- B
1. Reg. 21. ducabant, dixit: Non hoc legiſtis, quod fecit Dauid cùm eſuriſſet, quem-
admodum introiuit in domum Deì, & panes propoſitionis manduca-
uit, & dedit eis qui cum eo erant, quos non licebat mãducare, niſi ſolis ſacerdotibus?
Per Legis verba ſuos diſcipulos excuſans, & ſignificans licere ſacerdotibus liberè age
re.[2] Sacerdos autem ſcitus fuerat Dauid apud eum, quamuis Saul perſequutionem fa-
ceret ei.[3] Omnes [enim] iuſti ſacerdotalem habent ordinem. Sacerdotes autem ſunt
omnes Domini Apoſtoli, qui neque agros, neque domos hæreditant hîc, [4] ſed ſem-
per altari & Deo ſeruiunt. De quibus & Moyſes in Deuteronomio, in benedictione
Deut. 33. 9. Leui ait. Qui dicit patri ſuo, & matri ſuæ, Non noui te, & fratres ſuos non
agnouit, & filios ſuos abdicauit: cuſtodiuit præcepta tua, & teſtamentum tuum ſerua
uit. Qui autem ſunt qui dereliquerunt patrem & matrem, & omnibus proximis re-
nuntiauerunt propter verbum Dei, & teſtamentum eius, niſi diſcipuli Domini? De
Num. 18. 20. Deut. 18. 2. quibus iterum Moyſes. Hæreditas autem (inquit) non erit eis. Dominus enim ipſe hę C
Deut. 10. reditas ipſorum. Et iterum. Non erit ſacerdotibus Leuitis in tota tribu Leui pars, ne-
que ſubſtantia cum Iſraël: fructificationes Domini ſubſtantia eorum, manducabũt
Philip. 4. 17. eas. Propter hoc & Paulus. Non inquiro (inquit) datum: ſed inquiro [5] fructũ ] diſcipu-
lis, inquit * Dominus, Leuiticam ſubſtantiam habentibus, licebat eis eſurientibus à *Domini,
Lucæ 10. 7. ſeminibus accipere eſcam. Dignus enim operarius eſca ſua. Et ſacerdotes in templo
ſabbatum prophanabant, & rei non erant.[6] Quare ergo rei non erant? ] Quia cùm eſ-
ſent in templo, non ſecularia, ſed dominica perficiebant miniſteria, [ Legem ] adim-
plentes, non autem prætereuntes Legem; quemadmodum is, qui à ſemetipſo arida li-
Num. 15. 32. Matth. 3. 10. gna attulit in caſtra Dei, iuſtè lapidatus eſt. Omnis enim arbor quę non facit fructum
1. Cor. 3. 17. bonum, abſcindetur, & in ignem mittetur: &, Quicunque templum Dei violauerit,
violabit illum Deus.

### ANNOTATIONES.

1. Sed & eſurientes] *Expurgat Chriſtus diſcipulos à calumnijs Phariſæorum, quoniam Lex Sabbati nõ vetabat vti cibis appoſitis, quod ex ſacris etiam panibus vrgente neceſſitate fecit Dauid. Adde quod veteres Sacerdotes ac Leuitæ, qui ſacris operabantur, Apoſtolos, & pios omnes ſacrorum Chriſtianorum miniſtros apertè deſignarunt.*

2. Sacerdos autem ſcitus fuerat Dauid] *Eodem ſenſu Dauid ſacerdos hîc dicitur, quo filij eius, 2. Regum 8. ſacerdotes; id eſt, viri principes & primates: ſic enim* כֹּהֲנִים *pro quo Septuaginta* ἱερεῖς *habent, vertit Sanctes: Aut certè in hoc particulari facto, Dauid ſacerdotibus æquatus eſt, quòd panes ſacros vrgente neceſſitate comederit. Demùm, poteſt Dauid etiam ſacerdos appellari, quod ſacerdotibus Leuiticis ſacros hymnos concinendos, & propoſuerit, & vnà cum ipſis ſit modulatus: ſimulq; laudis, orationis, & cordis contriti hoſtias ſpiritales magna religione obtulerit.*

3. Omnes enim iuſti ] *Sententiam hanc ex Irenæo nominatim, ſed paulò aliter tranſcripſit Meliſſa, Sermon. 1. partis 2.* πᾶς βασιλεὺς δίκαιος ἱερατικὴν ἔχει τάξιν, *id eſt. Omnis rex iuſtus ſacerdotalem habet ordinem. Vult autem Irenæus pios omnes regali iuxta atque ſacerdotali munere fungi, dum carnis laſciuientis impetus lege ſpiritus coërcent, atque hoſtiam viuentem, ſanctam & beneplacentem Deo, ſecundùm Apoſtolicam inſtitutionem, ſeipſos exhibent: eleëmoſynas etiã, & labiorum vitulos Deo optimo maximo offerunt. August. hæc acutè explicat lib. 20. de Ciuit. ca. 10,* Sicut omnes Chriſtianos, *inquit,* dicimus propter myſticum chriſma; ſic omnes ſacerdotes, quoniã ſunt membra vnius ſacerdotis. De quibus Apoſtolus Petrus, 2. Petr. 2. Plebs ſancta, regale ſacerdotium. *Porrò nullum eſſe ſacerdotium externum, quod non ex æquo quibuſlibet conueniat viris, mulieribus, cerdonibus, agricolis, lanionibus, agaſonibus, & abiectiſſimis quibuſq;, execranda fuit hæreſis Gnoſticorum priorum, vt in Marco mago iam monſtratum eſt, lib. 1. cap. 9. & apud Tertullian. in Præſcript. Quam noſtra ætate ab inferis euocarunt Lutherus, Caluinus, &* D *reli-*



A *reliqua Gnoſticorum recentiorum colluuies. Hanc impietatem copioſè & eruditè refellunt Alphonſus à Caſtro, lib. 13. contra hæreſes: & Ioannes Roffenſis libr. de ſacerdotio.*

4. Sed ſemper altari &c. ] *Vel hinc profectò facilè eſt videre, Chriſtianos à temporibus Chriſti, Apoſtolorum, Martyrum, & deinceps, ſua in templis altaria ſeruaſſe, quibus Deo ſacrificium incruentum corporis & ſanguinis Chriſti in perpetuam mortis eius recordationem offerrent: quod etiam huius libri cap. 34. confirmat noſter Irenæus his Chriſti verbis:* Cùm offers munus tuum ad altare &c. *Denique, Deum velle nos offerre munus ad altare frequenter &c. Hunc porrò locum aduerſus hæreticos ex ſcripturis & Patribus fuſiſſimè tractauimus libro primo Appendicis, in titulo* Altare.

5. Fructum ] *Expunximus* factum, *authorit. vet. cod.*

6. Quare ergo ] *Quinque has dictiones ex vet. cod. reſtituimus: vt mox* légem, *pro* legis.

## *OSTENSIO VNIVS ET EIVSDEM SVBſtantiæ eſſe [ea,] quæ ſecundùm Legem ſunt, & ea, quæ ſecundùm Euangelium: & quemadmodum nouum Teſtamentum * prædictum eſt à Prophetis.*

*prædicatum ſit B

### CAPVT XXI.

VNius igitur & eiuſdem ſubſtantiæ ſunt omnia, hoc eſt ab vno & eo-
dem Deo, quemadmodum [&] Dominus ait diſcipulis:[2] Propterea om
nis ſcriba doctus in regno cælorum ſimilis eſt homini patrifamiliâs, Luc. 6. 45.
qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. Non alterum quidem vete- Matth. 13. 52.
ra, alterum quidem proferentem noua docuit: ſed vnum & eũdem. Pa-
terfamiliâs enim Dominus eſt, q vniuerſæ domui paternę dominatur, [&] ſeruis qui
dem, & adhuc indiſciplinatis condignam tradens Legem, liberis autem & fide iuſti-
ficatis congruentia dans præcepta, filijs adaperiens ſuam hæreditatem.[3] Scribas autẽ
& doctores regni cælorum, ſuos dicebat diſcipulos, de quibus alibi ait Iudæis: Ecce, Matt. 23. 34.
*proferuntur mitto ad vos ſapientes, & ſcribas, & doctores, & ex eis occidetis, & effugabitis à ciuita-
te in ciuitatem. Ea autem quæ de theſauro * proferunt noua & vetera, ſine contradi-
C ctione duo teſtamenta dicit. Vetus quidem quod ante fuerat legiſdatio:[4] noua autem
quæ ſecundùm Euangelium eſt conuerſatio oſtendit, de qua Dauid ait; Cantate Do- Pſalm. 95. 1.
mino canticum nouum. Et Eſaias: Cantate Domino hymnum nouum. Initiũ eius Iſai. c. 42. 10.
glorificatur, [&] nomen eius à ſummo terræ, virtutes eius in inſulis annuntiant. Et
Hieremias ait. Ecce diſponam (inquit) Teſtamẽtum nouum, non quemadmodum Ierem. 31. 8.
diſpoſui patribus veſtris in monte Oreb. Vtraque autem teſtamenta vnus & idem pa
terfamiliâs produxit, Verbum Dei Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui & Abrahæ & Heb. 8. 8.
*collocutus Moyſi * loquutus eſt, [qui] nobis in nouitate reſtituit libertatem: & multiplicauit eã,
quæ ab ipſo eſt, gratiam.

### ANNOTATIONES.

1. Vnius igitur & eiuſdem ] *Vtriuſque Teſtamenti docet vnum eſſe authorem, ac finem ſcopumquè præcipuum. Nam in veteri nouum promittitur. De hoc fine Auguſtinus Præfat. in Pſal. 140. ait:* Quicquid de qualibet diuina pagina exſculpitur, non habet finem, niſi charitatem. *Et Bernardus:* Ille tenet quicquid latet, quicquid patet in diuinis ſermonibus, qui charitatem ſeruat in moribus. D

2. Propterea omnis ſcriba ] *Ita hunc locum poſt Irenæum interpretatur Origenes, vt per nouá, Euangeliorum & Apoſtolorum oracula: per vetera autem, legis & Prophetarum illis omnino conſentanea ſignificentur. Sequuntur hanc expoſitionem Chryſoſtomus, Theophylactus, & ex Latinis Hilarius, Hieronymus, Auguſtinus 20. de Ciuitate, & in quæſt. ſuper nouum teſtamentum. Gaudentius Brixianus Tractat. 7. Impudens ergo Gallaſius, qui Beati Irenæi ſententiam ridens, mauult apoſtatæ & furciferi Marlorati rapſodias, quàm tam doctorum & piorum patrum ſententiam ſequi.*

3. Scribas autem ] *Quî fit, vt hîc Apoſtoli ſcribæ, & doctores vocentur, in Actis verò idiotæ, explicat Origenes in 13. cáp. Matthæi.*

4. Noua autem ] *Aut retinet genus Græcæ vocis* νέα διαθήκη, *nouum teſtamentum: aut certè nouam conuerſationem ſecundùm Euangelium, nouum vocat teſtamentum.*

## *QVID EST, PLVSQVAM TEMPLVM, & plusquàm Salomon hic.* A

### CAPVT XXII.

Matth. 12.6. [1] Lus eſt enim(inquit)templo hic. Plus autem & minus nõ in his dicitur,
quæ inter ſe communionem non habent,& ſunt contrariæ naturæ, & pu
gnant aduerſus ſe;ſed in his quæ eiuſdem ſunt ſubſtantię,&communicãt
ſecum, ſolum autem * altitudine & magnitudine differunt: quemadmo- *multitudine
dum aqua ab aqua,& lumẽ à lumine,&gratia à gratia. Maior eſt igitur legiſdatio quæ
in libertatem,quàm quæ data eſt in ſeruitutem: & ideo non in vnam gentem , ſed in
Galat. 4.26. totum mundum diffuſa eſt. Vnus autem & idem Dominus, qui pluſquàm templum
Matt. 28.19. eſt,& pluſquàm Salomon,& pluſquàm Ionas donat hominibus, id eſt ſuam præſen-
Marc. 16.15. tiam & reſurrectionem à mortuis: ſed non Deum immutans, nec alium prædicans B
Matt. 12.43. Patrem,ſed eundem ipſum,qui ſemper habet plura metiri domeſticis, & proficiente
eorum erga Deum dilectione,plura & maiora donans,quemadmodum & Dominus
Ioan. 1.50. diſcipulis dicebat. Quoniam & maiora horum videbitis. Et Paulus ait: Non quòd
Philip. 3.12. iam acceperim,aut[ quòd ]iuſtificatus ſim, aut iam perfectus ſim: ex parte enim ſci
1. Cor. 13.9. mus, & ex parte prophetamus. Cùm autem venerit quod perfectum eſt, quæ ſunt
ex parte deſtruentur. Sicut igitur adueniente perfecto, non alterum Patrem vi-
Matth. 5.8. debimus: ſed hunc quem nunc videre concupimus. Beati enim mundo corde,
quoniam ipſi Deum videbunt: Neq; alium Chriſtum,& Dei Filium expectabimus,
ſed hunc qui ex Maria[Virgine]qui & paſſus eſt,in quem[&]credimus,quem & diligi
Iſaiæ 25.9. mus. Quemadmodum Eſaias ait. Et dicent in illa die. Ecce,Dominus Deus noſter in
quem ſperauimus, & exultauimus in ſalute noſtra. Et Petrus ait in Epiſtola ſua:
1. Pet. 1.8. Quem non videntes diligitis,(inquit)in quem nunc non videntes credidiſtis, gaude-
bitis gaudio inenarrabili. Neque alium Spiritum ſanctum [2] percipimus,niſi hũc, qui
Rom. 8.15. eſt nobiſcum,& qui clamat, Abba pater:& in ijſdem ipſis [3] augmentum ] habebimus,
1. Cor. 13.12. & proficiemus, vt iam non per ſpeculum, & per ænigmata, ſed facie ad faciem frua-
mur muneribus Dei: ſic & nunc plus templo,& plus Salomone percipientes,quod eſt C
aduentus Filij Dei: non alterum didicimus Deum,præter fabricatorem[& factorem]
omnium,qui ab initio nobis demõſtratus eſt; neque alterum Chriſtum Dei Filium,
præter eum qui à Prophetis prædicatus eſt.

[4] Nouo enim teſtamento cognito,& prædicato per Prophetas, & ille qui illud diſ-
poſiturus erat ſecundùm placitũ Patris,prædicabatur,manifeſtatus hominibus, quẽ-
admodum voluit Deus,vt poſſint ſemper proficere credentes in eum,& per teſtamẽ-
ta matureſcere [5] per effectum perfectum ]ſalutis. Vna enim ſalus eſt,[&]vnus Deus,qui
formauit hominem: præcepta autem multa,& non pauci gradus, qui * adducunt ho- *ducunt
minem ad Deum. [6] Terreno quidem & temporali Regi,cùm ſit homo, licet aliquo-
ties maiores profectus attribuere his qui ſunt ſubiecti. Deo autem non licebit, cùm
ſit idem,& ſemper maiorem gratiam * pręſtat humano generi,& pluribus muneribus *præſtare
aſſiduè honorare eos, qui placent ei? Si autem hoc eſt proficere, alterum adinuenire
patrem præter eum qui ab initio annuntiatus eſt; & rurſum, præter eum qui putatur
ſecundò inuentus eſſe, alterum tertium adinuenire;& eiuſdem erit profectus & à ter-
tio[in]quartum; [7] & adhuc ab hoc]rurſum alterum, & alterum: & ſic ſemper putans D
proficere,talis ſenſus nunquã in vno ſtabit Deo. Expulſus enim ab eo qui eſt,& reuer
ſus retrorſum quæret quidẽ ſemper, inueniet autem nunquam Deum: ſed ſemper in-
comprehenſibilitatis profundo natabit,niſi per pœnitentiã conuerſus, vnde & abie-
ctus erat, reuertatur, [vnum] Deum Patrem Demiurgum confitens & credens, qui à
Lege & Prophetis annunciatus eſt: qui à Chriſto teſtificatus eſt, quemadmodum ip-
ſe ait ad eos qui accuſabant eius diſcipulos,quaſi non ſeruarent traditionem ſeniorũ.
Matth. 15.3. Quare vos fruſtramini præceptum[Domini]propter traditionem veſtram?[ Deus ]e-
nim dixit. Honora patrem &matrem:&, Qui maledixerit patri[aut]matri, morte mo
riatur. Et iterum ſecundò ait[eis.]Et fruſtrati eſtis ſermonem Dei propter traditionẽ
veſtram: manifeſtiſſimè Dominum, & [ Deum ]Patrem confitens Chriſtus eum qui
in Lege dixit: Honora patrem &matrem, vt tibi bene ſit. Verbum enim Dei confeſſus
eſt Legis præceptum verax Deus,& neminem alterum Deum appellauit, quàm ſuum
Patrem.

ANNO-



A

### ANNOTATIONES.

1. Plus eſt enim] *Videtur præoccupatio, qua diſ-
ſoluit argumenta, quibus Marcionitæ alijque Gnoſtici
ex detortis aliquot Scripturæ locis abutebantur ad di-
uerſos deos confingendum. Ac primò quidem concedit
nouum teſtamentum veteri longè præſtantius eſſe, vt lu-
men maius minori, aqua copioſior minus abundanti, &
potior gratia ſuperat exiguam: hoc tamen non efficere,
vt alius & alius ſit Deus vtriuſq; conditor.*

2. Percipimus] *Vet. cod.* percepimus: *putarem
legendum* percipiemus, *vt mox poſtea habebimus,
proficiemus, videbimus, expectabimus.*

3. Augmentum] *Deleuimus* cognomentum,
*auth. vet. cod.*

4. Nouo enim Teſtamẽto] *Docet veteres Pro-
B phetas ea prænouiſſe & annunciaſſe, quæ in nouo Teſta-
mento futura erant: hoc ipſum autem Chriſtum & A-
poſtolos toties comprobare, quoties illorum vtitur figu-
ris aut teſtimonijs, vt doctrinam Euangelicam ſtabi-
liant. Inde verò concludit, eum verè Chriſtum mundo
prædicatum eſſe, quem Pater ſub Lege promiſerat; at-
que ſic vnicum eſſe Deum, qui pro diuerſis temporibus
diuerſa quidem, ſed non contraria tulit præcepta. Quod
ſi vnum & alterum Deum comminiſcaris, & tertium,
& quartum, ac innumeros fingere licebit.*

5. Per effectum] *Vet. cod.* perfectum, *vtrumq;
retinuimus.*

6. Terreno quidem] *Vetus cod.* Ante terre-
num quidem & temporalem regem, &cæt *Si
placuerit excuſa lectio interrogationem aſſertione ple-
nam ex comparatione Regis cum Deo eſſe exiſtima-
rem.*

7. Et adhuc] *Vet. cod.* ab hoc: *vtrumq; ſeruare vi-
ſum eſt. Cæterùm, loco huic nonnihil lucis adferent Pru
dentij verſus grauiſſimi, quibus Marcionitas ita exagi-
tat:* In Hamartigenia.

Si duo ſunt igitur, cur non ſunt multa deo-
rum
Millia? cur numero Deitas contenta gemel
lo eſt?
An non in populos diſperſa in numina di-
uûm,
Fundere erat melius, mundumq; implere
capacem,
Semideis paſſim nullo diſcrimine mon-
ſtris?

## *QVEMADMODVM MOYSES aduentum Chriſti ſignificauit, & tempus paſſionis, & locum in quo paſſus eſt.*

C

### CAPVT XXIII.

[1] Ene igitur & Ioannes meminit dicentem[Dominũ]Iudæis: Scrutami- Ioan. 5.39.
ni Scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere: illæ ſunt
quæ teſtimonium perhibent de me,& non vultis venire ad me, vt vitã
habeatis. Quomodo igitur teſtabantur de eo Scripturæ, niſi ab vno &
eodem eſſent Patre,[præinſtruentes]homines de aduentu Filij eius, &
prænunciantes ſalutẽ,quæ eſt ab eo? Si enim crederetis Moyſi, crederetis & mihi: de Ioan. 5.46.
me enim ille ſcripſit, ſcilicet quòd inſeminatus eſt vbique in Scripturis eius Filius
Dei, [2] aliquando quidem cum Abraham loquens,cum eodem comeſurus.[Aliquan- Gen. 18.
do cum Noë,dans ei menſuras: aliquando autem quærens Adam:]aliquando autem Gen. 6.14.
*videretur Sodomitis inducens iudicium:& rurſus cùm * videtur,& in viam dirigit Iacob: & de Gen. 3.10. Gen. 19.24.
rubo loquitur cum Moyſe. [3] Et non eſt numerum dicere in quibus à Moyſe oſtendi- Gen. 28.13.
tur Filius Dei, cuius & diem paſſionis non ignorauit: ſed figuratim prænuntiauit eũ, Exod. 3.14.
[4] Paſcha nominans, & in eadem ipſa, quæ ante tantùm temporis à Moyſe prædicata
D eſt, paſſus eſt Dominus adimplens paſcha. Non ſolùm autem diem deſcripſit, ſed &
locum [5] & extremitatem ]temporum,& ſignum [ occaſus] Solis, dicens: Non poteris Deut. 16.2.
*quas immolare paſcha in vlla alia ciuitatũ tuarum, * quam Dominus Deus tuus dat tibi,
niſi in eo loco, quem delegerit Dominus Deus tuus inuocari nomen ſuum ibi. Im- Exod. 12.6.
molabis paſcha veſpere ad occaſum Solis. Iam autem & manifeſtauerat eius aduen-
tum, dicens: [6] Non deerit princeps in Iuda, neque dux ex femoribus eius, quoadúſque Gen. 49.10.
*repromiſſum veniat cui * repoſitum eſt; & ipſe eſt ſpes Gentium, alligans ad vitem pullum ſuum,
[7] & ad ilicem pullum aſinæ: [8] lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ
pallium ſuum: lætificabuntur oculi eius à vino, & candidi dentes eius tanquam lac.
Inquirant enim hi qui omnia ſcrutari dicuntur, id tempus in quo defecit princeps &
dux ex Iuda,& qui eſt Gentium ſpes,& qui vitis,& qui pullus eius, & quod indumen-
tum,& qui oculi,& qui dentes,& quod vinum, & vnumquodque ex * occultis exqui-
*dictis rant;& inuenient non alium, niſi Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum annuntia-
tum. Quapropter Moyſes increpans populum, quod ingratus exiſteret, ait. Sic popu- Deut. 32.28.
lus fatuus,& non ſapiens, hæc Domino retribuiſtis? Et rurſus ſignificans quoniã qui



ab ini-

ab initio condidit,& fecit eos Verbum,& in nouiſſimis temporibus redimens nos,& A
Deu.28.66. viuificans oſtenditur pendens in ligno, & non credent ei. Ait enim :[9] Et erit vita tua
Deut.32. pendens ante oculos tuos,& non credes vitæ tuæ. Et iterum: Nonne hic idem Pater tuus[10] poſſedit]te,& fecit te,& creauit te?

## ANNOTATIONES.

1. Beneigitur & Ioannes ] *Quod nuper dixit Prophetas nouum Teſtamentum prænouiſſe & prædicaſſe,nunc Chriſti teſtimonio manifeſtum facit; ex quo ſequitur eos ab eius Patre afflatos fuiſſe: Moſem præſertim,qui & aduentum, & paßionis diem & locum clarè prædixit. Ex vet.porrò codice ſubſtituimus,* Dominum,*pro,* Deum:*deinde,* præinſtruentes,*loco* pręſtruentes.

2. Aliquando quidem]*Vet. codex hîc quædam addit,quædam deſiderat. Germanam lectionem decem adiectis ex illo vocibus,et vnica ſublata,reſtituimus.Tertullianus locum hunc imitatus eſt, contendens non Patrem,ſed Filium quæſiſſe Adam in horto:arcam poſt introitum Noë clauſiſſe: apud Abraham ſub quercu refrigeratum:Moſem de rubo vocaſſe:ac orbem totum aquarum violentia puniuiſſe,lib.contra Praxean,numero 11. & 12.*

3. Et non eſt numerum dicere ] *Helleniſmus, pro,vix,ac ne vix quidem referri poteſt,quoties à Moyſe.&c.*

4. Paſcha nominans ]*Non quod ipſo die ſolenniſſimo Paſchatis,id eſt,magno die Sabbati,Chriſtus paſſus ſit,vt ſatis colligi poteſt ex cap.19. Ioannis: nec quod illa ipſa hora qua comedebatur agnus:ſed eo ipſo tempore,quod inter eſum agni & ſabbatum magnum interfluxit: quod tempus more Iudæorum vocantur dies Paſchæ.*

*Ex hoc quoque loco exiſtimatur Irenæus iudicaſſe, vocem Paſchatis deductũ eſſe à Græco verbo πάσχειν, quod pati ſignificat:quod certè illi commune fuerit cum Tertulliano lib.contra Iudæos ca.10. Nazianzeno Ora. 2.de Paſchate:Lactantio lib.4.cap.26. Arnobio Rom. in Conflictu cum Serapione, & aliquot alijs: cùm tamen verè Hebraica,vel potius Chaldaica ſit,& tranſitum ſignificet, vel Angeli percutientis Aegyptios,iuxta Hieronymum;vel populi Iſraelitici ex Aegypto per medium mare tranſeuntis in deſertum, vt eſt Nazianzeni & Auguſtini ſententia. Sed veteres illi dicentes Paſcha à πάσχειν deduci,non tam ipſius vocis etymon,quàm myſterij rationem habuerunt.*

Cō. in Mich. & Matth.

5. Et extremitatem temporum, & ſignum occaſus ſolis ] *Sic ex vet. cod. reſtituimus:excuſi,* ex extremitate temporum, & ſignum occaſum Solis.

6. Non deerit princeps in Iuda ] *Non mirum eſt recentiores Iudæorũ Rabbinos pro innata ſibi aduerſus Chriſtianam religionem rabie, pernegare hunc locum intelligendum eſſe de Chriſto IESV; quando & Caluinus & Marloratus planè Iudaizantes, euulgatis inter Chriſtianos blaſphemis commentarijs ſuis, idipsũ quoque inficientur,ſcribentes;* Illos ſubſannandi anſam præbere Iudæis, qui nimis præcisè hæc verba de IESV CHRISTO exponant:cùm nondum Spiritus ſancti conſilium *(inquiunt)* quomodo illa promiſſio ſit intelligenda,ſatis animaduerſum, nondumque ſatis diſtinctè expoſitum fuerit. *An non ergo iure Caluinianis exprobrant Lutherani, quòd Iudaizent & Turcizent; imò, quod ſub falſo Chriſtianorum ac euangelicorum nomine ipſis Iudæis ac Turcis longè ſint deteriores? Nã quotquot fuerunt à Chriſto ad hanc vſque ætatem,ſiue Græci,ſiue Latini Patres,qui de illo textu diſſeruerunt, vno ſenſu & animo de Chriſto Domino illum ſunt interpretati.Quinetiã Paraphraſtes Chaldæus,& veteres Rabbini Iudæorum,quos citat noſter Petrus Galatinus,idipſum præſtiterunt:quod pijs quibuſcunque, quorum animum Diabolus à vera fide* IESV CHRISTI *nondum abſtraxerit,ſatis eſſe debet.* B

Lib.4. ca.4.

7. Et ad ilicẽ]*Ilex ſpecies eſt arboris glandiferæ, quæ hîc nequit conuenire,cùm Gen.49.verſio Latina vitem, & Hebræa litera Sorec, & Septuaginta τῇ ἕλικι habeant:itaque* Helicem *legerim cum Cypriano li.1. aduerſus Iudæos,cap.21.ſecundùm correctionem Morelij,& Pamelij. Ambroſ. lib.de benedictionibus Patriarcharum,cap.4.habet,*cicilium:*Sanctes,*ramum *vertit:Origenis interpres,*ad palmitem.

8. Lauabit in vino]*Hunc locum ſcripturæ Iuſtini martyris illuſtrabit interpretatio :* Significabat Moſes,*ait,*abluendos Meſſiæ ſanguine, quotquot in eum crederent. Nam Spiritus ſanctus ſtolam vocat eos, qui per ipſum remiſſionem peccatorum accipiunt. Cæterùm ſanguis vuæ ſignificat habere quidem Chriſtum ſanguinem,non tamẽ ex humano ſemine,ſed ex Dei potentia, ſicut vitis ſanguinem, non homo, ſed Deus genuit. *In eandem ſententiam deſcendunt Tertull.4.contra Marc.Orig.hom.17.in Geneſ.Clemens Alex.lib.1.pædagogi: Athanaſius quæſt.105.ad Antiochũ: Chryſoſtom.hom.67.in Geneſ.Theodoretus quæſt. 109.in Geneſ. Ambroſ. libr.de benedictionibus Patriarcharum cap.4.& Auguſtinus 12. contra Fauſtum, cap. 42.quos omnes Iudaico planè ſupercilio audet Caluinus in commentis ſuis hac de cauſa carpere & notare.*

In Dialog. C

9. Et erit vita tua pendens]*Hunc locum de crucis myſterio,poſt Irenæum interpretantur Cyprianus li. 2.aduerſus Iudæos, capit.20.Ruffinus in expoſit.Symbo. Tertullianus lib.contra Iudæos: Athanaſius lib.de incarnatione Verbi: Auguſtinus lib.12.contra Fauſtum,ca.5. Nouat.lib.de Trinit.& Lactantius lib.4.ca.18.quorum interpretationes ſequi oportet,contemptis Caluinianorum Iudaicis irriſionibus.* D

10. Poſſedit] *Expunximus* poſſidet, *authoritate veter. codic. & conſenſu vulgatæ editionis Bibliorum.*

*QVO-*



A

## *QVONIAM ET PROPHETÆ, ET IVSTI, ante aduentum Domini,cognouerunt aduentum eius.*

## CAPVT XXIV.

Q[1]Voniam autem non ſolùm Prophetæ, & iuſti multi præſcientes per Spiritum aduentum eius, orauerunt in illud tempus venire, in quo facie ad faciem viderent Dominum ſuum, & ſermones audirent eius, Dominus fecit manifeſtum,dicens diſcipulis. Multi Prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ videtis,& non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Quemadmodum igitur concupierunt & audire, & videre, niſi præſciſſent futurum eius aduentum? Quomodo autem præſcire potuerunt, niſi ab ipſo præſcientiam ante accepiſſent? Quomodo autem Scripturæ teſtificantur de eo, niſi ab vno & eodem Deo omnia ſemper per Verbum reuelata,& oſtenſa fuiſſent credentibus; aliquando quidem colloquente eo cum ſuo plaſmate, aliquando autem dante legem, aliquando verò exprobrante,aliquando verò exhortante, ac deinceps liberante ſeruum ſuum, & adoptante in filium, & apto tempore * incorruptibilem hæreditatem præſtante, ad perfectionem hominis? Plaſmauit enim eum in augmentum & incrementum, quemadmodum & Scriptura dicit. Creſcite,& multiplicamini. Et hoc Deus ab homine differt,quoniam Deus quidem facit, homo autem fit:& quidem qui facit,ſemper idem eſt:quod autem fit,& initium,& medietatem, & adiectionem, & augmentum accipere debet. Et Deus quidem benefacit, bene autem fit homini. Deus quidem perfectus in omnibus, ipſi ſibi æqualis & ſimilis, totus cùm ſit lumen, & totus mens,[2] & totus ſubſtantia,& fons omnium bonorum, homo verò profectum percipiens,& augmentum à Deo. Quemadmodum enim Deus ſemper idem eſt, ſic & homo in Deo intentus,ſemper proficiet ad Deum. Neque enim Deus ceſſat aliquando in benefaciendo,& locupletando hominem:neque homo ceſſat beneficium accipere,& ditari à Deo. Exceptorium enim bonitatis, & organum clarificationis eius homo,gratus ei qui ſe fecit: & iterum exceptorium iuſti iudicij eius homo ingratus, & ſpernens plaſmatorem, & non ſubiectus verbo eius, qui plurimum ſemper fructificantibus,& plus habentibus Dominicum argentum daturum ſe pollicitus eſt. Euge (inquit) ſerue bone, & fidelis, quia in modico fidelis fuiſti, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Ipſe Dominus[3] plurimum non promittens. Sicut ergo nunc fructificantibus, plurimum daturum ſe pollicitus eſt, ſecundùm munerationem[4] gratiæ ſuæ,ſed non ſecundùm commutationem] agnitionis. Ipſe enim Dominus perſeuerat, & idem Pater reuelatur. Sic ergo & poſterioribus maiorem quàm quæ fuit in veteri teſtamento, munerationem gratiæ attribuit, vnus & idem Dominus per ſuum aduentum. Et illi [enim] qui per famulos audiebant venturum Regem, mediocriter gaudebant, ſecundùm quod ſperabant venturum eum : qui autem præſentem viderunt, & libertatem adepti, & potiti ſunt eius muneratione, maiorem gratiam,& abundantiorem exultationem habent gaudentes de Regis aduentu,quemadmodum & Dauid dicit. Anima mea exultabit in Domino, iucundabitur in ſalutari eius. Et propter hoc Hieroſolymam[5] introeunte eo, omnes qui erant in via Dauid, in dolore animæ cognouerunt ſuum Regem, & ſubſtrauerunt ei veſtimenta,& ramis viridibus adornauerunt viam, cum magna lætitia & exultatione clamantes,& dicentes. Oſanna fili Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini, oſanna in excelſis. Zelantibus autem malis diſpenſatoribus, qui circumueniebant inferiores,& dominabantur eorum,quibus ratio non conſtabat,& propter hoc nolentibus credere veniſſe Regem,& dicentibus ei; Audis quid iſti dicunt? ait Dominus. Nunquam legiſtis, Ex ore infantium,& lactentium perfeciſti laudem? Id quod à Dauid in Filium Dei dictum erat, in ſe factum oſtendens, & ſignificans illos quidẽ neſcire virtutem Scripturæ, & diſpoſitionem Dei: ſe autem eſſe qui à Prophetis annuntiatus eſt Chriſtus, cuius nomen in omni terra laudatur, ex ore infantium & lactentium laudem * perficientis ſuo Patri : quapropter & eleuata eſt magnificentia eius ſuper cælos. Si ergo idem ipſe adeſt, qui prædicatus eſt à Prophetis, * Dominus noſter Ieſus Chriſtus,& aduentus eius pleniorem gratiam, & maiorem munerationem attribuit his, qui ſuſceperunt eum; manifeſtum quoniam & Pater idem [ipſe] eſt,

Margin: Matt. 13.16. Luc.10.24. — B — *incorruptelæ — Geneſ.1.28. — Pſal.101.28. — C — Matt.25.21. — Pſalm.12.6. — D — Matt.21.8. — Pſalm.8.3. — *perficiẽti — *Deus

eſt,qui à Prophetis annuntiatus eſt,& non alterius patris agnitionem fecit veniens A
Filius,ſed eiuſdem qui ab initio prædicatus eſt, à quo [&] libertatem detulit his qui
legitimè,& prono animo,& toto corde deſeruiunt ei:contemptoribus autem, & nõ
ſubiectis Deo,ſed in gloria hominum exteriores* res mundi huius ſectantibus,quæ *munditias
in figuram futurorum traditæ erant, velut vmbræ cuiuſdam deſcriptionem facien-
Hebr. 10.1. te Lege,atque deliniante, de temporalibus æterna, de terrenis cæleſtia, fingentibus
pluſquam quæ dicta ſunt ſeſe obſeruare,tanquam diligentiam ſuam etiam ipſi Deo *in ſempiternum
Matth.23. præferentibus,intus autem plenis hypocriſi, & cupiditate,& omni malitia,* ſempi-
ternam attulit perditionem,abſcindens eos à vita.

## ANNOTATIONES.

1. Quoniam autem]*Veteres Prophetæ & noluerunt,& videre peroptarunt Chriſtum in carne, ipſo per Spiritum ſanctum in Scripturis ſeipſum multis modis reuelante:& ſine ſui mutatione plurima beneficia mortalibus donante: & gratos quidem abundantius munerante,ingratos autem ſeuerè puniente.*

2. Et totus ſubſtantia]*Septem dictiones iſtas deſiderabant omnes excuſi codices.*

3. Plurimum non promittẽs]*Vetus codex negationem non habet,ſed affirmando legit,* Ipſe Dominus plurimum præmittens. *ſuſpicor locum eſſe corruptum, nec niſi alterius exemplaris ope poſſe reſtitui.* B

4. Gratiæ ſuæ]*Ex vet. co.ſex iſtas dictiones reſtituimus.*

5. Introeunte eo]*Vet.cod.*introeunte,eum omnes qui erant,&c.

# *QVEMADMODVM SENIORVM TRAditio contraria erat Legi, quæ data eſt per Moyſem.*

## CAPVT XXV.

S[1]Eniorum enim ipſorum traditio, quam ex Lege obſeruare fingebant,
contraria erat Legi,quæ data eſt per Moyſem. Propter hoc & Eſaias ait.
Caupones tui miſcent vinum aqua;[2] oſtendens quòd auſtero Dei præ- C
Iſaiæ 1.22. cepto miſcerent ſeniores aquatam traditionem, id eſt, aggredientes a-
dulteram legem,& contrariam Legi, ſicut & Dominus fecit manifeſtũ,
Matth.15.2. dicens eis. Quare vos tranſgredimini præceptum Dei propter traditionem veſtram?
Non ſolùm autem per preuaricationem fruſtrati ſunt Legem Dei,miſcentes vinum
aqua; ſed & ſuam legem è contrario ſtatuerunt, quæ vſque adhuc Phariſaica voca-
tur.In qua quædam quidem auferunt,quædam verò addunt,[3] quædam autem]quem-
Rom.10.3. admodum volunt, interpretantur; quibus vtuntur ſingulariter magiſtri eorum,
quas traditiones volentes [vendicare,] Legi Dei inſtituenti eos aduentum Chriſti
non ſubiecti eſſe voluerunt:ſed & Dominum arguebant in ſabbatis curantem:quod
quidem,ſicut prędiximus,Lex non prohibebat.Etenim ipſi ſecundùm aliquid cura-
bant,circuncidentes hominem in ſabbato,ſe autem ipſos non redarguebant, per tra
ditionem prædictam,& Phariſaicam legem,tranſgredientes præceptum Dei, & præ-
ceptum Legis non habentes,id eſt dilectionem, quæ eſt circa Deum. Quoniam au- D
tem hoc primum & maximum præceptum eſt;ſequens autem circa proximum, Do-
Matt.22.37. minus docuit,totam Legem & Prophetas pendere dicens ex ipſis præceptis. Et ipſe
autem aliud maius hoc præcepto non detulit:ſed hoc ipſum renouauit ſuis diſcipu-
Lucæ 10. 27. lis iubens eis,Deum diligere ex toto corde,& cæteros quemadmodum ſe.Si autem ab
alio deſcendiſſet Patre, nunquam ex Lege primo & ſummo vſus eſſet præcepto, ſed
vtique omnimodo eniteretur[4] maius] hoc à perfecto patre deferre, & non eo vti,
Rom.13.10. quod à Deo Legis fuiſſet datum.Et Paulus autem:Adimpletio(inquit)Legis dilectio:
1.Cor.13.13. & omnibus cæteris euacuatis, manere fidem,ſpem, dilectionem:maiorem autem eſ-
ſe omnium dilectionem.[5]Et]neque agnitionem ſine dilectione, quæ eſt erga Deum
præſtare aliquid,neque myſteriorum comprehenſionem, neque fidem, neque Pro-
phetiam,ſed omnia vacua & * fruſtrata eſſe ſine dilectione: dilectionem verò perfi- *fruſtra
cere perfectum hominem; & eum qui diligit Deum,eſſe perfectum, & in hoc æuo, &
1.Cor.13.8. in futuro.Nunquam enim deſinimus diligentes Deum;ſed quanto plus eum intuiti
fuerimus,tanto plus eum diligimus.

ANNO-



## ANNOTATIONES.

A

1. **Seniorum enim ipſorum**]*Vel hinc Chriſtus ſeipſum demonſtrat eius Dei, qui Legem Moſi dederat, Filium, quòd traditiones Phariſæorum eidem contrarias reprehendit & damnauit:& primum maximumq́ illius præceptum,quod eſt de dilectione, explicauit atq́ confirmauit.*

*Cæterùm,quia grauis eſt hodie concertatio,cuiuſmodi Traditiones iſtæ fuerint,quas Chriſtus in citato Euãgelij capite reprobauerit,eiuſdemq́ue diſcuſſio ac finitio nonnihil lucis adferet his duobus Irenæi capitulis, de illis paulò vberius diſſeramus. Has Hebræi appellabant CHEZEROT AZZEKENIM, Conſtitutiones ſeniorum:Chriſtus primò ſingulari numero* τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων, *Traditionem ſeniorum,eam ſcilicet quæ erat de lauandis manibus: ſecundò verò plurali numero* διδασκαλίας καὶ ἐντάλματα ἀνθρώπων, *Doctrinas & præcepta hominum.* B

*Quæ verò fuerint, non eſt vna interpretum ſententia. Manichæi namque,vt eſt apud Epiphanium, harum traditionum nomine,voluerunt intelligendas eſſe omnes Scripturas veteris Teſtamenti:Sadducæi, ſcripta aliorum Prophetarum à Moyſe: Ptolemaitæ, tertiam tantùm illarum partem. At hæ impietates ſtare non poſſunt, quoniam Chriſtus & Moſis & reliquorum Prophetarũ ſcripta grauiſſimè probauit & commendauit,d.* Scru-
Ioan.5. tamini ſcripturas. Oportet impleri quæ ſcri-
Luc.24. pta ſunt in Lege,Prophetis,& Pſalmis. Moy-
Luc.16. ſem habent & Prophetas,audiant illos *Paulus quoque ex omnibus libris vet. Teſt. ſua dogmata corroborans; & laudans Timotheum quòd ab infantia illas ſacras literas didiciſſet,diuinas eſſe cognoſcit. Clarum eſt igitur nullam veteris Teſtamenti partem vel à Chriſto, vel à Paulo ſub nomine Traditionum reprobatam eſſe.* C

*Qui nomina Lutheranæ aut Caluinianæ ſectæ dederunt,diſtento gutture vociferantur,Traditionum voce, omnes conſtitutiones ac ritus in Scripturis canonicis nõ expreſſos penitus damnari & reprobari. Sed impudenter mentitur iniquitas ſibi,quoniã illæ duntaxat coarguuntur, quæ Diuinis mãdatis aduerſantur,ſicut erat ea q̃ de parentibus fouendis erat oppoſita. Alias verò,q̃ vel ad Scripturarum explicationem, vel Dei cultum promouendum & exornandum, vel deniq́ bonos mores inſtituendos attinebant,nec vnquã in Iudaiſmo,nec in Chriſtianiſmo Chriſtus vel Apoſtoli reprehenderunt: ſed è contrario religioſiſſimè ſeruari verbo & exemplo ſuo docuerunt. Ad iſtas pertinent Hebraicæ quæſtiones,quas Hieronymus laudat: & conſtitutiones à Dauide, Salomone,Eſdra, Mardochæo, Machabæiſq́ue de feſtis quibuſdã,& ritibus ordinatæ. Hinc Chriſtus,non modò Scripturam audire,ſed & Eccleſiam: cuius paſtoribus ait:* D
Luc.10. Qui vos audit,me audit. *Et de ſenioribus Synago-*
Matth.23. *gæ;* Omnia quæcunque dixerint vobis, ſerua-
2.Theſſ.3. te & facite. *Paulus denique de iiſdem ait:* State,& te
nete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem,ſiue per epiſtolam. *De his quoque fusè ſupra diximus in caput tertium libri tertij.*

*Quas ergo traditiones ſeniorum Chriſtus in citato Euangelij loco reprobat? Plurimas ſanè, & omnes diuinis legibus aduerſas. Ac primo loco,illas quas diuerſæ ſectæ (in quas miſera Synagoga tum fœdè lacerata & diſſipata erat) inter ſuos inuexerãt. Nam Phariſæi veram coram Deo iuſtitiam in externis veſtium phylacteriorum,ablutionum, & ſacrificiorum ceremonijs conſtituebant. Sadducæi,animas cum corporibus extingui, nullos angelos,nullam corporum reſurrectionem,nullum iudicium,nullum bonorum aut malorum præmium in altero ſæculo repoſitum eſſe tradebant. Galilæi,à Iuda quodam ſeditioſo Galilæo accepta origine, ſolum Deum ſic pro Domino, rege, ac principe tenendum volebant, vt nulli mortalium parendum eſſe cenſerent. Herodiani, nullum alium ab ipſo Herode rege, Meſſiam ac redemptorem Iſraelis expectandum vel credendum vrgebant. Eſſeni ſeu Eſſei,nec in templo Ieroſ. ſacrificandum, nec vlla ratione iurandum,nec coniugio dandam operam, nec quicquam in particulari poſſidendum eſſe autumabant. Atq́ hæc mandata hominum,& traditiones ſeniorum,id eſt, ſectarum tum vigentium, quas Chriſtus iure omnium optimo in primis reprehendit.*

*Secundò,coarguit eas* δευτερώσεις, *id eſt,conſtitutiones Iudaicas,quas paulò ante aduentum ſuum (ait Hierony.) R. R. SAMMAI & HILLEL primi adinuenerant;propugnandas verò ſuſcepit R. AKIBAS, Aquilæ proſelyti præceptor: & poſt eum R. MAYR,cui ſucceſſit R. IOANNAM, & poſt eum R. ELIEZER: Poſtea DELPHON,hinc R. IOSEPH, inde R. IOSVE, vſque ad vltimum ſanctæ ciuitatis per Romanos excidium. Com.in cap.3.Iſaiæ,Com.in epiſt.ad Titum,& Quæſt.ad Algaſiam.* Lib.1.adu. hæreſ.

*Tertiò, Epiphanius his addit quatuor Diuinæ legis interpretationes à magiſtris Hebræorum R. AKIBA, R. IBA, R. MOSE & aliquot alijs excogitatas,& magna importunitate inuectas,ſuperſtitionibus, vanitatibus,& prauis interpretationibus plenas;quas tamen iubebant pari cum veræ legis Dei mandatis obligatione ſeruari.* Com in epiſt. ad Timoth.

*Quartò,ſuperioribus connumerat B.Thomas illã ingentem traditionũ farraginem,q̃ in Talmude & Miſna Iudæi poſt Chriſti aduentum coaceruarunt. In his enim plurima continentur tam in Deum Patrem, quàm in Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM tam blaſphema; & Moſi,Prophetis, charitatiq́ue contraria, vt vix credi poſſit. Horũ partem Sixtus Senenſis in doctiſſima Bibliothecæ ſuæ lib.2.collegit & euulgauit: ex quo qui noſſe cupit,percipere poteſt. Nobis hæc de traditionibus Phariſaicis & doctrinis hominum à Chriſto damnatis,præſenti loco ſufficiant.*

2. Oſtendens quòd auſtero]*Hieronymi interpretatio huic omnino ſimilis eſt:* Lex Dei pura atq; ſincera,*ſcribit ille,*violata eſt traditionibus Phariſæorum: quod Dominus in Euangelio planius docet: Omiſiſſe eos legem Dei, & ſequi mandata hominum.Omniſque doctor,qui auſteritatem ſcripturarum vertit ad gratiam; & ita loquitur,vt non corrigat, ſed delectet audientes,vinum ſanctarum ſcripturarum violat,atque corrumpit ſenſu ſuo.

3. Quædam autem]*Duas voces iſtas ex vet.cod. addidimus,& paulò poſt* vindicare *pro* iudicare *reſtituimus.*

4. Maius hoc]*Ita vet.cod.excuſi* in alium.

5. Et neque agnitionem ſine dilectione]*Vides quantum recedat à Gnoſticorum placitis,quibus totum ſalutis noſtræ negotium ſoli fidei inniti volunt: dilectionis operibus,nihil omnino deferentes. Sed de hoc alibi.*

A

## *DE PHARISAICA LEGE, QVÆ SVNT particularia præcepta, & quæ Catholica.*

### CAPVT XXVI.

Matt. 10.37. Luc.10.27. [1]IN Lege igitur & in Euangelio, cùm ſit primum & maximum præce-
ptum, diligere Dominum Deum ex toto corde: dehinc ſimile illi; Dili-
gere proximum ſicut* teipſum, vnus & idem oſtenditur Legis & E- *ſeipſum,
uangelij conditor. Conſummatæ enim vitæ præcepta in vtroque Te-
ſtamento cùm ſint eadem, eundem oſtenderunt Deum, qui particula-
ria quidem præcepta apta[2] vtriſque præcepit:] ſed eminentiora & ſum-
ma, ſine quibus ſaluari non poteſt, in vtroque eadem ſuaſit. Quem autem non con-
fundat Dominus, oſtendens non ab altero Deo eſſe Legem, ſic dicens eis qui à ſe do- B
Matth.23.2. cebantur, turbæ & diſcipulis; Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, o-
mnia itaque[3] [quæcunque] dixerint vobis, cuſtodite, & facite; ſecundùm autem ope-
ra eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt? Alligant enim ſarcinas graues,
& imponunt ſuper humeros hominum, ipſi autem nec digito quidem volunt eas
mouere. Non ergo eam Legem, quæ eſt per Moyſem data, incuſabat, [4] quam adhuc
ſaluis] Hieroſolymis ſuadebat fieri: ſed illos redarguebat, quòd verba quidem Legis
enuntiarent, eſſent autem ſine dilectione, & propter hoc iniuſti in Deum, & in pro-
Eſaiæ 29.13. ximos extiterunt. Quemadmodum ait Eſaias. Populus hic labijs me honorat, cor
autem eorum longè eſt à me. Fruſtra autem colunt me, docentes doctrinas & præce-
pta hominum. Non per Moyſem datam Legem dicens præcepta hominum, ſed tra-
ditiones preſbyterorum ipſorum, quas finxerant, quas vindicãtes fruſtrabantur Le-
gem Dei, & propter hoc nec verbo eius ſubiecti ſunt. Hoc enim eſt quod [ & ] à Paulo
Rom. 10.3. & 4. dicitur de iſtis. Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam [iuſtitiam] volentes ſtatuere,
iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Finis enim Legis Chriſtus ad iuſtitiam omni creden- C
ti. Et quomodo finis Legis Chriſtus, ſi non [&] initium eius eſſet? Qui enim finem in-
Exod.3.8. tulit, hic & initium operatus eſt. Ipſe eſt qui dicit Moyſi. Videns vidi vexationem po-
puli mei qui eſt in Aegypto, & deſcendi vt eruam eos: ab initio aſſuetus Verbum Dei
aſcendere & deſcendere, propter ſalutem eorum qui malè haberent.

Lex docuit Chriſtum ſequendũ eſſe. Quoniam autem Lex prædocuit hominem ſequi oportere Chriſtum, ipſe facit
manifeſtum ei qui interrogauit eum: Quid faciens vitam æternam hæreditaret, ſic
reſpondens. Si vis [ in ] vitam introire, cuſtodi præcepta. Illo autem interrogante,
Matt. 19.17. Quæ? Rurſus Dominus. Non mœchaberis, non occides, non furaberis, non falſum
teſtimonium reddes, honora patrem, & matrem, & diliges proximum tanquam te-
ipſum, velut gradus proponens præcepta Legis introitus[5] in vitam, volentibus ſequi
eum] quæ vni tum dicens, omnibus dicebat. Ille autem cùm dixiſſet: Omnia feci:[6] &
fortè non fecerat: nam vtique non diceretur ei, Cuſtodi præcepta, arguens Dominus
cupiditatem eius, dixit ei. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & di-
uide pauperibus, & veni, & ſequere me. Apoſtolorum partem promittens eis, qui ſic
fecerint; & non alterum Deum Patrem annuntiabat eis qui ſequebantur eum, præ-
ter eum qui ab initio à Lege annunciatus eſt; nec alium Filium, nec matrem Enthy- D
meſim AEonis, qui fuit in paſſione, & in defectione; nec triginta AEonum plenitu-
dinem, quæ vacua & inconſtans oſtenſa eſt, nec eam fabulam quæ à reliquis hæreti-
cis ficta eſt: ſed docebat vt facerent præcepta quæ ab initio præcepit Deus, & vt vete-
rem cupiditatem per opera bona ſoluerent, & ſequerentur Chriſtum.[7] Quoniam au
tem ea quæ poſſidentur, pauperibus diuiſa, ſolutionem faciunt præteritæ cupiditatis,
Eleemoſyna. Zachæus * facit manifeſtum, Ecce, dicens, Dimidium bonorum meorum do paupe- *fecit
Luc.19.8. ribus, & ſi cuius quid defraudaui, reddo quadruplum.

### ANNOTATIONES.

1. In Lege igitur] *Perſequitur probationem eius, quod Legis ac Euangelij idem ſit author, idemque ſit in eis ſummum præceptum de Dei & proximi dilectione, idemq; Decalogus. Item Chriſtum nunquam Legem damnaſſe, ſed tantùm Phariſæorum corruptos mores. Vocat porrò particularia præcepta, quæ Iudæos tantùm obligabant, veluti ceremonialia & iudicialia: vniuerſalia verò, quæ vtrique Legi communia ſunt, ſicut de Dei & proximi dilectione.*

2. Vtriſque præcepit] *Deleuimus* præceptis, *vet.*



A

*vet.cod.author.*

3. Quæcunque ] *Hoc addimus ex contextu euang. & vet.cod. expungimus verò,* quæ.

4. Quam adhuc ſaluis] *Codices excuſi* Saulus.

5. In vitam] *Quinque has voces deſiderabant omnes cod. excuſi.*

6. Et fortè non fecerat] *Auguſtin. epiſt. 89. arrogantius multò quàm verius iuuenem hæc dixiſſe putat. Hieronymus mentitum illum apertè pronuntiat.*

7. Quoniam autem ea quæ poſſidentur] *Hæc ad eleemoſynarum encomia, & præmia pertinent, quæ eodem pacto Cyprian. Serm. de operibus & eleemo. deſcribit:* Sicut lauacro aquæ ſalutaris, *ait,* gehennæ ignis extinguitur, ita eleemoſynis atque operibus iuſtis delictorum flamma ſopitur.

*Attinent etiam iſta ad ſatisfactionem eam, quã Theologi conſtituunt tertiam Pœnitentiæ partem. Etenim precibus, ieiunijs, & eleemoſynis iſta perficitur, de quibus in Daniele ſcriptum eſt:* Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum. *In Prouerbijs quoque cap. 16. dicitur:* Miſericordia & veritate redimitur iniquitas. *In Euangelio deniq;:* Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. *De hac aliquanto fuſius diximus in librum 3. cap. 37.* Dan.4. Luc.11.

*quomodo *abundat B

## * *QVEMADMODVM DOMINVS, QVÆ DE Lege comprehendebantur, ſuperextendit diſcipulis, & non diſſoluit: & ſecundùm quid plus * abundauit iuſtitia noſtra, quàm Scribarum & Phariſæorum.*

### CAPVT XXVII.

[1]ET quia Dominus naturalia Legis, per quæ homo iuſtificatur, [quæ] et-
*ante legiſdationẽ iam * à legiſdatione cuſtodiebant, qui fide iuſtificabantur, & placebant
Deo, non diſſoluit, ſed extendit, ſed & impleuit, ex ſermonibus eius o- Matth.5.28.
ſtenditur. Dictum eſt enim (inquit) antiquis, Non mœchaberis. Ego au-
tem dico vobis, quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiſcen-
dum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Et iterum dictum eſt, Non occides. E-
go autem dico vobis, Omnis qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio. Et di-
*neque ctum eſt, Non periurabis. Ego autem dico vobis, *non iurare in totum. Sit autem vo
bis ſermo, etiam etiam, &, non non. Et quæcunque ſunt talia. Omnia enim hæc non
C contrarietatem, & diſſolutionem præteritorum continent, ſicut qui à Marcione
ſunt, vociferantur: ſed plenitudinem & extenſionem, ſicut ipſe ait. Niſi abundauerit
iuſtitia veſtra pluſquàm Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælo-
rum. Quid autem erat plus?[2] Primò quidem non tantùm in Patrem, ſed & in Filium
eius iam manifeſtatum credere: hic eſt enim, qui in communionem [3] & vnitatẽ Dei]
hominem ducit. Poſt deinde non ſolùm dicere, ſed & facere. Illi enim dicebant, ſed
non faciebant. Et non tantùm abſtinere à malis operibus, ſed etiam à concupiſcen- Matth. 23.3.
tijs eorum. Hæc autem non quaſi contraria Legi docebat: ſed adimplens Legem, &
infigens iuſtificationes Legis in nobis. Illud autem fuiſſet Legi contrarium, ſi quod-
cunque Lex vetaſſet fieri, idipſum diſcipulis ſuis iuſſiſſet facere. Et hoc autem quod
præcepit, non ſolùm vetitis à Lege, ſed etiam à concupiſcentijs eorum abſtinere,
non contrarium eſt, quemadmodum prædiximus, neque ſoluentis Legem; ſed adim-
plentis, & extendentis, & dilatantis. Etenim Lex, quippe ſeruis poſita, per ea quæ foris
erant corporalia, animam erudiebat, velut per vinculum attrahens eam ad obedi-
D entiam præceptorum, vti diſceret homo [4] adſeruire] Deo. Verbum autem liberans
animam, & per ipſam corpus voluntariè emundari docuit: quo facto neceſſe fuit
*auferri *auferre quidẽ vincula ſeruitutis, quibus iã[5] homo aſſueuerat] & ſine vinculis[6] ſequi
Deum,] ſuperextendi verò decreta libertatis, & augeri ſubiectionem quæ eſt ad Re-
*reuertens gem, vt non retrorſus quis * renitens indignus appareat ei qui ſe liberauit. Eam verò
pietatem & obedientiam, quæ eſt erga patremfamilias, eſſe quidem eandem & ſeruis,
& liberis: maiorem autem fiduciam habere liberos, quoniam ſit maior & glorioſior
*ſeruitute operatio libertatis, quàm ea quæ eſt in *ſeruitutẽ obſequentia. Et propter hoc Domi-
nus pro eo quod eſt, Non mœchaberis, nec concupiſcere præcepit: & pro eo quod eſt, Matth.5.
Non occides, neque iraſci quidem: & pro eo quod eſt decimare, omnia quæ ſunt
pauperibus diuidere; & non tantùm proximos, ſed etiam inimicos diligere: & non
tantùm bonos datores & communicatores eſſe, ſed etiam aduerſus eos, qui tollunt Matth.5.
noſtra, gratuitò donatores. Tollẽti enim tibi tunicam [ait,] remitte ei & palliũ: & ab
eo qui tollit tua, non repoſcas: & quemadmodũ vultis vt faciant vobis homines, faci
*contriſtemini, te eis: vt non quaſi nolentes fraudari * contriſtemur, ſed quaſi volẽtes donauerimus,
gaudea-

A gaudeamus,gratiam magis præſtantes in proximos,quàm neceſſitati ſeruientes.Et ſi quis te(inquit)angariauerit mille paſſus, vade cum eo alia duo, vti non quaſi ſeruus ſequaris,ſed quaſi liber pręcedas,aptum te[in]omnibus & vtilem proximo pręſtans, non illorum malitiam intuens:ſed tuam bonitatem perficiens, configurans temetipſum Patri,qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.Hæc autem omnia,quemadmodum prædiximus,non diſſoluentis erant Legem,ſed adimplentis & extendentis,& dilatantis in nobis. Tanquam ſi aliquis dicat, maiorem libertatis operationem,& pleniorem erga[7] liberatorem noſtrum]infixam nobis ſubiectionem & affectionem.Non enim propter hoc [8] liberauit nos] vt ab eo abſcedamus:nec enim poteſt quiſquam extra dominica conſtitutus bona, ſibimetipſi acquirere ſalutis alimenta:ſed vt plus gratiam eius adepti, plus eum diligamus. [9] Quanto autem plus eum dilexerimus,[10] hoc maiorem ab eo ]gloriam accipiemus, cùm ſimus ſemper in conſpectu Patris. Quia igitur naturalia omnia præcepta communia ſunt nobis & illis,in illis quidem initium & ortum habuerunt, in nobis augmentum & adimpletionem perceperunt. Aſſentire enim Deo, & ſequi eius Verbum, B
*Luc.10.* & ſuper omnia diligere eum,& proximum ſicut ſeipſum,(homo autem homini proximus)& abſtinere ab omni mala operatione, & quæcunque talia communia vtriſque ſunt,vnum & eundem oſtendunt Deum.

[11] Hic eſt]autem Dominus noſter Verbum Dei, qui primò quidem ſeruos attraxit Deo,poſtea autem liberauit eos qui ſubiecti [ſunt ]ei, quemadmodum ipſe ait diſci-
*Ioan.15.15.* pulis.Iam non * dico vos ſeruos:quia ſeruus neſcit quid eius dominus faciat. Vos autem dixi amicos,* quia omnia quæ audiui à Patre meo,*nota feci vobis. In eo enim quod dicit:Iam nõ dico vos ſeruos,manifeſtiſſimè ſignificauit ſe eſſe, qui primò quidem eam ſeruitutem quę eſt erga Deum, hominibus per Legem conſtituerit,pòſt deinde libertatem eis donauerit.Et in eo quod dicit:Quoniam ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius,ignorantiam ſeruilis populi manifeſtat per ſuum aduentum.In eo autem quod amicos Dei dicit ſuos diſcipulos, manifeſtè oſtendit ſe eſſe Verbum Dei,
*Gen.12.1. Actor.7.3. Rom.4. Ioan.8.58.* quem & Abraham voluntariè & ſine vinculis propter generoſitatem fidei ſequens, amicus factus eſt * Dei. Sed neque Abrahæ amicitiam propter indigẽtiam aſſumpſit, Dei Verbum exiſtens ab initio perfectus: antequam enim Abraham eſſet, ego ſum, C (inquit:)[12] ſed vt ipſi]Abrahæ donaret æternam vitam exiſtens bonus,quoniam amicitia Dei immortalitatis eſt condonatrix,his,qui aggrediuntur eam.

*dicam *quoniam *manifeſtaui *Deo.

## ANNOTATIONES.

1. Et quia Dominus naturalia Legis]*Præcepta Legis moralia,quæ hîc naturalia vocantur,Chriſtus non abrogauit,ſed expoſuit,vt patet Matth. 5. & 6.docens iuſtitiam Chriſtianorum oportere multis modis potiorem eſſe debere iuſtitia Phariſæorum:atque ideirco Apoſtolos,non ſeruos,ſed amicos & fratres ſuos appellauit.*

*Cæterùm,ſi cum vet. cod. legas,vt in margine appoſuimus,*ante Legiſdationem, *huius loci interpres optimus erit Tertullianus,lib.contra Iudæos.* Ante legẽ Moyſi *(inquit)* ſcriptam in tabulis lapideis, legem contendo fuiſſe non ſcriptam,quæ naturaliter intelligebatur, & à patribus cuſtodiebatur. Nam vnde Noe iuſtus inuentus, ſi non illum naturalis legis iuſtitia præcedebat? Vnde Abraham amicus Dei deputatus, ſi non de æquitate & iuſtitia legis naturalis? Vnde Melchiſedec ſacerdos ſummi Dei nuncupatus, ſi non ante Leuiticæ legis ſacerdotium,fuerunt qui ſacrificia Deo offerebant? *Iuſtinus quoque in Dialogo iiſdem argumentis vult Patres ſub Lege naturæ iuſtificatos.Non eſt igitur quòd Magdeburgenſes hac de cauſa Irenæum,vt de ſingulari næuo traducant.*

*Quod ſi excuſorum codicum lectionem retinueris,* à legiſdatione:*rectus quoque ſenſus.Cùm lex præcepta illa naturæ conformia,non abrogarit,ſed magis explicarit & confirmarit,horum obſeruatione cum fide in venturum Meſiam, Prophetas Patreſquè veram iuſtitiam conſequuti ſunt.Obſeruandum, quòd non ſoli fidei, vim iuſtificandi tribuat,vt mentiuntur Magdeburg.*

2. Primò quidem non tantùm in Patrem] *Duabus his partibus,quibus iuſtitiam noſtram ſuper Phariſæorum abundare docet; tertiam hanc addit Clemens Rom. libr.2.conſtit.cap.39.Si de ſacerdotibus, orphanis, & viduis,maiorem curam ſuſcipiant Chriſtiani.*

3. Et vnitatem Dei]*Sic ex vet.cod.locum reſtituimus:alij omnes habebant,* vnitatem Deo hominem Domino ducit.

4. Adſeruire Deo]*Sic vet.cod.excuſi* ad ſeruiendum. D

5. Homo aſſueuerat] *Expunximus* aſſueti erant,*vet.cod.auth.*

6. Sequi Deum] *Deleuimus* eſſe quidem, *vet. cod. auth.*

7. Erga liberatorem noſtrum] *Codic. excuſi,* libertatem noſtram.

8. Liberauit nos] *Ita reſtituimus ex vet.cod.excuſi cod.*liberabimur.

9. Quanto autem plus dilexerimus]*Melioribus operibus ſanctorum,maiorem apud Deum repoſitam eſſe mercedem,hîc apertè docet: & eò euidentius adhuc Tertullianus lib.Scorp.aduerſus hoſce Gnoſticos,*Quomodo,*ſcribit*, multæ manſiones apud Patrem, ſi non pro varietate meritorum? Quomodo ſtella à ſtella diſtabit in gloria, niſi pro diuerſitate radiorum? *Et Dionyſius Areopag.* Singulos pro



A pro meritis,lucis ſuæ Deus participes facit,*li. de cæleſt. hier.cap.3 & rurſus:* Ipſa lucis participatio,pro ſuſcipientium meritis varia eſt.*cap.9. eiuſdem libri.*

10. Hoc maiorem]*Prius erat,* eo magis

11. Hic eſt autem] *Codices excuſi,*eſt autem.

12. Sed vt ipſi Abrahæ] *Sic vet. cod. legendum docuit:excuſi* ipſe.

## *QVARE FECIT DEVS HOMINEM, ET Patres elegit, & nos vocauit, & quid præſtat ea quæ eſt ad Deum ſeruitus, & quare talis lex populo data eſt.*

### CAPVT XXVIII.

IGitur initio non quaſi indigens Deus [1] hominis, ] plaſmauit Adam, [2] ſed vt haberet in quem collocaret ſua beneficia. [3] Non [enim ]ſolùm
B ante Adam, ſed & ante omnem conditionem glorificabat Verbum Patrem ſuum manens in eo, & ipſe à Patre * glorificabatur. Quemadmodum ipſe ait. Pater, clarifica me claritate quam habui apud *Ioan.17.5.* te priuſquam mundus fieret. Nec noſtro miniſterio indigens iuſſit vt eum ſequeremur,ſed vt nobis ipſis attribueret ſalutem.Sequi enim Saluatorem,participare eſt ſalutem:& ſequi lumen,* participare eſt lumen:qui autem in lumine ſunt,non * ipſi lumen illuminant,ſed illuminantur & illuſtrantur ab eo.Ipſi quidem ei nihil præſtãt, beneficium autem percipientes illuminantur à lumine. Sic & ſeruitus erga Deum, Deo quidem nihil præſtat,nec opus eſt Deo humano obſequio:ipſe autem ſequentibus & ſeruientibus ei, vitam,& incorruptelam,& gloriam æternam attribuit,beneficiũ præſtans ſeruientibus ſibi ob id quòd ſeruiunt,& ſequentibus ob id quòd ſequuntur;[4] ſed non beneficium ipſo ab eis percipiente.Eſt enim diues,perfectus,& ſine indigentia. Propter hoc autem exquirit[Deus]ab hominibus ſeruitutem, vt quoniam eſt bonus & miſericors,benefaciat eis qui perſeuerant in ſeruitute eius.[5] In quantum] enim Deus nullius indiget,in tantum homo indiget Dei communione. Hæc enim
C gloria hominis, perſeuerare ac[permanere] in Dei ſeruitute, & propter hoc dicebat diſcipulis Dominus.Non vos me elegiſtis,ſed ego elegi vos, ſignificans quoniam nõ *Ioan.15.16.* ipſi glorificabant eum ſequentes eum;ſed in eo quòd ſequerentur Filium Dei,glorificabantur ab eo. Et iterum: Volo vt vbi ego ſum,ibi & hi ſint, vt videant claritatem *Ioan.17.23.* meam:non vanè glorians ſuper hoc, ſed gloriam ſuam * participare volens diſcipulis ſuis,de quibus Eſaias ait. Ab oriente attraham ſemen tuum, & ab occaſu colligam *Eſaiæ 43.6.* te,& dicam Aquiloni,[Adduc:]& Auſtro,Noli prohibere:attrahe filios meos de longinquo,& filias meas à ſummitatibus terræ.[6] Omnes enim quotquot vocati *eſtis in *Matt.24.28.* nomine meo:in gloria enim mea præparaui,& formaui,& feci eum.[7] Hæc ideo, quoniam vbicunque eſt cadauer, illic congregabuntur & aquilæ, participantes gloriæ Domini:qui & formauit,& ad hoc præparauit nos,vt dum ſumus cum eo, participemus gloriæ eius. Sic & Deus ab initio hominem quidem plaſmauit propter ſuam munificentiã,Patriarchas verò elegit propter illorum ſalutem, populum verò * formabat,docens indocibilem ſequi Deum.Prophetas verò præſtruebat in terra,aſſueſcens hominem portare eius ſpiritum, & communionem habere cum Deo,ipſe qui-
D dem nullius indigens,his verò [8] qui indigentes]ſunt eius,ſuam præbens communionem:& his qui ei complacebant,fabricationem ſalutis vt architectus delinians,& nõ videntibus in AEgypto à ſemetipſo [9] dans ducationem. Et his qui inquieti erant, in eremo dans aptiſſimam Legem;& his qui in bonam terram introierunt,dignam prębens hæreditatem;& his qui conuertuntur ad Patrem,ſaginatum occidens vitulum, *Luc.15.23.* & primam ſtolam donans,multis modis componens humanum genus ad conſonãtiam ſalutis; & propter hoc Ioannes in Apocalypſi ait. Et vox eius quaſi vox aquarũ *Apoc.14.1.* multarum.Verè[enim]aquæ multæ Spiritus Dei:[4] quoniam diues & quoniam magnus eſt Pater, & per omnes illos tranſiens Verbum ſine inuidia vtilitatem præſtabat eis qui ſubiecti ſibi erant, omni conditioni congruentem & aptam Legem conſcribens.Sic autem & populo tabernaculi factionem,& ædificationem templi,& Leuitarum electionem,ſacrificia quoque & oblationes,& monitiones,& reliquam omnem Legis ſtatuebat deſeruitionem.Ipſe quidem nullius horum eſt indigẽs:eſt enim ſemper plenus omnibus bonis,omnemq; odorẽ ſuauitatis, & omnes ſuaueolentiũ vaporationes habens in ſe etiã antequã Moyſes eſſet: facilem autẽ ad idola reuerti populũ erudie-

*clarificabatur. *percipere *ipſum *participari *ſunt *præformat,

erudiebat per multas aduocationes,præſtruens eos perſeuerare,& ſeruire Deo, per ea A
quæ erant ſecunda ad prima * aduocans;hoc eſt,per typica,ad vera;& per temporalia, *prouocãs
ad æterna;& per carnalia,ad ſpiritalia;& per terrena,ad cæleſtia. Quemadmodum di-
Exod 25.40 ctum eſt Moyſi. Quoniam facies omnia iuxta typum eorum quæ vidiſti in monte.
Quadraginta enim diebus diſcebat tenere ſermones Dei,& characteres cæleſtes, & i-
magines ſpiritales,& præfigurationes futurorum,quemadmodum & Paulus ait. Bi-
1.Cor.10.6. bebant enim de [10] ſpiritali ſequenti ]petra:petra autem erat Chriſtus.* Rurſum prædi *Et rurſus
ctis his quæ in Lege ſunt,intulit:Omnia autem hæc in figura veniebant illis. Scripta
ſunt autem ad correctionem noſtram,in quos finis ſæculorum deuenit.Per typos er-
go diſcebant timere Deum,& perſeuerare in obſequijs eius.* Itaque Lex,& diſciplina *Ita quod
erat illis,& prophetia futurorum. Nam Deus primò quidem per naturalia præcepta,
quæ ab initio infixa dedit hominibus,admonens eos, id eſt, per Decalogum: ( quæ ſi
quis non fecerit,non * habeat ſalutem)& nihil plus ab eis exquiſiuit. Quemadmodũ *habet
Deut.5.21. Moyſes in Deuteronomio ait.Hi ſermones omnes,quos loquutus eſt Dominus ad o-
mnem ſynagogam filiorum Iſraël in monte, & adiecit, & ſcripſit ea in duabus tabu-
lis lapideis:& dedit mihi;propter hoc vt cuſtodirẽt præcepta, hi qui velint ſequi eũ. B

ANNOTATIONES.

1. Hominis ] *Expunximus* hominem *auth.vet. cod.*

2. Sed vt haberet in quem collocaret ſua beneficia ] *Eandem totius orbis efficiendi rationem tradit Dionyſius cap.4.Cæleſtis hier.*Eſt enim omnium cauſæ excellentiſque bonitatis id proprium, (*ait*)vt ad conſortium ſui, quæ ſunt inuitet & attrahat omnia,&c. *Nec minus piè quàm eleganter Lombardus ſcribit,feciſſe Deum rationalem creaturã, quæ ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, & amando poßideret,ac poßidendo frueretur.li.2.Sent. diſt.1.*

3. Non enim ſolum ante Adam ] *Coæternitatem filij cum Patre aſtruit hoc loco,& alibi frequenter: quapropter impurum Sycophantam oportet fuiſſe Seruetum,qui putauerit eam pernegando, hunc martyrem ſibi fauere.*

4. Sed non beneficium ] *Vet.cod.*ſed non beneficium ab eis percipiens.

5. In quantum ]*Cod. excuſi* Quantum: *Paulò poſt* permanere *pro* manere:*deinde* adduc *pro* adhuc *vet.cod.auth.repoſuimus.*

6. Omnes enim ]*Paulò aliter effertur hic Iſaiæ locus in vulgata editione Latina ſic:* Et omnem qui inuocat nomen meum,in gloriam meam creaui eum,formaui eum, & feci eum.

7. Hæc ideo, quoniam &c. ] *Hic nouam periodum incœpimus, contra omnium codicum excuſ. fidem.*

8. Qui indigentes ]*Vetus codex* indigent:*excuſi,*indigetes:*nos ex vtroque,*indigentes, *non malè.Sic paulò ſuperius,*homo indiget Dei communione. *&c.*

9. Dans ducationem ] *Græcè* ὁδήγησιν, *manu deducens, viam monſtrans:vt ſit alluſio ad hæc Pſalmiſtæ verba:* Deduxiſti ſicut oues populum tuum in manu Moyſi & Aaron *Pſal.75.21.* C

10. Spiritali ] *Vet.codex,* ſequenti habet:*vtrumque legendum docet Pauli litera:* ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας,*id eſt,bibebant enim:Vulgata,autem,ex ſpirituali ſequenti petra;atque ita legunt Ambroſius in comment. & Auguſtinus libro duodecimo contra Fauſtum, capite vigeſimo nono.*

## *QVEMADMODVM IN POPVLO PRIORE, & in Eccleſia quædam præcepta propter duritiam & inobedientiam hominum data ſunt.*

### CAPVT XXIX. D

Exod.32.5. Psal.77. AT [1] vbi conuerſi ſunt in vituli factionem, & reuerſi ſunt animis
ſuis in AEgyptum, ſerui pro liberis cupientes eſſe, aptam concupiſ-
centiæ ſuæ acceperunt reliquam ſeruitutem, à Deo quidem non ab-
ſcindentem,in ſeruitutis autem iugo dominantem eis. Quemadmo-
Ezec.20.25. dum & Ezechiel Propheta cauſas talis Legis datæ reddens, ait. Et poſt
concupiſcentiam cordis ſui erant oculi eorum,[2] & ego dedi eis præcepta nõ bona, &
Actor.7.39. iuſtificationes,in quibus nõ viuent in eis.Et Lucas autem Stephanum,qui primus in
diaconiũ ab Apoſtolis electus eſt: & primus occiſus eſt propter Chriſti martyriũ,ſic
dixiſſe de Moyſe ſcripſit:Ille quidẽ accepit præcepta Dei viui dare vobis cui noluerũt
obedire patres veſtri,[ſed]abiecerunt & conuerſi ſunt corde ſuo in AEgyptum,dicen
Exod.32.1. tes ad Aaron,Fac nobis deos qui nos antecedant. Moyſes enim qui eduxit nos de ter-
ra AEgypti,quid ei contigerit ignoramus: & vitulum fecerunt in diebus illis, [3] & ob-
tulerunt]ſacrificia idolo,& lætabantur in factis manuum ſuarum.Conuertit autem
Deus,



A Deus, & tradidit eos ſeruire exercitibus cæli, quemadmodum ſcriptum eſt in libro
Prophetarum.Nunquid ſacrificia & oblationes obtuliſtis mihi annis quadraginta Amos 5.25.
in eremo domus Iſrael, & accepiſtis tabernaculum [4] Moloch & [5] ſtellam Dei Rem-
pham,figuras quas feciſtis adorare eas?Manifeſtè ſignificans, quoniam non ab alte-
ro Deo talis illis data Lex eſt,ſed ab eodem ipſo apta illorum ſeruituti. Quapropter
& in Exodo ad Moyſem dicit. Emittam ante te Angelum meum: non enim aſcen- Exod.33.2.
dam tecum quoniam populus duræ ceruicis eſt.Et non ſolùm autem hoc,ſed & præ-
cepta quædam à Moyſe poſita eis propter duritiam illorum, & quòd nollent eſſe
ſubiecti,manifeſtauit Dominus cùm [6] dixiſſent ei. ] Quare ergo Moyſes præcepit da- Matth.19.8.
re libellum repudij,& remittere vxorem?dicens eis.Hæc vobis propter duritiam cor-
dis veſtri permiſit, ab initio autem non ita factum eſt. Moyſem quidem excuſans,
quaſi fidelem ſeruum,vnum autem, qui ab initio maſculum & fœminam fecit Deũ
confitens:illos autem arguens tanquam duros,& non ſubiectos:[7] & propter hoc ap-
tum duritiæ eorum repudij præceptum, à Moyſe acceperunt.Et quid dicimus de ve-
B teri teſtamento hæc?Quandoquidem & in nouo, Apoſtoli hoc idem facientes inue-
niuntur propter prædictam cauſam,ſtatim dicente Paulo.Hoc autem ego dico, non 1.Cor.7.8.
Dominus.Et iterum.Hoc autem dico ſecundùm indulgentiam,non ſecundùm præ-
ceptum.Et iterum:De virginibus autem præceptum Domini non habeo,conſilium Ibid.
*ſim. autem do, tanquam miſericordiam conſecutus à Domino,vt fidelis* eſſem. Sed & a-
lio loco ait.Ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram. Si igitur & in 1.Cor.4.5.
nouo Teſtamento, quædam præcepta ſecundùm ignoſcentiam Apoſtoli conce-
dentes inueniuntur, propter quorundam incontinentiam,vt non obdurati tales,in
totum deſperantes ſalutem ſuam, apoſtatæ fiant à Deo:non oportet mirari, ſi & in
veteri teſtamento idem Deus tale aliquid voluit fieri pro vtilitate populi, illiciens
eos per prædictas obſeruationes,vt per eas ſalutem [8] decalogi obſeruantes [ſint,] mu-
nera dent ei,&[detenti]ab eo,[9] non reuerterentur ad idololatriam, nec apoſtatæ fie-
rent à Deo:ſed toto corde diſcerent diligere eum.Si autem quidam propter inobedi-
entes Iſraelitas & perditos,infirmum dicunt Legis doctorem, inuenient in ea voca- Matt.20.17.
tione quæ eſt ſecundùm nos,multos quidem vocatos,paucos verò electos: & intrin- Matth.7.13. & 14.
C ſecus lupos,foris verò indutos pelles ouium:[10] & id quod erat ſemper liberum & ſuæ
*iudicentur poteſtatis in homine,ſemper ſeruaſſe Deum,& ſuam exhortationem:vt iuſtè* dam- Liberum arbitrium.
nentur qui non obediunt [11] ei,quoniam non obedierunt: ] & qui obedierunt & [ cre-
diderunt]ei, honorentur incorruptibilitate.

ANNOTATIONES.

1. **At vbi conuerſi ſunt.** ] *Hebræi ſua libertate abutentes, Legis ſeruitute coërcentur,acceptis ceremonijs, quarum virtute non iuſtificabantur: ſed ab idolorum cultu reuocabantur, quinetiam ad duritiam cordis quædam ſuſceperunt.*

2. Præcepta non bona ] *Id eſt,præcepta de ritibus,neomenijs,ſacrificijs, & feſtiuitatibus, quæ (vt in ſcholis loquimur ) ex opere operato, propria virtute nec iuſtificabant, nec ad perfectum adducebant obſeruantes:ſed vmbræ erant futurorum bonorum.*

D 3. Et obtulerunt ] *Ita ve.co. excuſi* & tulerũt.

4. Moloch ] *Hieronymus Quæſt.Hebraicis in lib. Paralip.& in 32.cap. Hiere.Moloch dicit fuiſſe idolum Ammonitarum, ipſumq́ Hebræorum lingua Regem ſignificare, quod adijcit in 16.cap. Iſaiæ, & 5. Amos, Aquilam & Septuaginta Græcè* μελχομ *reddidiſſe.Huic Solomonem templum in Iudæa extruxiſſe refert hiſtoria regum: Eum opinarer generationi filiorum præfuiſſe,eo quod in illius honorem infantes igne luſtrare,aliquos etiã comburere, parricidali ſuperſtitione ſolerent.*

5. Stellam Dei Rempham ]*Vocem* Dei,*deſiderat vet.cod.habent tamen illam 70.& vulgata editio: Veritas Hebraica,*deorum veſtrorum.*Septuaginta* ῥαιφάν:*Theodotio* ἀμαύρωσιν,*i.obſcuritatẽ vertunt.*

6. Dixiſſent ei ] *Ita vetus codex: deleuimus,* dixiſſet eis.

7. Et propter hoc aptum ] *Non vult Moſem ſimpliciter præceptum dediſſe,de vxore repudianda: nã iſtud primæ matrimonij inſtitutioni penitus repugnat, nec vnquam aut à Deo, aut à Moſe iuſſum fuit,vt Auguſtinus copioſè diſputat, l.1. de Sermone Domini in monte:lib.1.retract.c.19.& lib.19.contra Fauſtum, c.26.*Nõ *inquam,præceptum fuit, verùm, duntaxat ad euitandum maius malum, vtpotè vxoricidium, permiſſum. Et volenti omnino dimittere vxorem,præceptum fuit,vt libellum ſeu chartulam repudij, à Scribis multis ritibus conſcriptam daret vxori.*

8. Decalogi obſeruantes ]*Vetus co.*decalogi obſeruantes ſint,& detenti ab eo, *ex omnibus codicibus reſtituimus,vt modò habet littera.*

9. Non reuerterentur ad idololatriam ] *Hanc non eſſe poſtremam rationem datæ legis, & inſtitutionum Moſaicarum,multi & præclari viri cum Irenæo docuerunt,Clemens Ro.lib.6. Conſtit.cap.20. Iuſtinus in Dialogo:Tertulliani verba ſunt:* In inſtitutione ſacrificiorum,patet ea Dei induſtria, qua populum pronum in idololatriam & tranſgreſſionem,eiuſmodi officijs, religioni ſuæ voluit aſtringere,quibus ſuperſtitio ſæculi agebatur,vt ab ea auocaret illos,ſibi iubens fieri,quaſi deſideranti,ne ſimulachris faciendis delinqueret. *Lib.2. contra Marcionem.*

10. Et id quod erat ſemper liberum ]*Rurſus libertatem voluntatis humanæ non omnino per peccatũ ſublatam fuiſſe clariſſimè oſtendit,aduerſus priorum & poſteriorum Gnoſticorum impietates,qui vt Deum malorum authorem faciant,ſcribere non verentur,*omnia de neceſſitate abſoluta euenire, vt Poëta vo-

luit: Certa ſtant omnia lege *Verba ſunt Lutheri articulo 36. inter eos quos dānauit Leo decimus; quoſqúe copioſiſſimè & acerrimè confutauit doctrina, pietate, & martyrio inſignis vir Ioannes Roffenſis Epiſcopus.*

*Gallaſius iterum hoc loco in Irenæum & totam Catholicam Eccleſiam inſurgit, Pelagianiſmiq́ accuſat, quòd arbitrium liberum ſaluum manere poſt peccatum doceat, atq; gratiæ Dei cooperari, ita vt aliqua ex parte ſuæ ſalutis cauſa ſit; ignorans, aut certè diſſimulans miſer, verba Pauli eſſe,* Dei adiutores ſumus: *Et Petri,* Cum timore & tremore ſalutem veſtram operantes.

*Sed bene habet, quod etiam nunc in extrema ſenecta incipiat rectius ſapere, & ſymmiſtis ſuis hac in re contradicere Beza. Nam in lib. 1. Quæſtionum & Reſponſ. quem Ioachimo Camerario nuncupat,* aſſerit hominem gratiæ primæ συνεργεῖν, & addit, negantem id, primæ gratiæ efficacitatem negare. *Idem quoq; VVittebergici miniſtri ex veterum ſententijs aptiſſimè defendunt: ac ibidem concludunt,* in iuſtificatione hominis tria ſimul concurrere, nimirum, Verbum Dei, Spiritum S. & voluntatem hominis aſſentientem eidem verbo Dei: *Sicq; etiam à commiſtris impudentia Gallaſij refellitur & damnatur. Verùm, ſicut ſupra, ea quæ ad Catholicam doctrinam atq; fidem ea de re pertinebant, ex primi ſæculi Apoſtolicis patribus attigimus ca. 9. libri huius; ita & nunc alia ex ſecundæ ætatis Chriſtianis ſcriptoribus ſubiungenda videntur. Cyprianus epiſt, 18. docet Chriſtū ſeruaſſe legem, qua homo libertati ſuæ relictus, & in arbitrio proprio conſtitutus, ſibijpſi vel mortē appetit, vel ſalutem, quando quibuſdam diſcipulis retrò abeuntibus non ſuccenſuit: ſed potius ad Apoſtolos dixit.* Nunquid *& vos vultis ire? Et libro de vnitate Eccle. Hæreſes inde proficiſci ait, cùm Dominus permittit & patitur, manente in hominibus propria libertatis arbitrio. Rurſus lib. 3. ad Quirinum cap. 52. Credendi vel non credendi libertatem in arbitrio poſitam eſſe probat, quia in Deutero. ſcribitur,* Ecce dedi ante faciem tuam vitam & mortem, bonum & malum; elige tibi vitam vt viuas. *Item apud Iſaiam.* Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. *Miſſa facio, quæ hac de re apud eundem ſcribit Author Ser. de Natiuitate Chriſti; & lib. de ſingularitate Clericorū.*

In marg.: *In propoſ. fol. 97.* — *Ioan. 6.* — *Deut. 30.* — *Iſaiæ 1.* — A

*Cyprianum ſequatur Origenes. Is hom. 9. in Numeros ait.* Senſus noſter poteſt bona eligere, vt fiat vas in honorem: aut mala & terrena, vt fiat vas in contumeliam. *Et hom. 12. in eoſdem.* Iſrael, quid Dominus Deus poſcit à te, quàm vt timeas eum? Erubeſcant illi hæc verba, qui negant in homine liberum arbitrium. Quomodo poſceret Deus, niſi haberet homo in ſua poteſtate, quod Deo poſcenti deberet offerre? *Idem hom. 20.* Sui namque arbitrij eſſe animum, & in quam voluerit partem eſt ei liberum declinare, & ideo iuſtum Dei iudicium eſt, quia ſponte ſua ſiue bonis, ſiue peſſimis monitoribus paret. *Non recenſebo quomodo ſibi planè conſentiat, hom. 6. in Iudicum; lib. 2. in Iob; Proœmio in lib. περὶ ἀρχῶν: & lib. 2. cap. 9. & lib. 3. cap. 1. de principijs; & commentarijs in 3. & 7. cap. ad Rom.* B

*Neq; adſcribam quæ tradunt Minutius Felix in Octauio; Arnobius lib. 2. contra Gentes; Idemq; Commentarijs in Pſal. 58. 63. 77. 90. 106. 108. 117. 118. 146. nec quæ Methodius Epitome de Reſurrectione. Tantum dicam Magdeburgenſes impudentiſſimo mendacio ſcripſiſſe Centuriæ ſecundæ, pag. 59. & Centuriæ tertiæ pag. 77. Patres hac in re, de qua diſputatur, contraria ſibijpſis dixiſſe, & voluntatis libertatem aliàs affirmaſſe, aliàs negaſſe: quod falſiſſimum oſtendunt hæc, quæ in medium notanda protulimus.*

11. Ei, quoniam ] *Quatuor voces iſtas adiecimus; & mox* crediderunt, *pro* credunt *poſuimus ex veteris cod. authoritate.* C

## *QVARE CIRCVMCISIO DATA EST populo, & obſeruatio ſabbatorum, & quam habent recapitulationem.*

### CAPVT XXX.

QVoniam[1] autem & circuncisionem non quaſi conſummatricem iuſtitiæ, ſed in ſigno eam dedit Deus, vt cognoſcibile perſeueret genus Abrahæ, ex ipſa Scriptura diſcimus. Dixit enim (inquit) Deus ad Abraham, Circuncidetur omne maſculinum veſtrum, & circuncidetis carnem præputij veſtri, & erit in ſignum teſtamenti inter me & vos. Hoc idem de ſabbatis Ezechiel Propheta ait, Et ſabbata mea dedi eis, vt ſint in ſigno inter me & ipſos, vt ſciant quoniam ego ſum Dominus qui ſanctifico vos. Et in Exodo Deus ait ad Moyſem, Et ſabbata mea obſeruabitis: erit in ſignum apud me vobis in generationes veſtras. In ſigno ergo data ſunt hæc, non autem ſine ſymbolo erant ſigna, id eſt, ſine argumento, neque ocioſa, tanquam quæ à ſapiente artifice darentur: [2]ſed ſecundùm carnem circunciſio, [circunciſionem] præfigurabat ſpiritalem. Etenim nos (ait Apoſtolus) circunciſi ſumus circunciſione nō manu facta. Et propheta ait, Circuncidite duritiam cordis veſtri. Sabbata autem, perſeuerantiam totius diei erga Deum deſeruitionis edocebant. Aeſtimati enim ſumus (ait Apoſtolus Paulus) tota die vt oues occiſionis, ſcilicet & conſecrati, & miniſtrantes omni tempore fidei noſtræ, & perſeuerantes ei, & abſtinentes ab omni auaritia, non acquirentes nec poſſidentes theſauros in terra. [3]Manifeſtabatur autem & tanquam de ea quæ facta ſunt, requietio Dei, hoc eſt, regnum, in quo requieſcens homo ille qui perſeuerauerit Deo aſſiſtere, participabit de menſa Dei. [4]Et quia nō per hæc iuſtificabatur homo, ſed in ſigno data ſunt populo, oſtendit quòd ipſe Abrahā ſine circunciſione, & ſine obſeruatione ſabbatorum

In marg.: *Gene. 17. 11.* — *Ezec. 20. 10.* — *Exod. 31. 13.* — *Coloſſ. 2. 11.* — *Deut. 10. 16.* — *Rom. 8. 36.* — *Matth. 6. 19.* — D



A batorum credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei vocatus eſt. Sed & Loth ſine circunciſione eductus eſt de Sodomis, percipiens ſalutem à Deo. Item Deo placens Noe cùm eſſet incircunciſus, accepit menſuras mundi* ſecundùm generationes. Sed & Enoch ſine circunciſione placens Deo, cùm eſſet homo, [5]Dei legatione ad angelos fungebatur, [6]& tranſlatus eſt, & conſeruatur vſq; nunc teſtis iuſti iudicij Dei: quoniā Angeli [quidem] tranſgreſſi deciderunt in iudicium, homo autem placens, tranſlatus eſt in ſalutē. Sed & reliqua autem omnis multitudo eorum, qui ante Abraham fuerunt, iuſti, & eorum patriarcharum, qui ante Moyſem fuerunt, ſine his quæ prædicta ſunt, & ſine Lege Moyſi iuſtificabantur. Quemadmodum & ipſe Moyſes in Deuteronomio ait ad populum. Dominus Deus tuus teſtamentum diſpoſuit in *Oreb; & non patribus veſtris diſpoſuit Dominus Teſtamentum hoc, ſed ad vos. Quare igitur patribus non diſpoſuit [Dominus] teſtamentum? Quia Lex non eſt poſita iuſtis, iuſti autem patres [virtute] decalogi conſcriptam habentes in cordibus & animabus ſuis [legem,] diligentes ſcilicet Deum qui fecit eos, & abſtinentes erga proximum ab iniuſtitia, propter quod non fuit neceſſe* admonere eos correptorijs literis, quia habebant in ſemetipſis iuſtitiam Legis. Cùm autem hęc iuſtitia & dilectio quæ erat erga Deum, ceſſiſſet in obliuionem, [7]& extincta eſſet in Aegypto, neceſſariò Deus propter multam ſuam erga homines beneuolentiam ſemetipſum oſtendebat per vocem, & eduxit de Aegypto populum in virtute, vti rurſus fieret homo diſcipulus & ſectator Dei, & ſubaffligebat indicto audientes, vt non contemnerent eum, qui ſe fecit, & mãna cibauit* eos, vti rationalem acciperent eſcam: quemadmodum & Moyſes in Deuteronomio ait. [8]Et cibauit] te manna, quod non ſciebant patres tui: vti cognoſcas quoniam non in pane ſolo [viuit] homo: ſed & in omni Verbo Dei quod procedit de ore eius, viuit homo.

In marg.: *Rom. 4.* — *Gen. 19.* — *Gen. 6 & 7.* — *Heb. 11.* — *Gen. 5.* — *Eccle. 44.* — *Deut. 5. 5.* — *1. Timot. 1. 9.* — *Exod. 1. 14. & 15.* — *Exod. 16.* — *Deut. 8. 3.* — *Matth. 4.* — * ſecundæ generationis. — *Choreb; — *admoneri — *eum, ] — B

## ANNOTATIONES.

1. Quoniam autem & circunciſionem. ] *Nec circunciſionis, nec aliarum legalium ceremoniarum virtute Iudæis collata eſt perfecta iuſtitia, cùm multi ante harum inſtitutionem coram Deo iuſti & accepti fuerint: ſed ſigna fuerunt rerum ſpiritalium, quæ per Euangelium exhibentur.* C

*Interea, vim omnem ad internam hominis iuſtificationem Circunciſioni videtur Irenæus adimere, dicens eam* non fuiſſe conſummatricem iuſtitiæ, *ſed in ſignum datam. Deinde,* per hæc, *videlicet ceremonialia & legalia,* non iuſtificabatur homo. *Iſtudq; confirmat exemplis plurimorum Patrum, qui ſine his aliarumve ceremoniarū obſeruatione iuſtificati fuerunt. Hoc ipſum vrget etiam Iuſtinus martyr in Dialogo, propterea quod fœminæ ad illam non tenerentur: quicquid autem ad iuſtitiam & ſalutem pertinebat, vtrique ſexui commune eſſe oportuit. Tertullianus quoque ſic argumentatur.* Cur Deus Adam non circuncidit poſteaquam deliquit, ſi purgat circunciſio? *Et poſtea:* Hæc Dei prouidentia fuit dandi circunciſionem Iſrael in ſignum vnde dinoſci poſſet. *Huic ſententiæ ſubſcribens Chryſoſtomus ait:* Circunciſio nihil ad animæ virtutem conducit: ſed fit ſigni tantùm gratia. Illa enim ſunt verè bona animæ, quæ ex electione fiunt: in carne verò ſignum accipere, quale bonum opus fuerit? *Idemqúe poſtea:* Nulla alia ex circunciſione fuit vtilitas, quàm hæc ſola, quod ex hoc ſigno eſſent cognoſcibiles, & ab alijs gentibus ſequeſtrarentur Iudæi. *Denique homilia 7. in Epiſt. ad Rom. diſertè contendit illam, nec in vita optima vim vllam habuiſſe. Alijs citandis authoribus ſuperſedeo.*

*Verùm, huic ſententiæ refragari videntur vniuerſæ Patrum Scholaſticorum ſcholæ, cum ſuo principe B. Thoma contendentes, Circunciſionem ea omnia (ſolo in regnum cælorum ingreſſu dempto) accedente in Chriſtum venturum fide ac ſpe, tunc paruulis Hebræorum contuliſſe, quæ nunc paruulis Chriſtianorum præſtat Baptiſmus. Nec deſunt eis ad huius aſſertionis confirmationem plurimæ & fortiſſimæ rationes, quæ ex eorum ſcriptis peti poſſunt. Quorundam tantùm veterum ſuffragia, Eccleſiæqúe Catholicæ decreta ſubijcio. Bernardus imprimis Baptiſmum Circunciſioni conferens, ac velut Chryſoſtomi rationem diſſoluens ait:* Sicut nunc Baptiſmus abſque vllo voluntatis vſu infantibus confert ſalutem, ita tunc Circunciſio ſine vlla arbitrij electione ſalutem infantibus attulit. *Et qui hunc aliquot ſæculis præceſſit venerabilis Beda, ſcripſit in cap. 2. Lucæ.* Salutiferæ curationis auxilium Circunciſio in lege contra Originalis peccati vulnus agebat, quod Baptiſmus agere reuelatæ gratiæ tempore conſueuit, excepto quod regni cæleſtis ianuam nondum intrare poterant. *Accedit ſummus Eccleſiæ pontifex Gregorius adfirmans, myſterium Circunciſionis pro ijs qui ex Abrahæ ſtirpe prodierunt, hoc egiſſe, quod apud nos valet aqua Baptiſmi. Cunctis autem his ſuperior Auguſtinus apertè docet, Circunciſionem, ex quo inſtituta fuit in populo Dei, valuiſſe ad purgationem originalis veteriſqúe peccati, ſicut Baptiſmus ex illo valere cœpit ad innouationem hominis, ex quo inſtitutus eſt. Quid his clarius & firmius pro Circunciſionis virtute ac efficacia? An non ergo ſignum fuit planè validum & practicum?*

*Addamus porrò hæc duo Gregorij & Auguſtini teſtimonia, inter Eccleſiæ Catholicæ decreta iamdudum relata: & nouiſſimè à Gregorio XIII. probata cum his inſcriptionibus Romæ excuſis, & inde euulgatis:* Sicut nunc in Baptiſmate, ita olim in Circunciſione remittebantur peccata. *Item:* Originale peccatum nunc in Baptiſmate, olim in Circunciſione remittebatur. *Refert denique in Decretalibus Gregorius nonus, Innocentium tertium decreto ſuo* ſanxiſ-

In marg.: *L. adu. Iudæos.* — *Hom. 29. in Gen.* — *Hom. 49. in Gen.* — *3. parte q. 62. art. 6.* — *L. 4. Moral. c. 2.* — *L. 2. de nuptijs & concupiſcentia, cap. 11.* — *De conſecr. d. 4 can. quod autem can. ex quo.* — *L. 3. tit. 42. c. Maiores.* — C — D

*ſanxiſſe, quod & ſi originalis culpa remittebatur per Circunciſionis myſterium, & damnationis periculum vitabatur: non tamen perueniebatur ad regnum cælorum. Quibus vim non detrahit, ſed potius eximiam efficacitatē tribuit Circunciſioni; tametſi minorem quàm Baptiſmo.*

*His itaque ſic conſtitutis & probatis, ſupereſt, vt aduerſæ ſententiæ argumentis ſatisfaciamus. Irenæus in primis ſeipſum explicat, dicens, Circunciſionem non fuiſſe* conſummatricem iuſtitiæ, *cùm videlicet rectà in cælos non perduceret, redemptionis humanæ pretio nondum per Chriſti mortem exſoluto. Subdit porrò eam non fuiſſe ſignum otioſum, tanquam quæ à ſapiente artifice data eſſet. Igitur fuit ſignum efficax & operatorium. Patres qui Abraham præceſſerunt, non fuerunt per eam iuſtificati, quoniam nondum inſtituta fuerat. Imò nec ipſe Abraham per eam iuſtus effectus eſt,* B *quòd longè prius fide & obedientia ſua Deo gratus & acceptus eſſet. Nec admodum vrget B. Iuſtini ratio, quandoquidem ſalutis fœminarum aliam rationem Deus habuit, cùm expreſsè ſolum maſculinum ſexum huic legi deuinxerit. Chryſoſtomo per D. Bernardum factum eſt ſatis.*

2. Sed ſecundùm carnem.] *Eaſdem Circunciſionis & Sabbatorū̃ rationes videre licet apud Iuſtinum martyrem in Dialogo, & Tertullianum lib. adu. Iudæos. Philo Iudæus lib. de circunciſione tradit eam inſtitutam eſſe à Deo, ob ſex cauſas, quarum quatuor adfert phyſicas, & duas myſticas. Lactantius lib. 4. c. 17. hanc cum cæteris reddit, quod ſignaret nudandum eſſe pectus, id eſt, aperto & ſimplici corde oportere nos viuere: quoniam pars illa corporis quæ circunciditur, quandam cordis ſimilitudinem habeat.*

C *Addens porrò Irenæus, hanc ſecundùm carnem Circunciſionem, ſpiritalem Circunciſionem præfiguraſſe, Catabaptiſtarum quorundam refellit errorem, quo volunt Circunciſioni veterum nequaquam ſucceſsiſſe Baptiſmum, vt & hunc tandem aliquando tollant de medio. At verò, Apoſtoli verba quæ adducuntur, illud omnino exprimunt.* Circuncisi eſtis *(inquit)* circunciſione non manufacta in expoliatione corporis carnis, in circunciſione Chriſti, conſepulti ei in Baptiſmo. *Ergo Baptiſmus vocatur circunciſio Chriſti, & circunciſio ſpiritalis, quòd veteri & carnali circunciſioni tanquam veritas vmbræ ſucceſſerit. Sic & Iuſtinus in Dialogo, Baptiſmum affirmat ſpiritalem eſſe Circunciſionem, cuius externa illa typus fuerit. Athanaſius quoque ſcribit:* Circunciſio figura erat exuuiarum, quæ per Baptiſmum deponuntur. *Et paulò poſt:* Abraham circunciſionem accepit pro nota inſignibuſque eius regenerationis, quæ per Baptiſmum conficitur. *Epiphanius Cerinthum impugnans, adfirmat Circunciſionem carnis tempori inſeruijſſe, donec maior circunciſio, id eſt, Lauacrum regenerationis acceſſerit. Auguſtinus denique profitetur Circunciſionem & Baptiſmum eſſe eiuſdem naturæ. Inſuper, Chriſtum in Eccleſia ſua pro Circunciſione veteri Baptiſmum inſtituiſſe. Conſtat ergo tam ex Apoſtolo, quàm ex veterum conſenſu Baptiſmum diuina ordinatione in Circunciſionis locum ac ordinem ſubſtitutum eſſe.*

*Coloſſ. 2. 11. & 12.*

*In illud, Omnia mihi trad. ſ.*

3. Manifeſtabatur autem.] *Docet Sabbatum vetus duo ſignificaſſe. Primum, nos omni tempore debere Deo vacare: ſecundum, feliciſsimam & beatiſsimam illam requiem, quam poſt huius vitæ miſerias & certamina in cælis expectamus. Atquè hoc eſt intelligibile Sabbatum, inquit Heſychius, de quo ait Paulus:*

*In c. 23. Leuit.*

A Ergo relinquitur ſabbatiſmus populo Dei, *quem ſignificat dies ſeptima, in qua requieuit Deus. De hoc vide Auguſtin. ad finem vltimi libri de ciuitatē.*

4. Et quia non per hæc.] *Iſthæc ijſdem ferè verbis habet Tertullianus lib. contra Iudæos, vt hinc videantur deſumpta.*

5. Dei legatione ad angelos fungebatur] *Vetus co. nomen Dei, non habet. Cæterùm, difficilis & obſcurus erit hic locus, niſi Angelorum nomine vel poſteros ſancti viri Seth, vel certè Gigantes ſeu principes homines intellexeris, quorū̃ nefarias libidines ſub nomine filiorum Dei, Moſes deſcribit Geneſ. 6. ad quos monendos, nuncius & præco amandatus fuerit Enoch: atq; ita & rectè, meo iudicio, interpretantur Theodoretus, Cyrillus, & Lyranus. Suidas filios Dei Enos, Enoch, & alios poſteros Seth filij Adæ, putat non incongruè appel-* B *lari, cùm Seth Dei cognomen inter eos, qui tum vixerunt homines, ob inuentas litteras Hebraicas, ſtellarumque appellationes, & inſignem pietatem obtinuerit. Ex illis igitur multos laſciuia victos ſcribit, cum filiabus Cain congreſſos fuiſſe. Si verò de immundis Spiritibus, quos Iuſtinus, Clemens Alex. Tertullianus, Athenagoras, Cyprianus, Methodius, & pleriq; alij claſsici authores mulierum forma allectos fœdis voluptatibus carnis operam dediſſe opinantur, aliquis locum hunc intelligendum contenderit: ſingularis eſt opinio, potius diſsimulanda, quàm amplexanda, aut procaciter exagitanda; quā ex libris Enoch nomine euulgatis dimanaſſe putarunt Tertullianus, Origenes, Auguſtinus, lib. de habitu muliebri: Hom. 28. in Numeros: lib. 15. de ciuit. c. 23.*

6. Et tranſlatus eſt, & conſeruatur] *In eum* C *Paradiſum quo poſitus fuerat Adam, cum eodem quo vixerat corpore ſeruari ex traditione Preſbyterorum, qui Apoſtolos audierant, ſe accepiſſe ſcribit poſtea lib. 5. Huic ſententiæ tot ſuffragantur, vt ab ea diſcedere mihi religio ſit, præcipuè cùm apertè dicat in Eccleſiaſtico cap. 44. Syracides Latinus (Græca enim variant)* Enoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in Paradiſum: *& Apoſt. in epiſt. ad Heb.* Fide Enoch tranſlatus ne videret mortem, & nō inueniebatur, quia tranſtulit eum Deus. *Conſentit & Thargum Babylonicum, interprete Fagio;* Ambulauit Hanoch in timore Domini & non ipſe, quia non mori fecit eum Dominus. *Philo Iudæus lib. de vita Sapientis, rectè iudicat, Deum illum tranſtuliſſe, non per mortem: ſed per ſeparationem à conſortio & frequentia improborum hominum, ad ignotum vulgo virtutis receſſum.*

*Errant igitur hi Hebræi, & qui illos ſequuntur qui-* D *dā Latini, cùm raptum hunc, mortem eius præmaturam interpretantur. Et ſi enim libenter admitto vitam eius in terris fuiſſe tantùm 365. annorum, nec ad dimidium ætatis maiorum ſuorum, aut nepotum, eum perueniſſe; ſed è medio vitæ huius curſu repentè & inuſitato exemplo aſſumptum ex hominum conſpectu, vt de Helia legimus: non ita tamen vt morte interpoſita, corporeq; inſtar aliorum, in cineres redactus ſit.*

*Quò verò tranſlatus ſit, & vbi agat, quibuſve cibis alatur, aut veſte induatur, ſuperuacaneum requirere exiſtimat Chryſoſtomus. Inter quæſtiones, quæ ad fidem nō pertinent iudicat Auguſtinus. Quò tranſlatus ſit, nouit Deus, pronunciauit Cyprianus, ſeu quiuis alius author Tractatus de montibus Sina & Sion apud eum. Potius venerandum, quàm inquirendum cenſet Theodoretus quæſt. 45. in Gene. Irenæi ſententiæ aſſentiunt quæ fertur, Nicodemi Hiſtoria de morte & reſurrectione Domini:*

*Hom. 21. in Geneſim, & 22. in epiſt. ad Hebræos. Lib. 2. de peccato ori.*



A *mini: Tertullianus lib. de Anima: Methodius in reuelationibus: Epiphanius Hæreſ. 64. Auguſtinus lib. 9. de Geneſi ad lit. cap. 6. lib. 1. de peccatorum meritis & re. cap. 3. Tractatu de Antichriſto, & recentiores ferè omnes orthodoxi ſcriptores. In cœlum raptum, id eſt, per æthera, & aſſumptum docent Ambroſius lib. de Paradiſo c. 3. & Grgorius hom. 29. in Euangelia: venturum autē & pugnaturum aduerſus Antichriſtum, volunt omnes.*

7. E[t] extincta eſſet in Aegypto.] *R. Moſes ac Elias Leuites, vt ex ſcriptis eorum colligit doctiſsimus Genebrardus in Chron. tradunt Iſraëlitas in captiuitate Aegyptiaca conſtantiſsimè quidem linguam Hebraicam, ſuæ gentis habitum, & auita nomina retinuiſſe: verùm, ſanctiſsimam Patriarcharum fidem ac religionem flagitiosè deſeruiſſe, ſola ſtirpe Leui excepta: quæ in ea perſeuerando ſacerdotij dignitatem ſibi promeruit.*

8. Et cibauit.] *Expunximus* cibauit: *& continuò* viuit *pro* viuet *repoſuimus authoritate vet. cod.*

# *IN QVO DIFFERT DECALOGVS à reliquis præceptis.*

## CAPVT XXXI.

B E[1]T erga] Deum dilectionem [præcipiebat,] & eam quę ad proximum eſt iuſtitiam[2] inſinuabat,] vt nec iniuſtus, nec indignus ſit Deo præſtruente hominem per decalogum in ſuam amicitiam, & eam quæ circa proximum eſt concordiam. Quæ quidem ipſi proderant homini, nihil tamen[3] indigente] Deo ab homine, & propter hoc Scriptura ait. Hos ſermones locutus eſt Dominus ad omnem ſynagogam filiorum Iſrael in monte, & nihil adiecit. Nihil enim, quemadmodum prædiximus, indigebat ab eis. Et iterum Moyſes ait. Et nunc Iſrael, quid Dominus Deus tuus poſtulat à te, niſi timere Dominum Deum tuum, ambulare in omnibus vijs eius, & diligere eum, & ſeruire Domino Deo tuo [4] ex toto corde tuo, & ex tota anima tua? Hæc [autem] quidem glorioſum faciebant hominem, id quod deerat ei implentia, id eſt amicitiam Dei: Deo autem [5] præſtabant] nihil: nec enim indigebat Deus dilectione hominis. Deerat autem homini gloria Dei, quā nullo modo poterat percipere, niſi per eam obſequentiam, quæ eſt erga Deum: Et propter hoc iterum Moyſes ait [eis.] Elige vitam, vt viuas tu & ſemen tuū̃. Diligere Dominum Deum tuum, * & audire vocem eius, & apprehendere eum: quoniam hæc eſt vita tua, & longitudo dierum tuorum. In quam vitam præſtruens hominem, decalogi quidem verba ipſe per ſemetipſum omnibus ſimiliter Dominus locutus eſt. Et ideo ſimiliter permanent apud nos, extenſionem & augmentum, ſed non diſſolutionem accipientia per carnalem eius aduentum. Seruitutis autem præcepta ſeparatim per Moyſem præcepit populo, apta illorum eruditioni, ſiue caſtigationi. Quemadmodum ipſe Moyſes ait. Et mihi præcepit Dominus in tempore illo dicere vobis iuſtificationes & iudicia. Hæc ergo quæ in ſeruitutem, & in ſignum data ſunt illis, * circumcinxit nouo libertatis teſtamento. Quæ autem naturalia, & liberalia, & communia omnium auxit & dilatauit, ſine inuidia [6] largiter] donans hominibus per adoptionem, Patrem ſcire Deum, & diligere eum ex toto corde, & ſine auerſatione ſequi eius verbum, non tantùm abſtinentes à malis operationibus, ſed etiam à concupiſcentijs earum. Auxit autem * & timorem: filios enim plus timere oportet quàm ſeruos, &, maiorem dilectionem habere in patrem. Et propter hoc ait Dominus. Omnem ſermonem otioſum quem locuti fuerint homines, reddent pro eo rationem in die iudicij. Et qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eā in corde ſuo: & qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio: vt ſciamus, quoniam non ſolùm factorum[7] reddemus] rationem Deo, vt ſerui; ſed etiam ſermonum & cogitationum, tanquam [8] qui & libertatis poteſtatem acceperimus: in qua magis probatur homo, ſi reuereatur, [&] timeat & diligat * Deum. Et propter hoc Petrus ait. Non velamentum malitiæ habere nos libertatem, [9] ſed ad approbationem] & manifeſtationem fidei.

*Deut. 5. 22.* *Deut. 10. 12.* *Deut. 30. 6.* *Matth. 12. 36.* *Matth. 5. 28.* *1. Pet. 2. 16.*

*exaudire C *circumſcripſit *etiam D *Domini

## ANNOTATIONES.

1. Et erga Deum dilectionem præcipiebat] *Ita codex vetus legendum docuit: excuſi* Erga Deum dilectionem præſciebat. *Videtur initium iſtud colo tantùm dirimendum fuiſſe à ſuperiori capite. Oſtendit porrò Deum optimo iure ſui ac proximorum dilectionem per obſeruantiam Decalogi in primis exegiſſe, cùm non ſibi, ſed nobis prodeſſe perciperet. Et ideo Chriſtum aduentu ſuo illum non abrogaſſe, ſed expoſuiſſe & amplificaſſe: præceptis verò cæremoniarum & iudiciorum nos exſoluiſſe.*

2. Inſinuabat] *Codices excuſi* inſinuabatur, *quod & eraſmus.*

3. Indigente] *Ita vetus codex: excuſi* indigentiæ.

4. Ex toto corde tuo, &] *Quinq; has voces ex vet. cod. addidimus.*



5. Præſta-

5. Præſtabant] *Sic pro* præſtabat *ſubſtituere docuit vet.cod.*

6. Largiter donans] *Expunximus* largitur.

7. Reddemus rationem] *Deleuimus* reddimus *auth.vet.cod.*

8. Qui & libertatis] *Rurſus libertatem voluntatis humanæ, etiam poſt admiſſum peccatum, permanere, confirmat. Vide ſupra cap.9. & 29. & infra cap. 71.72. 75.& 76.libri huius quarti.*

A

9. Sed ad approbationem] *Codices excuſi*, ſed ad propiciationem.

## *OSTENSIO QVONIAM NON PROPTER ſe, nec indigens Deus de ſeruitio eorum, Leuiticam præcepit Legem: quid etiam requirit Deus ab homine nullius indigens.*

### CAPVT XXXII.

QVoniam[1] autem non indigens Deus ſeruitute eorum, ſed propter ipſos quaſdam obſeruantias in Lege*præcepit, pleniſſimè Prophetæ indicant.[2] Et rurſus quoniam non indiget Deus oblatione hominum, ſed propter ipſum qui offerat hominem, manifeſtè Dominus docuit, quemadmodum oſtendimus. Si quando enim negligentes eos iuſtitiam, & abſtinentes à dilectione Dei videbat, per ſacrificia autem, & reliquas typicas obſeruantias putantes propitiari*Dominum, dicebat eis Samuel quidem ſic. Non vult Deus holocauſta & ſacrificia, ſed vult exaudiri vocem ſuam. [Et,] Ecce,[3] auditus bonus ſuper ſacrificium, & auditus ſuper adipem arietum. Dauid autem ait. Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi: holocauſta autem pro delicto non poſtulaſti. Docens eos quoniam obauditionem mauult Deus, quæ ſeruat eos, quàm ſacrificia & holocauſtomata: quæ nihil eis proſunt ad iuſtitiam: & nouum ſimul prophetans Teſtamentum. Manifeſtius autem adhuc in quinquageſimo pſalmo de his ait. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium,[4] dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Quoniam ergo nihil indiget Deus, in eo qui eſt ante hunc pſalmo ait. Non accipiam de domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ ſunt omnes beſtiæ terræ, iumenta in montibus & boues, cognoui omnia volatilia cæli, & ſpecies agri mecum eſt. Si eſuriero non dicam tibi: meus eſt orbis terræ, & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? Deinde ne quis putet, propterea quod iraſceretur eum recuſare hæc, infert conſilium ei dans: Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua, & inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te, & glorificabis me. Illa quidem per quæ putabant peccantes propitiari Deum abnuens, & oſtendens quòd ipſe nullius rei indiget: his autem per quæ iuſtificatur homo, & appropinquat Deo, hortatur & admonet. Hoc quidem autem & Eſaias ait. Quò mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum, dicit Dominus? Plenus ſum. Et cùm abnuiſſet holocauſtomata, & ſacrificium, & oblationes, & adhuc etiam & neomenias, & ſabbata, & ferias, & reliquam vniuerſam conſequentem his obſeruationem, intulit, ſuadens eis quæ ſalutaria ſunt. Lauamini, mundi eſtote, auferte nequitias à cordibus veſtris [5] ab] oculis meis, deſinite à malitijs veſtris, diſcite bonum facere, exquirite iudicium, eruite eũ qui iniuriam patitur, iudicate pupillo, & iuſtificate viduam, & venite diſputemus, dicit Dominus. Non enim ſicut mutus homo, vt multi audent dicere, diuertit eorum* ſacrificium: ſed miſerans eorum cæcitati, & verum ſacrificium inſinuans, quod offerentes propitiabuntur Deum, vt ab eo vitam percipiant. Quemadmodum alibi ait: Sacrificium Deo cor contribulatum; odor ſuauitatis Deo, cor clarificans eum qui plaſmauit. Si enim iraſcens abnueret[6] hæc eorum] ſacrificia, tanquam qui indigni eſſent conſequi miſericordiam eius, non vtiq; eiſdem ipſis ſuaderet, per quæ*ſaluari poſſent. Sed quoniam Deus miſericors eſt, non abſcidit eos à bono conſilio. Nam per Hieremiam cùm dixiſſet, Quò mihi thus de Saba affertis, & cinnamomum de terra longinqua? holocauſtomata & ſacrificia veſtra non delectauerunt me: intulit. Audite ſermonem Domini omnis Iuda. Hæc dicit Dominus Deus Iſrael. Dirigite vias veſtras & ſtudia veſtra, & conſtituam vos in loco iſto, nec confiſi fueritis vobiſmet in ſermonibus mendacibus: quoniam in totum non proderunt vobis dicentes; Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt. Et iterum ſignificans, quoniam non propter hoc eduxit eos de Aegypto, vt ſacrificia ei *offerrent, ſed vt obliti idololatriæ Aegyptiorum, audire vocem Domini poſſent, quæ erat eis ſalus & gloria: ſic per eundem Hiere-

*præceperit, B

1.Reg.15.22. *Deum. Pſalm.39.7. Pſal.50.17. Pſal.49.10. C Eſa.1.11. Ibid.v.16. D *ſacrificia Pſal.50.18. *ſalui eſſe Ierem.6.20. Ierem.7.4. *offerant.



A Hieremiam ait. Hęc dicit Dominus. Holocauſtomata veſtra colligite cum ſacrificijs veſtris, & manducate carnes. Quoniam non ſum locutus ad patres veſtros, nec de holocauſtomatibus & ſacrificijs præcepi eis, qua die eduxi eos de Aegypto, ſed ſermonẽ hunc præcepi eis, dicens. Audite vocem meam, & ero Deus veſter, & vos eritis populus meus, & ambulate in omnibus vijs meis[7] quaſcunque] præcepero vobis, vt bene ſit vobis. Et non obaudierunt, nec intenderunt: ſed ambulauerunt in cogitationibus cordis malitiæ ſuæ, & facti ſunt* retrorſus, & non ad priora. Et iterum per eundem ipſum dicens. Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere & ſcire quoniam ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam & iuſtitiam & iudicium in terra, intulit: Quoniam in his voluntas mea eſt, dicit Dominus: ſed nec in ſacrificijs, nec in holocauſtomatibus, nec in oblationibus. Non enim principaliter hæc, ſed ſecundùm cõſequentiam, & propter prædictam cauſam habuit populus, ſicut iterum Eſaias ait. Non obtuliſti mihi*oues holocauſtomatis tui, nec in ſacrificijs tuis clarificaſti me, non ſeruiſti mihi in ſacrificijs, nec aliquid laborioſè feciſti in thure, nec mercatus es mihi argento incenſum, nec adipem ſacrificiorum tuorum concupiui; ſed in peccatis tuis, & in iniquitatibus tuis ante me ſtetiſti. Super quem igitur (ait) aſpiciã, niſi *in humilem & quietum & trementem ſermones meos? Non enim adipes & carnes pingues auferent à te iniuſtitias tuas. Hoc eſt enim ieiunium quod ego elegi, dicit Dominus. Solue omnem nodum iniuſtitiæ, diſſolue connexus violentorum commerciorum, dimitte quaſſatos in requiem, & omnem conſcriptionem iniuſtam cõſcinde. Frange eſurienti panem tuum ex animo, & peregrinum ſine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, cooperi eum, & domeſticos ſeminis tui* ne deſpicias. Tunc erumpet matutinum lumen tuum, & ſanitates tibi* citò orientur, & præcedet ante te iuſtitia, & gloria*Dei circundabit te: & adhuc te loquente dicam, Ecce adſum. Et Zacharias autem in duodecim prophetis, ſignificans eis voluntatem Dei, ait. Hęc dicit Dominus omnipotens. Iudicium iuſtum iudicate, pietatem & miſericordiam facite vnuſquiſq; ad fratrem ſuum. Viduam & orphanum & proſelytum, & pauperẽ nolite opprimere, & vnuſquiſq; malitiæ fratris ſui non reminiſcatur in corde ſuo. Et iterum, Hi ſunt (inquit) ſermones quos facietis. Loquimini veritatem vnuſquiſq; ad proximum ſuum, & iudicium pacificum iudicate in portis veſtris, & vnuſquiſq; malitiam fratris ſui nõ recogitet in corde ſuo, & iurationem falſam[8] ne dilexeritis.] Quoniam hæc omnia odi, dicit Dominus omnipotens: Et Dauid autem ſimiliter. Quis eſt (inquit) homo qui vult vitam, & amat videre dies bonos? Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Declina à malo, & fac bonum: inquire pacem, & ſequere eam. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, quia non ſacrificia & holocauſtomata quærebat ab eis Deus; ſed fidem, & obedientiam, & iuſtitiam, propter illorum ſalutem. Sicut in Oſee Propheta docens [eos] Deus ſuam voluntatem, dicebat, Miſericordiam volo [plus] quàm ſacrificium, & agnitionem Dei ſuper holocauſtomata. Sed & Dominus noſter eadem monebat eos, dicens. Si enim cognouiſſetis quid eſt,[9] Miſericordiam volo, & non] ſacrificium, nunquam [condemnaſſetis innocentes:] teſtimonium quidem reddens Prophetis, quoniam veritatem prædicabant: illos autem arguens ſua culpa inſipientes.[10] Sed & ſuis diſcipulis dans conſilium, primitias Deo offerre ex ſuis creaturis,[11] non quaſi indigenti,[12] ſed vt ipſi nec infructuoſi,[13] nec ingrati ſint,[14] eum qui ex creatura panis eſt, accepit, & gratias egit dicens:[15] Hoc eſt corpus meum.[16] Et calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura, quæ eſt ſecundùm nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, &[17] noui Teſtamenti nouam docuit oblationem,[18] quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens[19] in vniuerſo mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præſtat, primitias ſuorum munerum in nouo Teſtamento, de quo in duodecim prophetis[20] *Malachias ſic præſignificauit. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris. Quoniam ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, nomen meum*glorificatur inter gentes, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium purum. Quoniam magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dominus omnipotens: manifeſtiſſimè ſignificans per hæc, quoniam prior quidem populus ceſſauit offerre Deo: omni autem loco ſacrificium offertur*Deo, & hoc purum, nomen autem eius glorificatur in gentibus.

Ierem.7.21. &c. *retrorſum, Ierem.9.23. &c. *boues Iſa.43.23.& ſeq. B Iſa.66.2. *ſuper Iſaiæ 58.6. *non deſpicies. *citius *Domini Zach.7.7. Zacha.8.16. & 17. C Pſalm.33.13. Oſe.6.7. Matth.12.8. Matt.26.26. & 27. D Mar.14.22. & 24. Luc 22.18. & 19. 1.Cor.11.24. & 25. *Malachiel *clarificatur Malach.1.11. *ei,

### ANNOTATIONES.

1. Quoniam autẽ] *Probat ex Samuele, Dauide, Iſaia, Ieremia, & alijs, Deũ non indigere ſacrificijs; promptam potius cordis obeditionem, contritionem, laudem, inuocationem, mentis puritatẽ, fidem, miſericordiã, benefi-*

*beneficentiam, ſimiliaquè ſpiritalia exigere ſacrificia, quibus magis propriè honoratur & colitur. Iccirco Iudaicas oblationes repulit, corporis autem ac ſanguinis ſui nouam noui Teſtamenti oblationem inſtituit & tradidit toto orbe & per omnes Gentes offerendam.*

2. Et rurſus] *Hæc eadem iiſdem ſcripturis & rationibus innixus ampliſſimè diſcutit Auguſtinus libr. 10. de Ciuit. Dei cap. 5.*

3. Auditus bonus] *Helleniſmus ſic in vulgata editione Latina explicatus.* Melior eſt obedientia, quàm victimæ: & auſcultare, magis quàm offerre adipem arietum. 1. *Reg. 15. 22.*

4. Dediſſem vtiq;] *Et Græcus Pſalmorum contextus ita legendum docet: & ante mille annos ſic Arnobium iuniorem legiſſe ex eius Com. ſeu paraphraſi manifeſtum eſt.*

5. Ab oculis meis] *Sic vet. co. excuſi* coram oculis.

6. Hæc eorum ſacrificia.] *Expunximus* cæcorum *auth. vet. cod.*

7. Quaſcunque] *Deleuimus* quæcunque.

8. Ne dilexeritis] *Ita vetus codex: excuſi* ne dixeritis.

9. Miſericordiam volo, & non ſacrificium, nunquam condemnaſſetis innocentes] *Ita legendum vetus cod. docuit: excuſi:* Miſericordiam volo quàm ſacrificium; nunquam condemnaretis immerentes.

10. Sed & ſuis diſcipulis] *Hunc reuera inſignem & apertum locum pro ſacrificij Euchariſtiæ firmamento, aut ſcelerata impietate detorquere, aut inſigni fraude corrumpere, aut deniq; Satanica audacia conantur & audent negare Gnoſtici poſteriores. Gallaſius in tanta luce verborum affirmare non erubeſcit, priſcos illos Chriſtianos in Euchariſtiæ celebratione, corporis Chriſti ſacrificium ignoraſſe. Magdeburgenſes autem non verentur ſcribere, Patres huius et ſubſequentis ſæculi, nulla alia habuiſſe ſacrificia, aut aliud quicquam Deo obtuliſſe, quàm inuocationem & gratiarũ actionem. Mox verò ſui ipſorum immemores, aut proprio iudicio damnati, fatentur Ignatium ad Smyrnenſes, oblationes & ſacrificij immolationem docere; Ireneum quoq; hoc in loco, ſi tamen fraude aut mendo vacat, (ſic enim aiunt boni viri, vt ſententiæ huius grauitatem eleuent) ſatis incommodè loqui de oblatione, vel inuiti confitentur. Demum, non de panis conſecrati oblatione, ſed adhuc conſecrandi, in vſum cœnæ Domini, hæc intelligenda eſſe autumant.*

*Nos germanam loci lectionem, & intelligentiam proponemus, omneſq; qui huius, & ſuperioris ſæculi curriculo vixerunt, cum Irenæo verè carnis Chriſti in Euchariſtia veram oblationem, ex eiuſdem Domini reuelatione, inſtitutione, iuſſione, crediſſe, agnouiſſe & peregiſſe oſtendemus. Conſentiunt imprimis codices omnes ſiue Baſileæ, ſiue Lauſanæ, ſiue Lutetiæ excuſi; veteris noſtri codicis lectio eſt,* Sed vti ipſi nec infructuoſi, neque ingrati ſint, eum qui eſt ex creatura panis, accepit, & gratias egit, dicens: Hoc eſt meum corpus. Et calicem ſimiliter, qui eſt ex creatura, quæ eſt ſecundùm nos ſuum ſanguinem confeſſus eſt. *reliqua conſentiunt.*

Quinq; hîc tradit Irenæus.

*His autem quinque docet, tanta euidentia, vt tenebrionum & impiorum ſit, aut non videre, aut diſſimulare.* 1. *Primùm, Chriſtum panem & vinum verbis certis, corpus ſuum & ſanguinem eſſe confiteri, quod apertius* 2. *adhuc explicat infra cap. 34. & lib. 5. idem Irenæus. Deinde, diſcipulis non tantùm conſilium dediſſe offerendi Deo, primitias ex creaturis, ſed & noui Teſtamenti nouam docuiſſe oblationem, cùm de pane dixit, Hoc eſt corpus meum, & calicem confeſſus eſt ſuum eſſe ſanguinem.* 3. *Poſtea, hac oblatione Deum quidem nullatenus, ſed homines egere, vt maximo creatori, & redemptori optimo quantas poterunt gratias rependant pro beneficijs, & fructus vberiores mortis nempe dominicæ, hac incruenta oblatione ſibi accerſant.* 4. *Deinceps, iſtiuſmodi oblationem corporis & ſanguinis Chriſti, Eccleſiam per vniuerſum orbem offerre, vt ab Apoſtolis accepit, & ipſi à Chriſto.* 5. *Poſtremò, Malachiam ex duodecim prophetis minoribus vnum, hac de oblatione, quæ fit in Euchariſtia, vaticinatum fuiſſe.*

*Vt autem eam fuiſſe Patrum omnium illius ſæculi doctrinam fidemq; contra Gallaſij, & Magdeburgenſium inficiationem oſtendam, ad ſuperiores aſcenſurus à Cypriano exordiar.* Quando (*inquit*) in ſacrificijs precem cum pluribus facimus, coronis & laudibus veſtris, plenam Domini fauentiam poſtulamus, *Epiſtola 4. quæ eſt ad Moſem & Maximum presbyteros cæteroſq; confeſſores. Schiſmaticum porrò illum cenſet, & altaris hoſtem, & aduerſus ſacrificium Chriſti rebellem, qui derelictis Epiſcopis* & Dei ſacerdotibus conſtituere aliud audet altare, *Epiſt. 7. Sacrificio & manu ſacerdotis conſcientias purgari docet, Epiſt. 14. Sacerdotes ſacrificia Dei quotidie celebrare, hoſtiaſq; & victimas Deo præparare, Epiſto. 17. Epiſcopos anteceſſores ſuos religiosè iampridem cenſuiſſe, ne pro eo, qui ad tutelam vel curam clericum nominaſſet, offeretur ad altare Dei; nec ſacrificium pro dormitione eius celebraretur, refert & probat, Epiſt. 27. Sacrificia pro defunctis ſemper ſe obtuliſſe, clerum & plebem ſuæ diœceſeos optat recordari, Epiſt. 62. Arguit illos qui in calice Dominico ſanctificando, & plebi miniſtrando non hoc faciebant, quod Ieſus Chriſtus Dominus noſter* ſacrificij huius author & doctor fecerat *& docuerat, aquam nimirum vino prius admiſcere, Epiſt. 68. Eadem perſequitur, Dominum noſtrum panem & vinum,* ſuum ſcilicet corpus & ſanguinẽ obtuliſſe inter cœnandum, vt Melchiſedec typum adimpleret; vtque ſanguinem Chriſti propinatum poſſemus bibere, priorem ipſum bibiſſe: *Sacerdotem quoq; in altari, vice Chriſti fungi, & ſacrificium verum & plenum Deo Patri, in paſſionis Vnigeniti ſui recordationem offerre. Idem rurſus manũ ad ſacrificium dominicum admiſſam, diaboli laqueis vltra implicari prohibet, Epiſt. 97. Martyribus & Confeſſoribus ad metalla damnatis, offerendi & ſacrificia diuina celebrandi, denegatam à tyrannis facultatem conqueritur, Epiſt. 99.*

Epiſtolæ citantur ex codice Morelij.

*Cyprianum ſequatur Tertullianus, cuius ille ſcriptis tantoperè delectabatur. Oblationes pro defunctis, pro natalitijs, annua die feciſſe Chriſtianos tradit, libro de Corona militis. Pœnitentes* aris Dei (*in quibus procul dubio ſacrificabant*) adgeniculari *ſolitos, li. de Pœnitentia. Sacerdotum officia tria hæc eſſe recenſet, docere, tingere, & offerre, lib. de Velandis virg. Mulieres in publicum procedere vetat, niſi cùm aut imbecillis frater viſitandus eſt,* aut ſacrificium offertur, *aut Dei verbum adminiſtratur, Lib. de cultu fœminarum. Matrimonium inter Chriſtianos illud felix exiſtimat, quod Eccleſia conciliat,* & confirmat oblatio, *Libr. 2. ad vxorem. Vbi Eccleſiaſtici ordinis maior non eſt conſeſſus,* tingendi & offerendi ius *ſacerdotem habere agnoſcit; virumque oblationes annuas pro ſpiritu vxoris reddere ſuadet, Lib. de exhor. ad caſtitatem. Viduam ſimiliter pro anima defuncti viri offerre annuis diebus dormitionis eius hortatur lib. de Monog.*

Lib. 1. & 4. Stromat.

*His accedit Clemens Alexandrinus, qui Hydroparaſtarum hæreſes damnat, quòd pane & vino in oblatione non vterentur iuxta regulam Eccleſiæ. Idem alibi docet Melchiſedec ſacerdotem Dei altiſſimi panem & vinum dediſſe in typum Euchariſtiæ: nos quoque ablutos, mundos & ſplendidos ad ſacrificia & preces pergere iubet.*

*Iuſtinus martyr in Dialogo, Nunc ſacrificium ſimilæ, quod pro mundatis à lepra iubet Leuiticus offerre, figuraſſe ait Euchariſtiã, quam in memoriam paſſionis ſuæ, & vt gratias agamus Deo tum pro creatione, tum pro redemptione, Ieſus Chriſtus Dominus noſter poſteris tradidit: mox illud idem apertè Malachiam Cap. 1. prædixiſſe: nunc Ieſu Chriſti traditione apud Chriſtianos per totum orbem Euchariſtiæ panis & poculi ſacrificia fieri grata Deo Patri. Item in Apologia priore, eiuſdem ſacrificij ritus & formam, paucis quidem, ſed grauiſſimis ſententijs explicat.*

*His quatuor non ita multò poſt ab Apoſtolis natis, totidem eorum æquales & auditores connectantur. Clemens Rom. vult Diaconos* oblationi Euchariſtiæ eſſe intentos, miniſtrantes corpori Domini cum timore; *& populum aſtantem orare ſecretò, dum ſacrificium peragitur, lib. 2. Conſt. Apoſt. c. 61. Epiſcopum in aliena diœceſi peregrinum, poſſe Euchariſtiam offerre, ſi voluerit, lib. eiuſdem cap. 62. Quemlibet fidelem, die dominico ſacros cœtus frequentare iubet, quandoquidem lectio prophetarum, euangelij prædicatio, ſacrificij oblatio, atque ſacri cibi diſpenſatio die ipſo haberetur, cap. 63. & libri ſexti cap. 31. Idem poſt ieiunia Paraſceues, & pernoctationem magni Sabbati Chriſtianos hortatur* ad illud offerendum ſacrificiũ, de quo præcepit Dominus dicens: Hoc facite in meam commemorationem, die reſurrectionis Dominicæ, *lib. 5. cap. 20. In Eccleſijs & cœmeterijs, antitypum regalis corporis Chriſti, acceptabilemq; Euchariſtiam offerre monet eoſdem lib. 6. cap. 30. Oblationem illam vocat,* mundam & incruentam hoſtiam, myſteriumq; noui Teſtamenti, *quod Chriſtus inſtituit, lib. 8. cap. 3. Præteribo, quæ in eandem ſententiam ſubiungit cap. 17 18. 19. 24. 34. & 52. eiuſdem libri octaui. Miſſa faciam inſuper ea, quæ Epiſt. 2. ad Iacobum fratrem Domini: & Epiſt. 3. quæ eſt de officio ſacerdotis & clericorum: rurſus in Cano. 3. 4. 18. quos ex Apoſtolis in vnum corpus congeſſit: & ex innumeris quædam à Dionyſio illo, quem ſacris vndis perfudit, ſimulq; Chriſtianis legibus inſtruxit Beatus Paulus, adducam.*

*Is cap. 3. Eccleſiaſt. Hierar. Euchariſtiam, ſalutaris Hoſtiæ oblationem, excellentius ſacrificium, diuinorum altiſſimam et maximè venerandam celebrationem, myſteria ſacroſancta, omniq; digna veneratione ſuſpicienda, ſacramentorum omnium ſummam, diuinum auguſtiſſimumq; ſacramentum, magna religione appellat: & pontificem poſt diuinorum operum laudes, (quas nos Præfationem vocamus) quòd Hoſtiam ſalutarem ſacrificet, ſeipſum excuſantem, atq; bis ad Deum exclamantem facit. Tu dixiſti: Hoc facite in meam commemorationem, &c.*

*Fortiſſimus Martyr & digniſſimus qui Petro in Antiochena ſede tertius ſuccederet Ignatius, Epiſt. ad Smyrnenſes docet non licere ſine Epiſcopo neq; baptizare, neque offerre, neque ſacrificium immolare, οὔτε δοχὴν ἐπιτελεῖν, quod Perionius cum veteri interprete reddidit,* neq; Miſſam celebrare. *Idem Epiſt. ad Ephe. Lupum ſub ouis pelle latitantem vocat illum, qui ab Epiſcopo ſeiunctus eſt, nec conuenit in cœtu ſacrificiorum & Eccleſia.*

Epiſt. ad Burde. ca. 3.

*Martialis, qui Chriſtum miracula facientem ſeſe vidiſſe, & in cælum aſcendentem adoraſſe teſtatur,* Sacrificium, *inquit,* Deo creatori offertur in ara, non homini neq; angelo: nec ſolùm in ara ſanctificata, ſed vbiq; offertur Deo munda, ſicut teſtatus eſt: cuius corpus & ſanguinem in vitã offerimus, *&c. Et paulo poſt:* Quod Iudæi per inuidiam immolauerunt, putantes ſe nomen eius à terra abolere, nos cauſſa ſalutis noſtræ in ara ſanctificata proponimus, ſcientes hoc ſolo remedio nobis vitam præſtandam & mortem effugandam: hoc enim ipſe Dominus noſter iuſſit nos agere in ſui commemorationem.

*Nullis igitur execrationibus ac diris ſatis deteſtari, nullis flagris & dignis ſatis ſupplicijs quis pro merito caſtigare poſſet Gnoſticorum poſteriorum prodigioſum ſimul & pernicioſum illud mendacium, quo primorum ſæculorum Eccleſiaſticos patres, corporis Domini in Euchariſtia oblationem non agnouiſſe impudenter garriunt: cùm etiam ſempiterna, eademq; grauiſſima quæque gehennæ ſupplicia commereantur.*

Ioan. 6. Marc. 5. Luc. 8.

*Nec hoc loco prætermittere poſſum aut debeo, Satanam omnium hæreſeon parentem, ac veritatis hoſtem infeſtiſſimum, huius ſanctiſſimi ſacramenti atq; ſacrificij incruenti primis aduerſarijs & oppugnatoribus authorem fuiſſe, vt illud cunctis viribus impugnarent, blaſphemarent, & penitus abolerent. Non eſt enim ambigendum, quin Capernaitæ primi huius Sacramenti, dum à Chriſto pro concione promitteretur, contemptores ac deriſores, ab illa cacodæmonum legione, quæ horum fines incolebat, ad illam impietatem fuerint incitati atque permoti. Et Iudas proditor, cuius occaſione ad finem concionis Chriſtus dixit duodecim Apoſtolis,* Sunt quidam ex vobis qui non credunt, *procul dubio à quodã dæmone excæcatus fuit, ne verũ aut poſſibile eſſe crederet, quod Chriſtus pro certo promiſerat,* Panis quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita. *Hoc Euangeliſtæ ſubnotantes, referunt eundem Chriſtum eiſdem duodecim dixiſſe:* Vnus veſtrum diabolus eſt, *Iudam intelligens. Deinde, in eundem proditorem cum hac perfidia communicantem, ipſummet* Satanam intraſſe, *nec deſeruiſſe donec ad ſempiternum interitum ſecum illum pertraxiſſet. Atque hæc cum ſanctiſſima Euchariſtia inimicitiarum & contradictionum origo à principe tenebrarum.*

Ioan. 6.

Lib. 25. c. 30.

*Cumque his per Chriſtum oppreſſis hoſtibus, vniuerſa per orbem Chriſtianorum Eccleſia in vera fide & doctrina de Euchariſtiæ ſacramento ſacrificioque tranquilla plus mille annos permanſiſſet, tandem in Gallijs Satanas idoneum ſuorum mendaciorum miniſtrum & ſatellitem reperit, per quem bellum aduerſus vtrunque redintegraret. Berengarium dico, qui verum Chriſti corpus & ſanguinem per Euchariſtiam reipſa nobis ad offerendum & edendum primus negauit. Nec id, vt attigimus, niſi Satanæ conſilio & opera. Scriptum enim reliquit vir antiquitatis mirus explorator Vincentius Bellouacenſis in ſpeculo hiſt. horribilem ac ingentem Dæmonem, inter ipſum Berengarium & auditores eius, frequenter appar uiſſe, dum ille de ſua aduerſus Euchariſtiam hæreſi diſſereret. Referunt*

Lanfrancus. Guitmundus. Algerus. Antoninus. Sabellicus.

runt etiam alij beatum Fulbertum Carnotenſem Epiſc. in extremis agentem iuſſiſſe vt Berengarius è cubiculo abigeretur, quòd teterrimum dæmonem illi ſemper præſto eſſe conſpiceret. Hæc de Sacramentariorum & miſſoliturgorum parente.

Scribunt porrò de Luthero præceptore ſuo Alberus, Amſdorffius, & alij, quod omnium primus, huius nimirum ſæculi, de Tranſubſtantiatione, & ſacrificio incruento Euchariſtiæ doctrinam pontificiam oppugnauerit: quod eis non inuitè concedimus. Sed quo authore & conſultore id fecerit, ſecum, rogo & obſecro, pij omnes attentè conſiderent. Certè non dubitant hinc Geſnerus & Tigurini; inde Daniel Toſſanus in libello conſolatorio, & Neoſtadiani Sacramentarij, in Pandora ſua, coram mortalibus vniuerſis teſtificari, illum maligni ſpiritus inſtinctu hanc controuerſiam mouiſſe.

Pag. 127. Pag. 217 & 218.

Lib 2. Theo. Caluiniſt. art. 12.

Quinetiam, vt ſcriptis mandauit Schluſſelburgius, Beza ex baſi VVitebergenſium infernali, Lutherum ingenio iſtis controuerſijs de re Sacramentaria attrito ſæpenumerò erraſſe ſcripſit libro 1. epiſt. folio 275. Idem rurſus Caluini verba ex Vltima ad VVeſtphalum admonitione citat, quibus Lutheranorum de Cœna doctrinam, Commentum à diabolo ſuggeſtum appellat. Item: eoſdem eſſe mancipia Satanæ, quæ diabolus horribili modo faſcinauerit. Rurſumq́ Bezam, in Creophagia folio 23. illos à Satanæ ſpiritu, non Chriſti moueri. Quibus patet Sacramentarijs perſuaſiſſimum fuiſſe, ac etiamnum adhuc hodie eſſe, Lutherum in re Euchariſtica maligni ſpiritus afflatui omnino obſequutum fuiſſe.

Lib. 2. art. 1.

Verùm, iſtorum velut hoſtium ſuorum peruerſa iudicia, falſaq́ teſtimonia, Lutherani vel eleuabunt, vel vt omnino falſa & ſycophantica reprobabunt. Sed quid, ſi ipſiuſmet Lutheri verbis & ſcriptis, etiam ab eiſdem Lutheranis impreſſis, & per orbem euulgatis, idem cõprobemus? Non poterunt ea profectò vel mendacij, vel impoſturæ coarguere. En igitur propria eius primò contra Miſſam, quam vocat, priuatam ſcribentis verba, l. de Miſſa priuata, & vnctione ſacerdotum, VVitebergæ 1557. impreſſa, per Thomam Kclug, tomo 7. operum Lutheri, pagina 228. Contigit me ſemel ſub mediam noctem ſubitò expergefieri. Ibi me Satan mecum cœpit eiuſmodi diſputationem. Audi Luthere, doctor perdocte, noſti etiam te quindecim annis celebraſſe Miſſas priuatas penè quotidie. Quid ſi tales horrenda eſſent idololatria? Quid ſi ibi non adfuiſſet corpus & ſanguis Chriſti? &c. Tum ordine, prolixeq́ recitat quinque Satanæ argumenta, quæ attentiſſimè ex huius patris mendaciorum ore audiuit, vera eſſe credidit: ſicq́ à dæmone magiſtro doctus & perſuaſus, non modò à Miſſæ ſacrificio deinceps abſtinuit: ſed quàm potuit execrandis blaſphemijs traduxit, lacerauit, labefactauit. Et non pudet Hugnoſticos tam maledicti, abominati, & damnati doctrinæ ſuæ præceptoris? Non horrent id verbum Dei purum, reuelatam veritatem, Euangelium appellare, quod ipſemet Satan ex infernali pectore ſuo in aures Lutheri ſui inſuſurrauit ac euomuit? Non timent teterrimo huic fidei & ſalutis noſtræ aduerſario, ſuas aduerſus Chriſti doctrinam & Eccleſiam eius operas collocare? Ac ne quis dubitet Lutherum cum hoc monſtro arctiſſimam habuiſſe conſuetudinem, dextramqúe ad iſtud ſacerdotium ſacrificiumq́ Chriſtianorum oppugnandum dediſſe, audiat rurſum eundem de hac ſua familiaritate cum Satana pronunciantem. Crede mihi, inquit, bene, imò valde bene noui diabolũ.

In editione Ienenſi tom. 6. fol. 28.

A

Tom. 2. German. Ienæ, fol. 77. Colloq. Ger. fol. 275. & 281.

Mecum in dormitorio nonnunquam deambulat. Quando cum hominibus ſum, non nocet mihi: cùm verò me ſolum deprehendit, tum docet me mores. Et rurſum addit magis horrenda: Diabolus frequentius & propius mihi condormit, quàm mea Catharina. Et alio loco iactitans ſe aduerſariorum argumenta non timere, rationem hanc reddit: Quia ipſorum argumẽta per otium à Diabolo audiui, & grauiora quidem. Et non parum ſe in cacodæmonum ſchola proficere indicans, ſubdit: Habeo vnum & alterum mirabilem Diabolum, à quibus diligenter, & admodum intentè obſeruor. Sunt enim non vulgares, ſed magni dæmones, imò inter Diabolos magni doctores in Theologia. Et in literis ad Electorem Saxoniæ ſcribit: Diabolus interdum per meum cerebrum ita commeat, vt nec ſcribere poſſim, nec legere.

Collo. Germ. fol. 216.

Colloq. Ger. fol. 275.

B

Quis ergo dubitare poteſt, illum ab his omnia illa didiciſſe & accepiſſe, quæ aduerſus ſanctiſſimam Euchariſtiam tam impotenti ac furioſo animo deblaterat? Quantum verò ſibi placeret etiam per hunc familiarem herum ſuum hanc vitam finire, vt eam per illũ ducebat, his verbis manifeſtat: Malo per Diabolum, quàm per Cæſarem interire: ſic enim per magnum dominum interirem. Vel, vt alius commenſalis & diſcipulus eius collegit & vulgauit. Magis cupio per diabolum, quàm per Cæſarem mori: morior enim per magnanimum atque potentem Dominum. Atque hæc ſunt, viri Germani, non quæ Pontificij per ſycophantiam de vobis commenti ſunt: ſed quæ vel Lutherus veſter de ſeipſo teſtatus eſt; vel diſcipuli & commenſales eius Aurifaber & Rebenſtock ſectæ veſtræ miniſtri, ex illius ore collegerunt, ac inter vos typis excudi & vulgari curauerunt.

Colloq. Ger. fol. 259. & 285.

Colloq. Latin. fol. 32.

C

Hæc dogmatis veſtri prima initia, fulcra, fundamenta, ab ipſo Diabolo inuenta, erecta & conſtabilita. Et adhuc his inniti atque ſuperſtruere vos non pudet? Adhuc meliora ſapere piget? Imò deteriora (eheu!) ſequi delectat, quando pars veſtrum (quemadmodum vir Apoſtolicorum temporum de veſtris dixit abauis) media fertur Agina, pars, vt ipſi videtis & ingemiſcitis, proficit in peius, de calcaria pergens in carbonariam: id eſt, à Lutheraniſmo deficit ad Caluiniſmum, Arianiſmum, Maometiſmum, & Atheiſmum.

Tertul.

Nec enim porrò inter vos in quæſtionem vertitur, nec inter nos vllo modo dubitatur Caluiniſmum, Zuinglianiſmum, ſeu Sacramentariſmum huius ſæculi, ortum etiam habuiſſe à Satana, & ipſum cacodæmonem præcipuis authoribus eius omni ope & conſilio adfuiſſe, ad verba Chriſti, quibus ipſa ſacratur Euchariſtia, deprauanda & corrumpenda.

D

Enimuerò de illis verè ſcripſit Lutherus: Satanas in mundo haud dubiè author eſt Sacramentarijs huius Sacramenti labefactandi & euertendi gratia, contendens planè, ouo epoto, nobis relinquere putamina: hoc eſt, Chriſti corpus & ſanguinem è ſacramento tollere, vt præter ſimplicem panem à piſtore confectum nihil reliquum nobis remaneat. Ac vt quodã ordine in his etiam procedamus, Carolſtadius primus huius tragœdiæ author, frequenter & publicè iactauit, vti Lutherus & Chemnitius, cum quibus diutiſſimè vixit, ſcriptis tradiderunt, quod vir quidam ad eum veniſſet, qui demonſtrauit ei, quomodo verba cœnæ, in primis verò vocem τοῦτο, Hoc, detorquere valeret: nec dubitant Diabolum fuiſſe, qui eum poſtea totum occupauit ac poſſedit. Alberus Baſilienſis miniſter libro

Tom. 7. Ser. de Euch. pag. 335.

Libr. 2. cont cæleſt. propha. tom. 3. Lib. de Cœna, pag. 214.



libro contra Carloſtadianos, disertè ſcribit, Diabolum corporaliter in eo habitaſſe: imò multis illum obſeſſum fuiſſe legionibus Dæmonum. Ipſe quoque Lutherus non aliter tractans hominem in Colloquijs, quàm ſi cum obſeſſo ageret, ſuis commenſalibus dicebat: Quod diabolum eum nomino, nemo miretur. Nam ad Carolſtadium non reſpicio: ſed ad eum à quo obſeſſus eſt, & qui per eum etiam loquitur: Satanam intelligens. Denique Baſileenſes miniſtri in quadam Epiſtola memoriæ poſterorum reliquerunt, virum humana forma grandiorem (diabolum pro certo adfirmant) Carolſtadio concionante in templo viſum, ac protinus egreſſum, ædes illius intraſſe, ac filio ſpurio (incœſtas enim nuptias contraxerat) imperaſſe, vt patri diceret, ſe poſt triduum è viuis auferendum eſſe. Euentus acta probauit, horribili morte tum ſublato Carolſtadio. Atque hi omnium nouiſſimorum Hugnoſticorum patriarchæ, ex cineribus Berengarij ignes ſacramentarios quærentis & accendentis progreſſus, errores, miſerabiles exitus.

Colloq. Ger. fol. 367. & 375. Tom. 3 Ienenſi fol. 61.

B

Succenturiantis illi in Sacramentario errore Zuinglij inuenta propoſitaqúe non à Spiritu Sancto, non à verbo Dei, non à perpetuo conſenſu totius Eccleſiæ Catholicæ, non denique à ſanctorum Patrum doctrina prodierunt: ſed à ſpiritu nequam perambulante in tenebris, vt idem ipſe his verbis profitetur: Cùm tredecima Aprilis lux appeteret, (vera narro, adeoque vera, vt celare volentem conſcientia cogat effundere) viſus ſum mihi in ſomno multo cum tædio contendere cum aduerſario Scriba, ſicq́ue obmutuiſſe, vt proloqui non poſſem. Ibi ἀπὸ μηχανῆς viſus eſt monitor adeſſe (ater fuerit an albus, nihil memini) qui diceret: Quin ignaue, reſpondes ei, quod Exodi 12. ſcribitur: Eſt enim Phaſe, hoc eſt, tranſitus Domini. Protinus vt hoc phaſma viſum eſt, ſimul expergefio, & è lecto exilio. &c. Hæc ille, quæ Schluſſelburgius Superintendens Megapolenſium ita excipit. Ex hac Cinglij, ſecundi Sacramentariorum noſtri ſæculi anteſignani narratione, ipſa meridiana luce apertius eſt, Caluiniſtas ipſam ſacram ſcripturam non magnifacere. Nam Cinglius ne verbis Chriſti lucidiſſimis fidem haberet, maluit iſti atro angelo, in ſomno apparenti, quàm ipſi Chriſto credere. Certiſſimum enim eſt, non album, ſed atrum ſpiritum, id eſt, nõ bonum, ſed malum angelum fuiſſe monitorem iſtum, qui Cinglio dogmatis Sacramẽtarij incruſtationem reuelauit. Hoc conſequenter probat 1. ex eo, quod boni ſpiritus ſemper ea forma ſe conſpiciendos in apparitionibus præbeant, vt verè cognoſcantur, non diaboli, ſed boni eſſe angeli. 2. Nunquam atra, ſed alba forma ſemper appareant. 3. Nihil vnquam cogitant, dicant, faciant, niſi quod cum Dei voluntate & verbo per omnia congruere norunt. Cinglij autem monitor verba Filij Dei, ſignificat, pro, eſt, ſupponendo, falſare docuit. 4. Fructus Sacramentariorum, quos paſſim afferunt, ſole clarius oſtendunt, non Deũ verũ, ſed ipſiſſimum Diabolũ Cinglio per ſomnium ſuam hæreſim ſacramentariam inſpiraſſe. Hactenus iſte, qui & in Præfatione apologetica rurſum ſcribit: Diabolum Cinglio hæreſim ſacramentariam inſpiraſſe, inſuſurrando illi, vt, eſt, per, ſignificat, exponeret: hincq́ in Libro de vera & falſa religione, in recitatione verborum Cœnæ ex Euangeliſta Luca, pro, eſt, ſubſtituiſſe, ſignificat: quod

Tom. 2. fol. 249.

C

Prœmio li. Caluiniſticæ Theologiæ, fol. 3.

D

A

proculdubio famoſi ac impoſtoris illius ſerpentis, qui primos parentes decepit, certum ac manifeſtum eſt argumentum. Concludit porrò, huius diſcipulos non niſi à Satana inſtigatos, funeſtum, hoc aduerſus Euchariſtiam certamen in Eccleſia Dei excitaſſe, furijſq́ infernalibus actos idem bellum continuare; nec deſituros eſſe, prius quàm vel ſeipſos euerterint, vel Chriſtus illuſtri ſuo aduentu eos compeſcuerit, & commeritis pœnis affecerit. Prœmij pagina 2. Et hactenus de factione Zuinglij, qui Lutheri iudicio, tanquã latro & ſeditioſus mortuus, damnatus eſt, volens alios armorum vi ad ſuum errorem adigere.

Colloq Latin. tom. 2. fol. 36.

De Caluiniſtica verò nunc multiplici ac fera turba quid dicemus? Nonne & illius anteſignani atque primipili duce Satana, contra ſanctiſſimam Euchariſtiam infeſtis animis armiſq́ue inſurrexerunt? Certè cùm primæ cohortis dux Caluinus fatetur ſe à quodam genio ad conuicia, probra, & maledicta, quibus ſcriptiones eius ſcatent & redundant, concitari; prudentibus profectò atque ſagacibus cunctis æſtimandum reliquit, huiuſmodi genium ſpiritum eſſe blaſphemiæ, & contentionis, non manſuetudinis & gratiæ. Sed quid apertius, quod res eſt, pronunciare diſſimulamus? Manifeſtum & indubitatum eſt, eum cum vniuerſis manipularibus, eiuſdem atri ſpiritus furoribus agitari; qui in ſomnis apparuit Zuinglio anteceſſori, cuius aduerſus realem Chriſti in Euchariſtia præſentiam, & incruentam oblationem, hæreſes amplectuntur. Non enim poſſent tot illorum aduerſus Chriſtum, & expreſſum verbum eius horrendæ blaſphemiæ, niſi à diabolo prouenire. Si nobis non creditur, hac ſaltem in re Lutheranis, quos ſymmiſtas & commilitones ſuos in Harmonia, & Conſenſu orthodox. reputant, fides habeatur. Lutherum in primis nuper audiuimus, aſſerentem Satanam Sacramentarijs hoc Sacramentum labefactandi authorem eſſe. Alibi recenſuimus eum quoque cenſere cunctos Sacramentarios eſſe dæmoniacos, diabolis omni ex parte, ante, ponè, ſupra, infra, intus & extra obſeſſos Diabolum eoſdem admotis calcaribus agitare, & linguam calamumq́ue eorum contra Chriſtum moderari. Ergo ſi verè dixit Beza, Lutherum fuiſſe virum ore toto diuinitus afflatum. Caluiniani pro certo toti à ſpiritu immundo afflati ſunt. Sed quid de his Lutheri diſcipuli ac ſucceſſores? Schluſſelburgius conteſtatur, quod ſomnijs à nigro dæmone inſtillatis, teſtamentum Filij Dei labefactare, euertereq́ue nitantur. Idem libro primo Theologiæ Calu. art. 20. non dubitat opinionem eorum de Cœna, à quodam ſpectro, id eſt, ab ipſo ſpiritu tenebrarum ſuppeditatam eſſe. Et libro ſecundo, articulo primo, Bezam Dialogum, quem Creophagiam nominauit, haud dubiè dictante diabolo, contra Filij Dei teſtamentum concinnaſſe. Et articulo 12. Ipſum cacodæmonem eſſe magiſtrum omnium Caluiniſtarum. Denique libro tertio, articulo octauo omnino contendit, ſpiritum Caluiniſticum eſſe ſpiritum tenebrarum: & Sãtanam per Caluiniſtas organa ſua loqui. Ioannes Schutz Præfatione in libr. 50. cauſarum conſtanter adfirmat, Sacramentariſmum, in Caluinianis nunc potiſſimum vigentem, Camarinam eſſe, in quam multæ hæreſes confluunt, vltimamq́ue Satanæ iram, quam furijs agitatus, contra Chriſtum, eiuſq́ue Eccleſiam exercet. Nimis prolixum & fortè tædioſum eſſet VVeſtphali, Heshuſij, Chemnitij, Morli-

Epiſt. ad Bucerum.

In iconibus.

Prœmio l. Calu. theol.

Morlini, VVigandi, Chytræi, Coruini, Puchenij, & reliquorum Lutheranorum Superintendentium ac miniſtrorum ſimilia de Caluinianis iudicia referre, quibus vno velut animo indicant, & ore pronunciant, illos pro certo Spiritu vertiginis & diabolico agitari, vt Chriſtum in Euchariſtia reuera Eccleſiæ ſuæ præſentem, velut de ſolio ſuo deturbent ac propellant: ipſeq; Satanas tandem aliquando tyrannidi ſuæ opera eorum reſtitutus, rerum potiatur. Et de his hactenus. Ad Irenæum verè piè & Apoſtolicè de Euchariſtiæ ſacramento & ſacrificio diſſerentem reuertamur.

11. Non quaſi indigenti.] *Quia partim cum audaciſſimis ſimulq; calidiſſimis hæreticis, qui rectiſſima quæque ad impia figmenta ſua torquebant; partim verò cum ſimpliciſſimis et adhuc neophytis Chriſtianis, quibus imponere facilè erat, negotium habebat Irenæus; hîc & in ſequentibus frequenter inculcat, Deum nullis rebus hominum egere.*

12. Sed vti neque infructuoſi] *Varios multiplicesq; fructus communionis & oblationis corporis Chriſti, paucis iſtis verbis comprehendit; quos apertius enumerat capite trigeſimo quarto huius libri, & initio quinti.*

13. Nec ingrati] *Alia ratio eſt inſtitutæ oblationis Euchariſtiæ, nimirum, vt gratias agamus Dominationi eius, veluti clarius demonſtrat c. 34. & diſcamus Deo ſeruire. Inde grauiter & eruditè admodum docet Auguſtinus, cultum hunc, qui per ſacrificium exhibetur, nulli vnquam exhibendum, niſi vero & ſoli Deo lib. 8. de ciuit. cap. 27. & lib. 10. cap. 4. & 7. & epiſt. ad Deo gratias, quæſt. 3.*

14. Eum qui eſt ex creatura panis.] *Ambroſius,* Panis eſt ante verba ſacramentorum: vbi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti *Et paulo poſt:* Antequam conſecretur panis eſt, vbi autem verba Chriſti acceſſerunt, corpus eſt Chriſti. Denique audi dicentem: Accipite & edite ex eo omnes: Hoc eſt corpus meum. Et ante verba Chriſti, calix eſt vini & aquæ plenus: vbi verba Chriſti operata fuerint, ibi ſanguis efficitur, qui plebem redemit. *Lib. 4. de ſacra. cap. 4. & 5. Cyprianus martyr Serm. de Cæna Dom.* Panis iſte communis in carnem & ſanguinem mutatus, procurat vitam & incrementum corporibus. *Et non ita multò poſtea:* Panis iſte, quem Dominus diſcipulis porrigebat, non effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia verbi factus eſt caro.

15. Hoc eſt meum corpus] *Ita legit vetus codex: & Paulus 1. Corint. 11.* τȣ̃τό μȣ ἐςὶ τὸ σῶμα, *hancque lectionem retinet Iacobi Liturgia Græca. Verba verò hæc de pane dici, iiſdemq; effici corpus Chriſti, apertius poſtea docet cap. 34. dicens:* Panis percipiens inuocationem Dei: iam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia, *&c. Et lib. 5.* Quando mixtus calix, & fractus (*ſiue factus*) panis percipit verbum Dei, fit Euchariſtia corporis & ſanguinis Chriſti, *&c.*

16. Et Calicem] *Chriſtus profectò tam ſtudioſè accipiens Calicem; & Paulus vocans eum* Calicē benedictionis, *&* Calicem Domini, *ſatis docuerunt, non in vaſis prophanis & communibus tam auguſtum myſterium exercendum eſſe, vt prophani volunt hæretici. Conſtat enim etiam à temporibus illis ad nos vſq; hæc ſacra vaſa propter conſortium corporis & ſanguinis Domini ſanctificata, cūctis Chriſtianis honori fuiſſe ac venerationi. Nam & ipſe calix certè argenteus,*

A *in quo Dominus conſecrauit, adhuc quingentis poſtea annis, Ieroſolymis in ſcriniolo reconditus religioſè ſeruabatur, & per operculi foramen tangi & oſculari peregrinantibus concedebatur, vt teſtis eſt venerabilis Beda, lib. de locis ſacris, c. 2. Iuſtinus martyr ad finem Apolog. 1. refert Calicem allatum præſuli ad ſacrandum. Tertullianus teſtatur ſuo tempore Calices imaginibus Chriſti, inſtar paſtoris ouem aberrantem referentis, depictos ornatoſq; fuiſſe.* (L. de pudic. ca. 7. & 10.) *Cyprianus epiſt. ad Cæcilium, de ſacramento Dominici calicis, & ſerm. de lapſis, ſacri huius poculi non ſemel meminit. Etiam aureos & argenteos Calices Eccleſiam Africanam habuiſſe temporibus Diocletiani; ſatis declarant acta Cirtenſia, ab Auguſtino relata in Breuiculo collat. cum Donatiſt. die 3. c. 13.* (Tomo 7.) *Athanaſius deinde ex actis ſynodi Alexandrinæ, docet eum impium eſſe, qui myſticum poculum, niſi apud legitimos Eccleſiæ præſides inuentum, ſponte fregerit,* (Apologia 2.)
B quia ſanguini Chriſti ex eo propinato contumeliam facit. *Optatus Donatiſtis exprobrat,* Calices Chriſti ſanguinis portitores fregiſtis, eorum ſpecies reuocaſtis in maſſas, *&c. Nazianzenus orat. 1. in Iulianum, Theodoretus lib. 3. hiſt. c. 12. & 13. tantundem vitio vertunt Iuliani apoſtatæ officiariis & agnatis Felici ac Eluidio, &c. Cæteris ne longior ſim, ſuperſedeo.*

17. Noui Teſtamenti nouam docuit oblationem] *His declarat Chriſtum verbo ſuo inſtituiſſe et docuiſſe ſacrificium corporis ſui, iuſſiſſeq; Apoſtolos noui Teſtamenti ſacerdotes & epiſcopos itidem facere, & Eccleſiis tradere, cùm primus ipſe iuxta ordinem Melchiſedec obtulerit: deinde, vt explicat B. Clemens, præcepit dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Neque verò ſine inſigni impudentia poſſunt hæc Irenæi verba ad ſacrificia ſpiritalia torqueri; cùm ea noua non* C *ſint in nouo Teſtamento. Multo adhuc minus ad eleemoſynas, in gratiam egenorum & Eccleſiæ miniſtrorum à fidelibus collatas & oblatas; aut ad panem communem, necdum conſecratum referri, vt nugantur cum Magdeburgenſibus, Maior, & Gallaſius: ſed de ipſis iam verbo Dei conſecratis pane & calice ſunt accipienda & intelligenda. Nam apertiſſimè ſcribit Irenæus, Chriſtum tunc conſilium dediſſe offerendi, cùm panem accepit dicens, Hoc eſt meum corpus; ſimiliter & calicem ſuum ſanguinem eſſe confitebatur, nouiq; Teſtamenti nouam docuiſſe & tradidiſſe oblationem.*

18. Quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens] *Non tantùm ſacrificii Miſſæ actionem ipſam & ſubſtantiam, (vt loquuntur) quæ conſecrationem, oblationem, & communicationem veluti præcipuas partes complectitur, Apoſtolos vnà cum Euangelio, Baptiſmo, & aliis ſacramentis tradidiſſe Eccleſiis, auſim poſt Irenæum* D *affirmare: verùm & ſingulos ritus & ceremonias, ſiue veſtes, luminaria, incenſum, orationes, laudes, gratiarum actiones, lectiones, ablutiones manuum, ſalutationes & acclamationes ad populum, pro viuis & defunctis precationes, & benedictiones ſi ſpectauerimus: quemadmodum ex liturgiis B. Iacobi, B. Dionyſii, & B. Clementis attentis & piis lectoribus liquidum eſt.*

19. In vniuerſo mundo offert Deo.] *Iacobum alioſq; Apoſtolos Ieroſolymis ſacrificaſſe monſtrat, cum illius Liturgia, Actorum Apoſtolorum liber cap. 2. & ſexta vniuerſalis Synodus. Paulum Corinthiis ritus* (1. Cor. 11.) *Euchariſtiæ prius opere, deinde ſcripto tradidiſſe ipſe ſibi teſtis eſt: eundem quoq; in Eccleſia Antiochena cum Barnaba & aliis Chriſtianæ pietatis Antiſtitibus ieiunaſſe, & Domino rem ſacram feciſſe,* λειτȣργούντων



A δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ, *docet peregrinationum eius comes Lucas Euangeliſta.* (Act. 13.) *Ibidem etiam Miſſarum ſolemnia B. Petrum celebraſſe, ſcribunt Gregorius magnus, & Iſidorus, Epiſt. ad Io. Syracuſanum; & lib. 1. de officiis. Mathæum in Aethiopia iuxta altare in quo celebrauerat, Martyrium obiuiſſe teſtatur Abdias. Quotidie ſe immaculati agni carnem & ſanguinem ſacrificaſſe, & populis diſtribuiſſe profitetur, qui Schytiam, Moſcouiam, Germaniam, Græciam, & Achaiam euangelii gratia luſtrauerat B. Andreas; vt teſtatur Epiſt. eccleſiarum Achaiæ ad vniuerſas per orbem eccleſias; cuius meminerunt Cyprianus lib. de Duplici martyrio; Algerus & Bernardus. Thomam, Philippum & Bartholomæum in Perſide, India & vniuerſo Oriente tanti ſacramenti formam & doctrinam magna diligentia comprobaſſe non eſt ambigendum. Marcum Alexandriæ, Ioannemq; Epheſi Chri-* B *ſtiani ſacerdotii munere functos eſſe clarum eſt. Romæ Petrum & Clementem huic oblationi operam dediſſe: Galliis demum noſtris Martialem, Aurelianum, Dionyſium Areopagitam, prout ab Apoſtolis edocti fuerant, & altaria erexiſſe, Miſſarumq; ſolemnia celebraſſe, & poſteris ad hæc vſq; tempora tradidiſſe, ſcripta eorum loquuntur. Iure igitur optimo affirmat Irenæus Eccleſiam toto orbe diſperſam, Euchariſtiæ oblationem, vt ab Apoſtolis accepit, Deo omnipotenti offerre, iuxta Malachiæ vaticinium, & Domini noſtri præſcriptum.*

20. Malachias ſic præſignificauit] *Hunc cū vet. cod. Auguſtinus Malachielem vocat, quem & Angelum nuncupatum, & Eſdram ſacerdotem fuiſſe, cum Hebræis, Ionatham Chaldæo, & Hieronymo, opinatur lib. 20. de Ciuitate Dei cap. 25. Dorotheus martyr in Synopſi, tradit Angelum Domini illi apparuiſſe eo ipſo ſecundo die, quo aliquid prophetaſſet. Clemens Alex. vbicunque eius meminit, Angelum tantum vocat. Epiphanius ſcribit illum ob formam oppidò quàm præſtantem, manſuetudinem & inſignem pietatem, id nomen conſequutum eſſe.*

*Porrò locum hunc prophetæ, de ſacrificio corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, ante Irenæum interpretati ſunt Clemens Rom. lib. 7. Conſtitu. Apoſt. c. 31. Martialis Epiſt. ad Burdega. cap. 3. Iuſtinus martyr in dialogo: Poſtea verò Tertullianus lib. 3. contra Marcio. Cyprianus lib. 1. aduerſus Iudæos cap. 16. Chryſoſtomus in Pſal. 95. Auguſtinus 18. de Ciuit. Dei cap. 35. & li. 19. ca. 23. & lib. 1. contra aduerſarium legis cap. 20. Euſebius li. 1. de Demonſt. Euan. cap. vltimo: Damaſcenus lib. 4. c. 14. Petrus cognomento venerabilis lib. 1. contra Petrobruſianos; & lib. 2. contra Iudæos cap. 3. Immò & qui Chriſto nomen non dederat, Rabbi Samuel Paraſtaſi veri Meſſiæ ad Rabbi Iſaac magiſtrum ſynagogæ Subiulmetæ in regno Morochiano, cap. 20. & 23. vt impietas ſit pluſquam Iudaica, huic interpretationi repugnare.*

## *QVEMADMODVM NOMEN DOMINI noſtri Ieſu Chriſti proprium patris oſtenditur.*

### CAPVT XXXIII.

C QVod eſt autem [aliud] nomen, quod in Gentibus glorificatur, quā quod eſt Domini [noſtri,] per quem glorificatur Pater, & glorificatur homo? Et quoniam proprii Filii eius eſt, & ab eo factus eſt homo, ſuum illud vocat. Quemadmodum ſi quis rex ipſe filii ſui pingat imaginem, iuſtè ſuam illam dicit imaginem ſecundùm vtrumque, quoniam & filii eius eſt, & quoniam ipſe fecit eam: ſic & Ieſu Chriſti nomen, quod per vniuerſum mundum glorificatur in Eccleſia, ſuum eſſe confitetur Pater, & quoniam Filii eius eſt, & quoniam ipſe ſcribens id, ad ſalutem dedit hominum. Quoniam ergo nomen Filii, proprium Patris eſt, & in Deo omnipotente, [2] per Ieſum Chriſtum offert Eccleſia, bene ait ſecundùm vtraque, Et in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium purum. Incenſa autem Ioannes in Apocalypſi, orationes eſſe ait ſanctorum. (Apoc. 5. 9.)

### ANNOTATIONES.

1. Quod eſt autem aliud nomen.] *Nomen Domini IESV, etiam ad Patrem, qui genuit & miſit* D *eum, pertinet: & per illud vbique glorificatur inter Gentes, dum Eccleſia offert per ipſum preces & ſacrificium purum. Impii igitur ſunt in Filium & Patrē Caluiniani idem nomen IESV nulla omnino reuerentia dignum exiſtimantes, vt in Dialogo tertiò ſuperiore anno demonſtrauimus.*

2. Per Ieſum Chriſtum offert Eccleſia] *Locum hunc illuſtrant & confirmant aliquot non abſimiles patrum ſententiæ ſubiectæ. Cypria. Epiſtola 68.* Sacerdos in altari vice Chriſti fungitur, & ſacrificium verum & plenum Deo Patri in paſſionis vnigeniti ſui offert recordationem: *Auguſt. 10. de Ciuitate Dei cap. 20.* Chriſtus ſacerdos eſt, ipſe offerens, ipſe & oblatio: cuius rei ſacramentum quotidianū eſſe voluit Eccleſiæ ſacrificium: cùm ipſius ipſe ſit caput, & ipſius capitis ipſe ſit corpus, tam ipſa per ipſum, quàm ipſe per ipſam ſuetus offerri. *Chryſoſt. hom. 83. in Matth.* Qui tunc iſta in illa cœna confecit, ipſe nunc quoque operatur, ipſe perficit, miniſtrorum nos ordinem tenemus: qui verò hæc ſanctificat & tranſmutat; ipſe eſt. *Ambroſ. in Pſalmum 38.* Etſi nunc Chriſtus non videatur offerre, ipſe tamen offertur in terris, quando corpus Chriſti offertur. Imò ipſe offerre manifeſtatur in nobis, cuius ſermo ſanctificat ſacrificium, quod offertur; &cæt.

# *DE SACRIFICIIS ET OBLATIONIBVS, & qui ſunt qui in veritate offerunt.* A

## CAPVT XXXIIII.

IGitur Eccleſiæ oblatio, [1]quam Dominus docuit offerri in vniuerſo
mundo, purum ſacrificium reputatum eſt apud Deum, & acceptum
eſt ei: non quòd indigeat à nobis ſacrificium, ſed quoniam is qui of-
fert, glorificatur ipſe in eo quod offert, ſi acceptetur munus eius. Per
munus enim erga Regem, & honos & affectio oſtenditur: quod in om-
ni ſimplicitate & innocentia Dominus volens nos offerre, prædicauit
Matth. 5. 24. & 25. dicens. [2]Cùm igitur offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quoniam fra-
ter tuus habet aliquid aduerſum te, dimitte munus tuum ante altare, & vade primũ
reconciliari fratri tuo, & tunc reuerſus [offeres] munus tuum. [3]Offerre igitur opor-
Deut. 16. 16. tet Deo primitias eius creaturæ, ſicut & Moyſes ait. Non apparebis vacuus ante con- B
ſpectum Domini Dei tui: vt in quibus gratus extitit homo, in his gratus* ei deputa- *eis
tus, eum qui eſt ab eo percipiat honorem. [4] Et [non] genus oblationum reprobatum
eſt, oblationes enim & illic, oblationes autem & hîc: ſacrificia in populo, ſacrificia
& in Eccleſia: ſed ſpecies immutata eſt tantùm, quippè cùm iam non à ſeruis, ſed à li-
beris offeratur. Vnus enim & idem Dominus, proprium autem character ſeruilis
oblationis: & proprium liberorum, vti & per oblationes oſtendatur indicium li-
bertatis. Nihil enim ocioſum, nec ſine ſigno, [5]neque ſine argumento] apud eum. Et
Exod. 22. propter hoc illi quidem decimas ſuorum habebant conſecratas: qui autem percepe-
Leuit. 27. runt libertatem, omnia quæ ſunt ipſorum ad dominicos decernunt vſus, hilariter
Deut. 14. & 23. & liberè dantes ea, non quæ ſunt minora, vtpote *maiorem ſpem habentes, vidua il- *maiorum
Luc. 21. 1. la & [paupere] hîc totum victum ſuum* mittente gazophilacium Dei. [6] Ab initio e- *mittens
Heb. 11. 4. nim reſpexit Deus ad munera Abel, quoniam cum ſimplicitate & iuſtitia offerebat:
ſuper ſacrificium autem Cain non reſpexit, quoniam cum zelo & malitia, quæ erat
aduerſus fratrem, diuiſionẽ habebat in corde, quemadmodum occulta eius arguens C
Gen. 4. 7. Deus ait. [7]Nónne ſi rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccaſti? quieſce: quoniam
non ſacrificio placatur Deus. Si enim quis ſolummodo ſecundùm quod videtur,
mundè & rectè & legitimè offerre tentauerit; ſecundùm [autem] ſuam animam non
rectè diuidat eam, quæ eſt ad proximum communionem, neque timorem habeat
Dei, non per id quod rectè foris oblatum eſt ſacrificium, [8] ſeducit] Deum, intus ha-
bens peccatum: nec oblatio talis proderit ei aliquid, ſed ceſſatio mali, quod eſt intus
conceptum, ne per *aſſimulatam operationem, magis autem peccatum ipſum ſibi *aſſimilatam
Matth. 23. 27. homicidam faciat hominem. Propter quod & dicebat Dominus. Væ vobis Scribæ
& Phariſæi hypocritæ, quoniam ſimiles eſtis monumentis dealbatis. A foris enim
ſepulchrum apparet formoſum, intus autem plenum eſt oſſibus mortuorum, & v-
niuerſa immunditia: ſic & vos à foris quidẽ apparetis hominibus quaſi iuſti, intus
autem pleni eſtis malitia & hypocriſi. Cùm à foris enim rectè offerre [9] putarentur,]
ſimilẽ zelum Cain habebant in ſemetipſis: propter quod [&] occiderunt iuſtum, præ-
Gen. 4. 7. iuxta 70. termittentes conſilium verbi, quemadmodum & Cain. Illi enim ait. Quieſce, & non *impetui
Matt. 23. 26. aſſenſit. Quieſcere autem quid eſt aliud, quàm deſinere à propoſito *impetus? Et his D
ſimilia dicens: Phariſæe (inquit) cæce, emunda quod eſt intus calicis, vt fiat & quod
Iere. 22. 17. foris eſt, mundum. Et non audierunt. Ecce enim (ait Hieremias) non ſunt oculi tui,
nec cor tuum bonum; ſed in cupiditate tua, & ad ſanguinem iuſtum vt effundas eũ,
Iſaiæ 30. 1. & ad iniuſtitiam, & ad homicidium, vt facias. Et iterum Eſaias. Feciſtis (inquit) [10]
cõſilium,] non per me, & *teſtamenta, non per ſpiritum meum. Vt igitur interior eo- *teſtamentum,
rum voluntas & cogitatio ad manifeſtum producta, ſine culpa & malum non ope- *oſtendam
rantem *oſtendat eſſe Deum, eum qui abſconſa manifeſtat, [11] ſed non] qui malum o-
Gen. 4. 7. peretur: [12] cùm minimè acquieſceret Cain, ait ei. Ad te conuerſio eius, & tu domina-
Ioan. 19. 10. beris eius. Pilato quoq; ſimiliter dicebat. Nullam haberes poteſtatem in me, niſi *da- *datum
ta tibi fuiſſet deſuper, concedente Deo [13] ſemper iuſtum, vt hic quidem ex his quæ paſ-
ſus eſt & ſuſtinuit, probatus recipiatur: qui autem malignatus eſt, ex his quæ egit ad-
iudicatus, expellatur.

[14]Igitur non ſacrificia ſanctificant hominem: nõ enim indiget ſacrificio Deus, ſed
conſcientia eius qui offert, ſanctificat ſacrificium, pura exiſtens, & præſtat acceptare
Iſaia 66. 3. Deum quaſi ab amico. [15]Peccatori] autem inquit; Qui occidit mihi vitulum, quaſi oc
cidat canem. Quoniam igitur cum ſimplicitate Eccleſia offert, iuſtè munus eius pu-
rum ſa-



A rum ſacrificium apud Deum deputatum eſt. Quemadmodum & Paulus Philippen-
ſibus ait. Repletus ſum acceptis ab Epaphrodito, quæ à vobis miſſa ſunt, odorẽ ſua- Philip. 4. 18.
uitatis, hoſtiam acceptabilem, placentem Deo. Oportet enim nos oblationem Deo
facere, & in omnibus gratos inueniri fabricatori Deo, [16] in ſententia pura, & fide ſine
hyprocriſi, in ſpe firma, in dilectione feruenti, primitias earum [17] quæ ſunt eius] crea-
*pura turarum offerentes: & hanc oblationem Eccleſia ſola *puram offert fabricatori, of-
ferens ei cum gratiarum actione ex creatura eius. Iudæi autem iam non offerunt:
manus enim eorum ſanguine plenæ ſunt: [18]non enim receperunt Verbum, per quod Iſaiæ 1. 15.
offertur Deo. [19]Sed neque omnes hæreticorum ſynagogæ. Alij enim alterum præter
*ea quæ ſecundum nos creata fabricatorem dicentes patrem, ideo *quæ ſecundùm nos creaturæ ſunt offerentes ei,
cupidum alieni oſtendunt eum, & aliena concupiſcentem. Qui verò ex defectione,
& ignorantia, & paſſione dicunt facta ea quæ ſunt ſecundùm nos, & ignorantiæ &
paſſionis & defectionis fructus offerentes, peccant in patrem ſuum, contumeliam fa-
cientes magis ei, quàm gratias agentes.

[20] Quomodo autem conſtabit eis, [21]eum panem in quo gratiæ actæ ſint, corpus eſſe
Domini ſui, & calicem ſanguinis eius; ſi non ipſum fabricatoris mundi Filium di-
*effluunt cant, id eſt, Verbum eius, per quod lignum fructificat, & *defluunt fontes: & [terra]
dat primùm quidem fœnum, pòſt deinde ſpicam, deinde plenum triticum in ſpica? [22]
B Quomodo autem rurſus dicunt carnem in corruptionem deuenire, & non percipe-
re vitam, quæ à corpore Domini & ſanguine alitur? [23] Ergo aut ſententiam mutent,
aut abſtineant offerendo quæ prædicta ſunt. [24] Noſtra autem conſonans eſt ſenten-
tia Euchariſtiæ, & Euchariſtia rurſus confirmat ſententiam noſtram. [25]Offerimus e-
nim ei quæ ſunt eius, congruenter communicationem & vnitatem prædicantes car
nis & Spiritus. Quemadmodum enim qui eſt à terra panis [26] percipiens inuocationẽ]
Dei, [27] iam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia, ex duabus rebus conſtans, ter-
rena & cæleſti: [28] ſic & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, iam non ſunt cor-
ruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia. Offerimus autem ei, non quaſi indigenti,
[29] ſed gratias agentes donationi eius, & ſanctificantes creaturam. Quemadmo-
dum enim Deus non indiget eorum quæ à nobis ſunt, ſic nos indigemus offerre
aliquid Deo. Sicut Salomon ait. Qui miſeretur pauperi, fœneratur Deo. Qui enim Prou. 19. 17.
nullius indigens eſt Deus, in ſe aſſumit bonas operationes noſtras, [30] ad hoc vt præ-
C ſtet nobis retributionem bonorum ſuorum. Sicut Dominus noſter ait. Venite be-
nedicti Patris mei, percipite præparatum vobis regnum. Eſuriui enim, & dediſtis mi- Matt. 25. 34.
hi manducare; ſitiui, & potaſtis me: hoſpes fui, & collegiſtis me: nudus, & cooperui-
ſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere, & veniſtis ad me. Sicut igitur non his in-
digens, attamen à nobis propter nos fieri vult, ne ſimus infructuoſi: [31] ita idipſum]
Verbum dedit populo præceptum faciendarum oblationum, quamuis non indige-
*diſcerent ret eis, vt *diſceret Deo ſeruire. Sic & ideo nos quoq; offerre vult munus ad altare fre-
quenter ſine intermiſſione. [32] Eſt ergo altare in cælis. Illuc enim preces noſtræ, & ob-
lationes noſtræ diriguntur: & ad templum, quemadmodum Ioannes in Apocalypſi
ait. Et apertum eſt templum Dei, & tabernaculum. Ecce enim (inquit) tabernaculũ Apoc. 11. & 21.
Dei, in quo habitabit cum hominibus.

## ANNOTATIONES.

1. Quam Dominus docuit offerri.] *Obſerua quàm frequenter, grauiter, & nominatim repetat Chriſtum Dominum authorem & inſtitutorem eſſe ſacrificij Euchariſtiæ.* D

2. Cùm igitur offers.] *Hunc Euangelij locum de Euchariſtiæ oblatione cum Irenæo interpretantur B. Clemens Rom. lib. 2. Conſtit. Apoſt. c. 58. Optatus Mileui. lib. 6. contra Parmenianum: Cyrillus Hieroſ. 5. Catecheſi myſtagogica.*

3. Offerre igitur oportet Deo primitias] *Quia ſæpe oblationis primitiarum meminit, de illis quædam diſſerere operæpretium viſum eſt.*

*Primitias vocabant Hebræi primos fructus frugum, vinearum, olearum, &c. quos ex agris quotannis percipiebant: Deoq; offerre lege tenebantur, Exod. 22. 23. 25. 34. Deutero. 12. 18. 26. Nume. 15. 18. 31. Leui. 23. 25. Ab initio autem, arbitrio offerentium relictum fuit quantum quiſq; offerre vellet: verùm ob ingratum animum populi, & ſacerdotum auaritiam, Magiſtrorum deinde arbitrio effectum eſſe tradit Hieronymus, vt qui plurimùm, quadrageſimam partem daret; qui minimũ, ſexageſimam: inter quadrageſimam & ſexageſimam licebat offerri quæcumq; collibuiſſet.*

*Primò autẽ offerebant, gratias agentes Deo authori et largitori omnium bonorũ, eiq; vt ſummo omnium imperatori tributo perſoluto, ſe famulitium perpetuum præſtaturos recipiebant.*

*Secundò, Sacerdotes & Leuitæ, quibus nulla terræ portio certa fuerat, quiq; continuò ſacris operabantur, his oblationibus honeſtè alebantur, atq; ob eam rẽ Deus eorum agris vbertatem pollicebatur.*

*Tertiò, viduarum, pupillorum, peregrinorum & pauperum neceſſitatibus conſulebatur.*

*Poſtremò, hoc genere oblationum, vt reliquis ſacrificijs & ceremonijs legalibus, venturum Meſſiam; et per eiuſdem perfectam oblationem peccatorum expiationem, perfectamq; cum Deo reconciliationem ſe credere & expectare ſignificabant.*

Chriſtiani autem cùm legis ceremonijs per Chriſtũ ſoluti ſint, poſtremaq́ʒ ratio ad eas ſpectet, nunquam ea conditione primitias offerre licet. Quia verò aliæ rationes ad moralia pertinent, quæ Chriſtus non abrogauit, ſed explicauit & confirmauit, iudicauerunt Apoſtoli, horumq́ʒ ſucceſſores, Chriſtianos adhuc decimarum & oblationum offerendi muniere teneri. Id docet B. Clemens Romanus his verbis: Quamquam Dominus liberauit vos à ſeruitute adiectorum vinculorum, non amplius ſinens vos ſacrificare animalia bruta pro peccatis: non tamen vos oblationibus liberauit, quas Sacerdotibus debetis; & beneficentijs, erga eos, qui egent. Ait enim Dominus in Euangelio. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra, &c. Ita ergo abundabit, ſi de ſacerdotibus, orphanis, viduis maiorem curam ſuſcipietis. lib.2.Conſt.Apoſt.cap.39. Rurſus cap. 29. docet quantum debeant Epiſcopi ex primitijs & decimis capere, & reliquis communicare, prohibens ne ſoli obliguriant ac dilapident, aliàs eis exprobrabitur; Lac comedebatis, & lanis veſtiebamini, &c. Iterum, quomodo ex omnibus prorſus bonis & poſſeſſionibus dari debeant, ſcribit lib.7.cap. 30. quibus diſtribui, lib.8.cap.36. & 37. quibuſq́ʒ verbis Epiſcopus eas ſuſcipiens benediceret, lib.8.cap. 46. Iubet quoq́ʒ nouas ſpicas, vuas, Oleum ad luminaria, & tempore quo ſancta celebratur oblatio, thimiama ad altare offerri, Canon 4. Apoſtolorum: omnium verò aliorum primitias, mitti debere ad domum Epiſcoporum & presbyterorum, nequaquam ſuper altare, Cano.5.eorundem.

Qui præter hos Clementis & Irenæi locos, de illis ampliora deſiderat, conſulat Vrbani Papæ & martyris Epiſtolam ad omnes Epiſcopos: Origenem hom.11.in Numeros, & 10. in Ioſue: Epiphanium hæreſi 80. Hieronymum in cap. 44. Ezech. Gratianum cauſſa 16. Quæſtione 7. demùm Thomam Aquinatem 2.2.q.87.Artic.4.

4. Et non genus oblationum] Sic cum negatione legendum, cum veteri cod. indicat ſenſus, qui nullus aliàs exiſteret; & me ante veteris exemplaris fidem, mirè diſtorſit. Docet ſacerdotium & ſacrificia per Chriſtum non eſſe ſublata, ſed tranſlata: non abrogata, ſed conſummata; id eſt, in alia multò auguſtiora mutata: quod & Paulus ſcribit: Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt vt & legis tranſlatio fiat. *Heb.7.12.* Tranſlatum ait, ſeu commutatum, non quaſſatum, prohibitum, aut (vt cum Irenæo loquamur) reprobatum; quia oblationes illic, id eſt apud Iudæos; oblationes & hic, apud Chriſtianos: ſacrificia in populo, id eſt ſynagoga Hebræorum; ſacrificia & in Eccleſia Chriſtianorum. Illa enim tantùm figuræ erant & vmbræ futurorum bonorum, hæc verò veritatem ipſam, quam ſignificant, & cõplectuntur, & exhibent.

*Lib.2. Conſt. Apoſt.cap. 29.* Clemens Rom. ante Irenæum hoc ita dilucidè & acutè explicauit. Tabernaculum teſtimonij per omnia figuram Eccleſiæ referebat, &c. Vos igitur hodie ô Epiſcopi, eſtis populo veſtro ſacerdotes & leuitæ, qui miniſtrant ſacro tabernaculo ſanctæ & Catholicæ Eccleſiæ; atq; aſſiſtentes ad altare Domini & Dei noſtri, & adducentes ei, καὶ προσάγοντες αὐτῷ τὰς λογικὰς καὶ ἀναιμάκτους θυσίας, rationales & incruentas hoſtias, per Ieſum magnum pontificem. Et lib. 6.cap.23. Baptiſmum, ſacrificium, ſacerdotiũ, localem adorationem mutauit: pro quotidiano baptiſmo, vnum ſolum: pro ſacrificio cruento, rationale & incruentum ac myſticum ſacrificium inſtituit, quod in mortem Domini per ſymbola corporis & ſanguinis ſui celebratur. Hæc ille in lib. de Conſt. Apoſt. quos germanos & verè illius eſſe tam vnanimi ſententia Patres omnes veteris Eccleſiæ confirmant, vt flagitioſæ impudentiæ ſit dubitare aut negare. Eadem pertractat Auguſtinus lib.17. de Ciuitate Dei cap.17. & 20.

Obſeruandum quoq́ʒ Irenæum non loqui de ſacrificijs illis ſpiritalibus cordis contriti, orationis, laudis, gratiarum actionis, & beneficentiæ; quæ omni ætati & legi communia fuerunt; ſed de noua noui teſtamenti externaq́ʒ oblatione, quam legalibus externis opponit. Id enim ſacrificium omnibus ſacrificijs veteris Teſtamenti ſucceſſiſſe, ex apertis ſcripturis oſtendit Auguſtinus 17. de Ciuit.cap.20.

5. Neque ſine] Ita vetus codex: excuſi ſiue.

6. Ab initio enim reſpexit.] Hebræi per hunc Dei reſpectum, cæleſtem oblatæ rei combuſtionem intelligunt, qualis poſtea contigit ſub Manue, Aarone, Salomone, Elia, & Machabæis.

7. Nonne ſi rectè offeras.] Septuaginta interpretum lectionem ſequitur, vt poſt eum Ambroſius lib. de Incarnationis do.ſacra. cap.primo, Sermone 9. libr. de Cain & Abel cap.6. Cyrillus Alex. lib.2. in Gene. Proſper Aquitanicus lib.2. de vocat.gen.cap. 13. Chryſoſtomus Hom.18. in Geneſim. Et de hoc iam ſuperius dictũ eſt.

8. Seducit.] Sic vetus codex: excuſi, ad ſe ducit.

9. Putarentur.] Expunximus putantur auth. vet.codicis.

10. Conſilium] Ita cum veteri codice habet ſacrorum Bibliorum literà: ideo concilium deleuimus.

11. Sed non] Ita vetus codex: excuſi, ſed eum.

12. Cùm minimè acquieſceret.] Vetus cod. Cùm minimè quieſceret.

13. Semper iuſtum] ſuper iuſtum, lubens legerem, & ſi nullus codicum hoc doceat.

14. Igitur non ſacrificia.] Nulla ſacrificia externa per ſe ſanctificant hominem cum impia mente, ac odio proximorum offerentem, vt ſupra de Cain oſtendit; conſequenter quoq́ʒ probat ex Iſaia: ſed conſcientia pura & ſimplex, quemadmodum Eccleſia offert Deo, ſanctos efficit.

15. Peccatori] Deleuimus Peccator auth.vet.co.

16. In ſententia pura.] Fallunt turpiſſimè, & falluntur Magdeburgenſes, qui his verbis contendunt ſpecies ſacrificiorum enumerari, vt oblationem corporis Chriſti Irenæo inde ignotam probent. Non enim ſacrificia enumerat; ſed quibus virtutibus, modis, & præcedentibus animi præparationibus homines Deo grati, gratam ei oblationem offerant & percipiant, docet. Huc pertinet illa Diaconi ante oblationem & communionem proclamatio apud Clementem, Baſilium, Cyrillum Ieroſolymitanum, & Chryſoſtomum; Ne quis infidelis: Ne quis in hypocriſi: Ne quis doloſè vt Iudas: Ne quis contra aliquem: Nullus Catechumenus: Nullus hæreticus: Sancta ſanctis. *Li.2.Conſt. cap.61. & lib.8 c.15. In Liturg.*

Ad hæc quoque pertinuiſſe ſymbolicam manuum ablutionem profitentur Dionyſius Areopagita lib. de Eccle. Hie.cap.3. & Cyrillus Ieroſo. Cate.Myſtagogica 5. Nec aurea, quæ ſequuntur, oris verè aurei verba prætermittere poſſum. Qua re mundiorem eſſe non oportet (ait) eum, qui hoc ſacrificio participaturus eſt? Quos radios ſolares non debet excedere manus illa, quæ hanc carnem pertractat, os quod igne impletur ſpirituali, lingua quæ cruentatur hoc admirabili ſanguine? *Chryſoſt. hom. 83. in Matth.* In eam rẽ præclara & multa reperies apud Iſichium in cap. 26. Leuitici: Auguſtinum Epiſt. ad Iulianum comitem: Hieronymum commentarijs in Epiſt. ad Titum: Gregorium Nyſſenum lib. de vita Moſis: Cyprianum Ser.5. de lapſis: & Clementem Alex.4.Stro.



17. Quæ ſunt eius.] Ita legendum docuit vetus cod. excuſi, quæ ſunt eis.

18. Nõ enim.] Vet.co. duas voculas per, & Deo, neſcit; Ideoq́ʒ longè apertius pro ſacrificij corporis Chriſti comprobatione legit, non enim receperunt Verbum, quod offertur. Hoc indicare magis, quàm immutare placuit.

19. Sed neq; hæreticorum Synagogæ] Hæreticos æquè ac Iudæos pernegat veram ſynceramq́ʒ Euchariſtiæ conſecrationem & oblationem habere, quandoquidem alij diuerſos Deos ſibi fingentes, in creatione rerum vniuerſarum, perſona, diſpenſationeq́ʒ Domini noſtri turpiſſimè aberrabant. Alij vt in Baptiſmi, ſic & Euchariſtiæ doctrina & miniſterio hallucinati, nunc aqua ſola vtebantur, vt eſt apud Clementem Alex. 1.Stro. nunc magico murmure verborum, vinum album tanquam rubicundum & purpureum apparere facientes; id etiam conari iam inſanas à ſe redditas mulierculas iubebant; vt cap.9. lib. primi idem demonſtrauit Irenæus. Quidam ipſam conſecratam Euchariſtiam carnem veram Domini Ieſu eſſe inficiabantur, vt eſt apud Ignatium, referente etiam Theodoreto. *Epiſt.ad Smyr. Dialogo 3.* Alij execrandis & non dicendis pollutionibus Panem contaminabant. Alij ſerpentis cuiuſdam lambitu confici ſuſpicabantur, vti referunt Epiphanius & Theodoretus. Meritò igitur illorum omnes Synagogas vero & ſalubri dominico ſacrificio carere docet. Omnium autem nequiſſimos poſteriores noſtri temporis Gnoſticos vel inde eſſe conſtat, qui non modò non offerunt, ſed ab alijs oblatum, ſanctis aris auellunt & conculcant.

20. Quomodo autem conſtabit eis.] Duo præcipua confeſſionis Chriſtianæ capita, Chriſtum nempè Dei Filium eſſe, qui mundum condidit; & Vniuerſæ carnis reſurrectionem, confirmat ex eo, quòd Chriſtus panem & vinum benedictione, & inuocatione, corpus & ſanguinem ſuum eſſe prædicauerit & fecerit; eademq́ʒ offerre inſtituerit, & edenda diſtribuerit in commemorationem propriæ mortis: atq́ʒ arrhabonem, & pignus noſtræ reſurrectionis.

Quoniam verò hæc Irenæi verba, quamuis clariſſima, conatus eſt impius Eccleſiæ deſertor & ſacramentariorum alter in Heluetia coryphæus Oecolampadius, magna orationis arte peruertere, & in alienum ſenſum detorquere; operæpretium duxi huc ea ſigillatim adſcribere, quæ aduerſus illum pro Irenæo ſcripſit pridem pijſſimus & doctiſſimus Epiſcopus, nunc autem beatiſſimus pro Chriſto martyr Ioannes Fiſcerus Roffenſis Epiſcopus, lib.4. de Euchariſtia cap. 21. & 22. Ipſis primis verbis (ait) velut rem certam, affirmat conſtare panem & vinum eſſe corpus & ſanguinem Domini; id quod apparet ipſos hæreticos, aduerſus quos contendebat, ceu confeſſum admiſiſſe; & iſtud, de quo ſibi cum aduerſarijs conuenit, ceu baſim facit argumentationis ſuæ Sic enim ratiocinatur. Vos aſſeritis panẽ illum in quo gratiæ ſunt actæ, corpus eſſe Domini veſtri; & calicem illum, calicem ſanguinis eius. Et quomodo iſtud conſtabit, ſi negaueritis Dominum veſtrum eſſe Filium conditoris omnium creaturarũ? hoc eſt, ipſum Verbum quo vitis fructificat, & parit vuas, terra quoque primùm herbam, deinde ſpicam, poſtremò plenum triticum producit? Nam ſi Conditorem harum rerum Chriſtus pro ſibi aduerſario (ſicut vos putatis) haberet, nunquam panem & vinum, quæ ex illis creaturis fiunt, delegiſſet, vnde corpus pariter & ſanguinem conficeret.

21. Eum panem, in quo gratiæ actæ ſint] Iſta ex Iuſtini martyris Apologia poſteriore deſumpta videntur: quoniam illic panem Euchariſtiæ vocat ἄρτον εὐχαριστηθέντα, rurſumq́ʒ τροφὴν εὐχαριστηθεῖσαν. Cyprianus quoque, panem cæleſti benedictione conſecratum. *Serm. de cœna Domini.* Ita enim quondam benedixit terram, & germinauit: benedixit panes & piſces, & illicò mirabiliter multiplicati ſunt, &c. Ex his autem euidentiſſimè patet, Irenæum non ſolùm conſtanter credidiſſe & docuiſſe, panem vi conſecrationis reipſa effici verum corpus Chriſti, non figura, metonymia, vel ſignificatione: verùm etiam ex hoc tanquam firmiſſimo, & ab ipſis etiam hæreticis admiſſo principio, aduerſus alias illorum hæreſes argumenta duxiſſe.

22. Quomodo ergo rurſus dicunt carnẽ] Ex hoc Irenæi loco Catholici ſcriptores tria hæc argumenta pro reali corporis Chriſti præſentia in Euchariſtia, conficiunt. Primum, Corpora noſtra redduntur immortalia per hoc quod aluntur corpore Chriſti iam immortali. Ergo corpus Chriſti non ſolùm animis in cælo concipitur, vt blaterant Caluiniani, ſed reipſa in Euchariſtiæ communione ore corporis noſtri percipitur & ſumitur. Secundum, panis percipiens inuocationem Dei, id eſt, verba per Chriſtum Deum prolata & inſtituta, non eſt amplius panis communis, ſed ſacramentum conſtans re terrena, id eſt, accidentibus remanentibus; & re cæleſti, id eſt, corpore immortali, glorioſo, & iam cæleſtis Patris conſortio gaudente: igitur in Euchariſtia idem numero corpus adeſt, offertur, & ore corporis percipitur, quod in dextera Patris reſidet in cælis. Tertium, panis Euchariſtiæ percepta inuocatione, ita mutatur ab eſſe terreno in cæleſte, ſicut corpora noſtra per eiuſdem participationem ex mortalibus & corruptibilibus efficientur immortalia & incorruptibilia. Sed corpora noſtra non figura vel ſignificatione quadã, ſed reipſa proprieq́ʒ erunt immortalia & incorruptibilia. Igitur panis terreſtris Euchariſtiæ, non metonymicè & imaginariè, ſed ſubſtantiali realiq́ʒ tranſmutatione fit ipſum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Beatus Epiſcopus & martyr Roffenſis ita hunc Irenæi locum interpretatur: Perinde eſt ac ſi dixiſſet: Quoniam caro Chriſti viuificati eſt, & eadem reſurrexit ad vitam incorruptibilem; inde fit, vt qui carnem illam dignè comederunt, ſi nulla poſthac ſua culpa virtutem illam quam acceperunt, amittant, eorum corpora proculdubio reſurgent ad immortalitatem.

Huic ſententiæ ſubſcribit Cyrillus Alex. in 6. cap. Io. disertè non minus quàm diffusè oſtendens carnẽ Chriſti ideò viuificatricem eſſe, quia ineffabiliter coniuncta eſt Filio Dei; à quo vniuerſa viuificantur, quiq́ʒ per naturam vita eſt, cùm ex viuo Patre genitus ſit: proindeq́ʒ corpora noſtra quantumuis corrumpenda, arrham, ius, vimq́ʒ glorioſæ immortalitatis, ex illius naturali participatione & reali coniunctione percipere, quod his argumentis probat. Caro ſaluatoris Verbo quod naturaliter vita eſt, coniuncta, viuifica eſt: hacq́ʒ de cauſa in excitandis mortuis, non ſolùm vt Deus, verbo atque Imperio vtebatur; verùm etiam carnis ſuæ contrectationem adhibebat, vt oſtenderet corpus ſuum viuificare poſſe. Igitur quando eam carnem comedimus, tunc vitam habemus in nobis; quæ committet & inſeret omnino immortalitati, participes ſui.

*Deinde, his exemplis rem illuſtrat. Aqua ex natura frigida, aduentu ignis frigiditatis ſuæ oblita, æſtuat. Quando mors in primogenitos AEgyptiorum ſæuiebat, carnes agni manducantes Hebræi, eiuſq; ſanguine ſuperliminaria perungentes, mortem effugerũt. Mulier apud Matthæum fermentum abſcondit in farinæ ſatis tribus, & parum fermenti totam maſſam fermentat: ſic paruula benedictio, totum hominem in ſe atrahit, & ſua gratia replet: & hoc modo in nobis Chriſtus manet, & nos in Chriſto. Propterea dicit, Reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Ego enim dixit, (id eſt, corpus meum, quod comedetur) reſuſcitabo eum. Non enim alius ipſe eſt quàm caro ſua.*

*Et iterum: Non poterat aliter corruptibilis hæc natura corporis, ad incorruptibilitatem ac vitam traduci, niſi naturalis vitæ corpus ei coniungeretur. Non credis mihi hæc dicenti? Chriſto, te obſecro, fidem præbe. Amen amen, inquit, dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis.* Ioan. 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Hucuſque Cyrilli verba vſurpaui. Prætereo quæ ad huius articuli confirmationem adducere poſſem ex Chryſoſtomo in Io. & Matthæum: Hilario 8. de Trinitate: Tertulliano lib. de Reſurrectione carnis: Iuſtino quæſt. 44. ad ortho. & Ignatio Epiſt. ad Epheſios, & ad Rom.*

23. Ergo aut ſententiam mutent] *Roffenſis,* Monet hæreticos, cùm hæc ita ſe habeant, nempè quòd ex ipſis creaturis pane & vino, Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum inſtituit conficienda, vt deinceps aut Chriſtum credant fabricatoris mundi Filium, & Verbum eſſe, quo mundus, & quæ in eo ſunt, omnia fuère condita: aut ab eiuſmodi ſacrificio abſtineant. *Philippus Melanthon bona fide pollicitus Friderico Myconio, libello eo nomine conſcripto, ſe recitaturum veterum ſcriptorum ſententias de Euchariſtia, has quidem adfert, quæ realem præſentiam carnis Chriſti aſſerunt: ſed ſingulari fraude tres iſtas reticet, quæ eiuſdem oblationem adſtruunt. Quod obſeruare libuit, vt nullus commoueatur, aut eis confidat, qui patrum teſtimonia tanto dolo ſoleant vſurpare.*

24. Noſtra autem conſonans eſt ſententia. ]*Roffenſis.* Pergit adhuc Irenæus, inſinuans Eccleſiæ dogmata, tum ſibi mutuo, tum ipſi veritati conuenire: ſicut hæreticorum ediuerſo, tam cum ipſa veritate, quàm ſecum etiam pugnant. Nam quod ipſe mundi fabricator Chriſti Pater ſit, cum iſto conſonat, quod ipſe Chriſtus creaturis ab illo conditis vtatur, ex quibus & ſuum ipſius corpus & ſanguinem confecit. Et hoc ſcilicet rurſus confirmat, Chriſtum (qui talibus creaturis tam potenter vtitur) non alterius, quàm ipſius omnium conditoris eſſe Filium. Quamobrem & fides, qua Chriſtus creditur eſſe Dei Filius, Euchariſtiæ conſonat; & eadem ab Euchariſtia confirmatur.

25. Offerimus enim ei] *Roffenſis.* Per communicationem corporis & ſanguinis Chriſti, efficimur vna caro, vnuſque cum eo ſpiritus: quam etiam vnitatem Paulus ſæpe teſtatur in Epiſtolis. 1. Cor. 10. Vnum corpus (inquit) multi ſumus, omnes qui de vno pane participamus. Et rurſum: 2. Cor. 6. Qui adhæret Deo, vnus eſt ſpiritus. Nec poteſt certè quiſquam Deo coniunctius adhærere, quàm qui cum pietate carne Chriſti veſcitur, & eiuſdem ſanguine potatur. Per cibum enim iſtum incorporamur Chriſto, & vnum cum ipſo corpus efficimur. Aſſerit enim ipſe Irenæus, nos per ſacramentum corporis, veræ carni Chriſti: & per ſanguinem eius, verè ſpiritui communicare.

26. Percipiens inuocationem Dei] vocationem, *habebant omnes excuſi codices: at* inuocationis *vox, quam ex vet. cod. reſtituimus, apertè deſiderabatur. Docet autem, non fide, aut apprehenſione humana, vt delirant Caluiniani, ſed verborum illorum, quæ Chriſtus protulit, & proferre iuſſit virtute atque efficientia, carnem & ſanguinem Domini adeſſe, cùm panis ſubſtantia, natura, & communis conditio deſinit, & in carnem ſanguinemq; Chriſti tranſmutatur: conſeruatis nihilominus quantitate, qualitate, ſapore, reliquiſq;, quæ externis ſenſibus ex accidenti conueniunt. Eo igitur ſenſu panem communem manere negat, ſed Euchariſtiam fieri dicit, quæ terrena panis & vini ſpecie, ſimulq; cæleſti, & glorioſa Domini carne conſtat. Vel carne Chriſti, quæ terreno virginis vtero prodijt; & anima, quæ Deo ſupernè creante, corpori eius infuſa & communicata eſt.*

*Hanc porrò eſſe omnium ſanctorum Græcorum & Latinorum fidem, ex innumeris ſelectiorum ſcriptorum teſtimonijs confirmabo. Iuſtinus martyr ſcribit, interprete Gelenio.* Apol. 2. Non vt vulgarem panem & vulgare poculum, hæc ſumimus: ſed quemadmodum per verbum Dei caro factus Ieſus Chriſtus ſeruator noſter, carnem & ſanguinem pro ſalute noſtra habuit, ſic etiam δι' εὐχῆς λόγου, per verbum precationis & gratiarum actionis, ſacratam ab ipſo alimoniam, quæ mutata nutrit noſtras carnes & ſanguinem, illius incarnati Ieſu carnem & ſanguinem eſſe didicimus.

*Origenes, panes oblatos per obſecrationes effici corpus ſanctum, ſanctificans eos, qui ſana mente vtantur, lib. 8. contra Celſum, confirmat.*

*Heſychius lib. 6. In Leuiticum cap. 22. Per Chriſti virtutem & prolatum ab eo verbum; quæ in altari videntur, ſancta reddi docet.*

*Cyrillus Alex. ad Caloſirium Epiſcopum,* τῆς εὐλογίας δυνάμει, *Id eſt, benedictionis virtute, ſanctum corpus Chriſti adeſſe ſacramento, & extra vſum permanere credit.*

*Gregorius Nyſſenus, Panem in corpus ſtatim commutari:* οὐ διὰ βρώσεως, ἀλλὰ τοῦ λόγου, *non per eſum, ſed per verbum Dei ſcribit, Ser. cateche. ca. 37.*

*Cyrillus ſacrorum Ieroſolymorum ante mille & trecentos plus minus annos Patriarcha, Panem Euchariſtiæ poſt Spiritus S. inuocationem, non amplius eſſe panem communem, ſed corpus Chriſti, ad oues curæ ſuæ commiſſas concionabatur.* Cat. 3. myſtagogica. *His quoque addebat:* Catech. 4. Cùm Chriſtus ipſe affirmet & dicat de pane, Hoc eſt corpus meum: quis deinceps audeat dubitare? Ac eodem quoque confirmante & dicente, Hic eſt ſanguis meus, quis dubitet, & dicat, non eſſe illius ſanguinem? Aquam aliquando mutauit in vinum, & non erit dignus cui credamus, quod vinum in ſanguinem tranſmutet? &c.

*Atq; hactenus Græcos: iam Latinos audiamus. Tertullianus lib. 4. contra Mar. Chriſtum acceptum panem, ſuum corpus effeciſſe declarat, dicendo, Hoc eſt corpus meum.*





*Cyprianus, panem quem diſcipulis Dominus porrigebat, non effigie, ſed natura mutatum, verbiq; omnipotentia carnem factum eſſe docet, Sermone de cœna.*

*Hieronymus de his clericis aliquid ſiniſtri loqui cauet, qui Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, id eſt, vt idem ipſe alibi exponit, ad quorum preces, Chriſti corpus ſanguiſq; conficitur, Epiſtola ad Heliodorum, & Epiſtola ad Euagrium.*

*Auguſtinus illud tantùm corpus Chriſti dicit, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece myſtica conſecratum, ritè ſumitur ad ſalutem libro 3. de Trinitate cap. 4. Idemq; Sermone 28. de verbis Domini,* Dixi vobis *(inquit)* quod ante verba Chriſti, quod offertur, panis dicatur: vbi verò verba Chriſti deprompta fuerunt, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur.

*Multis ex vtroq; teſtamento productis exemplis, innuit Ambroſius non id eſſe in Euchariſtiæ pane, quod natura formauit; ſed quod benedictio conſecrauit: cùm maior ſit vis benedictionis, quàm natura ipſa mutatur, quàm naturæ ipſius: Sermonemq; Chriſti, quo vtitur ſacerdos, adeo efficacem & valentem eſſe, vt quæ prius erant, in aliud cõmutet, lib. de ijs, qui myſterijs initiantur cap. 9. & lib. 4. de Sacramentis cap. 4. & 5. de reliquis ſuperſedeo.*

*Quàm verò propudioſæ, quàm diuerſæ, quamque aduerſæ & peruerſæ ſint è contrario huius æui Sacramentariorum de eiſdem verbis Chriſti Euchariſtiam inſtituentis interpretationes, pugnæ, contradictiones: quàm denique inconſtantes, dubiæ, & incertæ ſententiæ, quadam ex parte dicemus infra ſuper Cap. 69.*

27. Iam non communis panis eſt. ] *Inuiſibili Spiritus ſancti operatione, virtuteq; conſecrationis, euenire docet, vt ea deſinat communis ipſa natura & ſubſtantia panis, quæ antea ſub ſuis accidentibus latebat, tranſeatq; in immortalem, cæleſtem & Deo iunctam Chriſti carnem; cuius participatione, corporibus noſtris ex prioris Adami noxa morti & corruptioni ſubiectus, ius, arrha, virtus, certaq; expectatio vitæ immortalis conferatur; quod ex vulgari pane nunquam accideret. Hanc eſſe germanam huius loci intelligentiam, idem ipſe Irenæus poſtea conſpicuum facit lib. 5.* Quando mixtus calix *(ſcribit)* & fractus panis, percipit verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti, ex quibus augetur, & conſiſtit carnis noſtræ ſubſtantia. Quomodo carnem negant *(hæretici)* capacem eſſe donationis Dei, qui eſt vita æterna, quæ corpore & ſanguine Chriſti nutritur, & membrum eius efficitur?

28. Sic & corpora noſtra] *Roffenſis.* Quamquam granum tritici iactum in terram corrumpatur, ea tamen corruptio propter abditam in ipſo grano virtutem, via eſt ad alterius vitæ maius incrementum: ad eundem modũ neceſſe eſt, vt corpora noſtra tandem per corporalem mortem redeant in cineres Sed quia nonnihil virtutis, quam ex eſu carnis Chriſti contraximus, in ipſis adhuc cineribus manere viſum eſt tam Irenæo, quàm cæteris priſcis; ipſa noſtræ carnis incineratio (ſi tamen ante paſta ſit hoc cibo) rectiſſima callis eſt, ad immortalitatem.

29. Sed gratias agentes donationi. ] *Ita habent codices omnes Baſileæ, Lauſanæ, & Lutetiæ excuſi: vetus codex, & rectius, meo iudicio,* dominationi, *atque ita legit Oecolampadius apud Roffenſem lib. 4. cap. 21. Cæterùm, alludit proculdubio Irenæus ad eas laudes & gratiarum actiones, quas in Præfatione (Ità poſt Cyprianum vocamus) ante conſecrationem decantat Sacerdos, cuius initiũ eſt,* SVRSVM CORDA, ℟. HABEMVS AD DOMINVM. GRATIAS AGAMVS DOMINO DEO NOSTRO, ℟. DIGNVM ET IVSTVM EST. VERE DIGNVM, ET IVSTVM EST, *&c. Hæc enim ad verbum concinunt Liturgiæ B. Iacobi, & Clementis lib. 8. Conſt. cap. 16. quibus paſſim vtebantur in Oriente & Occidente ſæculo Irenæi.*

*Eadem ſua quoque ætate inter Græcos conſeruata fuiſſe oſtendunt Liturgiæ Chryſoſtomi & Baſilij, & Chryſoſtomus hom. 18. in ſecundam ad Cor; hom. 22. in Gene; hom. 16. ad populum Anti; hom. de Encenijs; & Cyrillus Hiero. 5. Cate. Myſtaggica.*

*Idem obſeruaſſe Latinos docet Auguſtinus Epiſtola 57. quæſt. 1; Epiſt. 59; Epiſt. 120. cap. 19; lib. de ſancta viduitate cap. 16; lib. 2. de bono perſeuerantiæ cap. 13; lib. de ſpiritu & litera cap. 11. Sermone 44. de tempore: Cyprianus de oratione Dom. Cæſarius Arelatenſis hom. 5. Rabbanus lib. 1. cap. 33.*

30. Ad hoc vt præſtet nobis. ] *His operum bonorum neceſſitatem & mercedem apud Deum repoſitam eſſe docet: licet ſoli fidei & nullis operibus, ſalutem & iuſtitiam coram Deo illum cæteroſq; eiuſdem ſæculi Patres, acceptam referre mentiantur Magdeburgenſes, Cent. 2. pag. 46. Vnius tantùm Clementis Alex. verba ad eos conuincendos hîc ſubijcere libet.* In Protreptico. Precioſiſſimam ſalutem emere proprio theſauro, charitate & fide vitæ, vt iuſto quod libenter Deus acceptat pretio, *quoſlibet hortatur. Idem 5. Stroma.* Gratia ſeruamur, ſed non abſque bonis operibus. *Et lib. 6.* Quando audierimus, fides tua te ſaluam fecit, non accipiamus abſolutè eos ſaluos futuros, qui quomodocunque crediderint; niſi facta quoque fuerint conſequuta. *Et poſt pauca,* Sunt variæ manſiones pro dignitate & meritis eorum, qui crediderunt. *Rurſus lib. 7.* Quomodo medicus præbet ſanitatem ijs, qui opem illi ferunt; ita etiam Deus æternam ſalutis ijs, qui opem illi ferunt, & cùm eo cooperantur ad cognitionem & ad bonas actiones.

31. Ita idipſum. ] *Sic vet. cod. excuſi,* ita adipſum.

32. Eſt ergo altare in cælis. ] *Hæc imperitiſſimè ac nequiſſimè nobis obijciunt Sacramentarij, ac ſi Irenæus ijs negare vellet, aut altare, aut ſacrificium aliquod à nobis Chriſto traditum eſſe ac relictum in terris: cũ è contrario præcedenti linea, doceat eundem* Chriſtum velle vt frequenter offeramus munus ad altare. *Pauloq; ſupra tam ſanctè & grauiter dixerit,* illum noui Teſtamenti nouam docuiſſe oblationem: *alibiq; altarium vſum in hanc rem nobis relictum fuiſſe, vt ſuis locis diximus.*

*Hic tantùm adijcio, Altarium commemorationem ac inter Chriſtianos vſum Paulum apertè comprobare, 1. Cor. 9.* Qui altario deſeruit, &c. *1. Cor. 10.* Non poteſtis eſſe participes menſæ Domini, & menſæ dæmoniorum. *Quæ porrò menſa dæmoniorum, præter altaria, in quibus idolis Gentiles immolabant? Ergo menſa Dominicæ, altaria Chriſtianorum. Heb. 13.* Habemus altare, de quo edere poteſtatem non habent qui tabernaculo deſeruent, &c.

*Patres non ſolùm illa religiosè ſeruarunt, adornarunt, & propter Chriſtum, qui in his adoratur, coluerunt: ſed & horum effractores ac euerſores Diuinæ maieſtatis reos ac hoſtes eſſe cenſuerunt. Nam Chryſoſtomus euerſores altarium, vt blaſphemos lapidibus petendos & obruendos eſſe docet. Idem Hom. 20. in 2. ad Cor. & Nyſſenus ſer. de Baptiſmo, adfirmant, Altare eſſe admirabile propter ſacrificium, quod ſuper illud ponitur. Lapis quidem natura eſt, ſed ſanctus eſt, quoniam Chriſti corpus accipit. Nazianzenus Arianis exprobrat:* Sancta profanis pedibus à vobis conculcata, altaria conſpurcata ſunt. *Et Iuliano apoſtatæ:* Deſtruxiſti altaria, & cæt. *Optatus furioſis Donatiſtis:* Altaria, in quibus obtulerunt olim Cyprianus, Lucianus, & cæteri martyres confregiſtis. *Et lib. 3.* Quo tempore altaria ſolenniter aptarentur, &c. *Et libris quinto & ſexto:* Quid eſt altare, niſi ſedes Domini noſtri? Quid iniquius, quàm altare frangere, Euchariſtiam animalibus proijcere? *Sed finis hîc eſto: alibi namque id fuſiſſimè tractauimus.* A Lib 2. cont. Parm.

## *QVORVM TYPVM ACCIPIEBAT POpulus, [&] quemadmodum [per actus] prophetabant prophetæ futura.* B

### CAPVT XXXV.

1. Cor. 10. 11. M[1]Vnera autem & oblationes, & ſacrificia omnia in typo populus accepit. Quemadmodum oſtenſum eſt Moyſi in monte Sinai ab vno & eodem Deo, cuius & nunc in Eccleſia glorificatur nomen in omnibus Gentibus. Sed terrena quidem, quæ ſunt erga nos diſpoſita, congruit typos eſſe eorum quæ ſunt cæleſtia, ab eodem tamen Deo facta.[2] Nec enim aliter poterat aſſimilari ſpiritalium imaginum. Quæ autem ſupercæleſtia & ſpiritalia ſunt, & quantum ad nos ſpectat, inuiſibilia & inenarrabilia, typos rurſus alterorum cæleſtium dicere, & alterius pleromatis; & Deum alterius patris imaginem eſſe; & errantium eſt à veritate,[3] & omnino ſtultorum & hebetum. Cogentur enim hi tales, [4] quemadmodum ſæpenumerò oſtendimus, ſemper typos typorum, & imagines imaginum adinuenire, & nunquam figere animum ſuum in vno & vero Deo. Supra enim Deum factæ ſunt cogitationes ipſorum, ſupergreſſi cordibus ſuis ipſum magiſtrum, ſuſpicione quidem ſuperelati & ſupergreſſi, veritate autem declinantes à vero Deo. C

### ANNOTATIONES.

1. Munera autem.] *Et ſi ea quæ in hoc mundo condita ſunt, ideæ ac typi rerum cæleſtium dicantur; non indè ſequitur ipſa cæleſtia aliarum deſuper & incognitarum rerum rurſum typos eſſe; aut Deum nobis notum, alterius ignoti typum ac figuram eſſe: aliâs in infinitum pergeret huiuſmodi Gnoſticorum deliratio.*

2. Nec enim.] *Vetus co.* Nec enim aliter poterat aſſimilare ſpiritalium imaginem.

3. Et omnino ſtultorum.] *Vet. cod.* & omnimodò.

4. Quemadmodum ſæpenumerò oſtendimus.] *Hæc præcipuè diſcuſſit libro ſecundo capite quadrageſimo.* D

## *QVEMADMODVM INVESTIGABIlis & incomprehenſibilis oſtenditur is, qui hanc quæ ſecundùm nos eſt, condidit creaturam.*

### CAPVT XXXVI.

Iſaiæ 40. 12. Eccli. 1. 2. A[1]D quos iuſtè quis dicat, quemadmodum ipſe ſermo ſuggeretur. Quatenus ſuper Deum extollitis cogitationes veſtras, inconſideratè elati? Audiſtis menſos eſſe cælos in palmo? Dicite mihi menſuram, & enarrate multitudinem [2] cubitorum] cælorum innumerabilem, & exponite mihi plenitudinem, latitudinem, & longitudinem, & altitudinem, circummenſurationis



A rationis initium & finem, quæ non *intelliget cor hominis, & non *comprehendet ea. Verè enim magna ſunt theſaurophylacia cæleſtia, [3] immenſurabilis eſt in corde Deus, & incomprehenſibilis in animo, qui comprehendit terram pugillo. Quis *perſpiciat menſurã,[4] & dextræ eius digitum, quis cognoſcet? Aut manum eius, quis *intelliget, eam quæ menſurat immenſa, eam quæ tendit menſura ſua menſuram cælorũ, & conſtringit pugillo terram cum abyſſis, quę in ſe continet latitudinem, & longitudinẽ, & profundũ deorſum, & altitudinem ſupernam vniuerſæ conditionis? Quæ videtur, quæ auditur & intelligitur, & quæ inuiſibilis eſt: & propter hoc ſuper omne initiũ & poteſtatem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, omnium quæ facta & condita ſunt exiſtens Deus. Ipſe eſt qui cælos implet, & perſpicit abyſſos, qui eſt etiam cum vnoquoq; noſtrum. Deus enim (inquit) appropinquans ego ſum, & non Deus de longinquo. Si abſconditur homo in abſconſis, & ego eum non videbo? Manus enim eius apprehendit omnia: & ipſa eſt quæ cælos quidem illuminat, [illuminat] etiam quæ ſub cælo ſunt, & ſcrutatur renes & corda, & in abſconſis ineſt & in ſecretis noſtris, & in manifeſto alit & conſeruat nos. Si autem plenitudinem & B magnitudinem manus eius nõ comprehendit homo, quemadmodum poterit quis intelligere aut cognoſcere in corde tã magnum Deum? Quem quaſi menſi ſint & perſpexerint, & vniuerſum eum decurrerint; ſuper eum eſſe aliud pleroma Aeonum confingunt, & alterum patrem: ad cæleſtia quidem non ſuſpicientes,[5] verè autem in profundum Bythum dementiæ deſcendentes: patrem quidem dicentes ſuum finiri, vſque ad ea quæ ſunt extra pleroma: Demiurgum verò rurſum non attingere vſq; ad pleroma. Et ſic neutrum eorum ponunt eſſe perfectum & comprehendentem omnia. Deerit enim illi quidem vniuerſa, quæ eſt extra pleroma, [mundi] fabricatio; huic autem quæ eſt intra pleroma [mundi] fabricatio, & neuter eorum erit omnium Deus. Quoniam autem magnitudinem Dei, ex his quæ ab eo facta ſunt, nemo enarrare poteſt, hoc omnibus manifeſtum eſt; & quoniam magnitudo eius non deficit, ſed omnia continet, & peruenit vſque ad nos, & nobiſcum eſt, omnis quicumq; dignè Deo ſapit, confitebitur.

*intelligit *comprehendit *reſpiciet *intelligit, Ephes. 1. 21. Iere. 23. 23. 24. Act. 17. 27. 1. Reg. 16. 7. Apoc. 2. 23.

C

### ANNOTATIONES.

1. Ad quos iuſtè.] *Extremæ dementiæ ac inſaniæ indicat eſſe, aut ſupra, aut extra verum Deum aliũ comminiſci ac inueſtigare: quoniam ſi cælorum dimenſiones nec metiri nec comprehendere valemus, multo minus Diuinam aſſequi immenſitatem poterimus.*

2. Cæterùm] *Licet pro hac dictione Vetus codex* cubitorum, *habeat: tamen vtrumq; non incõgruè legendum videtur.*

3. Immenſurabilis,] *Similis huic eſt iſta Cypriani ſententia.* Deus nec videri poteſt, viſu clarior eſt: nec comprehendi, tactu purior eſt: nec æſtimari, ſenſu maior eſt: & ideo ſic eum dignè æſtimamus, dum ineſtimabilem dicimus. Epiſt. 57.

4. Et dextræ] *vet. cod. &* deſiderat, *legitq;* menſuram dexteræ.

5. Verè autem in profundum.] *Cyrillus Ieroſ. de hoc Valentiniani figmento differens, alluſiſſe videtur ad hunc locum, cùm ait:* Docet enim eũ, qui profunditas erat malitię, à profunditate ſuam auſpicari doctrinam. Catech. 6.

## *SECVNDVM QVID NOTVS DEVS, ET quod ipſe Pater conditor omnium per ſuas manus formauit hominem.* D

### CAPVT XXXVII.

I[1]Gitur ſecundùm magnitudinem non eſt cognoſcere Deum: impoſſibile eſt enim menſurari Patrem: ſecundùm autem dilectionem eius. Hæc eſt enim quæ nos per Verbum eius ducit ad Deum obaudientes ei, ſemper diſcimus quoniam eſt tantus Deus, & ipſe eſt qui per ſemetipſum conſtituit, & *fecit, & adornauit, & continet omnia: in omnibus autem & nos, & hunc mundũ, qui eſt ſecundùm nos. Et nos igitur cum his quæ continentur ab eo, facti ſumus. Et hic eſt de quo Scriptura ait, Et plaſmauit Deus hominem [ad imaginem,] limum terræ accipiens, & inſufflauit in faciem eius flatum vitæ. Non [ergo] Angeli fecerũt nos, nec nos plaſmauerunt, nec Angeli potuerunt imaginem facere Dei, nec alius quis, præter Verbum Domini, nec virtus longè abſiſtens à Patre vniuerſorum. Nec enim indigebat horum Deus ad faciendum quæ ipſe apud ſe præfinierat fieri, quaſi ipſe ſuas non haberet manus. Adeſt enim ei ſemper Verbum & Sapientia Filius, & Spiritus, per quos, & in quibus omnia liberè & ſponte fecit, [2] ad quos & loquitur, dicens: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram; ipſe à ſemetipſo ſubſtantiam

*elegit, Gene. 2. 1. 2. Geneſ. 1. 27. & 2. 7. Geneſ. 1. 26.

ſtantiam creaturarum, & exemplum factorum, & figuram in mundo ornamentorũ A
accipiens.[3] Bene ergo pronunciauit] Scriptura [ quæ ] dicit. Primò omnium crede
quoniam vnus eſt Deus, qui omnia conſtituit & conſummauit, & fecit ex eo quod
non erat, vt eſſent omnia, omnium capax, & qui à nemine capiatur.

| *Euſebius lib. 5. hiſt. c. 8. hæc ex Irenæo citat.* | *Interp. Io. Chriſtophorſono.* |
| --- | --- |
| Καλῶς οὖν εἶπεν ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα, Πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ τὰ ἑξῆς. | Præclarè loquitur Liber (cùm librum Paſtoris intelligit) qui ſic loquitur. Primùm omniũ vnum Deum eſſe credito, qui omnia cõdidit, omnia coagmentauit: & quæ ſequuntur. |

Malac. 2. 10. Bene autem & in Prophetis * Malachias ait. Nónne vnus Deus qui conſtituit nos? *Malachiel
Epheſ. 4. 6. Nónne Pater vnus eſt omnium noſtrum? Conſequenter autem & Apoſtolus ait. V-
nus Deus (inquit) Pater, qui ſuper omnes, & in omnibus nobis. Similiter aũt & Domi
Matt. 11. 27. nus. Omnia mihi (inquit) tradita ſunt à Patre meo: manifeſtè ab eo qui omnia fecit.
Nõ enim aliena, ſed ſua tradidit ei. In omnibus autẽ nihil ſubtractũ eſt, & propter hoc
Apoc. 3. 7. idem eſt Iudex viuentium & mortuorum, habens clauem Dauid: aperit, & nemo clau
Apoc. 5. 3. dit: claudit, & nemo aperit. Nemo enim alius poterat nec in cœlo, nec in terra, nec
ſub terra aperire paternum librum, nec videre eum, niſi agnus qui occiſus eſt, [&] ſan
guine ſuo redemit nos: ab eodem qui omnia Verbo fecit, & ſapientia adornauit, acci B
Ioan. 1. 14. piens omnium poteſtatem, quando Verbum caro factum eſt, vt quemadmodum
1. Pet. 2. 22. in cęlis principatum habuit Verbum Dei, ſic & in terra haberet principatum: quoniã
Coloſſ. 1. 18. homo iuſtus, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Principatum
Philip. 2. 8. autem habeat eorum quæ ſunt ſub terra, ipſe primogenitus mortuorum factus: & vt
viderent omnia, quemadmodum prædiximus, ſuum regem: & vt in * carnem Domi- *carne
ni occurrat paterna lux, & à carne eius rutila veniat in nos, & ſic homo deueniat in
incorruptelam, circundatus paterno lumine: & quoniam Verbum, id eſt Filius ſem-
per cum Patre erat, per multa demonſtrauimus.

[4] Quoniam [ autem ] & ſapientia, quæ eſt Spiritus, erat apud Deum ante omnem
Prou. 3. 16. conſtitutionem, per Salomonem ait. Deus ſapientia fundauit terram, parauit autẽ
cælum prudentia. Senſu eius abyſſi eruperunt, nubes autem manauerunt ros. Et rur-
Prou. 8. 22. ſus:[5] Dominus creauit me principium viarum ſuarum, in opera ſua ante* ſæculum *ſæcula
fundauit me in initio antequam terram faceret, & priuſquam procederent fontes a-
quarum, antequam montes confirmarentur. Ante omnes autem colles genuit me. C
Et iterum. Cùm pararet cælum, eram cum illo, & cùm firmos faceret fontes abyſſi,
quando fortia faciebat fundamenta terræ, eram apud eum aptans. Ego eram cui ad-
gaudebat, quotidie autem delectabar ante faciem eius in omni tempore, cùm lętare-
tur orbe perfecto, & iocundaretur in filijs hominum. Vnus igitur Deus, qui Verbo &
ſapientia fecit & adaptauit omnia, hic eſt autem Demiurgus, qui & mundum hunc
attribuit humano generi, qui ſecundùm magnitudinem quidem ignotus eſt omni-
bus his qui ab eo facti ſunt. Nemo enim inueſtigauit altitudinem eius,[6] nec veterum,
qui quieuerunt, ] nec eorum qui nunc ſunt. Secundùm autem dilectionem, cogno-
ſcitur ſemper, per eum per quem conſtituit omnia. Eſt autem hic Verbum eius Do-
minus noſter Ieſus Chriſtus, qui in nouiſſimis temporibus homo in hominibus fa-
ctus eſt, vt finem cõiungeret principio, id eſt hominẽ Deo. Et propterea prophetæ ab
eodem Verbo propheticũ accipientes chariſma, prædicauerunt eius ſecundùm car-
nem aduentum, per quem commixtio & communio Dei & hominis ſecundùm pla-
citum Patris facta eſt, ab initio prænunciante Verbo Dei, quoniã videbitur Deus ab D
hominibus, & conuerſabitur cum eis ſuper terram,[7] & cùm loqueretur & adfuturus
eſſet ſuo [plaſmati,] ſaluans illud, & [perceptibilis] ab eo, & liberans nos de manibus
omnium odientium nos, [hoc eſt ab vniuerſo] tranſgreſſionis ſpiritu: & faciens nos
Luc. 1. 71. ſeruire ſibi in ſanctitate & iuſtitia omnes dies noſtros, vti complexus homo Spiritũ
Dei, in gloriam cedat Patris. Hæc propheticè ſignificabant prophetæ, ſed non quem-
admodum quidam dicunt, inuiſibili Patre omnium exiſtente, alterum eſſe eum, qui
à Prophetis videretur. Hoc autem dicunt, qui in totum quid ſit prophetia neſciunt.

[8] Nam prophetia eſt prædicatio futurorum, id eſt, eorum quæ poſt erunt, præſigni-
ficatio. Præſignificabant enim Prophetæ quoniam videbitur Deus ab hominibus:
Matth. 5. 8. quemadmodum & Dominus ait. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbũt.
Exo. 33. 20. Sed ſecundùm magnitudinem quidem eius, & mirabilẽ gloriam, nemo videbit Deũ,
Matt. 19. 27. & viuet. Incapabilis enim Pater: ſecundùm autem dilectionem & humanitatem, &
quod omnia poſſit, etiam hoc cõcedit ijs qui ſe diligunt, id eſt, videre Deum, quod &
prophetabãt Prophetæ. Quoniam quæ impoſſibilia [apud homines,] poſſibilia apud
Deum. Homo etenim à ſe non * videt Deum. Ille aũt volens * videtur ab hominib⁹, à *videbit *videbitur
quibus



A quibus vult [& quando vult,] & quemadmodum vult. Potens eſt enim in omnibus
Deus, viſus quidem tunc per Spiritum prophetię, viſus eſt autem & per Filium adop-
tiuè, videbitur autem & in regno cælorum paternaliter, ſpiritu quidem præparãte
*Filio hominem in* Filium Dei, Filio autem adducente ad Patrem, Patre autem incorrup-
telam donante in æternam vitam, quæ vnicuique euenit ex eo quòd videat Deum.[9]
Quemadmodum enim videntes lumen intra lumen ſunt, & claritatem eius [perci-
piunt:] ſic & qui vident Deum, intra Deum ſunt, percipientes eius claritatem.

| *ANTONIVS Meliſſa Serm. 1. qui eſt de fide, hæc citat.* | *Interp. C. G.* |
| --- | --- |
| Ὥσπερ οἱ βλέποντες τὸ φῶς, ἐντός εἰσι τοῦ φωτὸς, καὶ τῆς λαμπρότητος αὐτοῦ μετέχουσιν· οὕτως οἱ βλέποντες τὸν θεὸν ἐντὸς γίνονται τοῦ θεοῦ, μετέχοντες αὐτοῦ τῆς λαμπρότητος. ζωῆς οὖν μεθέξουσιν οἱ ὁρῶντες θεόν. | Quemadmodum qui lumen intuentur, intra lumen ſunt, ac eius ſplendore fruũtur: ſic qui Deum vident, intra Deum exiſtunt, ſplendoris ipſius participes. Vitæ ergo participes erunt, qui Deum vident. |

B Viuificat autem eos claritas: percipiunt ergo vitam qui vident Deũ. Et propter hoc
incapabilis [& incomprehenſibilis,] viſibilem ſe & comprehenſibilem, & capacem
hominibus præſtat, vt viuificet percipientes & videntes ſe. Quemadmodum enim
magnitudo eius inueſtigabilis eſt, ſic & benignitas eius inenarrabilis: per quam vitã Rom. 11. 33.
præſtat ijs qui vident eum. Quoniam viuere ſine vita, impoſſibile eſt: ſubſiſtentia vi-
tæ autem, de [Dei] participatione euenit: participatio autem Dei, eſt videre Deum, &
frui benignitate eius. Homines igitur videbunt Deum, & viuent per viſionem, im- 1. Cor. 13. 12.
mortales facti & pertingentes vſque in Deum.

Quod, ſicut prædixi, per prophetas figuraliter manifeſtabatur, quoniam videbi-
tur Deus ab hominibus qui portant Spiritum eius, & ſemper aduentum Chriſti ſu-
ſtinent. Quemadmodum & in Deuter. Moyſes ait. In die iſta videbimus, quoniam lo Deut. 5. 24.
quetur Deus ad hominem, & viuet. Quidam enim eorum videbant Spiritum pro-
pheticum, & operationes eius in omnia genera chariſmatum effuſa: alij verò aduen
tum Domini, & eam quæ eſt ab initio adminiſtrationem,[10] per quem [fecit] volunta-
C tem Patris quæ eſt in cælis, & quæ eſt in terris: alij verò & glorias paternas tempori-
*hominibus bus aptas, & ipſis qui videbant, & qui tũc audiebant, & * omnibus qui deinceps auditu
ri erant. Sic igitur manifeſtabatur Deus: per omnia enim hæc Deus Pater oſtendi-
tur, Spiritu quidem operante, Filio verò adminiſtrante, Patre verò comprobante,
homine verò conſummante ad ſalutem. Quemadmodum & per Prophetam Oſee,
ait. Ego (inquit) viſiones multiplicaui, & in manibus Prophetarum aſſimulatus ſum. Oſee 12. 10.
Apoſtolus autem idipſum expoſuit dicens. Diuiſiones autem chariſmatum ſunt, i- 1. Cor 12. 4.
dem autem Spiritus: & diuiſiones miniſteriorum ſunt, idem autem Dominus: & di-
uiſiones operationum ſunt, idem autẽ Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vni-
cuiq; autem datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatẽ. Sed quoniã qui omnia in omni-
bus operatur, Deus eſt; qualis eſt & quãtus eſt, inuiſibilis, & inenarrabilis eſt omnibus,
quæ ab eo facta ſunt, incognitus autem nequaquam: omnia enim per Verbũ eius diſ-
cunt, qui eſt vnus Deus Pater qui continet omnia, & omnibus eſſe præſtat, quemad-
modum in Euangelio ſcriptum eſt. Deum nemo vidit vnquam; vnigenitus Filius, Ioan. 1. 18.
qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit. Enarrat ergo Filius ab initio Patris, quippe qui ab
D initio eſt cum Patre, qui & viſiones propheticas, & diuiſiones chariſmatum, & mini-
ſteria ſua, & Patris glorificationem conſequenter & compoſitè oſtenderit humano
generi, apto tempore ad vtilitatẽ. Vbi eſt enim conſequentia, illic & conſtãtia: & vbi
eſt conſtantia, illic & pro tẽpore: & vbi pro tẽpore, illic & vtilitas, & propterea[11] Ver-
bũ diſpenſator] paternæ gratiæ factus eſt ad vtilitatem hominum, propter quos fecit
tantas diſpoſitiones, hominibus quidem oſtendens Deum, Deum autem exhibens
hominem, & inuiſibilitatem quidem Patris cuſtodiens, ne quando homo fieret cõ-
temptor Dei, & vt ſemper haberet ad quod proficeret. Viſibilem autem rurſus homi
nibus per multas diſpoſitiones oſtendens Deũ, ne in totum deficiens [à Deo] homo,
ceſſaret eſſe. Gloria enim Dei viuens homo, vita autẽ hominis viſio Dei. Si enim quę
eſt per conditionem oſtenſio Dei vitam præſtat hominibus in terra viuentibus, mul
tò magis ea, quæ eſt per Verbum manifeſtatio Patris, vitã præſtat his qui vident Deũ.

Quoniam ergo Spiritus Dei per prophetas futura ſignificauit, præformans nos, &
præaptans ad id vt ſubditi Deo ſimus: futurum autem erat, vt homo per ſancti Spiri-
tus beneplacitum videret, neceſſariò oportebat eos, per quos futura prædicabantur,
videre Deum, quem ipſi hominibus videndum intimabant: vti non ſolùm dicatur
propheticè Deus, & Dei Filius, & Filius, & Pater, ſed vt videatur omnibus membris
ſancti-

ſanctificatis & edoctis ea quæ ſunt Dei, vt præformaretur & præmeditaretur homo A
applicari in eam gloriam quæ pòſt reuelabitur his qui diligunt Deum. [12] Non enim
*ſolùm ſermone prophetabant prophetæ;ſed & viſione, & conuerſatione,& actibus *ſolo
quos faciebant, ſecundùm id quod ſuggerebat Spiritus:ſecundùm hanc igitur ratio-
*Iſaiæ 6.5.* nem inuiſibilem videbant Deum.Quemadmodum & Eſaias ait:Regem Dominum
ſabaoth vidi oculis meis:ſignificans quoniam videbit oculis Deum homo, & vocē
eius audiet.Secundùm hanc igitur rationem,& Filium Dei hominem videbant con
uerſatum cum hominibus,id quod futurum erat prophetantes eum qui nondum
aderat,adeſſe dicentes,& impaſſibilem paſſibilem annuntiantes, & eum qui tunc in
cælis,in limum mortis deſcendiſſe,dicentes.[13] Et reliquas autem eius recapitulatio-
nis diſpoſitiones,quaſdam quidem per viſiones videbant, quaſdam per verbum an-
nunciabant, quaſdam verò per operationem typicè ſignificabant, quæ quidem vi-
denda erant,videntes;quæ verò audienda erant, ſermone præconantes; quæ verò a-
genda erant,operatione perficientes; vniuerſa verò propheticè annuntiantes. Pro-
*Exod.24.17.* pterea & Moyſes tranſgreſſori quidem Legis populo igneum Deum eſſe dicebat, ig-
neum à Deo diem ſuperduci[eis]minitans. His verò qui erga*Dominum timorem *Deum
*Deut.4.24.* habebant,Dominus Deus,dicebat,miſericors,pius,& magnanimus,& magnæ miſe- B
*Exo.34.6.7.* rationis,& verax, & iuſtitiam ſeruans, & miſericordiam in milia, auferens iniuſti-
tias,& nequitias,& peccata.[14] Et Verbum quidem loquebatur Moyſi apparens in cō-
*Num.12.8.* ſpectu,quemadmodum ſi quis loquatur ad amicum ſuum:Moyſes verò cupiuit ma-
*Exod.33.22.23.* nifeſtè videre eum qui ſecum loquebatur, & dictum eſt ei: Sta in loco alto petræ, [15] &
[manu mea]contegam ſuper te. Quando verò tranſierit *claritas mea, tunc videbis *gloria
*Ibid.20.* quæ ſunt poſteriora mea,facies autē mea non videbitur tibi:non enim videt homo
faciem meam,& viuet:vtraq; ſignificans, quoniam & impoſſibile eſt homini videre
Deum,& quoniam per ſapientiā Dei in nouiſſimis*temporibus videbit Deū homo, *diebus
in altitudine petræ,hoc eſt,in eo qui eſt ſecundùm hominem eius*aduentus:[16] & pro- *aduentu:
*Matth 17.3.* pter hoc faciē ad faciē confabulatus eſt cum eo in altitudine montis,aſſiſtente etiam
Helia,quemadmodum Euangelium retulit, reſtituens in fine priſtinam repromiſ-
ſionem.[17] Non igitur manifeſtè[ipſam]faciem Dei videbant prophetæ: ſed diſpoſitio-
nes & myſteria,[per]quæ inciperet homo videre Deum. Quemadmodum & Heliæ
*3.Reg.19.11.* dicebatur. Exies cras,& ſtabis in conſpectu Domini,& ecce,Dominus tranſiet, & ec- C
ce ſpiritus magnus,& fortis qui diſſoluet montes, & conteret petras in conſpectu
Domini, & non in ſpiritu Dominus:& poſt ſpiritum terræmotus, & non in terræ-
motu Dominus:& poſt terræmotum ignis, & non in igne Dominus: & poſt ignem
vox auræ tenuis. Per hæc enim & per prophetas valde indignans,propter trāſgreſſio-
nem populi & propter interfectionem prophetarum,docebantur mitius agere,ac ſe-
cundùm hominem aduentus Domini ſignificabatur futurus,poſt illam Legem quæ
*Iſaiæ 42.3.* data eſt per Moyſem,mitis & tranquillus, in quo nec calamum quaſſatum confre-
git,nec linum fumigans extinxit.Oſtendebatur autem & regni eius mitis & pacifica
requietio. Poſt enim ſpiritum qui conterit montes, & poſt terræmotum, & poſt ig-
nem,tranquilla & pacifica regni eius aduenīunt tempora,in quibus cum omni trā-
quillitate Spiritus Dei viuificat, & auget hominem. Manifeſtius autem adhuc[&]
per Ezechielem factum eſt,quoniam ex parte diſpoſitiones Dei,ſed non ipſum vide-
*Ezech.1.16.* bant [18] prophetæ propriè]Deum. Hic enim Dei cùm vidiſſet viſionem, & Cherubim
& rotas eorum, & vniuerſæ progreſſionis eius myſterium cùm retuliſſet, [19] & ſimili-
tudinem throni cùm vidiſſet ſuper eos,& ſuper thronum ]ſimilitudinem quaſi *fi- *figuræ
guram hominis, & illa quidem quæ erant ſuper lumbos eius quaſi figuram electri, D
quæ autem deorſum, quaſi viſionem ignis, & reliquam vniuerſam thronorum vi-
ſionem manifeſtans;ne quis putaret fortè eum in his propriè vidiſſe Deum, intulit.
Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini. [20] Igitur ſi neque Moyſes vidit Deum, nec
Helias,nec Ezechiel, qui multa de cæleſtibus viderunt, quæ autem ab his videban-
tur,erant ſimilitudines claritatis Domini,& prophetiæ futurorum, manifeſtum eſt
quoniam Pater quidem inuiſibilis,de quo & Dominus dixit. Deum nemo vidit vn-
quam. Verbum autem eius, quemadmodum volebat ipſe, & ad vtilitatem viden-
tium claritatem monſtrabat Patris,& diſpoſitiones exponebat. Quemadmodum &
*Ioan.1.18.* Dominus dixit. Vnigenitus Deus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit.

Filius Dei diuerſis modis ſe viſendum præbuit. Et ipſe autem interpretatur Patris Verbum, vtpote diues,& multus exiſtens, non
in vna figura,nec in vno charactere videbatur videntibus eum, ſed ſecundùm di-
ſpenſationum eius cauſas ſiue efficaciam,ſicut in Daniele ſcriptum eſt. [21] Aliquan-
*Dan.3.92.* do enim cum his qui erant circa Ananiam, Azariam, Miſaëlem videbatur, aſſiſtens
eis in



A eis in fornace ignis,& in camino,& liberans eos de igne. Et viſio(inquit)quarti ſimi-
lis Filio Dei.[22] Aliquando autem lapis à monte abſciſſus ſine manibus, & percutiens *Dan.2.34.*
temporalia regna,& ventilans ea,& ipſe replens vniuerſam terram. Rurſum hic idē
[videtur]quaſi Filius hominis in nubibus cæli veniens, & appropinquans ad veterē
dierum,& ſumens ab eo vniuerſam poteſtatem,& gloriam, & regnum. Et poteſtas *Dan.7.13.*
(inquit)eius poteſtas æterna,& regnum eius non interibit. [23] Sed & Ioannes Domini
diſcipulus in Apocalypſi, ſacerdotalem & glorioſum regni eius videns aduentum,
Conuerſus ſum(inquit)videre vocem quæ loquebatur mecum, & conuerſus vidi ſe- *Apocal.1.12.13.*
ptem candelabra aurea, & inter candelabra ſimilem Filio hominis indutum pode-
re,& accinctum ad mammas zonam auream. Caput autem eius & capilli [albi] quē-
admodum lana alba, quomodo nix,& oculi eius vt flamma ignis, & pedes eius ſimi-
les chalcolibano,quemadmodum in camino ſuccenſus eſt.[Et vox]eius quaſi vox a-
quarum,& habet ſtellas ſeptem in manu dextera ſua,& de ore eius romphæa ex vtra
que parte acuta exibat,& facies eius quemadmodum Sol fulgens in virtute ſua.In his
*podere: enim aliquid à Patre clarum eius ſignificat,vt caput:aliquid verò ſacerdotale,vt* po
B derem:& propter hoc Moyſes ſecundùm[hunc] typum veſtiuit pontificem: aliquid *Exod.28.*
verò ad finem,quemadmodum chalcolibanum in camino ſuccenſum,quod eſt for *Leuit.8.*
titudo fidei,[24] & perſeuerabile orationum,propter aduenīens in fine temporum ſuc-
cenſionis incendium.Ioanne verò non ſuſtinente viſionem, Et cecidi enim(inquit) *Apoc.1.17.*
ad pedes eius quaſi mortuus,(vt fieret quod ſcriptum eſt,Nemo videt Deum,& viuet) *Exod 33.20.*
& viuificans eum Verbum & admonens quoniam ipſe eſt in cuius pectore recumbe-
bat ad cœnam,interrogans quis eſſet[25] qui inciperet eum tradere.Et dicebat. Ego ſum *Ioan.13.25.& 26.*
primus & nouiſſimus, & qui viuo,& fui mortuus, & ecce viuo in ſæcula ſæculorum;
& habeo claues mortis & inferorum. Et pòſt hæc in ſecunda viſione eundem Domi-
num videns.Vidi enim(inquit)in medio throni & quatuor animalium, & in medio *Apoc.5.6.7.*
preſbyterorum agnum ſtantem quaſi occiſum,habentem cornua ſeptem, & oculos
ſeptem,qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei,dimiſſi in vniuerſam terram. Et rurſum de eo-
dem ipſo agno,ait.Et ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis & *Apoc.19.11.&c.*
verus,& per iuſtitiam iudicat & pugnat; & oculi eius ſicut flamma ignis, & in capite
eius diademata multa,habens nomen ſcriptum, quod nemo ſcit niſi ipſe:& circum-
C amictus veſtimentum aſperſum ſanguine,& vocatur nomen eius Verbum Dei,& ex
ercitus cæli ſequebatur eum in equis albis,veſtiti byſſinum album mundum,& de o-
re eius procedit romphæa acuta, vt in ea percutiat gentes, & ipſe paſcet eos in virga *Pſal.2.9.*
ferrea,& ipſe calcat lacum vini furoris iræ Dei omnipotentis, & habet ſuper veſtitū,
& ſuper femur ſuum nomen ſcriptum, REX REGVM, ET DOMINVS DOMINANTIVM. Sic
ſemper Verbum Dei velut lineamenta rerum futurarum habet; & velut ſpecies diſ-
poſitionum Patris hominibus oſtendebat,docens nos quæ ſunt Dei.

Non ſolùm autem per viſiones quæ videbantur,&[per] ſermones qui præconabā-
tur,ſed & in operationibus viſus eſt Prophetis, vt per eos præfiguraret,& prædemon- Nuptiæ Oſee quid ſignificarūt.
ſtraret futura.Propter quod & Oſee Propheta accepit vxorem fornicationis,per ope
rationem prophetans,quoniam fornicando fornicabitur terra à Domino: hoc eſt, *Oſee 2.23.*
qui ſuper terram ſunt homines,& de huiuſmodi hominibus beneplacitum habebit
Deus aſſumere Eccleſiam ſanctificandam communicatione Filij eius: ſicut & illa
ſanctificata eſt communicatione Prophetæ. Et propter hoc Paulus ſanctificatam ait *1.Cor 7.14.*
infidelem mulierem in viro fideli. Adhuc etiam filios ſuos nominauit propheta, Nō *Oſee 2.23.*
D miſericordiam conſecuta,& non populus:vt,quemadmodū Apoſtolus ait, Fiat qui *Rom.9.25.*
non populus,populus:&[ea quæ non eſt] miſericordiam conſecuta, miſericordiam
conſecuta:[26] & in loco eliberata,in quo[vocabatur]non populus, ibi vocabuntur fi-
lij Dei viui.Id quod à Propheta typicè per operationem factum eſt, oſtendit Apoſto-
*à lus verè factum in Eccleſia *& Chriſto.[27] Sic autem & Moyſes Aethiopiſſam accipie-
bat vxorem,quam ipſe Iſraelitidem fecit, præſignificans quoniam oleaſter inſeritur
in oliuam,& participans pinguedinis eius[erit.]Quoniam enim his qui ſecundū car- *Rom.11.24.*
nem natus eſt Chriſtus,à populo quidem habebat inquiri vt occideretur,liberari ve-
rò in Aegypto,id eſt in Gentibus,& ſanctificare eos qui ibi eſſent infantes, vnde & Ec- *Matth.2.13.*
*& Aethiopia: cleſiam ſibi perfecit. AEgyptus enim ab initio gentilis,quemadmodum * AEthiopiſ-
ſa:propter hoc per nuptias Moyſi,nuptiæ Verbi oſtendebantur;& per AEthiopiſſam
coniugem, ea quæ ex Gentibus eſt Eccleſia manifeſtabatur; cui qui detrahunt, &
incuſant & derident eam,non erunt mundi. Leproſi enim erunt,& abijcientur à iu- *Num.12.21.*
ſtorum caſtris. Sic autem & Raab fornicaria ſemetipſam quidem condemnans,quo- *Ioſ.6.23.*
niam eſſet gentilis omnium peccatorum rea,[28] ſuſcepit autem ſpeculatores, qui ſpe- *Heb.11.31.*

cula-

culabantur vniuerſam terram,& apud ſe abſcondit Patrē ſcilicet & Filium &* Spiritum ſanctum. Et cùm vniuerſa ciuitas in qua habitabat,concidiſſet in ruinam, canentibus ſeptem tubicinis,in vltimis Raab fornicaria conſeruata eſt, cum vniuerſa domo ſua, fide ſigni coccini: ſicut & Dominus dicebat his,qui aduentum eius non excipiebant, Phariſæi ſcilicet:& coccini ſignum [29] nullificant, quod erat paſcha, redemptio & exodus populi ex AEgypto,dicens. Publicani & meretrices [præcedunt] vos in regno cælorum.

A — *cum Spiritu ſancto. — Matt.21.31.

## ANNOTATIONES.

1. Igitur ſecundùm magnitudinem] *Deus natura quidem incomprehenſibilis, operibus tamen oſtendit ſe vnicum eſſe huius mundi Deum ac Dominum: quippe qui illum non mediantibus Angelis, ſed per vnigenitum Filium ſuum atque Spiritum ſanctum condiderit.*

2. Ad quos & loquitur dicens, faciamus] *Hunc locum poſt Irenæum ſic intelligendum cenſuerunt Tertullianus lib. de Trinitate; Athanaſius epiſt. de Synodis; libr.1. de Vnita Deitate Trinitatis; Serm. 4. contra Arianos; Hilarius libr.4. de Trinitate; Baſilius homil.9. In Hexæmeron; Gregorius Nyſſenus orat. In ea verba:* faciamus hominem, *&c. Cyrillus Ieroſo. Catech.10. Cyrillus Alex. lib.2. cap.2. in Ioan. libr. 4. dialog. de Trinitate; lib.1.4.& 8. contra Iulianum; Epiphanius hæreſ. 69. Ambroſius lib.1. de Fide cap.7.& libr.6. Hexæm. cap. 7. Auguſt. lib.12. de Trinit. cap.6. libro contra ſermonem Arianorum. Theodoret. Quæſt.19. In Geneſim. Iudæos, Sabellianos, & Arianos huic interpretationi contradicentes, rationibus, alijs ſcripturis iam conuictos horrendis anathematibus & diris omnibus proſequendos deſerunt.*

3. Bene ergo pronuntiauit Scriptura.] *Hūc locum Irenæi tranſcripſit Euſebius libr.5. hiſt. cap.8. Ex quo germanam lectionem reſtituimus; duabus dictionibus adiectis* pronunciauit, *&* quæ *Magdeburgenſes, etſi ſexdecim viros Lynceos planè & Argos iactitant ſuis rhapſodijs diu noctuque incumbere, hîc tamen fœdiſſimo mendacio lapſi ſunt, ſcribentes hoc ipſum Irenæi iudicium de Paſtoris ſcripto, quod Euſebius recitat, non reperiri in ijs, quæ hodie exſtant Irenæi operibus. Hanc porrò ſententiam Origenes Irenæum imitatus ex Paſtoris libro, in cap.3. libri primi Periarchœn inſeruit: eandem Arianos adamaſſe, & citaſſe, refert Athanaſius Epiſtol. Quod Nicæna Synodus, &c. Cæterùm quanti hinc æſtimanda ſint Hermetis ſeu Paſtoris ſcripta; pronuntiabit Eccleſia: grauiſſimorum ego authorum diuerſa proponam iudicia. Hermam ſiue Hermetem eum eſſe, quem in fine Epiſtolæ ad Roman. ſalutat Paulus, quoſdam æſtimaſſe ſcribit Euſebius libr. 3. capit. 3. hiſtoriæ. Pij Papæ, qui anno vigeſimo Antonini Imperatoris martyrium perpeſſus eſt, fratrem eum vocat Damaſus: Platina non fratrem, ſed familiarem fuiſſe magna intercedente inter eos conſuetudine, ſcribit. Hunc idem Pius pontifex & martyr appellat Doctorem fidei & ſcripturarum, qui ſua ætate effulſerit, cuique Angelus Domini in habitu Paſtoris apparuerit. Irenæum huius ſcriptum nouiſſe & probaſſe eò indicat Euſebius, quòd præcedenti ab illo ſumpta ſententia vtitur ad hæreſim reuincendam, fideique præcipuum dogma confirmandum. Angelum Paſtoris habitu ei colloquutum, citatis verbis eius ſemel & iterum lib.1. & 2. Stromatœn; ſemel libr.4. bis quoque lib. 6. docet Clemens Alex. Quoſdam orantium ritus ex Hermæ ſcriptis diſputat & probat Tertullian.* (Lib. de Orat.) *Ad librorum ipſius lectionem hortatur Origen. hom. 13. in Ezech. Athanaſius libro de incarnatione Verbi, ſententiæ ſupra ſcriptæ partem adducens, vtiliſſimum appellat Paſtoris librum. Ruffinus in expoſitione Symboli, illum adſcribit libris, quos maiores Eccleſiaſticos vocarunt. Hieronymus inter primos Eccleſiaſticos ſcriptores eum enumerans,* (In Catalogo.) *librum illius publicè apud quaſdam Græciæ Eccleſias prælegi, teſtatur: eumque re vera vtilem cenſet, & multos veterum ex eodem teſtimonia vſurpaſſe cognoſcit. Sedulius in ca.16. ad Rom. ſcripturam libelli Paſtoris valdè ſibi vtilem & diuinitus inſpiratam videri, ſcriptum reliquit. Hæc obſeruare libuit in Magdeb. qui præcipuè hunc autorem friuolis & ieiunis conlectionibus innixi, miſeris modis exceptum lacerant & damnant.*

B

4. Quoniam autem & Sapientia] *Spiritus ſancti diuinitatem et coæternitatem cum Patre et Filio, hic videre eſt: eaque ratione Magdeburgenſes oppoſitum illi adſcribere per ſycophantiam non debuerunt.*

5. Dominus creauit me] *De huius loci ſenſu grauiter olim inter Catholicos & Arianos certatum fuit: his inde volentibus Filium Dei propriè & verè creatum eſſe, illis conſtanter negantibus, vtpotè qui ſemper cum Patre fuiſſet, quemadmodum hoc capite tradit Irenæus, id eſt, eandem cum Patre haberet æternitatem, immenſitatem, & diuinam maieſtatem, profitentibus in Symbolo:* Aeternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus ſanctus. Non tamen tres æterni, nec tres immenſi: ſed vnus æternus & vnus immenſus. *Hunc porrò nodum paucis diſſoluunt Epiphanius & Hieronymus, docentes in fonte Hebræo verbum eſſe CANANI, quod poſsidere & acquirere: non autem BARA, quod creare ſignificat. Ac idcirco Aquilam rectius vertiſſe, κύριος ἐκτήσατό με,* Dominus poſſedit me: *quàm Septuaginta κύριος ἔκτισέ με, Dominus creauit me. Poſſeſſio enim ſignificat, quod ſemper Filius in Patre, & Pater in illo fuerit: Creatio autem eius qui prius non erat, conditionis exordium: quod de Filio Dei vel cogitare impium ac nefaſtum.*

C — In Anchorato. — Epi. ad Cypr.

6. Nec veterum] *Vet. cod. pro his duabus voculis habebat* qui quieuerunt: *vtrumque legi poteſt.*

7. Et cùm loqueretur] *Hoc loco quædam deleuimus, alia adiecimus vet. cod. auth. Nam excuſi legebant,* & colloqueretur, & adfuturus eſſet, id eſt, ab vniuerſo ſuo plaſmate ſaluans illud, & parcibilis ab eo, &c.

D

8. Nā prophetia] *Parem huic deſcriptionem habet Baſil.* Propheta eſt, qui per Spiritus ſancti reuelationē, quod futurum eſt prænūciat. *Et Procopius Gaza in 1.c. Iſaiæ, prout Latinum factum mihi oſtendit eius interpr. Ioānes Curterius,* Propheta eſt, qui res futuras, vel præſētes occultas prædicit. (In 4 ca. Iſa.)

9. Quēadmodum n. videntes lumen] *Sententiā hanc vſque ad id,* & propter hoc incapabilis, viſibilē ſe, &c. *tranſcripſit nominatim ex Iren. Meliſſa, pa.2. in ea aūt* percipiūt *pro* recipiūt *ſubſtituimus.*

10. Per quem fecit] *Sic vet. co. excuſi,* per quē perfecti.

11. Verbum diſpenſator] *Expunximus* diſpenſatum *vet. cod. auth.*

12. Non enim ſolo ſermone] *Elegans eſt Aug. ea de re ſententia hæc,* Patrum illorum non tantū lingua, verùm etiam vita, prophetica fuit, *li.4. cont. Fau. c.2. et li.22. c.23. Tert. etiam,* ſicut vocibus,





ita & rebus prophetatum eſt, *libr. de reſurrect. carn.*

A

13. Et reliquas autem eius] *Tria hæc genera viſionum, quibus Prophetis Deus ſeipſum, ſuaque iudicia manifeſta fecit, copioſè perſequitur Auguſtinus, lib. contra Adimantum cap. 28.*

14. Et Verbum quidē loquebatur Moyſi] *Conſtans eſt hæc omnium ferè antiquorum ſententia, vt ſæpe adnotauimus. Hunc locum illuſtrabunt clariſſima iſthæc B. Clementis verba:* (Lib.5. Conſt. cap.21.) Hunc Filium Dei incarnandum, olim apparentem vidit Iacob vti hominem, & dixit, Vidi Dominum facie ad faciem: hunc Abraham hoſpitio recepit, hunc Moſes in rubo vidit, hunc Ieſus Naue dux exercitus Domini armatum, pugnantem: hunc Daniel, filium hominis venientem ad patrem, &c. *Vide & Cyrillum Ieroſoly. Catecheſi 10. & 11.*

B

15. Et manu mea] *Sic vetus cod. Græcè σκεπάσω τῇ χειρί μου. Vulgata:* Protegam dextera mea. *Suſtulimus,* manum meā. *Et poſtea,* ipſam, *pro* ipſi, *repoſuimus.*

16. Et propter hoc facie ad faciem] *Eadem ſic quoque exprimit Tertullianus libr. 4. contra Marc.* Cùm deſideraſſet conſpectum Domini Moſes, dicens: Si inueni gratiam coram te, manifeſta te mihi, vt cognoſcenter videam te: eum conſpectum deſiderans, in quo hominem eſſet acturus, quod Propheta ſciebat, &c. In nouiſſimo, inquit Dominus, videbis poſteriora mea, non lumbos, nec ſuras, ſed quam deſiderauerat gloriam in poſterioribus temporibus reuelandam, in qua facie ad faciem viſibilem ſe ei repromiſerat, &cæt. *Eadem continet libro contra Praxeam. Item Cyrillus Ieroſolymitan. Catech. 10.*

C

17. Non igitur manifeſtè] *Hæc deſumpta videntur ex Dionyſ. Areopag. lib. de cæleſt. hier. c.4. & epi. 2. ad Caium monachum.*

18. Prophetæ propriè] *Ita vetus cod. excuſi,* priores.

19. Et ſimilitudinem] *Decem has voces ex vet. cod. reſtituimus.*

20. Igitur ſi neque Moyſes] *Diſputarunt olim, atque etiam nunc inquirunt multi, An Moyſes & Paulus, cùm adhuc hîc peregrinarentur, viderint Deum more beatorum, id eſt, facie ad faciem ſicuti eſt: quod hîc diſertè negat Irenæus. Ego paucis, quod ab eximio doctore Auguſtino didici ſubijcio. Is alicubi ſcribit eos* (Lib.12. de Gen. ad lit. ca.27. & 28.) *Deum vidiſſe non aliqua corporalis naturæ ſimilitudine vel imagine: ſed in ea ſubiecti natura & eſſentia, qua Deus eſt, quantùm eam capere poteſt homo ſeuocatus ab omni ſenſu corporis. Idem rurſum confirmat Epiſtola ad Paulinam, de videndo Deum, cap.12. & 13. Sed hoc ipſum lib.2. de Trinit. cap.17. & 18. exponit, affirmans illos ſolo mentis oculo Deum ad tempus vidiſſe, quantum fas eſt homini: non autem corporeis oculis. Cōtendit etenim lib.22. de ciu. neque etiam beatos poſt iudicium, Deum corporeis oculis, quantumuis glorificatis, aſpecturos eſſe: obſeruans beatum Iob dixiſſe quidem,* In carne mea videbo Deum: *ſed non per carnem.*

D

*Nec ſolus Irenæus iudicat Moyſem vel Paulum hîc degentes Deum inſtar beatarum mentium minimè vidiſſe: verùm idem quoque ſentiunt Dionyſius lib. cæleſt. hier. cap. 4. ac Epiſtola ad Caium: Origenes homil. 1. in Iſaiam: Nazianzenus orat. 2. de Theologia: Chryſoſtomus hom.14. in Ioannem: Cyrillus Alex. lib.1. in Ioan. ca. 22. & ex Latinis Hieronym. Dialog.3. adu. Pelagianos: Gregorius libr.18. Moral. cap.36. & 37. alijque permulti. Ad ſcripturas autem quæ contra ſentientes obijciunt, reſpondent, illas de ſpeciali quadam & illuſtriori viſione intelligendas eſſe: non de beatifica, qua nunc cum Angelis in cælo potiuntur.*

21. Aliquando enim] *Tertull.* Hic erat viſus Babylonio regi in fornace cum martyribus ſuis quartus, tanquam filius hominis, &c. *Lib. contra Marc. & lib. contra Praxeam. Conſentiunt Hieronymus & Theodoretus comment. in 3. Daniel.*

22. Aliquando autem lapis à monte] *Per montem, vel Hebræorum genus, vel B. Mariā Virginem: per lapidem verò Chriſtum, ſuperueniente ſolius Spiritus ſancti virtute, ex ea conceptum & natum, cum Irenæo intelligendum arbitrantur Iuſtin. in dialog. Tertull. libr.3. contra Marc. Auguſtinus concione ad Catechum. cap.12. Repoſuimus autem* videtur, *pro,* videbitur.

23. Sed & Ioannes] *Sacram Apocalypſin diſertè Ioanni Apoſtolo & Euangeliſtæ adſcribit: verùm de hoc infra copioſius dicetur.*

24. Et perſeuerabile orationum] *Id eſt, perſeuerantiam, qua frequenter pernoctabat in precibus.*

25. Qui inciperet eum tradere] *ἔμελλε παραδιδόναι, qui traditurus eſſet.*

26. Et in loco eliberata] *Græcè καὶ ἔσται ἐν τῷ τόπῳ οὗ,* & in loco erit, in quo vocabatur &c.

27. Sic autem & Moyſes] *Theodoreto quæſt.4. in Exod. Hieronymo in 1. cap. Soph. & Auguſtino Serm. 86. placet quoque hæc intelligentia.*

*Sed quæritur à multis, quomodo vxor Moſis dicatur Aethiopiſſa, cùm fuerit filia Iethronis ſacerdotis Madian, in quam prouinciam fugiſſe dicitur, non in Aethiopiam? Reſpondeo, Madian ſolo breui maris rubri traiectu ab Aethiopia diſtare: eandemque perſæpe vocari in ſacris literis terram Chuz ac Aethiopiam: ideo Sephoram inde natam & educatam rectè Aethiopiſſam appellatam eſſe. Eſt tamen memorabile, quod non ſolùm Epiphanius, ſed etiam R. Moſe Maiemonin obſeruat, nimirum, Moſen prophetæ ſuſcepto munere, ab eadem vxore ſua deinceps abſtinuiſſe, vt tam ſanctæ ac ſpiritali vocationi puriorem daret operam.* (Cont. hær. 78.)

28. Suſcepit autem ſpeculatores] *Vetus cod. adijcit,* tres ſpeculatores, *quod comparationi de tribus diuinis hypoſtaſibus concinnè quadraret, ſi bibliorum contextus, duos, non tres fuiſſe repeteret. Cæterùm non multum diſcedit ab hac Irenæi allegoria, Iuſtinus Martyr in Dialogo.*

29. Nullificant] *Id eſt, aſpernantur & contemnunt. Proxima linea,* præcedunt, *pro,* præcedent; *legimus, quòd in Euangelio legatur, προάγουσιν.*

## *QVEMADMODVM IN ABRAHAM PRÆfigurabatur fides noſtra, & quæ eſt expoſitio eorum quæ facta ſunt à Patribus.* A

### CAPVT XXXVIII.

Rom.4. Q[1]Voniam autem & in Abraham præfigurabatur fides noſtra, & quoniam Pa
triarcha noſtræ fidei, [& ] velut Propheta fuit, pleniſſimè Apoſtolus docuit
Gal.3.5. in [ea]epiſtola[quæ eſt]ad Galatas,dicens. Qui ergo tribuit vobis Spiritum,
Galat.3 8. & operatur virtutes in vobis,ex operibus Legis,an ex auditu fidei? Sicut Abraham
credidit Deo,& reputatum eſt illi ad iuſtitiam.Cognoſcite itaque quoniam qui ſunt
ex fide,hi filij ſunt Abrahæ. Prouidens autem Scriptura quoniam ex fide iuſtificat
Geneſ 12.& Gentes Deus,prænuntiauit Abrahæ quoniam benedicentur in eo omnes Gentes.Ita B
18.18 & 22. que qui ex fide ſunt,benedicentur cum fideli Abraham.Ob quæ non ſolùm Prophe-
18. tam eum dixit fidei, ſed & patrem eorum qui ex Gentibus credunt in Chriſtum Ie-
ſum,eo quòd vna & eadem illius, & noſtra ſit fides; illo quidem credente futuris
quaſi iam factis propter repromiſſionem Dei: nobis quoque ſimiliter per fidem ſpe-
culantibus eam quæ eſt in regno hæreditatem,propter repromiſſionem Dei. Et ea
autem quæ circa Iſaac non ſine ſignificatione ſunt.In ea enim epiſtola quæ eſt ad Ro
Rom.9.10. manos,ait Apoſtolus.Sed & Rebecca ex vno concubitu habens Iſaac patris noſtri, à
Geneſ.25.22. Verbo reſponſum accepit, vt ſecundùm electionem propoſitum Dei permaneat, nõ
ex operibus,ſed ex vocante,dictum eſt ei.Duo populi in vtero tuo, & duæ Gentes in
ventre tuo,& populus populum ſuperabit,& maior ſeruiet minori.Ex quibus mani-
feſtum eſt,non ſolùm prophetationes Patriarcharum,[2] ſed & partum Rebeccæ pro-
phetiam fuiſſe duorum populorum,& vnum quidem eſſe maiorem, alterum verò
minorem,& alterum quidem ſub ſeruitio,alterum autem liberum. Vnius autem &
Dan.13.42. eiuſdem patris,vnus & idem Deus noſter & illorum:[3] qui eſt abſconſorum cognitor,
Rom.9,13. qui ſcit omnia antequam fiant;& propter hoc[dixit.] Iacob dilexi, Eſau autem odio C
habui.

Gen.25.26. Siquis autem & actus qui ſunt Iacob addiſcat, inueniet eos non inanes, ſed plenos
diſpoſitionum:& in primis in natiuitate eius,[4] quemadmodum appræhendit calca-
neum fratris, & Iacob vocatus eſt, id eſt, ſupplantator, tenens, ſed qui non tene-
tur;ligans pedes,ſed qui non ligatur;luctans & vincens; tenens in manu calcaneum
aduerſarij,id eſt, victoriam.Ad hoc enim naſcebatur Dominus,cuius typum genera-
Apoc 6.2. tionis monſtrabat,de quo & Ioannes in Apocalypſi ait.Et exiuit vincẽs, vt vinceret.
Gen.25.32. Deinde autem primogenita accipiens, quando vituperauit ea frater eius: quemad-
modum & iunior populus eum primogenitum Chriſtum accepit,cùm eum repulit
Ioan.19.15. populus ætate prouectior,dicens.Non habemus regem, niſi Cæſarem.In Chriſto au-
tem vniuerſa benedictio,& propter hoc benedictiones prioris populi à Patre ſubri-
puit poſterior populus, quemadmodum Iacob abſtulit benedictionem huius Eſau.
Ob quam cauſam fratris patiebatur inſidias, & perſecutiones frater ſuus, ſicut & Ec-
cleſia hoc idem à Iudæis[patitur.]Peregrè naſcebantur XII. tribus genus Iſraël, quo-
niam & Chriſtus peregrè incipiebat [5] duodecaſtylum ]firmamentum Eccleſiæ gene- D
Gen.30.37. rare.Variæ oues quæ fiebant hinc Iacob merces: & Chriſti merces,[quia ]ex varijs &
differentibus Gentibus in vnam cohortem fidei conuenientes fiunt homines,quem
Pſalm.2.8. admodum Pater promiſit ei; Poſtula, dicens, à me,& dabo tibi Gentes hæreditatem
tuam,& poſſeſſionem tuam terminos terræ.Et quoniam multitudines filiorum Do-
Gen.29.28. mini Prophetæ fiebant Iacob, neceſſitas omnis fuit[6] ex duabus ſororibus eum filios
facere:Quemadmodum Chriſtus ex duabus Legibus vnius,& eiuſdem Patris.Simili-
Gen.30.3. ter autem,& ex ancillis,ſignificans quoniam ſecundùm carnem ex liberis, & ex ſer-
uis Chriſtus ſtatuet filios Dei, ſimiliter omnibus dans munus Spiritus viuificantis
nos.Omnia autem ille faciebat propter illam iuniorem, bonos oculos habentẽ Ra-
chel:[7] quæ præfigurabat Eccleſiam,propter quam ſuſtinuit Chriſtus:qui tunc quidẽ
[per]Patriarchas ſuos, & Prophetas præfigurans & prænuntians futura, præexercens
ſuam partem diſpoſitionibus Dei, & aſſueſcens hæreditatem ſuam obedire Deo, &
peregrinari in ſæculo,& ſequi verbum eius,& * præfigurare futura. Nihil enim va- *præſignificare
cuum,neque ſine ſigno apud eum.





A

### ANNOTATIONES.

1. Quoniam autem & in Abraham ]*Non ſolùm in Abraham præſignata eſt fides & vocatio Gentiũ ad Chriſtum;verùm etiam in Rebeccæ parturitione, rebus geſtis per Iacob; ideo facilè apparet eandem Patriarcharum fidem cum noſtra in vnum Deum fuiſſe.&c.*

2. Sed & partum Rebeccæ ] *Huic interpretationi ſubſcribunt Iuſtin.in Dialogo.Tertul.initio libri contra Iudæos.Orige.hom.11.in Geneſ.Ambroſ.in cap.9. ad Rom.Auguſt.Serm.68.de temp.Proſper Aquit.li.1.de prom.cap.20.*

3. Qui eſt abſconſorum cognitor ] *Verba ſunt Suſannæ,ſumpta ex cap.13.Danielis: ex quibus, & alijs quæ ſupra, cap.11.& infra cap. 44.referuntur, apparet manifeſtè illa duo poſtrema Danielis capita, quæ nunc ab Hugnoſticis velut apocrypha reijciuntur, ſacroſanctæ veritatis & authoritatis fuiſſe antiquiſſimis Eccleſiæ proceribus & martyribus.* B

4. Quemadmodum apprehendit calcaneum ]*Eucherius Lugdunenſis,Rupertus,Gloſa interl.* Maioris plantam tenuit, quia myſticè maior minorem ſuperaturus erat. Planta enim Eſau, nouiſſimũ præſignabat Iſraelitici populi tempus,in quo Dominus noſter aduenire dignatus eſt, vt eis conferret ſalutem,&c.

5. Duodecaſtylum ] *Sic legendum docet vet. cod.id eſt,duodecim columnarum, quarum nomine duodecim Apoſtolos intelligit adumbratos per duodecim Patriarchas: qui vt Iudæorum, ſic iſti Chriſtianorum propagines fuêre.Iuſtin.addit,eoſdem ſignificatos fuiſſe per duodecim tintinabula dependentia è ſtola Pontificis. Tertull.per duodecim fontes in Elim, duodecim gemmas in tunica ſacerdotis, duodecim lapides in Iordane electos,& in Arca teſtamenti conditos,lib.4.cont. Mar.Deleuimus* decaſtylum,*& paulò ante* patitur *pro* patiebatur *auth.vet.cod.repoſuimus.*

6. Ex duabus ſororibus ]*Hoc pro ingenti crimine, quod tamen diligenter diluit, Manichæos beato Patriarchæ obieciſſe tradit Auguſt. qui & Allegoricõs totam hiſtoriam eleganter explicat,lib.22.contr.Fauſt. Manic.à cap.52. vſque ad 60. itemq; Serm.80.de Temp.*

7. Quæ præfigurabat ]*Sic Iuſt.in Dial.ſcribit:* Duæ vxores Iacob, duos populos adumbrabant,Lęa Synagogam,Rachel Eccleſiã.Lęę debiles erant oculi,ſic Iudæi animæ oculos hebetes habent.Rachel furata eſt deos Labã,Eccleſiæ Chriſtianę etiã periérũt dij fabrefacti,&c.

## *QVARE LAVIT PEDES DISCIPVLORVM ſuorum, & quare diſcumbentibus, & quòd ipſe ſimiliter ante omnes Deus oſtenditur.*

### CAPVT XXXIX.

C IN nouiſſimis autem temporibus, cùm venit plenitudo temporis liberta-
tis,ipſum Verbum per ſeipſum ſordes abluit filiarum Sion,[1]manibus ſuis Iſaiæ 4.4.
lauans pedes diſcipulorum. Hic eſt enim finis humani generis[2] hæredifi- Ioan.13.5.
cantis]Deum,vti quemadmodum in initio per primos, omnes in ſerui-
tutem redacti ſumus debito mortis,ſic in vltimo per nouiſſima omnes,qui ab initio
diſcipuli,emundati,& abluti quæ ſunt mortis,in vitam veniant Dei.Qui enim pedes
lauit diſcipulorum,totum ſanctificauit corpus,&[in]emundationem adduxit.Qua-
propter & recumbentibus eis miniſtrabat eſcam,ſignificans eos, qui in terra recum- Matth.26.
bebant,quibus venit miniſtrare vitam.Sicut Hieremias ait: Recommemoratus eſt
Dominus ſanctus Iſraël mortuorum ſuorum,qui prædormierunt in terra defoſſio-
nis,& deſcendit ad eos,vti euangelizaret eis ſalutare ſuum, ad ſaluandum eos. Prop-
ter hoc autem,& diſcipulorum oculi erant grauati veniente Chriſto ad paſſionem, Luc.22.49.
& inueniens eos dormientes[Dominus,] primò quidem dimiſit, ſignificans patien- Marc. 14.37.
tiam Dei in dormitione hominum.Secundò verò,veniens excitauit eos,& erexit, ſi- Matt.26.43.
gnificans quoniam paſſio eius expergefactio eſt dormientium diſcipulorum, prop-
D ter quos & deſcendit in inferiora terræ,id quod erat inoperatum conditionis viſurus Epheſ.4.9.
oculis,de quibus & dicebat diſcipulis.Multi Prophetæ,& iuſti cupierunt videre & au Matt.13.17.
dire,quæ vos videtis & auditis.[3] Non enim propter eos ſolos,qui temporibus Tiberij
Cæſaris crediderunt ei,venit CHRISTVS;nec propter eos ſolos,qui nunc ſunt ho
mines,prouidentiam fecit Pater: [4] ſed propter omnes omnino homines, qui ab ini-
*propter tio * ſecundùm virtutem ſuam in ſua generatione, & timuerunt & dilexerunt Deũ,
& iuſtè & piè conuerſati ſunt erga proximos,& concupierunt videre Chriſtum & au
dire vocem eius.Quapropter omnes huiuſmodi in ſecundo aduentu,primò de ſom-
no excitabit,& eriget tam eos,quàm reliquos,qui iudicabuntur, & conſtituet in reg-
num ſuum.Quoniam quidem vnus Deus,qui Patriarchas quidem direxit in diſpoſi- Rom.3.30.
*iuſtificauit tiones ſuas,* iuſtificat autem Circuncifionem ex fide,& præputium per fidem. Quẽ-
admodum enim in primis nos pręfigurabamur,& pręnuntiabamur;ſic rurſus in no-
bis illi deformantur,hoc eſt,in Eccleſia, & recipiunt mercedem pro his quæ labora-
uerunt.

## ANNOTATIONES. A

1. Manibus ſuis lauans ] *Vult eam pedum ablutionem, quam in cœna Chriſtus peregit, ſignificaſſe alteram eam, qua quotidiana peccatorum remiſsione animorum noſtrorum ſordes abluuntur; quod ampliori oratione explicat Cyprianus, ſeu quiuis alius author Sermonis, de Ablutione pedum, cui ſubſcribunt Cyrillus & Auguſtinus in Ioannem.*

2. Hæredificantis] *Expunximus* reędificantis, *auth. vet. cod.*

3. Non enim propter eos ſolos ] *Eleganter ſcribit Lactantius ideo crucis ſupplicium præ cæteris omnibus ſummum Patrem elegiſſe, quo Filium affici ſineret, vt cunctis gentibus eius paſsio innoteſceret. Nam qui patibulo ſuſpenditur, & conſpicuus eſt omnibus, & cæteris altior. Quapropter Dominus noſter in paſsione extendit manus ſuas, orbemq́ dimenſus eſt; vt iam tunc oſtenderet ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, magnum populũ ex omnibus linguis, & tribubus congregatum, ſub alas ſuas eſſe venturum, ſignumq́ illud maximum atq; ſublime, frontibus ſuis ſuſcepturum. lib. 4. cap. 26.*

4. Sed propter omnes omnino] *Caluiniani pro ſua impietate, toti generi humano per Chriſtum partum & oblatum redemptionis beneficium ad minimam illius partem contrahentes & reſtringentes, non verentur cum Bucero dicere,* Eum morte ſua Electorũ tantùm peccata expiaſſe: *(In Ioan. pagina 34.) cum Muſculo,* Tantùm pro credentibus ſatisfeciſſe: *cum Caluino,* Nec pro impijs crucifixum, nec ſanguinem eius pro expiandis horum peccatis effuſum: *(Lib. contra Heshuſ.) cum Beza in Colloquio Mompelgartenſi, pa. 544. &c.* Promiſſiones vniuerſales de Chriſto redemptore omnium, non ſecundùm literam de omnibus hominibus, ſed de quibuſdam tantùm accipi debere: *quæ hîc à viro Apoſtolico Irenæo ſummo iure coarguuntur. Ecquid aliud vir ſanctus præſtitiſſet, docente præſertim B. Ioanne Apoſtolo, Polycarpi præceptoris ſui præceptore ac doctore,* Chriſtum propitiationem eſſe, non pro noſtris *(id eſt electorum)* peccatis tantùm, ſed & totius mundi? *(1. Ioan. 2. 2.)* B *Præcurſore quoque perſonante, illum eſſe agnum Dei,* qui tollit peccata mundi? *(Ioan. 1.) Pauloq́ue atteſtante,* Chriſtum mortuum eſſe pro omnibus, Deum in Chriſto mundum ſibi reconciliaſſe? *(2. Cor. 5.)* Et Chriſtum dediſſe ſemetipſum redemptionem pro omnibus? *(Tit. 2.)* Mortem deguſtaſſe pro omnibus? *Sed de hoc aliâs.*

## *QVOD AIT, NON VOS LABORASTIS: ALII laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis.*

### CAPVT XL.

*Ioan. 4. 35.* P[1]Ropter hoc dicebat Dominus diſcipulis. Ecce dico vobis: Attollite oculos veſtros, videte regiones, quoniam albæ ſunt ad meſſem. Nam meſſor C mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: vti & qui ſeminat, & qui metit, ſimul gaudeat. In hoc [enim] eſt ſermo verus, quoniã alius eſt qui ſeminat, & alius qui metit. Et: Ego enim præmiſi vos metere, quod vos non laboraſtis: alij laborauerunt, & vos in laborem eorum introiſtis. Qui ergo ſunt qui laborauerunt, qui diſpoſitionibus Dei[2] deſeruierunt? Manifeſtum eſt quia Patriarchæ, & Prophetæ, qui etiam præfigurauerunt noſtram fidem, & diſſeminauerunt in terra aduentum Filij Dei, quis & qualis erit: vti qui poſteriores erant futuri homines, habentes timorem Dei, facilè ſuſciperent aduentum Chriſti, inſtructi à Prophetis. Et propter hoc Ioſeph, cùm cognouiſſet quòd pregnans eſſet Maria, & [cogitaret] *Matth. 1. 20.* abſconsè dimittere eam, Angelus in ſomnis dixit ad eum. Ne timeas aſſumere Mariam coniugem tuam, quod enim habet in ventre, ex Spiritu ſancto eſt. Pariet autem Filium, & vocabis nomen eius IESVM: ipſe enim ſaluabit populum ſuum à peccatis eorum. Et adiecit ſuadens ei. Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur quod *Iſaiæ 7. 14.* dictum eſt à Domino, per Prophetam dicentẽ. Ecce, virgo in vtero accipiet, & pariet D Filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, per ſermones Prophetæ ſuadens ei, & excuſans Mariam: hanc eandem eſſe oſtendens, quæ ab Eſaia eſſet prænuntiata *Matth. 2. 13.* Virgo,[3] quæ generaret] Emmanuel. Quapropter ſine dubitatione ſuaſus Ioſeph, & Mariã *Matth. 2. 22. & 23.* accepit,[4] & in reliqua vniuerſa educatione CHRISTI gaudens, obſequium præſtitit, *Luc. 3. 23.* vſque in AEgyptum ſuſcipiens profectionem, & inde regreſſum, & in Nazareth tranſmigrationem. Denique, qui ignorabãt Scripturas, & repromiſſionem Dei, & diſpoſitionem Chriſti, patrem eum * putabant pueri. *(*vocabãt)* Propter hoc autem, & ipſe Domi- *Iſaiæ 61. 1.* nus in Capharnaum Eſaiæ Prophetias legebat: Spiritus Domini ſuper me, quapropter vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me, curare contribulatos corde, præconare captiuis remiſſionem, & cæcis viſionem. Semetipſum quoq; oſtendens prænun- *Luc. 4. 21.* tiatum per* Prophetas, dicebat eis. Hodie impleta eſt Scriptura hęc in auribus veſtris. *(*Prophetã)* *Actor. 8. 32.* Propter hoc Philippus, cùm inueniſſet eunuchum reginæ AEthiopum legentem ea quæ ſcripta ſunt; Quemadmodum ouis ad victimam ductus eſt, quemadmodum a- *Iſaiæ 53. 54.* gnus in conſpectu tondentis ſine voce, ſic non aperuit os ſuum. In humilitate iudicium eius ablatum eſt: & reliqua quæcunque de paſſione eius, & de carnali aduentu, & quem-



A & quemadmodum inhonoratus eſt à non credentibus ei, pertranſiuit Propheta: facilè *(Iſaiæ 50. 6.)* ſuaſit ei credere eum eſſe Chriſtum Ieſum, qui ſub Pontio Pilato crucifixus eſt, & paſſus eſt quæcunque prædixit Propheta, eumque eſſe Filium Dei, qui æternam vitam hominibus dat. Et ſtatim vt baptizauit eum, abſceſſit ab eo. Nihil enim aliud deerat ei qui à Prophetis fuerat præcatechizatus, non Deum Patrem, non conuerſationis diſpoſitionem, ſed ſolùm aduentum ignorabat Filij Dei, quem cùm breuiter cognouiſſet, agebat iter gaudens,[5] præco futurus in AEthiopia Chriſti aduentus. Quapropter non multum laborauit circa eum Philippus, qui erat in timore Dei præaptatus à Prophetis. Propter hoc autem & Apoſtoli oues colligentes, quæ perierant do- *(Matth. 15. 25.)* mus Iſrael, de Scripturis alloquentes eos, oſtendebant Ieſum crucifixum, hunc eſſe CHRISTVM Filium Dei viui, & magnam multitudinem ſuadebant, quæ tamen *(Actor. 2. 41.)* *(*habebant)* * habebat timorem ad Deum, & vna die baptizati ſunt hominum tria millia, & qua- *(Actor. 4. 4.)* tuor, & quinque.

## ANNOTATIONES.

B 1. Propter hoc dicebat ] *Vocationem Gentiũ ad fidem præſignauerunt Patriarchæ & Prophetæ, & aduentum Chriſti prædixerunt, vt facilius ſuſciperetur: quod & Angelus beato Ioſeph reuelauit, vt alacrius Filio, Matriq́ eius ſubſeruiret.*

2. Deſeruierunt] *Ita vet. cod. Alÿ* deſeruiũt, *deinde* cogitaret, *pro* cogitabat *ſubſtituimus vet. co. auth.*

3. Quæ generaret] *Codices excuſi* generat.

4. Et in reliqua eius educatione ] *Docet beatum Ioſeph non tantùm patris Chriſti vulgo nomen habuiſſe: ſed & officia verè paterna erga eum præſtitiſſe, dum ſanctiſsimæ Matri eius fideliter & gnauiter in cunctis adſuit: Filium tulit in templum, in Aegyptum, in Iudæam, in Galilæam, &cæt. aſsiduiſque laboribus ac vigilÿs vtrique de huius vitæ neceſſarÿs prouidit. Hæc quippe attendens Bernardus, appellat eum Seruum fidelem & prudentem, quem conſtituit Dominus ſuæ matris ſolatium, ſuæ verò carnis nutritium. Hom. 3. ſuper Miſſus eſt.*

5. Præco futurus] *Ad hunc locum alludit Euſeb. lib. 2. hiſtoriæ, capite 1. quæ ad eius illuſtrationem pertinent, annotauimus, cap. 3. libri primi, & cap. 12. libri tertÿ.*

## *QVARE PAVLVS DICIT SE PLVS quàm omnes laboraſſe.*

C

### CAPVT XLI.

P[1]Ropter hoc, & Paulus Gentium Apoſtolus cùm eſſet, Plus eis (inquit) om- *(1. Cor. 15. 10.)* nibus laboraui. Illis enim facilis catechizatio fuit, videlicet cùm ex Scripturis haberent oſtenſiones, & qui Moyſem & Prophetas audiebant, & *(Exo. 17. 10. 11.)* facilè recipiebant primogenitum mortuorum, & principem vitæ Dei, cũ qui per extenſionem manuum diſſoluebat Amalech, & viuificabat hominem de *(Num. 21.)* ſerpentis plaga, per fidem quæ erat in eum. Gentes quidem primò catechizabat Apoſtolus, quemadmodum in eo libro, qui ante hunc eſt, oſtendimus, diſcedere ab idolorum ſuperſtitione, & vnum Deum colere, factorem cæli & terræ, & vniuerſæ conditionis fabricatorem. Eſſe autem huius Filium Verbum eius, per quem conſtituit o- *(*nouiſſimo tempore)* mnia, & hunc in * nouiſſimis temporibus hominem, & in hominibus factum reformaſſe quidem humanum genus, deſtruxiſſe autem, & viciſſe inimicum hominis, & donaſſe ſuo plaſmati aduerſus reluctantem victoriam. Adhuc autem & ſi non facie- D bant, qui erant ex Circunciſione, ſermones Dei, quod eſſent contemptores, ſed erant præinſtructi. Non mœchari, [nec fornicari,] non furari, non fraudare, & quæcunque in exterminium proximorum fiunt mala eſſe, & odiri à Deo. Quapropter & facilè aſ- *(Exod. 20.)* ſentiebant ab his abſtinere, quoniam hæc didicerunt. Gentiles verò & hoc ipſum diſcere oportebat, quoniam huiuſmodi operationes malæ & exterminatoriæ, & inutiles ſunt, & damnoſæ his qui operantur eas. Quapropter plus laborabat, qui in Gentes Apoſtolatum acceperat, quàm qui in Circunciſione præconabant Filium Dei. Illos enim adiuuabant Scripturæ, quas confirmauit Dominus, & adimpleuit, talis veniẽs, qualis & prædicabatur: hic verò peregrina quædam eruditio, & noua doctrina, deos Gentium, non ſolùm non eſſe deos, ſed [&] idola eſſe dæmoniorum. Eſſe autem vnũ Deum,[2] qui eſt ſuper [omnem principatum, & dominationem, & poteſtatem] & om- *(Epheſ. 1.)* ne nomen quod nominatur, & huius Verbum naturaliter quidem inuiſibile; viſibilem, palpabilem in hominibus factum, & vſq; ad mortem deſcendiſſe, mortem autẽ *(Philip. 2. 8.)* crucis. Et eos qui in eum credunt incorruptibiles, & impaſſibiles futuros, & percipere regnum cælorum, & hæc [ſermone] prædicabantur Gentibus, ſine Scripturis.

Quapropter & plus laborabant, qui in Gentes prædicabant. Generoſior autem rurſus fides Gentium oſtenditur, ſermonē Dei aſſequentium, ſine inſtructione* Scripturarum. A
*literarũ.

ANNOTATIONES.

1. Propter hoc & Paulus] *Quos hoc capite cõmemorat Pauli præ cæteris labores, omnibus eloquentiæ ſuæ neruis, velut effuſis totius ingenij fontibus, poſtea proſecutus eſt Chryſoſt. homilijs octo de laudibus Pauli, quibus pauca hæc ex Hierony. addere non erit iniucundum.* Vbi eſt electionis vas, tuba Euangelij, rugitus leonis noſtri, tonitruus gentium, flumen eloquentiæ Chriſtianæ? *&c. Idemque iterum:* Quotieſcunque Paulum Apoſtolum lego, videor mihi non verba audire, ſed tonitrua. Videntur quædam eius verba ſimplicia, & quaſi innocentis hominis & ruſticani, & qui nec facere, nec declinare nouit inſidias: ſed quocunque reſpexeris, fulmina ſunt. Hæret in cauſa, capit omne quod tetigerit, tergũ vertit vt ſuperet, fugam ſimulat, vt occidat, &c. *Aduerſus errores Ioannis Ieroſolym. & in Apolog. pro lib. aduerſus Iouinianum. Euſebius non ſolùm labore, ſed etiam eruditione, & ſententiarum pondere æquales Apoſtolos ipſum ſuperaſſe, literis mandat libr. 3. hiſt. cap. 42.*

2. Qui eſt ſuper omnem] *Codices excuſi, omnes habebant, quod deleuimus, vt ſex alias voces ex ve. cod. inſereremus.*

B

## *QVEMADMODVM IN CIRCVNCISIONE, & præputio, & fide vnus Pater oſtenditur.*

### CAPVT XLII.

Luc. 3. 8. SIC enim oportuerat filios Abrahæ, quos illi de lapidibus excitauit Deus,
& fecit aſſiſtere ei principi, & prænunciatori facto noſtræ fidei: qui & accepit teſtamentum Circunciſionis, poſt eam iuſtificationē quæ fuerat in præ-
Gen. 17. 11. 12. putio fidei, vt præfigurarentur in eo vtraque teſtamenta: vt fieret pater omnium qui
Rom. 4. 12. ſequuntur verbum Dei, & peregrinationem in hoc ſæculo ſuſtinent; id eſt, eorũ qui
Pſal. 117. 21. Matt. 21. 42. ex Circunciſione, & eorum qui ex præputio fideles ſunt: ſicut & Chriſtus lapis ſummus angularis omnia ſuſtinens, & in vnam fidem Abrahæ colligens eos, qui ex vtroque teſtamento apti ſunt in ædificationem Dei. Sed [&] hæc quidem quæ eſt in præ- C
putio fides, vtpote finem coniũgens principio, ex prima nouiſſima facta eſt. Etenim ante circunciſionem erat [in] Abraham, & in reliquis iuſtis, qui placuerunt Deo: ſicut
Sup. cap. 30. & demonſtrauimus: & rurſus in nouiſſimis temporibus, orta eſt in humano genere per Domini aduentum. Circunciſio verò & Lex operationum, media obtinuerunt tempora. Hæc & per alia quidem multa, [2] iam verò & per Thamar Iudæ nurum typi-
Gen. 38. 28. cè oſtenditur. Cùm enim concepiſſet geminos, alter eorum prior protulit manum ſuam: & cùm obſtetrix putaret eum primogenitum eſſe, coccinum alligauit ſignum in manu eius. Cùm hoc autem factum eſſet, & abſtraxiſſet manum ſuam, prior exiuit frater eius Phares, ſic deinde ſecundus ille, in quo erat coccinum, Zara: clarè manifeſtante Scriptura, eum quidem populum qui habebat coccinum ſignum, id eſt eam fidem quæ eſt in præputio, præoſtenſam quidem primùm in Patriarchis, poſt deinde ſubtractam, vti naſceretur frater eius: deinde ſic eum qui prior eſſet, ſecundo loco natum, qui eſt cognitus per ſignum coccinum, quod erat in eo quod eſt paſſio iuſti, ab i-
Gen. 4. 2. nitio [3] præfigurata in Abel, & deſcripta à Prophetis, perfecta verò in nouiſſimis temporibus in Filio Dei. Oportebat enim quædam quidem prænũtiari paternaliter à patribus, quædam autem præfigurari legaliter à Prophetis, quædam verò deformari ſe- D
cundùm deformationem Chriſti, ab his qui adoptionem perceperunt: omnia verò
Galat. 4. 24. in vno Deo oſtenduntur. Cùm enim vnus eſſet Abrahã, in ſemetipſo [4] præfigurabat
Ioan. 4. 38. duo teſtamenta, in quibus alij quidem ſeminauerunt, [5] alij verò meſſi ſunt. In hoc enim (inquit) ſermo eſt verus, quoniam alter quidē eſt qui ſeminat populus, alter qui metet: vnus autem Deus præſtans vtriſque quæ ſunt apta, ſemen quidem ſeminan-
1. Cor. 3. 7. ti, panem verò ad edendum metenti. Quemadmodum alter quidem eſt qui plantat, & alter qui adaquat, vnus autem qui dat incrementum, Deus. Diſſeminauerunt enim ſermonem de Chriſto Patriarchæ & Prophetæ: demeſſa eſt autem Eccleſia, hoc eſt fructum percepit. Propter hoc & ipſi orant habere tabernaculum in ea, Hieremia di-
Ierem. 9. 2. cente. Quis dabit mihi in deſerto habitationē nouiſſimam? Vti & qui ſeminat, & qui metit ſimul gaudeant in Chriſti regno, qui omnibus adeſt, de quibus ab initio benè ſenſit Deus, attribuens adeſſe eis Verbum ſuum. Si quis igitur intentus legat Scripturas, inueniet in ijſdem de Chriſto ſermonem, & nouæ vocationis præfigurationem.

ANNO-



A ANNOTATIONES.

1. Sic enim oportuerat] *Vtrunque Teſtamentum in Abrahamo figuratum fuit: nouum, quando incircunciſus credidit ad iuſtitiam: vetus, quando circunciſus eſt. Thamaris quoque partus duorum populorum typus fuit: vnus verò vtriuſque Teſtamenti atque populi Deus.*

2. Iam verò & per Thamar] *Theodoretus quæſtio. 95. in Geneſim. Auguſtinus 22. contra Fauſtum, cap. 83. 84. 85. 86. Hanc allegoriam vberiore calamo deſcribunt, Patriarchamque Iudam, & nurum eius Thamar, quantum poſſunt à calumnijs Manichæorum vindicant.*

*Quinetiam ad eius excuſationem Chryſoſt. hom. 62. in Geneſ. rationem hanc adijcit, quod furari voluerit ſoceri concubitum, et filios ex eo procreare, non libidinem* B *explere concupiſcens, ſed diſpenſationem.* Nullus (*inquit*) hæc audiens condemnet Thamar. Nam diſpenſationem miniſtrauit, & propterea neque vllam reprehenſionem meretur. Duo filij eius duorum populorum figura fuerunt: & prædictio vitæ Iudaicæ, & ſpiritualis. *Totus quoque in hanc ſententiam eſt Ambroſius lib. 3. in Lucã. Imò & R. Simeon filius Iochai com. in Pentateuch. quos ZOAR appellauit, liberat eandem à crimine, quòd non explendæ libidinis gratia id egerit: ſed pio quodam inſtinctu, nempe, vt ex Iuda expectatum Meſſiam conciperet. Sed de peccatis veterum ſanctorum copioſius dicet Irenæus infra cap. 45. & 46.*

3. Præfigurata in Abel] *Auguſtini verba lucem huic loco adferent:* Occiditur, *inquit*, Abel, minor natu, à fratre maiore natu: occiditur Chriſtus caput populi minoris natu, à populo Iudæorum maiore natu: ille in campo, iſte in Caluariæ loco. *Ex lib. 12. contra Fauſtum, cap. 9. & 10.* *Sedulius,*

Frater iniquus erat, iuſtum qui perculit olim:
Damnator Chriſti, frater iniquus erat.

4. Præfigurabat duo teſtamenta] *Hæc ſunt Apoſtoli ad Galat. 4. Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera. Hæc autem ſunt duo teſtamenta, &c. Quam ſententiam ſequitur Auguſtin. 15. de Ciuit. cap. 2. & 3. & libr. 16. capit. 25. Sara & Agar cum prole duas ciuitates ſignificaſſe, vnam in Deo liberam, aliam terrenam. Idem ſed copioſius diſputat lib. 2. contra aduerſarium legis, cap. 9. & libr. 22. contra Fauſtum, cap. 30. 31. 32.*

5. Alij verò meſſi ſunt] *Sic loquitur, pro,* meſſuerunt: *& poſtea,* demeſſa eſt Eccleſia, *pro,* *fructum percepit.*

## *QVID EST THESAVRVS ABSCONDITVS in agro, & quòd ſola Eccleſia rectè legat Scripturas.*

C

### CAPVT XLIII.

HIC eſt enim theſaurus abſconſus in agro, id eſt, in iſto mundo. Ager e- Matt. 13. 44.
nim mundus [eſt,] abſconſus verò in Scripturis [theſaurus, Chriſtus,] quoniam per typos & parabolas ſignificabatur. Vnde poterat hoc quod ſecundùm hominem eſt, intelligi, priuſquàm conſummatio eorũ quæ conſummata ſunt, veniret, quę eſt aduẽtus Chriſti. Et propter hoc [2] Da-
nieli Prophetę] dicebatur. Muni ſermones, & ſigna librum, vſque ad tempus conſum- Dan. 12. 4.
mationis, quoadusque diſcant multi, & adimpleatur agnitio. In eo enim cùm perficietur diſperſio, cognoſcēt omnia hæc. Sed & Hieremias ait. In nouiſſimis diebus in- Ierem. 23. 20.
telligent ea. Omnis enim Prophetia [3] priuſquàm habeat effectum, ] ænigmata & [ambiguitates] ſunt hominibus. Cùm autem venerit tempus, & euenerit quod prophetatum eſt, tunc Prophetiæ habent liquidam & certam expoſitionem. Et propter hoc quidem Iudæis cùm legitur Lex, in hoc nunc tempore fabulæ ſimilis eſt. Non enim
D habent expoſitionē omnium rerum pertinentem ad aduentũ Filij Dei, qui eſt ſecundùm hominem: [à] Chriſtianis verò cùm legitur, theſaurus eſt abſconſus in agro, cru-
*ſenſus ce verò Chriſti reuelatus eſt, & explanatus, & ditans [*] ſenſum hominum, & oſtendēs ſapientiam Dei, & eas, quæ ſunt erga hominē diſpoſitiones eius manifeſtans, & Chriſti regnum præformans, & hæreditatem ſanctæ Hieruſalem præeuangelizans & prænuntians, quoniam in tantũ homo diligens Deum proficiet, vt etiam videat Deũ, & audiat ſermonem eius, & ex auditu loquelæ eius in tantùm glorificari, vti reliqui nō
poſſint intendere in faciem gloriæ eius, quemadmodum dictum eſt à Daniele. Quo- Dan. 12. 3.
niam intelligentes fulgebunt, quemadmodum claritas firmamenti, & à multis iuſtis ſicut ſtellæ in ſæcula. Et adhuc quemadmodum igitur oſtendimus, ſi quis legat Scripturas. Etenim Dominus ſic diſſeruit diſcipulis poſt reſurrectionē ſuam à mortuis,
& ex ipſis Scripturis oſtendens eis, quoniam oportebat pati Chriſtum, & intrare [in] Luc. 24. 26.
gloriã ſuam, & in nomine eius remiſſionē peccatorum prædicari in toto mundo. Et
erit conſũmatus diſcipulus, & ſimilis patrifamiliâs, q̃ de theſauro ſuo profert noua Matt. 13. 52.
& vetera. Quapropter eis qui in Eccleſia ſunt preſbyteris obaudire oportet, his qui ſuc- Lib. 3. cap. 3.
ceſſionem habent ab Apoſtolis, ſicut oſtendimus, [4] qui cum epiſcopatus ſucceſſione, 4. & 5.
charif-

charisma veritatis certum,ſecundùm placitum Patris acceperunt. Reliquos verò qui A
abſiſtunt à principali ſucceſſione,& quocunque loco * colliguntur, ſuſpectos habe- *ſe colli-
re,vel quaſi hæreticos & malæ ſententiæ;vel quaſi ſcindentes,& elatos, & ſibi placen- gunt,
tes;aut rurſus vt hypocritas,quæſtus gratia,& vanæ gloriæ hoc operantes. Omnes au-
tem decidunt à veritate. Et hæretici quidem alienum ignem afferentes ad altare Dei,
Leuit.10.1. id eſt,alienas doctrinas,à cæleſti igne comburentur,quemadmodum Nadab & Abiu.
Qui verò exurgunt contra veritatem, & alteros adhortantur aduerſus Eccleſiã Dei,
Num.16.33. remanent apud inferos,voragine terræ abſorpti, quemadmodum qui circa Chore,
Dathan,& Abiron. Qui autem ſcindunt & ſeparant vnitatem Eccleſiæ, eandẽ quam
3.Reg.14. 10.&c. Hieroboam pœnam percipiunt à Deo.

## ANNOTATIONES.

1. Hic eſt enim theſaurus] *Chriſtus theſaurus eſt abſconditus in veteris Teſtamenti atque Prophetarũ typis,qui planè reuelati ac manifeſtati fuerunt per eius aduentum:ac idcirco vt Chriſtianis aperti ſunt, ſic Iudæis adhuc obſcuri.*

2. Danieli Prophetæ] *Ita vet.cod. Alij omnes* in Daniele.

3. Priuſquam habeat effectum] *Sic vet.cod. legit. Alij verò,* efficaciam & ambiguitas.

4. Qui cùm epiſcopatus] *Succeſſioni vult veritatem doctrinæ iunctam eſſe: aliàs nec audiendi, nec pro Apoſtolorum ſucceſſoribus agnoſcendi ſunt; qui illorum doctrinæ & traditionibus aduerſantur, quamuis ſedes eorum occupent: id tamen ex animo faciendum, etiamſi pietatem & ſanctos mores eorum, quibus ſuccedunt, non imitarentur. Ex his porrò & illis, quæ ſupra ſcripſit libr.3. cap.2.3.25.40. infra etiam cap.45.63.& 70. ex alijſque eius ſæculi, & deinceps doctiſſimis, antiquiſſimis, & ſanctiſſimis paſtoribus, & ſcriptoribus, manifeſtum eſt legitimam Epiſcoporum ſucceſſionem Eccleſiæ catholicæ notam certam eſſe, qua diſcernitur ab omnium infidelium, hæreticorum, & ſchiſmaticorum congregationibus: ad hanc vt ſacram anchoram veteres confugiſſe, huic ſoli promiſſum Spiritum veritatis in æternum ſibi perſuaſiſſe, hanc denique vt murum ahenæũ vniuerſis infidelium machinis & arietibus oppoſuiſſe. Hoc telo omnes priorum Gnoſticorum copias confodit* Lib.Præſcr. *Tertullianus.* Si audent interſerere ſe ætati Apoſtolicæ, *inquit,* vt ideo videantur ab Apoſtolis traditæ, poſſumus dicere: Edant origines ſuarum Eccleſiarum: euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerit, habuerit authorem & anteceſſorem. Hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt, ſicut Smyrneorum Eccleſia habens Polycarpum ab Ioanne collocatum, refert, ſicut Romana Clementem à Petro ordinatum, id vtique & cæteræ exhibent. Confingant aliquid tale hæretici. Quid enim illis poſt blaſphemiam inlicitum eſt? *Et paulò poſt:* Ad eos meritò dicendum eſt: Qui eſtis? Quando, & vnde veniſtis? Quid in meo agitis, non mei? Quo denique, Marcion, iure ſyluam meam cædis? Qua licentia, Valentine, fontes meos tranſuertis? Qua poteſtate, Apelles, limites meos commoues? Mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo: prior poſſideo, habeo origines firmas ab ipſis autoribus quorum fuit res. Ego ſum hæres Apoſtolorum. Sicut cauerunt teſtamento ſuo, ſicut fidei commiſerunt, ſicut adiurauerunt, ita teneo. Vos certè exhæredauerunt ſemper, & abdicauerunt, vt extraneos, vt inimicos, &c. *Huiuſmodi argumento Nouatianos coarguit Cyprianus li.1.epiſt.6. In hoc aſylum ſe recepit Hieronymus aduerſus tot Orientis ſectas diſſectas, vt indicat ipſe epiſt. ad Damaſum, & Dial.cont. Luciferianos. Parmenianum & Donatiſtas hoc laqueo præfocat Optatus Mileuitanus, lib.2. Iſtius ſucceſſionis conſideratione, quaſi arctiſſimis vinculis retentum, & fortiſſimis repagulis conſeruatum ſe in gremio catholicæ Eccleſiæ affirmat frequenter Auguſtinus, lib. contra epiſt. Manich. cap.4. Pſalmo contra partem Donati: Epiſtola 163.& 165. lib. de vtilitate credendi, capit. 17. & 49. libr. quæſtionum veteris & noui teſtamenti, quæſt.110. lib.2. contra literas Petiliani, cap. 51.*

5. Qui circa Core] *Helleniſmus, οἱ περὶ χωρὲ, id eſt, ipſi Core, Dathan, & Abiron.*

B C D

## DE PRESBYTERIS INIVSTIS.

### CAPVT XLIV.

QVI[1] verò crediti ſunt quidem à multis eſſe preſbyteri, ſeruiunt autem ſuis
voluptatibus,& non præponunt timorem Dei in cordibus ſuis,ſed contu-
melijs agunt reliquos, & principalis confeſſionis tumore elati ſunt, & in
Iſaiæ 11.3. abſconſis agunt mala, & dicunt; Nemo nos videt, redarguentur à Verbo,
[2] qui non ſecundùm gloriam iudicat,neque faciem attendit, ſed in cor. Et audient
Dan.13.52. [eas] quæ ſunt à Daniele Propheta voces; Semen Chanaan, & non Iuda; ſpecies ſedu-
xit te,& concupiſcentia euertit cor tuum. Inueterate dierum malorum, nunc adue-
nerunt peccata tua quæ faciebas antea, iudicans iudicia iniuſta: & innocentes qui-
Exod.23.7. dem damnabas,dimittebas verò nocentes,dicente Domino; Innocentem & iuſtum
Luc.12.45. non occides. De quibus dixit [&] Dominus; Si autem dixerit malus ſeruus in corde
ſuo, Tardat Dominus meus,& incipiat cędere ſeruos & ancillas,& manducare, & bi-
bere;



A bere,& inebriari,veniet Dominus ſerui illius in die qua neſcit, & hora qua non ſpe-
rat,& diuidet eum,& partem eius cum infidelibus ponet. [3] Ab omnibus igitur tali-
bus abſiſtere oportet: adhærere verò his qui & Apoſtolorum, ſicut prædiximus, do-
*confirma- ctrinam cuſtodiunt,& cum preſbyterij ordine ſermonem ſanum,& conuerſationem
tionem & ſine offenſa præſtant ad * informationem & correctionem reliquorum. Quemad-
correptio- modum Moyſes,cui tantus ducatus eſt creditus, bona conſcientia fretus, purgabat
nem *Deum, ſe apud * Dominum,dicens. Non concupiſcens alicuius illorum quid accepi, neque Num.16.15.
malè feci alicui eorum. Quemadmodum Samuel tot annis iudicans populum, & ſi-
ne vlla elatione ducatum gerens ſuper Iſraël,in fine purgabat ſe,dicens. Ego conuer- 1.Reg.12.3.
ſatus ſum in conſpectu veſtro à prima ætate mea, vſque nunc, reſpondete mihi in
conſpectu Dei, & in conſpectu Chriſti eius, cuius veſtrum vitulum accepi, aut aſi-
num,aut ſuper quem [4] potentatus ſum,aut quem oppreſſi,aut ſi de alicuius manu ac-
cepi propitiationem,vel calciamentum,dicite aduerſus me,& reddam vobis. Cùm
dixiſſet autem [populus] ad eum. Neque potentatus es, neque [oppreſſiſti] nos, ne-
que accepiſti de manu cuiuſquam aliquid: teſtificatus eſt Dominum dicens. Teſtis
B eſt Dominus, & teſtis Chriſtus eius in die hac, quoniam [5] non inueniſtis in ma-
nu mea nihil. Et dixerunt ei. Teſtis. Quemadmodum [&] Paulus Apoſtolus cùm
eſſet bonæ conſcientiæ,dicebat ad Corinthios. Non enim ſumus ſicut plurimi, a- 2.Cor.2.17.
dulterantes verbum Dei,ſed ex ſinceritate ſicut ex Deo,coram Deo in Chriſto loqui
mur: [6] nemini] nocuimus,neminem corrupimus,neminem circumuenimus. Tales
preſbyteros nutrit Eccleſia: de quibus & Propheta ait. [7] Et dabo principes tuos in pa- Iſa.60.17.
ce,& epiſcopos tuos in iuſtitia. De quibus & Dominus dicebat. Quis igitur erit fidelis Matt.24.45.
actor, bonus & ſapiens, quem præponit Dominus ſuper familiam ſuam, ad danda
*cùm vene- eis cibaria in tempore? Beatus ille ſeruus, quem * veniens Dominus inuenerit ſic fa-
rit cientem.

## ANNOTATIONES.

1. Qui verò crediti] *Nicolaum ex ſeptem diaconis vnum; Cerinthum qui Petro à domo Cornelij redeunti, & Ioanni in Aſia, aliquando negotium faceſſerat; Ebionem, & id genus hæreſiarchas, hîc atro carbone notari exiſtimo. Aetate enim Apoſtolos æquarunt, Irenæumque præceſſerunt, atque ob id elati, Eccleſiæ vnitatem hæreſibus diſſipabant, & inſanis fœdiſque libidinibus labefactabant, vt non rarò conqueſtus eſt lib.1. Nec abſurdè illos comparat cum duobus illis, hircorum more, libidine prurientibus, qui Suſannã accuſarunt, quandoquidem* ſicut illi, *(ait Cyprianus epiſt.25.)* Suſannam pudicam corrumpere & violare conati ſunt: ſic & hi adulterinis doctrinis Eccleſiæ pudicitiam corrumpere, & veritatem euangelicam violare conantur.

*Obſeruandum interim, Suſannæ hiſtoriam ex ca.13. Danielis petitam, Irenæum imitatos veteres frequenter laudaſſe, Tertullianum lib. de Corona militis. Cyprianum epiſt.25. Item libr. de bono pudicitiæ. Item libr. de Singul. clericorum. Ambroſium libro tertio de Spiritu ſancto, capit.7. Epiſtol.7.& 64. Libr.1. Officiorum capit. 3.& 18. Lib.3. cap.14. Lib. de fuga ſæculi, cap.9. Sermon. 49. & Enarratione in Pſalm.37. Auguſtinum tractatu 36. in Ioannem. & Ser. 242. de tempore. Alcimum Viennenſem li.6. Græcos ſimiliter Ignatium epiſt. ad Magneſianos. Clementem lib.2. Conſtitut. cap.55.& 53. Dionyſium capit.7. de Diuinis nominibus. Athanaſium orat. contra Arrianos. Epiſt. ad Marcellinum. Lib. de Naturali communione inter Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum. Epiſtol. ad Serapionem. Cyrillum Alexandrinum lib.1. in Leuiticum. Chryſoſt. hom. de Sancta Suſanna, & innumeros alios: quod notare iuſtum fuit, in eos, qui adeò temerè ea poſtrema capita Danielis, è ſacro canone Chriſtianorum librorum ſecant, vel potius obliterant.*

2. Qui non ſecundùm gloriam iudicat] *Iſaiæ verba citat ſecundùm LXX. vt etiam Cyrillus, & alij permulti. Vulgata Latina,* Non ſecundùm viſionem oculorum.

3. Ab omnibus igitur talibus] *Docet longè recedendum à cunctis ſchiſmaticis, hæreticis, & iſtiuſmodi peſtiferis hominibus: conſtanter verò adhærendum pijs ac fidis Eccleſiarum paſtoribus, cuiuſmodi fuerunt olim Moyſes, Samuel, Paulus, &c.*

4. Potentatus ſum] *Eadem phraſi, qui Latinè ſcripſit, Lucifer Calaritanus vtitur, initio lib.2. ad Conſtantium, d.* Non potentabitis ſanguinem innocentis *Significant,* Potentari *verbo, vi, tyrannideque aliquos opprimere. Sic & Iacobi 2. verſ.6.*

5. Non inueniſtis] *Vetus codex negationem deſiderat, ſed delere noluimus, quòd Græcorum more ad maiorem inficiationem, negantem dictionem ſæpè geminet.*

6. Nemini nocuimus] *Ita vet.cod. excuſi* neminem.

7. Et dabo principes tuos] *Locus Iſaiæ ſecundũ LXX.* καὶ δώσω τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ. Et dabo principes tuos in pace, & Epiſcopos tuos in iuſtitia: καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ. *Atque hinc manifeſtum eſt, antiquiſſimam eſſe vocis* Epiſcopi *mentionem: vt etiam ex Pſal.108.8.& ex Prophetis per Apoſtolos traducta ſit ad Eccleſiæ præfectos ac principes.*

C D

QVI-

## QVIBVS DOCTORIBVS VTENDVM EST: A
## *& de his peccatis, quæ ab antiquis geſta ſunt.*

### CAPVT XLV.

Epheſ.4.11. VBI [1] igitur tales inueniat aliquis, Paulus docens ait. Poſuit Deus primò
in Eccleſia Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò doctores. [2] Vbi igitur
charismata Domini poſita ſunt, ibi diſcere oportet veritatē, apud quos
eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis Eccleſiæ ſucceſſio, & id quod eſt ſanum & ir-
reprobabile [3] conuerſationis, & inadulteratum & incorruptibile] ſer-
monis conſtat. Hi enim & eam quæ eſt in vnum Deum qui omnia fecit, fidem noſtrā
cuſtodiunt: & eam quæ eſt in Filium Dei dilectionem adaugent, qui tantas diſpoſiti-
ones propter nos fecit: & Scripturas ſine periculo nobis exponunt, neq; Deū blaſphe
mantes, neque Patriarchas exhonorantes, neque Prophetas contemnentes. Quem-
admodum audiui [4] à quodam Presbytero, qui audiierat ab his qui Apoſtolos vide-
rant, & ab his qui didicerant: ſufficere veteribus de his q̄ ſine conſilio Spiritus egerūt, B
Act.10.34. eam quæ ex Scripturis eſſet correptionem. Cùm enim non ſit perſonarum acceptor
Deus, quæ ſunt non ſecundùm eius placitum facta, his inferebat congruam correp-
1.Reg. tionem. Quemadmodum ſub Dauid, quando perſequutionem quidem patiebatur à
Saul [5] propter iuſtitiam: & Regem Saul] fugiebat, & inimicum non vlciſcebatur, &
Chriſti aduentum pſallebat, & [6] ſapientia] inſtruebat [gentes,] & omnia ſecundùm
conſilium faciebat Spiritus, [&] placebat Deo. Quando autem propter concupiſcen-
tiā ipſe ſibi accepit Berſabee Vriæ [vxorem,] dixit Scriptura de eo. Nequam aūt viſus
2.Reg.12.1.2.&c. eſt ſermo quem fecit Dauid in oculis Domini: & [7] mittitur] ad eum Nathan Prophe-
ta, oſtendens ei peccatum eius, vt ipſe dans ſententiam de ſemetipſo, & ſemetipſum
adiudicans, miſericordiā conſequeretur, & remiſſionē à Chriſto. Miſit enim Domi-
nus Nathan ad Dauid, & dixit ei. Duo viri fuerunt in ciuitate vna, vnus diues, & vnus
pauper: diuiti erant greges ouium & boum multi valdè, & pauperi nihil aliud niſi o-
uicula vna, quam habebat, & nutriebat, & * fuerat cum eo, & cum filijs eius pariter, & *fouerat
de pane ſuo manducabat, & * calicem bibebat, & erat quaſi filia. Et venit hoſpes ho- *de calice
mini diuiti, & pepercit accipere de grege ouicularum ſuarum, & de gregibus boum C
ſuorum, & facere hoſpiti conuiuium, & accepit ouiculam viri pauperis, & appoſuit
viro qui venerat ad eum. Iratus eſt autem Dauid ſuper hominem illum valdè, & di-
xit ad Nathan. Viuit Dominus, quoniam filius mortis eſt homo ille qui fecit hoc: &
Exod.22.2. ouiculam reddet quadruplum pro eo quòd fecit factum hoc, & pro eo quòd non pe-
percit pauperi. Et ait ad eum Nathan. Tu es vir qui feciſti hoc: & deinceps reliqua exe
quitur, exprobrans eum, & enumerās in eum Dei beneficia, & quoniam exacerbauit
Dominum cùm feciſſet hoc. Non enim placere Deo huiuſmodi operationes, ſed i-
ram magnam imminere domui eius. Compunctus eſt autem Dauid ad hæc, & ait.
Pſalm.50. Peccaui Domino: [8] & Pſalmum exhomologeſeos pſallebat, aduentum Domini ſu-
ſtinens, qui abluit, & * emundauit eum hominem qui peccato fuerat obſtrictus. *emundat
Salomonis geſta. Similiter autem & de Salomone, cùm perſeueraret, * cùm iudicaret rectè, & ſapi- *iudicare
3.Reg.4.32. entiam * enarraret, & [9] typum veri templi] templum ædificabat, & glorias exponebat *enarrare
Dei, & aduenturam pacem gentibus annuntiabat, & Chriſti regnum præfigurabat,
& loquebatur tria millia parabolarum in aduentum Domini, & [10] quinque millia
canticorum, hymnum dicens [Deo.] Et eam quæ eſt in conditione ſapientiam Dei ex
ponebat phyſiologicè [ex omni ligno, &] de omni herba, & de volatilibus omnibus, D
& de quadrupedibus, & de piſcibus: & dicebat. Si verè Deus, quem cæli non capiunt,
ſuper terram habitabit cum hominibus? & placebat Deo. Et omnes eum admirabā-
3.Reg.10.1. tur, & omnes reges terræ quærebant faciem eius, vt audirent ſapientiam eius quam
dederat illi Deus. [11] Et regina Auſtri à finibus terræ veniebat ad eum, ſapientiam quæ
Matt.12.42. in eo erat ſcitura, quam & Dominus ait in iudicio reſurrecturam, cum eorum natio
ne qui audiunt ſermones eius, & non credunt in eum, & adiudicaturam eos: quoniā
illa quidem ſubiecta eſt annuntiatæ ſapientiæ per ſeruum Dei, hi verò eam quæ à Fi-
lio Dei dabatur, contempſerunt ſapientiam. Salomon enim ſeruus erat, Chriſtus ve
rò Filius Dei, & Dominus Salomonis. Cū igitur ſine offenſa ſeruiret Deo, & miniſtra
ret diſpoſitionibus eius, tunc glorificabatur: cū aūt vxores accipiebat ab vniuerſis gē-
3.Reg.11.4. tibus, & permittebat eis erigere idola in Iſraël, dixit Scriptura de eo. Et rex Salomō e-
rat amator mulierū, & accepit ſibi mulieres alienigenas: & factū eſt in tēpore ſenectu-
tis Sa-



A tis Salomonis, non erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo. Et diuerterunt
mulieres alienigenæ cor eius poſt Deos alienos. [12] Et fecit Salomon malignum in
conſpectu Domini: non enim abijt poſt Dominum, quemadmodum Dauid pater
eius. Et iratus eſt Dominus in Salomonem: non enim erat cor eius perfectum in Do
mino, ſecundùm cor Dauid patris eius. Sufficienter increpauit eum Scriptura, ſicut
dixit presbyter, vt non glorietur vniuerſa caro in conſpectu Domini.

[13] Ea propter Dominum in ea quæ ſunt ſub terra deſcendiſſe, euangelizantem & 1.Pet.4.6.
*remiſſione peccatorū exiſtente illis aduentum ſuum, *remiſſam peccatorum exiſtentem his qui credunt in eū. Cre-
diderunt autem in eum omnes qui ſperabant in eum, id eſt, qui aduentum eius præ-
nuntiauerunt, & diſpoſitionibus eius ſeruierunt, iuſti, & Prophetæ, & Patriarchæ:
quibus ſimiliter vt nobis remiſit peccata, quæ non oportet nos imputare his, ſi quo-
minus contemnimus gratiam Dei. Quemadmodum enim illi non imputant nobis
incontinentias noſtras, quas operati ſumus priuſquàm Chriſtus in nobis manife-
ſtaretur, ſic & nos non eſt iuſtum imputare ante aduentum Chriſti his qui peccaue-
runt. Omnes enim homines egent gloria Dei, iuſtificantur autem non à ſemetipſis, 1.Cor.10.11.
ſed à Domini aduentu, qui intendunt lumen eius. [14] In noſtram autem correptionē Rom.3.23.
B conſcriptos eſſe actus eorum, vt ſciremus primùm quidem, quoniam vnus eſt Deus
noſter, & illorum, cui non placeant peccata, etiamſi à claris fiant; deinde, vt abſtinea-
mus à malis. Si enim hi qui præceſſerunt nos in chariſmatibus veteres, propter quos
nondum Filius Dei paſſus erat, delinquentes in aliquo, & concupiſcentiæ carnis ſer-
uientes, tali affecti ſunt ignominia; quid paſſuri ſunt qui nunc ſunt, qui contempſe-
runt aduentum Domini, & deſeruierunt voluptatibus ſuis? Et illis quidem curatio,
& remiſſio peccatorum, mors Domini fuit. Propter eos verò qui nunc peccant,
Chriſtus non iam morietur, iam enim mors non dominabitur eius: ſed veniet Filius Rom.6.9.
in gloria Patris, exquirens ab actoribus & diſpenſatoribus ſuis, pecuniam quam eis Matt.25.20.
credidit, [15] cum vſuris: & quibus plurimum dedit,] plurimum ab eis exiget. Non debe- Luc.19.15.
mus ergo (inquit ille ſenior) ſuperbi eſſe, neque repræhendere veteres: ſed ipſi time-
re, ne fortè poſt agnitionem Chriſti, agentes aliquid quod non placeat Deo, remiſ-
ſionem vltrà non habeamus delictorum, ſed excludamur à regno eius. Et ideò Pau-
lum dixiſſe; Si enim naturalibus ramis nō pepercit, ne fortè nec tibi parcat, qui cùm Rom.11.21.
eſſes oleaſter, inſertus es in pinguedinem oliuæ, & ſocius factus es pinguedinis eius.
C Similiter & plebis præuaricationes videns deſcriptas eſſe, non propter illos qui tunc
tranſgrediebantur, ſed in correptionem noſtram, & vt ſciremus vnum & eundem
Deum, in quem illi delinquebant, & in quem nunc delinquunt quidam ex his qui
credidiſſe dicuntur. Et hoc autem Apoſtolum in epiſtola quæ eſt ad Corinthios, ma
nifeſtiſſimè oſtendiſſe, dicentem. Non enim volo vos ignorare fratres, quoniam pa- 1.Cor.10.2.
tres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in
mari, & omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt; & omnes eundem po-
*autem tum ſpiritualem biberunt: bibebant * enim de ſpirituali conſequente [eos] petra, pe-
tra autem erat Chriſtus. Sed non in pluribus eorum bene ſenſit Deus; proſtrati ſunt
enim in deſerto. Hæc in figuram noſtri fuerunt, vt non ſimus concupiſcentes ma-
lorum, quemadmodum & illi concupiuerunt. Neque idololatræ ſitis, quemadmo-
dum quidam eorum. [Sicut] ſcriptum eſt; Sedit populus manducare, & bibere, & ſur- Exod.32.6.
rexerunt ludere. Neque fornicemur, ſicut quidam ex illis fornicati ſunt, & corrue-
runt vna die viginti tria millia. Nec tentemus Chriſtum, quemadmodum quidam
eorum tentauerunt, & à ſerpentibus perierunt. Neque murmuraueritis, ſicuti quidā
D eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figu- 1.Cor.10.12.
ra fiebant illis, ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos finis ſæculo-
rum deuenit. Quapropter qui putat ſe ſtare, videat ne cadat.

### ANNOTATIONES.

1. Vbi igitur. ] *Veri legitimiq; paſtores ſunt tantùm in Eccleſia Cath. non in conuenticulis hæreticorum aut ſchiſmaticorum: & ab illis, non ab iſtis, vera germanaq; diuinæ Scripturæ interpretatio eſt quærēda, quoniam inter illos ſunt dona Spiritus S. & legitima Epiſcoporum ſucceſſio. Sic autē & Auguſtinus lib. contra epiſt. fundam. c. 4. ex legitima Epiſcoporum ſucceſſione veritatem deprehendens & retinens ait:* Tenet me in Eccleſiæ gremio ab ipſa ſede Petri, cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum, Sacerdotum ſucceſſio. *Iam verò nullam hoc tempore Anabaptiſtarum, Caluinianorum, aut Lutheranorum miniſtri poſſunt continuam Paſtorum ab Apoſtolis ſucceſſionem oſtendere, per quam noua dogmata ſua ſuſceperint.* Sunt igitur, *(vt ait de Donatiſtis Optatus)* ſine patribus filij, ſine magiſtris Lib.2.cont. Parm. diſcipuli, atque prodigioſo planè modo tan-

quam de ſeipſis orti & nati: *quapropter nec Scripturæ ſincera interpretatio, nec veritas, nec religio diuina ab his petenda eſt: ſed à ſucceſſoribus Apoſtolorum, cum quibus certo perpetuoq; vinculo eſt colligata.*

2. Vbi igitur chariſmata Domini ſunt.] *Rurſus in medium profert ſucceſsionem legitimam eſſe ſignum certum veræ Eccleſiæ, in qua ſola Spiritus veritatis reſidet: vide ſup. cap. 43. libri huius: & 3. 4. 5. libri tertij.*

3. Conuerſationis.] *Quinque has voces ex vet. cod. addidimus. Innuit autem Eccleſiam nunquam errare in doctrina, & moribus: quoniam ſemper in ea conſiſtit doctrinæ incorruptibilitas, et morũ integra norma.*

4. A quodam presbytero.] *Monuimus lib. 1. Irenæum frequenter aliquem citare, qui ab Apoſtolorum auditoribus in religione Chriſtiana edoctus fuerat, ſed ſuppreſſo eius nomine, quod & hoc loco facit. Quis ille fuerit, Euſebius ſe neſcire ſcripſit. Ego lubens Clementem Rom. indicarem, niſi obſtaret, quòd illum ab Apoſtolorum auditoribus eruditum teſtatur; hunc verò Apoſtolos ipſos præceptores habuiſſe, omnibus eſt in confeſſo. Ideò Clementem opinarer, quia ſimilia ijs, quæ ab Irenæo adducuntur, apud illum extent lib. 2. de conſtit. Apo. cap. 21. Aut forſan Papiam intelligit, Hierapolitanum Epiſcopum, qui ſe ſtudioſè inueſtigaſſe à ſenioribus, qui Apoſtolos viderant, & audierant, quid Apoſtoli docerent & traderent Eccleſijs, declarat in proœmio librorum ſuorum, cuius fragmentum extat apud Euſeb. lib. 3. hiſt. cap. 39. Sed & hunc idem Euſebius poſt Irenæum, facit Ioannis Apoſtoli auditorem, Polycarpi ſodalem, eodẽ loco hiſtoriæ. Itaq; fateor me nõ poſſe certò dijudicare, quis ille fuerit, oſtendat alius acrioris iudicij.*

5. Propter iuſtitiam.] *Quinque has voces ex vet. cod. adiecimus.*

6. Sapientia.] *Expunximus* ſapientiam, *&* Gentes *adiecimus auth. vet. cod.*

7. Et mittitur.] *Codices excuſi*, & mittit.

8. Et Pſalmum exhomologeſeωs.] *Hunc eſſe quinquageſimum etiam fatentur Hebræi, huiuſmodi titulum eidem affigentes:* Pſalmus Dauid, quando venit ad eum Nathan Propheta, quando intrauit ad Bethſabee.

9. Typum veri templi.] *Ita vetus codex, excuſi* veritatis. *Cæterùm Salomonis templum typum fuiſſe Chriſti Domini liquet, Ioan. 2.* Soluite templũ hoc, &c. *quod eleganter explicat Athanaſius oratione 5. contra Arianos.*

10. Quinq; millia canticorum.] *Hæc in ſcripturis Hebraicis nuſquam reperiri, ſcribit Athanaſius in Synopſi. Pro* Domini, *repoſuimus* Deo, *veteris codicis authoritate. Ioſephus porrò lib. 8. antiq. ait Salomonem parabolarum atq; ſimilitudinum feciſſe libros tria millia. Hos Rabbini tradunt in deuaſtatione vrbis vnà cum libris Legis cõbuſtos eſſe per Nabuzardan militiæ Chaldæorum præfectum, nec poſtea reparatos eſſe. Scripſit item* HASCIRIM, *hoc eſt, Canticorum vel carminum quinq; millia: ſiue, vt Ioſephus exponit, Carminum libros quinq; millia, ex quibus vnus tantùm, qui* Canticum Canticorum *inſcribitur, remanſit: cæteris incendio Ieroſolymorum abſumptis. Diſputauit quoq;, vt ex lib. 3. Regum c. 4. colligit Hieronymus, de viribus, naturis, & moribus iumentorum, volucrium, reptilium, & piſcium: quod eodem cum alijs incendio deflagrauit.*

A

11. Et regina Auſtri.] *Franciſcus Aluares, ac hiſtoria Aethiopica vocant illam Makedam, & Nicaulam, quæ ſedem imperij conſtituerit in Saba inſula Nili, quam poſtea Cambyſes Meroë appellauit. Aiunt etiã fœminam illam nupſiſſe Salomoni, & ex eo filium ſuſcepiſſe, quem nominauit Melich & Dauid. Rurſum, in Aethiopiam ſecum abduxiſſe duodecim Iudæorum millia, mille videlicet ex ſingulis tribubus, quibus ibidem magno numero propagatis, nobiles Aethiopum è ſemine Iſraëlis etiam hodie prognatos ſe eſſe gloriantur. Stat etiam hodie latiſsimum magni Negus, ſeu Pretioſi Ioannis illic imperium, in quo religio Chriſtiana primùm ab Eunucho, deinde à Beato Matthæo propagata & confirmata vtcunq; ſeruatur. Qui de his copioſiora cupit, conſulat ſcripta eiuſdem Aluari, Damiani à Goës, Oſorij, & Maffæi.*

B

12. Et fecit Salomon malignum.] *Idolis Gentium non tantùm delubra, araſq; erexit, verùm & ipſis ſacrificauit, vt Tryphoni obijcit & exprobrat Iuſtinus. Tertullianus lib. 5. contra Marcionem.* Salomon per mulierẽ in idololatriã vſq; pertractus eſt.

C

13. Ea propter Dominum.] *De vero Chriſti deſcenſu ad inferos, vt inde animas Patrum abduceret, ſic conſpicua ſunt hæc; vt ſenſu communi egeant, qui alià deriuare conantur: de quo articulo largius in extremo libri ſequentis. Tantùm hîc indicabo Clementem Alexandrinum mira ſcribere de hoc deſcenſu, Chriſti prædicatione, & multorum conuerſione apud inferos, lib. 2. & 6. Stromatωn, quæ ex Hermetis, ſeu Paſtoris reuelationibus confirmat.*

14. In noſtram autem correptionem] *Similia & Iuſtinus martyr:* Prodeſt ſcire conuerſationes à ratione alienas, ne quis improuiſo ſtudio in eas incidat. *Epiſt. ad Zenam & Serenum. Vide Chryſoſtom. in Pſalm. 50.*

15. Cum vſuris.] *Sex has voces, ex vet. cod. conſentiente textu euangelico, reſtituimus.*

D

## *DE TRANSGRESSIONE POPVLI.*

### CAPVT XLVI.

S[1]Ine dubitatione igitur, & ſine contradictione oſtendente Apoſtolo, vnum & eundem eſſe Deum, qui & illa iudicauit, & ea quæ nunc ſunt exquirit, & cauſam deſcriptionis eorum demonſtrante, indocti, & audaces, adhuc *autẽ & imprudentes inueniuntur omnes, qui propter tranſ- *etiam
greſſionem eorum qui olim fuerunt, & propter plurimorum indictoaudientiam, alterum quidem aiunt illorum fuiſſe Deum, & hunc eſſe mundi fabricatorẽ, & eſſe in diminutione: alterum verò à Chriſto traditum Patrem, & hunc eſſe qui ſit ab vnoquoq; eorum mente conceptus. Non intelligentes quoniam quemadmodum ibi in plurimis eorum qui peccauerunt, [2] nõ bene ſenſit Deus: ſic & hîc ſunt
Matt. 20.16. vocati multi, pauci verò electi. Et quemadmodum ibi iniuſti, & idololatræ, & forni-
1. Cor. 10.5. catores vitam perdiderunt: ſic & hîc. Et Domino quidem prædicante in ignem æter-
num



A num mitti tales. Et Apoſtolo dicente; An ignoratis, quoniam iniuſti regnum [Dei] Matt. 25. 41.
non hæreditabunt? Nolite ſeduci, quia neque fornicatores, neq; idololatræ, neque 1. Cor 6. 9.
adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari,
*poſſidebunt neque ebrioſi, neq; maledici, neq; raptores, regnum Dei* hæreditabunt. Et quoniam
non ad eos, qui extra ſunt, [hoc] dicit, ſed ad nos, ne proijciamur extra regnum Dei,
tale aliquid operantes, intulit. Et hæc quidam fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati Ibidem 11.
eſtis in nomine Domini Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri. Et quemadmodum illic condemnabantur, & proijciebantur hi, qui malè operabantur, & reliquos exter-
minabant: ſimiliter [&] hîc, oculus quoq; effoditur ſcandalizans, & pes, & manus, ne Matt. 18. 8. 9.
reliquum corpus pariter pereat. Et habemus præceptum, Si quis frater nominatur 1. Cor. 5. 11.
fornicator, aut auarus, aut idololatra, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum
huiuſmodi nec cibum ſumere. Et iterùm ait Apoſtolus. Nemo vos ſeducat inanibus Epheſ. 5. 6.
verbis, propter hoc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo fieri participes eorum. Et quemadmodum ibi peccantium damnatio participabat & reliquos,
quoniam placebant eis, & vnà cum eis conuerſabantur: ſic & [hîc] modicum fermen 1. Cor. 5. 6.
B tum totam maſſam corrumpit. Et quemadmodum ibi aduerſus iniuſtos ira deſcen-
debat Dei, & hîc ſimiliter Apoſtolus ait: Reuelabitur enim ira Dei de cœlo, ſuper om Rom. 1. 18.
nem impietatem & iniuſtitiam eorum hominum, qui veritatem in iniuſtitia detinent. Et quemadmodum ibi in Aegyptios, qui iniuſtè puniebant Iſrael, vindicta à Exod. 13. 14.
Deo fiebat, ſic & hîc quidem, Domino dicente; Deus autem non faciet vindictam e- 15.
lectorum ſuorum, quicunq; clamant ad eum die & nocte? Etiã dico vobis, faciet vin- Luc 18. 7.
dictam eorum citò. Et Apoſtolo in ea quæ eſt ad Theſſalonicenſes [epiſtola,] iſta præ
dicante; Siquidem iuſtum eſt apud Deum retribuere retributionem his qui tribulãt 2. Theſſ. 1. 6.
vos, & vobis qui tribulamini, refrigerium nobiſcum, in reuelatione Domini noſtri
Ieſu Chriſti de cælo, cum Angelis virtutis eius, & in flamma ignis dare vindictam in
eos, qui non nouerunt Deum, & in eos, [3] qui [non obediũt Euangelio] Domini noſtri
Ieſu Chriſti. Qui etiam pœnas pendent interitus æternas à facie Domini, & à gloria
virtutis eius, cũ venerit magnificari in ſanctis ſuis, & admirabilis eſſe omnibus, qui
crediderunt in eum. Cùm ergo hîc & illic eadem ſit in vindicando Deo iuſtitia Dei;
& illic quidem typicè, [4] & temporaliter, & mediocrius; hîc verò verè, & ſemper, & au-
C ſteriùs. Ignis enim æternus, & quæ à cælo reuelabitur ira Dei à facie Domini [noſtri:]
quemadmodum & Dauid ait. Vultus autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat Pſal. 34. 17.
de terra memoriam ipſorum; maiorem [pœnam] præſtat ijs qui incidunt in eam.

### ANNOTATIONES.

1. Sine dubitatione igitur.] *Tranſgreſsiones & vltiones veteris populi non arguunt alium Deum eſſe ab eo, quem Chriſtus in Euangelio prædicauit: quandoquidem is qui olim in Iſraëlitas animaduertit, hodie quoq; peccata ſuorum vlciſcitur.*

2. Non bene ſenſit.] *οὐκ εὐδόκησεν, id eſt, non gratos, & acceptos habuit vniuerſos Hebræos: ſicut & capite ſuperiori,* Nõ in pluribus eorum bene ſenſit Deus, *quòd alij reddiderũt, plures illorũ nõ approbauit Deus.*

3. Qui non obediunt Euangelio.] *Ita vetus codex, vulgata editio, & textus Græcus, μὴ ὑπακούουσι τῷ εὐαγγελίῳ; expunximus,* audiunt Euangelium.

4. Et temporaliter.] *Auguſtinus pereuntium illarum ciuitatum paruulos ſaltem & infantes, qui criminibus parentũ rei non erant, à gehennæ æternis ſupplicijs liberatos eſſe ſibi perſuadet in Quæſt. ex ve. teſt. q. 13.*

## *OSTENSIO QVOD VNVM ET IDIPSVM SIT Verbum Dei, diſpoſitor veterum & nouorum.*

D

### CAPVT XLVII.

*oſtendebant Preſbyteri V[1]Aldè inſenſatos *oſtendebat Preſbyter eos, qui ex his quæ acciderunt his
qui olim Deo non obtemperabant, tentant alterum patrem introduce-
*Dominus re, è contrario opponentes quantã *Deus ad ſaluãdos eos qui receperunt
eum, veniens feciſſet miſerans eorum: tacentes autem de iudicio eius, &
quæcunq; proueniunt his qui audierunt ſermones eius, & non fecerunt. Et quoniam Matt. 26. 24.
expediebat eis, ſi non eſſent nati. Et quoniam tolerabilius Sodomis & Gomorræ erit Matt. 10. 15.
*recepit ſermones in iudicio, quàm ciuitati illi quæ non *recipit ſermonem diſcipulorum eius. Quem-
admodum enim in nouo Teſtamento, ea quæ eſt ad Deum fides hominum aucta eſt,
additamentum accipiens Filium Dei, vt & homo fieret particeps Dei: ita & diligentia conuerſationis adaucta eſt, cùm non ſolùm à malis operibus abſtinere iubemur,
ſed etiam ab ipſis malis cogitationibus, & otioſis dictionibus, & ſermonibus vacuis,
& verbis ſcurrilibus: [2] ſic & pœna eorum qui non credunt Verbo Dei, & contemnunt
eius aduentum, & conuertuntur retrorſum, adampliata eſt; non ſolùm temporalis,


ſed

ſed [&] æterna facta. Quibuſcunq; enim dixerit Dominus, Diſcedite à me maledicti A
Matt.25.34. in ignem perpetuum,[1] iſti erunt ſemper damnati. Et quibuſcunq; dixerit, Venite be-
nedicti Patris mei, percipite hæreditatem regni, quod præparatum eſt vobis in ſem-
piternum; hi [ſemper] percipiunt regnum, & in eo proficiunt ſemper. Cùm *ſit vnus *ſint
& idem Deus Pater, & Verbum eius ſemper aſſiſtens humano generi, varijs quidem
diſpoſitionibus, & multa operans, & ſaluans ab initio eos qui ſaluantur, (ſunt enim
[hi] qui diligunt Deum, & ſecundùm [ſuum] genus ſequuntur Verbum Dei,) & adiu-
dicans eos qui adiudicantur, id eſt, eos qui obliuiſcuntur Deum, & ſunt blaſphemi &
tranſgreſſores eius verbi. Etenim hi ipſi qui à nobis prædicti ſunt hæretici, exciderũt
ſibi, accuſantes Dominum, in quem dicunt ſe credere. Quæ enim denotant in Deo,
[4] qui [tunc] temporaliter adiudicauerit incredulos, & percuſſerit Aegyptios, [ſalua-
uit] autem obaudientes: eadem nihilominus recurrent in Deum, in ſempiternũ qui-
dem adiudicantem quos adiudicat, & in ſempiternum dimittentem eos quos dimit-
tit: & inuenietur ſecundùm illorum verba maximi peccati cauſa factus his qui in
Apoc.1.7. eum miſerunt manus, & pupugerunt eum. Si enim non ita veniſſet, vtiq; illi Domi-
ni ſui interfectores facti non fuiſſent: & ſi non miſiſſet Prophetas ad eos, non vtique B
occidiſſent eos, & Apoſtolos quoq; ſimiliter. His igitur qui imputant nobis, & dicũt,
ſi non Aegyptij plagati fuiſſent, & perſequentes Iſraël præfocati eſſent in mari, non
poterat Deus ſaluare populum ſuum? *Occurret illud, Niſi igitur Iudæi interfectores *Occurrit
Domini facti fuiſſent, (quod quidem abſtulit ab eis æternam vitam) & Apoſtolos in-
terficientes, & perſequentes Eccleſiam in iracundiæ incidiſſent profundum, nos ſal-
uari non poteramus? Quemadmodum enim illi per Aegyptiorum, ſic & nos per Iu-
dæorum cæcitatem, accepimus ſalutem. Siquidem mors Domini, eorum quidem qui
cruci eum fixerunt, & non crediderunt eius aduentum, damnatio eſt, ſaluatio verò
eorum qui credunt in eũ. Nam & Apoſtolus ait [in epiſtola] ſecunda ad Corinthios.
2.Cor.2.1. Quoniam Chriſti ſuauis odor ſumus Deo in his qui ſaluantur: & in his qui pere-
unt, quibuſdam quidem odor mortis in mortem, quibuſdam odor vitæ in vitam.
Quibus ergo eſt odor mortis in mortem, niſi his qui non credunt, neq; ſubiecti ſunt
Verbo Dei? Qui ſunt autem qui & tunc ſemetipſos morti tradiderunt? Hi ſcilicet qui C
non credunt, neque *ſubiecti ſunt Deo. Rurſum autem qui ſaluati ſunt, & acceperunt *ſubijciuntur
hæreditatem? Hi ſcilicet qui credunt Deo, & eam quæ eſt erga illum dilectionem
Num.14.24 & 31. cuſtodierunt, quemadmodum Chaleb Ieffone, & Ieſus Naue, & pueri innocentes,
qui neque malitiæ ſenſum habuerunt. Qui ſunt autem qui hic ſaluantur & accipiũt
vitam [æternam?] Nónne hi qui diligunt Deum, & qui pollicitationibus eius cre-
dunt, & malitia paruuli effecti ſunt?

## ANNOTATIONES.

1. Valde inſenſatos.] *Inſenſati ſunt & furioſi, qui alterum Deum à Creatore nituntur introducere, propterea quod auctior ſit fides et gratia noui Teſtamẽti, maiorq; à nobis obedientia & iuſtitia requiratur. Vnus namq; & idem Deus variè genus hominũ diſponit, & mors Chriſti fidelibus eſt ſalus, infidelibus perditio.*

2. Sic & pœna.] *Hoc argumentũ ex c.10. ad Heb. ſumptum eſt.* Irritã quis faciens legẽ Moyſi, *&c.*

3. Iſti erunt ſemper.] *Euertit Platonica ſupplicia, & viciſſitudines, quas poſtea plus æquo miſericors excogitauit Origenes: ſed copioſè in eaſdem diſſerit Auguſtinus 21. de Ciuitate à cap. 12. vſq; ad 20.*

4. Qui tunc temporaliter.] *vet. cod. auth.* tunc *pro* nunc: *vt mox* ſaluauit *pro* ſaluabit *repoſuimus.*

## *SECVNDVM QVID INDVRAVIT Deus cor Pharaonis & miniſtrorum eius.* D

### CAPVT XLVIII.

Exod.4.21. S[1]Ed & indurauit (inquiunt illi) Deus cor Pharaonis, & famulorum eius. Qui
ergo hæc imputant, non *intelligunt in Euangelio, vbi diſcipulis dicentibus *legunt
Matt.13.10. Domino, Quare in parabolis loqueris eis? Reſpondit Dominus: Quoniam
Mar.4.2. vobis eſt datum *cognoſcere myſterium regni cælorum, illis autem in parabolis lo- *noſce
Luc.8.10. quor, vt videntes non videant, & [audientes non audiant,] intelligentes non intel-
Ioan.12.40. Iſaiæ 6.10. ligant, vt adimpleretur apud eos prophetia Eſaiæ dicens, Incraſſa cor populi huius, &
Matt.13.10. aures eorum obtura, & oculos eorum obcæca. Veſtri autem beati oculi, qui vident
quæ vos videtis, & aures veſtræ, quæ audiunt quæ auditis. Vnus enim & idem Deus,
his quidem qui non credunt,[3] ſed nullificant eum, infert cæcitatem. Quemadmo-
dum ſol, qui eſt creatura eius, his qui propter aliquam infirmitatem oculorum
non poſſunt contemplari lumen eius: his autem qui credunt [ei,] & ſequuntur eum,
plenio-



A pleniorem & maiorem illuminationem mentis præſtat. Secundùm hunc igitur ſer-
monem & Apoſtolus ait in ſecunda ad Corinthios. In quibus Deus, ſæculi huius, ex- 2.Cor.4.4.
cæcauit mentes infidelium, vti non fulgeat illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti.
Et iterum in ea quæ eſt ad Romanos. Et quemadmodum non probauerunt Deum Rom.1.28.
habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, facere quæ non conue-
niunt. In ſecunda autem ad Theſſalonicenſes, manifeſtè ait de Antichriſto dicens.[4]
Et ideo [mittet] Deus [operationem] erroris, vti credant mendacio, [vti] iudicentur 2.Theſſ.2.11. 12.
omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati.[5] Si igitur & nunc,
quotquot ſcit non credituros Deus, cùm ſit omnium præcognitor, tradidit eos infi-
delitati eorum, & auertit faciem ab huiuſmodi, relinquens eos in tenebris, quas ipſi
ſibi elegerunt: quid mirum ſi & tunc nunquam crediturum Pharaonem, cum his
qui cum eo erant, tradidit eos ſuæ infidelitati? Quemadmodum Verbum ait de rubo
ad Moyſen. Ego autem ſcio quoniam non dimittet vos Pharao rex Aegypti abire, Exod.4.21.
niſi cum manu valida. Et qua ratione Dominus in parabolis loquebatur, & cæcita-
tatem faciebat Iſrael, vt videntes, non viderent, ſciens incredulitatem eorum: eadẽ Matth.13.13.
B ratione & cor Pharaonis indurabat, vt videns quoniam digitus Dei eſt, qui educit
populum, non crederet,[6] ſed in [infidelitatis] præcipitaretur [pelagus,] per magicam
operationem opinatus fieri exitum eorum, & rubrum mare non ex virtute Dei trã-
ſitum præſtitiſſe populo, ſed naturaliter ſic ſe habere.

## ANNOTATIONES.

1. Sed indurauit.] *Diſſoluit argumentum Marcionitarum, quo Deum malorum authorem facere nitebantur, quia dicitur excæcaſſe Pharaonem. Hoc autem vult intelligi ea phraſi dictum, qua in Euangelio & Apoſtolo, Deus tunc excæcare, indurare, & tradere in reprobum ſenſum, dicitur, cùm faciem auertit, gratiæ ſubſidium ſubtrahit, & in tenebris illos manere permittit, qui ſponte eas ſibi elegerunt; quod exemplo deſumpto à Sole eleganter declarat. Eodem pacto iſthæc interpretantur Tertullianus lib. 2. cont. Marcionem, Archelaus Meſopotamiæ Epiſcopus apud Cyrillũ Hieroſ. Catecheſi 6. & omnium vberrimè & acutiſſimè Auguſtinus lib. de prædeſtinatione & gratia cap. 15. lib. de prædeſtinatione ſanctorum cap. 8. & lib. de gratia & libero arb. cap. 21. 22. 23.* C

2. Incraſſa cor populi.] *Vetus cod.* Incraſſatum eſt, *atq; ita legit Tertull. lib. 3. cont. Marcionem.*

3. Sed nullificant eum.] *Sic etiam Tertullianus loquitur lib. 4. adu. Marc. cap. 14.* Ne metueritis ignominiam ab hominibus, & nullificationẽ (*i. contemptu & deſpicatione*) eorum ne minuamini. *Et alibi non ſemel* nullificamen, *pro contemptu, idem vſurpat.*

4. Et ideò mittet Deus operationem.] *Sic ex vet. cod. & contextu Græco Apoſtoli reſtituimus: excuſi cod.* mittit operationes.

5. Si igitur & nunc.] *Non negat Dei pietatem & gratiam effuſam eſſe in vniuerſum genus hominum; aut Deum pro diuerſis meritis diuerſa illis reddere præmia: ſed id prædicat & explicat quod dicit Apoſtolus, Deum quoſdam tradere in reprobum ſenſum, & tenebras quas vltrò elegerunt incidere; illis ipſis, non Deo, tribuens propriæ reprobationis & perditionis cauſam.*

6. Sed in infidelitatis præcipitaretur pelagus.] *Ita ve. codex: excuſi verò,* infidelitate præcipitaretur pelago.

## *QVARE SECVNDVM IVSSVM DEI VAſa ab Ægyptijs ſumpſit populus in * exodo, & ex ipſis tabernaculum in eremo fabricauit.* *exitũ

### CAPVT XLIX.

D Q[1]VI verò exprobrant & imputant, quòd profecturus populus iuſſu Dei, Exod.11.2.
vaſcula omnis generis & veſtimenta acceperit ab Aegyptijs, & ſic abierit,
ex quibus tabernaculum factum eſt in eremo, ignorantes iuſtificationes
Dei & diſpoſitiones eius, ſemetipſos arguunt, ſicut & presbyter dicebat.
[2] Si enim non] typica profectione [hoc conſenſiſſet Deus, hodie in vera noſtra pro-
feſſione] id eſt, in fide in qua ſumus conſtituti, per quam de numero gentilium ex-
*poterat empti ſumus, nemo *poterit ſaluari. Omnes enim nos aut modica aut grandis ſequi-
tur poſſeſſio, quam ex mammona iniquitatis acquiſiuimus. Vnde enim domus in Luc.16.9.
quibus habitamus, & veſtimenta quibus induimur, & vaſa quibus vtimur, & reliqua
omnis ad diurnam vitam noſtram[3] [miniſtratio,] niſi ex his quæ, cùm Ethnici eſſe-
mus, de auaritia acquiſiuimus; vel ab Ethnicis parentibus, aut cognatis, aut amicis,
de iniuſtitia acquirentibus percepimus? Vt non dicamus, quia & nunc in fide exiſten-
tes acquirimus. Quis enim vendit, & non lucrari vult ab eo[4] qui emit? Quis autem e-
mit, & non vult vtiliter ſecum agi, ab eo qui vendit?] Quis autem negotians, non
propterea negotiatur, vt inde alatur? Quid autem & hi[5] qui in regali aula ſunt fideles,

A nónne ex eis quæ Cæſaris ſunt habent vtenſilia, & his qui non habent, vnuſquiſque eorum ſecundùm ſuam virtutem prẹſtat? Aegyptij enim populi erant debitores non ſolùm rerum, ſed & vitẹ ſuæ propter Patriarchæ Ioſeph præcedentem benignitatem: nobis autem ſecũdùm quid debitores ſunt Ethnici, à quibus & lucra & vtilitates percipimus, quæcunque illi cum labore comparant, his nos, in fide cùm ſimus, ſine labore vtimur.* Adhuc populus peſſimam ſeruitutem ſeruiebat Aegyptijs, quemadmodum Scriptura ait. Et cum vi poteſtatem exercebant Aegyptij in filios Iſraël, & in odium eis adducebant vitam in operibus duris luto & latere, & omnibus operibus quæ* fiebant in campis, per omnia opera quibus eos deprimebant cum vi. [6] Et ædificauerunt eis ciuitates munitas multum laborantes, & augentes eorum ſubſtantias annis multis, & per omnem modum ſeruitutis, cùm illi non ſolùm ingrati eſſent aduerſus eos, verùm & vniuerſos eos perdere vellent. [7] Quid igitur iniuſtè geſtum eſt, ſi ex multis pauca ſumpſerunt, & qui potuerunt multas ſubſtantias ſuas habere, ſi nõ ſeruiſſent eis, & diuites abire, pauciſſimam mercedem pro magna ſeruitute accipientes, inopes abierunt? Quemadmodum ſi quis liber abductus ab aliquo per vim, & ſeruiens ei annis multis, & augens ſubſtantiam eius, pòſt inde aliquod adminiculum conſecutus, putetur quidem modica quædam eius habere, re vera autem ex multis laboribus ſuis, & ex acquiſitione magna, pauca percipiens diſcedat, & ex hoc ab aliquo imputetur ei, quaſi non rectè fecerit: ipſe magis iniuſtus iudex apparebit ei qui per vim in ſeruitium fuerit deductus. Sic ergo ſunt huiuſmodi qui imputant populo * pauca de multis laboribus accipienti ſibi; & ipſis non imputant, qui nullam gratiam ex merito parentum debitam reddiderunt, imò & in grauiſſimam ſeruitutem redigentes, maximam ab eis conſecuti ſunt vtilitatem: & illos quidem non ſignatum aurum & argẽtum in paucis vaſculis, de ſuis laboribus, quemadmodum prẹdiximus, accipientes, iniuſtè feciſſe dicunt: ſemetipſos autem (dicetur enim quod verum eſt, licet ridiculum quibuſdam eſſe videatur) ex alienis laboribus inſigne aurũ, & argentum, & æramentum cum inſcriptione & imagine Cẹſaris in zonis ſuis ferentes, iuſtè ſe facere dicunt.

Geneſ.41. — Exod.5.14. — *Ad hoc. — *faciebant — B — *parua

Si autem comparatio fiat noſtra & illorum, qui iuſtius apparebunt accepiſſe, vtrùm ne populus ab Aegyptijs, qui erant per omnia debitores, an nos à Romanis, & reliquis gentibus, & à quibus nihil tale nobis debeatur? Sed & mundus pacem habet [per eos,] ſine timore in vijs ambulamus & nauigamus quocunque voluerimus. Aduerſus igitur huiuſmodi aptus erit ſermo Dominĩ, Hypocrita, (dicẽs) exime prius trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies auferre feſtucam de oculo fratris tui. Etenim ſi is qui tibi hæc imputat, & gloriatur in ſua ſcientia, ſeparatus eſt à gentilium cœtu, & nihil eſt alienorum apud eum, ſed & ſimpliciter nudus, & nudis pedibus, & ſine domo in montibus conuerſatur, quemadmodum aliquod ex his animalibus quæ herbis veſcuntur; veniam merebitur, ideo quod ignoret * neceſſitatis noſtræ conuerſationem. Si autem ab hominibus quæ dicuntur aliena eſſe, participatur, & arguit typum eorum, ſemetipſum iniuſtiſſimum oſtendit, retorquens in ſe eiuſmodi accuſationem.* Inuenitur enim aliena circunferens, & ea quæ eius non ſunt, concupiſcẽs. Et propter hoc dixiſſe Dominũ. Nolite iudicare, ne iudicemini: in quo enim iudicio iudicabitis, iudicabitur de vobis. Non vtiq; vt peccantes non corripiamus, nec vt his quæ maleſiunt conſentiamus: ſed vt Dei diſpoſitiones non iudicemus iniuſtè, cùm ille omnia iuſtè profutura prouiderit. Quoniam enim ſciebat nos de noſtra ſubſtantia, quam ab alio accipientes haberemus, bene acturos. Qui enim habet (inquit) duas tunicas, det ei qui non habet: & qui habet eſcam, ſimiliter faciat. Et, Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: & nudus fui, & veſtiſtis me. Et, Cùm * facis eleemoſynam, non ſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra tua. [8] Et reliqua quæcunq; benefacientes iuſtificamur, velut de alienis noſtra redimentes. De alienis autem ita dico, non quaſi mundus alienus ſit à Deo; ſed quoniam huiuſmodi dationes ab alijs accipientes habemus, ſimiliter velut illi ab Aegyptijs qui non ſciebant Deum: & per hæc ipſa erigimus in nobiſmetipſis tabernaculum Dei. Cum bene enim faciẽtibus habitat Deus, quemadmodum Dominus ait: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt hi, quando fugati fueritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Quæcunque enim, cùm eſſemus Ethnici, de iniuſtitia acquiſiuimus, hæc cùm crediderimus, in dominicas vtilitates * conuertentes, iuſtificamur. Neceſſariè igitur hæc in typo præmeditabantur, & tabernaculum Dei ex his fabricatur, illis quidem iuſtè accipientibus, quemadmodum oſtẽdimus, nobis autem præoſtenſis in ipſis qui inceperimus per aliena Deo ſeruire.

Romanorum imperium. — C — Matt.7.5. — *neceſſitates noſtræ conuerſationis. — Matt.7.1. — Luc.3.11. Matth.25.35. — D — Matth.6.2. — *facitis miſericordiã. — Luc.16.9. — *conuerſantes.

ANNO-



A

## ANNOTATIONES.

1. Qui verò exprobrant.] *Marcionitas intelligit, quos fraudem illam Hebræorum in Aegyptios, Creatori maximè obieciſſe author eſt Tertullianus lib.2.contra Marcionem. Auguſtinus quæſt.39.ſuper Exodum, Hebræos omni ſuſpitione furti liberat,* quia enim, *ait,* hoc Deus iuſſit, qui nouerat quid quemque pati oporteret, hi furtum non fecerunt: ſed Deo iubenti miniſterium præbuerunt. *D. Alcimi epiſcopi Viennenſis, viri perantiqui verſus non inelegantes ſubnectere non erit iniucundum.*

—Portantur auari
Sic Pharaonis opes, quem tunc mercede ſoluta,
Seruitij longum credas taxaſſe laborem.

*Gregorius id allegoricè explicat 28.mora.cap.17.*

B 2. Si enim non typica.] *Codices excuſi omnes,* Sic enim nos in typica. *Addidimus deinde octo voces virgulis concluſas ex veteri codice.*

3. Miniſtratio] *Prius erat,* miſeratio.

4. qui emit. Quis autem.] *Quindecim has voces deſiderabant omnes excuſi codices; quas ex veteri reſtituimus.*

5. Qui in regali aula] *Fidem Chriſti ad illuſtres vſq; imperij Rom. ordines & principes, hoc ſæculo penetraſſe, ex his manifeſtum eſt. Proceſſum & Martinianum non infimæ ſortis milites, pro Chriſto ſub Nerone martyrium paſſos eſſe narrant Vincentius, Petrus de natalibus & Bergomenſis. Alexandri epi. Ro. opera Hermetem vrbis præfectum, cum vxore & liberis; nobiles deinde viros Trebellium, Pertinacem, Zenonem patricium, Euſtachium fortiſſimum Ducem, Achaicum principem, Heliadem Ducem, Theodorum magiſtrum militum, & Carcerium alterum exercitus Ducem, pietatis Chriſtianæ ergò, Hadriano imperante, martyria ſubijſſe ſcripſerunt poſteriores. Sub Antonino pio, M. Antonino Vero, & Commodo Imp. ſtipendia meruiſſe non tantùm gregarios milites, ſed rei militaris præſtantiſſimos etiam copiarum Romanarum & legionum Ductores, qui Chriſto nomen dederant, ex Apologijs & legationibus Iuſtini, Melitonis, Athenagoræ, Tertulliani, ſcriptisq; M. Aurelij Antonini ad S. P. Q. R facilè colligitur.*

6. Et ẹdificauerũt eis ciuitates] *Ioſephus addit, AEgyptios adegiſſe Hebræos ad ſubſtructiones illarum pyramidum, quæ inter ſeptem mundi miracula numerantur, lib.2.antiq.*

7. Quid igitur iniuſtè geſtum eſt] *Hebræi longum tempus in Aegypto, in lateribus, muris, vrbibus faciendis conſumpſerunt. Dominus igitur mercedem aliquam laboris ſui eos percipere voluit, ideoq; illos hac calliditate vti. Nam & AEgyptij regi ſuo operam ſuam nauarant ait Theodor. Quæſt.23.in Exodum. Tertullianus verò,* Non ad fraudem, *inquit,* ſunt inſtincti Iſraëlitæ, ſed ad mercedis compenſationem, quam aliâs à dominatoribus exigere non poterant. *lib.4.cont.Marc.*

8. Et reliqua quæcunque benefacientes iuſtificamur. *Et paulò poſt.* Hæc in dominicas vtilitates conuertentes, iuſtificamur.] *Non poſſet quidpiam clarius & certius dici pro neceſſitate bonorum operum, cùm ad iuſtificationem, tũ ad ſalutem, contra Simonianos, Pſeudoapoſtolos, Eunomianos, Lutheranos & Caluinianos ſolius fidei aſſertores.*

C

## *QVEMADMODVM VNA ET EADEM populi profectio ex Ægypto, & Eccleſiæ ex gentibus oſtenditur.*

### CAPVT L.

VNiuerſa enim quæ ex AEgypto profectio fiebat populi, à Deo, [1] typus & imago [fuit] profectionis Eccleſiæ, quæ erat futura ex gentibus: propter hoc & in * finem educens [eam] hinc in ſuam hæreditatem; quam non Moyſes quidem famulus Dei, ſed Ieſus Filius Dei in hæreditatem dabit. Si quis autem diligentius intendat his quæ à Prophetis dicuntur de fine, & quæcunque [2] Ioannes diſcipulus Domini vidit in Apocalypſi, inueniet eaſdem plagas vniuerſaliter accipere gentes, quas tunc particulatim accepit AEgyptus. Talia quædam enarrans de antiquis presbyter, reficiebat nos, & dicebat. De his quidem delictis, de quibus ipſæ ſcripturæ increpãt Patriarchas & Prophetas, nos non * oportere exprobrare eis, [3] neque fieri ſimiles Cham, qui irriſit turpitudinem patris ſui, & in maledictionem decidit: ſed gratias agere pro illis Deo, quoniam in aduentu Domini noſtri remiſſa ſunt eis peccata: etenim illos dicebat gratias agere, & gloriari in noſtra ſalute. De quibus autem Scripturæ non increpant, ſed ſimpliciter ſunt poſitæ, nos non debere fieri accuſatores: non enim ſumus diligentiores Deo, neque ſuper magiſtrum poſſumus eſſe: ſed typum quærere. Nihil enim ocioſum eſt eorum quæcunque inaccuſabilia poſita ſunt in Scripturis.

Exodus populi, cuius rei typus fuit. — *fine — *oportet — D — Luc.6.40.

## ANNOTATIONES.

1. Typus & imago fuit] *Authoritate vet. cod. deleuimus* fiebat; *& paulò poſt* eam *pro* eum *ſubſtituimus. Cæterùm, vt figuræ iſtius partes ſingulas copioſa oratione tractarunt Origenes, Iſidorus, Rabanus & Rupertus: ſic excultis verſibus ſuis cecinerunt Sedulius presbyter & Alcimus Viennenſis. Illius ſunt.*

Peruia diuiſi patuerunt cærula ponti
In geminũ reuoluta latus, nudataq; tellus

 Cognatis

Cognatis ſpoliatur aquis,ac turba pedeſtris
Intrat in abſentis pelagi mare, perque profundum
Sicca peregrinas ſtupuerat marmora plantas.
Mutauit natura viã, mediumq; per æquor
Ingrediens populus,rude iam baptiſma gerebat:
Cui dux Chriſtus erat, clamat nam lectio, multas
Vox Domini ſuper extat aquas, vox denique Verbum eſt:
Verbum Chriſtus adeſt, geminæ qui conſona legis,
Teſtamenta regẽs, veterem patefecit abyſſum,
Vt doctrina ſequens planis incederet aruis.

*Iſtius,id eſt, Alcimi libro quinto carminum ad finem libri comperies.*

A

2. Ioannes diſcipulus Domini in Apocalypſi ]*Hîc & multis alijs locis adeò manifeſtè & conſtanter authorem Apocalypſeos docet fuiſſe B. Io. Euangeliſtam, vt craſſæ impietatis ſit ea de re amplius ambigere. Quoniam autem duobus libris accuratè & eruditè hoc negotiũ pertractauit vir æquè pius ac doctus F. Franciſcus Titelmanus ordinis minorum, aduerſus Eraſmi cenſuras & annotata, in confutandis Caluini & Bodini dubitationibus ſuper eadẽ re, non immorabimur.*

3. Neque fieri ſimiles Cham. ]*Cham impudentem patris irriſorem typum hæreticorũ geſſiſſe, poſt Irenæum bis docet Auguſtinus 16. de Ciuit. ca. 2.* Cham porrò, qui interpretatur callidus, quid ſignificat niſi hæreticorum genus callidum, non ſpiritu ſapientiæ, ſed ſpiritu verſipellis aſtutiæ; quòd ſolent hæreticorum feruere præcordia, & pacem perturbare ſanctorum? *Eadem Auguſtini verba tranſcripſit Eucherius Lugdunenſis lib. 2. in Geneſ. cap. 2.*

B

## *OSTENSIO GENERATIONIS LOT ex filiabus ſuis.*

### CAPVT LI.

QVemadmodum & Lot, qui eduxit de Sodomis filias ſuas, quæ conceperunt de patre ſuo, qui reliquit in confinio vxorem ſuam ſtatuam ſalis vſque in hodiernum diem.[1] Etenim Lot non ex ſua voluntate, neque ex ſua concupiſcentia carnali, neque ſenſum neque cogitationem huiuſmodi operationis accipiens,[2] ſed conſummauit typum. Quemadmodum Scriptura dicit. Et intrauit maior nata, & dormiuit cum patre ſuo nocte illa: & non ſciuit Lot cùm dormiret nocte illa, & cùm ſurgeret. Et in minore autem hoc idem. Et non ſciuit (inquit) cùm dormiſſet ſecum, nec cùm ſurrexiſſet. Neſciente igitur homine, neque libidini ſeruiente, diſpenſatio perficiebatur,[3] per quam duæ filiæ, id eſt, duæ ſynagogæ, ab vno & eodem patre in ſobolem adoptatæ, ſignificabantur ſine carnis libidine. Nec enim alter erat aliquis qui ſemen vitale, & filiorum [fructus] poſſet dare eis, quemadmodũ ſcriptum eſt. Dixit autem maior ad minorem. Pater noſter ſenior eſt, & nemo eſt ſuper terram qui intret ad nos, vt oportet omni terræ:[4] veni potionemus patrẽ noſtrum vino, & dormiamus cum eo [vt] ſuſcitemus de patre noſtro ſemen. Illę quidem filiæ ſecundùm ſimplicitatem & innocentiam putantes vniuerſos homines periſſe, quemadmodũ Sodomitas, & vniuerſam terram iracundiam Dei ſuperueniſſe, dicebant hæc.[5] Quapropter & ipſæ excuſabiles ſunt, arbitrãtes ſe ſolas relictas cum patre ſuo ad [6] conſeruationem generis humani, & propter hoc circumueniebant patrem. Per verba autem earum ſignificabatur neminem eſſe alterum qui poſſit filiorum generationem maiori & minori ſynagogæ præſtare, quàm Patrem noſtrum. Pater autem generis humani, Verbum Dei eſt. Quemadmodum Moyſes oſtẽdit dicens. Nónne hic ipſe Pater tuus poſſedit te, & [fecit] te, & creauit te? Quando igitur hic, vitale ſemẽ, id eſt, Spiritum remiſſionis peccatorum, per quem viuificamur, effudit in humanũ genus, nónne tunc * conuerſabatur cum hominibus, & bibebat vinum in terra? venit (inquit) filius hominis manducãs & bibens: & cùm recubuiſſet obdormiuit, & ſomnum cœpit. Quemadmodum ipſe in Dauid * dicebat. Ego obdormiui & ſomnum cœpi. Et quoniam in noſtra communicatione & vita hoc * agebatur, iterum ait. Et ſomnus meus ſuauis mihi factus eſt. Totum autem [ſignificabatur] per Lot, quoniã ſemen patris omnium, id eſt, Spiritus Dei, per quem facta ſunt omnia,[7] commixtus & vnitus eſt [carni, hoc eſt,] plaſmati ſuo: per quam commixtionem [& vnitatem] duæ ſynagogæ,[8] id eſt, duæ congregationes fructificantes ex patre [ſuo] filios viuos viuo Deo. Et cùm hæc fierent, vxor * remãſerat in Sodomis, iam non caro corruptibilis,[9] ſed ſtatua ſalis ſemper manens, & per naturalia ea quæ ſunt cõſuetudinis hominis oſtendens, quoniam & Eccleſia, quæ eſt ſal terræ, ſubrelicta eſt in confinio terræ, patiens quæ ſunt humana: & dum ſæpè auferuntur ab ea membra integra, perſeuerat ſtatua ſalis, quod eſt firmamentum fidei, firmans & præmittens filios ad Patrem ipſorum.

*Gen. 19. 33.* — *Geneſ. 19. 34.* — *Deut. 32. 6.* — *Matth. 11. 19.* — *Pſal. 3. 5.* — *Matt. 5. 12.*

C — D

* conueſcebatur — * dicit. — * agebat, — * remanſit,

ANNO-



## ANNOTATIONES.

A

1. Etenim Lot non ex ſua voluntate. ]*Concubitus ille, quo Lot ambas filias virgines conſtrupraſſe legitur, Gnoſticis iſtis & Manichæis, vt ex Auguſt. colligitur, horrendum & omnibus ſupplicijs dignum facinus viſum eſt: quibus noſtro æuo aſſentiuntur Lutherus, Muſculus, Caluinus, & reliqua Gnoſticorum progenies. Apoſtolico autem ſeniori, cuius ſuperiori capite meminit Irenæus, & Catholicis omnibus Græcis & Latinis, grauiſſimis de cauſis, à peccato vel penitus, vel maiori ex parte, ipſum liberare placuit.* Non enim inuenio eum, *ſcribit Origenes,* inſidiatum eſſe, aut violenter eripuiſſe pudicitiam filiarum, ſed magis inſidias paſſum, & arte circumſcriptũ. Nullus igitur audeat (*infert Chryſoſtomus*) aut iuſtũ, aut iuſti filias condẽnare. Quomodo non eſſet extremę dementiæ eos quos ſcriptura liberat ab omni crimine, nos peccatis plenos damnare? *Et Theodoretus:* His qui per ignorantiam peccant, homines quoque ignoſcere ſolent. Nemo igitur iure ac meritò Lot ſuccenſere poteſt: quod enim fiebat, ignorauit. Culpandus eſt quidem (*aiunt Auguſt. & Eucherius*) non tamen quantum ille inceſtus, ſed quantum illa meretur ebrietas. Proinde illud factum, cùm in ſacra ſcriptura narratur, prophetia eſt: cũ verò in illorum vita conſideratur, flagitium. Nec rurſus tanta reprehenſione atque accuſatione res digna eſt, quantam in eam Fauſtus inimicus & cæcus euomuit. *Ambroſius lib. 2. de Abraham, cap. 2.* Inebriatus vino, quid gereret neſciebat.

*In Geneſ.* — *22. Cont. Fauſtum ca. 41.* — *2. In Gene. cap. 30.*

B

2. Sed conſummauit typum. ] *Vet. cod.* ſed *deſiderat.*

C

3. Per quam duæ filiæ. ] *Non multum huic diſſimiles allegorias fuſius perſequuntur Auguſt. 22. contra Fauſtum cap. 41. 42. 43. 44. 45. & Origenes ho. 5. in Gene.*

4. Veni potionemus patrem noſtrum vino. ]*Ab ebrietatis delicto immunem Lot facere non poteſt Origenes.* Subiacet enim culpæ, *ait,* quod decipi potuit, quod vino indulſit: & hoc non ſemel, ſed iterum fecit. Ebrietas decipit, quem Sodoma non decepit. Vritur ille flammis mulierum, quem ſulphurea flamma non vſſit. *Chryſoſtomus & Theodoretus facilè veniam mereri docent, quod ad leuandum animi mœrorem, ex chariſſimæ coniugis metamorphoſi, & clariſſimarum vrbium horrendo excidio contractum, liberiorem vini vſum, filiarum manibus porrectum admiſerit.*

D

5. Quapropter & ipſæ excuſabiles ſunt. ]*Si non à toto, ſaltem à tanto (vt in Scholis loquimur:) poſt Irenæum eaſdem excuſat Origenes his verbis.* Audierant in fine ſæculi terram & omnia elementa, ignis ardore decoquenda. Videbant ignem, videbant ſulphureas flammas, videbant cuncta vaſtari, matrem quoque ſuam videbant non eſſe ſaluatam. Suſpicatæ ſunt tale aliquid factum, quale in temporibus audierant Noe, & ob reparandam mortalium poſteritatem ſolas ſe eſſe cum parente ſeruatas. Recuperandi igitur humani generis deſiderium ſumunt. Et quamuis graue eis videretur crimen, furari concubitum patris: grauior tamen videbatur impietas, ſi humanæ poſteritatis ſpem, ſeruata caſtitate delerent. Patris mœſtitiam vel rigorem vino molliunt & ſoluunt: ſingulis ingreſſæ noctibus, ſingulæ ſuſcipiunt ab ignorante conceptum. Vltra non repetunt, non requirunt. Vbi hîc libidinis culpa? vbi inceſti crimen arguitur? quomodo dabitur vitio, quod non iteratur in facto? *Ab hac Origenis ſententia non recedunt Chryſoſto. Theodoretus, & Ambroſius lib. 2. de Abra.*

6. Conſeruationem. ]*Authoritate veteris cod. expunximus* conuerſationem, *& paulò ſupra* fructus *pro* fructum: vt *pro* &: *inferius quoque* fecit *pro* refecit *poſuimus.*

7. Commixtus & vnitus eſt. ]*Voce commiſcendi vnitionem illam, quam hypoſtaticam vocarunt, duntaxat intelligit, vt ſupra annotauimus.*

8. Id eſt, duæ filiæ. ]*Vetus codex:* id eſt, duæ congregationes iuſtificatæ à patre ſuo.

9. Sed ſtatua ſalis. ] *Origenes aliam meditatus allegoriam, Lot rationabilis ſenſus & animi virilis, quo ſemper ad ſalutem tendimus: vxorem eius, carnis imaginem tenere putat, quæ ſemper retrorſum, id eſt ad vitia reſpicit, & voluptates requirit. Sedulij verſus factum iſtud concinnè explicantes ſunt:*

Lot Sodomæ fugiente Chaos dum reſpicit vxor
In ſtatuam mutata ſalis ſtupefacta remãſit,
Ad pœnam conuerſa ſuam: quia nemo retrorſum
Noxia contempti vitans diſcrimina mundi,
Reſpiciens ſaluandus erit, nec debet arator
Dignum opus exercens, vultum in ſua terga referre.

## *OSTENSIO VNVM ET EVNDEM ESSE Deum Patrem noſtrum & illorum.*

### CAPVT LII.

HVIuſmodi quoq; de duobus teſtamentis, ſenior Apoſtolorum diſcipulus diſputabat, ab vno quidem & eodem Deo vtraq; oſtendens. Nec enim eſſe alterum Deum[2] præter vnum] eum, qui fecit & plaſmauit nos, nec firmitatem habere ſermonem eorum qui dicunt, aut per Angelos aut per aliam quamlibet virtutem, aut ab alio deo factum eſſe hunc mundum qui eſt ſecundùm nos. Si enim ſemel quis tranſmoueatur à factore omnium,[3] & concedat ab aliquo altero, aut per [alium] factam conditionem, quæ [eſt] ſecundùm nos, multam incongruentiam, & plurimas cõtradictiones neceſſe eſt incidat huiuſmodi: ad quas nullas dabit rationes, neq; ſecundùm veriſimile, neq; ſecũndùm veritatẽ. Et propter hoc,

hoc,hi qui alias doctrinas inferunt,*abſcondunt à nobis quam [habent] ipſi de Deo A
ſententiam,ſcientes caſum & ruinam doctrinæ ſuæ,& timentes ne victi,ſaluari peri-
clitentur.Si autem credat quis vnum Deum, & qui verbo omnia fecit, quemadmo-
*Geneſ.1.3.* dum ipſe Moyſes ait:Dixit Deus.[Fiat]lux:& facta eſt lux. Et in Euangelio legimus:
*Ioan.1.3.* Omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil.Et Apoſtolus Paulus ſimili-
*Epheſ.4.4.* ter.Vnus Dominus,vna fides,vnum baptiſma,vnus Deus,& Pater[omnium,]qui eſt
*Ibidem 16.* ſuper omnes & per omnia,& in omnibus nobis.Hic primò erit tenens caput,ex quo
totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis
in menſura vniuſcuiuſque partis,incrementum corporis facit,in ædificationem ſui
in charitate.Pòſt deinde,& omnis ſermo ei conſtabit, ſi & Scripturam diligenter le-
gerit apud eos, qui in Eccleſia ſunt presbyteri, apud quos eſt Apoſtolica doctrina,
quemadmodum demonſtrauimus. Apoſtoli enim omnes duo quidem Teſtamenta
in duobus populis fuiſſe docuerunt: vnum autem & eundem eſſe Deum, qui diſpo-
ſuerit vtraq; ad vtilitatem hominum, ſecundùm [quod] teſtamenta dabantur, qui
incipiebant credere Deo,ex ipſa demonſtrauimus Apoſtolorum doctrina in tertio B
libro. Et quoniam non ocioſè,nec fruſtrà,[aut]vt*obuenit,datum eſt prius teſtamē- *euenit.
tum:ſed illos quidem quibus dabatur in ſeruitutem Dei, concurrens ad vtilitatem
eorum:non enim indiget Deus ab hominibus ſeruitutem: typum autem cæleſtium
oſtendens,quoniam nondum poterat homo per proprium viſum videre quæ ſunt
Dei:& imagines eorum quæ ſunt in Eccleſia præfigurans,vt firma ea quæ ſecundùm
nos eſt,fiat fides:& prophetiam futurorum continens, [6] vt diſceret homo præſcium
eſſe omnium Deum.

ANNOTATIONES.

1. Huiuſmodi quoque.] *Vtriuſque Teſtamenti vnicus eſt author, Deus nimirum, qui hunc mundum condidit: hæretici aliter ſentientes impia dogmata ſua diſſimulabant, ne deprehenſi à Doctoribus Catholicis confunderentur.*

2. Præter vnum eum] *Vetus cod.* eum *deſiderabat,&* vnum, *habebat: vtramque lectionem retinui.*

3. Et concedat ab aliquo altero.] *Sic reſtituimus ex vet.cod. Alij omnes habebant,* & eum concedat ab aliquo altero, aut per aliam factam conditionem,quæ ſit ſecundùm nos, *&c.*

4. Abſcondunt à nobis.] *Simili modo de Arianis conqueritur Athanaſius,Orat.1. Quod veluti anguillæ in ſinus meandroſq́; lubricarent,& ſe ſe occultare ſtuderent,ideoq́; aptiſſimo epitheto, poſt Tertullianum, vocat illos,* Beſtias lucifugas. *Authoritate veteris cod.* habent *pro* habet *ſuppoſuimus.* *Orat. ad Epiſc.*

5. Apud eos qui in Eccleſia ſunt presbyteri.] *Scripturam ſacram,eiuſq́; ſinceram intelligentiã, à ſola Eccleſia Catholica petendam contendit: quod ſatis diffusè poſt ipſum oſtendit Clemens Alex. ſub finem libri ſeptimi ſtromatωn.*

C

6. Vt diſceret homo] Cicero vt confirmaret liberum arbitrium *(ait Auguſtinus 5. de Ciuitate cap.9.)* negauit Deum præſcium eſſe futurorũ,atq; ita dum vult facere liberos,facit ſacrilegos.Religioſus autẽ animus vtrumq; eligit,vtrumq; confitetur,& fide pietatis vtrũq; confirmat *Et cap.10.* Nullo modo cogimur aut retenta præſcientia Dei,tollere voluntatis arbitrium:aut retento voluntatis arbitrio, Deũ (quod nefas eſt) negare præſcium futurorum.

## *QVIS EST SPIRITALIS DISCIPVLVS, QVI iudicat quidem omnes, ipſe autem à nemine iudicatur, & qui ſunt qui iudicantur.*

CAPVT LIII.

D

TAlis diſcipulus verè ſpiritalis recipiens Spiritum Dei, [1] qui ab initio in vniuerſis diſpoſitionibus Dei affuit hominibus, & futura annuntiauit; & præſentia oſtendit,& preterita enarrat, [2] iudicat quidem omnes,ipſe autem à nemine iudicatur. *1.Cor.2.11.*

ANNOTATIONES.

1. Qui ab initio in vniuerſis diſpoſitionibus.] *Cùm tanta & planè diuina opera tribuat Spiritui ſancto, ambigendum non eſt ipſum piè & orthodoxè de illius deitate ac coæternitate ſenſiſſe, quicquid blatterent Magdeburgenſes. Fulgentius ſub finem libri tertij ad Traſimundum, & tota epiſtola ad Donatum, ex iiſdem & ſimilibus operibus, quæ vnà cum Patre & Filio communia habet, concludit aduerſus Arianos & alios hæreticos, ipſum natura Deum eſſe.*

2. Iudicat quidem omnes.] *Alludit nimirum ad verba Apoſtoli 1.Cor.2. Spiritalis iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur, vbi Theodoretus:* Qui gratia Spiritus Sancti dignus eſt habitus, ipſe quidem ad alios docendos ſufficit, aliorum verò doctrina non indiget.

*QVEM-*



## A *QVEMADMODVM [IVDICABVNtur] gentes.*

CAPVT LIIII.

N [1] Am iudicat Gentes,creaturæ magis quàm Creatori ſeruientes: & reprobabili mente vniuerſam ſuam operationem in vanum conſumentes. *Rom.1.25.*

ANNOTATIONES.

1. Nã iudicat Gentes.] *Non de legis Moſaicæ præuaricatione, quoniam eis data non fuit: & qui ſine hac lege peccauerunt, ſine lege peribunt. Nec de contempta lege Euangelica, ſi nunquam eis ſufficienter promulgata ſit: ſed de lege naturæ mentibus eorum deſcripta & inſculpta, quam grauiter & multipliciter ſunt præuaricati, vt copioſè grauiterq́; Paulus diſſerit magna capitis primi ad Rom. parte: & hîc Irenæus inſinuat. Etenim cùm hac duce vnum Deum cognouerunt, & non ſicut Deum coluerunt: ſed innumeros ſibi confinxerunt deos deasq́;, imò & ipſis impuriſſimis dæmonijs immolauerunt filios & filias ſuas, vt exprobrat Pſalmiſta; ea de re, & plurimis, iiſdemq́; grauiſſimis ſceleribus aduerſus legem naturæ commiſſis rectè iudicabuntur & damnabuntur. Quod accuratius notandum operæpretiũ viſum fuit, vt Zuinglianorum fœdiſſimum errorem, quo huiuſmodi impuros Gentiles ac idololatras cælis donare non erubeſcunt, coargueremus.* *Rom.2.* B

*Zuinglius namq́; Expoſitione fidei, quam paulò antequam gladio caderet, Franciſco primo Regi Galliarum Chriſtianiſſimo dicauit, de vita æterna his verbis eum alloquitur:* Hîc (in æterna vita) viſurus es Herculem,Theſeum, Socratem, Ariſtidem, Antigonum,Numam,Camillum,Catones,Scipiones,&c. *Tigurini Germanica confeſſione ſua anno 1545. edita, ſui Zuinglij ſententiam probant. Bullingerus hanc appellat* Cygneam Zuinglij vocem: *Thalmannus, Gualtherus, Lauatherus, Hardembergius, Toſſanus, eandem ſibi propugnandam ſumpſerunt; ſuperius nominatis à Zuinglio connumerantes Platonem, & alios honeſtiores Ethnicos; quos & ipſi volunt inter Electos referendos eſſe: In eodem quoq́; errore volutatus Eraſmus, eiſdem connexuit Ciceronem, Maronem, Horantium, &c.* C *Colloq. in conuiuio Religioſo: & Epiſt. præfixa q. Tuſcul.*

*Sed bene habet, quod eandem ſententiam non ſolùm Oecolampadius in cap.10. Iob: & Beza libro de pœna Hæreticorum; id eſt, Zuingliani Sacramentariſmi commilitones; ſed etiam VVigandus, VVinshemius, & Schluſſelburgius Lutheranæ Theologiæ profeſſores, illam opinionem velut impiam, ac planè ethnicam publicis ſcriptis coarguerunt. Ac certè condolere eis qui pereunt, miſerationis eſt humanæ: ſed aduerſus æquiſſima decreta Dei inſurgere, nimiæ temeritatis & inſaniæ. Extant autem iudicij diuini aduerſus cunctos infideles & idololatras (quales ſuperius nominati fuerunt) publica & immutabilia decreta.* Qui non credit, iam iudicatus eſt. Qui incredulus eſt Filio Dei, non videbit vitam: ſed ira Dei manet ſuper eum. Qui talia agunt (opera carnis, luxuriam, idolorum ſeruitutem, &c.) regnum Dei non conſequentur. Qui immolat dijs occidetur, præterquam Domino ſoli, &c. *Et certè valde peregrinum eſt, & ab omni ratione prorſus alienum, Zuinglianos inferis mancipare omnes ſuos noſtroſq́; prædeceſſores, qui in fide Romana, id eſt, Catholica, in Chriſto piè deceſſerunt: ethnicos autem omnis fidei, ſpei, & charitatis expertes, cælo collocare. Sed de his alibi copioſius dicemus.* *Ioan.3.* *Gal.5.* *Exod.22.*

## *QVEMADMODVM [IVDICAbuntur] Iudæi.*

CAPVT LV.

D

IVdicat autem etiam Iudæos,non percipientes Verbum libertatis: [1] neque volentes abire liberos,cùm habeant præſentem liberatorem: (ſed intempeſtiuè extra legem ſeruire ſimulantes, nihil [indigenti] Deo,) & Chriſti aduentum,quem propter ſalutem hominum fecit.

ANNOTATIONES.

1. Neque volentes.] *Coniunctionem,* &, *expunximus authoritate vet.cod. Et paulo poſt,* Nihil indigenti Deo, *pro* indigente, *repoſuimus: in argumentis* iudicabuntur, *pro* iudicantur. *In illis etiam,* Quemadmodum, *pro* Quomodo, *vſurpat ſuo more.*

## *OSTENSIO *QVONIAM DVOS ADVENtus Chriſti Prophetæ annuntiauerunt.* *quomodo

CAPVT LVI.

N [1] On cognoſcentes neque intelligere volentes, quoniam duos aduentus eius omnes annuntiauerunt Prophetæ: vnum quidem, in quo homo in plaga factus eſt, ſciẽs ferre imbecillitatẽ, [&] in pullo aſini ſedens, & reprobatus

Iſaie 53. 4. batus lapis ædificantibus, & ſicut ouis ad victimam adductus, & per extenſionem A
& 5. manuum [2] diſſoluens quidem Amalech, congregans autem diſperſos filios à termi-
Zacha 9. 9. Pſal 117. 21. nis terræ, in ouile Patris, & recommemoratus mortuorum ſuorum qui antè dormi-
Hier. 11. 19. erant, & deſcendens ad eos, vti erueret eos & ſaluaret eos. Secundum autem, in quo
Exod. 17. 8. ſuper nubes veniet, ſuperducens diem quæ eſt ſicut clibanus ardens, & percutiens ter-
Iſa. 11. 12. Daniel 7. 13. ram Verbo oris ſui, & Spiritu per labia ſua interficiens impios, & ventilabrum in
Gen. 15. 17. manu habens, & emundans aream ſuam, & triticum quidem in horreum colligens,
2. Theſſ. 2. 8. Matth. 3. 12. Luc. 3. 18. comburens autem paleas in igne inextinguibili.

## ANNOTATIONES.

1. Non cognoſcentes] *Mira ſcripturarum connexione demonſtrat duos eoſdemq́ plurimum à ſe diſſitos aduentus Chriſti: primum in abiectione, ſecundum in maieſtate futurum.*

2. Diſſoluens quidem Amalech.] *Iuſtinus, Tertull. Cyprianus, eam hiſtoriam, quæ refert Moſem in formam crucis extendiſſe brachia, mouiſſe ac protraxiſſe preces ad Deum, tantiſper dum Ieſus Naue vinceret atque deleret Amalechitas, ſcitè ac conuenienter cum Irenæo accommodant ad myſterium paßionis & mortis Domini Ieſu Chriſti; qui in ligno crucis affixus, ſuis precibus, lacrymis & vibicibus; de morte, peccatis, inferis & diabolo, magnos triumphos & ampla ſpolia ſibi & nobis reportauit.* B

## *QVEMADMODVM IVDICABVNTVR qui à Marcione * ſunt.*

*erunt.

## CAPVT LVII.

EXaminabit autem & doctrinam Marcionis, quomodo accipiat duos deos eſſe infinita diſtantia ſeparatos ab inuicem. Vel quemadmodum bonus erit, qui alienos homines abſtrahit ab eo qui fecit, & ad ſuum aduocat regnum; & quare bonitas eius *defecit, non omnes ſaluans, & quare *deficit, circa homines quidem bonus videtur, in ipſum autem qui fecit homines, iniuſtiſſimus, auferens ab eo quæ ſunt eius. Quomodo autem iuſtè Dominus, ſi
Matth. 26. alterius patris exiſtit, huius conditionis, quæ eſt ſecundùm nos, accipiens panem,
Luc. 22. [1] ſuum corpus [eſſe] confitebatur, [2] & temperamentum calicis [ſuum] ſanguinem cō-
Mar. 14. firmauit? Et quare ſe Filium hominis confitebatur, ſi non eam quæ ex homine eſt,
generationem ſuſtinuiſſet? Quemadmodum autem & peccata nobis dimittere po- C
terat, quæ nos noſtro debeamus factori & Deo? [3] Quomodo autem & cùm caro non
Ioan. 19. 34. eſſet, ſed cùm parêret quaſi homo, crucifixus eſt, & [è] latere eius puncto, ſanguis exijt
& aqua? Quod autem corpus ſepelierunt ſepultores, & quid illud erat quod ſurrexit à
mortuis?

## ANNOTATIONES.

1. Suum corpus eſſe confitebatur.] *De hac re pro virili diximus in cap. 32. 33. & 34. libri huius.*

2. Temperamentum calicis.] *Libro quinto vocat Mixtum calicem: quibus liquet perantiquam atque adeo Apoſtolicam eſſe traditionem, vt aqua vino commiſceatur in calice conſecrandæ Euchariſtiæ. Quapropter ſicut Encratitas & Hydroparaſtas ſolam aquam pro Euchariſtia offerentes, priſcis temporibus damnauit Eccleſia, vti docent Clemens Alex. Cyprianus, Epiphanius, Auguſtinus: ſic noſtri huius ſæculi Gnoſticos omnes eodem anathemate proſequitur, propterea quod ſolo vino vtantur; & commixtionem hanc in Catholica Eccleſia ſolitam, papiſticum, recenſq́ inſtitutum nuncupent & damnent. Porrò ritum hunc, vti à Chriſto, Apoſtoliſq́ profectum amplexantur ſeruandumq́ docent Auguſtinus lib. 4. de doctrina Chriſtiana cap. 21. lib. de Eccleſ. dog. cap. 75. & Serm. 119. de tempore. Ambroſius lib. 5. de Sacra. cap. 1. Hieronymus com. in cap. 14. Marci: & Quæſt. Heb. in lib. Paralip. Cyprianus epiſt. ad Cæcilianum fratrem. Alexander martyr epiſt. 1. Et qui Græcè ſcripſerunt ante multa ſæcula. Theophylactus in cap. 19. Io. Damaſcenus lib. 4. cap. 14. Iuſtinus martyr ad finem prioris Apologiæ, & Clemens Rom. Apoſtolorum comes lib. 8. Conſtit. cap. 17. Iacobus in Liturgia per concilium 6. vniuerſ. ante 900. annos probata, Baſilius quoque & Chryſoſtomus in Liturgijs, Theodoretus Dialogo primo, & Concilium tertium Carthaginenſe, cui adfuit Auguſtinus, canone 24. idipſum quoque confirmant & probant. Cæterùm,* verbum eſſe *addidimus: & paulò poſt* ſuum *pro* ſui *repoſuimus auth. vet. cod.*

3. Quomodo autem] *Iiſdem argumentis, ſed fuſius explicatis, Marcionem vrget Tertullianus lib. de Carne Chriſti.* Iam hîc reſponde, *inquit*, interfector veritatis, Nonne verè crucifixus eſt Deus? Nōne verè mortuus & verè crucifixus? Nonne verè reſuſcitatus? Vt verè ſcilicet mortuus; falsò ſtatuit inter nos ſcire Paulus tantùm crucifixum. Falſo ſepultum ingeſſit. Falſo reſuſcitatum inculcauit. Falſa eſt igitur & fides noſtra, & fantaſma eſt totum quod ſperamus à Chriſto. Sceleſtiſſime hominum, qui interemptores excuſas Dei. Nihil enim ab eis paſſus eſt Chriſtus, ſi nihil verè eſt paſſus. Parce ſpei totius orbis, qui deſtruis neceſſariū decus fidei. *Idem lib. 4. contra Marcionem:* Si caro Chriſti fantaſma, nihil ergo remanſit in ligno. Nihil pependit etiam poſt expirationem. Nihil de Pilato poſtulatum. Nihil de patibulo detractum Nihil ſindone inuolutum. Nihil ſepulchro nouo conditum. At qui non nihil, &c. D

[QVOMO-



## A [*QVOMODO*] *IVDICABVNTVR QVI SVNT à Valentino, & reliqui Gnoſtici.*

## CAPVT LVIII.

I[1] Vdicabit autem & eos qui ſunt à Valentino omnes, quia lingua quidem confitentur vnum Deum Patrem, & ex hoc omnia, ipſum autem qui * fecerit omnia, defectionis ſiue Labis fructum eſſe dicunt: & vnum *fecit Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei ſimiliter lingua confitentes, [2] propriam quidem emiſſionem ſententia ſua Vnigenito donantes, propriam verò [Verbo,] & alteram Chriſto, alteram verò Saluatori: ita vt ſecundùm eos dicantur quidem omnia eſſe quaſi vnum, vnumquemque autem ipſorum ſeparatim intelligi, & propriam habere emiſſionem, ſecundùm ſuam coniugationem. Linguas itaque eorum, videlicet ſolas, in vnitatem ceſſiſſe, ſententiam verò eorum
B & ſenſum, quæ profunda ſunt ſcrutari, decidentem ab vnitate, incidere in multiforme Dei iudicium, cùm de his quæ ſibimetipſi adinuenerunt interrogabuntur à Chriſto: quem & poſtea natum quàm Pleroma AEonum dicunt, & emiſſionem eius poſt diminutionem ſiue defectionem, & propter eam paſſionem quæ facta eſt in Sophia, ſemetipſos obſtetricatos eſſe affirmant. Accuſabit autem eos Homerus proprius ipſorum * poëta, à quo eruditi talia inuenerunt, ipſo dicente hæc, [3] inimicus eſt enim Propheta, ille mihi ſimiliter atque fores inferorum, qui aliud quidem abſcondit in corde ſuo, aliud autem enarrat.

## ANNOTATIONES.

1. Iudicabit autem & eos] *Etiam Valentinianorum reprobabuntur impietates, quibus vnitatem Dei reipſa lacerant, tametſi aliud ſimulent: ſimulq́ Chriſtum vnicum Dominum noſtrum in multas partes pluſquam ethnica fraude diſtrahunt.*

C 2. Propriam quidem emiſſionem] *Libro 1. pluribus in locis dixit, Gnoſticos vnicum Chriſtum Dominum noſtrum in quatuor diſtrahere, in Monogenem, Verbum, Chriſtum, & Saluatorem, & horum vnicuiq́ probolas ſeu productiones & emißiones aßignare: quod hîc rurſus commemorat.*

3. Inimicus eſt enim illi mihi] *Verba ſunt quibus Achillem, Vlyßi multa ex Agamènonis parte pollicenti, ſi in eius gratiam rediret, & bellum pro Græcis aduerſus Troianos reintegraret, reſpondentem facit Homerus, Iliados nono:*

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ βάζει.

## *QVEMADMODVM IVDICAbuntur Ebionitæ.*

## CAPVT LIX.

IVdicabit autem & vaniloquia prauorum Gnoſticorum, Simonis eos magi diſcipulos oſtendens. Iudicabit autem & Ebionitas. [1] Quomodo poſſunt ſaluari, niſi Deus eſt qui ſalutem illorū ſuper terram operatus eſt? Et quemadmodum homo tranſiet in Deum, ſi non Deus in hominem?

D

*Theodoretus Dialogo 2. hæc citat.*

Ἀνακρίνει δὲ καὶ τοὺς ἐβιώνους. Πῶς δύνανται σωθῆναι εἰ μὴ ὁ Θεὸς ἦν, ὁ τὴν σωτηρίαν αὐτῶν ἐπὶ γῆς ἐργασάμενος; ἢ πῶς ἄνθρωπος χωρήσει εἰς Θεόν, εἰ μὴ ὁ Θεὸς ἐχωρήθη εἰς ἄνθρωπον.

*Interp. Iac. Billio.*

Percontabitur etiā ex Ebionitis, qua ratione ſalutem adipiſci queant, ſi Deus is nō ſit, qui ſalutis ipſis afferendę munere in terra perfunctus non ſit: aut quopacto homo in Deum migrare queat, ſi Deus in hominem haudquaquam immigrauit.

Quemadmodum autem relinquet mortis generationem, ſi non in nouam generationem mirè & inopinatè à Deo, in ſignum autem ſalutis datā, quæ eſt ex Virgine Iſa. 7. 11.
per fidem regenerationem? [2] Vel quam] adoptionem accipient à Deo, permanentes
in hac geneſi, quæ eſt ſecundùm hominem in hoc mundo? Quomodo autem pluſ- Matth. 12.
quam Salomon, aut pluſquam Iona habebat, & Dominus erat Dauid, qui eiuſdem Pſalm. 109. 1
cum ipſis fuit ſubſtantiæ? [3] Quomodo autem eum qui aduerſus homines fortis erat, Matt. 22. 43.
qui non ſolùm vicit hominem, ſed & detinebat eum ſub ſua poteſtate, deuicit, & Luc. 11. 22.

cum quidem qui vicerat vicit, eum verò qui victus fuerat, hominem dimiſit, niſi ſuperior fuiſſet eo homine qui fuerat victus? Melior autem eo homine, qui ſecundùm ſimilitudinem Dei factus eſt, & *præcellentior, quiſnam ſit alius niſi Filius Dei, [4] ad cuius ſimilitudinem factus eſt homo? Et propter hoc in finem ipſe oſtendit ſimilitudinem, Filius Dei factus eſt homo, antiquam plaſmationem in ſemetipſum ſuſcipiens, quemadmodum *diximus in eo libro qui eſt [hoc] ſuperior. A

*excellentior. *oſtendimus

ANNOTATIONES.

1. Quomodo poſſunt ſaluari ] *Locum hunc nominatim citat Theodoretus Dialogo 2. Fulgentij ſequentia verba aliquid lucis adferent.* Nullatenus namque humana natura, ad auferendum peccatum mundi ſufficiens atque idonea fieret, niſi vnione Verbi Dei, non naturali confuſione, ſed ſolùm perſonali vnitate tranſiret. *Lib. de incarn. & gratia Domini noſtri, cap. 4.*

2. Vel quam ] *Ita vetus codex: excuſi,* quemadmodum.

3. Quomodo autem eum] *Veteris cod. lectio nonnihil variat; eam malui ſignare, quàm quid immutare: habet ergo:* Quomodo autem aduerſus hominem fortis erat, qui non ſolùm vicit hominem, ſed & detinebat, quem ſub ſua deuicit? Et eum quidem qui vicerat, vicit, &c.

4. Ad cuius ſimilitudinem Dei factus eſt homo ] *Vocem* Dei, *expunximus author. veteris cod. Porrò quod hîc obſcurè innuit, id clarè libro quinto explicat: nempe ad imaginem Verbi Dei humanam naturam olim aſſumpturi, Deum, ab initio efformaſſe hominem, cùm dixit, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Sic & Tertullianus ſenſit libr. de Reſurrectione carnis.* Quodcunque, *inquit*, huius hominis exprimebatur, Chriſtus cogitabatur homo futurus. *Conſentit & Origenes hom. 1. in Geneſim his verbis,* Quæ ergo eſt alia imago Dei, ad cuius imaginis ſimilitudinem factus eſt homo, niſi Saluator noſter, qui eſt primogenitus omnis creaturæ? &c. B

## *QVEMADMODVM IVDICABVNTVR QVI putatiuè dicunt * Deum manifeſtatum.*

*Dominum apparuiſſe.

CAPVT LX.

IVdicabit autem & eos, qui putatiuum inducunt. [1] Quemadmodum enim ipſi verè ſe putant diſputare, quando magiſter eorum putatiuus fuit? Aut quemadmodum firmum quid poſſunt habere ab eo, ſi putatiuus, & non veritas erat? Quomodo autem ipſi ſalutem verè participare poſſunt, ſi ille, in quem credere ſe dicunt, ſemetipſum putatiuum oſtendebat? [2] Putatiuum eſt igitur, & non veritas [3] omnia apud eos: & nunc iam quæretur, ne fortè cùm & ipſi homines non ſint, ſed muta animalia, hominum vmbras apud plurimos *proferant. C

*perferant.

ANNOTATIONES.

1. Quemadmodum enim ] *Pro* Quomodo, *ſuo more. Cæterùm Marcionitas intelligit, de quibus lib. 1. cap. 29. & libro iſto cap. 14. & 57.*

2. Putatiuum eſt igitur ] *Tertullianus lib. contra Val.* Omnia in imagine vrgent, planè & ipſi imaginari Chriſtiani. *Et Ignatius,* Omnes eiuſmodi hæretici, cippi ſunt & ſepulchra mortuorum, in quibus duntaxat mortuorũ hominum nomina inſcripta ſunt. *Epiſt. ad Philadelphienſes.*

*Cæterùm, prioribus hiſce Gnoſticis, poſteriores meliores nec haberi nec dici poſſe, Lutherus & Caluinus, qui illos à teneris vnguiculis educârunt, quoſq; intus & in cute norunt, palam & affirmatè aſſeuerant: quibus hac in re non conſentire non poſſum. Ille Poſtilla Domi. 1. Aduentus, Saxones & VVitembergenſes ſuos, multò quàm dum ſub Rom. Pont. agerent, deteriores atque ad omne ſceleris genus procliuiores, rurſus, & Sodomitis flagitioſiores factos teſtatur. Iſte, hæreſi ſuæ addictos, omnium mortalium ſceleratiſſimos & facinoroſiſſimos eſſe conuincit: deinde cùm verba illorum ſceleribus ſatis congrua inuenire non poteſt, tetra monſtra, & malos genios humanam formam indutos appellat, Concione 10. ad Epheſ. gallicè ſcript.* D

3. Omnia apud eos ] *Expunximus* omne *authoritate vet. cod.*

## *QVEMADMODVM IVDICABVNTVR pſeudoprophetæ.*

CAPVT LXI.

IVdicabit autem & pſeudoprophetas, qui non accepta à Deo prophetica gratia, nec Deum timentes, ſed aut propter vanã gloriam, aut ad quæſtum aliquem, aut aliter ſecundùm operationem mali ſpiritus, fingunt ſe prophetare, mentientes aduerſus Deum.

ANNO-



A

ANNOTATIONES.

1. Iudicabit autem & pſeudoprophetas] *Marcionitas præcipuè intelligit, quos Spiritũ propheticum ab Eccleſia arcere, vt cœtibus ſuis arrogarent, dixit lib. 3. cap. 11. Marcum etiam Valentini ſectatorem perſtringit, cuius impoſturas habes ſupra libro primo cap. 8. & 9. Horum autem omnium inſolentiam & arrogantiam pedibus & manibus ſequuntur inter Gnoſticos poſteriores Anabaptiſtæ, quorum dux Muntzerus, ſe ſibique adhærentes cæleſtes prophetas vocabat: id quod à Luthero didiciſſe eos arbitrarer, quem Heliæ & Ioannis Baptiſtæ ſummorum prophetarum ſpolijs exornatum eſſe à ſuis conqueritur Caluinus. Quinetiam Rebenſtock commenſalis Lutheri refert eum frequenter dicere ſolitum:* Dauid, Daniel, Iſaias excellentiſſimi fuerunt Prophetæ. Ego ſum Iſaias, Philippus Melanth. Ieremias. *Et aliâs:* Ego Iſaiam, Philippus Ieremiam præ ſe fert. *Et ne Luthero Caluinus haberetur inferior, etiam prophetæ glorioſum nomen non ſolùm ſimius eius Beza illi tribuit: verùm etiam Hier. Bolſecus illius frequens auditor ſæpè eũdem Caluinum in hæc verba pro ſuggeſto prorumpentem ſe audiuiſſe teſtatur:* Ego propheta ſum. Ego errare non poſſum. Ego à Deo miſſus ſum. *Nec de huius fide ambigendum, quando in concionibus in Danielem Rupellæ 1563. editis, legitur, quod prophetæ titulo ſe ſe exornaret: & in eos qui hoc ægrè ferrent furenter debacchâretur. Vide quid alienatio mentis valeat! At non effugient diſtrictum iudicium Dei iſtiuſmodi ventoſi pſeudoprophetæ.*

Tom. 2. Colloq pag. 28 & 101.

B

## *QVEMADMODVM IVDICABVNTVR qui ſchiſmata operantur, & omnes qui [ſe] ſegregant ab Eccleſia.*

CAPVT LXII.

IVdicabit [1] autem & eos qui ſchiſmata operantur, qui ſunt *immanes, nõ habentes Dei dilectionem, ſuamq; vtilitatem potius conſiderantes, quàm vnitatem Eccleſiæ, [&] propter modicas & quaſlibet cauſas magnum & glorioſum corpus Chriſti conſcindunt & diuidunt, & quantum in ipſis eſt interficiunt, pacem loquentes, & bellum operantes, verè liquantes culicem, & camelum tranſglutientes. [2] Nulla enim ab eis tanta poteſt fieri correptio, quanta eſt ſchiſmatis pernicies. Iudicabit autem & omnes eos qui ſunt extra veritatem, id eſt, [qui ſunt] [3] extra Eccleſiam: ipſe autem à nemine [4] iudicabitur. ]Omnia enim ei conſtant, & in vnum Deum omnipotentem, ex quo omnia, fides integra, & in Filium Dei Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, per quem omnia, [5] & diſpoſitionis eius, per quem factus eſt homo filius Dei, ſententia firma, quæ [eſt] in Spiritu Dei, qui præſtat agnitionem veritatis, qui diſpoſitiones Patris & Filij expoſuit, ſecundùm quas aderat generi humano, quemadmodum vult Pater. C

*inanes. Matt. 23. 24.

ANNOTATIONES.

1. Iudicabit autem & eos] *Grauiter & ſeuerè inquiret Dominus in eos, qui Eccleſiæ magnum & illuſtre Chriſti corpus ob modicas cauſas ſchiſmatibus ſuis diuellunt, peccato omnium grauiſſimo ſemetipſos inuoluentes: ſicut & in omnes qui extra illius communionem & vnitatem inuenti fuerint.*

2. Nulla enim ab eis] *Schiſmatis crimen, quo ſancta Eccleſiæ vnitas laceratur varijs hæreſeon ſectis, adeo graue & horrendum æſtimauerunt Patres, vt nullis tormentis ſatis expiari poſſe crederent: quod & hîc apertè indicat Irenæus. Aliorum omnium grauiſſimum eſſe poſt Clementem Roman. libr. 6. Conſtitut. cap. 1. ideo colligunt Optatus Mileuitanus, & Auguſtinus, quod fratricidis, incendiarijs, adulteris, idololatris, pœnitentiæ locum Deus reliquerit, vel ſupplicijs lenioribus in ipſos animaduerterit: ſchiſmaticos verò, ſubducto reſipiſcendi tempore, vel cæleſtibus ignibus abſumpſerit, vel hiatu terræ, viuentes, corpore & animo, ad tartara breui momento præcipitauerit. Quis iam dubitauerit, hoc eſſe ſceleratius commiſſum, quod eſt grauius vindicatum? Libro primo contra Parmenianum: libro 2. de baptiſmo contra Do. capit. 6. Differit quoque hac de re Dionyſius Alexandrin. apud Euſebium libr. 6. hiſt. cap. 37. contendens omnia potius incommoda ſubeunda eſſe, quàm Eccleſiæ Dei diſcindere concordiam: illudq; martyrium, quod quis perpetitur, ne dirimatur Eccleſiæ conſenſio, multò plus habere commendationis, quàm illud quod ſuſcipitur, ne idolis omnino immoletur: quæ vtinam accuratius multi huius ætatis attenderent.* D

3. Extra Eccleſiam] *Ex his manifeſtum eſt hæreticos & ſchiſmaticos non eſſe vera membra Eccleſiæ Catholicæ: id eſt, non oues, ſed hircos: non palmites vitis, ſed arida ſeiunctaq; ſarmenta: non filij ſponſi ac ſponſæ, ſed nothi & ſpurij ex patre diabolo & meretrice hæreſi prognati. Hinc Tertull.* Si hæretici ſunt, Chriſtiani eſſe non poſſunt. Cùm exierunt ex nobis, deſierunt eſſe ex nobis. *Et Lactantius libr. 4. cap. 30.* Cùm Marcionitæ aut Ariani nominantur, Chriſtiani eſſe deſierunt. *Huic ſententiæ aſtipulantur Cyprianus li. de Vnitate Eccleſiæ. Hieronymus Dialog. contra Luciferianos. Quinetiam Theodoſius & Valentinianus publicis legibus prohibuerunt hæreticis Chriſtianorum ſibi nomen vſurpare, ſed Auctorum erroris quos ſequerentur.*

Lib. Præſc. cap. 37.

4. Iudicabitur] *Deleuimus* iudicatur *authoritate veteris cod.*

5. Et diſpoſitionis eius] *Vetus co.* & diſpoſitiones eius, per quas factus eſt homo filius Dei, &c.

## QVEMADMODVM OMNIA [1] CONſtant] ei, qui eſt Eccleſiaſticus. A

### CAPVT LXIII.

AGnitio vera eſt Apoſtolorum doctrina, & antiquus Eccleſiæ ſtatus, in vniuerſo mundo, [2] & character ] corporis Chriſti, ſecundùm ſucceſſiones Epiſcoporum, quibus illi eam, quæ in vnoquoque loco eſt Eccleſiam tradiderunt, quæ peruenit vſque ad nos, [3] cuſtodita ſine fictione Scripturarum tractatione pleniſſima, neque [ additamentum neque ] ablationem recipiens, [ & ] lectio ſine falſatione, & ſecundùm Scripturas expoſitio legitima & diligens, & ſine periculo, & ſine blaſphemia, & præcipuum dilectionis munus, [4] quod eſt precioſius quàm agnitio, glorioſius autem quàm prophetia, omnibus autem reliquis chariſmatibus [5] ſupereminentius.]

1. Cor. 13. 8. & 13.

### ANNOTATIONES. B

1. Conſtant ] *Sic vetus codex: excuſi omnes* conſiſtunt. *Docet autem agnitionem veritatis, & Scripturarum ſynceram germanamq; interpretationem à veteri Eccleſiæ ſtatu & ordine petendam eſſe, vbi charitas cunctarum virtutum maxima viget & valet. Sic & Auguſtinus Donatiſtas ad Eccleſiæ ſubſellia remittens ſcribit:* Quiſquis falli metuit, alicuius obſcuritate quæſtionis, Eccleſiam de illa conſulat, quam ſine vlla ambiguitate Scriptura ſancta demonſtrat. *Libro ſecundo contra Creſc. cap. 33.*

2. Et character corporis Chriſti ] *Ita pro* Charactere, *ex vet. cod reſtituimus. Vult autem ſignum & notam veræ Eccleſiæ, quæ eam ab infidelium, hæreticorum, & ſchiſmaticorum conciliabulis internoſcamus, eſſe ſucceſſiones Epiſcoporum per vniuerſas illius ſedes. Quæ verò ad hunc locum illuſtrandum pertinerent, diximus ad initium libri tertij, & libro 4. cap. 43.*

3. Cuſtodita ] *Vetus cod.* Cuſtoditione, ſine fictione ſcripturarum tractatio pleniſſima.

4. Quod eſt precioſius ] *Charitatem primum locum inter virtutes, & omnia Spiritus ſancti chariſmata obtinere docet, quod Apoſtolus 1. Corint. 13. eleganter perſequutus eſt.*

5. Supereminentius ] *Expunximus* ſupereminens *veteris codicis authoritate.*

## OSTENSIO QVOD ECCLESIA NON TANtùm perfectam habeat dilectionem, ſed quoniam & Spiritus Dei ſuper eam requieſcit, quod ab vno & eodem Deo Prophetæ & Chriſtus. C

### CAPVT LXIV.

Q [1] Vapropter Eccleſia omni in loco ob eam, quam habet erga Deum dilectionem, multitudinem martyrum in omni tempore præmittit ad Patrem: [2] reliquis autem omnibus non tantùm non habentibus hanc rem oſtendere apud ſe, [3] ſed neque quidem neceſſarium [ eſſe ] dicentibus tale martyrium eſſe eorum, martyrium verum ſecundùm ſententiam eorum: niſi ſi vnus aut duo aliquando, per omne tempus, ex quo Dominus apparuit in terris, [4] cum martyribus noſtris, quaſi & ipſe miſericordiam conſecutus, opprobrium ſimul baiulauit nominis, & cum eis ductus eſt velut adiectio quædam donata D eis. Opprobrium enim eorum, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, & omnes pœnas ſuſtinent, & mortificantur propter eam quæ eſt erga Deum dilectionem, & confeſſionem Filij eius, ſola Eccleſia purè ſuſtinet, [5] ſæpe debilitata, & ſtatim augens membra, & integra fiens. Quemadmodum & typus eius, quæ fuit illius Lot ſalis figmentum: ſimiliter vt veteres Prophetæ ſuſtinentes perſecutionem, quemadmodum Dominus ait. Sic enim perſecuti ſunt Prophetas, qui ante vos fuerunt, quoniam nouè quidem, ſed idem Spiritus requieſcens ſuper eam, ab his qui non recipiunt Verbum Dei, perſecutionem patitur.

Matth. 5. 10. Geneſ. 19. 26. Matt. 5. 12.

ANNO-



### ANNOTATIONES.

1. Quapropter Eccleſia ] *Martyrum copioſus ac illuſtris exercitus, qui in ſola Eccleſia Catho. eſſe poteſt, palam teſtatur de eius in Deum dilectione: ac eandem multo magis augeri, cùm per Tyrannos imminui & debilitari putatur. Tantùm verò abeſt, vt hæreticorum ſectæ martyres habeant, vt etiam martyrium pro Chriſto ſubeundum eſſe negent.* A

2. Reliquis autem omnibus ] *Baſilidem profeſſum fidem perſequutionis tempore fidenter etiã periurio negandam, nec ſubeundum pro Chriſto martyrium eſſe, memoriæ poſt Irenæum mandauerunt Tertull. Euſebius, Epiphan. Theodor. & Philaſter. Et quia martyrium Dei donum eſt, quod extra charitatem & vnitatem Eccleſiæ nemini conceditur: ideo negat Gnoſticos extra eam aberrantes, veros martyres habere, quos in teſtimonium veræ pietatis, & Apoſtolicæ doctrinæ oſtentare poßint. Idem tradit Clemens Alexand. lib. 4. Stromaton. Hæc longè atque latè perſequuntur Auguſtinus lib. 1. contra Epiſtol. Parmeniani cap. 7. lib. 2. cont. lit. Petiliani: lib 3. cont. Creſconium cap. 48. Libr. 2. contra ſecundam Gaudentij Epiſt. cap. 19. & 20. Lib. 2. de Baptiſmo cap. 10. & lib. 3. cap. 16. & Cyprianus epiſt. ad Antonianum; & libro elegantißimo de vnitate Eccleſiæ: ex quibus omnibus tantùm Auguſtinum audi.* Hæretici faciunt opera latronum & dæmonum, & gloriam ſibi vendicant martyrum. Viuunt Latrones, & volunt gloriari martyres. B

*Conſtat porrò huius æui hæreticos per legitimum magiſtratum ſublatos de medio, non eſſe pro martyribus cenſendos, quantumuis tales videri conentur, & à conſortibus prædicentur: quandoquidem extra Eccleſiam & vnitatem occumbant, idque etiam non propter fidem Cathol. ſed quòd eam abnegauerint, & impias, ſceleratas, ſeditioſaſque hæreſes amplexi, in eaſdem alios pertrahere conati ſint. Quid, quod etiam de ſemetipſis hoc ipſum palam agnoſcant & fateantur? Lutherus namque de primo duce ac Pſeudomartyre Zuinglio in bello pereunte interrogatus, num damnatus eſſet, reſpondit:* Zuinglius tanquam latro mortuus eſt, quia voluit alios adigere ad ſuum errorem, & propter hanc cauſam in bellum profectus & interfectus eſt. Deus eſt iuſtus iudex, eiuſque iudicium rectum, qui blaſphemos & contemptores verbi ſui non ſinit impunitos, ſed miſerè pereunt. *Rebenſtock Tom. 2. Colloq. Lutheri, pagina 36. Scribit etiam Ioan. Iezlerus Sacramentarius lib. de diuturnitate belli Euchariſtici, pag. 57. VVeſtphalum lib. contra Laskum Polonum,* Caluinianos Anglos atque Gallos, pro hæreſibus ſuis afflictos, Diaboli martyres *nominare. Et pagina 93.* Lutherani aſſerunt noſtros eſſe mendaces, falſarios, ſacramentiperdas, corruptores teſtamẽti Chriſti, ruere in tartara, Diaboli martyres, gladio potius magiſtratus quàm verbis refellendos, *&c. Idem autem è contrario de Lutheranis, quos non niſi antropophagorum, Chriſticidarum, & artolatrarum habent loco, vt idem Iezlerus, pagina 93. teſtis eſt, Caluinianorum eſſe iudicium: & Anabaptiſtarum de vtriſque; vt & ipſi vtroſque damnant, apertius eſt quàm vt prolixioribus verbis demonſtrem.* C D

3. Sed neque quidem ] *Hîc aliqua adhuc deſiderantur, quæ ex vet. cod. reſtituere non potuimus. Habet verò:* Sed neque quidem neceſſarium eſſe dicentibus tale martyrium. Eſſe enim martyrium verum ſecundùm ſententiam eorum, & cæt.

4. Cum martyribus noſtris ] *Euſebius lib. 5. hiſtor. cap. 15. elegans fragmentum ex libris Apolinarij Hierapolitani Epiſcopi contra Montanum tranſcribit, quo docet Marcionitas, & Montaniſtas aduerſus Catholicos iactitaſſe martyres ſeſe plurimos habuiſſe, hocque certum eſſe argumentum virtutis & potentiæ in prophetico eorum ſpiritu abditæ, volebant. Iſtud autem omnino à veritate alienißimum pronunciat Apolinarius: quandoquidem Catholici martyres temporibus perſecutionis, ſi fortè quoſdam ex hæreticis ſecum trahi conſpicarentur, & in fidei confeßione, & ſupplicijs cum illis communicare detrectabant.*

*Hîc quoque addere libet, quæ Conradus Schluſſelburgius Lutheranus ſuperintendens, cuidam tenebrioni Sacramentario, martyres ſectæ ſuæ prædicanti, reſpondet:* Vſitatum eſt Sacramentarijs, Anabaptiſtis, Manichæis, & alijs id genus profugis præſtigiatoribus ſua martyria prædicare. Sed verbum Dei teſtatur, etiam falſos prophetas interdum in hoc mundo horribiliter diuinitus puniri, ſicut Paulus ait: Falſorum doctorum finem eſſe perditionem. Ita Ieremias ſcribit, Achabum & Zedechiam falſos doctores, igne aſſatos eſſe. Ita etiam Donatiſtę olim conqueſti ſunt de grauiſſimis perſecutionibus & martyrijs, quæ ſuſtinuerunt. Sed Auguſtinus reſpondit illis: Etiam Diabolos in toto orbe terrarum perpeſſos eſſe perſequutiones graues. Item: Non pœnam, ſed cauſam facere martyrem.

Lib. 3. Theo. Calu. art. 6. Philip. 3. Ierem. 29.

5. Sæpe debilitata, & ſtatim augens membra ] *Iuſtinus in Dialogo.* Quod nos nemo terrere aut domare valeat, apparet quotidie, cùm enim obtruncemur, crucifigamur, obijciamur beſtijs, ignibus alijſque tormentis tradamur, tamen à confeſſione nõ diſcedimus. Sed quanto magis in nos ſæuitur: tanto plures pietatem, fidemque per nomen Ieſu profitemur: haud ſecus quàm ſi quis vitem putatione prouocet ad vbertatem fructuum. *Et Tertull. lib. ad Scapulam.* Non deficiet hæc ſecta, quam tunc magis ædificari ſcias, cùm cædi videtur. *Et ad finem Apologetici,* Plures efficimur, quoties metimur à vobis. Semen eſt ſanguis Chriſtianorum. *Hieronymus, fundendo ſanguinem, & patiendo magis quàm faciendo contumelias fundatam eſſe Eccleſiam docet; eamq; perſequutionibus creuiſſe, & martyrijs coronatam ſcribit, Epiſtol. ad Theophilum. Verba hæc B. Auguſtini omittere nolui:* Ciuitas Chriſti quamuis haberet tam magnorum agmina populorum, nunquam aduerſus perſequutores ſuos pro temporali ſalute pugnauit, ſed potius vt obtineret æternam non repugnauit. Ligabantur, includebantur, cædebantur, torquebantur, vrebantur, laniabantur, trucidabantur; & multiplicabantur. *Lib. 22. de ciuit. cap. 6.*

Ll 3 QVO-

A *Quoniam

## *QVOMODO PROPHETÆ OMNIA *prædixerunt quæcunque Chriſtus operatus eſt.*

### CAPVT LXV.

Q[1] VOD quidem, Prophetæ cum reliquis quæ prophetabant, & hoc pro-
phetauerunt, quoniam ſuper quoſcunq; requieuerit Spiritus Dei, & obe-
diuerint verbo Patris, & ſecũdùm virtutem ſeruierint ei, perſecutionem
*Matt.23.34.* patientur, & lapidabuntur, & occidentur. In ſemetipſis enim hæc omnia
præfigurabant Prophetæ, propter dilectionem Dei, & propter Verbum eius.

### ANNOTATIONES.

1. Quodquidem] *Superius capit. 42. ſcripſit Abelis paßionem Chriſti mortem adumbraſſe; & capite 36. tertij libri iuſtum Abelem iniuſto Cain Dominum ſubieciſſe, vt patientiæ cunctis exemplum ederetur: quibus indicat in eodem initiata eſſe ſeruorum Dei futura martyria. Eadem poſtea confirmata fuerunt Noë, Lot, Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Moſe, Dauide, Achimelecho, Helia, Ieremia, Iſaia, Daniele, ac cæteris Patribus & Prophetis plurima & grauißima ab impijs, pro pietate ferentibus: ad quæ hoc capite Irenæum reſpexiſſe non eſt dubitandum.*

B *Hebr. 11. 33. 34. 35. &c.*

## *QVOMODO PROPHETÆ MEMBRA CHRIſti ſunt, & quemadmodum vnuſquiſque eorum, ſecundùm quod erat membrum, ſecundùm hoc & prophetauit: & quoniam omnia quæ Prophetæ prædixerunt, Chriſtus* impleuit.*

*Quoniam

* adimpleuit.

### CAPVT LXVI.

C[1] VM enim & ipſi membra eſſent Chriſti, vnuſquiſque eorum ſecundùm C
[quod] erat membrum, ſecundùm hoc & prophetationem manifeſtabat,
omnes & multi vnum præformantes, & ea quæ ſunt vnius annunciantes.
Quomodo enim per noſtra membra operatio quidem vniuerſi corporis
oſtenditur, figura autem totius hominis per vnũ membrum non oſtendi-
tur, ſed per omnia: ſic & prophetæ omnes quidem vnum præfigurabant, vnuſquiſque
autem eorum ſecundùm quod erat membrum, ſecundùm hoc & diſpoſitionem ad-
implebat, & eam quæ ſecundùm illud membrum erat operationem Chriſti prophe-
*Pſalm.109.1* tabat. Quidam enim in gloria videntes eum, glorioſam eius apud Patrem à dextris
*Daniel.7.13. & 14.* conuerſationem videbant; alij ſuper nubes quemadmodum Filium hominis veni-
*Matt.24. 30.* entem, & dicentes de eo, Videbunt in quem compunxerunt, aduentum eius ſignifi-
*Zach.12. 10.* cabant, de quo ipſe ait. Putas, cùm Filius hominis venerit, inueniet fidem ſuper
*Luc. 18.8.* terram? De quo & Paulus ait: Si tamen iuſtum eſt apud Deum, [2] retribuere eis qui
*2. Theſſ.1. 6.* tribulant nos, tribulationem; & vobis qui tribulamini, requiem nobiſcum in reue-
latione Domini Ieſu de cælo cum Angelis [3] virtutis eius,] & in flamma ignis. Alij ve-
rò iudicem dicentes eum, & diem Domini tanquam clibanum ardentem, qui colli- D
*Matth.3. 12. Matth.13.* git triticum in horrea, paleas autem comburet igni inextinguibili: comminabantur
eis, qui increduli erant, de quibus & ipſe Dominus ait. Abite [à me] maledicti in
ignem æternum, quem præparauit Pater meus Diabolo & Angelis eius. Et Apoſto-
*Matth.25.41* lus ſimiliter ait. Qui pœnas dabunt interitus æternas à facie Domini, & à gloria vir-
*2. Theſſ. 1. 9.* tutis eius, cùm venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri his qui credunt
in eum.

*Pſal.44 2.* Et qui dicunt, Specioſus forma præ filijs hominum, &, Vnxit te Deus, Deus tuus
*Regnum eius.* oleo lætitiæ præ conſortibus tuis, &, Accingere gladium tuum, potentiſſime, circa
femur tuum, &, Specie tua & pulchritudine tua, intende proſperè, procede, & regna,
propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam: & quæcunque alia talia [dicta]
ſunt de eo, eam quæ eſt in regno ſpeciem eius & decorem, & exultationem ſuperco-
ruſcantem, & * ſupereminentem omnibus qui regenerantur ſub ipſo, ſignificabant, *ſupereminentiorem
vt qui audiunt, concupiſcerent ibi inueniri, placentia facientes Deo. Qui iterum di-
centes:



A centes: Homo eſt, & quis cognoſcet eum? & [4] * Veni ad prophetam, & peperit filium, *Iſa.9.6.*
*Venit & vocatur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis. *Iſaiæ8.3.*

| *Theodoretus Dialogo ſecundo hæc citat.* | *Interp. Gentiano Herueto.* |
|---|---|
| Οἱ τὸν ἐκ τ̃ παρθένου Ἐμμανουὴλ κηρύττοντες, τὴν ἕνωσιν τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ πλάσμα αὐτοῦ ἐδήλουν. | Qui ex Virgine natum Emmanuel prædicabant, vnionem Dei Verbi cum ſua creatura declarabant. |

[Et] qui eum ex Virgine Emmanuel prædicabant: adunitionem Verbi Dei ad plaſ- *Iſaiæ 9.6.6.*
ma eius manifeſtabant, quoniam [Verbum] caro erit, & Filius Dei, filius hominis, [5]
purus [purè] puram aperiens vuluam eam, quæ regenerat homines in Deum, quam
ipſe puram fecit, & hoc factus, quod [&] nos, Deus fortis, & inenarrabile habet genus.
Et qui dicunt, Dominus in Sion locutus eſt, & de Hieruſalem dedit vocem ſuam, &,
Notus in Iudæa Deus, qui in Iudæa aduentum eius ſignificabant. Qui autem rurſus *Pſalm. 75. 2.*
dicunt ab Africo venire Deum, & de monte vmbroſo & condenſo, aduentum eius, *Abac.3.*
qui eſt ex Bethlehem, dicebant: quemadmodum oſtendimus in eo libro, qui eſt ante
B hunc. Vnde [&] is qui præeſt, & paſcit populum Patris ſui, venit.

Qui autem dicunt aduentum eius, quemadmodum ceruus claudus ſaliet, & plana
erit lingua mutorum, & aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum audient, & *Iſaiæ 35.6.*
*diſſolutæ, manus * reſolutæ, & genua debilia firmabuntur, & reſurgent qui in monumentis *Iſaiæ.53.5.*
mortui ſunt, &, ipſe infirmitates noſtras accipiet, & languores portabit: eas quæ ab
eo curationes fiebant annuntiauerunt. Quidam autem hominem infirmum & in- *Zach.9.9.*
glorioſum, & ſcientem ferre infirmitatem, & ſedentem ſuper pullum aſini, ventu- *Iſaiæ 53.7.* *Pſalm.68. 18.*
rum Hieroſolymam, & dorſum ſuum ponentem ad flagella, & maxillas ſuas ad pal-
mas, & quemadmodum ouem adduci ad victimam, & aceto & felle potari, & ab ami-
cis, [& ab his] qui proximi ſunt derelinqui, & extendentem manus per totam diem,
& ab eis qui eum intuebantur, ſubſannari & maledici, & partiri veſtimenta eius, & *Pſalm. 21.19.*
*limum ſuper veſtimentum eius mitti ſortem, & in *limen mortis deductum, & omnia talia:
eum qui ſecundùm hominem eſt aduentum eius, ſicut intrauit Hieroſolymam, in
qua & paſſus, & crucifixus ſuſtinuit omnia quæcunque ſunt prædicta, prophetabant.
C Alij autem dicentes, [6] Rememoratus [eſt] Dominus ſanctus mortuorum ſuorum,
*prædormierant qui * prędormierunt in terra limi, & deſcendit ad eos vti erigeret, ad ſaluandum illos:
cauſam reddiderunt, propter quam paſſus eſt hęc omnia. Qui autem dixerunt: In illa
die dicit Dominus: [7] Occidet] ſol meridie, & erunt tenebræ ſuper terram in die lucis,
& conuertam dies feſtos veſtros in luctũ, & vniuerſa cantica veſtra in lamentationẽ: *Amos 8.9.*
eum occaſum ſolis, qui crucifixo eo fuit ab hora ſexta, manifeſtè annunciauerũt. & *Matth.27.45*
quia poſteaquam hoc factum eſt, hi qui ſecundùm Legem erant dies feſti eorum &
cantica, in luctũ & lamentationem eorũ conuerterentur, cùm inciperent tradi gen-
tibus. Adhuc etiã manifeſtius hoc idem & Hieremias oſtendit, ſic dicens de Hieruſa-
lẽ. Exinanita eſt quæ parit, tæduit anima eius, occidit ſol ei, cũ adhuc medius dies eſ- *Ierem.15.9.*
ſet, confuſa eſt, & improperiũ paſſa eſt, reliquos eorum in gladium dabo in cõſpectu
inimicorum eorum. Qui autem dixerunt eum dormiſſe, & ſomnũ cepiſſe, & reſurre-
*ſuſcepiſſet xiſſe, quoniã Dominus * ſuſcepit eum, & pręcipientes principibus cælorũ aperire æ- *Pſalm.3.5.*
ternas portas, vt introeat rex glorię, reſurrectionem eius, quę [eſt] ex mortuis per Pa- *Pſalm.23.7.*
trem, [8] & receptionẽ in cęlos præconauerunt. In eo aũt quod dixerunt, A ſummo cæ-
lo egreſſio eius, & occurſus eius vſq; ad ſummũ cæli, & non eſt qui ſe abſcondat à ca- *Pſalm. 18. 9.*
D lore eius, quoniam illuc aſſumptus eſt, vnde & deſcendit, & non eſt qui iuſtum iudi-
cium eius effugiat. Idipſum annuntiabãt & dicebant, Dominus regnauit, iraſcantur *Pſalm. 98. 1.*
populi, qui ſedes ſuper Cherubim, cõmoueatur terra. Partim quidem eã, quę poſt aſ-
ſumptionem eius facta eſt ſuper eos, qui in eum crediderunt iram ab omnibus popu-
lis, & motum vniuerſæ terræ aduerſus Eccleſiã prophetabant: partim autem venien-
te eo de cęlis cum Angelis virtutis eius, commoueri vniuerſam terrã, quemadmodũ
ipſe ait. Erit terrę motus magnus, qualis non eſt factus ab initio. Et rurſus in eo cũ di- *Matt.24. 21.*
cit. Quiſquis iudicatur, ex aduerſo adſtet; & quiſquis iuſtificatur, appropinquet puero *Pſal.101.27.*
Dei. Et: Væ vobis, quoniam omnes veteraſcetis ſicut veſtimentum, & tinea comedet *Iſaiæ 51.6.*
vos, & humiliabitur omnis caro, & exaltabitur Dominus ſolus in altiſſimis: ſignifi-
catur quoniam poſt paſſionem & aſſumptionem, omnes qui contra eũ fuerunt, ſub
pedib. eius ſubijciet Deus, & ipſe ſuper omnes exaltabitur, & nemo [erit] qui iuſtifice-
tur, aut comparetur ad eum. Et qui dicũt diſpoſiturũ Deum Teſtamentũ nouum ho- *Ierem.31.32.*
minibus, non quemadmodũ diſpoſuit patribus in monte Choreb, & cor nouũ & ſpi- *Ezech.36.26*

Iſaiæ 43. 19. ritum nouum dare hominibus:& rurſus. Antiqua nolite reputare: ecce facio nouã, A
quę nunc orientur,& ſcietis:& faciã in deſerto viam,& in terra inaquoſa,flumina ad
potandum genus electum populum meum quem acquiſiui, vt virtutes meas enar-
ret,quæ eſt noui Teſtamenti libertas, hanc manifeſtè annuntiabant, & nouum vi-
Matth.9.17. num,quod in nouos vtres mittitur per fidem quæ eſt in Chriſto, quam annunciauit
ortam in eremo viam iuſtitiæ,& in terra inaquoſa flumina Spiritus ſancti,adaquare
genus electum Dei,quod acquiſiuit,vt virtutes eius enarrentur;ſed nõ vt blaſphema-
rent eum,qui hæc fecit Deus.& reliqua omnia quæcunque per tantam ſeriem Scri-
pturæ demonſtrauimus Prophetas dixiſſe, ſpiritalis verè qui eſt, interpretabitur v-
numquodque eorum, quæ dicta ſunt, in quem dictum ſit characterem diſpoſitionis
Domini,& integrum corpus operis Filij Dei oſtendens,ſemper eundem Deum ſciẽs:
& ſemper eundem Verbum Dei cognoſcens, etiamſi nunc nobis manifeſtatus eſt; &
ſemper eundem Spiritum Dei cognoſcens, etiamſi in nouiſſimis temporibus nouè
effuſus eſt in nos,& à conditione mundi vſque ad finem in ipſum humanum genus,
ex quo qui credunt Deo,& ſequuntur verbum eius,percipiunt eam quę eſt ab eo ſalu-
tẽ.Qui verò abſcedunt ab eo,& contemnunt præcepta eius, & per opera ſua inhono-
rant eum qui ſe fecit, & ſententia ſua blaſphemant eum qui ſe alit, iuſtiſſimum ad- B
uerſus ſe coaceruant iudicium.

Hic igitur examinat omnes,ipſe verò à nemine examinatur, neque Patrem ſuum
blaſphemans,neque diſpoſitiones eius fruſtrans,neque Patres accuſans, neque Pro-
phetas exhonorans,aut ab alio Deo dicens eos, aut iterum ex alia & alia ſubſtantia
fuiſſe prophetias. Dicemus autem aduerſus omnes hæreticos, & primò quidem ad-
uerſus eos qui ſunt à Marcione,& aduerſus eos qui ſunt ſimiles illis, ab altero Deo
dicentes eſſe Prophetas.Legite diligentius id quod ab Apoſtolis eſt Euangelium no-
bis datum,& legite diligentius Prophetas,& inuenietis vniuerſam actionem,& om-
nem doctrinam,& omnem paſſionem Domini noſtri * prædicatam in ipſis. *prædictã

## ANNOTATIONES.

1. Cùm enim & ipſi] *Oſtendit veteres Prophetas velut vera viuaq́; mẽbra Chriſti,Spiritu ſancto prophetaſſe de regni eius gloria, de incarnatione, de loco natiuitatis,de paſſione,deſcenſu ad inferos,de reſurrectione, aſcenſione, reditu ad poſtremum iudicium, noui teſtamenti libertate.Item docuiſſe Patrem Filium & Spiritum ſanctum vnicum & verum Deum.*

2. Retribuere eis qui tribulant nos tribulationem] *Græca Pauli ſequitur,* ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλῖψιν. *Ambroſius reddidit:* Retribuere eis qui vos deprimunt, præſſuram: *Hieronymus & Primaſius cum Irenæo* tribulationem, *legunt,vulgata editio,*retributionem.

3. Virtutis eius] *Ita vetus codex,excuſi* Dei.

4. Veni ad Prophetam] *In fœminino genere vſurpat:* Prophetiſſam *habet vulgata Bibliorum editio. Hieronymus, Sanctam Mariam interpretatur, quam prophetaſſe credit, cùm in Euangelio loquitur, Ecce enim ex hoc beatam me dicent, &c.*Cæterùm, *Cyrillus Alexand. probat lectionem veteris noſtri cod.* venit,*habet enim* προσῆλθε.

5. Purus purè] Puram aperiens vuluam] *Aduerbium* purè *ex veteri cod.addidimus; quo, ni fallor,vult indolentiam, munditiamq́; omnis generis beatiſsimi & caſtiſsimi B.Mariæ vteri in partu Chriſti prorſum extitiſſe, ac longè ſecus quàm alijs puerperis contigiſſe;quæ pariundo doloribus communiter differuntur, vita periclitantur,& nonnullæ pereũt.Ita Tertullianus;* Libr.5. cont. Marc. Chriſtus nouus homo, nouè natus eſt ex Virgine, Dei Spiritu *Et lib.de velandis Virg. Chriſtum eundem ex integra Virgine natum, piè docet; quibus mitigare ac mollire mihi videtur dura alioqui verba, quæ lib.de carne Chriſti vſurparat. Ad hæc, Ignatius Epiſt.ad Heronem ſcribit:* Decebat opificem non vſitata vti natiuitate, ſed admirabili, & noua, ac inaudita, vt creatorem. *Quod verò miraculum, quæ rei nouitas, ſi more communi, ac ſordibus & impuritatibus noſtris contaminatus intactæ matris vterum aperuiſſet? Pro rei iſtius aſſertione præclara inuenies apud Hieronymum, Apologia pro libr. contr. Iouinian. Epiſtol. ad Pammachium: & Auguſtinum Epiſt.3. At apertam fuiſſe vuluam, vrgebis, diſertè ſcribit Irenæus. Reſpondeo: Phraſis eſt ſcripturæ,qua ſimpliciter primogenitus ſignificatur,quoquomodo natus ſit. Deinde,Chriſtum verè incarnatum,natum, & editum fuiſſe contendunt Patres,aduerſus phantaſma Marcionis.* C

6. Rememoratus eſt] *Supra annotauimus hanc ſententiam ſacrilegio Iudæorum, deletam fuiſſe ex Ieremia propheta, ſicuti illis exprobrat Iuſtinus martyr, in dialogo.* D

7. Occidet] *Sic vetus codex,cui conformis eſt vulgata ed.& Hieronymus:codices excuſi* occidit.

8. Receptionem in cælos] *Ante Irenæum Dionyſius Areopag. in Cæl. Hierarchia, & Iuſtinus in dialogo. poſtea Ambroſius lib. de inſtit. Virg. cap.5. verſus illos Pſalmi 23. Dialogum inter Chriſtum aſcendentem in cælum, & Angelos, continere docuerunt.*

AD-



## A ADVERSVS EOS QVI DICVNT, QVID nouι veniens attulit Chriſtus?

### CAPVT LXVII.

S[1]I autem ſubit vos huiuſmodi ſenſus vt dicatis: Quid igitur noui Do-
minus attulit veniens? Cognoſcite quoniam omnem nouitatem at-
tulit, ſemetipſum afferens, qui fuerat annuntiatus. Hoc enim ipſum
prædicabatur,quoniam nouitas veniet innouatura & viuificatura ho-
minem. Regis enim aduentus ab his quidem,qui mittuntur ſeruis,præ-
nuntiatur propter apparatum,& expeditionem eorum qui incipient ſuſcipere ſuum
Dominum.Cùm autem venit rex, & illi prænuntiato gaudio adimpleti ſunt, qui
*viſione ſunt ſubiecti,& perceperunt eam,quæ eſt ab eo libertatem,& participant* viſionem
eius,& audierunt ſermones eius,&[fruiti]ſunt muneribus ab eo; non iam require-
tur,quid noui attulit rex ſuper eos,qui annuntiauerunt aduentum eius,apud eos vi-
delicet qui ſenſum habent.Semetipſum enim attulit, & ea quæ prædicta ſunt bona,
B in quæ concupiſcebant Angeli intendere,& donauit hominibus. Tunc autem fuiſ- 1.Pet.1.12.
ſent ſerui mendaces,& non à Domino miſſi, ſi non Chriſtus aduenięns talis, qualis
& prædicabatur, adimpleſſet eorum ſermones.Quapropter dicebat:Ne putetis quo- Matth.5.27.
niam veni[2] ſoluere Legem aut Prophetas. Non veni ſoluere, ſed adimplere. Amen
enim dico vobis,[3] donec pertranſeat] cælum & terra,iota vnum, aut vnus apex non
tranſiet à Lege & Prophetis,quoadusque omnia fiant.Omnia enim ipſe adimpleuit
veniens, & adhuc implet in Eccleſia vſque conſummationem à Lege prædictum
nouum Teſtamentum.Quemãdmodum & Paulus Apoſtolus eius ait in ea quæ eſt
ad Romanos.Nunc autem ſine Lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à Lege & Rom.1.17.
Prophetis.Iuſtus enim ex fide[4] viuet?Hoc autem quoniam iuſtus ex fide viuet, per Abac.2.4.
prophetas prædictum fuerat.

Vnde autem poterant prædicere Prophetæ regis aduentum, & eam libertatem
*ſermonẽ & operationem, quæ ab eo dabatur,præeuangelizare,& omnia quæ à Chriſto facta ſunt & à*ſermone
& operatione,& paſſionem eius prænuntiare,& nouum Teſtamentum * prædicare,ſi
*prędicere, ab altero Deo Propheticam inſpirationem acceperunt, ignorantes inenarrabilem
C patrem ſecundùm vos,& regnũ eius,& diſpoſitiones eius,quas Filius Dei[5] veniens in
terris impleuit,?præſtabit in nouiſſimo dierum?Caſu quodam hæc eueniſſe non po-
teſtis dicere,tanquam à Prophetis quidem de altero quodam dicta, ſimiliter autem
[euenerunt]Domino. Omnes enim Prophetæ hæc eadem prophetauerunt: ſed ne-
que alicui ex veteribus euenerunt. Si enim eueniſſent alicui ex veteribus iſta, non
vtique qui poſtea fuerunt,prophetaſſent in nouiſſimis temporibus affutura hęc. Ad-
huc etiam nemo eſt neque Patrum, neque Prophetarum, neque antiquorum Re-
gum,circa quem propriè ac ſpecialiter factũ ſit aliquid horum.Nam omnes quidem
Chriſti paſſiones prophetauerunt,ipſi autem ad patiendum ſimiliter vt ipſa prædi-
cta ſunt,[6] longè erant.Et argumenta autem quæ prædicta ſunt]Dominicę paſſionis,
[7]in nullo altero facta ſunt. Neque enim ſol medio die occidit aliquo de veteribus Matth.27.
mortuo,neq; ſciſſum eſt velum templi,neq; terra mota eſt, neq; petræ diſruptæ ſunt,
neque mortui ſurrexerunt,neque in tertia die quis illorum ſurrexit, neque receptus Marc.16.
eſt in cælum,neque cùm aſſumeretur, aperti ſunt cæli, neque in nomen alicuius al-
terius crediderunt gentes,neque quis ex eis mortuus & reſurgens aperuit nouum li-
*cõcurrunt bertatis Teſtamentum. Non igitur de altero, ſed de Domino, in quem * concurre-
D runt omnia prædicta ſigna,dicebant Prophetæ.

Si autem aliquis Iudæis aduocationem præſtans,[per]erectionem templi,quæ po-
ſteaquam in Babylonem tranſmigrauerunt,facta eſt ſub Zorobabel, & diſceſſionem 1.Eſdr.3.
populi,quæ facta eſt poſt ſeptuaginta annos,dicat hoc eſſe nouum Teſtamentũ,cog-
noſcat quoniam lapideum quidẽ templum reſtitutum eſt tũc:(adhuc enim illa quæ
in lapideis tabulis facta fuerat,Lex ſeruabatur) nouum autem Teſtamentum datum
eſt,nullum,ſed ea Lege quę per Moyſem data eſt,vtebantur vſq; ad aduentum Domi-
ni:à Domini autem aduentu nouum Teſtamentum ad pacem reconcilians, & viui-
ficatrix Lex in vniuerſam exiuit terram,quemadmodum dixerũt Prophetæ. Ex Sion Iſa.2.2.
*prodiet enim*procedet Lex,& verbum Domini de Hieruſalem,& arguet populum multũ,&
cõcident gladios ſuos in aratra, & lanceas ſuas in falces,& iam non diſcent pugnare.
Si igitur alia Lex,& verbum exiens ab Hieruſalem,tantam pacem fecit apud eas gen-
tes,quæ eum receperunt,& per eas arguit imprudentiæ multum populum, videtur
conſe-

conſequens de altero dixiſſe Prophetas. Si autem libertatis Lex, id eſt, verbum Dei, ab A
Actor. 1.8. Apoſtolis, qui ab Hieruſalem exierunt, annunciatum [eſt] vniuerſam terram in tantam tranſmutationem fecit, quòd gladios & lanceas bellatorias in aratra fabricauerunt ipſi, & in falces quæ donauit ad metendum frumentum, in organa pacifica demutauerunt, & iam neſciunt pugnare, ſed percuſſi & alteram præbent maxillam; (Iſaiæ 2.4. Matth. 5.39.) non de [aliquo] alio Prophetæ dixerunt hæc, ſed de eo qui fecit ea. Hic autem eſt Dominus noſter, & in hoc eſt ſermo verus, quoniam ipſe eſt qui aratrum fecit, & falcem intulit, hoc eſt, hominis primam ſeminationem, quæ fuit ſecundùm Adam plaſmatio, & in nouiſſimis temporibus per Verbum collectam fructificationem: & propter hoc quod initium fini coniungebat, vtrorumque Dominus exiſtens, in fine quidem aratrum oſtẽdit lignum copulatum ferro, & ſic eius expurgauit terram, quoniã firmum Verbum adunitum carni, & habitu tali confixus, emundauit ſylueſtrem terram. Initio autem falcem figurabat per Abel, [8] ſignificãs] iuſti generis humanam
Iſaiæ 57.1. collectionem. Vide enim (inquit) [quomodo] iuſtus perit, & nemo intuetur, & viri iuſti tolluntur, & nemo [excipit] corde. Hæc autem in Abel quidem præmeditabantur, in Prophetis verò præconabantur, in Domino autem perficiebantur, & in nobis autem idipſum eſt, conſequente corpore ſuum caput. B

ANNOTATIONES.

1. Si autem ſubit vos ] *Chriſtus mirabili ac planè nouo aduentu ſuo cuncta renouauit: & veteres prophetias, quæ non niſi à Patre ſuo prodierant, nouis myſterijs & operibus adimpleuit: ipſum denique nouum Teſtamentum conſtituit, & morte ſua confirmauit.*

2. Soluere] Diſſoluere, *& rectè meo iudicio, habet vet. cod. quoniam Græcè eſt* καταλῦσαι, *quod magis propriè ſignificat deſtruere, demoliri, & abrogare, quàm ſimpliciter ſoluere.*

3. Donec pertranſeat ] *Expunximus* pertranſiet *auth. vet. cod.*

4. Viuet ] *Ita in futuro legendum indicant Abacuc, & Pauli contextus Græcus Rom. 1. Hebr. 10. Galat. 3. Vetus codex etiam ſecundò* viuit, *præſenti tempore legit.*

5. Præſtabit in nouiſſimo dierum? ] *Quatuor has voces deſiderat vetus codex, qui & proximè ſequentem ſententiam ita legit.* Neq; enim caſu quodam hæc eueniſſe poteſtis dicere, &c.

6. Longè erant] *Octo voces iſtas deſiderabant omnes codices excuſi: eas ex veteri reſtituimus.*

7. In nullo altero ] *Eiſdem argumentis vtuntur Iuſtinus martyr in dialogo, Tertullianus libro aduerſus Iudæos, & Athanaſius libro de incarnatione Verbi.*

8. Significans] *Deleuimus* ſignificabat: *moxquè pro* quemadmodum, quomodo; *&* excipit *pro* excipiet *repoſuimus, veteris codic. authorit. Cæterùm, falcis nomine, crucem Domini intelligit, vtpotè ex ligno ferroq; clauorum compactam: quam Abelis iuſti ab iniuſto fratre mors illata ſignificauit, vt ſuperius dictum fuit.* C

## *ADVERSVS EOS QVI DICVNT QVÆDAM à ſummitate dixiſſe Prophetas, quædam verò à mundi fabricatore.*

### CAPVT LXVIII.

ET aduerſus eos quidem, qui ab alio Deo Prophetas dicunt, [1] ab altero autem [Patre] Dominum noſtrum, talia ſunt apta, ſi quo modo tandem quieſcant à tanta irrationabilitate. Propter hoc enim & laboramus eas, quæ ſunt ex Scripturis adhibere oſtenſiones, vt ipſis ſermonibus confutantes eos, quantum in nobis eſt, cohibeamus eos à grandi blaſphemia, & à multorum deorum dementi fabricatione. D

ANNOTATIONES.

1. Ab altero autem Patre ] *Ita reſtituimus ex vet. cod. excuſi omnes,* ab altero autem Dominum Patrem noſtrum. *Colligit ex his quæ prius dicta ſunt, inſaniam illorum coargui poſſe, qui duos aut plures deos confingunt: ſimulquè narrat prophetias omnes ab vno Patre Domini noſtri Ieſu Chriſti promanaſſe.*

QVEM-



A *eiſdem

## *QVEMADMODVM DE * HIS IPSIS DICTIS diſcrepant à ſemetipſis, qui ſunt à Valentino.*

### CAPVT LXIX.

ADuerſus eos rurſus qui ſunt à Valentino, & reliquos falſi nominis Gnoſticos, qui aliquando quidem à ſummitate quædã eorum, quæ ſunt in Scripturis poſita, dicta dicunt, propter ſemen quod eſt inde: aliquando verò à medietate propter matrem prunicã audacem: multa etiam à mundi fabricatore, à quo & miſſi ſunt Prophetæ, dicimus valde irrationabile eſſe in tantùm inopię deducere Patrem vniuerſorum, quaſi non habuerit ſua inſtrumenta, per quæ purè ea quæ ſunt in Pleromate, annunciarentur. Quem enim timebat, vt non liberè & ſine commixtione eius ſpiritus, qui eſt in diminutione &
B ignorantia factus, propriè ac ſeparatim ſignificaret voluntatem ſuam? An timebat ne plurimi ſaluarẽtur, cùm plures purè audiſſent ea, quę ſunt veritatis? An rurſus impotens erat ipſe ſibi præparare eos qui aduentum Saluatoris pręnuntiarent? Si autem cùm huc veniſſet Saluator, ſuos Apoſtolos miſit in mundum, purè aduentum eius annuntiantes, & voluntatem Patris docentes, in nullo communicantes neque gentium, neq; Iudæorum doctrinæ, multo magis [2] in Pleromate exiſtens,] prędicatores proprios deſtinaſſet, annunciantes in hunc mundum futurum aduentum eius, in nullo communicantes ijs Prophetis, qui ſunt à Demiurgo. Si autem, cùm eſſet intra pleroma, vſus eſt ijs Prophetis, qui erant ſecundùm Legem, & per eos oſtendit, quę ſunt ſua, multo magis cùm huc veniſſet, his ipſis vſus fuiſſet magiſtris, & per eos annunciaſſet nobis Euangelium. Iam igitur non Petrum & Paulum, & reliquos Apoſtolos dicant annunciaſſe veritatem, ſed Scribas & Phariſęos, & reliquos per quos Lex annunciabatur. (Matth. 28. Marc. 16. Actor. 1.) Si autem ſuos in ſuo aduentu proprios Apoſtolos emiſit [in] ſpiritu veritatis, & non [in] ſpiritu erroris, [3] hoc [idem ipſum in Prophetis fecit. Semper enim idipſum] Verbum Dei: & ſi quidem de principalitate Spiritus fuit, ſecundùm re-
C gulam ipſorum, Spiritus lucis, & Spiritus veritatis, & Spiritus perfectionis, & Spiritus agnitionis: is verò qui à Demiurgo fuit Spiritus ignorantiæ, & diminutionis, & erroris, & vmbræ progenies. Quemadmodum in vno & eodẽ potuit eſſe perfectio, & diminutio, [agnitio] & ignorantia, error & veritas, lux & tenebræ? Si autem in Prophe-
*hæc tis impoſſibile erat * hoc ita eſſe, ſed ab vno Deo Verbum Domini præconabant, & aduentum Filij eius annuntiabant, multo magis Dominus ipſe nunquam modò quidem de principali, modò verò de ſubiecta deminoratione feciſſet ſermones, & agnitionis & ignorantiæ ſimul factus magiſter. Nec vnquam modò quidem mundi fabricatorem: modò autem eum, qui ſuper hunc [eſt,] glorificaret Patrem, quemadmodum ipſe ait: Nemo immittit commiſſuram veſtimenti noui in veſtimentum vetus, nec mittunt vinum nouum in vtres veteres. (Matth. 9.16.) Igitur aut omni modo & ipſi abſtineant ſe à Prophetis, tanquam à veteribus; & non dicant eos ab ea nouitate, quæ ſecundùm principalitatem eſt quædam dixiſſe, præmiſſos à Demiurgo: aut rurſus arguentur à Domino dicente, nouum vinum non mitti in vtres veteres.

Vnde autem ſemen matris ipſorum poterat cognoſcere ea, quæ erant intra Plero-
D ma ſacramenta, & de his eloqui? Si quidem extra Pleroma exiſtẽs mater, peperit hoc ipſum ſemen, quod [autem] extra Pleroma [eſt,] & extra agnitionem eſſe dicũt, quod eſt ignorantia. Quomodo igitur id, quod erat ignorantia ſemen conceptum, agnitionem annunciare poterat? Aut quemadmodum ipſa mater, ea quæ erant [4] Pleromatis] cognoſcebat ſacramenta, informis & infigurata: quaſi abortiuum proiecta foras, & ibi aptata & formata, & ab Horo prohibita interius ingredi, & vſque ad conſummationem extra Pleroma perſeuerans, id eſt extra agnitionem? Rurſus autem paſſionem Domini typum eſſe dicẽtes extenſionis Chriſti ſuperioris, quam extenſus [Horon] formauit eorum matrem, in reliquis arguuntur, iam nõ habentes ſimilitudinem, typum oſtendere. Vbi enim [ſurſum] Chriſtus aceto & felle potatus eſt? aut vbi diuiſa ſunt veſtimenta eius, aut vbi punctus eſt, & exiuit ſanguis & aqua? (Ioan. 19.30. Pſal. 68.22. Pſalm. 21.) aut vbi guttas ſanguinis ſudauit? Et reliqua quæcunque Domino acciderunt, de quibus dixerunt Prophetæ. Vnde ergo de ijs quæ tunc quidem nondum venerant, incipiebant autem euenire, aut mater aut ſemen eius diuinauit?

Adhuc

Secum pugnãt Gnoſtici.

Adhuc etiam ſuper hæc dicunt quidem à principalitate quædam dicta, confutati ab ijs, quæ in Scripturis de Chriſti aduentu referuntur. Quæ autem ſint hæc, non iam vnum ſentiunt, ſed alij alia de his ipſis reſpondent. Siquis enim experimentum eorum volens accipere, ſeparatim interroget[5] de aliquo] ſermone eos, qui excellentes ſint apud eos, inueniet alium quidem dicentem de Propatore, id eſt, de Bytho eſſe id, quod interrogetur. Alium verò de initio omnium, id eſt de Vnigenito. Alterum verò de Patre omnium, hoc eſt, [de Verbo.] Alter rurſus dicet, de vno AEone eorum, qui ſunt in Pleromate Aeones dici. Alij autem de Chriſto, & alius de Saluatore. Qui autem illorum peritior eſt, poſtea quàm multum tacens [protraxerit, ] de Horo, ait, dictum eſſe. Alius verò eam quæ eſt intra plenitudinem, Sophiam ſignificari. Alius verò illam quæ extra plenitudinem eſt, Matrem annuntiari. Et alius mundi fabricatorem Deum dicet.[6] Tãtæ ſunt de vno inter eos diuerſitates de ijſdem Scripturis varias habentes ſentẽtias: & vno eodemq́; ſermone lecto, vniuerſi obductis ſupercilijs gitantes capita, valde quidem altiſſimè ſe habere ſermonem dicunt, non autem omnes capere magnitudinem eius intellectus, qui ibidem continetur, & propter hoc ſilentium maximam rem eſſe apud ſapientes. * Oportet enim eam quæ ſit ſurſum, Sigen, per id quod eſt apud eos ſilentium, deformari. Sic autem abeunt omnes, quotquot ſunt, tantas de vno geſtantes ſententias, in abſcondito ferentes ſecũ ſua acumina. Cùm igitur inter eos conuenerit de ijs, quæ in Scripturis ſunt prædicta, tunc & à nobis confutabuntur. Non enim bene ſentiẽtes, interim tamẽ ſemetipſos arguunt, de ijſdem verbis non conſentientes. Nos autem vnum & ſolum verum Deum doctorem ſequentes, & regulam veritatis habentes eius ſermones, de ijſdem ſemper eadem dicimus, omnes vnum Deum ſcientes, factorem huius vniuerſitatis, qui Prophetas miſit, qui eduxit populum de terra AEgypti, qui in nouiſſimis temporibus Filium ſuum manifeſtauit, vti confunderet incredulos, & exquireret iuſtitiæ fructum.

*Oportere

## ANNOTATIONES.

1. Aduerſus eos] *Euincit vana & inſana eſſe, quæ Valentiniani de Scripturarum ſanctarum veritate cõminiſcebantur; ſimulq́; eos non parum contumelioſos eſſe in Deum, qui per has ſeipſum manifeſtat. Inſuper, Chriſtum verè fidei, non ignorantiæ magiſtrum, pro noſtra ſalute paſſũ: cuius diſcipuli & ſerui vnanimes ſint in fide: cùm interea ipſi propudioſè inter ſeipſos diſſideant.*

2. In Pleromate exiſtens] *Ita vet. cod. excuſi* mittens: *quod deleuimus.*

3. Hoc idem ipſe] *Octo voces ex vet. cod. adiecimus, expunximus eiuſdem authoritate*, item Spiritu.

4. Pleromatis] *Expunximus* Pleromatibus: *& paulò poſt* Horon *pro* hora: ſurſum *pro* rurſum *repoſuimus.*

5. De aliquo] *Deleuimus* quo: *& aliquantò poſtea* de Verbo, *pro* vero: protraxerit, *loco* protexerit *ſuppoſuimus veteris codicis auth.*

6. Tantæ ſunt de vno inter eos diuerſitates] *Commemorat rurſum diſſidia, quibus primus Gnoſticorum exercitus ſecum dimicauit: ijsq́; vnanimem perpetuumq́; Eccleſiæ Catholicæ in doctrina fidei conſenſum opponit: inde iure optimo colligens, nihil veritatis aut Spiritus diuini inter eos reſidere; ſed in ſola Eccleſia Catholica, cuius Paſtores & oues ſemper eadem de eiſdem fidei articulis docuerunt, ſenſerunt, crediderunt. Similes quoque Arianorum, Eunomianorum, Macedonianorum, Donatiſtarum, & aliorum quaſi mediæ ætatis Gnoſticorum pugnas ſatis effuſè deſcribunt Theodoretus, Sozomenus, Socrates, Euagrius, & Nicephorus in hiſtorijs Eccleſiaſticis. De poſtremorum huius æui Gnoſticorum, id eſt, Lutheranorum & Caluinianorum mutuis, acerrimisq́; certaminib⁹, nõ ſemel in ſuperiorib. diſſeruimus. Hic tãtùm, vt Irenæi veſtigijs inhæreamus, duntaxat ex parte dicemus, quantæ ſunt de vno Eucharistiæ Sacramento inter ipſos etiam Sacramentarios diuerſitates: vt vel ipſi conſpicientes, quàm diuerſa, quàm aduerſa, quàm peruerſa de vnica re ſcripſerint huius ſectæ duces, ab eis abhorreant: vel ſaltem ab eorum conuentibus & hæreſibus procul fugientes Catholici viri magis ac magis in ſua veraq́; religione, confirmentur ac proficiant.*

1\. *Ab ipſa Dei noſtri Omnipotentia exordior, quã fieri nunquam poſſe blaſphemant Zuinglius, contra Lutheri confeſſionem, & Reſponſione prima contra Eckium; Petrus Vermilius, Dialogo contra Brentium; Beza, libellis contra Selneccerum, Iacobum Andream, & Pappum; itemq́; Creophagiæ folio 152. Danæus, in Elencho hæreticorum; Eraſtus, contra Schegkium; Liberinus, in Syntagmate; & alij paſſim; vt idem corpus Chriſti in multis ſimul locis conſtituatur, vereq́; conſiſtat, & exhibeatur. Contra verò, Zuinglius ac Oecolampadius in Colloquio Marpurgenſi, conceſſerunt Luthero,* Deum id omnino poſſe, modò velit. *Heidelbergenſes in Colloquio Maulbrunenſi, profeſſi ſunt,* ſe nolle in quæſtionem reuocare hac in re Omnipotentiam Dei. *Boquinus ſcripſit,* Vertiginoſi Spiritus eſſe, vllo modo de Omnipotentia Dei litigare. *Volanus libro contra Scargam ait:* Chriſtũ poſſe facere, vt caro eius tam in cælo quàm in terra ſit præſens. *Beza vocat eos Fallaces ſophiſtas,* qui negant fieri poſſe vt quis ſimul victitet in locis duobus. *Caluinus profitetur,* hoc loco nullum eſſe certamen de omnipotentia Dei. *Caluiniani denique omnes fremunt ac furunt contra nos, cùm obijcimus illis, quod Diuinæ omnipotentiæ detrahant.*

In Epigram. ad Truchiũ Inſtit. lib. 4.

2\. *Oecolampadius libro de verbis Domini 1525. niſus eſt probare, nihil eſſe in hoc Sacramento, quod miraculum dici queat, vel captum hominum excedat. Idem*

censet



*cenſet Zuinglius in Exegeſi. Caluinus Catholicos & Lutheranos ſarcaſmis irridet, quod auditis verbis Chriſti,* Hoc eſt corpus meum, *miraculum à Chriſti mente remotiſſimum imaginentur, & in abyſſum Omnipotentiæ ſeipſos demergant. Subſcribit Beza in Creophagia, & cont. Pappum. Conſentiunt Lauatherus hiſt. ſacram. Aretius Serm. 3. de Cœna, Germanus Bauarus in Examine, & Sacramentarij vniuerſi. Contra verò, Caluinus in Inſtit.* affirmat Chriſtum, modo miraculoſo, & imperueſtigabili, dare nobis corpus & ſanguinem ſuum. *Et in Optima ineundæ cõcordiæ ratione, pagina 97. concludit:* Sacramentum hoc à Paulo magnum myſterium vocari: & ſe in eo miraculum agnoſcere, quod & naturæ fines, & ſenſus noſtri modum exuperat. *Beza quoque Creophagiæ folio 66. hoc incomprehenſibile myſterium appellat: & Diallacti pagina 82. fatetur* ſanctos Patres ingens miraculum illud rectè nominaſſe.

Defenſione 2.

3\. *Caluinus ait, ſubſtantialem corporis Chriſti in hoc Sacramento præſentiam ſe ſemper repudiaſſe. Chriſti corpus ibi exhiberi ſecundùm virtutem, non ſecundùm ſubſtantiam. Carnis ſubſtantiam ore non ſumi. Zuinglius libro de vera & falſa religione, pagina ducenteſima ſeptuageſima octaua et 292: & in Expoſ. fid. pag. 36. pari errore tuetur, nullam Chriſti carnem aut corpoream ſubſtantiam illic aut eſſe aut recipi. Conſentiunt Oecolampadius, lib. de verbis Dom. pag. 2: Bullingerus, in 5. Decade, & in caput 11. primæ ad Cor. Vermilius, Dialogo contra Brentium: Beza, Creophagiæ pagina 18. Contra verò, Caluiniani omnes, qui in Rupellanam ſynodũ conuenerunt, eos omnes ſuis calculis damnauerunt,* qui noluerint vti vocibus ſubſtantiæ & ſubſtantialiter in negotio Cœnæ. *Heidelbergenſes in Colloquio Maulbrunenſi rogarunt Lutheranos,* ne accuſarent eos, quaſi docerẽt, in Cœna Dom. corporis & ſanguinis Chriſti homines non fieri participes. *Caluinus denique ſcribit:* Ex ſubſtantia corporis Chriſti vitam credentibus inſpirari. Et ſubſtantialem Chriſti communicationem credentibus (*Euangelio Caluinico ſcilicet*) per Cœnam exhiberi.

Contra Heſhuſium.

4\. *Zuinglius lib. de vera & falſa relig. pag. 278. & 292. ſcribit, Chriſti carnem nec ſpiritualem in Cœna eſſe, nec ſpiritualiter accipi, quandoquidem in Scripturis nullum reperias corpus Chriſti ſpirituale. Idem Epiſtola ad Eſlingenſes, negat nos vel ſpiritualiter, vel ſpirituali modo, corpore & ſanguine Chriſti participare. Idem canunt Gualtherus, & plerique Tigurini. Contrà verò Caluinus in Heshuſium, Cœnam aſſirmat* eſſe carnis Chriſti ſpiritualem communicationem. *Vermilius in Diſputatione Oxonieſi tradit,* Chriſtum ibidem ſpiritualiter à nobis manducari: *Idemque prædicat Bullingerus in Antitheſi. Bucerus in c. 26. Matth. Laſcki contra VVeſtphalum, Lauatherus in hiſt. Sacram. Simlerus contra Iac. Andream. Imò idẽ Zuinglius Epiſtola ad Principes Germaniæ, ſeipſum coarguens,* affirmat ſpirituali nos Chriſti corpore veſci.

5\. *Beza in confeſſione Caluin. & lib. contra Heshuſ. & contra Brent. tanto interuallo ſeparat corpus & ſanguinem Chriſti à cœna Dominica, quanto diſtat cælum à terra. Idem palam aſſirmauit in colloquio Piſſiaceno: Tigurini & Geneuenſes pari errore ſcribunt, Formulæ conſenſionis, pag. 23. & 24. Neceſſe eſt corpus Chriſti tanto locorum interuallo diſtare, quanto cælum abeſt à terra. Idem ſentit Danæus lib. cõtra Chemnitium: Contra verò, Caluinus vlt. admonit.* Falſum & calumnioſum eſſe, ſuos verum & naturale corpus Chriſti à cœna Dominica penitus remouere. *Danæus contra Chemnitium profitetur* ſe non negare Chriſtum corpore & ſanguine ſuo adeſſe in cęna ſua. *Muſculus in Locis prædicat,* panem Cœnæ eſſe verum pro nobis crucifixum ac mortuum Chriſti corpus. *Beza denique ſui oblitus, ait:* Teſtamur nos illud ipſũ corpus, quod traditum eſt pro nobis; illum ipſum ſanguinem pro nobis fuſum; ipſiſſimũ deniq; Chriſtum, mediatorem noſtrum, rem eſſe, ſiue materiam, & ſubſtantiam Sacramenti.

Fol. 117.

1\. volu Theolog. pa. 605. 621.

6\. *Bucerus in Ioannem nuda & vacua ſigna conſtituit panem & vinum in Cœna, ſicut ſtatua Cæſaris dicitur Cæſar; & verbum, Deus, per hominem prolatum, ſignificat Deum. Oecolampadius & Zuinglius, De verbis Cœnæ, in eadem ſunt ſententia. Vermilius palam teſtatur, ſe omnem realem Chriſti corporis præſentiam ab Euchariſtia remouere. Danæus ait, Sacramentum ſignũ eſſe rei ab his terris abſentis: quod & Caluinus contra VVeſtph. tradiderat. Zuinglius Epiſt. ad Alberum idem ſentiens, ait, hoc ſacramentum, eſſe tantùm ſymbolum rerum longè abſentium. Contrà verò, VVolph. Muſculus in Matth. ſcribit.* Dicat Chriſtianus Domini ſui verba ſequutus: Non panem accipio, non vinum bibo, ſed corpus Chriſti ſumo, & ſanguine Chriſti recreor. Chriſtus corpus ſuum dedit, non panem: ſanguinem dedit, non vinum. Alium cibum, alium potum in Cœna Domini non agnoſco. *Caluinus quoque lib. de Cœna, ait:* Subſtantiam corporis Chriſti nobis in ea dari. *Et contra VVeſtph.* Illud eſt mihi extra controuerſiam, *inquit*, veritatem hîc cum ſuo ſigno coniunctam eſſe. *Denique in cap. 11. primæ ad Cor. concludit,* realiter & verè nobis in Cœna dari Chriſti verum corpus & ſanguinem.

Fol. 138.

Tract de Euch.

Contra Selneccerum.

7\. *Ioachimus Cureus in Exegeſi, aſſerit præſentiam ſubſtantialem corporis Chriſti in Cœna eſſe inutilem. Danæus conſentit, ſcribens contra Chemnitium; ex illa nullam veram & ſolidam conſolationem conſcientijs noſtris aſſerri poſſe. Vtenhouius, non modò inutilem, ſed & impoſſibilem, & cum Scripturis pugnantem eſſe blaſphemat. Idemque ſentiunt Zuinglius Epiſt. ad Alberum, Gualtherus & Bullingerus in cap. 11. primæ ad Cor. Oecolampadius in Actis colloq. Marpurgenſis. Contrà verò, Vermilius Tractatu de Cœna, Bucerus in Retractationibus ſuper Matthæum, Muſculus in 26. cap. eiuſdem,* clariſſimè affirmant, cum Cœna Domini dari remiſſionem peccatorũ. *Caluinus,* nõ niſi à carne, & per carnem Chriſti vitam nobis à Deo exhiberi. *Vermilius iterum ait:* Continent Sacramenta ſuo modo præcipua & ſumma bona quæ habemus: offertur in eis nobis Chriſtus, peccatorum condonatio, & promiſſio vitæ æternæ.

Fol. 121. & 123.

In cap 10. prim. ad Cor.

8\. *Gualtherus Comment. in 1. Epiſt. ad Cor. dicit eos errare, qui ex Cœna viaticum quoddam fingunt. Muſculus in Locis, Bullingerus Decade quinta, Beza contra VVeſtp. idem aſſirmant. Caluinus defenſ. 2. cont. eũdem VVeſtph. damnat eos, qui ægrotis domi dari permittũt. Aretius 2. parte Probl. negat Sacramentum ad ægrotos eſſe deferendum: & Serm. 3. de Cœna, hoc damnat, tanquam corruptum Eccleſiæ morem. Contra verò, Oecolampadius in 1. Epiſtol. Ioan. ſcribit:* Hoc cibo & potu dum vegetamur, in itinere deficere non poſſumus. In morte denique ſecuri, fide ho-

Mm i rum

rum myſteriorum tutari nos poterimus. *Cureus in Exegeſi laudat conſuetudinem,* qua etiam priuatim Sacramentum ad ægrotos defertur. *Vermilius in cap. 10. primæ Corinth.* concedit ægrotis dandum eſſe. *Hemmingius in Syntagmate ſcribit,* rectè fieri, cùm ſingulis ægrotantibus & petentibus porrigitur, vt morituris vita æterna in Chriſto promiſſa, obſignetur. *Caluinus denique ſeipſum ſuoſqúe damnans, in Epiſtolis, fol. 626.627. concludit,* propter multas & grauiſſimas cauſas, illud Sacramentum nulla ratione debere, aut poſſe ægrotis denegari.

*9. Idem rurſum Gualtherus in 1. Epiſtolam ad Cor. pagina 170. & in Lucam, pagina 511. ſcribit eos errare, qui corpora noſtra hoc Sacramento ad reſurrectionem paſci docent. Zuingliani & Caluiniani vbique in Germania, Heluetia, & Gallia ægrotos ac morituros fraterculos ſuos ſine vlla Sacramenti conſolatione miſerrimas animas exhalare ſinunt. Contra verò, in Anglia* etiam ad contagioſis morbis laborantes deferre præceptum eſt. *Et Caluinus tam Gualtherum, quàm ſuos aſſeclas damnans, ſcribit in libro epiſt.* Ab vſu ſacramentorum ritè probatur carnis reſurrectio. Cœnæ participatio ad cæleſtis vitæ fiduciam nos inuitans, ad ſenſus etiam corporales dirigitur. *Hemmingius denique in Epiſt. Pauli, fol. 219. aſſerit,* illud rectè vocari viaticum, propterea quod admoneat nos ante mortem ipſum ſumentes, quod Chriſtus ſit nobis via ad perpetuam fruitionem Dei: hocqúe morituris inculcandum eſſe, quod virtute corporis Chriſti reſuſcitemur à mortuis, ad vitam æternam.

*10. Melanthon, Beza, alijqúe paßim Sacramentarij, Chriſti in Eucharistia præſentis religioſam adorationem blaſphemo ore vocant* ἀρτολατρείαν*: Danæus contra Chemnitium impudentißimè & nequißimè clamat, eos Dei ore maledictos eſſe, qui carnem Chriſti, etiam Deitati perſonaliter coniunctam adorauerit. Nihil frequentius eſt in ore Caluinianorum, quàm in Miſſa horrendam committi idololatriam. Contra verò, author Diallacti apud Bezam, probat ex Auguſt. lib. 3. de doctr. Chriſt. cap. 9. Comment. in Pſal. 21. & 98. item ex Emiſſeno, Chryſoſtomo, Ambroſio, & Theodoreto,* veteres non prius carnem Domini manducaſſe, niſi prius adoraſſent: illoſque grauiter peccare qui non adorant. *Vermilius quoque ait:* Quemadmodum audita recitatione quorundam ſacrorum verborum adoramus Deum, quamuis verba ipſa non adoremus: ita in ſacra communione adoramus quidem Chriſtum, & ſi ſymbola illa externa non adoremus. *Sed & Caluinus ſe ſuoſqúe impietatis coarguens, adorationem Chriſti in Eucharistia his verbis concedit:* Si in Chriſto hoc fieret, dicerem adorationem eam demum eſſe legitimam, quæ in ſigno reſidet, ſed ad Chriſtum in cælo ſedentem dirigitur. *Bucerus denique ad Epiſcopum Abrincenſem, eandem piè & religioſè fieri confitetur.*

*Defenſ. vet. doct. de cœna Domini.*

*Inſtit. lib. 4. cap. 17. §. 37.*

*11. Varia & multiplicia corpora Chriſto affingentes, Chriſti tandem veram humanitatem negant, ne iuxta expreſſum eius verbum eandem nobis in Eucharistia præſentem exhiberi confiteri cogantur. Cùm enim explicitè & aſſeueranter dixerit, ſe nobis dare hoc corpus quod tradebatur, & hunc ſanguinem qui effundebatur: manifeſtè conſequitur eum non verum & humanum corpus aſſumpſiſſe, ſi non verum & humanum nobis dederit: quod eſt Marcionitarum, Valentinianorum, & Manichæorum vetus delirium. Zuinglius namque in Subſidio ait,* Corpus Chriſti ſemel intelligi naturale, natum ex Maria Virgine; ſecundò, à mortuis excitatum, & noſtris morbis defecatum: tertiò, myſticum. *Et in Inſtit.* Duplex eſt caro Chriſti, *inquit,* altera quæ in mortem tradita, & ſublata in cælos: altera quam in memoriam veræ illius carnis manducamus. *Subſcribit illi Bullingerus ſuper cap. 11. primæ ad Corinth. Chriſto confingens corpus duplex,* vnum naturale manens in cælo: alterum ſpiritale, quod in Cœna porrigatur. *Idem Decade quinta, duo rurſum corpora eidem tribuit,* primum, verum, proprium, & humanum: ſecundum, ſacramentale, quod Diſcipulis dederit. *Author Diallacti apud Bezam, multis quoque contendit* Chriſtum alterum corpus habere organicum, naturale, verum, ſuis membris diſtinctum: alterum improprium, cæleſte, diuinum, ſymbolicum, inuiſibile, impalbabile, informe, nec de Maria virgine aſſumptum. *Hieronymus Zanchus lib. 2. de natura Dei, capit. 6. non modò bicorporem, ſed etiam tricorporem Chriſtum his verbis comminiſcitur.* Primò, *inquit,* eſt quoddam corpus Chriſti verum & viuum, quod in cælo perpetuò hæret. Secundò, eſt corpus mortuum, quod in cœna offertur exangue & inanimum. Tertiò, eſt nouum quoddam Chriſti corpus Paulo exhibitum (Actor. 9. 1. Cor. 15) in hoc formatum ſcilicet, ne verum Chriſti corpus à cælo vnquam diſcedat.

*12. Obſecro, quæ monſtra, quæ portenta verborum? Vereor dicere. Miſeri & excæcati tenebriones non ſolùm ſanctißima Chriſti Filij Dei myſteria, ſed & ipſiſſimum Chriſtũ mundi redemptorem & iudicem, in fictitium Geryonem, Cerberum, & Briareum transformant. O ſummã Dei in hos ter quaterq; blaſphemos Sacramentarios patientiam! Sed tarditatem ſupplicij huiuſmodi impietatibus debiti, tandem aliquando grauitate compenſabit. Non referam ergo quibus verbis Caluinus lib. contra Heshuſium, ſuperioribus ſuorum ſententijs contradicat: Bullingerus quoque Decade quinta, & ſecum, & cum illis pugnet, vt his Sacramentariorum mutuis de vnico Eucharistiæ ſacramento contradictionibus & diſſenſionibus citius finem imponam. Vniuerſas enim referre non eſt huius loci.*

*13. In hoc quidem vnum conueniunt aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius, vt in verbis Chriſti,* Hoc eſt corpus meum, *ſit aliquis tropus, & figura conſtituenda: ſed cuius ſpeciei ac formæ; deinde, quibus verbis adhibenda, pluſquàm feraliter dißident, ac ſeſe mutuò lacerant & conficiunt, quando vnuſquiſque aliam, & aliam comminiſcitur & ſtatuit. Scribit enim Caluinus contra VVeſtphalum:* Quidam noſtrûm Synecdochen, alij Metaphoram, alij Metonymiam eſſe tradunt. *Et contra Heshuſium:* Panis eſt corporis ſignum, vel figura, vel ſymbolũ: vel panis ſignificat corpus, vel Metaphorica, vel Metonymica, vel Synecdochica eſt appellatio. *An non hæc præ errorum & tenebrarum ægritudine, incerti atq; perturbati animi manifeſtißima ſunt argumenta? Bullingerus comment. in Matth. ſcribit, ſe* nemini vel Metaphoræ, vel Metonymiæ, vel alterius Tropi nomine, velle in hac controuerſia moleſtum eſſe: *omnia æquo animo laturus, modò Chriſtus è ſacramento ſuo exturbetur. Aretius aſſeuerat,*



*Com in Mat. cap. 26.*

*ſeuerat,* illum ſermonem Chriſti eſſe vel Metaphoricum, vel improprium, vel catachriſticum, vel metonymicum, vel ſymbolicum, vel myſticum: qui explicatione debeat illuſtrari. *Quid his magis tortuoſum, inconſtans, & variũ? Sed pergamus confuſas iſtas Babylonicæ turris ædificatorum linguas, deſpumantes ſuas confuſiones audire. Ioachimus Cureus in Exegeſi vocat Propoſitionem illam* vel Sacramentalem, vel Metonymicam, vel Synecdochicam, vel Antonomaſticam. *Breui exurget, ni iam prodierit, ex horum grege, qui Ironicam, vt Chriſtum velut illuſorem naſo ſuſpendendum relinquant, adijciet.*

*14. Nec minor quibus verbis adhibeatur, digladiatio. Carolſtadius in pronomine* Hoc, *conſtituendam cenſet. Zuinglius lib. de vera & falſa religione, hanc ſententiam velut frigidam, ineptam, barbaram, & impiam condemnat: & in Verbo ſubſtantiuo* Eſt, *per* ſignificat, *reddendum figit. Viretus in ſuo prolixo volumine Sacramentario ſcribit, verbum,* Eſt, *relinquendum eſſe verbum veritatis & exiſtentiæ:* Corpus *verò pro corporis figura & ſignificatione capiendum. Contra verò, Beza aſſerit tropum eſſe non in voce,* Corpus, *ſed in verbo* Eſt: *Laski autem non in verbis, ſed in tota actione cœnæ vult figuram eſſe ponendam. Zuinglius iterum nunc* Corpus *pro* Diuinitate *vult eſſe intelligendum: mox pro* Morte & Paſſione: *illicò pro* Fide in Chriſtum: *denique pro* Commemoratione paſſionis & mortis Dominicæ: *quaſi aliquid eorum traditum & fuſum eſſet pro nobis, vel in ara crucis confixum pependiſſet. Germanus Bauarus in Examine, ait ſtatum quæſtionis conſiſtere in verbo,* Accipite: *Cleinvvitzius contra Heshuſium in verbo* Manducate: *Toſſanus in ſuo Conſolatorio, iurat* non eſſe certamẽ de Chriſti verbis, ſed de verbis & additionibus hominum: *Beza verò authoritate ſua concludit,* verba comedendi & bibendi in ſacro cœnæ vſu, non propriè, ſed figuratè, tranſlatitiè, & tropicè intelligenda eſſe. *Pincierius deniq; in Antidoto,* vult Chriſtum in cœna inopia vocabulorum panem dixiſſe corpus, ſicq; impropriè & imperfectè loqui voluiſſe. *Atq; hîc modũ finemq; ponimus, cunctos per Deum rogantes & obſecrantes, vt vel ex his perſpiciãt, nullam eſſe inter Sectarios iſtos in ſummis rebus concordiam, ac proinde nullam veritatem, nullam deniq; conſcientiarum ſecuritatem vel ſalutem: et ideò in vnitate fidei Catholicæ, quæ ſemper eadẽ fuit, vel conſtanter permaneant; vel ad illã citò redeant, ſi aliquando ab eadem aberrauerint. Quæ ad veram ſententiam de Eucharistia pertinent, diximus in ca. 32. & 34. huius libri.*

*Dial. 1525. edito.*

*Cont. Heshu.*

*Inſtit. de Cœna Domini: & Reſpõ ad quẽdã amic.*

*Summa doct. de re Sacrã.*

## *OSTENSIO DE DOMINI SERMONIBVS, confitentis ſe [eſſe] à Deo Patre miſſum, à quo & Prophetæ venerunt, & patres electi ſunt.*

### CAPVT LXX.

QVem enim non [confutat] Dominus, neque ab altero Deo dicere Prophetas, niſi à Patre eius, neque ab aliqua alia ſubſtantia, ſed ab vno & eodem Patre, neque alium aliquem, ea, quæ ſunt in hoc mundo feciſſe, niſi ſuum Patrem docens ſic; Homo erat quidam paterfamiliâs, & plantauit vineam; & ſepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam colonis, & peregrè profectus eſt? Cùm autem appropinquaſſet tempus fructuum, miſit ſeruos ſuos ad colonos, vt acciperent de fructibus ſuis. Et coloni apprehenſis ſeruis, vnum quidem ceciderunt, alium autem lapidauerunt, alium verò occiderunt. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus: & fecerunt eis ſimiliter: Nouiſſimè autem miſit eis Filium ſuum vnicum, dicens. Fortè verebuntur Filium meum. Coloni verò cùm vidiſſent Filium; dixerunt intra ſe. Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius: & apprehenſum eum, eiecerunt extra vineam, & occiderunt [eum.] Cùm ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet colonis illis? Et dixerunt illi. Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit alijs colonis, qui reddent ei fructus temporibus ſuis. Iterum dicit Dominus. Nunquam legiſtis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Propter quod dico vobis, quoniam auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti * fructum eius. Per quæ oſtendit manifeſtè diſcipulis ſuis, vnum quidem & eundem Patrem familiâs, hoc eſt, vnum Deum Patrem, qui per ſeipſum omnia fecit: varios verò agricolas, quoſdam quidem contumelioſos, & ſuperbos, & infructuoſos, & Domini interfectores: quoſdam verò cum omni obediẽtia reddentes fructus temporibus ſuis: & eundem hunc Patremfamiliâs, aliquando quidem mittentem ſeruos, aliquãdo quidem Filium ſuum. A quo igitur Patre * miſſus eſt Filius ad eos colonos, qui interfecerunt eum, ab hoc & ſerui. Sed Filius quidẽ quaſi à Patre veniens principali authoritate dicebat. Ego autem dico vobis: Serui autem quaſi à Domino ſeruiliter, & propter hoc dicebant. Hæc dicit Dominus. Quẽ igitur illi Dominum præconabant incredulis, hunc Chriſtus tradidit his qui obediunt

*Matt. 21. 34.*

*Luc. 20. 9.*

*Pſal. 117. 22.*

*Matth. 5.*

*fructus

*emiſſus

diunt ſibi: & qui priores, ſiue primùm per ſeruilem legiſdationem vocauerat Deus: A
hic poſteriores ſiue poſtea per adoptionem aſſumpſit. Plãtauit enim Deus vineam
humani generis, primò quidem per plaſmationem Adæ,& electionem patrum: tra-
didit autem colonis,per eam legiſdationem,quæ eſt per Moyſem. Sepem autem cir-
cundedit,id eſt circunterminauit eorum culturam;& turrim ædificauit,Hieruſalem
elegit:& torcular fodit,receptaculum Prophetici Spiritus præparauit; & ſic Prophe-
tas miſit antequam eſſet in Babylonem tranſmigratio. Et poſt tranſmigrationem a-
Zach.7.9. lios iterum plures quàm priores,expetentes fructus,dicentes illis: Hæc dicit Domi-
nus omnipotens: Emundate vias veſtras, & mores veſtros, iudicium iuſtum iudica-
te,& miſericordiam & miſerationem facite vnuſquiſque ad fratrem ſuum:in viduã,
& orphanum, & proſelytum, & pauperem ne exercueritis potentatũ, & vnuſquiſ-
que malitiæ fratris ſui ne recordemini in cordibus veſtris: iuſiurandum falſum no-
Iſaiæ 1.16. lite diligere.Lauamini,mundi eſtote,auferte nequitias à cordibus veſtris, diſcite be-
nefacere,exquirite iudicium,defendite vim patientem,iudicate pupillo, & iuſtifica-
Pſal.33.14. te viduam,& venite diſputemus,dicit Dominus.Et rurſum: Cohibe linguam tuam
à malo,& labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo,& fac bonum; inquire pa- B
cem,& perſequere eam.

Hæc præconantes Prophetæ,fructum petebant iuſtitiæ. Nõn credentibus autem
illis,nouiſſimè Filium ſuum miſit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,quem cùm
occidiſſent mali coloni,proiecerunt extra vineam. Quapropter & tradidit eam Do-
minus Deus non iam circumuallatam,[2] ſed expanſam in vniuerſum mundum alijs
colonis,reddentibus fructus temporibus ſuis,turre electionis exaltata vbique & ſpe-
cioſa.Vbique enim præclara eſt Eccleſia, & vbique circumfoſſum torcular: vbique
enim ſunt qui ſuſcipiunt Spiritum.Quoniam enim Filium Dei reprobauerunt, & e-
iecerunt eum,cùm eum occidiſſent extra vineam,iuſtè reprobauit eos Deus, & extra
vineam exiſtentibus gentibus dedit fructificationem culturæ. Quemadmodum &
Ierem.7.30. Hieremias Propheta ait. Reprobauit Dominus, & abiecit gentem facientem hæc:
quoniam fecerunt filij Iuda malignum in conſpectu meo,dicit Dominus. Similiter
Ierem. 6.17. autem & Hieremias.Conſtitui ſuper vos exploratores,dicentes;Audite vocem tubæ:
& dixerunt. Non audiemus:propter hoc audierunt gentes, & qui paſcunt pecora in
cis.Vnus ergo & idem Deus Pater,qui plãtauit vineam,qui populum eduxit,qui Pro- C
phetas miſit, qui Filium ſuum miſit,qui vineam dedit alijs colonis, his qui reddunt
fructum in temporibus ſuis.Et propter hoc dicebat Dominus diſcipulis ſuis, bonos
Luc.21.34. operarios nos præparans. Attendite vobis,& vigilate ſemper in omni tempore,ne
quando grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate, & cogitationibus ſeculari-
bus,& repẽtè adſiſtat ſuper vos dies illa.Superueniet enim quaſi laqueus ſuper omnes
Luc.12.35. Matt. 24.37. ſedentes ſuper faciem terræ.Sint igitur lumbi veſtri præcincti,& lucernæ ardentes in
manibus veſtris,& vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando
Geneſ.7. reuertatur à nuptijs.Quomodo enim factum eſt in diebus Noe: manducabant & bi-
Luc.17.28. bebant, emebant & vendebant, nubebant & nubebantur,& non ſcierunt, quoadu ſ-
que intrauit Noe in arcam,& venit diluuium,& perdidit omnes. Quemadmodum
Geneſ.19. factum eſt in diebus Lot,manducabant & bibebant, emebant & vendebant, planta-
bant & ædificabant,qua die exiuit Lot à Sodomis,pluit ignem de cælo, & perdidit o-
mnes:ſic erit & in aduentu Filij hominis. Vigilate igitur, quoniam neſcitis qua die
Dominus veſter veniet. Vnum & eundem annuntians Dominum, qui in tempori-
bus Noe propter inobedientiam hominum ſuperinduxit diluuium, & temporibus
Lot propter multitudinem peccatorum Sodomitarum pluit ignem à cælo:& in no- D
uiſſimo tempore propter hanc eandem inobedientiam,& ſimilia peccata,[3][ſuperdu-
cet diem iudicij:in quo ait, tolerabilius Sodomis & Gomorrhis futurum, quàm illi
Matt.11.23. ciuitati & domui,quæ non receperit verbum Apoſtolorum eius. Et tu autem Ca-
pharnaum(dicebat)nunquid vſque ad cælum exaltaberis? Vſque ad inferos deſcen-
des. Quoniam ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, manſiſſent
vſque in hodiernum diem.Veruntamen dico vobis,tolerabilius erit Sodomis in die
iudicij quàm vobis.[4] Vnus & idem cùm ſemper ſit Verbum Dei,credentibus quidem
Ioan.4.14. ei,fontem aquæ in vitam æternam dans,infructuoſam verò fici arborem areſaciens,
Matt.21.19. Geneſ.6 2. & ſtatim.Et temporibus Noe iuſtè diluuium inducens,vti extingueret peſſimum ge-
nus eorum,qui tunc erant hominum, qui iam fructificare Deo non poterant,[5] cùm
Angeli tranſgreſſores commixti fuiſſent eis, & vt peccata eorum compeſceret,ſer-
Geneſ.19.24. uare verò arcæ typum, Adæ plaſmationem, & temporibus Lot, qui * pluerat ſuper *pluit
Iudæ v.7. Sodomam & Gomorrham ignem & ſulphur de cælo, exemplum iuſti iudicij Dei, vt
cogno-



A cognoſcerent omnes,quoniam omnis arbor quæ non facit fructum [bonum,] exci- Luc.3.9.
detur,& in ignem mittetur,& in vniuerſali iudicio tolerabilius Sodomis vtens, quã Ioan.15.2. Matt.11.23.
his qui viderunt eius virtutes quas faciebat, & non crediderunt in eum, neque rece-
perunt eius doctrinam. Quemadmodum enim maiorem dedit gratiam per ſuum
aduentum his qui crediderunt ei,& faciunt eius voluntatem,ſic & maiorem in iudi-
cio habere pœnam eos,qui non crediderunt ei,ſignificauit,iuſtus exiſtens ſuper om-
nes æqualiter,& quibus plus dedit,plus ab eis exacturus. Plus autem, non quòd alte-
rius Patris agnitionem oſtendit,ſicut per tot & tanta oſtendimus: ſed quia maiorem
[6] donationem]paternæ gratiæ per ſuum aduentum effudit in humanum genus.

Si cui autem non ſufficiunt quæ prædiximus, ad credendum ab vno & eodem Pa-
*os tre Prophetas miſſos eſſe,à quo[&]Dominus noſter miſſus eſt,aperiens[autem]* au-
*inuocans, res cordis ſui, & Chriſtum Ieſum Dominum magiſtrum * aduocans, audiat dicen- Matt.22.4.
tem eum. Simile eſt regnum cælorum regi nuptias facienti filio ſuo,& mittenti ſer- Luc.14.16.
uos ſuos ad congregandum eos, qui vocati fuerunt ad nuptias: & illis nolentibus o-
B bedire,iterum ait.Et alios ſeruos miſit,dicens:Dicite his qui ſunt vocati, Venite prã-
dium meum paraui: tauri & omnia ſaginata occiſa, & omnia parata ſunt: venite
ad nuptias.Illi autem abierunt negligentes eum,alij quidem in agrum ſuum, alij au-
tem ad negociationem ſuam. Reliqui verò arripuerunt ſeruos eius, & alios quidem
contumelioſè tractauerunt,alios verò occiderunt. Rex autem cùm audiſſet,iratus
eſt,& mittens exercitus ſuos perdidit interfectores illos, & ciuitatem eorum ſuccen-
dit,& dixit ſeruis ſuis.Nuptiæ quidem paratæ ſunt,vocati verò non fuerunt digni. I-
te igitur ad exitus viarum,& quotquot inueneritis congregate ad nuptias. Et exeun-
tes ſerui eius, congregauerunt omnes quotquot inuenerunt bonos & malos, & im-
pletæ ſunt nuptiæ diſcumbentibus.Introiens autem rex videre recumbentes, vidit i-
*indumentum nuptiarum, bi hominem non veſtitum * veſte nuptiali,& dicit ei. Amice, quomodo veniſti huc
nõ habens indumentum nuptiarum?Illo autem obmuteſcen[t]e,dixit rex miniſtris:
Tollite eum à pedibus & manibus, & mittite eum in tenebras, quæ ſunt exteriores: Matt.22.16.
ibi erit fletus & ſtridor dentium.Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi. Manife-
C ſtè enim per hæc verba ſua oſtendit Dominus omnia, & quoniam vnus rex & Do-
minus omnium Pater,de quo & antea dixit.Neque in Hieroſolyma iures, quoniam
ciuitas eſt magni regis. Et quoniam ab initio nuptias præparauit[Filio ſuo,]& pro- Matt.5.35.
pter immenſam benignitatem per ſeruos ſuos vocabat priores ad conuiuium nup-
tiarum:& vbi illi noluerunt obedire,rurſus alios ſeruos miſit conuocans eos, neque
ſic obedierunt ei.Sed & eos qui vocationem annuntiabant, lapidauerunt & occide- Matt.22.7.
*ciuitatem runt. Illos quidem perdidit mittens exercitus ſuos, & * ciuitates illorum ſuccendit:
ex omnibus autem vijs, id eſt, ex vniuerſis gentibus ad conuiuium nuptiarum Filij
ſui conuocauit,quemadmodum & per Hieremiam ait. Et miſi ad vos ſeruos meos Ierem.18.11.
Prophetas dicere. Auertimini vnuſquiſque à via nequiſſima & meliora facite ope-
ra veſtra. Et rurſus per eundem. Et miſi(inquit)[7] ad vos]omnes ſeruos meos prophe- Ierem.7.25.
tas inter diem & ante lucem,& non obedierunt mihi;neque intenderunt aures ipſo-
rum:&[dices]eis hunc ſermonem. Hoc genus,quod non obediuit[voci] Domini,
neque recepit diſciplinam,defecit fides ex ore ipſorum. Qui igitur nos per Apoſto-
los vndique vocauit Dominus, hic per Prophetas vocabat eos qui olim fuerunt,
D quemadmodum ex ſermonibus Domini oſtenditur:& non ab alio[quidem Prophe-
tæ, ab alio] autem Apoſtoli, etiamſi varijs gentibus præconabant: ſed ab vno & eo-
dem,alij quidem Dominum annuntiabant,alij autem Patrem euangelizabant: & a-
lij quidem aduentum prænuntiabant Filij Dei, alij verò præſentem eum iam his qui
longè erant præconabant.

Adhuc etiam manifeſtauit oportere eum[nos] vocatione & iuſtitiæ operibus ad-
ornari, vti requieſcat[8] ſuper nos]Spiritus Dei. Hoc eſt enim indumentum nuptia-
rum: de quo & Apoſtolus ait: Nolumus expoliari,ſed ſuperindui, vti abſorbeatur 2.Cor.5.4.
mortale ab immortalitate. Qui autem vocati quidem ſunt ad cœnam Dei, & prop-
ter malam ſuam conuerſationem non perceperunt Spiritum ſanctum; Proijcien- Matt.22.13.
tur(inquit)in tenebras exteriores. Manifeſtè oſtendens,quòd[idem]ipſe rex,qui con
uocauerit vndique fideles ad nuptias Filij ſui, & incorruptibile conuiuium donaue-
*habet rit,iubeat mitti in tenebras exteriores eum, qui non * habeat indumentum nuptia-
rum,hoc eſt,contemptorem. Quemadmodum enim in priore teſtamento non in
multis illorum benè ſenſit,ſic & hic multi vocati,pauci verò electi.Non alius igitur Matt.22.14.
qui iudicat Deus,& alius qui conuocat ad ſalutem,Pater.Nec alius quidem qui æter-
num lumen donat; alius verò qui iubet in exteriores mitti tenebras eos qui non ha-


bent

bent indumentum nuptiarum. Sed vnus & idem Deus Pater Domini noſtri, à quo A
& Prophetæ miſſi ſunt, indignos quidem conuocans propter immenſam benignita-
tem, eos verò qui conuocati ſunt inſpiciens, ſi conueniens habeant indumentum, &
congruens nuptijs Filij ſui. Quoniam nihil inconueniens, neque malum placet ei.
*Ioan. 5.14.* Quemadmodum Dominus dixit ei qui curatus fuerat, Ecce, ſanus factus es: iam noli
peccare, ne quid deterius tibi fiat. Qui enim eſt bonus, & iuſtus, & mundus, & imma-
culatus, neque malum aliquid, neque iniuſtum, neque abominandum in ſuo ſpon-
ſali thalamo ſuſtinebit. Eſt autem hic Pater Domini noſtri, cuius prouidentia con-
ſtant omnia, & iuſſu adminiſtrantur omnia: & gratuitò quidem donat in quos opor-
tet, ſecundùm autem meritum digniſſimè [9] diſtribuit aduerſus] ingratos & non ſen-
*Matt. 22.7.* tientes benignitatem eius, iuſtiſſimus retributor: & propterea ait. Mittens exercitus
ſuos perdidit interfectores illos, & ciuitatem illorum incendit. * Exercitus autem *Exercitus
*Pſal. 23.1.* eius (inquit) quia omnes homines Dei. Domini enim eſt terra, & plenitudo eius, or-
bis [terrarum,] & omnes qui habitãt in ea. Et propter hoc Paulus Apoſtolus in [ea] E-
*Rom. 13.1.* piſtola quæ eſt ad Romanos ait: Non enim eſt poteſtas niſi à Deo. Quæ autem ſunt,
à Deo ordinata ſunt. Itaque, qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem
reſiſtunt, [ipſi] damnationem ſibi acquirunt. Principes enim non ſunt timori [10] boni B
operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex
ea: Dei enim miniſter eſt tibi ad bonum. Si autem malè feceris, time. Non enim ſine
cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum agit. Ideo-
que ſubiecti eſtote, non tantùm propter iram, ſed & propter conſcientiam. Propter
hoc enim & tributa penditis: miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. Sed &
Dominus igitur & Apoſtoli vnum Deum Patrem * annuntiabant eum qui legiſda- *annun-tiant
tionem fecit, qui miſit Prophetas, qui omnia fecit, & propter hoc ait. Mittens exerci-
tus ſuos. Quoniam omnis homo, ſecundùm quod eſt homo, plaſma ipſius eſt, licet
*Matth. 5.45.* ignoret Deum ſuum. Omnibus enim ipſe vt ſint pręſtat, qui ſolem ſuum oriri facit ſu-
per malos & bonos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.

*Luc. 15.12.* Et non ſolùm per ea quæ prædicta ſunt, ſed & per parabolam duorum filiorum,
quorum iunior luxurioſè conſumpſit ſubſtantiam, viuens cum fornicarijs, vnum
& eundem docuit Patrem, maiori quidem filio ne hœdum quidem indulgentẽ: pro-
pter eum autem qui perierat minorem filium ſuum, iubentem occidi vitulum ſagi-
*Matth. 20.1. 2.3.4.5.6.* natum, & primam ei ſtolam donantem. Et per parabolam autem eorum operario- C
rum, qui varijs temporibus in vineam mittebantur, vnus & idem Dominus oſtendi-
tur: [11] vocans] alios quidem [ſtatim] in initio mũdi fabricationis; alios verò poſt hoc;
& alios circa medietatem temporum; & alios progreſſis iam temporibus; item alios
in fine, vt ſint quidem multi operarij ſecundùm ſua ipſorum tempora: vnus autem
[eſt] qui conuocat eos, paterfamiliâs. Etenim vinea vna, quoniam & vna iuſtitia: & v-
nus diſpẽſator, vnus enim Spiritus Dei, qui diſponit omnia: [12] ſimiliter autem & mer-
ces vna: omnes enim acceperunt ſingulos denarios, imaginem & [13] inſcriptionem] re-
gis, agnitionem Filij Dei quæ eſt incorruptela. Et propter hoc à nouiſſimis cœpit da-
re mercedem, quoniam in nouiſſimis temporibus manifeſtatus [eſt] Dominus, [&]
omnibus ſemetipſum repræſentauit.

*Luc. 18.10.* Et publicanus autem qui in oratione Phariſæum ſuperauit, non quoniam alterũ
Patrem adorabat, teſtimonium accepit à Domino, quòd ſit magis iuſtificatus; ſed quo-
niam cum magna humilitate, ſine extollentia, & ſine iactantia exomologeſin eidem
*Matt. 21.28.* Deo faciebat. Et duorum autem filiorum parabola, eorum qui in vineam mittun-
tur: quorum alter quidem contradixit patri, & poſtea [14] pœnitetur, quando nihil pro- D
fuit ei pœnitentia: alter autem pollicitus eſt abire ſtatim, promittens Patri, non abijt
*Pſal. 117.2. Rom. 7.18.* autem; quoniam omnis homo mendax: & velle quidem in promptu adiacet, non in-
uenit autem perficere, vnum & eundem oſtendit Patrem. Sed & arboris fici parabo-
*Matt. 24.32.* la, de qua Dominus ait: Ecce, iam triennium venio, quærens fructum in hac arbore
fici, & non inuenio; per Prophetas aduentum ſuum ſignificans, per quos venit ali-
quotiens exquirens iuſtitiæ fructum ab eis, quem non inuenit, apertè manifeſtauit
& quoniam excidetur arbor fici, propter prædictam cauſam. Et ſine parabola autem
*Luc. 13.34. Matt. 23.37.* dicebat ad Hieruſalem Dominus. Hieruſalem, Hieruſalem, quæ interficis Prophe-
tas, & lapidas eos qui mittuntur ad te. Quotiens volui colligere filios tuos ſicut galli-
na pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Ecce, relinquetur vobis domus veſtra deſerta.
Quod enim per parabolam dictum fuerat, Ecce, triennium venio quærens fructum,
& manifeſtè iterum: Quotiens volui colligere filios tuos, ſi non huius aduentum, qui
per Prophetas eſt, intelligamus, erit mendacium. Siquidem ſemel, & tunc primùm
venit



A venit ad eos. Sed quoniam & Patriarchas qui elegit, & nos, idem eſt Verbum Dei, & il-
los ſemper viſitans per propheticum Spiritum, & nos qui vndique conuocati ſumus,
per ſuum aduentum, ſuper ea quæ dicta ſunt verè hęc dicebat. Multi ab Oriente & Oc- *Matt. 8.11.12.*
caſu venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cælorum: filij au-
*illic tem regni ibunt in tenebras exteriores, * ibi erit fletus & ſtridor dentium. Si igitur hi,
qui per præconium Apoſtolorum eius, ab Oriente & Occidente credentes in eum, cũ
Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cælorum recumbent, participantes cum eis epula-
tionem, vnus & idem Deus oſtenditur, qui elegit quidem Patriarchas, viſitauit verò
populum, gentes verò aduocauit.

## ANNOTATIONES.

1. Quem enim non confutat] *Parabola de vinea palam demonſtrat, eundem Deum huius mundi conditorem, Chriſtum filium ſuum miſiſſe, qui olim Prophetas ad populum Iſraelis deſtinârat: eundemquè à Iudæis & Gentibus fidei & pietatis fructus iure ſuo repoſcere. Vet. cod. author.* confutat, *pro,* confitetur, *legimus. Vult enim Chriſtum vel ea ſolùm parabola cunctas Valentinianorum delirationes diſertè ſolideque refellere.*

B

2. Sed expanſam in vniuerſum mundum] *Eccleſiam per vniuerſas mundi plagas Irenæi temporibus iam dilatatam fuiſſe, varijs exemplis, hiſtorijs, & authoribus citatis, annotauimus cap. 3. lib. 1. Hic tantùm obſeruandum, eandem veræ Eccleſiæ notam Irenæo & cunctis Patribus fuiſſe, quæ nunc eſt Catholica: & ad vniuerſa loca, tempora, hominum genera, ad nationes denique omnes & linguas pertinet: & inſtar ſolis, fontis, & radicis, radios vibrat, riuos diffundit, & ramos ſuos vnica in fidei confeſſione, ſacramentorumq́; perceptione ipſa manens, in omnes extendit. Hæc varijs ſcripturarũ*

C

*teſtimonijs & validiſſimis rationibus docet Auguſtinus, eadem via euincens, nullis omnino hæreticorum ſectis nomen Catholicum aptari poſſe. Epiſt. 48. 161. 170. Breuiculo collat. cum Donatiſtis, Collatione tertij Diei. libr. de agone Chriſtiano cap. 29. lib. de Symbolo, cap. 10. libr. 3. contra Gaudentium cap. 1. & libr. de vnitate Eccleſiæ cap. 3. 6. 7. 8. & 9.*

3. Superducet] *Expunximus* ſuperducit *vet. cod. auth.*

4. Vnus & idem cùm ſemper ſit Verbum Dei] *Vetus cod.* vnum & idem, *quod magis Latinum eſt: verùm, cùm ferè ſemper Verbum Dei, pro Filio, in maſculino genere dixerit, vocem λόγος reſpiciens, immutare noluimus.*

5. Cùm angeli tranſgreſſores] *Vetus fuit multorum & grauiſſimorum authorum opinio, Angelos malos ſpecie mulierum allectos, adſumptis hominum corporibus, cum ipſis rem habuiſſe, prolemq́; ſuſcepiſſe, quã in Gigantes, Faunos, Panas, Syluanos, Satyros, & id genus monſtrorum partiti ſunt. Enochum primũ ferunt huius opinionis authorem: Moſem deinde volunt rei huius meminiſſe Geneſ. 6. Ioſephus 1. antiq. & pleriq́; alij Hebræorum Rabbini, illam aſſerunt. Inter Græcos Orthodoxos his ſubſcribunt, Iuſtinus martyr in priore Apol. Clemens Alex. lib. 3. Pædagogi cap. 2. & libr. 3. & 5. Strom. Athenagoras in Apol. pro Chriſtianis; Methodius martyr Serm. de reſur. Origenes tractatu de ſingul. clericorum apud Cyprianum, ſi illius ſit author: Proclus & Pſellus Philoſophi Chriſtiani. Ex Latinis ſcriptoribus eam amplexantur Tertull. lib. de Velandis virginibus, & lib. de Habitu mulierum; Cypr. tractat. de vanitate idolor. Lactantius lib. 2. cap. 15. & Seuerus Sulpitius lib. 1. Hiſt. ſacræ. Plurima hinc inde ſuo more verſans Auguſtinus 15. de Ciuitate Dei cap. 23. & 24. de hac diſputatione nihil temerè audet diffinire, &c.*

D

*Verùm, iſta Moſis ſententia,* Videntes filij Dei filias hominum, quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores, *&c. cui innititur præcedens opinio, longè rectius redditur à Chaldæo interprete, & Patribus orthodoxis, ſic vt per filios Dei non ſpiritus angelici ſignificentur, ſed filij principum, ea phraſi qua Iudices, Magiſtratus, Principes, alijq́; præſtantes viri, & dij, & filij Dei in ſacris perſæpe appellantur. Aben-Eſra quoq́;* per filios Dei, *homines Deum agnoſcentes intelligit, nimirum filios Seth, apud quos diuina religio ab initio & deinceps viguerat: qui tandem cum Cainitarum filiabus commixti, didicerunt opera earum, & in ſummã impietatem euaſerunt, dempta Noe vnica familia. Atque hanc ſententiam, vt aptiorem & ſaniorem amplexantur Hieronymus, Chryſoſtomus, alijq́; plurimi. Auguſtinus denique quæſtionibus in Geneſim in eandem magis inclinans ſcribit: iuſtos homines poſſe etiam angelorum nomine nuncupari, ſicut & Ioannes Baptiſta* angelus *in ſacris nominatur, Malach. 3. Ioan. 1.*

6. Donationem] *Ita vet. cod. excuſi* dominationem *habebant.*

7. Ad vos] *Expunximus* eos: *deinde* dices *pro* dicas: *&* voci *pro* vocem, *vet. cod auth. reſtituimus.*

8. Super nos] *Deleuimus* vos.

9. Diſtribuit aduerſus] *Codices excuſi* attribuit in: *& non multò poſt,* terrarum, *pro* terræ *ſuppoſuimus, auth. vet. cod.*

10. Boni operis] *Non inepta eſt veteris cod. lectio in Dandi caſu,* bono operi, ſed malo, *cùm quidam Græci cod. habeant τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ, & Chryſoſtomi interpres reddiderit, Principes bene agentibus terrori non ſunt, ſed malè.*

11. Vocans] *Codices excuſi* vocat: *deinde* ſtantes *eraſimus, &* ſtatim *repoſuimus veteris cod. auth.*

12. Similiter autem & merces vna] *Si æternitatem regni cæleſtis, immortalitatem corporum, ac ipſum Deum vnicum beatitatis obiectum ſpectauerimus, omnibus certè, æqualis eſt merces: aliàs non.*

13. Et inſcriptionem] *Deleuimus* diſcretionem, *vet. cod. auth.*

14. Et pœnitetur] *Verbum imperſonale vocis tantùm actiuæ, voce paſſiua vſurpat. Græca Euangelij habent ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς, vulgata edit. reddit,* Poſtea autem pœnitentia motus.

## OSTENSIO QVOD HOMO LIBER SIT ET *ſuæ poteſtatis, ad hoc vt ab ſe eligere poſsit meliora & contraria.* A

### CAPVT LXXI.

Matt.23.37. ALiud autem quod ait, Quotiens volui congregare filios tuos, & noluiſti? [1] Veterem Legem libertatis hominis manifeſtauit, quia liberũ eum Deus fecit ab initio, habentem ſuam poteſtatem, ſicut & ſuam animam, ad vtendum ſententia Dei voluntariè, & non * coactum à Deo. [2] Vis enim à *coactus Deo non fit, ſed bona ſententia adeſt illi ſemper. Et propter hoc conſilium quidem bonum dat omnibus.[3] Poſuit autem in homine poteſtatem electionis, quemadmodum & in Angelis.[4] Etenim Angeli rationabiles, vti hi quidem qui obediſſent, iuſtè B bonum ſint poſſidentes, datum quidem à Deo, ſeruatum verò ab ipſis. Qui autem nõ obedierunt, iuſtè *non inueniuntur cum bonis, & meritam pœnam percipiẽt. *non inuenientur cũ bonos, Quoniam Deus quidem dedit benignè bonum, ipſi verò non cuſtodierunt diligenter illud, neque precioſum arbitrati ſunt: ſed ſupereminentiam bonitatis contempſerũt. Abijcientes igitur bonum & quaſi reſpuentes, meritò omnes iuſtum iudicium incident Dei, quemadmodum & Apoſtolus Paulus in [ ea ] epiſtola quæ eſt ad Romanos, teſtificatus eſt, dicens ita. Rom.2.4. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam bonitas Dei * in pœnitentiam te adducit? *ad Secundùm autem duritiam tuam, & cor impœnitens theſaurizas tibimetipſi iram in * diẽ *die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei. Gloria autem & honor (inquit) omni operanti bonum. Dedit ergo Deus bonum, quemadmodum & Apoſtolus teſtificatur in eadem epiſtola, & qui operantur quidem illud, gloriam, & honorem percipient, quoniam operati ſunt bonum, cùm poſſint non operari illud: hi autem qui illud non operantur, Ibidem.7. iudicium iuſtum * recipient Dei, quoniam non ſunt operati bonum, cùm *excipient poſſint operari illud. C

### ANNOTATIONES.

1. Veterem legem libertatis] *In cap. 9. & 29. libri huius, multa adduximus ex Patribus, qui primo & ſecundo à Chriſto ſæculo Eccleſiam direxerunt, quibus præſens Irenæi dogma de libero arbitrio in Angelis, & homine, ante & poſt lapſum ſeruato, tanquam Dei verbum amplexandum eſſe confirmauimus. Hîc ne in re apertiſsima ſimus prolixiores, aliquod tertiæ & quartæ ætatis Patrum teſtimonia adijciemus, reliquorum autem locos quaſi digito ſignabimus, quibus idem firmatur: vt inde cuiuis pateat, perpetuam, perſpicuamque, & nunquam confuſam, (vti garriunt Magdeburgenſes) Eccleſiæ catholicæ huiuſmodi fuiſſe ſententiam. Horum itaque primus audiatur Euſebius Cæſar.* Lib.6.de præp.cap.5. Non dij boni, *ait*, ſed pernicioſi dæmones ſunt, qui libertatem noſtram deſtruxerunt: & ſtellis non exteriora ſolùm, verùm etiam voluntates noſtras cogi perſuaſerunt. Quòd ſi eſſet, iaceret omnis philoſophia, iaceret pietas, nulla eſſet laus virtutis, nullus fructus laborum, nec puniendi eſſent improbi, nec admirandi ſtudioſi &c. *Fuſius iſthæc perſequitur toto eo capite: & capitibus 6. & 7. confirmat rurſus eadem dilucidis gentilium philoſophorum rationibus. Capitibus 8. & 9. idem præſtat rationibus & ſententijs Bardeſanis Syri epiſcopi, Origenis, demum litteris ſacris: Deinde etiam libr. 1. Demonſtr. Euangelicæ capite 9. & libro 4. capite 1. 6. 9. & 10.*

Lib.4.ca.11. *Sequatur Lactantius,* Quoniam clemens eſt (*ait*) & pius erga ſuos Deus, ad eos Filium miſit, quos oderat, nec illis in perpetuum ſalutis vitam clauderet: ſed daret his liberam facultatem ſequendi Deum, vt & præmium vitæ adipiſcerentur, ſi eum ſequuti fuiſſent; & culpa ſua in mortis pœnam incurrerent, ſi regem ſuum repudiaſſent.

Ora.cõt.idol. *Addatur Athanaſius.* Anima, *inquit*, ad eas quas commenta eſt voluptates, viribus ſuis abutitur, ideo quod libera ſit, & ſui arbitrij. *Et alibi:* Lib.de incar. Verbi. Animaduertens Deus arbitrium delectumque hominis vtroque vergere, maturè gratiã quam dederat, legis & loci præſidio communitam voluit.

In Pſal. 2. *Hilarius.* Vnicuique noſtrum libertatem vitæ, ſenſumque Deus permiſit. D

*Baſilius ad illud Eſaiæ 1. Si volueritis & audieritis me, &c.* Hoc maximè loco, *inquit*, velut ob oculos exhibet libertatem arbitrij, humanæ naturæ indultam. *Item in cap. 14. Iſaiæ.* Ex ſuo ipſius propoſito & libera voluntate, vnuſquiſque eſſe poteſt ſemen ſanctum, aut certè in diuerſum abire. *Et,* Lib.3.contra Euno. Homo natura vtitur libera, vt ad vtrumlibet poſſit inclinari, ad electionem ſcilicet boni & peioris.

*Nazianzenus Apolog. 1.* Singularis & eximiæ Dei bonitatis argumentum eſt, facere, vt noſtra quoq; aliqua ex parte ſit virtus, nec natura tantùm inſeratur; ſed voluntate etiam animiq; propoſito excolatur, arbitrijq; libertate parem in vtramque partem motum habente. *Prætermitto quæ ad hoc dogma confirmandum idem author habet in explicatione illius:* Cùm conſummaſſet Ieſus ſermones hos; *&c. Item Oratione in*



A *Chriſti natiuitatem: vt reliquorum eius ætatis locos inſigniores duntaxat deſignem.*

*Marcus eremita libro de Paradiſo ſub ſinem. Et libr. de lege ſpiritali, ca. 55. & 56. Ambroſius epiſt. 84. enarratione in Pſalm. 40. Epiphanius libr. contra hæreſes, 16. & 64. Gregorius Nyſſenus libr. de hominis opificio, cap. 16. lib. de vita Moſis. Homilia 2. & 8. in Eccleſiaſten. Oratione catechetica cap. 5. & 31. Oratione de mortuis. Prudentius in Hamartigenia. Theophilus Alexandr. libr. 3. Paſchali. Hieronymus epiſto. ad Demetriadem. epiſt. ad Cteſiphontem. Epiſtol. ad Damaſum. Quæſt. Heb. in Geneſ. & lib. 3. Comment. in Eſaiam: Auguſtini locos magna diligentia collegit Hieronymus Torrenſis, libr. 2. confeſsionis Auguſtinianæ, capit. 32. Cyrillus Ieroſolymitanus catecheſi 4. Alexandrinus Dialogo de adoratione Spiritus ſancti, libr. 3. & 8. contra Iulianum. Proſper Aquitanicus libr. 1. de vocatione Gentium, capit. 3. 5. & 7.* B *Hi omnes tum Græci, tum Latini, hominem natura liberum eſſe, boni, maliquè optionem, & electionem ſibi datam & oblatam, ob idquè vtrinque iuſtè iudicatum iri, partim ijſdem ſcripturis, & rationibus, quibus his capitulis Irenæus, partim alijs, manifeſtè docuerunt.*

2. Vis enim à Deo non fit ] *Hæc Irenæi verba citantur à Damaſceno, libr. 1. Parallelorum, cap. 100. & in eundem ſcopum, nimirum vt doceat vterque, peccatorum ac reprobationis improborum cauſam non eſſe in Deo, ſed in ipſis reprobis. Nam vis ab illo non fit vt peccent, ſed vnicuique proponit vitam & bonum, & è con-* Deut.30. *trario mortem & malum, vt diligat Dominum & ambulet in vijs eius. Inſuper, dat omnibus (inquit Irenæus) bonum conſilium, videlicet per Prophetarum, Apoſtolorum, & his ſuccedentium paſtorum Eccleſiæ adhortationes; & tam publica quàm priuata commoda vel incommoda; occultas denique Spiritus ſancti in conſcientijs omnium hominum loquentis inſpirationes: quas ſi pro relicta ſibi libertate elegerint, ſerioquè amplexati & proſequuti fuerint, procul dubio ſeruabuñtur, aliàs æternæ perditioni iuſtè addicentur. Hinc & Hilarius:* Eſſe filios Dei, non neceſſitas eſt, ſed poteſtas: quia vniuerſis Dei munere, non natura gignentium affertur, ſed voluntas præmium conſequitur. *De his copioſè diſſerit Auguſtinus, lib. de ſpiritu & litera, capit. 33. Libr. 3. de libero arbitrio cap. 19. & libro de natura & gratia, capite ſexageſimo ſeptimo.*

3. Poſuit autem in homine ] *Huiuſmodi electionis poteſtatem, etiam poſt lapſum primi hominis in eius poſteris perſeuerare adeò certum & manifeſtum eſt, vt nulli Simoniani, nulli Marcionitæ aut Manichæi, nulli Lutherani aut Caluiniſtæ, nulli Anabaptiſtæ aut Ariani hoc ipſum inficiari valeant, niſi peruicaciter dãnent, vel ſaltem miſerè torqueant iſtas Scripturas:* Elige vitam vt & tu viuas, & ſemen tuum. Deut.26.& 30. Tu hodie elegiſti Dominum Deum tuum. Pſal. 83. Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei. Luc.10. Maria optimam partem elegit, &c.

4. Etenim Angeli rationabiles ] *Angelorum exemplo confirmat, ad Dei infinitam liberalitatem, æquitatemquè pertinere, quod non modò Angelos, ſed & ipſos homines animi libertate præditos condiderit, totoquè vitæ curriculo eadem inſtructos vel præmijs cæleſtibus tandem coronet, vel ſempiternis adiudicet ſupplicijs. Ac de his iam diximus in capite nono huius libri.*

## C OSTENSIO QVOD NON NATVRA QVI*dam boni ſunt, quidam verò ali, & quòd in hominis electione ſit bonum.*

### CAPVT LXXII.

SI[1] autem naturaliter quidam boni, quidam verò mali facti fuiſſent, neque [ hi ] laudabiles eſſent * quia boni ſunt, tales enim *facti fuerant. *qui inſtituti Sed neque illi vituperabiles, & ipſi enim tales fuerant inſtituti. Sed quoniam omnes eiuſdem ſunt naturæ, & potentes retinere, & operari bonum, & potentes rurſum amittere id, & non facere: [2] iuſtè etiam apud homines ſenſatos; quanto magis apud Deum? Alij quidem laudantur, & dignum percipiunt teſtimoniũ electionis bonæ & perſeuerantiæ: alij verò accuſantur, & dignũ percipiunt damnum, eo quòd iuſtum & bonum reprobauerint. Et ideo Prophetæ [quidem] hortabantur homines iuſtitiam agere, bonum quoque operari, ſicut per multa oſtendimus: quia in nobis ſit hoc, & propter multam negligentiam in D obliuionem inciderimus, & conſilio egeamus bono, propter quod bonus præſtabit bonum conſilium [3] perfectis [per Prophetas.] Propter hoc autem & Dominus, Matt.5.16. Luceat lumen veſtrum, dicebat, coram hominibus, vt videant bona facta veſtra, & *clarificẽt * glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt. Et: Attendite vobis, ne fortè grauentur Luc.21.34. corda veſtra in crapula, & ebrietate, & ſollicitudinibus ſæcularibus. Et: Sint Luc.12.35. lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes, & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs, vt cùm venerit, & pulſauerit, [4] aperiant ei.] Beatus ſeruus ille, quẽ cùm venerit Dominus eius, inuenerit ita facientem. Ibid. 47. 48. Et iterum. Seruus qui ſcit voluntatem Domini ſui, & non facit, vapulabit multis. Luc 12.47. Et: Quid mihi dicitis, Domine, Domine, & non facitis quæ dico? Luc.6.46. Et iterum: Si aũt dicat ſeruus in corde ſuo, Tardat Dominus meus, & incipiat cædere conſeruos, & mãducare, Matt.24.48. & bibere, & inebriari, veniet Dominus eius in die qua non ſperat, & diuidet eum, & partem eius cum hypocritis ponet: & omnia talia quæ liberum, & ſuæ poteſtatis oſtendunt hominem, & quia [ conſilio ] inſtruat Deus, adhortans nos ad

ſubie-

ſubiectionem ſibi,[&]auertens ab incredulitate, non tamen de violentia cogens. A
Ioan. 6. 67 Etenim ipſum Euangelium ſi noluerit quis ſequi, licet quidem, non tamen expe-
dit. Inobedientia enim Dei, & amiſſio boni eſt quidem in hominis poteſtate: læſio-
1. Cor. 6. 12. nem autem, & damnum non quamlibet infert: & propter hoc Paulus ait. Omnia li-
cent, ſed non omnia expediunt, & libertatem referens hominis, quapropter & om-
nia licent, non cogente eum Deo, & id non expedit, oſtendens vt non ad velamen
Epheſ. 4. 25. & 5. malitiæ abutamur libertate, non enim hoc expedit. Et iterum ait. Loquimini verita-
tem vnuſquiſq; cum proximo ſuo, &: Omnis ſermo malus de ore veſtro non exeat,
aut turpitudo, aut vaniloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non * pertinent, ſed ma- *pertinet,
gis gratiarum actio. Et: Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lumen in Do-
Rom 13. 13. mino, quaſi filij lucis honeſtè ambulate, non in comeſſationibus, & ebrietatibus: nō
1. Cor. 6. 29. in cubilibus, & in libidinibus: non in ira, & zelo. [Et] hæc quidem [fuiſtis,] ſed abluti
eſtis, ſed ſanctificati eſtis in nomine Domini noſtri. Si igitur non in nobis eſſet face-
re hæc, aut non facere, quam cauſam habebat Apoſtolus, & multò prius ipſe Domi-
nus conſilium dare, quædam quidem facere, à quibuſdam verò abſtinere? Sed quoni- B
am liberæ ſententiæ ab initio eſt homo, & liberæ ſententiæ eſt Deus, cuius ad ſimili-
tudinem factus eſt, ſemper conſilium datur ei, continere bonum, quod perficitur ex
Matth. 8. 13. ea, quæ eſt ad Deum obedientia: & non tantùm in operibus, [5] ſed etiam in fide liberū,
Marc. 9. 23. & ſuæ poteſtatis arbitrium homini ſeruauit Dominus, dicens. Secundùm fidem tuā
fiat tibi, propriam fidem hominis oſtendens, quoniam propriam ſuam habet ſentē-
tiam. Et iterum: Omnia poſſibilia [ſunt] credenti: &, Vade, ſicut credidiſti, fiat tibi. Et
omnia talia, ſuæ poteſtatis ſecundùm fidem oſtendunt hominem. Et propter hoc, is
Ioan. 3. 36. qui credit ei, habet vitam æternam: qui autem non credit Filio, non habet vitam æ-
ternam: ſed ira Dei manebit ſuper ipſum. Secundùm hanc igitur rationem, & ſuum
proprium [bonum] oſtendens Dominus, & ſui arbitrij, ac ſuæ poteſtatis hominem
Matth. 23. 37. ſignificans, dicebat ad Hieruſalem. Quotiens volui congregare filios tuos, quemad-
modum gallina pullos ſuos ſub * alas, & noluiſti? Quapropter relinquetur vobis do- *aſſelis,
mus veſtra deſerta. Qui autem his contraria dicunt, ipſi impotentem introducunt
Dominum, ſcilicet quaſi non potuerit perficere hoc, quod voluerit. [Aut] rurſum
ignorantem * naturam Choicos, (vt ipſi dicunt) & eos, qui non poſſunt accipere e- *natura
ius incorruptelam. C

Obiectio. Sed oportebat (inquit) eum, neque Angelos tales feciſſe, vt poſſent tranſgredi, ne-
que homines, qui ſtatim ingrati exiſterent in eum, quoniam rationabiles, & exami-
natores, & [iudiciabiles] facti ſunt; & non quemadmodum irrationabilia, ſiue inani
malia, quæ ſua voluntate nihil poſſunt agere: ſed cum neceſſitate, & vi ad bonum tra
huntur, in quibus vnus ſenſus, & vnus mos inflexibilis, & ſine iudicio, qui nihil aliud
Reſponſio. eſſe poſſunt, præter quàm quod facti ſunt. Sic autem nec ſuaue eſſet eis, quod eſt bo-
num, neque precioſa communicatio Dei, neque magnopere appetendum bonum,
quod ſine ſuo proprio motu, & cura, & ſtudio proueniſſet, ſed vltro & otioſè inſitum.
Ita vt eſſent nullius momenti boni, eo quòd natura magis, quàm voluntate tales ex-
titerint, & vltroneum haberent bonum, ſed non ſecundùm electionem. Et propter
hoc, nec hoc ipſum intelligentes, quoniam pulchrum ſit quod bonum, neque fruen
tes eo. Quæ enim fruitio boni apud eos, qui ignorant? Quæ autem gloria his, qui non D
2. Tim. 2. 5. ſtuduerint illud? Quæ autem corona his qui non eam, vt victores in certamine con-
ſequuti ſunt? Et propter hoc Dominus violētum dixit regnum cælorum. Et qui vim
Matt. 11. 12. faciunt (inquit) diripiunt illud. [6] Hoc eſt, qui cum vi & agone vigilantes inſtanter di-
1. Cor. 8. 25. 26. 27. ripiunt illud.] Propter hoc autem & Paulus [Apoſtolus] ait ad Corinthios. Nō ſcitis,
quoniam hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currūt, ſed vnus accipit brauium?
1. Cor. 9. 25. Sic currite vt comprænhendatis. [7] Omnis autem qui agonizat, [8] in omnibus continēs
eſt, ille quidem vt corruptibilem accipiat coronam, [9] nos autem [incorruptibilem.]
Ego autem ſic curro, non in incertum: ſic pugno, non quaſi aërem cædens, ſed liuidū
facio corpus meum, [&] in ſeruitutem redigo: ne fortè alijs prædicans, ipſe reprobus
2. Tim. 4. 7. efficiar. Bonus igitur agoniſta, ad incorruptelæ agonem adhortatur nos, vti corone-
mur; & precioſam arbitremur coronam, videlicet quæ per agonē nobis acquiritur,
ſed non vltrò coalitam. Et quanto per agonem nobis aduenit, tanto eſt precioſior:
quanto autē precioſior, tanto eam ſemper diligamus. Sed neque ſimiliter diliguntur
ea, quæ vltrò adueniunt, quā illa quæ cum multa ſollicitudine adinueniuntur. Quo-
niam igitur * pro nobis erat, [plus] diligere Deum, cùm agone hoc nobis adinuenire, *μεθ' ἡμῶν penes nos
& Dominus docuit, & Apoſtolus tradidit. Et aliàs autem eſſet, videlicet noſtrum in-
ſenſatum bonum, quod eſſet inexercitatum. Sed & videre non tantùm nobis eſſet
deſi-



A deſiderabile, niſi cognouiſſemus quantum eſſet malum non videre. Et bene valere
autem, malè valentis experientia honorabilius efficit; & lucem, tenebrarum com-
paratio; & vitam, mortis. Sic & cæleſte regnum honorabilius eſt his qui cognoue-
runt terrenum. Quantò autem honorabilius, tanto magis diligimus illud: & ſi plus
illud dilexerimus, [10] clariores erimus apud Deum. Pro nobis igitur omnia hæc ſuſti-
nuit Dominus, vti per omnia eruditi in omnibus, in futurum ſimus cauti, & perſe-
ueremus in omni eius dilectione, rationabiliter edocti diligere Deum: Deo quidem
magnanimitatem præſtante in apoſtaſia hominis, homine autem erudito per eam,
quemadmodum & Propheta ait. Emendabit te abſceſſio tua: præfiniente Deo om-
*efficaciā, nia ad hominis perfectionem, & ad * ædificationem, & manifeſtationem diſpoſitio-
num; vti & bonitas oſtendatur, & iuſtitia perficiatur, & Eccleſia ad figuram imaginis
Filij eius coaptetur, & tandem aliquando maturus fiat homo, in tantis matureſcens
ad videndum, & capiendum Deum.

## ANNOTATIONES.

1. Si autem naturaliter ] *Homines plena li-*
B *bertate aut vel boni ſunt vel mali, non natura, vt aperta Euangeliſtarum & Apoſtolorum teſtimonia comprobant. Qui verò libero arbitrio contradicunt, Deum imbecillitatis & iniuſtitiæ arguunt.*

2. Iuſtè apud homines ſenſatos ] *Id eſt, qui non egent ſenſu cōmuni, ſed ſola naturali recta ratione de rebus iudicant, quales inter alios fuerunt Philoſophi, Oratores, Poetæ prophani, quorum iudicijs, rationibus & ſcriptis, humani animi libertas comprobatur.*

3. Perfectis ] *Vetus codex* per Prophetas, *vtrumque ſeruauimus.*

4. Aperiant ei ] *Codices excuſi* aperiatis.

5. Sed etiam in fide liberum ] *Fidem duplicem conſtituunt Theologi, priorem, quæ lectione vel auditione verbi Dei acquiritur, hinc acquiſitam vocant. Hanc Cyrillus Ieroſolym. dogmaticam, Apoſtolus fidem*
C *ex auditu nominat: eam liberam ſic docet Auguſtinus.*
Tract. 26. in Ioan. Intrare Eccleſiam quiſquam poteſt nolens, accedere poteſt ad altare nolens, accipere poteſt ſacramentum nolens: credere non poteſt niſi volens. *Poſteriorem fidem quod à Deo penitus infundatur mentibus noſtris, infuſam appellant. Hanc donum Dei eſſe, compluribus ſcriptis oſtendunt Auguſtinus & Cyrillus: verùm & ipſam conſenſum liberum voluntatis noſtræ requirere ſuis libris produnt. Lib. de prædeſt. Sanctorum, cap. 11. Lib. 1. retractat. cap. 23. Lib. de Spiritu & litera, capit. 31. & 32. & Catecheſi 5. De vtraque igitur loquatur Irenæus, ſemper verè loquitur, non ſolùm in operibus, ſed etiam in fide, hominem liberum eſſe.*

6. Hoc eſt qui cum vi ] *Duodecim has voces ex vet. cod. addidimus.*

7. Omnis autem qui agonizat ] *Græcè eſt ὁ ἀγονιζόμενος, qui certat. Cyprianus lib. de exhortatione Martyrum, cap. 8. & Epiſto. ad Martyres & Confeſſores de Mappalico, habet vt Irenæus,* Omnis enim qui agonizat. *Pamelius vir multæ lectionis, illic annotat omnes codices ſuos vno excepto, legiſſe:* Omnis qui agonizatur, *quod & hîc habebat vetus noſter codex: vtrumque rectè.*

8. In omnibus continens eſt ] *Græcè πάντα ἐγκρατεύεται, in omnibus temperans eſt. Cyprianus locis ſuperius ſignatis, vt & Irenæus,* in omnibus continens eſt. *Deinde plurali numero,* illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, *legit idem Cyprianus, quod & hîc vetus codex noſter.*

9. Nos autem incorruptibilem ] *Sic habet vetus codex, quod concinnè reſpondet verbis Græcis, φθαρτόν, ἄφθαρτον, id eſt, corruptibilem, & incorruptibilem: excuſi* incorruptam, *non malè.*

10. Clariores erimus apud Deum ] *Pro diuerſis operibus, varios gloriæ & claritatis gradus apud Deum reponi, hîc exploratum & certum habetur, vt vel cæcis omnibus innoteſcat. Proinde fremant licet bonorum operum oſores, & ſolius fidei aſſertores.*

## *QVÆ CAVSA FVERIT, QVOD NON ab initio perfectus factus eſt homo.*

D

### CAPVT LXXIII.

SI [1] [hoc] autem dicat aliquis, Quid enim? Non poterat ab initio Deus per-
fectum feciſſe hominem? Sciat quoniam Deus quidem, cùm ſemper ſit i- Luc. 1. 37.
*ἀγέννητος dem, & * innatus, quantum ad ipſum eſt, omnia poſſibilia ei. Quæ aūt fa-
cta ſunt ab eo, ſecundùm quod poſtea facturæ initium habuerunt, ſecun-
dùm hoc & minora eſſe oportuit eo qui ſe fecerit. Nec enim poterāt infecta eſſe, quæ
nuper facta ſunt: propter quod autem non ſunt infecta, propter hoc & ideo deficiunt
à perfecto.

ANNO-

ANNOTATIONES.

A

1. Si hoc autem dicat aliquis] *Oportuit creaturam plurimum differre à ſuo Creatore: quoniam is æternus eſt, non factus ab aliquo, illa facta ex tempore, & imperfecta, vt ſequenti capite exemplo paruuli declaratur. Ideoq́ hominem ſenſim creſcere ac perfici decuit.*

## *ET SECVNDVM QVID OMNIA QVÆ facta ſunt indigent perfecto, & vnde eſt indigentia.*

### CAPVT LXXIIII.

SEcundùm enim quod ſunt poſteriora, ſecundùm hoc & infantilia, & ſecundùm quod infantilia, ſecundùm hoc & inſueta, & inexercitata ad perfectam diſciplinam. Quemadmodum enim mater poteſt [quidem] præſtare perfectam eſcam infanti, ille autem adhuc non poteſt robuſtiorem ſe percipere eſcam: ſic & Deus ipſe quidem potens fuit homini præſtare perfectionem ab initio, homo autem impotens percipere illam:[1] infans enim fuit. Et propter hoc Dominus noſter, in nouiſſimis temporibus recapitulans in ſeipſo omnia, venit ad nos, non quomodo ipſe poterat, ſed quomodo illum nos videre poteramus. Ipſe enim in ſua inenarrabili gloria ad nos venire poterat, ſed nos magnitudinem gloriæ [ipſius] portare non poteramus. Et propter hoc quaſi infantibus ille qui erat[2] panis perfectus Patris, lac nobis ſemetipſum præſtitit, quod erat ſecundùm hominem eius aduentus, vt quaſi à mammilla carnis eius enutriti, & per talem lactationem aſſueti manducare & bibere verbum Dei, & eum, qui eſt immortalitatis panis, qui eſt Spiritus Patris, in nobis ipſis eum continere poſſimus. B *Ioan.6.35. & 42.*

ANNOTATIONES.

C

1. Infans enim fuit] *Quibus de cauſis primus homo cum infante comparetur, explicat Theophilus Antioch. libr.2. ad Autolycum, nimirum quod ſimplex, & ſincerus eſſet quaſi puer.*

2. Panis perfectus Patris] *Vetus codex vocem* Patris, *ignorat: hãc ſi retinueris, ſenſus eſt, à Patre miſſus ac datus, vti ſcriptum eſt, Ioannis 6. Pater meus dat vobis panem de cælo verum. Ego ſum panis, qui de cælo deſcendit. Quod ſequitur,* Lac nobis ſemetipſum præſtitit, *explicatur egregiè à Clemente Alexandr.* Verbum, *inquit,* eſt omnia infanti, & pater, & mater, & pædagogus, & altor. Comedite, *ait,* meam carnem, & bibite meum ſanguinem. Hæc appoſita & conuenientia alimenta nobis ſuppeditat Dominus, & carnem præbet, & effundit ſanguinem, & ad incrementum nihil deeſt infantibus, & cæt. *Libro 1. Pædagog. cap.6.*

## *QVID EST QVOD A PAVLO DIctum eſt; Lac vobis potum dedi, non eſcam.*

### CAPVT LXXV.

D

*1.Cor.3.2.* ET[1] propter hoc Paulus ad Corinth. ait. Lac vobis potũ dedi, non eſcam: nondum enim poteratis eſcam percipere, id eſt, eum quidem aduẽtum Domini, quem ſecundùm hominem didiciſtis: nondum autem Patris Spiritus requieſcit ſuper vos, propter veſtram infirmitatem. Vbi enim ſunt zelus, & diſcordia (ait) in vobis, & diſſentiones, nõne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis? Hoc eſt, quoniam nondum Spiritus Patris erat *cum ipſis, propter imperfectionem eorum, & infirmitatem conuerſationis. Quemadmodum igitur Apoſtolus quidem poterat dare eſcam: (quibuſcunque enim imponebant Apoſtoli manum, accipiebant Spiritum ſanctum, qui eſt eſca vitæ) illi autem non poterant* percipere illud, quoniam infirmum adhuc & inexercitabilem ſenſum erga Deum conuerſationis habebant. Sic & initio Deus quidem potens fuit dare perfectionem homini, ille autem[2] nunc nuper factus, non poterat illud accipere, vel accipiens capere, vel capiens continere. Et propter hoc coinfantiatum eſt homini Verbum Dei, cùm eſſet perfectus, non propter ſe, ſed propter hominis infantiam, ſic capax effectus, quemadmodum homo illum capere potuit. Non igitur circa Deum

*in

*Actor.8.17.*

*accipere



A Deum impoſſibile & indigens,[3] ſed circa eum qui nunc nuper factus eſt homo, quoniam non *perfectus erat. Circa Deum autem virtus ſimul, & ſapientia, & bonitas oſtenditur. Virtus quidem & bonitas in eo quòd ea, quæ nondum erant, voluntariè conſtituerit, & fecerit: ſapientia verò, in eo quòd apta & conſonantia quæ ſunt, fecerit. Quedam autem propter immenſam eius benignitatem augmentum accipientia, & in multum temporis perſeuerantia, infecti gloriam referunt Deo, ſine inuidia donanti quod bonum eſt. Secundùm enim id quod facta ſunt, non ſunt infecta: ſecundùm id verò quod perſeuerant longis AEonibus, virtutem infecti aſſument, Deo gratuito donante eis ſempiternam perſeuerationem. Et ſic principalitatem quidem habebit in omnibus Deus. Quoniam & ſolus infectus, & prior omnium, & omnibus vt ſint, ipſe eſt cauſa: reliqua verò omnia in ſubiectione manent Dei. Subiectio autem Dei, incorruptelæ perſeuerantia eſt: incorruptela autem gloria infecti. [Per hanc igitur ordinationem, & huiuſmodi conuenientiam, & talis factus, & plaſmatus homo ſecundùm imaginem, & ſimilitudinem conſtituitur infecti Dei, Patre quidem bene ſentiente [& iubente;][4] Filio verò miniſtrante, & formante; Spiritu verò nutriente, & augente; homine verò paulatim proficiente, & perueniente ad perfectum, id

*infectus

B eſt, proximum infecto fieri. Perfectus enim eſt infectus, hic autem eſt Deus. Oportuerat autem hominem primò fieri, & factum augeri, & auctum corroborari, & corroboratum multiplicari, & multiplicatum conualeſcere, cõualeſcentem verò glorificari, & glorificatum videre ſuum Dominum. Deus enim eſt, qui habet videri.[5] Viſio autem Dei efficax eſt incorruptelæ: incorruptela verò proximum [facit] eſſe Deo. Irrationabiles igitur omni modo, qui non expectant tempus augmenti, & ſuæ naturę infirmitatem adſcribunt Deo. Neq; enim Deum, neq; ſemetipſos ſcientes, inſatiabiles & ingrati, nolentes primò eſſe hoc, quod & facti ſunt, homines paſſionum capaces, ſed ſupergredientes legem humani generis, & antequam fiant homines, iam volunt ſimiles eſſe factori Deo, & nullam eſſe differentiam infe[illegible] Dei, & nunc facti hominis, qui plus irrationabiles ſunt, quàm muta animalia. Hęc enim non imputant Deo, quoniam non homines fecit ea, ſed vnumquodque eo quod factum eſt, quoniam eſt, gratias agit. Nos enim imputamus ei, quoniam non ab initio dij facti ſumus, ſed primò quidem homines, tunc demùm Dij: quamuis Deus ſecundùm ſimplicitatem bonitatis ſuæ hoc fecerit, ne quis eum putet inuidioſum, aut impræſtantem. Ego (inquit) dixi, dij [eſtis,] & filij excelſi omnes. Nobis autem poteſtatem Diuinitatis baiulare non ſuſtinentibus, Vos autem (inquit) ſicut homines moriemini: vtraque referens, & illud quod eſt benignum ſuæ donationis, & infirmitatem noſtram, & quod eſſemus noſtræ poteſtatis. Secundùm enim benignitatem ſuam bene dedit bonum, & ſimiles ſibi ſuæ poteſtatis homines fecit: ſecundùm autem prouidentiam, ſciuit hominum infirmitatem, & quæ ventura eſſent ex ea; ſecundùm autem dilectionem & virtutem, vinci factæ naturæ ſubſtantiam. Oportuerat autem primò naturam apparere, poſt deinde vinci & abſorbi mortale ab immortalitate, & corruptibile ab incorruptibilitate, & fieri hominem ſecundùm imaginem, & ſimilitudinem Dei, agnitione accepta boni & mali.

*Sap.6.19. & 20.*

C *Pſalm.81.6.*

Homo ſuæ poteſtatis factus eſt à Deo.

*2.Cor.5.4. 1.Cor.15.53.*

ANNOTATIONES.

1. Et propter hoc Paulus] *Docet hominis imperfectionem non alicui diuinæ infirmitati tribuendam eſſe, ſed humanæ incapacitati. Nam Deus in hominis* D *conditione maximam virtutem, ſapientiam, ac bonitatem adeò manifeſtauit, vt rationis expertes ſint, qui aliter ſentiunt.*

2. Nunc nuper factus] *Pro his tribus vocibus, vetus codex habet* imperfectus.

3. Sed circa eum] *Vet. cod.* ſed circa eum, qui nuper factus homo, quoniam non infectus erat.

4. Filio verò miniſtrante.] *Cùm hic, vel alibi dicitur Filius miniſtraſſe Patri in rerum creatione, intelligendum, quòd omnipotentiam vimq́ue omnem vt & ipſam Deitatem, Filius à Patre habeat, non à ſeipſo; & eadem cum Patre creat, regit, operatur: velut ait in Euangelio:* Pater meus vſq; modò operatur, & Ego operor. *Et poſtea:* Non poteſt Filius à ſe facere quicquam, niſi quod viderit Patrem facientem. Quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius ſimiliter facit, *&c. Ioan. 6. verſ. 17. & 19. Ergo Pater per Filium omnia fecit, vt Ioannes & Paulus affirmant, non tanquam per inſtrumentum, aut miniſtrum à natura & Deitate ſua alienum, vt blaſphemauit Arius: nec tanquam per cauſam ſecundariam vel minus principalem, vt Caluiniani, & noui Samoſateniani Trinitarijq́ue impiè garriunt: ſed vt per alteram à ſe perſonam, cui cum eſſentia ſua, omnem vim cooperandi & concreandi ab æterno communicauit. Idem ergo cum Patre eſt rerum omnium creator & principium, licet de principio, nimirũ de Patre, ſicut teſtatur, dicens:* Quando appendebat fundamenta terræ. cum eo eram cuncta componens. Ego principium, qui & loquor vobis. Ego ſum α & ω, principium & finis. *Paulus deniq́ Pſalmiſtæ verbis ita hunc alloquitur:* Tu in principio terram fundaſti;

*Ioan.1.* *Rom.11.*

*Prouerb.8.* *Ioan.8.*

*Pſalm.101.* *Hebr.1.*

daſti,&opera manuum tuarum ſunt cæli. *Itaq; non ſine graui in Filium Dei blaſphemia ſcripſit Caluinus ad fratres Polonos*, Filij perſonam non niſi impropriè Creatorem cæli & terræ nominari.

5. Viſio autem Dei] *Verba ſunt ex libro Sapientiæ, tametſi paulò aliter reddantur quàm in vulgata editione. Ex quo tamen apparet, librum illum Irenæo fuiſſe authoritatis canonicæ: ſicut & Tertulliano lib. Præſcript. cap. 7. libro aduerſ. Valentin. cap. 2. & libro tertio adu. Marc. cap. 22. item Clemente Alexand. Cypriano, alijsq; primæ notæ authoribus, eundem librum cum alijs Diuinis annumerantibus. Auguſtinus de eodem ac Eccleſiaſtico ſcribit:* Illi duo libri quoniam in authoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi ſunt. *His accedunt Patres quotquot adfuerunt Concilio 3. Carthaginenſi, Laterano, Florentino, & Tridentino: quorum aſſertionibus ſatis reuinci eos puto, qui nunc aliter ſentiunt ac ſcribunt.*

A — Libr. 2. de doctr. Chriſt.

## *QVÆ EST AGNITIO BONI ET MALI, ET quemadmodum homo cùm indictoaudiens fuiſſet, inualuit Deus per dictiaudientiam meliorem fieri hominem.*

B

### CAPVT LXXVI.

A[1] Gnitionem autem accepit homo boni & mali. Bonum eſt autem obedire Deo, & credere ei, & cuſtodire eius præceptum, & hoc eſt vita hominis: quemadmodum non obedire Deo, malum: & hoc eſt mors eius. Magnanimitatem igitur præſtante Deo, cognouit homo & bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ, vti oculo mentis vtrorumque accipiens experimentum, electionem meliorum cum iudicio faciat; & nunquam ſegnis, neque negligens præcepti fiat Dei, & id quod aufert ab eo vitam, id eſt, non obedire Deo,[2] experimento diſcens, quoniam malum eſt: neque tentet quidem illud vnquam. Quod autem conſeruatorium vitæ eius eſt, obedire Deo,] ſciens quoniam bonum eſt, vt cum omni intentione diligenter cuſtodiat. Propter hoc etiam duplices habuit ſenſus, vtrorumque agnitionem habentes, vt electionem meliorum cum diſciplina faciat. Diſciplinam autem boni quemadmodum habere potuiſſet, ignorans quod eſt contrarium? Firmior eſt enim & indubitata ſubiacentium apprehenſio, quàm ea quæ eſt ex ſuſpicione coniectura. Quemadmodum enim lingua per guſtum accipit experimentum dulcis & amari, & oculus per viſionem diſcernit quod eſt nigrum ab albo, & auris per auditum differentias ſonorum ſcit: ſic & mens per vtrorumque experimentum diſciplinam boni accipiens, firmior ad conſeruationem eius efficitur, obediens Deo. Inobedientiam quidem primùm reſpuens per pœnitentiam, quoniam amarum & malum eſt: deinde ex comprǽhenſione diſcens, quale ſit quod contrarium eſt bono & dulcedini, ne tentet quidem vnquam inobedientiam guſtare Dei. Si autem vtrorumque eorum cognitionem, & duplices ſenſus cognitionis quis defugiat, latenter ſemetipſum occidit hominem. Quemadmodum igitur erit Deus, qui nondum factus eſt homo? quomodo autem perfectus, nuper effectus? Quomodo autem immortalis, qui in natura mortali non obediuit factori? Oportet enim te quidem primò ordinem hominis cuſtodire, tunc deinde participare gloriæ Dei. Non enim tu Deum facis, ſed Deus te facit. Si ergo opera Dei es, manum artificis tui expecta, opportunè omnia facientem: opportunè autem, quantū ad te attinet, qui[3] efficeris.] Præſta ei autem cor tuum molle & tractabile, & cuſtodi figuram, qua te figurauit artifex, habens in [temetipſo] humorem, ne induratus amittas veſtigia digitorū eius. Cuſtodiens autem compaginationem, aſcendes ad perfectum: ab artificio enim Dei *abſcondetur, quod eſt in te lutū, fabricabit ſubſtantiam in te, manus eius liniet te ab intus, & à foris auro puro & argento, & in tantum ornabit te, vt & ipſe rex concupiſcat ſpeciem tuā. Si verò ſtatim obduratus reſpuas artem eius, & ingratus exiſtas in eū, quoniam homo factus es, ingratus Deo factus; ſimul & artem eius, & vitā amiſiſti. Facere enim, proprium eſt benignitatis Dei: fieri autem, proprium eſt hominis naturę. Si igitur tradideris ei, quod eſt tuum, id eſt fidem in eum, & ſubiectionē; percipies eius artem, & eris perfectum opus Dei. Si autem non credideris ei, & fugeris manus eius; erit cauſa imperfectionis in te, qui non obediſti, ſed nō in illo, qui vocauit. Ille enim miſit, qui vocarent ad nuptias, qui autem non obedierunt ei, ſemetipſos priuauerūt regia cœna.[4] Non igitur ars deficit Dei, potens eſt enim de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ: ſed] ille, qui non conſequitur eam, ſibimet ſuę imperfectionis eſt cauſa. Nec enim lumen deficit propter eos, qui ſemetipſos excæcauerunt: ſed illo perſeuerante

C — D — *abſconditur, — Pſal. 44. 13. — Matth. 22. 3. Luc 3. 8.

quale &



A quale & eſt, excæcati per ſuam culpam, in caligine conſtituuntur, neque lumen cum magna neceſſitate ſubijciet ſibi quemquam, neque Deus * cogit eum, qui* nolit continere eius artem. Qui igitur abſtiterunt à paterno lumine, & tranſgreſſi ſunt Legem libertatis, per ſuam abſtiterunt culpam, liberi arbitrij, & ſuæ poteſtatis facti. Deus autem omnia præſciens, vtriſq; aptas præparauit habitationes, eis quidem, qui inquirunt lumen incorruptibilitatis, & ad id recurrunt, benignè donans hoc quod concupiſcunt lumen: alijs verò id contemnentibus, & auertentibus ſe ab eo, & id fugientibus, & quaſi ſemetipſos excæcantibus; congruentes lumini aduerſantibus præparauit tenebras, & his qui fugiunt ei eſſe ſubiecti,[5] conuenientem ſubdidit pœnam. Subiectio autem Dei requietio eſt æterna, vt hi qui fugiunt lumen, dignum fugæ ſuæ habeant locum: & qui fugiunt æternam requiem, congruentem fugæ ſuæ habeant habitationem. Cùm autem apud Deum omnia ſint bona, qui ex ſua ſententia fugiunt Deum, ſemetipſos ab omnibus fraudant bonis. Fraudati autem omnibus erga Deum bonis, conſequenter in Dei iuſtum iudicium incident. Qui enim fugiunt requiem, B iuſtè in pœna conuerſabuntur: & qui fugerunt lumen, iuſtè inhabitabunt tenebras. Quemadmodum autem in hoc temporali lumine, qui fugiūt illud, ipſos ſe tenebris mancipant: ita vt ipſi ſibi cauſa fiant, quòd deſtituuntur à lumine, & inhabitant tenebras, & non lumen cauſa eſt [eis] huiuſmodi conuerſationis, quemadmodum prędiximus: ſic æternum Dei qui fugiunt lumen, quod continet in ſe omnia bona, ipſi ſibi cauſa ſunt, vt æternas inhabitēt tenebras, deſtituti omnibus bonis, [ſibimetipſis] cauſa huiuſmodi habitationis facti. Vnus igitur, & idem Deus Pater, qui quidem cōcupiſcentibus eius communicationem, & perſeuerantibus in ſubiectione eius, quæ ſunt apud ſe[6] præparat] bona: principi autem abſceſſionis Diabolo, & qui cum eo abſceſſerunt Angelis, æternum ignem præparans: in quem * mittuntur (inquit Dominus,) illi, qui in ſiniſtra ſeparati ſunt.

*roget *fodit — Liberum arbitrium. — *mittētur — Matt. 25. 14.

### ANNOTATIONES.

1. Agnitionem autem] *Boni & mali diſcrimen in hominis mente permanſit, vt vnum eligat & perſequatur, aliud fugiat & deprecetur: Deo tractabilem ſe cum fide & obedientia ſiſtat, vt ab eo perficiatur. Reſpondetur quoque eis qui in tempus aduentus Chriſti & reparationis humanæ curioſius quàm deceat, inquirunt. Hoc & Auguſtinus diſcutit Tractatu 31. in Ioannem: item lib. 83. quæſtion. quæſt. 43. & Epiſtola 49.*

C

2. Experimento diſcens] *Decem & octo has voces, quæ manifeſtè deſiderabantur, ex veteri codice reſtituimus.*

3. Efficeris] *Ita pro* effeceris, *& mox* temetipſo *pro* ſemetipſo, *auth. vet. cod. reſtituimus.*

4. Non igitur ars deficit Dei] *Quatuordecim quoque dictiones iſtas ex vet. cod. adiecimus.*

5. Conuenientem ſubdidit pœnam] *Vetus codex,* conuenienti ſubdidit pœnæ, *inde iudicarim paulò ſupra legendum,* & eos qui fugiunt, ei, &c. *quamquam nulli (quod ſciam) codices monſtrent.*

6. Præparat] *Ita vet. cod. excuſi* præparata.

## *QVID EST QVOD A PROPHETA DICTVM eſt, Ego Deus zelans, faciens pacem, & condens mala.*

### CAPVT LXXVII.

D ET hoc [eſt] quod à Propheta dictum eſt. Ego Deus zelans, faciens pacem,[1] & condens mala, in eos quidem, qui pœnitentiam agentes conuertuntur ad eum, faciens pacem & amicitiam, & vnitatem componens: ſuper eos verò qui pœnitentiam non agunt, * ſed fugiunt eius lumen, ignem æternum, & exteriores tenebras præparans, quæ quidem ſunt mala his, qui incidunt in ea: ſed bona ex iuſtitia Dei.

Iſaiæ 45. 7. — *refugiunt — Matth. 8. & 22.

### ANNOTATIONES.

1. Et condens mala] *Sole clarius oſtendit Irenæus, hæc Prophetæ verba de afflictionibus, & tormentis, quæ mala pœna in ſcholis appellamus, intelligenda eſſe; non autem de peccati culpæq; defectibus. Horū enim authorem Deum facere, Simonis magi, Marcionis, & Manichæorū blaſphemia eſt, totius orbis conſenſu & authoritate damnata: quā nihilominus noſtræ tempeſtatis Gnoſtici in integrum reſtituere moliuntur. Hieronymus in 3. caput Lamentationū, & 18. Hieremiæ, tropicam dicit eſſe iſtam Prophetæ loquutionem, qua mala dicitur Deus facere, dū aduerſa & flagella merentibus infligit: quæ non natura ipſa mala ſunt, ſed mala patientibus videantur: Irenæo & Hieronymo adſtipulantur ex Latinis Auguſtinus lib. contra Adimantum Manich. cap. 27.*



Contra

*Contra epiſtolam Manich.cap.38.lib.1. contra aduerſarium Legis,cap. 23. Ambroſius Sermon.16.in Pſalm.118. Gregorius lib. 3. Moral. cap. 7. Eucherius Lugdunenſis lib.1.in Geneſ.cap.7.*

*Ex Græcis Dionyſius Areopagita, cap. 4. libri de Diuinis nominibus. Clemens Rom. libr. 5. & 10. Recognitionum. Iuſtinus martyr in Dialogo, & lib.de Monarchia. Baſilius homil. Quòd Deus non ſit author malorum. Cyrillus Alexand.lib.4.in Iſaiam,cap.45. & plerique omnes orthodoxi ſcriptores.*

*In 10.cap. Iſaiæ. In 1. Samuelis, cap 2. & in 2, cap. 16. Lib.1.Inſtit. cap.18. & li. de æterna prædeſt. Lib.contra Sycophantam.*

*Eam ob rem ſatis mirari nequeo Melãchthonis, Oecolampadij, Petri Martyris, Caluini, & Bezæ amentiam, qui huius ſentẽtiæ propheticæ, à ſe præpoſterè intellectæ prætextu, Deum omnium bonorum fontem, non erubuerint facere inſtigatorem, impulſorem, imò operatorem, authoremque adulterij & homicidij Dauidis, fratricidij filiorum Iacob, rapinarum, incendiorum, ac cædium impiorũ, qui in fortunas Iobi graſſati ſunt: Abſalonicæ perduellionis, atque eiuſdem inceſtus, quo patris concubinas polluit: Pharaonicæ obſtinationis & crudelitatis; Herodis, Pilati, Iudæorumque impietatis; Iudæ traditionis; omnium tandem turpitudinum, ſcelerum, & peccatorum, hominum, & diabolorum.*

*Quoniam verò ad hunc locum nobis ea maximè pertinere videntur, quæ ſcripſit Mart. Campanus medicus Burdegalenſis, his de cauſis, noſtris attexuntur. Quicunque Deum authorem mali comminiſcuntur, & credunt, eundem bonum negant: nec id ſolùm, ſed omnino tollunt: ſicque mundum & ab eo prognata, æterna conſtituunt: bona item & mala, paria & æqualia, promiſcuè ponunt ac comprobant. Quæ ſanè falſa ſunt omnia, vana, & à ſpurciſsimis atheis ficta atque inuenta. Deus enim author boni, pariter & mali eſſe non poteſt: propterea quòd hæc duo contraria planè inter ſeſe exiſtant, & ſibi mutuò repugnent: effectorem ſuũ longè diuerſum faciant & agnoſcant. Nam cùm Deus ſit ipſamet bonitas, nullum malitiæ primordium ab eo ducitur. Sed vti Sol tenebras, lucem tenebræ; frigus ignem, ignis frigus; ſiccitas humidum, ſiccitatem humidum; ſanitas morbũ, ſanitatẽ morbus, & id generis alia, ſua poteſtate & vi, neque procreare & emittere ijs quæ ſunt, valent: ad eundem modum etiam Deo neque datur, author vt ſit malorum: quoniam totus natura bonus, aut ſecundùm Euripidem,*

Εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρόν, οὐκ εἰσὶ θεοί,

*Deus nequaquam eſt. Atqui Deum conſtat, proinde neceſſariò bonum: in quem nec minima quidem mali contemplatio cadit, tantùm abeſt, vt eius author & ſuaſor pro explorato & certo ſtatui cenſerique debeat.*

*Homerus Odyſ.1. Cauſam malorum, nequitiæ mortalium adſcribit, & non Deo.*

Αὐτῶν γὰρ, *inquit*, σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο
Νήπιοι,

*ſua nequitia ſtulti profectò perierunt, verba faciens de ſocijs Vlyſſis. Et paulò poſt, Iupiter cœlicolas ea de re in vnum conuocatos alloquitur,*

Ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.

Pape, vti mortales Deos nimirũ incuſant;
A Namq; ferunt mala exoriri à nobis: verùm & ipſi
Sua nequitia præter fatum, dolores angoreſque perpetiuntur.

*Plato perpetuus mentis Homericæ interpres & velut index, demonſtrato paſsim in ſuis Dialogis Deo bonorum omnium authore, nunquam malorum, & hominibus ſemper, in extremo lib. 2. de Republ. poſt multa ſic ait:* κακῶν δὲ αἴτιον φάναι θεόν τινι γίγνεσθαι ἀγαθὸν ὄντα, διαμαχετέον παντὶ τρόπῳ μήτε τινὰ ταῦτα λέγειν ἐν τῇ πόλει, *&c. Cauſam malorum Deum cuipiam eſſe, qui bonus ſit, omni ratione decertandum ac reijciendum eſt: neque pati quemquam hæc pronunciare in ciuitate conuenit.*

*Menander initium malorum & caput hominibus trahi, eo pacto monſtrat cuidam adoleſcentulo:*

B —ὅτι
Ὑπὸ τῆς ἰδίας ἕκαστα κακίας σήπεται
Καὶ πάντα τὰ λυμαινόμενά ἐστιν ἔνδοθεν
Οἷον, ὁ μὲν ἰός, ἂν σκοπῇς, τὸν σίδηρον·
Τὸ δ' ἱμάτιον οἱ σῆτες· ἡ δὲ θρὶψ τὸ ξύλον.
Ὁ δὲ τὸ κάκιστον τῶν κακῶν πάντων φθόνος
Φθισικὸν πεποίηκε, καὶ ποιήσει, καὶ ποιεῖ,
Ψυχῆς πονηρᾶς δυσεβεῖς παραστάσεις.

Quoniã à proprio vitio putreſcunt ſingula,
Et omnia quæ corrumpunt, interna ſunt,
Vt rubigo, ſi animaduertas, ferrum,
Veſtimenta tineæ, & ligna teredo.
Malorum autem peſſimum inuidia
Tabificum reddidit, & reddet, & reddit
Ob impios animi ſcelerati conceptus.

*Mercurius ille Triſmegiſtus, ijs nunc præteritis ex induſtria, quæ diſperſè et ſæpenumerò diſſeruntur de Deo,* C *tandem concludit, perturbationes animorum res procreatas ſubſequi, rubiginem ferrum, limum animata corpora. Ac quemadmodum faber ferrarius rubiginem ferro non introducit, nec generator cœnum & ſordem animatis corporibus: ſic item Deus author malorum hominibus neutiquam eſt. Hanc in ſententiam complura licet excerpere, partim ex Demoſthene in Olynthiac. Philippic. & pro Cherroneſo; partim ex Salluſt. de bello Catil. in orat. Catonis: plerique omnes demùm, qui memoriam ex Deo prodiderunt, idem adſenſerunt: mirandumque ſit, & ſimile monſtro prorſus habeatur, Theologos rediuiuos purioris & ſincerioris fidei, & doctrinæ Chriſtianæ reſtitutores ſcilicet, eò ſtupiditatis, ne dicam inſaniæ, noſtris temporibus perueniſſe, palàm vt docuerint, atque adeò turpiter & nequiter confirmarint, Deũ* D *authorem impulſoremque malorum eſſe: & quod vniuerſam impudentiam & temeritatem exſuperat, libros ea de re publicarint, ſimul verò poſteris tradiderint.*

*Illud ad extremum reſeruatum iam demonſtratis addam, Deũ vti nec actum agere, ſic nec authorem mali, nec id cuiquam inferre poſſe: de cætero autem, ſupplicia & præmia cunctis peræquè certiſsima, & ea quidem iuſtiſsima ſemper expectanda: ſimiliter prout quique promeruerint, ab eodem ſempiternè ſubeunda & accipienda. Hactenus ille, & Chriſtianè.*

*OSTEN-*



A ***OSTENSIO QVONIAM NON ALIVS EST, qui requiem dat Pater, alius autem qui ignem præparauit Deus, [ſed vnus & idem.]***

## CAPVT LXXVIII.

S[1]I autem alius quidem eſſet qui requiem donat Pater, & alius qui ignem præparauit Deus, fuiſſent æquè differentes, & [eis] filij; alius quidem in Patris regnum mittens, alius verò in æternum ignem. Sed quoniam vnus & idem Dominus, ſeparari demonſtrauit in iudicio omne genus humanũ, quemadmodum paſtor ſegregat oues ab hœdis, & alijs quidem [dicet,] Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod paratum eſt vobis: alijs verò, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, quem* parauit Pater meus Diabolo, & Angelis eius: vnus & idem Pater manifeſtiſſimè oſtenditur, faciens pacem, & condens mala, præparans vtriſq; quæ ſunt apta: quemadmodum & vnus iudex vtroſq; in aptum mittens locum, quemadmodũ & in zizaniorum, & [in] tritici parabola, manifeſtauit Dominus, dicens. Quemadmodum colliguntur zizania, & * in ignem mittuntur, ſic erit in conſummatione ſæculi. Mittet Filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos, qui faciũt iniquitatem, & mittent eos in clibanum ignis: illic erit fletus & ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno Patris ipſorum. Qui ergo regnum præparauit iuſtis Pater, in quod aſſumpſit Filius eius dignos, [2] hic & caminũ ignis præparauit, in quem dignos] mittẽt ij, qui à Filio hominis miſſi ſunt Angeli, ſecundùm iuſſum Dei. Hic enim in agro ſuo bonum ſemen ſeminauit. Ager autem (inquit) ſæculum eſt. Cùm autem dormirent homines, venit inimicus, & ſuperſeminauit zizania inter frumentum, & abijt.[3] Ex tunc enim apoſtata eſt Angelus, hic & inimicus, ex quo zelauit plaſma Dei, & inimicum illum Deo facere aggreſſus eſt. Quapropter & Deus eum quidem, qui à ſemetipſo * zizaniam abſconsè ſeminauit, id eſt trãſgreſſionem, quam ipſe intulit, ſeparauit à ſua conuerſatione. Eum autem qui negligenter quidem, ſed malè accepit inobedientiam, hominem miſeratus eſt, & retorſit inimicitiam, per quam inimicum Deo facere voluit, in ipſum inimicitiarum authorem, auferens quidem ſuam, quæ erat aduerſus hominem inimicitiam, retorquens autem illam, & mittens illam in ſerpentem. Quemadmodum & Scriptura ait dixiſſe ſerpenti * Dominum; Et inimicitiam ponam inter te, & mulierem, & inter ſemen tuum, & inter ſemen mulieris. [4] Ipſe tuum calcabit caput, & [tu] obſeruabis calcaneum eius. Et inimicitiã hanc Dominus in ſemetipſum recapitulauit, de muliere factus homo, & calcans eius caput, quemadmodũ in eo qui ante hunc eſt libro, oſtendimus. Quoniam Angelos quoſdam dixit * Diabolos, quibus æternus ignis præparatus eſt. Et rurſus in zizanijs ait. Zizania ſunt filij maligni, neceſſarium eſt dicere, quoniam omnes, qui ſunt abſceſſionis, adſcripſit illi, qui princeps eſt huius tranſgreſſionis: ſed non ille quidem natura, aut Angelos, aut homines fecit. Nihil enim in totum Diabolus inuenitur feciſſe, videlicet cùm & ipſe creatura ſit Dei, quẽadmodum [&] reliqui Angeli. Omnia enim fecit Deus, quemadmodum & Dauid ait de omnibus huiuſmodi. Quoniã ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe præcepit, & creata ſunt.

Margin: Matth.25.41. | * præparauit | B | * igni comburuntur, | Matth.13.30. | Ibid. 41.42. | Matth.13.38. | * zizania | C | * Deum; | Geneſ.3.15. | * Diaboli, | Pſalm.32.9. | Pſalm.148.5.

## ANNOTATIONES.

D

1. Si autem alius] *Euincit ex ſcripturis eundem Deum pœnas infligere reprobis, ac electis præmia tribuere; atque his regnum, vt illis gehennam paraſſe: in le de malorum angelorum lapſu, improbitate, & imbecillitate diſſerit.*

2. Hic & caminum] *Octo has voces ex veteri codice reſtituimus.*

3. Ex tunc enim apoſtata] *Cacodæmonum primùm peccatum inuidiam fuiſſe docet: & eoſdem tum lapſos & reprobatos à Deo, nimirum, quantum ex Scripturis poteſt deprehendi, cùm hominem ſeduxerunt. Prioris partis aſſertores ſecum habet Tertullianum lib. de Patientia. Cyprianum Ser. de Zelo, De bono patientiæ, De tentatione Chriſti. Methodium Serm. de Reſurrectione apud Epiphanium. Prudentium in Hamartigenia. Chryſologum Serm. 48. Poſterioris verò, Iuſtinum martyrem in Dialogo:* Ruina magna, *ait iſte,* Diabolus collapſus eſt, eò quod Euam in Serpente decepiſſet.

*Alij autem permulti, nec ij contemnendi quidem certè authores Græci & Latini tradunt, faſtu quodam & animi elatione lapſos etiam, antequam protoparentes circumueniſſent. Cuius opinionis ſunt Athanaſius lib. de Virginitate, & in Quæſtionibus ſacræ Scripturæ, quæſt.6. Gregor. Nazianz. Orat. 1. de Pace. Chryſoſtomus hom. 15. in Ioannem, & hom. de Adã & Eua. Ambroſius Epiſt. 84. Hieronymus Epiſt. ad Antonium. Auguſtinus tractatu 49. in Ioannem. Leo magnus Serm. 4. de collectis eleemoſynis. Proſper lib.3. de Vita contemplatiua. cap.2. Primaſius & Sedulius in 1. cap. ad Romanos. Fulgentius li.1. ad Monimum. Greg. Ro. in c.2. & 7. primi libri Regum.*

4. Ipſe tuum calcabit caput] *Loci huius Gene-*

*ſeos magis varia lectio; quã ſenſus eſt apud Patres. Chryſoſtomi interpres hom. 17. in Geneſim. Auguſtinus 12. de Gen. cap. 36. & lib. 2. de Geneſi, contra Manichæos, cap. 18. Gregorius Roman. lib. 1. Moralium, cap. 38. Ambroſius li. de Fuga ſeculi, cap. 7. Bernar. hom. 2. de laudibus Virginis Mariæ. & Ser. 2. de verbis Apo. Signum magnum, &c. Eucherius lib. 2. in Geneſ. cap. 29. Beda & Rabanu legunt* Ipſa, *vt de beata Maria quatenus nobis concepit, & peperit Chriſtum, intelligatur. Septuaginta reddiderunt* αὐτός, *id eſt, ipſe, non* αὐτή: *ne* τὸ σπέρμα *neutrius generis referat, ſed* τὸν σπόρον, *quod maſculinũ eſt, & eiuſdem ſignificationis: Chriſtus ſignificetur filius Virginis, qui fortem armatum atrio deiecit, diaboli opera diſſoluit; & Satanæ caput ſub pedibus ſuorum conterit.* A

*Hanc lectionem Irenæus ſequitur, & Cyprianus lib. 2. aduerſus Iudæos, cap. 9. probat in quæſtionibus Heb. Hieronym. imitatur Chryſologus Serm. 173. Hebræi habent* הוא, *relatiuum maſculinum, quod* זרע *æquè maſculini generis nomen refert: quæ Ionatham Chaldæus paraphraſtes, ita expreſſit, Paulo Fagio interprete,* Inimicitiam ponam inter te, & inter mulierem; inter filium quoq; tuum, & inter filium illius: ipſe memor erit iſtius, quod feciſti ei olim, &c. *De hoc etiam ſupra diximus.*

## *QVARE ANGELI, DIABOLI, ET FILII nequitiæ dicti ſunt.*

### CAPVT LXXIX. B

C[1]VM igitur à Deo omnia facta ſint, & Diabolus ſibimetipſi, & reliquis factus eſt abſceſſionis cauſa, iuſtè Scriptura eos q in abſceſſione perſeuerãt, ſemper filios Diaboli, & Angelos dixit maligni. Filius enim, quemadmodum &[2] quidam ante nos dixit, dupliciter intelligitur. Alius quidem ſecundùm naturam, eò quòd natus ſit filius: alius autem ſecundùm id quòd
* factum eſt, reputatur filius,[3] licet ſit differentia inter natum, & factum. Quoniam il- *factus eſt,
le quidem ex eo natus eſt, ille autem ab ipſo factus eſt, ſiue ſecundùm conditionem,
ſiue ſecundùm doctrinæ magiſterium. Qui enim ab aliquo edoctus eſt verbo, filius
docentis dicitur, & ille eius pater. Secundùm igitur naturam, quæ eſt ſecundùm con-
Ioan. 1. 12. ditionem, vt ita dicã, omnes filij Dei ſumus, propter quod à Deo omnes facti ſumus.
Secundùm autem * dictoaudientiam, & doctrinam, non omnes filij Dei ſunt, ſed qui *dicti audientiam,
Matt. 12. 50. Ioan. 8. 44. credunt [ei,] & faciũt eius voluntatem. Qui autem nõ credunt, & nõ faciunt eius vo-
luntatẽ, filij & Angeli, ſunt Diaboli, ſecundùm id quod opera Diaboli faciunt. Quo-
Iſaiæ 1. 4. niam autem ita ſe habet hoc, in Eſaia dixit. Filios genui & exaltaui, ipſi autem me
Pſal. 27. 46. ſpreuerunt. Et iterum quæ dicit filios alienos eos, ita: Filij alieni mentiti ſunt mihi: C
ſecundùm [enim] naturam filij ſunt, propter hoc quòd ab eo facti ſunt: ſecundùm
autem opera, non ſunt filij.

### ANNOTATIONES.

1. Cùm igitur] *Diaboli, & impij omnes, qui eorum nuncij & filij ſunt imitatione, non natura, ſibimetipſis cauſa ſunt diſceſſionis à Deo, ac æternæ perditionis. Cæterùm, vt pij viri ratione officij aliquando in Scripturis Angelorũ nomina ſortiuntur, Iſa. 9. Malac. 2. Mat. 11. ita & impij, filij Belial, & angeli Satanæ rectè nuncupantur.*

2. Quidam ante nos dixit] *Mihi, fateor ingenuè non ſubit quis ſit iſte, cuius verba adducuntur, fortaſsis is eſt, cuius tam ſæpè in ſuperioribus meminit, quem ſibi ignotum ſcripſit Euſebius. Sententiæ porrò illius, non valdè diſsimilem habet beatus Ignatius Epiſt. ad Magneſianos. Nazianzenus in carmine de Virginitate, multis poſt Irenæum ſecalis, idem tradit, his verbis:*

Αὐτὰρ ἐμοὶ τοκέες μὲν ὅσοι καλὸν ἐξεδίδαξαν,
Παῖδες δ᾽ οὓς ἐδίδαξα. *id eſt:*
*Sed mihi patres ſunt, quotquot virtutem me docuerũt: filij autem quos ipſe docui.*

3. Licet ſit differentia inter natum & factũ] *Athanaſius Serm. 3. contra Arrianos, Genitum, ſiue natum eſſe, nõ extraneum quiddã à natura gignentis, qualia ſunt opera, denotare docet, ſed quiddam proprium, quod de ſubſtantia patris emergit: ideoq; Filium Dei natum ſeu genitum à Patre, vbiq; in ſacris literis prædicari. Factum eſſe, ſeu fieri, & creari, illud dici, quod à natura facientis alienum eſt, & eſſendi exordiũ habet, quodque creatis omnibus, & ſolis rebus conuenit: & eam ob rem Scripturas dicere, In principio fecit Deus cælum & terram, non: In principio genuit. Neq;, Manus tuæ genuerunt me: ſed, Manus tuæ fecerunt me, &c.* D

## *[QVI] ILLI, ET OB QVAM CAVSAM PROGEnies viperarum, qui non obediunt Euangelio.*

### CAPVT LXXX.

Q[1]Vemadmodum enim in hominibus indictoaudientes patribus filij abdicati, natura quidem filij eorũ ſunt, lege verò alienati ſunt: nõ enim hæredes fiunt naturalium parentum: eodem modo apud Deum, qui non obediunt ei, abdicati ab eo, deſierũt filij eius eſſe: vnde nec hæreditatem eius percipere poſſunt:
Pſal. 57. 4. 5. quemadmodum Dauid ait. Alienati ſunt peccatores ab vtero,[2] ira [eis] ſecundùm ſi-
militudinem ſerpentis. Et propter hoc [Dominus] quos ſciebat hominum eſſe pro-
Matth. 23. 33. geniem, dixit ſic[3] progeniem viperarum, ſecundùm ſimilitudinem horum anima-
lium, in



A lium, in varietate ambulantes, & lædentes reliquos. Attendite enim (inquit) à fermẽ- Matt. 16. 6.
to Phariſæorum, & Sadducæorũ. Sed & de Herode dicens. Dicite (inquit) vulpi huic: Luc. 13. 32.
nequam aſtutiam eius & dolum ſignificans. Quapropter Dauid Propheta ait. Ho- Pſalm. 48. 8.
mo in honore poſitus, aſſimilatus eſt iumentis. Et iterum Hieremias ait: Equi fu- Ierem. 5. 8.
rentes circa fœminas facti ſunt, vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat. Et
Eſaias in Iudæa præconans, & cum Iſraël diſputans, principes Sodomorum, & popu- Iſaiæ 1. 9. 10.
lum Gomorrhæ dicebat eos.[4] Similes enim Sodomitis tranſgreſſione, & eadem quæ
illi fecerunt peccata, eſſe apud eos ſignificans, propter ſimilem operationem eodem
vocabulo vocans eos; & quia nõ natura eſſent ſic facti à Deo, ſed qui poſſent & iuſtè
agere. Idem dicebat, conſilium eis dans [bonum:] Lauamini, mundi eſtote, auferte Ibidem 16.
*animabus nequitias ab * animis veſtris ante oculos meos, quieſcite ab iniquitatibus veſtris. Sci-
licet quoniam ijdem ipſi cùm tranſgrederentur & peccarẽt, eandem quam Sodomi-
tæ perceperunt obiurgationem. Cùm enim conuerterentur, & pœnitentiam age-
rent, & quieſcerent à malitia, filij poterant eſſe Dei, & hæreditatem cõſequi incorru-
ptelæ, quæ ab eo præſtatur. Secundùm hanc igitur rationẽ, Angelos Diaboli, & filios Matt. 25. 41.
B dixit maligni, qui Diabolo credunt, & ea quæ ſunt eius, agunt. Qui quidem ab initio
omnes ab vno [& eodem] Deo facti ſunt. Verùm quando credunt, & ſubiecti eſſe Deo
*abſceſſerint & trãſgreſſi fuerint, perſeuerant, & doctrinam eius cuſtodiunt, filij ſunt Dei: * cùm autem abſceſſerunt, &
tranſgreſſi fuerunt, Diabolo adſcribũtur principi, [ei] qui primò ſibi, tunc & reliquis
cauſa abſceſſionis factus eſt.

Quoniam autem multi quidem Domini ſermones, vnum autem & eundem om- Concluſio libri.
nes annuntiant Patrem factorem mundi huius, oportebat & nos propter eos, qui in
multis erroribus continentur, per multa confutare, ſi quo modo poſſent per multa
confutari, ad veritatem conuerti, & ſaluari. Neceſſarium eſt autem, conſcriptioni
*inſequẽti, huic * conſequenti, poſt Domini ſermones, ſubiungere Pauli quoq; doctrinam, & ex-
aminare ſententiam eius, & Apoſtolum exponere, & quęcunque ab hæreticis in to-
tum non intelligentibus, quæ à Paulo dicta ſunt, alias acceperunt interpretationes,
explanare, & dementiam inſenſationis eorum oſtẽdere. Et ab eodem Paulo, ex quo
nobis quęſtiones inferunt, manifeſtare illos quidem mendaces, Apoſtolũ verò prędi- Li. 5. ex Paulo hæreſes cõfutabit.
catorem eſſe veritatis, & omnia cõſonantia veritatis præconio docuiſſe, vnum Deũ
C Patrem eum, qui loquutus ſit ad Abraham, qui legiſdationem fecerit, qui Prophetas
præmiſerit, qui nouiſſimis temporibus Filiũ ſuum miſerit, [&] ſalutem ſuo plaſma-
*donat, ti * donans, quod eſt carnis ſubſtantia. Reliquos igitur ſermones Domini, quos qui-
dem non per parabolas, ſed ſimpliciter ipſis dictionibus docuit de Patre, & expoſitio-
nem Epiſtolarum Beati Pauli Apoſtoli, in alio libro diſponentes, integrum tibi opus
exprobrationis & euerſionis falsò cognominatæ agnitionis præſtante Deo,[5] præbe-
bimus,] & nos ipſos, & te ad contradictionem omnium hæreticorum in quinque
exercentes libris.

### ANNOTATIONES.

1. Quemadmodum enim] *Omnes quidem per naturæ conditionem filij Dei ſunt, non autem per gratiam & obedientiam: quandoquidem plurimi etiam cum belluis, feris, & ſerpentibus propter varias prauitates iure comparantur.*

D 2. Ira eis] *Codices excuſi,* eius, *quod expunximus authore vet. cod. Septuaginta* θυμὸς αὐτοῖς, *furor ipſis.*

3. Dixit progeniem viperarum] *Homines propter multiplices cupiditates, quibus à recta ratione tranſuerſi agũtur, belluarum nominibus paſſim deſignari, ſcripſit quoq; Clemens Alexand. in Protreptico, vt volucrum, eos qui ſunt leues: ſerpentum, deceptores: leonum, qui cædes & minas continuò ſpirant: porcorũ, qui in voluptatum cœno volutãtur: & luporum, qui rapaces ſunt. Cæterùm, de viperæ natura & affectibus, multa non iniucunda ſcripſerunt, Plinius lib. 10. ca. 62. Athanaſius quæſt. 56. ad Antiochum. Ambroſius lib. 5. Hexæmeron cap. 7. quibus qui eguerit, inde petat, licet. Videat ſi velit Nicandrum, Galenum, & Dioſcoridem.*

4. Similes enim] *Vet. cod.* ſimilem Sodomitis tranſgreſſionem, & eadem quæ illis fuerũt peccata.

5. Præbebimus] *Ita vetus codex, excuſi* præueniemus.

FINIS LIBRI QVARTI.

# CAPITA LIBRI QVINTI.

PRÆFATIO, continens anacephalæoſin ſuperiorum librorum, & quinti libri hypotheſin.

1 Solus Chriſtus diuina nos docere, ac redimere potuit: idemq́ vt nos repararet, non opinione, ſed reipſa, Spiritus ſancti operatione ex Maria Virgine carnem aſſumpſit; aduerſus Valentini ac Ebionis vanitates.

2 Chriſtus non venit in aliena, cùm ſua nos gratia viſitauit, & carni noſtræ contulit capacem eſſe ſalutis, verùm ſanguinem ſuũ fundendo, veramq́ue carnem ſuã nobis in Euchariſtia exhibendo.

3 In infirmitate carnis humanæ elucet virtus & gloria Dei; qui corpus noſtrum reſurrectionis & immortalitatis particeps efficiet, quum illud ex limo terræ formauerit: ipſiq́ue æuo ſempiterno frui concedet, cui exiguam & communem hanc vitam largitur.

4 Falluntur qui præter mundi fabricatorem, alterum Deum Patrem confingunt; quem infirmum & inutilem, aut malignum & inuidum eſſe neceſſè eſt, ſi corporibus noſtris vitam æternam præſtare vel non poſſit, vel nolit.

5 Priſcorum vita longæua, Heliæ & Enoch cum proprijs corporibus translatio, vnà cum Ionæ, Ananiæ, Azariæ, & Miſaelis è ſummis periculis conſeruatione, euidenter oſtendunt Deum excitare poſſe corpora noſtra ad vitam æternam.

6 Integrum & integrum hominem, corpore & animo conſtantem & coniunctum, ſaluum faciet Deus, cùm eum Verbum aſſumpſerit, & donis Spiritus ſancti ornauerit, cuius corpora noſtra templa ſunt & dicuntur.

7 Quia Chriſtus in carne noſtra reſurrexit, conſequitur nos in eadem reſurrecturos: quum etiam reſurrectio nobis promiſſa ad Spiritus naturaliter immortales referri non debeat, ſed ad corpora ex ſe mortalia.

8 Dona Spiritus ſancti, quæ recipimus, præparant nos ad incorruptelam, redduntq́ue ſpirituales, & à carnalibus diſcernunt; qui mundis & immundis animalibus in lege ſignificantur.

9 Quomodo intelligendus ſit locus Apoſtoli, quo hæretici abutebantur, Caro & ſanguis regnum Dei non poſsidebunt.

10 Superiora probat ſimilitudine ducta ab oleaſtro, cuius qualitas tantùm, non natura, per inſitionem mutatur: oſtendit quoq́ hominem ſine Spiritu, nec fructus edere, nec regnum Dei poſsidere poſſe.

11 De carnalium & ſpiritualium operibus; ablutioneq́ue ſpirituali non ad corporum ſubſtantiam, ſed priſtinæ vitæ conuerſationem referenda.

12 De



12 De differentia mortis & vitæ, afflatus vitæ & ſpiritus viuificantis: & quomodo eadem ſubſtantia carnis, quæ mortua eſt, reuiuiſcet.

13 Maximum ſpecimen reſurrectionis habemus in mortuis à Chriſto ſuſcitatis: cordaq́ue noſtra capacia eſſe vitæ æternæ, eò oſtenduntur quòd nunc Spiritum Dei recipiant.

14 Niſi caro ſaluanda eſſet, carnem eiuſdem ſubſtantiæ cum noſtra Verbum non aſſumpſiſſet: quapropter nec per ipſum eſſemus reconciliati.

15 Teſtimonijs Iſaiæ & Ezechielis probat reſurrectionem: eundemq́ue Deum nos reſuſcitaturum eſſe qui creauit.

16 Cùm in terram corpora noſtra reuertãtur, ſequitur ea inde ſubſtantiam habere: Item Verbi aduentu clarius in nobis imago Dei apparuit.

17 Deus & Dominus, Pater & creator vniuerſorum, vnicus & ſolus eſt, qui nos in Chriſto dilexit, præcepta dedit, & remiſit nobis peccata: cuius Filium & Verbum ſeſe Chriſtus probauit, cùm peccata condonaret.

18 Creaturas vniuerſas, quibus Deus Pater & eius Verbum vtuntur, ſua propria virtute & ſapientia condiderunt; non ex labe aut ignorantia: alias nũquam carnem aſſumpſiſſet Dei Filius, qui omnem à Patre poteſtatem accepit.

19 Cum Eua inobediente & præuaricatrice comparatur B. Virgo Maria, illius aduocata: referunturq́ue variæ & diſsidentes hæreſes.

20 Audiendi ſunt Paſtores, quibus Apoſtoli commiſerunt Eccleſias, vnam & eandem ſalutis doctrinam habẽtes: fugiendi autem hæretici; & in fidei myſterijs ſobriè ſapiendum.

21 Caput omnium, quæ prædicta ſunt, Chriſtus eſt: quem hominem aſſumere, à Patre vniuerſorum creatore mitti, & à Satana tentari oportuit, vt promiſsiones adimpleret, & glorioſam conſummatamq́ victoriam reportaret.

22 Dominus verus & Deus vnus à lege declaratur, & in Euangelia per Chriſtum eius Filium manifeſtatur: quem ſolum adorare, & ab illo omnia bona expectare oportet, non à Satana.

23 Diabolus aſſuetus eſt mendacijs, quibus ſeductus Adam ſextò creationis die peccauit, quo tandem per Chriſtum reparatus fuit.

24 De Diaboli perpetuo mendacio, Poteſtatibus, quibus nos parere oportet, atque quatenus imperijs terrenis, à Deo, non autem à diabolo conſtituantur.

25 Antichriſti fraus, ſuperbia, & tyrannicum regnum, pro vt à Daniele & Paulo deſcripta ſunt.

26 Quia Ioannes & Daniel prædixerunt Imperij Romani diſſolutionem, & deſolationem, quem finem mundi & regnum Chriſti æternum præcedet: refelluntur alium à Demiurgo Patrem confingẽtes Gnoſtici Satanæ organa, quorum

quorum opera Deum nunc apertè blaſphemat.

27 De futuro iudicio per Chriſtum, communione & ſeparatione diuina, atque infidelium pœnis æternis.

28 De piorum & impiorum diſcrimine, apoſtaſia futura ſub Antichriſto, atque mundi conſummatione.

29 Vniuerſa ad vtilitatem hominum facta eſſe: & de Antichriſti dolis, nequitia, vi apoſtatica, à diluuio, & deinceps in Ananiæ, Aſariæ, & Miſaelis perſecutione præfigurata.

30 Certus quidem eſt numerus nominis Antichriſti, ſed de hoc nihil temerè affirmandum, cùm multis nominibus is aptari queat: & cur apertè à Spiritu ſancto explicatum non fuerit nomen, ac de regno morteq́ue illius.

31 Confirmatur reſurrectio corporum noſtrorum morte, reſurrectione & aſcenſione Chriſti: animæ Sanctorum interea tempus illud expectant, vt perfectam conſummatamq́ue gloriam percipiant.

32 In ea carne, qua Sancti multas hîc ærumnas pertulerunt, laborum ſuorum fructus percipiet: maximè cùm id omnis creatura expectet, ac Deus Abrahæ & ſemini eius promittat.

33 Propoſitum confirmat promiſsionibus ijs, quibus Chriſtus ſe de generatione vitis in regno Patris bibiturum eſſe recepit, ſimul & mercedem centuplam, & prandia promiſit: quod & longè antea benedictio Iacob præſignarat, vti Papias, & ſeniores ſunt interpretati.

34 Sententiam ſuam de temporali & terreno Sanctorum regno à reſurrectione, claudit varijs Prophetarum teſtimonijs, & parabola vigilantium ſeruorum, quibus ſe miniſtraturum Dominus pollicetur.

35 Contendit ſuperiora teſtimonia non poſſe per allegoriam de bonis tantùm cæleſtibus intelligi, ſed implenda eſſe poſt aduentum Antichriſti, & reſurrectionē generalem: in terrena Ieruſalem; prioribuſq́ue prophetijs alias ſubiungit.

36 Homines verè ſuſcitabuntur, mundusq́ue non penitus exterminabitur: eruntq́ue in cælis variæ Sanctorum manſiones pro cuiuſque dignitate, & omnia ſubijcientur Deo Patri, ſicq́ue erit omnia in omnibus.



# PRAEFATIO IN LIBRVM QVINTVM DIVI IRENÆI EPISCOPI LVGDVNENSIS, ET MARTYRIS, ADVERSVS HAERESES.

TRADVCTIS diligentiſſimè omnibus hæreticis in quatuor libris, qui ſunt tibi ante hunc à nobis editi, & doctrinis ipſorum manifeſtatis, euerſis quoque his, qui irreligioſas adinuenerunt ſententias, aliquid quidem ex propria vniuſcuiuſque illorum doctrina, quam in ſuis conſcriptis reliquerunt, aliquid autem [1] & ratione vniuerſis oſtenſionibus procedente, & veritate oſtenſa, & manifeſtato præconio Eccleſiæ, quod Prophetæ quidem præconizauerunt, quemadmodum demonſtrauimus, perfecit autem Chriſtus, Apoſtoli verò tradiderunt. A quibus Eccleſia accipiens, per vniuerſum mundum ſola bene cuſtodiens, tradidit filijs ſuis: quæſtionibuſq́ue omnibus ſolutis, quæ ab hæreticis nobis * proponebantur, & Apoſtolorum doctrina explanata, & manifeſtatis pluribus, * quæ à Domino per parabolas, & dicta ſunt, & facta: in hoc libro quinto (qui eſt, De traductione operis vniuerſi, & euerſione falsò cognominatæ agnitionis) & reliquis doctrinis Domini noſtri, & ex Apoſtolicis Epiſtolis conabimur oſtenſiones facere, quemadmodum poſtulaſti à nobis obedientibus tuo præcepto; [2] quoniam & in adminiſtratione ſermonis poſiti ſumus, & omni modo elaboramus ſecundùm noſtram virtutem, plurima tibi quidem in ſubſidium præſtare, aduerſum contradictiones hæreticorum, errantes autem retrahere, & conuertere ad Eccleſiam Dei, neophytorum quoque ſenſum confirmare, vt ſtabilem cuſtodiant fidem, quam bene cuſtoditam, [3] ab Eccleſia acceperunt, vt nullo modo transuertantur ab his, qui malè docere eos, & abducere à veritate conantur. [4] Oportebit autem te, omneſq́ue lecturos hanc ſcripturam, impenſius legere ea, quæ à nobis prędicta ſunt, vt & argumenta ipſa ſcias, aduerſus quæ contradictiones facimus. Sic enim & legitimè eis contradices, & de præparato accipies aduerſus eos contradictiones, illorum quidem ſententias per cæleſtem fidem, velut ſtercora abijciens, ſolum autem, verum, & firmum magiſtrum ſequens, Verbum Dei Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui propter immenſam ſuam dilectionem, factus eſt quod ſumus nos, vti nos perficeret eſſe, quod eſt ipſe.

*Anacephalæoſis ſuperiorum.*

** proponuntur, * quemadmodum*

*Hypotheſis huius libri quinti.*

## ANNOTATIONES.

*Hunc librum quintum ſine vlla ſectione in capita hactenus reliquerunt ij, qui ſuperiores primò diſtribuerunt. Vetus quoque codex noſter, nec ſignata capita habuit, nec ſignandis argumenta ſuppeditauit. Quamobrem viſum eſt, eum quoque inſtar ſuperiorum diuidere in Præfationem, & Capita, hiſq́ue ſingulis ſingulas item ſummas affigere: id quod boni & æqui pij omnes, vti ſpero, conſulent. Apparet profectò præfationem quandam eſſe initium huius libri, quod & ἀνακεφαλαίωσιν continet præcedentium, & ſequentium ὑπόθεσιν.*

1. Et ratione] *Vetus codex* ex ratione, *exiſtimem Irenæum innuere velle, ſe hæreſes iſtas euertiſſe, partim ſcripturis, partim rationibus ab ipſis hæreſibus petitis, quando illas inter ſeſe, & cum veritate prorſus pugnare, in ſuperioribus libris centies oſtendit.*

2. Quoniam & in adminiſtratione.] *Cùm Epiſcopus eſſet Galliarum primarius, & cerneret Gnoſticos graues & pernicioſos lupos ouibus ſuis imminere, officij ſui putauit eſſe, illos erroris ſui admonere & conuincere, antidotumq́ue aduerſus eos alijs ſubminiſtrare: cuius diligentiam & ſedulitatem vtinam imitarentur ſucceſſores.*

3. Ab Eccleſia acceperunt] *Docet fidem niti verbo Dei, quod ſola Eccleſia Catholica cuſtodit, probat, & intelligit; ideoq́ue à Paulo dicitur columna, & firmamentum veritatis. Conſule cap. 4. lib. tertij, & 45. libr. 4.*

4. Oportebit autem] *Vetus codex,* Oportebit & te, & omnes lectores, & cæt.

## *SOLVS CHRISTVS DIVINA NOS DOcere, ac redimere potuit: idemqúe vt nos repararet, non opinione, ſed reipſa, Spiritus ſancti operatione ex Maria Virgine carnem aſſumpſit; aduerſus Valentini & Ebionis vanitates.* A

### CAPVT I.

Joan. 1. 14. 1. Cor. 2. 16. N[1]ON enim aliter nos diſcere poteramus quæ ſunt Dei, niſi magiſter noſter, Verbum exiſtens, homo factus fuiſſet. Neque enim alius poterat enarrare nobis quæ ſunt Patris, niſi proprium ipſius Verbum. Quis enim alius cognouit ſenſum Domini? Aut quis alius eius conſiliarius factus eſt? Neque rurſus nos aliter diſcere poteramus, niſi magiſtrum B
Matth. 7. 12. Iac. 1. 22. [noſtrum] videntes, & per auditum noſtrum vocem eius percipientes; vti imitatores quidem operum, factores autem ſermonum eius facti, communionem habeamus cum ipſo, à perfecto & eo qui eſt ante omnem conditionem, augmentum accipiẽtes, qui nunc nuper facti ſumus à ſolo optimo & bono, & ab eo qui habet donatio-
Marc. 10. 18. 1. Ioan. 3. 2. Epheſ. 1. 5. 1. Pet. 2. Iacob. 1. 18. nem incorruptibilitatis, in eam quę eſt ad eum ſimilitudinẽ, facti. Prædeſtinati quidem vt eſſemus, qui nondum eramus, ſecundùm præſcientiam Patris, facti autem initium facturæ, accipiemus in præcognitis temporibus ſecundùm miniſtrationem Verbi, qui eſt perfectus in * omnibus, quoniam Verbum potens, & homo verus, ſanguine ſuo rationabiliter redimens nos, redemptionem ſemetipſum dedit pro his, qui in captiuitatem ducti ſunt. Et quoniam iniuſtè dominabatur nobis apoſtaſia, & cùm natura eſſemus Dei omnipotentis, alienauit nos cõtra naturam, ſuos proprios faciens diſcipulos, potens in omnibus Dei Verbum, & non deficiens in ſua iuſtitia, iuſtè etiam aduerſus ipſam conuerſus eſt apoſtaſiam, ea, quæ ſunt ſua, redimens ab eo:[2] non cum vi, quemadmodum illa initio dominabatur noſtri, ea quæ non erant ſua inſatiabiliter rapiens; ſed ſecundùm ſuadelam: quemadmodum decebat Deum ſuadentem, & non vim inferentem accipere quæ vellet, vt neque quod eſt iuſtum confringeretur, neque antiqua plaſmatio Dei deperiret. C

*hominibus,

*Theodoretus Dialogo tertio hæc citat.*

Τῷ ἰδίῳ οὖν αἵματι λυτρωσαμένου ἡμᾶς τοῦ κυρίου, καὶ δόντος τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, καὶ τὴν σάρκα τὴν ἑαυτοῦ, ἀντὶ τῶν ἡμετέρων σαρκῶν.

*Interp. Gentiano Herueto.*

Cùm ergo proprio ſanguine nos Chriſtus redemerit, & animam ſuam pro noſtris animis dederit, & carnem ſuam pro noſtris carnibus, & cæt.

Matt. 20. 28. Ioan. 10. 11. & 15. [3] Suo igitur ſanguine redimente nos Domino, & dante animam ſuam pro noſtra anima, & carnem ſuam pro noſtris carnibus, & effundente Spiritum Patris in adunitionem & communionem Dei & hominum, ad homines quidem deponente Deum per Spiritum, ad Deum autem rurſus imponente hominem per ſuam incarnationem, & firmè & verè in aduentu ſuo donante nobis incorruptelam, per communionem quæ eſt ad * Deum; perierunt omnes hæreticorum doctrinæ. [4] Vani enim ſunt qui putatiuè dicunt eum apparuiſſe: non enim putatiuè hæc, ſed in ſubſtantia veritatis fiebant. Si autem cùm homo non eſſet, apparebat homo, neque quod erat verè perſeuerauit Spiritus Dei: quoniam inuiſibilis eſt Spiritus: neque veritas quædam e- D
Ioan. 8. rat in eo: non enim illud erat quod videbatur. Prædiximus autem quoniam [5] Abraham & reliqui Prophetæ, propheticè videbant eum, id quod futurum erat per viſionem prophetantes. Si igitur & nunc talis apparuit, non exiſtens quod videbatur, quædam prophetica viſio facta eſt hominibus, & oportet alium expectare aduentum eius, in quo talis erit, qualis nunc viſus eſt propheticè. Oſtendimus autem quoniam idem eſt, putatiuè dicere eum viſum, & nihil ex Maria accepiſſe. Neque enim eſſet verè ſanguinem & carnem habens, per quam nos redemit, niſi antiquam plaſmationem Adæ in ſemetipſum recapitulaſſet. Vani igitur qui à Valentino ſunt, hoc dogmatizantes, vti excludant ſalutem carnis, & reprobent plaſmationem Dei.

*cum.

Theodo-



A

*Theodoretus Dialogo 2. hæc citat.*

Οὐ γὰρ δοκήσει ταῦτα, ἀλλ' ἐν ὑποστάσει ἀληθείας ἐγίνετο, εἰ δὲ μὴ ὢν ἄνθρωπος ἐφαίνετο ἄνθρωπος, οὔτε ὃ ἦν ἐπ' ἀληθείας ἔμεινε πνεῦμα Θεοῦ, ἐπεὶ ἀόρατον τὸ πνεῦμα, οὔτε ἀλήθεια τις ἦν ἐν αὐτῷ. Οὐ γὰρ ἦν ἐκεῖνα ἅπερ ἐφαίνετο. Προείπομεν δὲ ὅτι Ἀβραὰμ, καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται, προφητικῶς αὐτὸν ἔβλεπον, τὸ μέλλον ἔσεσθαι δι' ὄψεως προφητεύοντες. Εἰ οὖν καὶ νῦν τοιοῦτος ἐφάνη μὴ ὢν ὅπερ ἐφαίνετο, προφητική τις ὀπτασία γέγονε τοῖς ἀνθρώποις, καὶ δεῖ καὶ ἄλλην ἐκδέχεσθαι παρουσίαν αὐτοῦ, ἐν ᾗ τοιοῦτος ἔσται, οἷος νῦν ὁρᾶται προφητικῶς. Ἀπεδείξαμεν δὲ, ὅτι τὸ αὐτό ἐστι δοκήσει· Λέγειν πεφηνέναι, καὶ οὐδὲν ἐκ τῆς Μαρίας εἰληφέναι. Οὐδὲ γὰρ ἦν ἀληθῶς σάρκα καὶ αἷμα ἐσχηκὼς, δι' ὧν ἡμᾶς ἐξηγοράσατο, εἰ μὴ τὴν ἀρχαίαν πλάσιν τοῦ Ἀδὰμ εἰς ἑαυτὸν ἀνακεφαλαιώσατο. Μάταιοι οὖν οἱ ἀπὸ Βαλεντίνου τοῦτο δογματίζοντες, ἵνα ἐκβάλωσι τὴν ζωὴν τῆς σαρκός.

B

*Interprete Iacobo Billio.*

Non enim hæc opinione duntaxat, ſed reuera contingebant. Alioqui, ſi hominis tantùm ſpeciem prębebat, cùm homo non eſſet, ſanè neq; id quod verè erat, hoc eſt, Dei Spiritus, remanebat: (Neq; enim Spirit⁹ oculis cerni poteſt) neq; veritas vlla in eo erat: quandoquidem id non erat, quod cernebatur. Eſt aút ſuperius à nobis dictum, Abrahamũ, reliquoſq; Prophetas, per prophetiam eum conſpexiſſe, nimirũ id quod futurum erat per viſum pręd icentes. Quocirca ſi nunc quoq; talis apparuit, cũ non eſſet quod apparebat, profectò viſum quoddam propheticum hominibus contigit, atq; alius ipſius aduentus expectandus eſt, in quo talis exiſtet, qualis nũc prophetico modo cernitur. Demonſtrauimus porrò nihil referre, opinione quiſpiã eum apparuiſſe dicat, an ex Maria nihil ſumpſiſſe. Neq; enim carnẽ ac ſanguinem, quibus nos redemit, verè habuiſſet, niſi veterem Adami fictionem in ſeſe inſtauraſſet. Proinde vani ac ſtulti ſunt Valentiniani, qui hoc tradunt, vt carnis vitam exturbẽt.

Vani autem & Ebionæi, vnitionem Dei & hominis per fidem non recipientes in ſuã animam; ſed in veteri generationis perſeuerantes fermento, neque intelligere volentes quoniam Spiritus ſanctus aduenit in Mariam, & virtus Altiſſimi obumbrauit eã: Luc. 1. 35.
quapropter & quod generatum eſt, ſanctum eſt, & filius Altiſſimi Dei Patris omniũ: [6] qui operatus eſt incarnationem eius, & nouam oſtendit generationem: vti quemadmodum per priorem generationem mortem hæreditauimus, ſic per generatio- Matth. 1. 20.
C nem hanc, hæreditaremus vitam. Reprobãt itaque hi commixtionem vini cæleſtis, & ſola aqua ſæcularis volunt eſſe, non recipientes Deum ad commixtionem ſuam:
*perſeuerantes * perſeuerant autem in eo qui victus eſt Adam, & proiectus eſt de paradiſo, non con- Gen. 3. 23.
templantes quoniam quemadmodum ab initio plaſmationis noſtræ in Adam, ea Gen. 2. 7.
quæ fuit à Deo [7] inſpiratio vitæ, vnita plaſmati animauit hominẽ, & animal *rationa
*rationale bile oſtendit: ſic in fine Verbũ Patris & Spiritus Dei, adunitus antiquę ſubſtantię plaſmationis Adæ, viuentem & perfectum [8] effecit] hominem, capientem perfectum Pa- 1. Cor. 15. 21.
trem, vt quemadmodum in animali omnes mortui ſumus, ſic in ſpiritali omnes vi- & 22.
uificemur: non enim effugit aliquando Adam manus Dei, ad quas Pater loquens, di- Rom 5. 15. Gen. 1. 26.
cit. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et propter hoc in Ioan. 1. 13.
fine non ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, ſed ex placito Patris manus eius viuum perfecerunt hominem, vti fiat Adam ſecundùm imaginem & ſimilitudinem Dei.

D

### ANNOTATIONES.

1. Non enim aliter] *Apparet hîc nouum argumentum tractari, quæ cauſa fuit, vt inde Caput primũ inciperemus, etiam repugnante rationis particula,* enim. *Certũ eſt autem authorem ſuperiores libros ſuos nequaquam partiuiſſe: itaque eandem mihi veniam hîc dari poſtulo, quæ ſuperioribus conceſſa eſt; qui dum primi ſaxum hoc voluerent, forſitan oneri ſuccubuerunt.*

2. Nõ cum vi] *His lucem adferent Auguſtini, & Leonis verba, illius 13. de Trinitat. ca. 13.* Placuit Deo propter eruendum hominem de Diaboli poteſtate, non potentia, ſed iuſtitia Diabolus vinceretur: atque ita & homines imitantes Chriſtum, Iuſtitia quærerent Diabolum vincere, non potentia. *Hic Serm. de Natiuit. Magna æquitate Dominum noſtrum cum ſæuiſſimo hoſte noſtro concertaſſe ſcribit, quòd non in ſua maieſtate, ſed in noſtra humilitate congreſſus ſit.*

3. Suo igitur ſanguine] *Theodoretus Dialogo 3. hanc ſententiam tranſcribit, vſque ad illud.* Et effundente Spiritum, *&c. Docens Chriſtum iuxta Deitatem impatibilem & immutabilem perpetuò manſiſſe.*

4. Vani enim ſunt] *Hunc quoque locum vſque ad id,* Et reprobent plaſmationem Dei] *Idem Theodoretus habet Dialogo 2. quo docet Chriſtum ſine vlla naturarũ confuſione Deum ſimul & hominem eſſe.*

5. Abraham & reliqui Prophetæ] *His omnino ſimilia ſunt, quæ habet Euſebius li. 1. demonſt. Euang. cap. 5. Dei enim Verbum, quem Chriſtum appellare conſueuimus, Abrahæ, Iacobo, Iobo & alijs Patriarchis, non minus cognitum fuiſſe quàm nobis, ſacrarum literarum teſtimonijs contendit: eoſdemqúe vitam ac mores ſuos compoſuiſſe ad eius pietatis normam, quam Chriſtus per omnes gentes poſtea diſſeminauit; & ob id Chriſti appellationem illos nobiſcum communem habere, iuxta id quod de illis in Pſalmo dicitur:* Nolite tangere Chriſtos meos. *Subſcribit ei Origenes hom. 5. & 8. in Gen. omneſqúe, ferè priſci ſcriptores Eccleſiaſtici, vt in ſuperiori-*

*rioribus ſæpe indicauimus.*

6. Qui operatus eſt incarnationem eius] *Docet ſolum quidem Filium Dei incarnatum eſſe: ſed hanc incarnationem effectam etiam à Patre & Spiritu: quod & Auguſtinus apertioribus verbis iſtis exprimit:* Natus eſt ex Virgine non niſi Filius: & vox de nube, Tu es Filius meus dilectus, ad ſolius perſonam pertinet Patris: & in ſpecie corporali columbæ ſolus apparuit Spiritus ſanctus: tamen & illam carnem ſolius Filij, & illam vocem ſolius Patris, & illam ſpeciem ſolius Spiritus ſancti, vniuerſa Trinitas operata eſt. *Libro de Trinitate & vnitate Dei, cap. 9. Et idem rurſum alibi:* Filius quidem, non Pater, natus eſt de Maria virgine: ſed ipſam natiuitatem Filij, & Pater & Filius operatus eſt *Ser. 63. de verbis Dom. & lib. 50. homiliarum, hom. 32. & 43.* A

7. Inſpiratio vitæ] *Vetus cod.* aſpiratio, *ſic enim vocat animam rationalem, quam Deus in faciem corporis humani ſpirando creauit & infudit.*

8. Effecit hominem] *Expunximus* efficit *vet. cod. auth.*

## *CHRISTVS NON VENIT IN ALIENA, CVM ſua nos gratia viſitauit, & carni noſtræ contulit capacem eſſe ſalutis, verùm pro nobis ſanguinem fundendo, veramque carnem ſuam nobis in Euchariſtia exhibendo.* B

### CAPVT II.

[1] VAni autem & qui in aliena dicunt Deum veniſſe, velut aliena concupiſcentem, vti eum hominem qui ab altero factus eſſet, exhiberet ei Deo, qui neque feciſſet neque condidiſſet, ſed & qui deſolatus eſſet ab initio à propria hominum fabricatione. Non ergo iuſtus aduentus eius, qui ſecundùm eos aduenit in aliena; neque verè redemit nos ſanguine ſuo, ſi non verè homo factus* eſt reſtaurans ſuo plaſmati, quod dictum eſt, In principio factum eſſe hominem ſecundùm imaginem & ſimilitudinem Dei, non aliena in dolo diripiens, ſed ſua propria iuſtè & benignè aſſumens. Quantum attinet quidem ad apoſtaſiam, iuſtè ſuo ſanguine redimens nos ab ea: quantum autem ad nos, qui redempti ſumus, benignè. [2] Nihil enim illi antè dedimus, neque deſiderat aliquid à nobis, quaſi indigens: Nos autem indigemus eius, quæ eſt ad eum communionis. Et propterea benignè effudit ſemetipſum vt nos colligeret [3] in ſinum] Patris. Vani autem omnimodo, qui vniuerſam diſpoſitionem Dei contemnunt, & carnis ſalutẽ negant, & regenerationem eius ſpernunt, [4] dicentes non eam capacem eſſe incorruptibilitatis. [5] Sic autem ſecundùm hæc videlicet, nec Dominus ſanguine ſuo redemit nos, neque calix Euchariſtiæ communicatio ſanguinis eius [eſt,] neque panis quem frangimus, communicatio corporis eius eſt. [6] Sanguis enim non eſt, niſi à venis & carnibus, & à reliqua quæ eſt ſecundùm hominem ſubſtantia, [7] qua verè factum verbum Dei, ſanguine ſuo redemit nos. Quemadmodum & Apoſtolus eius ait. In quo habemus redemptionem, per ſanguinem eius, & remiſſionem peccatorum. [8] Et quoniam membra eius ſumus, & per creaturam nutrimur: creaturam autem ipſe nobis præſtat, ſolem ſuum oriri faciens, & pluens quemadmodum vult: eum calicem qui eſt creatura, ſuum [9] ſanguinem qui effuſus eſt, ex quo auget noſtrum ſanguinem: & eum panem qui eſt à creatura, ſuum] corpus confirmauit, ex quo noſtra auget corpora. [10] Quando ergo & mixtus calix, & [11] fractus panis percipit verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti, [12] ex quibus augetur & conſiſtit carnis noſtræ ſubſtantia; [13] quomodo carnem negant capacem eſſẽ donationis Dei, qui eſt vita æterna, quæ ſanguine & [14] corpore Chriſti nutritur, & membrum eius? [15] Quemadmodum & [beatus] Apoſtolus ait, in ea quæ eſt ad Epheſios epiſtola: Quoniam membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius: non de ſpirituali aliquo, & inuiſibili homine dicens hæc: (ſpiritus enim neque oſſa, neque carnes habet) ſed de ea diſpoſitione, quæ eſt ſecundùm [verum] hominem, quæ ex carnibus, & neruis, & oſſibus conſiſtit, quæ de calice, qui eſt ſanguis eius, nutritur; & de pane, qui eſt corpus eius, augetur. [16] Et quemadmodum lignum vitis [17] depoſitum in terra, ſuo fructificat tempore, & granum tritici decidens in terram, & diſſolutum, multiplex ſurgit, per Spiritum Dei, qui continet omnia, quę deinde per ſapientiam in vſum* hominibus veniunt, & [18] percipientia verbũ Dei, Euchariſtia fiant, quod eſt corpus &] ſanguis Chriſti: ſic & noſtra corpora ex ea nutrita & repoſita in terram, & reſoluta in ea, reſurgent in ſuo tempore, Verbo Dei reſurrectionem eis donante, in gloriam Dei Patris. Qui huic mortali immortalitatem circundat,

Margin notes: Gen. 1. 8. — *eſſet — C — 1. Cor. 10. 16. — Coloſ. 1. 14. — 1. Cor. 6. 15. — Matt. 5. 45. — 1. Cor. 10. 16. — D — Epheſ. 5. 30. — Luc. 24. — *hominis — Ioan. 11. 25. & 26. — 1. Cor. 15. 53.



A cundat, & corruptili incorruptelam gratuitò donat: quoniam virtus in infirmitate perficitur: vt non quaſi ex nobiſipſis habentes vitam, inflemur aliquando & extollamur aduerſus Deum, ingratam mentem accipientes; experimento autem diſcentes, quoniam ex illius magnitudine, & non ex noſtra natura, habemus in æternum perſeuerantiam: neque ab ea quæ eſt circa Deum gloria, ſicuti eſt, fruſtremur aliquando; neque noſtram naturam ignoremus: ſed vt ſciamus, & quid Deus poteſt, & quid homo beneficij* accipit, & non erremus aliquando à vera comprehenſione eorum quæ ſunt, & quemadmodum ſunt, id eſt Dei & hominis. Et nunquid fortè (quemadmodum prædiximus) propter hoc paſſus eſt Deus fieri in nobis reſolutionem, vt per omnia eruditi, in omnibus ſimus* diligentes, neque Deum, neque noſmetipſos ignorantes?

Margin notes: 2. Cor. 12. 9. — *accepit. — *diligenter.

### ANNOTATIONES.

1. Vani autem & qui in aliena] *Marcionitæ hunc mundum ab alio Deo, quàm à Patre Domini noſtri Ieſu Chriſti factum dicebant: Valentiniani à Demiurgo: Alij verò Gnoſtici ab Angelis: proindéque Dominum noſtrum non in ſua, ſed in aliena veniſſe. Hæc copioſius lib. 3. cap. 11.* B

2. Nihil enim ante dedimus] *Vult nullis præcedentibus hominum meritis, ſed ſola gratuita Dei miſericordia effectum eſſe, vt Filius Dei homo factus, corpus in ara crucis obtulerit, & ſanguinem fuderit, pro expiatione peccatorum totius mundi. Idem apertè Paulus:* Quum adhuc inimici eſſemus, *ait*, reconciliati ſumus Deo per Chriſtum. *Et alibi, negat idẽ ex operibus Iuſtitiæ quæ fecimus nos, tantum beneficium contigiſſe. Zacharias quoque viſceribus diuinæ miſericordiæ imputat, quod nos viſitarit Oriens ex alto. Acutè & diffusè hæc pertractat Auguſtinus lib. 13. de Trinitate cap. 16. & 19. & in Enchiridio cap. 36.* C

3. In ſinum] *Ita vetus codex: excuſi* in ſinu.

4. Dicentes nõ eam capacem eſſe incorruptibilitatis] *Variæ pridem ſectæ in huius opinionis cœno volutatæ ſunt: nam inter Iudæos Sadducæi negarunt carnis Reſurrectionem. Illam iam factam fuiſſe, nec vltra expectandam, dixerunt Hymenæus & Philetus. Simoni mago, Valentino, Apelli, Cerdoni, Caianis, Seuerianis, Archonticis, & Proclianitis, hunc errorem Auguſtinus impingit: ſicuti Baſilidi, Marcioni, & Ophitis Tertull. Conſentit ei de Marcione Irenæus li. 1. ca. 24. Si quem autem delectat præter hos Irenæi locos euidentiſſimis ſcripturis probatam legere fidem noſtram de Reſurrectione, Tertulliani conſulat librum de Reſur. Athenagoram li. de Reſurrectione, Ambroſium lib. de fide Reſurrectionis.* D

5. Sic autem ſecundùm hæc videlicet] *Vet. cod.* Si autem non ſaluetur hæc &c. *Quia totum hunc Irenæi locum ab Oecolampadianis corruptionibus vindicat, & dilucidè explicat doctus & ſanctus vir Epiſcopus Roffenſis li. 4. de Euchariſtia ca. 23. 24. 25. verba illius ſingulis ſententijs addere commodum eſt.* Eos inceſſit Irenæus, *inquit ille*, qui reſurrectionem futuram non credunt, quandoquidem ſciunt & Chriſtum ſuo ſanguine nos redemiſſe, & eundem ſanguinem in Euchariſtia nobis communicaſſe, pariter & ſuum ipſius corpus: ex quibus apertiſſimum eſt nos aliquando reſurrecturos, quemadmodum & ipſe reſurrexit. *Et aliquantò poſt:* Qui negant ſalutem carnis, hoc eſt reſurrectionem carnis ad futuram incorruptibilitatem, & hi regenerationem eiuſdem ſpernunt, vniuerſam diſpoſitionem Dei contemnunt. Et vani ſunt omni modo: quoniam ita nec Dominus ſanguine ſuo redemit, neque calix Euchariſtiæ communicatio ſanguinis eius eſt, neque panis quem frangimus communicatio corporis eius eſt. Quare cùm verus ſit ſanguis, quem pro nobis effundit, nos eodem vero ſanguine, veraque carne ſua paſcat; conſequitur, vt qui ſic redempti ſumus, regenitique & paſti, verè tandem ſimus ad immortalitatem reſurrecturi. Hanc collectionem iſtis verbis facit Irenæus.

6. Sanguis enim] *Roffenſis.* Docet non eſſe figuratum ſanguinem, ſed verum, qualis in ipſis venis (quæ & vaſa ſanguinis dicuntur) continetur.

7. Qua verè factum Verbum Dei] *Vetus cod.* qua verè factum eſt Verbum Dei.

8. Et quoniam membra ſumus] *Roffenſis.* Diligentius attende quæ dicat Irenæus. Quoniam, inquit, eius membra ſumus, idcirco noluit ſanguinis ſui eſſe expertia: ſed ſicut Solem & pluuiam nobis impertit, ita verum ipſius ſanguinem in calice, & verum corpus in ſpecie panis ſe dediſſe teſtatus eſt.

9. Suum ſanguinem qui effuſus eſt] *Decem & ſeptem has voces, quas hactenus deſiderauerant omnes excuſi codices, ex veteri reſtituimus. Quia verò hîc nihil omnino de ſigno, figura, metonymiáue carnis & ſanguinis meminit Irenæus: idcirco cuiuis perſpicuũ eſt, nullum tropum, nullam metonymiam in his illum agnoſcere.*

*Cæterùm, piè ſanctéque dicit ſanguinem noſtrum ex Chriſti ſanguine, & corpora noſtra ex corpore Chriſti ad augeri, quoniã eius reali perceptione & cõmunicatione non ſolùm è ſepulcris pulueribuſque ſuſcitabuntur: ſed & præſtantiſſimis immortalitatis, agilitatis, claritatis, ſubtilitatiſque dotibus augebuntur: immortaliſque gloriæ tantam acceſſionem capient, vt in vitam planè cæleſtem & ſempiternam cum Chriſto capite ſuo ſubleuentur.* Oportet enim, *ait Apoſtolus*, mortale hoc induere immortalitatem, & corruptibile hoc induere incorruptibilitatem. *Et iterùm:* Chriſtus reformabit corpus mortalitatis noſtrę, configuratum corpori claritatis ſuæ. *Quid ita? Reſpondet idem Chriſtus:* Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Qui manducat hunc panẽ, viuet in æternum. Qui manducat me, viuet propter me. *Alium teſtem exoptas? En Auguſtinum ad ſuos & poſteros teſtificantem,* Eos à quibus hic cibus ſumitur, immortales & incorruptibiles facit in

Margin notes: 1. Cor. 15. 53. — Philip. 3. 21. — Ioan. 6. — Tractat. 26. in Ioan.

 ſocieta-

ſocietate ſanctorum, vbi pax erit, & vnitas A plena atque perfecta.

*Ex his inſuper obſeruandum relinquit Irenæus, illos malè ſemper de vera corporũ noſtrorum reſurrectione ſenſuros & credituros, qui veram viuificatricis carnis Chriſti in Euchariſtia præſentiam & participationem abnegabunt & oppugnabunt: quod iam Farellus Geneuanæ apoſtaſiæ primus autor, & Caluini in illa cathedra peſtilentiæ anteceſſor plus ſatis oſtendit, eandem Reſurrectionem impoſſibilem eſſe, cum ethnicis, Simonianis & Marcionitis clamitans. Hoc enim Caluinus indicat, quando ad illum ita ſcribit:* Quod res tibi incredibilis videtur, huius carnis Reſurrectio, nihil mirum. &c. *Ecce, quàm ſemper in peius mali homines proficiunt, & cæt. De his quoque ſcripſimus in caput 34. libri quarti, nota 22.*

10. Quando ergo & mixtus calix] *Roffen. ita Oecolampadium conuenit:* Finge, ſi potes, quibus B verbis Irenæus potuit rem pro nobis aperuiſſe dilucidius. Quando, inquit, mixtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei, fit Euchariſtia corporis & ſanguinis Chriſti: hoc eſt, prolatis ſuper pane & vino Chriſti verbis, protinus fit ex eis corpus & ſanguis Chriſti.

11. Fractus panis] *Ita legunt Roffenſis & Oecolampadius lib. 4. de Euchariſtia cap. 23. quos ſecuti ſunt codices Lauſanæ & Baſileæ 1571. excuſi, apud Epiſcopios: alij omnes* factus panis, *quibus cõſentit noſter ve. co. Cæterùm, conſecrationis verba, quæ ſuper panem & calicem mixtum proferuntur, penitus neceſſaria eſſe ad Euchariſtiæ perfectionem iſtis verbis agnoſcit Irenæus: indeque ſequitur; Gnoſticis poſterioribus nullum omnino eius ſacramenti vſum exiſtere; quandoquidem ſolius prædicationis verbum, conſecrationis contrà nunquam admittant. De his copioſius diſſeruimus in 34. cap. lib. 4.* C

12. Ex quibus augetur] *Roffenſis.* Porrò, quod dicit ex his augeri corpora noſtra, iſtuc opinor ſpectat, vt ſicut tritici ranum poſt mortificationem eius auctius, & multiplcius ex terra ſurgit, ita & corpora noſtra, poſtea quàm ad exinanitionem cinerum per mortem redacta ſunt, virtute tamen carnis ipſius viuificatricis, qua paſti ſumus, & vnum effecti cum illo capitali grano, tandem ad cumulatiorem reſurgemus gloriam.

13. Quomodo carnem negant] *Tam conſtãs & grauis interrogatio plus maieſtatis & ponderis habere videtur, quàm ſi abſoluta & ſimplici affirmatione* D *vſus eſſet. Docet autem carnem noſtram ideo capacem eſſe vitæ cæleſtis ac æternæ, quod reuera corpore & ſanguine Chriſti foueatur. Ergo Euchariſtiæ perceptione, non tantùm animi cogitatione, aut fidei illa de cælo apprehendentis ore, quemadmodum cõminiſcuntur Caluiniani; ſed reipſa, & corporis ore ſubſtantialiter præſentia ſuſcipiuntur & comeduntur, iuxta Chriſti præcepta:* Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, *&c.* Accipite & comedite, Hoc eſt corpus meum. *Hoc ipſum quoque docet Tertull. ſcribens:* Caro noſtra corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt & anima de Deo ſaginetur. *Hinc Chryſoſtomus exclamat:* O miraculum! O Deo benignitatem! Qui cum Patre ſurſum ſedet, in illo temporis articulo omnium manibus pertractatur. *Et rurſum:* Hîc plenus exiſtens, & illic plenus: vnum corpus, *&c. Hom. 17. in epiſt. ad Heb*

*Li. de reſur. carnis cap. 8. Lib. 3. de ſacerdotio.*

A *Et Baſilius magnus in Liturgia:* Qui ſurſum Patri conſides, & hîc nobis inuiſibiliter coexiſtis. *Niſſenus denique Oratione de Paſchate:* Innumerabilibus locis conſecratur, & tamen vnum corpus eſt. *Videatur idem orat. catech. cap. 37. & Cyrillus Ieroſolymitanus Catecheſi 4. myſtagogica, &c. Ex his aũt conſtat et eandem Chriſti carnẽ in Euchariſtia reipſa præſentẽ adeſſe, tametſi in plurimis locis conficiatur & diſtribuatur; & corporis ore verè percipi & ſumi; & huius participatione ius & arrham reſurrectionis, adeoque ipſam immortalitatem ex ipſa, & per ipſam corpora noſtra verè ſumere. Hinc pius doctusq; Roffenſis:* Nos iam diſquirimus an verè corpus & ſanguis Chriſti ſint in Euchariſtia, quemadmodum omnes Orthodoxi ſentiunt; an figuratè ſolũ, vt hæretica impietas arbitratur. Quod ſequitur in Irenæo, noſtram ſententiam aper- B tiſſimè comprobat. Quomodo, inquit, hæretici negant carnem eſſe capacem donationis Dei, hoc eſt æternę vitæ, quandoquidẽ Chriſti corpore ſanguineque nutritur, & fit ipſius membrũ? Quid precor dilucidius pro nobis dici queat?

14. Corpore Chriſti nutritur.] *Abſurdam eſſe hanc Irenæi locutionem garrienti Oecolampadio, ita occurrit Roffenſis lib. 4. cap. 20.* Alere multa dici poſſunt, quæ minimè tamen in carnem vertũtur, quam fouent. Aurum enim & Margaritæ gemmæque pretioſæ cùm in medicaminibus teruntur, multam aſſeruntur à medicis virtutem & fomentum præbere corpori, nec tamẽ ipſa vertuntur in ſubſtantiam corporis. Et pari modo, quid prohibet viuificatricẽ Chriſti carnem, illis à quibus piè ſumitur potentiſ- C ſima quadam & ineffabili ſua virtute præſtare fomentum, & modo quodam alere?

15. Quemadmodum & beatus Apoſtolus ait] *Roffenſis: Confirmat ſententiam ſuã Irenæus verbis Apoſtoli. Non hic diſputo quàm rectè ſenſum attingat Apoſtolicum: ſed hoc interim affirmo, neminem apertius docere corpus & ſanguinem Chriſti contineri in Euchariſtia, quàm hîc faciat Irenæus; vſq; adeò vt fateatur etiã nos qui Chriſti carne veſcimur, & bibimus eius ſanguinem, non hominis alicuius imaginarij & ſpiritualis carnem edere, ſanguinemq; bibere: ſed eius, qui verè naturã habet hominis carnibus neruiſque conſtantis, propterea non imaginario ſanguine, neque carne imaginaria, ſed vero ſanguine veráque carne Chriſti nos aſſerit nutriri.*

D 16. Et quemadmodum lignum vitis] *Roffẽſis.* Carnem Chriſti tantas vires noſtræ carni præbere, vt poſtquam hæc incinerata fuerit, tandem reuiuiſcat, hoc exemplo apertiſſimè demonſtrat. Ecce lignum vitis, tametſi mortuum videatur, depoſitum nihilominus in terra, ſuo tempore fructificat. Similiter & granũ tritici quamquã ſeminatum in terra mox corrumpitur, tamen poſtea cum ampliori fœnore reſurgit: & hæc per naturam fieri conſpicimus. Quid ergo mirum ſi corpora noſtra carne & ſanguine Chriſti nutrita, poſtquam redacta ſunt in cineres; per huius tamen eſcæ vires & efficatiam, operante ſpiritu, verboq; Dei reſurgant ad immortalitatis gloriam? *De reliquis doctiſſimis & pulcherrimis huius authoris verbis ſuperſedeo: quæ quiſquis accuratè expenderit, piéque vixerit, mirabor, ſi ſibi non perſuadeat meram*

*& pu-*



A *& puram corporis & ſanguinis veritatem in Euchariſtia.*

17. Depoſitum in terra] *Vetus codex,* diſpoſitum in terram: *nihil muto, quod ſenſus idem ſit.*

18. Et percipientia verbum Dei] *Nouem has voces, quas manifeſtè deſiderabant omnes excuſi codices, ex veteri reſtituimus.*

## *IN INFIRMITATE CARNIS HVMANÆ elucet virtus & gloria Dei: qui corpus noſtrum reſurrectionis & immortalitatis particeps efficiet, quum illud ex limo terræ formauerit; ipſique æuo ſempiterno frui concedet, cui exiguam & communem hanc vitam largitur.*

B

### CAPVT III.

MAnifeſtiſſimè autem Apoſtolus oſtendit, quoniam traditus eſt ſuæ infirmitati homo, ne elatus aliquãdo excideret à veritate, in ſecunda quæ eſt ad Corinthios dicẽs. Et vt ſublimitate reuelationum non ſuperextollat, *2. Cor. 12. 7. & 9.* datus eſt mihi ſtimulus carnis, angelus Satanæ, vti me colaphizet. Et ſup hoc ter Dominum rogaui, vt abſiſtat à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter * enim gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Quid ergo? (dicet enim aliquis) Voluit ergo Dominus Apoſtolum ſuum ſic colaphizari, & talem ſuſtinere infirmitatem? Etiam dicit verbum. Virtus enim in infirmitate perficitur, meliorem efficiens hunc, qui per ſuam infirmitatem cognoſcit virtutem Dei. Quemadmodum enim didiciſſet homo quoniam ipſe quidem infirmus, & natura mortalis; Deus autem immortalis & potens; niſi id quod eſt in vtroque didiciſſet experimento? Suam enim infirmitatem dicere C per ſuſtinentiam, nihil eſt malum: magis autem & bonum eſt nõ * oberrare in natura ſua. Extolli autem aduerſus Deum, & præſumptionem ſuæ gloriæ aſſumere, ingratum reddens hominem, multum mali inferebat ei,[1] vt veritatem ſimul & dilectionẽ auferret ab eo, eam quæ eſt ad Deum qui fecit eum. Vtrorunque autem experientia veram quæ eſt de Deo & homine agnitionem indidit ei; & auxit eius erga Deum dilectionem. Vbi autem augmentum eſt dilectionis, ibi maior gloria Dei virtute perficitur his qui diligunt eum. Refutant igitur potentiam Dei, & non contemplantur quod eſt * verum, qui infirmitatem intuentur carnis, virtutem autem eius qui * ſuſcitat eam à mortuis, non contemplantur. Si enim mortale nõ viuificat, & corruptibile non reuocat ad incorruptelam, iam non potens eſt Deus. Sed quoniam potens eſt in his omnibus, de initio noſtro contemplari debemus.[2] Quoniam ſumpſit Deus limum de terra, & formauit hominẽ: & quidem multo difficilius & incredibilius eſt, *Geneſ. 1. 26. & 2. 7.* ex non exiſtentibus oſſibus & neruis & venis & reliqua diſpoſitione, quæ eſt ſecundùm hominem, facere ad hoc vt ſit, & quidem animalem & rationabilem facere hominem; quàm quod factum eſt, & deinde * ſolutum eſt in terram, propter cauſas quas D prædiximus, rurſus redintegrare: licet in illa ceſſerit, vnde & initio[3] nondum factus, factus eſt homo. Qui enim initio ]eũ qui non erat, fecit vt eſſet, quando voluit: multo magis eos qui iam fuerunt, rurſus reſtituet volens, in eam quæ ab eo datur vitã. Inuenietur autem perceptrix & capax caro virtutis Dei, quæ ab initio percepit artem Dei; & aliud quidem [factus] eſt oculus videns, aliud auris audiẽs, aliud manus palpans & operans, aliud nerui vndique condenſi, & continentes mẽbra, aliud arteriæ & venæ, ſanguinis & ſpiritus trãſitoria: aliud verò in viſcera diuerſa; aliud ſanguis, copulatio animæ & corporis. Quid enim? Non eſt numerũ dicere vniuerſæ fabricationis, quę eſt ſecundùm membra hominis, quæ nõ ex alia facta eſt, ſed ex magna ſapiẽtia Dei.[4] Quæ autem ſapientia participant Deum, participant & virtutem eius. Non igitur exors [eſt] caro ſapientiæ & virtutis. Nam virtus eius quæ vitam pręſtat, in infirmitate perficitur, id eſt in carne. *2. Cor. 12. 9.* Dicant aũt nobis, qui dicunt nõ eſſe capacem carnem illius vitæ quæ datur à Deo; Vtrum viuentes nunc, & participantes vitam * dicant hæc; an in totum vitæ quidem habentes nihil, mortuos autem ſemetipſos in præſenti confitebuntur? Et ſi quidem mortui, quomodo & mouentur, & loquuntur, & reliqua faciunt, quæ non mortuorum, ſed viuorum ſunt opera? Si autem viuunt nunc, & to-

*ergo magis

*aberrare

*Verbum,

*ſuſcitet

*reſolutum

*dicunt



tum

tum illorum corpus participat vitæ, quomodo audent dicere non eſſe carnem parti- A
cipatricem vitæ, confitentes habere ſe vitam in præſenti? Simile eſt quemadmodum
ſiquis ſpongiam aquæ plenam tenens, vel faculam ignis; non poſſe participare aquæ
dicat ſpongiam, neque faculam igni. Eo modo & hi viuere ſe dicentes, [& portare
vitam dicentes,] & in ſuis membris exultantes, poſtea ſibimetipſis contrarij exiſten-
tes, dicunt non eſſe membra ipſorum percapabilia vitæ. Si autem hæc quæ eſt tem-
poralis vita; cùm ſit multo infirmior quàm illa æterna vita, tamen tantum potens
eſt vt viuificet noſtra membra mortalia; cur illa quæ eſt æterna vita, non viuifica-
bit eam carnem [5] quæ iam meditata, & [aſſueta ſit] portare vitam? [6] Quoniam au-
tem participatrix vitæ ſit caro, ad hoc quod viuet oſtenditur: viuit enim inquantum
Deus vult viuere. Quoniam autem & Deus potens eſt præſtare vitam nobis qui vi-
uimus, & Dominus itaque cùm ſit potens viuificare plaſma ſuum, & caro cùm poſ-
ſit viuificari; quid ſupereſt quod prohibeat eam percipere incorruptelam, quæ eſt
longa & ſine fine à Deo tributa vita?

B

## ANNOTATIONES.

1. Vt veritatem ſimul] *Vetus codex*, vt nec veritatem ſimul & dilectionem auferret ab eo, & eam quæ eſt ad eum, qui fecit eum. Vtrorũq; enim experientia vera, &c. *quia meliorem excuſorum codicum lectionem iudicauimus, hæc tantùm indicamus.*

2. Quoniam ſumpſit Deus] *Eodem pacto Tertullianus libr. de reſurrect. car.* Idoneus eſt, *ſcribit*, reficere carnem qui fecit: quantò plus eſt feciſſe, quàm refeciſſe: initium dediſſe, quàm reddidiſſe. Ita reſtitutionem carnis faciliorem credas inſtitutione. *Similia rurſus idem tradit cap. 45. Apolog. quibus aſtipulatur Athenagoras libello de Reſurrect. carnis. Ornatè & copioſè præ cæteris Clemens Roman. libr. 5. Conſtit. Apoſtol. cap. 8. & Cyrillus Ieroſ. Catecheſi. 18.*

3 Nondum factus] *Octo iſtas dictiones ex veteri codice reſtituimus.*

4. Quæ autem ſapientia] *Vetus cod.* quæ autem ſapientiam participant Domini.

5. Quæ iam meditata & aſſueta ſit.] *Id eſt, quæ ſe in eo exercuerit & aſſuefecerit. Nam* μελέτησαι *eſt meditari & exerceri, ſiue præparari ad aliquid: vnde* μέλεται *declamationes & exercitationes rhetorum appellant. Fortaſſe ſcripſit Irenæus* μεμελετημένη καὶ ἠθισμένη, *exercitata et aſſuefacta. Expunximus* aſſueſcit: *& ex vet. cod. repoſuimus* aſſueta ſit.

6. Quoniam autem participatrix vitæ] *Quædã hoc loco adijcit ve. co. quæ textui inſerere noluimus: quoniam plenum ſenſum non reddant, ſed alia deſiderare videantur, & ea ſunt:* Quoniã autem participatrix vitæ ſit caro, ex hoc quod iuuat oſtẽditur, rei vitam manifeſtum eſt. Illo enim præſtante vitam nobis viuimus, &c. C

## FALLVNTVR QVI PRAETER MVNDI *fabricatorem alterum Deum Patrem confingunt; quem infirmum & inutilem, aut malignum & inuidum eſſe neceſſe eſt, ſi corporibus noſtris vitam æternam præſtare vel non poſſit, vel nolit.*

### CAPVT IIII.

D

LAtent autem ſemetipſos, qui alterum affingunt patrem, [1] præter De-
miurgum,] & bonum eum vocant; infirmum, & inutilem, & negli-
gentem inferentes eum: vt non dicamus, quoniam liuidum & inui-
dum, in eo quòd dicant non viuificari ab eo noſtra corpora. Cùm e-
nim dicant ea quæ omnibus ſunt manifeſta, quoniam perſeuerant
immortalia, vtputa ſpiritus & anima, & quæ ſunt alia, quoniam viuificantur à pa-
tre, * illud autem quod non aliàs viuificatur, niſi illi Deus præſtet vitam; de reliquo *aliud.
aut impotentem & infirmum oſtendit patrem ipſorum, aut inuidum & liuidum.
Demiurgo enim & hîc viuificante mortalia corpora noſtra, & reſurrectionem eis
[2] per Prophetas promittente, quemadmodum oſtendimus; quis potentior, & for-
tior, & verè bonus oſtenditur? Vtrum Demiurgus, qui totum viuificat hominem; an
falsò cognominatus ipſorum pater? Qui equidem quæ ſunt natura immortalia
[3] [quibus à ſua natura adeſt viuere, fingit ſe viuificare:] quibus autem opus eſt ab eo * *adiutorium
adiutorio vt viuant, non viuificans [ille] benignè, [ſed] relinquens illa negligẽter in
mortem.



A mortem. Vtrum ergo & his vitam pater ipſorum, cùm non poſſit [pręſtare,] non præ-
ſtat: an cùm poſſit? Siquidem cùm non poſſit, iam non potens eſt, neque perfectus ſu-
per Demiurgum. Demiurgus enim pręſtat quemadmodum adeſt videre, quod il-
le non poteſt præſtare. Si autem cùm poſſit præſtare, non pręſtat; iam non bonus o-
ſtenditur, ſed inuidus & malignus pater. Si autem & cauſam aliquam dixerint, per
quam non viuificat corpora pater ipſorum, ipſam cauſam maiorem neceſſe eſt ap-
parere quàm patrem obtinentem benignitatem eius, & infirmabitur benignitas eius
propter cauſam eam quæ ab ipſis dicitur. Quoniam autem poſſunt corpora perci-
pere vitam, omnibus videre eſt. Viuunt enim in quantum ea Deus vult viuere: &
iam non poſſunt dicere quod minimè valeant vitam capere. Si igitur propter ne-
ceſſitatem & cauſam aliam quandam non viuificantur, * quæ poſſunt participare vi-
*qui tam, erit neceſſitati & cauſæ ſeruiens pater ipſorum, & non iam liber & ſuæ poteſta-
tis in ſententia.

## ANNOTATIONES.

B

1. Præter Demiurgum] *Tres has voces codices omnes excuſi hactenus deſiderarant. Porrò libro 1. cap. 1. 13. 16. 19. 25. 33. ſatis ſuperq; illos dinumerauit, qui alium Deum à mundi conditore conſtituerunt.*

2. Per Prophetas] *Notiſſimæ & certiſſimæ ſunt Prophetiæ de carnis reſurrectione in libro Iob. cap. 19. v. 25. & 26: Item Ezechielis 37. v. 3. 4. & c. Danielis 12. 2. Iſaiæ 26. 19: ex quibus Tertullianus, Ambroſius, Cyrillus, & alij poſt Irenæum futuram generalemq; noſtrum omnium reſurrectionem aduerſus hoſtes eius confirmant.*

3. Quibus à ſua] *Nouem has dictiones ex veteri cod. adiecimus, & non ita multò poſt, tres alias.*

## PRISCORVM VITA LONGÆVA, ELIÆ ET *Enoch cum proprijs corporibus translatio, vnà cum Ionæ, Ananiæ, Azariæ, & Miſaelis in ſummis periculis conſeruatione, euidenter oſtendunt Deum excitare poſſe corpora noſtra ad vitam æternam.*

C

### CAPVT V.

*perſeuant QVoniam autem multo tempore * perſeuerabãt corpora in quantum placuit
Deo bene habere, [1] legant Scripturas, & inueniẽt eos qui ante nos fuerũt, ſep- Gen. 5. & 9.
tingentos, & octingentos, & nongẽtos annos ſupergreſſos: & conſequeban-
tur corpora ipſorum longinquitatem dierum, & participabant vitam, in quantum
*Quando quidem ea Deus viuere volebat. Quid autem de illis dicemus? * Quoniam quidem [2] Enoch pla- Gen 5. 9.
cens Deo in quo placuit corpore tranſlatus eſt, tranſlationem iuſtorum præmon- Eccl. 44. 16. Heb. 11. 5.
ſtrans. Et Helias ſicut erat in plaſmatis ſubſtantia, aſſumptus eſt, aſſũptionẽ patrum 4. Reg. 2. 11.
prophetans: & nihil impedit eos corpus in tranſlatione & aſſumptione eorum. Per il-
las enim manus, per quas in initio plaſmati ſunt, per ipſas & aſſumptionem & tranſ-
D lationem acceperunt. Aſſuetæ enim erant in Adam manus Dei coaptare, & tenere, &
baiulare ſuum plaſma, & ferre & ponere vbi ipſę vellent. Vbi ergo primus poſitus eſt
homo, ſcilicet in paradiſo, quemadmodum Scriptura dicit: Et plantauit Deus para- Gen. 2. & 8.
diſum in Eden contra Orientem, & poſuit ibi hominẽ quem plaſmauit: & inde pro-
iectus in hunc mundum non obediens. Quapropter dicunt Presbyteri, qui ſunt Apo-
ſtolorum diſcipuli, eos qui tranſlati ſunt, [3] illuc trãſlatos eſſe. Iuſtis enim hominibus,
& Spiritum habentibus præparatus eſt paradiſus, in quem & Paulus Apoſtolus aſpor- 2. Cor. 12. 4.
tatus audiuit ſermones inenarrabiles, quantum ad nos in præſenti: & ibi manere eos
qui tranſlati ſunt vſq; ad conſummationem [4] coauſpicantes] incorruptelam. Si au-
tem quis impoſſibile exiſtemet tantis temporibus permanere homines, & Heliam 4. Reg. 2. 11.
in carne aſſumptum, conſumptam autem carnem eius in igneo curru, intendat quo-
niam Ionas quidem in profundum proiectus eſt, & in ventrem ceti abſorptus, ſal- Ionæ 1. & 2.
uus iterum exputus eſt terræ, iuſſu Dei. [5] Ananias etiam, & Azarias & Mizael miſſi Dan. 3.
in caminum ignis ſeptuplum exardentem, neq; nociti ſunt aliquid, neq; odor ignis

 inuen-

A inuentus eſt in eis. Quæ igitur affuit illis manus Dei, [6] & inopinata, & impoſſibilia naturæ *hominum in eis perficiens; quid mirum ſi in his qui tranſlati ſunt, effecit aliquid inopinatum, deſeruiens voluntati Patris? [Hic] eſt aũt Filius Dei, quẽadmodum Scriptura ait dixiſſe Nabuchodonozor Regem. Nónne tres viros miſimus in caminum? ecce, ego video quatuor deambulantes in medio ignis, & quartus ſimilis [eſt] Filio Dei. Neque igitur natura alicuius eorum quæ facta ſunt, neque infirmitas carnis fortior erit ſuper voluntatem Dei. Non enim Deus his, quæ facta ſunt; [ſed ea quæ facta ſunt,] ſubiecta ſunt Deo: & omnia ſeruiunt voluntati eius. Quapropter & Dominus ait: Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum. Quẽadmodum igitur his qui nunc ſunt hominibus ignorantibus diſpoſitionem Dei, incredibile & impoſſibile [videtur] tantos annos aliquẽ hominem poſſe viuere, & vixerunt hi qui ante nos fuerunt, & viuũt qui tranſlati ſunt ad exemplum [futuræ] longitudinis dierum, & de ventre ceti, & de camino ignis ſaluos exiſſe, & tamen exierunt, educti velut manu Dei, ad oſtenſionem virtutis eius. Sic & nunc, quamuis quidam ignorantes virtutem & promiſſionem Dei, contradicant ſuæ ſaluti, impoſſibile exiſtimantes poſſe Deum ſuſcitantem corpora in ſempiternum perſeuerationem eis donare, non tamen incredulitas talium *euacuauit fidem Dei. B

*hominis

Dan. 3. 92.

Luc. 18. 27.

*euacuabit

## ANNOTATIONES.

1. Legant Scripturas] *Geneſis 5. capite Adam 930. Seth 912. Enos 905. Cainan 910. Malaleel 895. Mathuſala 969. annis vixiſſe referuntur. Auguſtinus 15. de Ciuitate ca. 12. nullo modo audiendos cenſet, qui putant aliter annos illos illis temporibus computatos. i. tantæ breuitatis, vt vnus annus noſter decem illorum habuiſſe credatur. Irenæus quoque idem pro certo habet, aliâs nullum inde traheret argumentum.*

*Verùm, quia multi hoc tam breue viuere noſtrũ ſecum reputantes, & Scripturæ auctoritatem conuellere non audentes, annos illos non ſolis circuitu, ſed Lunæ ſenio confici putarunt, vt pro annis menſes habeantur: Varronem quoque Romanorum doctiſſimum, atque Plinium incertum, fabuloſum, aut id etiã impoſſibile exiſtimaſſe, quod fertur de tanta priſcorum viuacitate, totq́ue annorum ſæculis, compertum habeam; iccirco rem iſtam paulò accuratius excutere non erit iniucundum. Ac imprimis non video, cur primigeniorum hominum vitam tantopere miremur, cùm noſtra diuturnior ſit, ſi lunæ menſtruis, & non ſolis periodo annos illorum metiamur; quandoquidem ſi qui noſtrum ad 100. peruenit annum, tum ille 1200. lunares annos viuere certum eſt, quod nulli vnquam veterum datum fuit. Ad hæc, Ioſephus lib. 1. Antiq. rationes non contemnendas reddit, cur illi in tot ſæcula vitæ ſuæ tempora prorogare potuerint. Illi nimirum Deo amici, & ab ipſo prorſus producti, & integriore vtentes alimẽto: præterea etiam virtutis gratia, vt & res poſteris perutiles inuenirent & traderent, ob id non iniuria multis annorum chiliadibus vixiſſe putandi ſunt.*

*At vt Ethnicis os obſtruamus, qui hac in re ſcripturis diuinis fidem non habent; ex illorum authoribus producamus nõnullos, quos longiſſimam vitam vixiſſe negare nõ poterunt. Plinius ipſe Valerio Coruino, & Metello C. annos tribuit; Terentiæ Ciceronis* cxvij. *Arganthonio Regi* cl *Cyniræ* clx *Aegimio* cc *Pictoreo* ccc. *Dandoni D. alteri ex Xenophontis authoritate* Dccc *Lucianus libello, cui titulus eſt,* περὶ μακροβίων. *i. De iis qui ad lõgæuam ætatem peruenerunt, Tireſiam vatem ad ſex vſq́ue ætates, Neſtorem ad tres vitam produxiſſe ſcribit: Numam Pompilium, & Seruium Tullium octoginta, Tarquinium nonaginta; Agathoclem & Hieronem 92. Cyrum 100. Mnaſcirem 69. Manomem 115. Democritum 104. Xenophilum 105. Solonem, Thaletẽ, Pittachum 100. Cteſibium* 124. *annos vel attigiſſe vel ſuperaſſe, & quàm plurimos alios macrobios aſſeuerat, & dinumerat, Homero, Herodoto, Anacreonte, et multis aliis laudatis authoribus. Valerius Maximus Aethiopes, Indoſque* 130 *annos tranſgredi, Epirotas quoſdã* 200. *explere, & Litorium quendam trecenteſimum cumulaſſe teſtis eſt. Quid igitur de noſtris garriunt, quos è ſcripturis nongentos attigiſſe docemus? Concedant ſaltem homini, cui vni, vt ſcribit Plinius, immenſa viuendi cupido, quod cornicibus & ceruis non denegant. Cornices nouem ſæcula viuere poſſe concedunt Heſiodus, Virgilius, Ouidius, Martialis. Heſiodi verſiculum de ceruis, Virgilius interpretatur:* C

Lib. 7. ca. 48. Valerius lib. 8. cap. 14.

Lib. 8. ca. 14.

Et quater egreditur cornicis ſęcula ceruus.

*Satyricus etiam Poëta:*

Iam iuuenem torquet longa & ceruina ſenectus.

*Sed de his pro occaſione ſatis.*

2 Enoch placens Deo] *Hunc Irenæi locum ſic exprimit Tertullianus:* Quod hodie Enoch. & Helias nondum reſurrectione diſpuncti, quia nec morte functi, qua tantùm de orbe tranſlati, & hoc ipſo iam æternitatis candidati ab omni vitio, & ab omni damno, & ab omni iniuria & contumelia immunitatem carnis ediſcunt: cui nam fidei teſtimonium ſignãt, niſi quia credi oportet, hæc futuræ integritatis eſſe documenta? *Epiphanius quoque in Anchorato, vocat Enochum & Heliam duos primogenitos noſtræ reſurrectionis: & illum quidem in præputio & coniugali contumelia, hunc autem in Circunciſione & virginitate, quibus ſubſcribit Auguſtinus 15. de Ciuit. Dei, cap. 19. Clementis Romani verba ſunt, lib. 5. Conſtit. cap. 8.* Si voluiſſet Deus homines immortales manere, quod hoc facere potuit, oſtendit in Enoch, & Helia, quos mortem experiri non permiſit. D

Lib de Reſur. carn.

3. Illuc tranſlatos eſſe] *Diſputationem de loco in quem Deus tranſtulerit, & hucuſq́ue viuentes conſeruarit Enochum & Heliam, Auguſtinus iudicauit ad fidem non pertinere, libr. 2. de peccato originali, capit. 23. At cùm hîc Irenæus doceat Apoſtolorum diſcipulos & auditores, illos in paradiſum terreſtrem, vbicunque ille ſit, tranſlatos fuiſſe, indeq́ue qui aduerſus Antichriſtum prælientur, venturos: cui ſententiæ omnes ferè Græci, & Latini Patres adſtipulantur, mihi*

parum



A *parum tutum videtur aliter nunc ſentire. Patrum nomina, locóſque, in quibus id legimus, præter eos, quos in cap. 30. libri quarti adduximus, hîc ſignare in gratiam ſtudioſorum è re eſt. Nicodemus hiſtor. de Reſurrectione Domini. Iſidorus de vita & obitu ſanctorum. Hypolitus martyr orat. de Antichriſto. Ambroſius, in cap. 4. Roman. Athanaſius lib. Quod Nicæna Synodus, &c. Gregorius in 18. cap. Iob. Et hom. 12. in Ezechiel. Hieronymus epiſt. ad Pammachium aduerſus errores Ioan. Hieroſ. Damaſcenus lib. 4. cap. 28. Iuſtinus martyr quæſt. 85. ad Orthod. Arethas Cappadox in 11. cap. Apocal. Procopius Gaza in 4. Geneſ. Plures alios legendo notes licet.*

4. Coauſpicantes] *Ita codex vetus: excuſi* conſpicantes.

5. Ananias etiam] *Eadem habet Tertullianus hiſce verbis.* Corporum à reſurrectione futuræ integritatis documenta fuerunt veſtimenta & calciamenta filiorum Iſraelis indetrita quadraginta annis: & quod Babylonij ignes triũ fratrum nec Thiaras, nec Sarabara læſerunt, quod Ionas incolumis expuitur. *Et Clemens Rom. lib. 5. Conſtit. cap. 8.* Qui Ionam poſt tertium diem, viuum incolumemq́ue de ventre ceti eduxit, & tres pueros Babylonico camino eripuit: is quoque nos poterit à morte excitare. B

Lib. de Reſur. car.

6. Et inopinata & impoſſibilia naturæ] *Admodum rectè ſancteq́ue pronunciat de immenſa & incomprehenſibili Dei potentia, qua res non ſolùm omnẽ vim creatam exſuperantes, ſed & humano iudicio incomprehenſibiles & impoſſibiles nullo labore perficiat: vt camini Babylonici diligenter expenſa hiſtoria palam manifeſtat. Nam idem ignis ſimul & ſemel ſummo ardore ferrea vincula ſanctorum liquefecit, Chaldæoſq́ue ſatellites abſumpſit; Sanctos verò ipſos inſtar roris & venti ſuauiter flantis refrigerauit, nec veſtis aut capitis pilum leuiſſimum attigit. Potuiſſet addere ferrũ ſecuris ſimul leuitate innatans, & ferri grauitatem retinens. Item, aquas maris rubri ſimul inſtar muri aſſurgentes & rigentes, cùm tamen ſimul natura graues eſſent & liquidæ. Sed ad alia properans, tantum ſubijcit: Deum eorum quæ fecit legibus non eſſe ſubiectum, ſed è contrario, cunctas res conditas, vnà cum legibus ſuis ſubditas eſſe volũtati eius. Deniq́ue hoc manifeſtiſſimo & certiſſimo à* Filio *Dei nobis dato primo principio,* Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia sũt apud Deum, *contentus; propoſitam de reſurrectione diſputationem perſequitur.* C

*Hanc autem viri Apoſtolici* de Omnipotentia Dei *doctrinam obſeruare viſum eſt in Sacramentariorum Diabolicam planè blaſphemiam, qua dicunt,* Deum nec intelligere, nec velle, nec vnquam efficere poſſe, vt idem numero corpus Chriſti Filij ſui, ſimul ſit in plurimis locis. *Et ne querantur hoc illis perperam à nobis obijci, ecce Bezæ verba:* Quædam ita in rebus inſita ſunt, vt ſi mutentur, rerum ipſarum interitum neceſſariò ſecum trahant: quo fit, vt ſaluis rebus, Deus illa mutare nec velit, nec poſſit. *Et rurſus in libro contra Selneccerum, ait:* Concludimus ergo, Chriſtum non modò nolle, verùm etiam non poſſe velle corpus ſuum multis ſimul in locis ſiſtere. *Et ne ſolus Beza in tam tetro errore verſari putetur, Carolſtadius Dialogo de Cœna, Oecolampadius libro de verbis Domini, Zuinglius lib. contra Lutheri confeſſionem, Petrus Vermilius lib. contra Brentium, Simonius contra Schegkium, Abdias Liberinus in Syntagmate, Simlerus contra Iacobum Andream, Thalmannus in Aſſertionibus, Danæus libris contra Selneccerum & Chemnitium; & vt contraham, Sacramentarij omnes hac eadem aduerſus infinitam Dei poteſtatem, impietate & blaſphemia ſunt commaculati. Hanc ſuperiore anno refutauimus in Dialogis. Hîc ſolùm hæc ſanctiſſima Auguſtini verba ſubijcio:* Sicut non fuit impoſſibile Deo, quas voluit inſtituere; ſic ei non eſt impoſſibile, in quicquid voluerit, quas inſtituit, mutare naturas.

In Chreophagia, & tom. 1. oper. fo. 152.

Lib. 21. de ciuitate Dei.

### *INTEGRVM ET PERFECTVM HOMINEM, corpore & anima conſtantem & coniunctum, ſaluum faciet Deus, quum eum Verbum adſumpſerit, & donis Spiritus ſancti ornauerit, cuius corpora noſtra templa ſunt & dicuntur.*

D

## CAPVT VI.

GLorificabitur autem Deus in ſuo plaſmate, cõforme illud & conſequens *ſuo puero adaptans. Per manus enim Patris, [1] id eſt per Filiũ & Spiritum, fit homo ſecundùm ſimilitudinem Dei, ſed non pars hominis. Anima autem & Spiritus pars hominis eſſe poſſunt, homo autem nequaquam: perfectus autem homo, commixtio & adunitio eſt animæ aſſumentis ſpiritum Patris, & [2] admixta ei carni [3] quæ eſt plaſmata ſecundùm imaginem Dei. Propter quod & Apoſtolus ait. Sapientiam loquimur inter perfectos. Perfectos dicens eos qui perceperunt Spiritum Dei, & omnibus linguis loquuntur per Spiritum Dei, quemadmodum & ipſe loquebatur. [4] Quemadmodum & multos audiuimus fratres in Eccleſia, Prophetica habentes chariſmata, & per Spiritum vniuerſis linguis loquentes, & abſconſa hominum in manifeſtum producentes ad vtilitatem, & myſteria Dei enarrantes, quos & ſpirituales Apoſtolus vocat, ſecundùm participationem Spiritus exiſtentes ſpirituales, ſed non ſecundùm defraudationem & interceptionem carnis & nudè hoc ipſum ſolum.

*τῷ παιδὶ αὐτοῦ.

Homo perfectus. 1. Cor. 2. 5.

Euſebius

*Euſebius Libro 5. Hiſtor. cap. 7. hæc citat.*

Καθὼς καὶ πολλῶν ἀκούομεν ἀδελφῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προφητικὰ χαρίσματα ἐχόντων, καὶ παντοδαπαῖς λαλούντων διὰ τοῦ πνεύματος γλώσσαις. καὶ τὰ κρύφια τῶν ἀνθρώπων εἰς φανερὸν ἀγόντων ἐπὶ τῷ συμφέροντι, καὶ τὰ μυστήρια τοῦ θεοῦ ἐκδιηγουμένων.

*Interpr. Ioanne Chriſtophorſono.*

A Multos fratres in Eccleſia ipſi audiuimus, qui & dona prophetiæ habent, & varijs linguis per Spiritus ſancti gratiam loquuntur, & occulta hominum in apertum proferunt ad aliorum commoditatem, & myſteria Dei perſpicuè & euidenter aperiunt.

Si enim ſubſtantiam tollat aliquis carnis, id eſt plaſmatis, & nudè idipſum ſolũ ſpiritum intelligat, iam non ſpiritualis homo eſt, quod eſt tale, ſed ſpiritus hominis aut Spiritus Dei. Cùm autem ſpiritus hic commixtus animæ vnitur plaſmati,[5] propter effuſionem Spiritus, ſpiritualis & perfectus homo factus eſt:[6] & hic eſt qui ſecundùm imaginem & ſimilitudinem factus eſt Dei. Si autem defuerit animæ Spiritus, animalis eſt verè, qui eſt talis, & carnalis derelictus imperfectus erit,[7] imaginem quidem habens B in plaſmate, ſimilitudinem verò non aſſumens per Spiritum. Sicut autem hic imperfectus eſt, ſic iterum ſi quis tollat imaginem, & ſpernat plaſma, iam non hominem intelligere poteſt,[8] ſed [aut] partem aliquam hominis, quemadmodum prædiximus; vel aliud aliquid præter hominem. Neque enim plaſmatio carnis ipſa ſecundùm ſe homo perfectus eſt; ſed corpus hominis & pars hominis. Neq; enim & anima ipſa ſecundũ ſe homo: ſed anima hominis, & pars hominis. Neque ſpiritus homo: ſpiritus enim, & non homo vocatur.[9] Commixtio autem & vnitio horum omnium, perfectũ hominẽ efficit. Et propter hoc Apoſtolus ſeipſum exponens, explanauit perfectum & ſpiritualem ſalutem hominis, in prima [Epiſtola] ad Theſſalonicenſes dicẽs. Deus
1. Theſ. 5, 23. autem pacis ſanctificet vos perfectos, vt integer veſter ſpiritus, & anima, & corpus ſine querela in aduentum Domini Ieſu Chriſti ſeruetur. Et quam vtique cauſam habebat his tribus, id eſt, animæ, & corpori, & ſpiritui integram & perfectã perſeuerationẽ C precari in aduentu Domini, niſi reintegrationem & adunitionem trium, vnam & eandem ipſorum ſciebat ſalutem? Propter quod & perfectos ait eos, qui tria ſine querela exhibent Domino. Perfecti igitur, qui & Spiritum in ſe perſeuerantem *habent (* habuerunt) Dei, & animas & corpora ſine querela ſeruauerint, [Dei] id eſt, illam quæ ad Deum eſt fidem, ſeruantes: & eam quæ ad proximum eſt [iuſtitiam] cuſtodientes. Vnde & templum Dei plaſma eſſe ait. Neſcitis, dicens, quoniam templum Dei eſtis, & Spiritus Dei
1. Cor. 6, 19. habitat in vobis? Si quis templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos: manifeſtè templum corpus dicens in quo habi-
Ioan. 2, 19. tat Spiritus. Quemadmodum & Dominus * de eo ait (* de ſe). Soluite hoc templum, & in tribus diebus *excitabo illud (* ſuſcitabo). Hoc autem (inquit) dicebat de corpore ſuo. Et non tãtùm templum, ſed & templũ Chriſti ſcit corpora noſtra, ad Corinth. dicens. Neſcitis
1. Cor. 6. 15. quoniã corpora veſtra mẽbra Chriſti ſunt? Tollens ergo mẽbra Chriſti, faciam membra meretricis? Non de alio quodam homine ſpiritali dicens hæc: non .n. ille complectitur meretricem, ſed corpus noſtrũ, id eſt, caro q̃ cum ſanctimonia perſeuerat & munditia, membra dixit eſſe Chriſti. Quando aũt complectitur meretricẽ, membra
1. Cor. 3. 17. fieri meretricis: & propter hoc dixit. Si quis templũ Dei violauerit, diſperdet illũ Deus.
[10] Templũ igitur Dei, in quo ſpiritus inhabitat Patris, & membra Chriſti non participare ſalutem, ſed in perditionem redigi dicere, quomodo non maximæ eſt blaſ- D
1. Cor. 6, 13. phemiæ? *Quomodo (* Quoniã) autem corpora noſtra, non ex ſua ſubſtantia, ſed ex Dei virtute ſuſcitantur, Corinthijs dicit. Corpus autem non fornicationi, ſed Domino: & Dominus corpori. Deus autẽ qui & Dominum ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per virtutẽ ſuam.

## ANNOTATIONES.

1. Id eſt, per Filium & Spiritum ſanctum] *Quando ſic Spiritum ſanctum connectit Patri & Filio in hominis creatione: vti & paulo ſuperius docuit ad illum quoq; pertinere hæc verba: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: clarũ & certum eſt, quod & ipſum natura Deum, Patri & Filio coæternum & conſubſtantialem profiteatur: vt & alibi aduerſus Centuriatorum ſycophantias ſignauimus.*

2. Admixta ei carni] *Ita vetus codex: excuſi omnes,* admixtæ in carne.

3. Quæ eſt plaſmata ſecũdùm imaginẽ Dei.] *Videtur imaginem Dei in carne conſtituere: Quod Auguſtinus improbat, Lib. 12. de Trinit. cap. 7. & lib. 6. de Gene. ad literam cap. 12. Idem rurſus lib. de hæreſibus, poſt Philaſtrium eam opinionem inter hæreſes annumerat. Caßianus quoque Collatione 10. Antropomorphitas Deum ideo corporeũ dixiſſe ſcribit, quod iuxta corpus, hominem ad imaginem ſuam feciſſet.*

*Abſit autem, vt hæc Irenæi verba vllum errorem continere dicamus: quandoquidẽ imaginis nomine formã in cælum erectam, vitam immortalem, aliaq; non*



A *non exigua dona corpori ipſi à Deo collata intelligit; quibus animi facultates internæ indicabantur, & Creatoris potentia, ſapientia, bonitaſq; referebantur: quæ etiam Auguſtinus ipſe nunc ſimilitudinem Dei, nunc veſtigia nominat, libr. 1. de Geneſ. capit. 16. & libr. 6. capite 12.*

4. Quemadmodum multos audiuimus fratres] *Hæc Irenæi verba recitat Euſebius, vſque ad illud,* quos & ſpirituales Apoſtolus vocat: *libr. 5. Hiſtoriæ cap. 7. Similia iſtis videre etiam licebit ſupra lib. 2. cap. 57. quo loco quædam annotauimus.*

5. Propter effuſionem Spiritus] *His agnoſcit primum hominem conditum fuiſſe cum excellenti & copioſa donorum Spiritus ſancti effuſione, vtpote, iuſtitia originali, rerum omniũ ſcientia, sũma animi rectitudine, poſſe non peccare, & non mori, alijſq; diuinis chariſmatibus & virtutibus, in quibus maximè conſiſtebat* B *illa ſimilitudo Dei, quæ peccato amiſſa eſt. Non autem imago, quæ ad naturæ facultates attinet, quemadmodum conteſtantur Baſilius hom. 10. Hexæm. Hieronymus in cap. 28. Ezechielis: Chryſoſtomus homilia 9. in Geneſ. Damnatur verò craßißimus Lutheri error in ca. 3. Gen. ſcribentis:* Iuſtitiam originalem non fuiſſe gratuitum ac cæleſte donum; ſed naturale, quale lumen oculis.

6. Et hic eſt qui ſecundùm] *Hic manifeſtè conſtitutam eſſe agnoſcit imaginem Dei in ſpiritu hominis, non in carne: quapropter ex iſta ſententia, illa prior quam obſeruabamus emollienda & interpretanda eſt.*

7. Imaginem quidem habens] *Apertè diſtinguit inter imaginem & ſimilitudinem Dei: quemadmodum & Scholaſtici rectè definiunt illam conſiſtere in naturalibus, id eſt, tribus animæ facultatibus: iſtam verò in donis gratuitis & ſupernaturalibus. Origenes lib. 3. de principijs, ſapienter imaginem Dei appellat,* dignitatem primæ conditionis: *ſimilitudinem verò,* perfectionem & conſummationem ſeruatam.

8. Sed aut partem] *Codices excuſi,* ſed & partem.

9. Commixtio autem & vnio] *Eodem pacto Iuſtinus martyr initio lib. de Trinitate, & Athenagoras libr. de Reſurr. deſcribunt hominem: ſed apertiora ſunt Tertulliani verba:* Vocabulum homo conſertarum duarum ſubſtantiarum quodammodo fibula eſt, ſub quo non poſſunt eſſe niſi cohærentes, *lib. de reſurrect. carn.*

10. Templum igitur Dei] *Hæc Irenæi pro aſſerenda corporum noſtrorum reſurrectione argumenta, aliquanto fuſius & clarius pertractat Cyrillus Ieroſolymitanus Catecheſi 4. vſumq́ue illorum his verbis tandem oſtendit:* Parce itaque corpori, tanquam tẽplo Spiritus ſancti. Non fœdes in fornicationibus carnem, ne polluas ſtolam pulcherrimam: quod ſi polluiſti, ablue per pœnitentiam *&c.* Cuſtodi corpus Domino mundũ, vt & Dominus reſpiciat corpus, *&c.* Modeſtè vt tractes corpus, hoc te moneo, & cognoſce quod cum corpore reſurges ad iudicium. *&c.*

C *QVIA CHRISTVS IN CARNE NOSTRA reſurrexit, conſequitur nos in eadem reſurrecturos: quum etiam reſurrectio nobis promiſſa, ad ſpiritus naturaliter immortales referri non debeat, ſed ad corpora ex ſe mortalia.*

## CAPVT VII.

QVomodo[1] igitur Chriſtus in carnis ſubſtantia ſurrexit, & oſtendit diſcipulis *fixuram (* figuras) clauorum, & apertionem lateris, hæc autem ſunt indicia carnis eius, quæ ſurrexit à mortuis; Sic & nos (inquit) ſuſcitabit per virtutem ſuam. Et iterum ad Romanos ait. Si autem Spiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum[2] à mortuis, habitat in vobis; qui ſuſcitauit] Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora [veſtra.] Quæ ſunt ergo mortalia corpora? Nũquidnam animæ? (Ioan. 20, 25. 1. Cor. 6. 14. Rom. 8. 11.)
D [3] Sed incorruptibiles animæ, quantum ad comparationem mortalium corporum. Inſufflauit enim in faciem hominis Deus flatum vitæ, & factus eſt in animam viuentem: flatus autem vitæ incorporalis eſt. Sed ne mortalem quidem poſſunt dicere hominem ipſum[4] flatum vitæ exiſtentem. Et propter hoc Dauid ait: Et anima mea illi viuet, tanquam immortali ſubſtantia vna] eius exiſtente. Sed neque ſpiritum poſſunt dicere mortale corpus. Quid igitur ſupereſt dicere mortale corpus, niſi plaſma, id eſt,[5] caro, de qua & ſermo eſt ei, [quoniam] viuificabit eam Deus? Hæc enim eſt quæ moritur & ſoluitur: ſed non anima, neque ſpiritus. Mori enim eſt vitalem amittere habilitatem, & ſine ſpiramine in poſterum, & inanimalem & *immobilem (* immemorabilem) fieri, & deperire in illa, ex quibus & initium ſubſtantiæ habuit. Hoc autem neque animæ euenit: flatus eſt enim vitæ: neque ſpiritui: incompoſitus eſt enim & ſimplex ſpiritus, qui reſolui non poteſt, & ipſe vita eſt eorum qui percipiunt illum.[6] Supereſt igitur vt circa carnem mors oſtendatur: quæ poſtea quam exierit anima, ſine ſpiratione & inanimale efficitur, & paulatim reſoluitur in terram, ex qua ſumpta eſt. Hæc igitur mortalis. Hæc autem eſt de qua etiam dicit: Viuificabit (Gen. 2. 7. Pſal. 21. 31.)

Rom. 8. 11. ficabit & mortalia corpora noſtra. Et propter hoc ait de ea in prima ad Corinthios. A
1. Cor. 15. 42. Sic & reſurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptionē.
Etenim tu (ait) quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur. Quid eſt autem
quod vt granum tritici ſeminatur, & putret in terra: niſi corpora quæ in terra ponun
Ibidem 43. tur, in qua & ſemina iactantur? Et propter hoc dixit. Seminatur in ignobilitate, ſur-
git in gloria. Quid enim ignobilius carne mortua? Vel quid iterum glorioſius ſurgē-
te ea, & percipiente incorruptelam? Seminatur in infirmitate, ſurgit in virtute: in in-
firmitate [quidem] ſua, quoniam cùm ſit terra, in terrā vadit: virtute autem Dei, qui
eam ſuſcitat à mortuis. Seminatur corpus animale, & * ſurgit corpus ſpirituale. Indu- *ſurget
bitatè docuit quoniam neque de anima, neque de ſpiritu ſermo eſt ei, ſed de mortifi-
catis corporibus. Hęc ſunt enim corpora animalia, id eſt, participantia animæ: quam
cùm amiſerint, mortificantur. Deinde per Spiritum ſurgentia fiunt corpora ſpiritu-
1. Cor. 13. 9. 10. 11. 12. alia, vti per Spiritum ſemper manentem habeant vitam. Nunc enim (inquit) ex par-
te [cognoſcimus, & ex parte] prophetamus: tunc autem facie ad faciem. Hoc eſt quod
1. Pet. 1. 8. & à Petro dictum eſt. Quem cùm non videritis [7] diligitis, ] in quem nunc quoque non B
videntes [ creditis, ] credētes autem exultabitis gaudio inenarrabili. [8] Facies enim no-
ſtra videbit faciem Dei viui, & gaudebit gaudio inenarrabili; videlicet, cùm ſuum vi-
deat gaudium.

## ANNOTATIONES.

1. Quomodo igitur Chriſtus] *Iiſdem iſtis argumentis in eiuſdem rei confirmationem vtuntur, Ignatius in Epiſtolis paſſim, Tertullianus lib. de Reſurrect. carnis, Hieronymus aduerſus errores Ioan. Ieroſolymitani.*

2. A mortuis] *Septem has voces ex veteri codice reſtituimus.*

3. Sed incorruptibiles animæ] *Aliquot valentiſſimis argumentis confirmat animas humanas prorſus immortales & incorruptibiles eſſe. Primò, quòd non ſunt ex terra formatæ, vt corpora: ſed* Diuino flatu & *inſpiratione conditæ & infuſæ. Secundò, quod ſint incorporales, corpora verò tantùm morti ſubijciuntur. Tertiò, quòd dicantur flatus vitæ, eamque impertiant corporibus mortalibus; maneant autem ipſæ immortales ſubſtantiæ, Propheta regio idipſum affirmante. Quartò, ſunt incompoſiti & ſimplices ſpiritus: igitur nulla morte reſolui, nullaque corruptione diſſolui poſſunt: Poſtremò, quæcunque literis ſacris prædicantur de vera morte, corruptione, & reſurrectione, ea ad corpora noſtra attinere: non ad animas. Igitur illæ nec ſunt mortales, nec in vltimo die de puluere terræ ſuſcitandæ. Hìs porrò confirmandæ ſunt piorum animæ aduerſus veteres & nouos animicidas, & atheos, de quibus diximus in caput 63. libri ſecundi.*

4. Flatum vitæ exiſtentē] *Sexdecim iſtas dictiones ex vet. cod. adiecimus: vnicam deleuimus, nempe* flatu.

5. Caro, de qua] *Vetus cod. paululùm ita deflectit.* Caro, de qua ſermo eſt, quoniam viuificauit eam Deus. C

6. Supereſt igitur] *Ita & Tertull. libr. de Reſurrect. carn.* Cùm audio reſurrectionem homini imminere, quæram neceſſe quid eius cadere ſortitum ſit. Siquidem nihil reſurgere expectabit, niſi quod ante ſucciderit, *&c.*

7. Diligitis] *Deleuimus* diligite *ex codicibus excuſis: & mox ex veteri codice addidimus,* creditis.

8. Facies noſtra videbit faciem Dei] *Quo pacto id fieri poterit, declarat Auguſtinus 22. de Ciuit. Dei cap. 29. prohibent imprimis, ne quis in Deo faciem aliquam corpoream imaginetur: aut nos per faciem corporis, vbi ſunt oculi corporales, Deum viſuros putet: quoniam ſicut Angeli vident, ita & nos Deum viſuri ſimus: quæ viſio nobis vt præmium fidei ſeruatur.* D

## *DONA SPIRITVS SANCTI QVÆ RECIPImus, præparant nos ad incorruptelam, ſpiritualesque reddunt, & à carnalibus diſcernunt; qui mundis & immundis animalibus in lege ſignificantur.*

## CAPVT VIII.

N[1] Vnc autem partem aliquam *Spiritus eius ſumimus, ad perfectionem & *è Spiritu
præparationem incorruptelæ, paulatim aſſueſcentes capere, & portare
Epheſ. 1. 14. Deum: [2] quod & pignus dixit Apoſtolus, hoc eſt, partem eius honoris qui
à Deo nobis promiſſus eſt, in epiſtola quæ ad Epheſios eſt, dicens. In
quo & vos audito verbo veritatis Euangelio ſalutis veſtræ, in quo credentes ſignati e-
ſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis veſtræ. Si ergo pignus hoc
habitans in nobis, iam ſpirituales * effecit, & abſorbetur mortale ab immortalitate. *efficit,
Rom. 8. 9. Vos enim (ait) non eſtis in carne, ſed in Spiritu, ſiquidem Spiritus Dei habitat in vo-
bis.



A bis. Hoc autem non ſecundùm iacturam carnis, ſed ſecundùm communionem Spi-
ritus fit. Non enim erant ſine carne, quibus ſcribebat: ſed qui aſſumpſerant Spiritum
Dei, in quo clamamus Abba, Pater. Si igitur nunc pignus habentes, clamamus Abba, Ibid. 15.
Pater; quid fiet quando reſurgentes facie ad faciem videbimus eum? [3] Quando om-
nia membra affluenter exultationis hymnum protulerint, glorificantia eum, qui
ſuſcitauerit ea ex mortuis, & æternam vitam donauerit? Si enim pignus comple-
ctens hominem in ſemetipſum, iam facit dicere, Abba, Pater, quid faciet vniuerſa
Spiritus gratia, quę hominibus dabitur à Deo, [4] cùm ſimiles nos ei efficiet, & perficiet 1. Ioan. 3. 2.
voluntate Patris? Efficiet enim hominem ſecundùm imaginem & ſimilitudinem
Dei. Qui ergo pignus Spiritus habent, & non concupiſcentijs carnis ſeruiunt, ſed
ſubijciunt ſemetipſos Spiritui, & rationabiliter cōuerſantur in omnibus, iuſtè Apo-
ſtolus ſpirituales vocat, quoniam Spiritus Dei habitat in ipſis. Incorporales autem
ſpiritus non erunt homines ſpirituales: ſed ſubſtantia noſtra, id eſt, animæ & carnis
adunitio adſumens Spiritum Dei, ſpiritualem hominem perfecit. [5] Eos autem qui
B abijciunt quidem Spiritus conſilium, carnis autem voluptatibus ſeruiunt, & irratio- 1. Cor. 3. 1. & 3.
nabiliter viuunt, & effrænati deijciuntur in ſua deſideria, quippe nullam habentes
aſpirationem diuini ſpiritus, ſed porcorum & canum more viuunt; hos iuſtè Apo-
ſtolus carnales vocat, quia nihil aliud, quàm carnalia ſentiunt.

*Baſilius Magnus libro de Spiritu ſancto cap. 29. hæc citat.*

Εἰρηναῖος δὲ ἐκεῖνος, ὁ ἐγγὺς τῶν ἀποστόλων γενόμενος, πῶς ἐμνήσθη τοῦ πνεύματος ἐν τῷ πρὸς τὰς αἱρέσεις λόγῳ, ἀκούσωμεν. τοὺς δὲ ἀχαλιναγωγήτους φησί, καὶ καταφερομένους εἰς τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας, μηδεμίαν ἔχοντας ἐπιθυμίας θείου πνεύματος, δικαίως ὁ ἀπόστολος σαρκικοὺς καλεῖ.

*Interp. Eraſmo Roterodamo.*

Irenæus autem ille, qui vicinus fuit Apoſtolorum temporibus, quomodo mentionem Spiritus faciat, diſputans aduerſus hæreſes, audiamus: Eos verò, inquit, qui effrenes deferuntur ad ſuas concupiſcentias, nullum habentes diuini Spiritus deſiderium, meritò Apoſtolus carnales vocat.

Et Prophetæ autem propter hāc eandem cauſam, irrationabilibus animalibus aſ-
*irrationabilem ſimilant eos, propter * irrationabilem conuerſationem ipſorum dicentes. Equi fu- Ierem. 5. 8.
rentes ad fœminas facti ſunt, vnuſquiſque ipſorum hinniens ad vxorem proximi
ſui. Et rurſus. Homo cùm in honore eſſet, aſſimilatus eſt iumentis: hoc quia ſecun- Pſalm. 48. 13.
C dùm ſuā cauſam aſſimilatus eſt iumentis, irrationabilem * æmulans vitā. Sed & nos *hanc amans
in conſuetudine, huiuſmodi homines iumenta & pecora inrationabilia dicimus.
Prædixit autem figuraliter omnia hæc Lex de animalibus delineans hominem, Leuit. 11. 3.
quæcunque duplicem vngulam habent & ruminant, [6] munda] enuntians: quæcun-
que autem aut vtrumque vel alterum non habent, velut immunda ſegregans. Qui
ſunt ergo mundi? Qui in Patrem & Filium per fidem [iter] firmiter faciunt, hæc eſt Deut. 14. 7.
*qui duplicis ſunt vngulæ: enim firmitas eorum, * quæ duplici ſunt vngula: & eloquia Dei meditantur die ac Pſalm. 1. 2.
nocte, vti operibus bonis adornentur: hæc eſt enim ruminantium virtus. Immunda
autem, quæ neque duplicem vngulam habent, neque ruminant, hoc eſt, qui neque
in Deum fidem habent, neque eloquia eius meditantur. Hæc autem Ethnicorum eſt
abominatio. Quę autem ruminant quidem, non habent autem vngulam duplicem,
& ipſa immunda, hæc Iudæorum eſt imaginalis deſcriptio: qui quidem eloquia Dei
in ore habent; ſtabilitatem autem radicis ſuæ non infigunt in Patre & in Filio. Pro-
pter hoc autem & lubricum eſt genus ipſorum. Etenim quæ ſunt vnius vngulæ
animalia, facilè labuntur: firmiora autem ſunt quæ duplicem [quidem] vngulam
D habent, ſuccedentibus inuicem vngulis fiſſis ſecundùm iter, & altera vngula ſub-
baiulat aliam. Immunda autem ſimiliter quæ duplicem vngulam habent, non
autem ruminant; [7] hæc eſt autem omnium videlicet hæreticorum oſtenſio, & eo-
rum qui non meditantur eloquia Dei, neque operibus iuſtitiæ adornantur: quibus &
Dominus ait. Quid mihi dicitis Domine Domine, & non facitis quæ dico vobis? Matt. 7. 21.
Qui enim ſunt tales, in Patrem quidem & Filium dicunt ſe credere, nunquam au-
tem meditantur eloquia Dei, quemadmodum oportet, neque iuſtitiæ operibus ſunt
adornati: ſed, quemadmodum prædiximus, porcorum & canum aſſumpſerunt vitā,
immunditiæ, & gulæ, & reliquæ incuriæ ſemetipſos tradentes. Iuſtè igitur tales om-
nes, qui propter ſuam incredulitatem & luxuriam non adipiſcuntur diuinum Spiri-
tum, & varijs characteribus eijciunt ſe [8] viuificans verbum, & in ſuis concupiſcen-
tijs inrationabiliter ambulant, Apoſtolus quidem carnales & animales vocauit:
Prophetæ autem iumenta & feras dixerunt; conſuetudo autem pecora & irrationa-
biles interpretata eſt; Lex autem immundos enuntiauit.

## ANNOTATIONES.

A

1. Nunc autem partem Spiritus ſumimus] *Non de eſſentia illa Spiritus ſancti, quæ ipſi cum Patre & Filio eadem eſt, loquitur Irenæus; ſed de donis illis & chariſmatibus internis & externis, quæ initio naſcentis Eccleſiæ paſſim conferebantur. Nam plerumq; Spiritus ponitur pro gratia ſpiritali, vt docet Ambroſ. lib.3. de Spiritu ſancto cap.12.*

2. Quod & pignus] *Pignus eſt Hieronymo, id quod dari ſolet creditoribus, donec ſoluatur debita pecunia: ἀῤῥαβῶνα, quod hîc vſurpat Apoſtolus, ſignum & obligamentum futuræ poſſeſſionis, ac quaſi pars & portio quædam, vt vult Irenæus.*

3. Quando omnia membra] *Cenſuerunt multi pij & docti viri, ſanctos in ſuprema beatitudine reſumptis corporibus ſuis, non ſolùm mente & animo, ſed etiam lingua, arterijs, & vocibus articulatis Deo laudes decantaturos, quod hîc non obſcurè ſignificat Irenæus. Et paulò poſt,* Caro viua, *inquit,* & incorrupta perſeuerabit, hymnum dicens Deo. *Verba Auguſtini ſunt lib.22. de* Ciuit. *Dei cap. 30.* Omnia membra & viſcera corporis proficient in laudibus Dei. *Quod rurſus confirmat Commentarijs in Pſalmum 149 & homilia 17. in Apocalypſim, ſi eius tamen ſit opus illud, non Ticonij. Conſentiunt Caſſiodorus & Liranus in Pſal. 149. & ex Scholaſticis Thomas in 2. Sententiarum diſt. 2. & in 4. diſt. 44. quæſt. 2. Richardus, Bonauentura, Okam, F. Franciſcus Venetus Ton. 8. Cantici 3. Harmoniæ mundi.*

4. Cùm ſimiles] *Sex voces adiecimus, & periodum ſententiæ immutauimus auth. vet. cod. ſenſu tamen eodem, ſed clariore manente.*

5. Eos autem qui abijciunt] *Hanc Irenæi ſententiam nominatim tranſcripſit Baſilius magnus lib. de Spiritu ſancto cap.29. & ex vtroque repetit Euthymius Panopliæ ſuæ, parte ſecunda, capite 29. inter alias multorum ſuperiorum Patrum, quibus conſtanter probat Spiritum ſanctum Deum eſſe. Eant igitur Magdeburgenſes & obganniant Irenæum nullibi Spiritum ſanctū Deum aſſerere.*

6. Munda enuntians] *Ita vetus codex: excuſi verò* mundum nuntians.

B

7. Hæc eſt autem omnium] *Hanc allegoriam ſequuntur & ſuis calculis comprobant Origenes Homilia 7. in Leuiticum, & Gregorius, expoſitione in 7. cap. Canticorum: vtriq; in excogitandis allegorijs viri mirabiles. Iſychius presbyter in 11. cap. Leuitici, Rabanus, Beda, & alij.*

8. Viuificans verbum] *Vetus codex,* viuificantes verbum: *exiſtimarem legendum* eijciunt à ſe viuificans verbum.

## *QVOMODO INTELLIGENDVS SIT LOCVS Apoſtoli, quo hæretici abutebantur, Caro & ſanguis regnum Dei non poßidebunt. 1. Corint. decimoquinto.*

C

### CAPVT IX.

HOC autem eſt quod & in alijs ab Apoſtolo dicitur. Quoniam caro & ſan-
1.Cor.15.50. guis regnum Dei [1] hæreditare non poſſunt. Id eſt, quod ab hominibus hæreticis profertur in amentiam ſuam, [2] ex quo & nos retardare, & oſtendere] conantur non ſaluari plaſmationem Dei, non conſpicientes quia ſunt tria ex quibus (quemadmodum oſtendimus) perfectus homo conſtat, [3] carne, anima, & ſpiritu, & altero quidem ſaluante & figurante, qui eſt Spiritus, altero quod vnitur & formatur, quod eſt caro. Id verò quod inter hæc eſt duo, eſt anima, quæ aliquando quidem ſubſequens [ſpiritum] eleuatur ab eo; aliquando autem conſentiēs carni, decidit in [terrenas] concupiſcentias. Quotquot ergo id quod ſaluat & format in vitam non habent, hi conſequenter erunt, & vocabuntur caro & ſanguis: quippe qui non habent Spiritum Dei in ſe. Propter hoc autem & mortui tales dicti ſunt à
Matt.8.22. Domino. Sinite enim (inquit) mortuos ſepelire mortuos ſuos: quoniam nō habent ſpiritum * viuificantem hominem. Quotquot autem timent Deum, & credunt in aduentum Filij eius, & per fidem conſtituunt in cordibus ſuis Spiritum Dei, hi tales iuſtè homines dicentur & mundi, & ſpirituales, & viuentes Deo, quia habent Spiritum
Matt.26.41. Patris, qui emundat hominem, & ſubleuat in vitam Dei. Sicut enim caro infirma, ſic & Spiritus promptus à Domino teſtimonium accepit. Hic eſt potens perficere quæcunque in promptu habet. Si igitur hoc quod eſt promptum Spiritus, admiſceat aliquis velut ſtimulum infirmitati carnis, neceſſe eſt omnimodo, vt id quod eſt forte, ſuperet infirmum, ita vt abſorbeatur infirmitas carnis à fortitudine Spiritus: & eſſe eum qui ſit talis, non iā carnalem, ſed ſpiritualem, propter Spiritus communionem.
Martyrum vnde conſtantia. Sic igitur Martyres teſtantur, & contemnunt mortem, non ſecundùm infirmitatem carnis, ſed ſecundùm quod promptus eſt Spiritus. Infirmitas enim carnis abſorpta, potentem oſtendit Spiritum. Spiritus autem rurſus abſorbens infirmitatem, [4] hæreditate poſſidet] carnem in ſe, & ex vtriſque factus eſt viuens homo. Viuens quidem propter participationem Spiritus, homo autem propter ſubſtantiam carnis. Igitur caro ſine Spiritu Dei mortua eſt, non habens vitam, regnum Dei poſſidere non poteſt, ſan-

D

* qui viuifices.



A teſt, ſanguis irrationalis, velut aqua effuſa in terram. Et propter hoc ait. Qualis terrenus, tales & terreni. Vbi autem Spiritus Patris, ibi homo viuens, ſanguis rationalis ad vltionem à Deo cuſtoditus, caro à Spiritu poſſeſſa, oblita quidem ſui, qualitatem autem Spiritus aſſumens, conformis facta eſt verbo Dei. Et propterea ait, Sicut portauimus imaginem eius qui de terra eſt, portemus & imaginem eius qui de cælo eſt. Quid eſt ergo terrenum? Plaſma. Quid autem cæleſte? Spiritus. Sicut igitur (ait) ſine Spiritu cæleſti cōuerſati ſumus aliquando in vetuſtate carnis, non obedientes Deo: ſic nunc accipientes Spiritum, in nouitate vitæ ambulemus, obedientes Deo. Quoniam igitur ſine Spiritu Dei ſaluari non poſſumus, adhortatur Apoſtolus nos per fidem & caſtam conuerſationem [5] conſeruare] Spiritum Dei, vt non ſine participatione ſancti Spiritus facti amittamus regnum cælorum. Et clamauit non poſſe carnem ſolam & ſanguinem regnum Dei poſſidere.

1.Cor.15.48. 1.Cor.15.49. Rom.6.4.

| *Baſilius Magnus libro de Spiritu ſancto cap. 29. hæc citat.* | *D. Eraſmo Roterodam. interprete.* |
| --- | --- |
| ἵνα μὴ ἄμοιροι θείου πνεύματος γενόμενοι, ἀπολύχωμεν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἐπεβόησεν ὁ ἀπόστολος, μὴ δύνασθαι τὴν σάρκα βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομῆσαι. | Ne expertes facti diuini Spiritus, fruſtremur regno cælorum, inclamat Apoſtolus, quod caro non poſſit hæreditatem capere regni cælorum. |

B

Si enim oportet verum dicere, non poſſidet, ſed poſſidetur caro: ſicut & Dominus ait. Beati mites, quoniam ipſi hæreditate poſſidebunt terram: quaſi hæreditate poſſideatur terra in regno. Vnde & ſubſtantia carnis noſtræ eſt: & ideo mundum templum eſſe vult, vt delectetur Spiritus Dei in eo, quemadmodum ſpōſus ad ſponſam. Sicut igitur ſponſa aſſumere ſponſum non poteſt, aſſumi autem à ſponſo poteſt, quum venerit & acceperit eam ſpōſus: ſic & caro hæc, ſecundùm ſeipſam, id eſt ſola, regnum Dei hæreditate poſſidere non poteſt. Hæreditate autem poſſideri in regno à ſpiritu poteſt: hæreditate enim poſſidet, qui viuificat ea quæ ſunt mortua: & aliud quidem eſt hæreditate poſſidere, aliud autem hæreditate poſſideri. Ille enim dominatur & præeſt, & diſponit ea quæ hæreditate poſſidet, quemadmodum ipſe velit. Illa verò ſubiecta ſunt & obediunt, & dominantur ab eo, & ſub dominio ſunt eius qui poſſidet. Quid igitur eſt quod viuit? Scilicet Spiritus Dei. [6] Quæ ſunt autem quæ ſunt mortua? ſcilicet membra hominis, quæ & corrumpuntur in terra. Hæc autem poſſidentur à Spiritu tranſlata in regnum cælorum. Propter hoc autem & Chriſtus mortuus eſt, vti teſtamentum Euangelij apertum, & vniuerſo mundo lectum, primùm quidem liberos faceret ſeruos ſuos, poſt deinde hæredes eos conſtitueret eorum quæ eſſent eius, hæreditate poſſidente ſpiritu, quemadmodum demonſtrauimus. Hæreditate enim poſſidet ille qui viuit, hæreditate autem acquiritur caro: vt non amittentes eum qui nos poſſidet Spiritum, amittamus vitam, adhortans nos Apoſtolus ad Spiritus communicationem ſecūdùm rationem quæ prædicta ſunt, dixit. Quoniam caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt: velut ſi dicat. Nolite errare: quoniam niſi Verbum Dei inhabitauerit, & Spiritus Patris fuerit in vobis, vanè autem, & pro vt euenit, conuerſati fueritis, quaſi [hoc] tantùm caro & ſanguis exiſtentes, regnum Dei poſſidere non poteritis.

Matth.5.4. C 1.Cor.15.

D

## ANNOTATIONES.

1. Hæreditare] *Ad verbum Græcam dictionem κληρονομῆσαι reddidit: vulgata editio* poſſidere.

2. Ex quo & nos retardare] *Septem haſce voces non habent codices omnes excuſi, è quibus expunximus* & quæ. *Porrò ſenſum Apoſtoli hoc pacto exprimit Tertullianus lib. de Reſur. carnis. Non carnis ſubſtantiam, ſed opera volens arceri à regno Dei: vel carnem & ſanguinem ſi ſola, videlicet ſine ſpiritu, vt hinc quoq; animorum ſalutem colligat.*

3. Carne, anima, & Spiritu] *Tria quaſi diuerſa ad hominis compoſitionem conſtituere videtur, Animam, Spiritum, & Corpus: in quam opinionem veniſſe Plotinum & Apolinarium, qui in Patribus nomen magnum habuerunt, ſcriptis mandauit Nemeſius Emeſæ Epiſcopus lib. de natura hominis cap.1. Ac quid ſint corpus & anima peruium eſt; quid verò ſpiritus nomine velint, non ita. Gregorius Spiritum hominis aliquando animam ipſam; aliquando effectum eius ſpiritalem, in ſacris eloquijs ſignificare probat. Auguſtinus reprehendit* Didymum *eo quod Spiritum, tertium quidpiam in hominis ſubſtantia eſſe vellet, cùm ipſa anima ſit, eo nomine appellata, pro ſpiritali natura; vel pro eo quod ſpiret in corpore. Tertullianus ἡγεμονικὸν, id eſt, principem aliquem & ſummum vitæ gradum in anima quidem admittit: ſed conſtanter negat animam & ſpiritum duo eſſe, quæ vel ſeparari poßint, vel etiam concreta exiſtant. Hieronymus in 27. caput Matthæi, ex ſcripturis declarat ſpiritum cum anima eundem eſſe: atque eorum, qui contrà ſentiunt, opinionem ſibi non placere ſatis indicat, Quæſt. 12. ad Hadibiam; & comentarijs in 3. c. Danielis.*

Lib.11. Mor. cap.3. Lib. de Eccle. dog. cap.20. Lib. de Anima.

*Exiſtimo igitur Irenæum hîc Spiritus nomine nihil aliud velle intelligere, quàm eam vim animæ, quæ æterna ſpiritaliaq; bona meditatur, eaq; ſummoperè deſiderat, & ſiti flagrat incredibili: quam in Scholis ſuperiorem portionem nominamus.*

4. Hæreditate poſſidet] *Veteris codicis authoritate deleuimus* poſſedit.

5. Conſeruare Spiritum Dei ] *Deleuimus* conuerſari. *Porrò ſententia iſta Irenæi nominatim vtitur Baſilius Magnus libro de Spiritu ſancto, ad illius confirmandam Deitatem.*

6. Quæ ſunt autem ] *Vetus codex.* Qui ſunt autem, qui ſunt mortui? *Cæterùm, Hieronymus in 5. caput Matthæi, & Author operis imperfecti apud Chryſoſtomum Homilia nona, pari expoſitione hanc B. Irenæi approbant, qua per terram, quam Dominus noſter mitibus poſſidendam pollicetur, corpus eorum intelligatur liberatum à corruptione, & configuratum corpori claritatis ſuæ. Chromatij Epiſcopi ſententiam adijciam.* Hos mites (*ſcribit ille in 5. cap. Matth.*) Dominus beatos oſtendit, qui lenitatem dominicæ manſuetudinis ſequentes, beatæ illius terræ hæreditate perpetua poſſeſſione fruentur. Maximè tamen de terra corporis noſtri loquitur, in qua ſancti transfigurati in gloriam, ſecundùm Apoſtolum, æterna felicitate regnabunt. A

## *SVPERIORA PROBAT SIMILITVDINE ducta ab oleaſtro, cuius qualitas tantùm, non natura, per inſitionem mutatur: oſtendit quoque hominem ſine Spiritu, nec fructus edere, nec regnum Dei poſſidere poſſe.* B

### CAPVT X.

Rom. 11. 24. HOC ideo vti non gratificantes carni, reſpuamus inſertionem Spiritus. Tu
autem oleaſter, ait, cùm eſſes, inſertus es in bonam oliuam, & ſocius pin-
guedinis oliuæ factus es. Quemadmodum igitur oleaſter inſertus, ſi per-
Matt. 7. 19. manſerit in eo quod antè fuerit, oleaſter, exciditur[1] & in ignem mittitur:]
ſi autem tenuerit inſertionem, & tranſmutetur in bonam oliuam, fit fructifera qua-
ſi in paradiſo regis plantata. Sic & homines, ſi quidem per fidem profecerint in me-
lius, & aſſumpſerint Spiritũ Dei, & illius fructificationem germinauerint; erunt ſpi- C
rituales, tanquam in Paradiſo Dei plantati: ſi autem reſpuerint Spiritum, & perſeue-
rauerint in eo quod fuerãt antè, magis carnis eſſe volentes quàm Spiritus, iuſtiſſimè
1. Cor. 15. in eiuſmodi dicitur, quoniam caro & ſanguis regnum Dei non poſſident: tanquam ſi
quis dicat, quoniam oleaſter non aſſumitur in Paradiſum Dei. Mirabiliter igitur A-
poſtolus naturam oſtendit noſtram, & vniuerſam diſpoſitionem Dei in eo ſermone
Simile elegans. qui eſt de carne, & ſanguine, & oleaſtro. Quemadmodum enim oliua neglecta, tem-
pore quodam in deſertum relicta, & ſylueſtria fructificans, ſecundùm ſe oleaſter fit:
vel rurſum oleaſter diligentiam percipiens, & inſertus, in priſtinam naturæ recurrit
fructificationem: ſic & homines in negligentia conſtituti, & concupiſcentias carnis
tanquam ſylueſtria fructificantes, ſecũdùm ſuam cauſam infructuoſi iuſtitia conſti-
Matt. 13. 25. tuuntur. In eo * autem quòd dormiant homines, inſeminat inimicus materiam zi- *enim
Matt. 25. 13. zaniæ: & propter hoc Dominus diſcipulis ſuis vigilare præcepit. Et rurſus qui infru-
ctuoſi ſunt iuſtitia, & velut ſentibus obuoluti homines, ſi diligentiam percipiant, &
velut inſertionem accipientes verbum Dei, in priſtinam veniũt hominis naturam,
eam qua ſecundùm imaginem & ſimilitudinem factus eſt Dei. Sed quemadmodum D
oleaſter inſertus, ſubſtantiam quidem ligni non amittit, qualitatem autem fructus
immutat, & aliud percipit vocabulum, iam non oleaſter, ſed fructifica oliua exiſtẽs,
& dicitur: Sic & homo per fidem inſertus, & aſſumens Spiritum Dei, ſubſtantiã qui-
dem carnis non amittit, qualitatem autem fructus operum immutat, & aliud accipit
vocabulum, ſignificans illam quæ in melius eſt tranſmutationem, iam non caro &
ſanguis, ſed homo ſpiritalis exiſtens, & dicitur. Quemadmodum autem rurſus olea-
Matth. 7. 19. ſter, ſi non *participat inſertionem, perſeuerat inutilis ſuo Domino per ſuam ſylue- *percipiat
ſtrem qualitatem, & quaſi infructuoſum lignum exciditur, & in ignem mittitur: ſic
& homo nõ aſſumens per fidem Spiritus inſertionem, perſeuerat hoc eſſe quod erat
1. Cor. 15. antè, caro & ſanguis[2] regnum Dei non poſſidens. Bene igitur Apoſtolus ait. Caro &
Rom. 8. 8. ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt. Et, qui in carne ſunt, Deo placere nõ poſ-
ſunt, non ſubſtantiam reijciẽs carnis, ſed infuſionem Spiritus attrahens. Et propter
1. Cor. 15. 53. hoc ait. Oportet mortale [iſtud] induere[3] immortalitatem; & corruptibile hoc in-
Rom. 8. 9. duere] incorruptelam. Et iterùm ait. Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu,
ſiqui-



A ſiquidem Spiritus Dei habitat in vobis. Manifeſtius autem illud adhuc oſtendit, di-
cens. Corpus quidem mortuum propter peccatum,[4] Spiritus autem vita propter iu- Rom. 8. 10.
ſtitiam. Si autem Spiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis habitat in vobis, qui
ſuſcitauit Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra propter inha-
bitantem Spiritum eius in vobis. Et rurſus in Epiſtola, quæ eſt ad Romanos, ait. Si e- Ro. 8. 10. 11.
nim ſecundùm carnem viuitis,[5] incipietis mori: non conuerſationem quæ eſt in
carne repellens ab eis; etenim ipſe in carne cùm eſſet, ſcribebat eis: ſed concupiſcen-
tias abſcindens carnis, eas quæ mortificant hominem: & propter hoc intulit. Si au-
tem ſpiritu opera carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim ducuntur Spiri-
tu Dei, hi ſunt filij Dei.

### ANNOTATIONES.

1. Et in ignem mittitur ] *Quatuor voces iſtas ex veter. cod. addidimus. Hîc autem non obſcurè docet opera [illegible] fidei iungenda eſſe: eaq; tamen non niſi diuino Sp[illegible]tus ſancti auxilio perfici poſſe: Pelagianorum o-* B *pinionem ſimul & Simonis Magi, ac poſteriorum Gnoſticorum errores euertens.*

2. Regnum Dei] *Vetus codex*, exiſtens, regnum Dei hæreditate poſſidere non poteſt.

3. Immortalitatem] *Quinque iſtas voces, quas etiam habet Apoſtolus, ex veteri codice inſeruimus.*

4. Spiritus autem vita] *Communis editio*, ſpiritus viuit: *at Græcam Pauli lectionem ſequitur Irenæus. Habet enim* Ζωὴ, *& non* Ζῇ, *atque ex Latinis ſic legunt Auguſtinus in Pſalm. 75. lib. 24. contra Fauſtum cap. 2. Ambroſius in commentarijs. Hilarius lib. 8 de Trinitate: ex Græcis Athanaſius libr. ad Serapionem. Theophylactus in com. vt loquatur Apoſtolus de Spiritu ſancto, qui per ſe ſe vita eſt, eamq; alijs elargitur.*

5. Incipietis mori] *Sic cum Irenæo legit Cyprianus libro de zelo & liuore. Græcè eſt* μέλλετε ἀποθνήσκειν, *quod alij vertunt, futurum eſt, vt moriamini. Heruetus Theodoreti interpres:* Si ſecundùm carnem viuitis, ſecundùm carnem moriemini.

## *DE CARNALIVM ET SPIRITVALIVM OPERIBVS, ablutioneq; ſpirituali non ad corporum ſubſtantiam, ſed priſtinæ vitæ conuerſationem referenda.*

C

### CAPVT XI.

ET ipſas autem operas manifeſtauit, quas dicit carnales, quæ ſint, præui-
dens calumniam infidelium, & ipſe ſemetipſum exponens, ne relinque-
retur quæſtio his, qui infideliter tractant de eo, in [ea] epiſtola, quæ eſt ad
Galatas dicens. Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt,[1] Adulteria, Galat. 5. 19. Opera carnis.
fornicationes, immunditia, luxuria, idololatria, veneficia, inimicitiæ,
contentiones, zeli, ira, æmulationes, animoſitates, irritationes, diſſenſiones, hęreſes,
inuidiæ, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, quemadmodum
& prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt. Manifeſtius præ-
dicans his qui audiunt, quid eſt Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt.
Qui enim illa agunt, verè ſecundùm carnem ambulantes, viuere Deo non poſ-
ſunt. Et iterum ſpirituales actus intulit viuificantes hominem, id eſt, inſertionem
Spiritus dicens. Fructus autem Spiritus eſt, charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas, Galat. 5. 22.
D benignitas, fides, lenitas, continentia, caſtitas: aduerſus hæc non eſt lex. Sicut igitur Fructus Spiritus.
qui in melius profecerit, & fructum operatus fuerit Spiritus, omni modo ſaluatur,
propter Spiritus communionem: ſic [&] is qui remanſerit in prædictis carnis opera-
tionibus, carnalis verè deputatus, [eo] quod non aſſumat Spiritum Dei, regnum non
poterit poſſidere cælorum. Quemadmodum rurſus ipſe Apoſtolus teſtificatur. An 1. Cor 6. 6. 9. 10.
neſcitis, dicens Corinthijs, quoniam iniuſti regnum Dei non hæreditabunt? Nolite
errare, (ait) neque fornicarij, neque idololatræ, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſ-
culorum concubitores, neque fures, neq; auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque
rapaces regnum Dei poſſidebunt. Et hæc (ait) quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſan-
ctificati eſtis,[2] ſed iuſtificati eſtis] in nomine Domini Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei
noſtri. Manifeſtiſſimè oſtendit, per quæ perit homo, ſi perſeuerauerit ſecundùm car-
nem viuere: & per quæ rurſus ſaluatur. Ea autem quæ ſaluant, ait eſſe nomen Domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti,[3] & Spiritum Dei noſtri. Quoniam igitur iſtic numerauit eas
quæ ſunt ſine Spiritu, carnis operationes, quæ ſunt mortiferæ: conſequenter his quæ
prędicta ſunt ab eo, in fine Epiſtolæ ad ſummam exclamauit. Sicut portauimus ima- 1. Cor. 15. 49.
 ginem

ginem [4] eius qui de limo eſt, ita portemus & imaginẽ eius qui de cælis eſt. Hoc enim A
dico fratres, quoniam caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt. Hoc autem
quod ait, Sicut portauimus imaginem eius qui de limo eſt, ſimile illi dicto eſt: Et hęc
quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, [ſed iuſtificati eſtis] in nomine Do
mini noſtri IESV CHRISTI, & in Spiritu Dei noſtri. Quando igitur portauimus
imaginem eius qui eſt de limo? Scilicet quando hæ quæ prædictæ ſunt carnis opera-
tiones, perficiebantur in nobis. Quando autem iterum imaginem cœleſtis? Scilicet
1.Cor.6.11. quando ait, Abluti eſtis credentes in nomine Domini, & accipientes eius Spiritum.
Abluti autem ſumus non ſubſtantiam corporis, neque imaginem plaſmatis, ſed pri-
ſtinam vanitatis conuerſationem. In quibus igitur periebamus membris, operantes
ea quæ ſunt corruptelæ, in iiſdem ipſis viuificamur, operantes ea quæ ſunt Spiritus.
Quemadmodum enim corruptelæ eſt capax caro, ſic & incorruptelæ: & quemadmo-
dum mortis, ſic & vitæ.

## ANNOTATIONES.

1. Adulteria, fornicationes] *Quinque priores dictiones ſingulari numero legit vulgata editio, cui conſentiunt Græci codices. Irenæo conformis eſt Cyprianus libro de Oratione Dominica.*

2. Sed iuſtificati eſtis] *Tres iſtas voces cum veteri noſtro codice, agnoſcit Pauli contextus, ideoq́ eas inſeruimus.*

3. Et Spiritũ Dei noſtri] *Quum Spiritui æquè ac Chriſto Domino efficientiam ſalutis noſtræ tribuat, illius Diuinitatem agnoſcit, credit, & adorat: contradicant licet Magdeburgenſes. Subſignant Irenæo Baſilius & Ambroſius libris de Spiritu ſancto.* B

4. Eius qui de limo eſt] *Ita periphraſticῶs reddit vocem* χοϊκȣ̃: *quem ſequitur Cyprianus libr. de habitu Virg. libro de zelo & liu. Lib. 2. aduerſus Iudæos capit. 10. & libro 3. capit. 11. Tertullianus libro de carne Chriſti, legit* de terræ limo, *aliâs frequenter vocem Græcam conſeruat.*

## *DE DIFFERENTIA MORTIS ET VITÆ, afflatus vitæ & Spiritus viuificantis: & quomodo eadem ſubſtantia carnis, quæ mortua eſt, reuiuiſcet.*

## CAPVT XII.

C

HAEC autem inuicem cedunt, & vtraque non permanent in idipſum, ſed
expellitur alterum ab altero: & præſente altero, interit alterum. Si igitur
mors poſſidẽs hominem, expulit ab eo vitam, & mortuum oſtendit; mul-
to magis [1] vita poſſidens hominem expellit mortem, & viuentem ho-
minem reſtituet Deo. Si enim mors mortificauit, quare vita adueniens
Iſaiæ 25.8. non viuificat hominem? Quemadmodum Eſaias ait. Deuorauit mors potens. Et rur
ſus, Deus abſtulit omnem lachrymam ab omni facie. * Expulſa eſt autem priſtina *Exploſa
vita, quoniam non per Spiritum, ſed per afflatum fuerat data. Aliud enim eſt afflatus
vitę, qui & animalem efficit hominem: & aliud Spiritus viuificans, qui & Spiritalem
Iſa.42.5. efficit eum. Et ideo Eſaias ait. Sic dicit Dominus, qui fecit cælum & finxit illud; qui
firmauit terram, & quæ in ea ſunt; & dedit afflatum populo, qui ſuper eam eſt; & Spi-
ritum his qui calcant illam. Afflatum quidem communiter omni qui ſuper terram
eſt populo dicens datum: Spiritum autem propriè his, qui conculcant terrenas con-
cupiſcentias. Propter quod rurſus ipſe Eſaias diſtinguens ea quæ prædicta ſunt, ait:
Iſaiæ 57.16. Spiritus enim à me exiet, & flatum omnem ego feci. Spiritum quidem propriè in D
Ioel.2.28. Actor.2.17. Deo deputans, quem in nouiſſimis temporibus effudit per adoptionem filiorum in
genus humanum: afflatum autem communiter in conditione & factura oſtendens
illum. Aliud autem eſt quod factum eſt, ab eo qui fecit. Afflatus igitur temporalis, [2]
Spiritus autem ſempiternus. Et afflatus quidem auctus ad modicum, & tempore ali
quo manens, [3] deinde abijt] ſine ſpiramento relinquẽs illud in quo fuit antè. Spiritus
autem circundans intus & foris hominem, quippe ſemper perſeuerans, nunquam
1.Cor.15.46. relinquens eum. Sed non primò quidem [quod] ſpiritale eſt, ait Apoſtolus, (hæc tan-
quam ad nos homines dicens) ſed primò quidem animale eſt, deinde quod ſpiritale
eſt, ſecũdùm rationem. Oportuerat * autem primò plaſmari hominem, & plaſmatũ *enim
accipere animã, deinde ſic communionem Spiritus recipere. [4] Quapropter & primus
1.Cor.15.45. Adam factus eſt à Domino in animam viuentem, ſecundus autem in ſpiritum viui-
ficantem. Sicut igitur qui in animã viuentem factus eſt, diuertens in peius, perdidit
vitã: ſic rurſus idem ipſe in melius recurrens, aſſumens viuificantem ſpiritum, inue-
niet vitam. Non enim aliud eſt quod moritur, & aliud quo viuificatur. Quemad-
modum



A modum neque aliud quod perit, & aliud quod inuenitur: ſed illam [ipſam] quæ perie Lucæ 15.6.
rat ouem inuenit Dominus exquirens. Quid ergo erat quod moriebatur? Vtique car
nis ſubſtantia, quę amiſerat afflatum vitæ, & ſine ſpiramento mortua facta eſt. Hanc
itaque Dominus venit viuificaturus, vti quemadmodum in Adam omnes mori-
*Chriſtũ mur, quoniam animales, * in ſpiritu viuamus, quoniam ſpirituales: deponentes nõ
plaſma Dei, ſed concupiſcentias carnis, & aſſumentes Spiritum ſanctum, ſicut Apo-
ſtolus in epiſtola [quæ eſt] ad Coloſſenſes ait. Mortificate itaque membra veſtra quæ Coloſ.3.5.
ſunt ſuper terram. Quæ ſunt autem hæc, ipſe expoſuit, fornicationem, immunditi-
am, paſſionem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt idololatria. Horum
*operãtur, depoſitionem Apoſtolus præconatur, & eos qui talia * perpetrant, velut carnem &
ſanguinem tantùm exiſtentes, non poſſe ait regnum cælorum poſſidere. Anima e-
nim ipſorum declinans in peius, & in terrenas concupiſcentias deſcendens, eiuſdẽ,
cuius & illa ſunt, participauit appellationis: quæ deponere nos iubens, ait rurſus in
eadem epiſtola. Expoliantes vos veterem hominem cum operibus eius. Hoc autem Coloſ.3.9.
dicebat, non * veterem amouens plaſmationem: alioquin oportebat noſmetipſos
*veram B interficientes, ſeparari ab ea quæ eſt iſtic conuerſatione. Sed & ipſe Apoſtolus, ille
exiſtens qui in vulua plaſmatus erat, & de vtero exierat, ſcribebat nobis, & viuere in
carne fructus operis [eſſe] confeſſus eſt, in epiſtola quę eſt ad Philippẽſes dicens, Fru-
ctus autem operis ſpiritus, eſt carnis ſalus. Quis enim alius apparens fructus eius eſt, Philip.1.22.
qui non apparet Spiritus, quàm maturam efficere carnem & capacem incorruptelæ?
Si igitur viuere in carne, hic mihi fructus operis eſt, non vtique ſubſtantiam con-
*dixerat, temnebat carnis, in eo quod * diceret, Spoliantes vos veterem hominem cum operi-
bus eius: ſed ſpoliationem priſtinæ noſtræ conuerſationis manifeſtauit, eam quæ
veteraſcit & corrumpitur: & propter hoc intulit. Et induentes nouum hominem,
eum qui renouatur [5] in agnitionem ſecundùm imaginem eius qui creauit eum. In
eo ergo quod ait, Qui renouatur in agnitionem, demonſtrabat quoniam ipſe ille Coloſ.3.10.
qui ignorans erat antè homo, id eſt ignorans Deum, per eam quæ in eum eſt agniti-
onem renouatur. Agnitio enim Dei renouat hominem. Et in eo quòd dicat, Secun-
dùm imaginem cõditoris, recapitulationem manifeſtauit eius hominis, qui initio
ſecũdùm imaginem factus eſt Dei. Quoniam autem idem ipſe erat Apoſtolus, qui ex
C vtero generatus fuerat, hoc eſt, antiqua carnis ſubſtantia, ipſe in [ea] epiſtola [quæ eſt]
ad Galatas dixit. Cũ autẽ [6] placuit Deo, qui me ex vtero matris meæ ſegregauit, & vo- Galat.1.15.
cauit per gratiam ſuam, reuelare Filium ſuum in me, vt euangelizarem eum in Gen-
tibus. Non alius erat qui natus fuerat ex vtero, ſicut prædiximus, & alius qui euange-
lizabat Filium Dei: ſed idem ille qui antè ignorabat, & perſequebatur Eccleſiam, re- Act.9.
uelatione ei de cælo facta, colloquente cum eo Domino, quemadmodum in tertio
libro oſtendimus, euãgelizabat Filium Dei CHRISTVM IESVM, qui ſub Pontio
Pilato crucifixus eſt, præterita ignorantia exterminata à poſteriore agnitione. [7] Quẽ
admodum cæci, quos curauit Dominus, cæcitatem quidem amiſerunt, perfectam Ioan.9.
*receperũt autem * ſuſceperunt ſubſtantiam oculorum, & iiſdem ipſis quibus antè non vide-
bant oculis, recipiebant viſionem, caligine à viſione tantùm exterminata, ſeruata
autem ſubſtantia oculorum, vt per quos non viderant oculos, per eos rurſus viden-
tes, gratias agerent ei, qui rurſus viſum eis redintegrauit. Et qui aridam curauit ma- Luc.6.6.
num, & omnes omnino quos curauit, non ea quæ ab initio ex vtero edita fuerant
membra mutauerunt; ſed eadem ipſa ſalua recipiebant. Fabricator enim vniuerſo-
D rum Dei Verbum, qui ab initio plaſmauit hominẽ, à malitia inueniens labefactatũ
ſuum plaſma omnimodo curauit, hoc quidem & ſecundùm vnumquodque mem-
brum, ſicut & in ſuo plaſmate eſt: hoc autem & ſemel totum ſanum & integrum re-
integrauit hominem, perfectum eum ſibi præparans ad reſurrectionem. Quam e-
nim cauſam habebat carnis membra curare, & reſtituere in priſtinum characterem,
ſi non habebant ſaluari, quæ ab illo curata fuerant? Si enim temporalis erat ab eo v-
tilitas, nihil grande præſtitit his qui ab eo curati ſunt. Aut quomodo [dicunt] non
eſſe capacem carnem vitæ, quæ eſt ab eo, quæ percipit curationem ab eo? Vita enim
per curationem, incorruptela autem per vitam efficitur. Qui igitur curationem con-
fert, hic & vitam: & qui vitam, hic & incorruptelam circundat plaſmati ſuo.

## ANNOTATIONES.

1. Vita poſſidens animam] *Vetus codex,* vitam poſſidens homo.

2. Spiritus ſempiternus] *Aeternum profitetur eſſe Spiritũ, quapropter verè Deũ Patri & Filio æqualem & conſubſtantialem.*

3 Deinde abit] *Expunximus* obijt *auth. vet. cod.*

4. Quapropter & primus Adam]*Pauli editio Latina communis addit* homo: *quod hic non habet Irenæus. Ambroſius etiam in com. non videtur legiſſe: Stapulenſis admonuit ſupereſſe: Eraſmus putauit adiectum ab interprete quopiam, Hebraicæ vocis Adam interpretandi gratia.*

5. In agnitionem]*Vulgata Pauli editio Latina addit* Dei:*ſed illud cum Irenæo deſiderant Ambroſius, & Græci codices.*

6. Placuit Deo] *Vulgata editio,* ei: *ſed Irenæi litteræ conſentiunt Græca exemplaria. Docet porrò eūdem Apoſtolum, qui veteris Adami, id eſt, communi hominum more in vtero conceptus, indeq; natus fuerat, ea prædicaſſe quæ ab hæreticis malè intellecta obijciebantur: qui tamen veræ reſurrectionis eximius fuit aſſertor. Igitur verba ex illo allegata, contra eundem nequaquam militabant.* A

7. Quemadmodum cæci] *Ex miraculis ſuper cæcorum, aridorum, aliorumq; infirmorum corporibus à Domino factis, concludit ea Deo curæ eſſe, ac proinde olim reſurrectura.*

## *MAXIMVM SPECIMEN RESVRRECTIONIS habemus in mortuis à Chriſto ſuſcitatis, cordaquè noſtra capacia eſſe vitæ æternæ, eò oſtenduntur, quòd nunc Spiritum Dei recipiant.*

B

### CAPVT XIII.

Matt 9.18. D[1] Icant enim nobis hi qui contraria dicunt, id eſt, qui contradicunt ſuæ ſalu-
Luc 7.12. ti, Summi ſacerdotis mortua filia, & Viduæ filius qui circa portam mortuus
Ioan. 11.1. efferebatur,[2] & Lazarus qui in monumento quartam habebat diem, in qui-
bus reſurrexerint corporibus? In ijſdem ipſis ſcilicet in quibus & mortui fuerant. Si
enim non [in] ijſdem ipſis videlicet, nec ijdem ipſi qui mortui erant, reſurrexerunt.
Sed enim apprehendit (ait) Dominus manum mortui, & dixit ei. Iuuenis, tibi dico,
ſurge: & ſedit mortuus, & iuſſit ei dare manducare, & dedit eum matri ſuæ. Et Laza-
Ioan. 11. 43. rum vocauit voce magna dicens. Lazare, veni foras: & exiuit (inquit) mortuus, col-
& 44. ligatus pedes & manus inſtitis: [3] hoc ſymbolum eius hominis, qui inligatus fuerat
in peccatis. Et propter hoc ait Dominus. Soluite illum, & dimittite eum abire. Sicut
igitur qui curati ſunt, in his, quæ antè paſſa fuerunt membra, curati ſunt: & mortui
[in] ijſdem ſurrexerunt corporibus, membris & corporibus ipſorum percipientibus
curationem: & eam vitam quæ dabatur à Domino per temporalia, præformante æ- C
terna, & oſtendente quoniam ipſe eſt qui [& curationem plaſmati ſuo, & vitam præ-
ſtare poteſt,[4] vti eius] de reſurrectione quoq; credatur ſermo: ſic & in fine in nouiſſi-
1. Cor 15 52. ma tuba clamante Domino, reſurrecturi ſunt mortui, quemadmodum ipſe ait. Ve-
Ioan. 5. 52. niet hora in qua omnes mortui, qui in monumentis ſunt, audient vocem filij homi
nis, & exient qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitę: & qui mala [operati ſunt,] in
reſurrectionem iudicij. Vani igitur & verè infelices, qui ſic manifeſta & clara[5] no-
lunt conſpicere, ſed fugiunt lumen veritatis,[6] ſecundùm tragicum Oedipodem] ſe-
metipſos excęcantes. Et quemadmodum in paleſtra inſueti concertantes alijs vnam
quamlibet partem corporis totis complectentes manibus,[7] per illud quod detinent,
cadunt, & cadentes putant ſe vincere, eo quòd cōtentioſè teneant illud quod primū
apprehēderunt membrum, ſuper hoc autem quòd ceciderunt, & * deriſui habentur. *deriſi
Sic autem & hæretici, Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere nō poſſunt, duas dictio-
nes tollentes à Paulo, neque ſenſum Apoſtoli perſpexerunt, neque virtutem dictio- D
num ſcrutati ſunt: nudè autem ipſas dictiones tenentes, circa eas moriūtur, vniuer-
ſam diſpoſitionem Dei, quantum in ipſis eſt, euertētes. Si enim propriè de carne hoc
dictum dicent, & non de carnalibus operationibus, quemadmodum [demonſtraui- *demonſtrabimus,
mus,] ipſum ſibi contrarium Apoſtolū dicentem oſtendet.[8] Ait enim] ſtatim in ea-
1. Cor. 15. 53. dem Epiſtola demonſtratiuè de carne ſic [dicens:] Oportet enim corruptibile hoc,
induere incorruptelam, & mortale hoc induere immortalitatē. Cùm autem morta
Oſeæ 13. 14. le hoc induerit immortalitatē, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt. Abſorpta eſt mors in
victoria. Vbi eſt mors[9] aculeus tuus? Vbi eſt mors victoria tua? Hæc aūt iuſtè dicentur
tunc, quādo mortalis hęc & corruptibilis caro, circa quā & mors eſt, quę & quodā do
minio mortis preſſa eſt, in vitā conſcendēs, induerit incorruptelā & immortalitatē.
Tunc enim verè erit victa mors, quādo ea quæ cōtinetur ab ea caro, exierit de domi-
Philip. 3. 20. nio eius. Et rurſus ad Philippēſes ait. Noſtra aūt cōuerſatio in cælis eſt: vnde & Salua-
torē expectamus Dominū Ieſū,[10] qui [trāsfigurabit] corpus humilitatis noſtræ cōfor-
me corpori glorię ſuę, ita vt poſſit ſecundū operationē virtutis ſuę. [Quod] igitur eſt
humilitatis corpus, quod transfigurabit Dominus conformatū corpori gloriæ ſuæ?
Mani-



A Manifeſtum eſt quoniam corpus quod eſt caro, (quod & humiliatur cadens in ter-
ra) trāsfiguratio autem eius, quoniam cùm ſit mortalis & corruptibilis, immortalis
fit & incorruptibilis: non ſecundùm propriam ſubſtantiam, ſed ſecundùm Domini
operationem, qui poteſt mortali immortalitatem, & corruptibili circundare incor-
ruptibilitatem. Et propter hoc ait in ſecūda ad Corinthios. Vt abſorbeatur mortale 2. Cor. 5. 4.
à vita. Qui autem[11] perficit nos in hoc ipſum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus:
manifeſtiſſimè hoc de carne dicens. Nec enim anima immortalis neque ſpiritus ab-
ſorbetur à mortali vita, quando & caro non mortua, ſed viua & incorrupta perſeue-
rauerit,[12] hymnum dicens Deo, qui in hoc ipſum perficit nos. Vt ergo in hoc perficia-
mur, bene Corinthijs ait. Glorificate Deum in corpore veſtro. Deus incorruptibili- 1. Cor. 6. 20.
tatis eſt effector. Quoniam autem non de alio quodam corpore, ſed de corpore car-
nis dicit hoc, manifeſtè & indubitatè, & ſine vlla ambiguitate Corinthijs ait. Sem- 2. Cor. 4. 10.
per mortificationem Ieſu in corpore noſtro[13] circumferentes, vt vita Ieſu Chriſti in
corpore noſtro manifeſtetur.] Semper enim qui viuimus, in mortem tradimur per
Ieſum, vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne mortali noſtra. Et quoniam ſpiritus cō-
B plectitur carnem, in eadem Epiſtola ait. Quoniam eſtis Epiſtola Chriſti, miniſtrata 2. Cor. 3. 3.
à nobis, inſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in
tabulis cordis carnalibus. Si ergo nūc corda carnalia capacia Spiritus fiunt, quid mi-
rum ſi in reſurrectione, eam quæ à Spiritu datur, capiunt vitam? De qua reſurrectio-
ne Apoſtolus [in ea quæ eſt] ad Philippenſes ait. Conformis morti eius, ſi quo modo Philip. 3. 11.
occurrā ad reſurrectionem, quæ eſt à mortuis. In qua igitur alia mortali carne intel-
ligi poteſt vita manifeſtari, niſi in hac ſubſtātia, quæ & mortificatur propter eā quæ
eſt ad Deum confeſſionem? Quemadmodum ipſe dixit. Si ſecundùm hominem[14] cū 1. Cor. 15. 32.
beſtijs Epheſi pugnaui, quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt? Si enim mortui
non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit: ſi autem Chriſtus non reſurrexit, inanis
eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra: inuenimur autē & falſi teſtes Dei, quo-
niam teſtificamur quòd ſuſcitauit Chriſtum, quem non ſuſcitauit. Si enim mortui
non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis
eſt fides veſtra: quoniam adhuc eſtis in peccatis veſtris. Ergo & qui dormierunt in
Chriſto, perierunt. Si in vita hac in Chriſto ſperantes ſumus tantùm, miſerabiliores
omnibus ſumus hominibus. Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ
C dormientium: quoniam enim per hominē mors, & per hominem reſurrectio mor-
tuorum. In his igitur omnibus, quemadmodum prædiximus, aut contraria ſentien-
tem ſibimetipſi Apoſtolum dicent, quantum ad illud, Caro & ſanguis regnum Dei
poſſidere nō poſſunt: aut iterum malignas & extortas cogentur omnium dictorum
facere expoſitiones, ad tranſuertendam & immutādam ſententiam dictorum. Quid
enim dicere habebunt ſanum, ſi conabuntur aliter interpretari hoc quod ſcribit: O- 1. Cor. 15. 53.
portet enim corruptibile hoc induere incorruptelā, & mortale hoc induere immor
talitatem? Et: Vt vita Ieſu manifeſtetur in carne mortali noſtra, & reliqua omnia, in 2. Cor. 4. 10.
quibus Apoſtolus manifeſtè & clarè reſurrectionem & incorruptelam carnis prædi-
cat? Cogentur itaq; hæc tanta malè interpretari, qui vnum nolunt bene intelligere.

### ANNOTATIONES.

1. Dicant enim nobis]*Tertullianus lib. de Reſurr car. hoc paucis ita perſtringit:* Exempla mortuorum à Domino ſuſcitatorum commendabant carnis & animæ reſurrectionem, ne cui ſubſtantiæ negaretur hoc donum. *Hæc quoquè largiore manu Ambroſius lib. de fide reſurrect.* D

2. Et Lazarus] *Lazarum vocat Tertullianus præcipuum reſurrectionis exemplum.*

3. Hoc ſymbolum] *Non ſolus hic Apoſtolicorū temporum vir, ſed & plurimi & doctiſſimi & ſanctiſſimi poſtea Patres docuerunt iſtius Lazari ſymbolica, vera tamen alligatione & ſolutione, inſinuatam fuiſſe eam peccatorum pœnitentium abſolutionem, qua poſt delictorum confeſſionem miniſterio Sacerdotum abſoluuntur in Eccleſia Chriſtiana: quemadmodū ille ſepulchralibus lintheis inuolutus & ligatus, & manibus Apoſtolorum ſolutus & liber euaſit.*

*Perſpiciens autem Caluinus per hoc diuinum planè ac clariſſimum exemplar, paradoxa ſua de ſola fide iuſtificante, Sacramentorum inefficacitate, & clauium à Chriſto Eccleſiæ traditarum inanitate, planè damnari & conuelli; ſæuijt inops animi, totumquè inſenſus per orbem, in huius interpretationis authores bacchatus eſt, appellans eos* Papiſtas, ter ridiculos, qui confeſſionem auricularem hinc eliciunt: *inſuper,* & mentiri eos, qui affirmant Dominum diſcipulis iuſſiſſe, vt Lazarum faſcijs ſoluerent.

*Sed attendamus, quos viros hic nouus Apoſtolus ſuis conuicijs & probris vexet: quos pro miniſtrali ſua modeſtia, ter ridiculos & mendaces appellet. Hunc in primis antiquiſſimum Petri, Ioannis, & Pauli diſcipulorum auditorem, fortiſſimum* CHRISTI *martyrem, & ſapientiſſimum hæreſeon expugnatorem; docentem Lazarum fuiſſe typum hominis colligati,*
& à

*& à Chriſto traditi alijs ad ſoluendum. Quibus autem tradidit, niſi diſcipulis, qui præſto circumſtabant, ad omne præceptum & obſequium eius promptiſsimi?*

*Lib. 50. hom. hom. 27.*

*Eximium deinde Antiſtitem & Theologum Auguſtinum, quem de his ita diſſerentem ſubijcimus.* Dominus clamauit, Lazare, veni foras. Ceſſit voci miſericordiæ, moles ſepulturæ: ceſſit mors, vitæ: ceſſit infernus, ſuperno. Eleuatus eſt Lazarus, proceſſit tumulo: & ligatus erat, ſicut ſunt homines in confeſſione peccati agentes pœnitentiam Iam proceſſerunt à morte: nam non confiterentur niſi procederent. Ipſum confiteri, ab occulto & tenebroſo procedere eſt. Sed quid Dominus Eccleſiæ ſuæ inquit? Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt in cælo. *Auditis, viri Caluiniani, Lazarum ſymbolum fuiſſe hominis pœnitentiam agentis? Intelligitis Confeſsionem, proculdubio auricularem, proceſsione è tenebroſo ſepulcro deſignari? Eccleſiæ denique paſtoribus ab ipſo Filio mandatum eſſe, vt peccatis ligatos ſoluant? Attendite cætera.*

*Conc. 2. in Pſalm. 101.*

Cùm audis (*inquit idem Auguſtinus*) hominem pœnitere peccatorum, iam reuixit: cùm audis hominem confitendo proferre conſcientiam, iam de ſepulcro eductus eſt: ſed nondum ſolutus eſt. Quando, & à quibus ſoluitur? Quæ ſolueritis in terra, inquit Chriſtus, erunt ſoluta & in cælo.

*Non vos pigeat quæſo, homines curioſos & ſciendi auidos, eundem inſignem magiſtrum iterum de hac re dicentem audire:*

*Lib. de vera & falſa pœn. cap. 10.*

Dominus Lazarum de monumento iam ſuſcitatum obtulit diſcipulis ſoluendum, per hoc oſtendens poteſtatem ſoluendi conceſſam Sacerdotibus. Dixit enim: Quodcunque ſolueritis ſuper terram, &cæt. *Et ne leuioris momenti exiſtimetis hunc locum, alterum expendite, quo paucis contracta huius ſuſcitati Lazari narratione, quemlibet pœnitentem ſic idem beatus Dei ſeruus alloquitur:*

*Tract. 22. in Ioan.*

Surge in corde tuo, procede de ſepulcro tuo, id eſt, mala peccandi conſuetudine qua grauaris, crede, & confitere. Qui enim credit, ſurrexit: qui confitetur, ſurrexit: quia antequam confiteretur, occultus erat. Et cùm confeſſus fuerit, quid dicetur miniſtris? Quod dictum eſt ad funus Lazari: Soluite illum, & ſinite abire: quomodo dictũ eſt Apoſtolis, Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cælo.

*Ne verò illudant vobis cæci duces veſtri Prædicantes, garrientes vt ſolent, cùm omni ſolida reſponſione ſunt deſtituti, Auguſtinum varium, in hac ſententia non perſtitiſſe: eundem ſi ſaluti veſtræ benè conſultum velitis, rurſum eadem aſſeuerantem legite Tractatu quadrageſimo nono, in Ioannem: Libro de vtilitate pœnitentiæ, capite tertio: Sermone octauo, & quadrageſimo quarto de verbis Domini. Ac vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum, conſulite ſanctiſsimum Pontificem Gregorium Homilia 26. in Euangelia: & lib. vigeſimo ſecundo Moralium, capite decimo tertio: item clariſsimum Præſulem beatum Ambroſium libro ſecundo de pœnitentia, capite ſeptimo: & Caluinianæ impudentiæ ac maledicentiæ vos tandem pudeat atque pigeat.*

4. Vti eius] *Ita vetus codex: excuſi*, vti ei.

5. Nolunt conſpicere] *Codices excuſi*, intelligere.

6. Secundùm tragicum Oedipodem] *Ita vetus codex: excuſi* ſecundùm tragicos: *vnde apparet eiuſdem vet. codicis noſtri fides. Tangit enim illa, vt reor, quæ leguntur apud Sophoclem Oedipode tyranno, his verbis:*

ἀποσπάσας γὰρ εἱμάτων χρυσηλάτους
περόνας ἀπ' αὐτῆς, αἷσιν ἐξεστέλλετο;
ἄρας ἔπαισεν ἄρθρα τῶν αὐτοῦ κύκλων, *& deinceps*,

*id eſt:*

Nam cùm auulſiſſet à veſtibus aureas
Fibulas, quibus illa induta erat;
Cœpit is arreptis oculorum orbes fodere.
Sic dicens, ſe non amplius intueri illam (matrem) poſſe,
Neque mala ſua, nec ſcelera quæ perpetraſſet:
Sed lumine orbatum poſthac, neque quos fas non eſſet
Viſurum eſſe, nec quibus indigeret agniturum.

*Quibus & alijs multis locis apparet, pios iſtos Patres à lectione Poetarum non abhorruiſſe: ſed in ſuam rem cõuertiſſe: quod poſtea monuerunt Clemens Alexand. in Protreptico, & Baſilius Oratione ad nepotes.*

7. Per illud quod detinent cadunt] *Vetus codex*, per illud quod detinetur cadent.

8. Ait enim] *Duas has voces addit vetus codex: deinde* dicens *habet, non* dicentem, *vt excuſi.*

9. Aculeus tuus] *Cyprianus libr. 3. aduerſus Iudæos cap. 58. Hieronymus cõ. in Oſeæ ca. 13.* aculeum *legunt cum Irenæo: vulgata editio* ſtimulus: *Græcè eſt* Τὸ κέντρον.

10. Qui transfigurabit] *Græcè eſt* μετασχηματίσει, *& in communi editione*, transformabit *futuro tempore: expunximus* transfigurauit.

11. Perficit] *Ambroſius legit* perfecit. *Græcè eſt* κατεργασάμενος, *communis editio*, effecit.

12. Hymnum dicens Deo] *Quando caro & ipſa immortalis effecta glorioſaq; ſurrexerit, vnà cũ anima ſua beata hymnis ſempiternis Deum celebrabit, iuxta quod à Dauide de Sanctis ſcriptum eſt:* Exultationes Dei in gutture eorum, &c.

13. Circumferentes] *Nouem has voces ex vet. co. adiecimus, quum eaſdem habeat etiam Pauli litera: deleuimus* manifeſtemus.

14. Cum beſtijs Epheſi pugnaui] *Pugnam hanc Theophylactus & Oecumenius referunt ad tumultum, ab aurifice Demetrio excitatum, ob Epheſiã Dianam: quibus ex Latinis aſtipulatur. Anſelmus, ſiue Heruæus. Mihi verò eſt veriſimilius, quod ſcribit Nicephorus libr. 2. hiſt. c. 15. Leonibus, vtpotè ferociſsimis Hieronymo quodã præſide iubente, Paulum obiectũ fuiſſe, qui ad pedes eius mites conſederunt. Et ante Nicephorũ hæc attigerant Origenes lib. 1. Periarchon: Ambroſius & Theodoretus com. in 1. Cor. 15.*

*NISI*



## *NISI CARO SALVANDA ESSET, CARNEM eiuſdem ſubſtantiæ cum noſtra Verbum non adſumpſiſſet: quapropter nec per ipſum eſſemus reconciliati.*

### CAPVT XIV.

QVoniam autem non aduerſus ipſam ſubſtantiam carnis & ſanguinis dixit Apoſtolus, Non poſſidere regnum Dei, vbique idem Apoſtolus in Domino Ieſu Chriſto vſus eſt carnis & ſanguinis nomine, aliquid quidem, vti hominem eius ſtatueret: (etenim ſemetipſum filium dicebat hominis) aliquid autem vti ſalutem carnis noſtræ confirmaret. Si enim non haberet caro ſaluari, nequaquam Verbum Dei caro factum eſſet. Et ſi non haberet ſanguis iuſtorum inquiri, nequaquam ſanguinem habuiſſet Dominus. Sed quoniam ab initio vocalis eſt ſanguis, Deus ad Cain dixit, cùm occidiſſet fratrem ſuum. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me. *Geneſ. 4. 10.* Et quoniam haberet exquiri ſanguis ipſorum, dixit ad eos qui circa Noë erant. Etenim ſanguinem animarum veſtrarum, exquiram illum de manu omnium beſtiarũ. Iterum. Qui effundet ſanguinem hominis, ſanguis pro ſanguine eius effundetur. *Geneſ. 9. 5. & 6.* Similiter autem & Dominus his qui habebant eius ſanguinem effundere, dicebat. Exquiretur omnis ſanguis iuſtus, qui effunditur ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti, vſq; ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare: etiã dico vobis, venient omnia iſta ſuper generationem iſtam. *Matth. 23. 35.* Recapitulationem effuſionis ſanguinis ab initio omnium iuſtorum & Prophetarum in ſemetipſum futuram indicans, & exquiſitionem ſanguinis ipſorũ per ſemetipſum. Non autẽ exquireretur hoc, niſi & ſaluari haberet: nec* in ſemetipſo recapitulatus eſſet hæc Dominus, niſi & ipſe caro & ſanguis, ſecundùm principalẽ plaſmationem factus fuiſſet, ſaluans in ſemetipſo in fine illud quod perierat in principio in Adam. Si autem ob alteram quandam diſpoſitionem Dominus incarnatus eſt, & ex altera ſubſtantia carnem attulit, non ergo in ſemetipſo recapitulatus eſt [ſe] hominem: adhuc etiam nec caro quidem dici poteſt. Caro enim verè primæ plaſmationis[2] è limo factę, ſucceſſio. Si autem ex alia ſubſtantia habere eũ oportuit materiã, ab initio ex altera ſubſtantiæ parte operatus fuiſſet fieri conſperſionem eius. Nunc autem quod fuit qui perierat homo, hoc ſalutare factum eſt Verbũ, per ſemetipſum ea quę eſſet ad eum communionem, & exquiſitionem ſalutis eius efficiens. Quod autem perierat, ſanguinem & carnem habebat. Limum enim de terra accipiens Dominus, plaſmauit hominem, & propter hunc omnis diſpoſitio aduentus Domini. *Geneſ. 2. 7.* Habuit ergo & ipſe carnem & ſanguinem, non alteram quandam; ſed illam principalẽ Patris plaſmationem in ſe recapitulans, exquirens [id] quod perierat. *Luc. 19. 10.* Et propter hoc Apoſtolus in Epiſtola [quæ eſt] ad Coloſſenſes ait. Et vos cùm eſſetis aliquando alienati,[3] & inimici cogitationis eius in operibus malis, nunc autẽ reconciliari in corpore carnis eius, per mortẽ eius, exhibere vos ſanctos &[4] caſtos & ſine crimine in conſpectu eius. *Coloſ. 1. 22. 21.* In corpore (ait) reconciliari carnis eius,* id eſt, quia iuſta caro reconciliauit eam carnem, quæ in peccato detinebatur, & in amicitiã adduxit Deo. Si quis igitur ſecundùm hoc alteram dicit Domini carnem à noſtra carne,[5] quoniam illa quidem non peccauit, neque inuentus eſt dolus in anima eius, nos autem peccatores, rectè dicit. *1. Pet. 2. 22.* Si autem alteram ſubſtantiam carnis Domino affingit, iam non conſtabit illi reconciliationis ſermo. Reconciliatur enim illud quod fuit aliquando inimicitia. Si autem ex altera ſubſtantia carnem attulit Dominus, iam non illud reconciliatum eſt Deo, quod per tranſgreſſionem factum fuerat inimicum. Nunc autem per eam quæ eſt ad ſe communicationem, reconciliauit Dominus hominẽ Deo Patri, reconcilians nos ſibi per corpus carnis ſuæ, & ſanguine ſuo redimens nos, quemadmodũ Apoſtolus Epheſijs ait. In quo habuimus redemptionem per ſanguinẽ eius, remiſſionem peccatorum. *Epheſ. 1. 7.* Et rurſus eiſdem. Vos (inquit) qui aliquando eratis longè, facti eſtis iuxta, in ſanguine Chriſti. *Epheſ. 2. 13.* Et iterum, Inimicitias in carne ſua, Legem pręceptorum decretis euacuans. Et in omni autem Epiſtola manifeſtè teſtatur Apoſtolus, quoniam per carnẽ Domini noſtri, & ſanguinẽ eius nos ſaluati ſumus. Si igitur caro & ſanguis ſunt, quę faciunt nobis vitam, non propriè de carne dictũ eſt & ſanguine,

* in ſemetipſum

* hoc quoniam,

Non

Non poſſe ea poſſidere regnum Dei: ſed de prædictis carnalibus actibus, qui ad peccatum tranſuertentes hominem, [priuant] eum vita. Et propterea in Epiſtola ad Romanos ait. (Rom. 6.21.) Non ergo regnet peccatum in corpore mortali veſtro ad obediendum ei: neque exhibeatis membra veſtra arma iniuſtitiæ peccato: ſed exhibete voſmetipſos Deo, velut à mortuis viuentes, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. Quibus igitur membris ſeruiebamus peccato, & fructificabamus morti, iiſdem ipſis membris ſeruire nos vult iuſtitiæ, vt fructificemus vitæ. Memor igitur, Dilectiſſime, quoniam carne Domini [noſtri] redemptus es, [6] & ſanguine eius [redhibitus,] & tenens caput, ex quo vniuerſum corpus Eccleſiæ compaginatum augeſcit, hoc eſt, carnalem aduentum Filij Dei, & Deum confitens & hominem * eum firmiter excipiens, vtens etiam his oſtenſionibus quæ ſunt ex Scripturis, facilè euertis, quemadmodum demonſtrauimus, omnes eas quæ poſtea afflictæ ſunt hæreticorum ſententias. (* eius.)

## ANNOTATIONES.

1. Quoniam autem] *Confirmat reſurrectionem & ſalutem carnis, eò quod veram naturalemq́ Filius Dei ſibi vnierit, quemadmodum Paulus vbique agnoſcit. Iiſdem viribus præcipites agit, & perditos proſternit Marcionem, Baſilidem, Valentinum & Apellem Tertullianus, certus carnem ſummo præiudicio reſurrectionis inſtructam eſſe, ſi iam à Chriſto adſumpta in illo reſurrexerit.* (Li. de reſurrect. carn.)

*Quando verò Irenæus paulò poſt ſubijcit:* Si non haberet caro ſaluari, nequaquam Verbũ Dei caro factum eſſet, &c. *videtur in ea eſſe ſententia, quod Filius Dei non veniſſet in carnem, ſi Adam lapſus non eſſet: quod & poſtea Athanaſius Serm. 3. contra Arianos, Auguſtinus Serm. 8. de Verbis Apoſtol. Leo Papa Serm. 3. de Pentecoſte, denique beatus Thomas Aquinas, atque ſequaces eius, ſi Catharinum, Viguerium, & Nachantum exceperis, vniuerſi perſuaſiſſimum habuerunt.*

*Contrarium tamen Albertus magnus B. Thomæ præceptor ſenſit & docuit in tertio, diſt. 10. art. 4. eidemq́ æqualis Alexander Hallenſis, poſtmodum Ioannes Scotus, & qui doctrinam eius ſunt vſq́ in hanc diem amplexati: quam & ſcripturis & rationibus non aſpernandis corroborat Petrus Galatinus libro tertio cap. 4. & lib. 7. cap. 13. Nec deſunt iſtis priſcorum Theologorum multa & firma teſtimonia, vtpotè Ruperti lib. 3. de gloria & honore Filij hominis: & lib. 13. de gloria ſanctiſſ. Trinitatis, cap. 20. cuius authoritas, ne vt ſcriptoris recẽtioris contemnatur, adiungo Cyrillum Alexand. libr. 5. Theſauri, cap. 8. qui ſic ratiocinantur: Chriſtus Deus homo primus eſt & caput omnium prædeſtinatorum & electorum; adeoq́ue omnium Diuinorum myſteriorum ac operum finis. At numerus ille nulla vnquam ratione diſſoluetur, nunquam mutilus erit: Diuinaq́ue opera & conſilia ab vnius homunculi Adami delicto non pendent. Igitur etiam ſi hic non deliquiſſet, Verbum nihilominus verus homo fuiſſet. Ratiocinationem iſtam ex Auguſtin. lib. de natura & gratia cap. 25. & lib. 14. de ciuit. cap. 23. Rupertus ſic confirmat. Si, teſte Auguſtino, abſurdum eſſet dicere, Adam non peccante, generationes hominum futuras non eſſe, ac ſi propterea homines naſcerentur, quod peccatum præceſſiſſet: multo magis de iſto capite (CHRISTO) & Rege omnium electorum tam angelorum quàm hominum ſentire abſonum erit. Et iure certè teſtis & approbator huius ſententiæ laudatur Auguſtinus, quandoquidem lib. de nuptijs & concupiſcentia, cap. 21. docet Matrimonium in ſtatu innocentiæ etiam Chriſti cum Eccleſia futurum, idemq́ bonum habiturum, ſi ſtatus ille perduraſſet. Ergo & verus homo, & vt ſic, verum ac legitimum caput Eccleſiæ, & ſponſæ lectiſſimus ſponſus erat futurus, tametſi non eſſent lapſi primi parentes. Idemq́ rurſus ſcribens:* Non fuiſſet caro Chriſti in ſimilitudinem carnis peccati, niſi caro fuiſſet iſta peccati; (Libr. de peccat. merit. & remiſſ. c. 38.) *Omnino præſupponit eandem ſtante primo homine, futuram; tametſi non talem, id eſt, nec patibilem, nec mortalem: quod ab illis & ab iſtis libenter admittitur. Cyrillus item lib. 5. Theſauri, cap. 3. non modò abſurdum, ſed & Arianicum furorem reputat, dicere, Filium Dei propter nos factum, & non propter ſeipſum. Deceret enim illum nobis peccantibus agere gratias, qui pro nobis eſſet Chriſtus, aliâs non futurus. Omiſeram penè beatum Anſelmum, aſſerentem; Nullam in cælo eſſe animam, quæ ſibi perſuadeat, ſine peccato alterius ſe non fuiſſe gloria fruituram. Ergo non peccante Adamo, & Chriſti futura, & beata futura erat in proprio corpore: ſicq́ Filius Dei verus homo. Ad id etiam pertinere putatur, quod ſupra ſcripſit Irenæus, Deum futurã circa Filium ſuum humani generis diſpoſitionem in ſemetipſo diſponentem, prædeſtinaſſe animalem hominem, id eſt, Adamum, vt à ſpiritali, id eſt, Chriſto, ſaluaretur, vti non vacuum eſſet ſaluans. Ergo Chriſtus in primis deſtinatus eſt ſaluator, homines deinde ſaluandi, ne fruſtra deſtinatus putaretur.* (Libr. 1. cur Deus homo cap. 18.) (Lib. 3. ca. 33.)

*Ergo in tanti myſterij explicatione ſecum diſſident veteres & recentes Theologi? Minimè gentium. Adamo etenim ſtante, non erat futurus Chriſtus mortalis, eſuriens, ſitiens, lacrymans, obediens vſque ad mortem crucis, vt prioris ſententiæ adfirmant Patres: futurus autem Eccleſiæ prædilectæ dilectiſſimus ſponſus, caput pretioſiſſimum, & ſummus glorificator erat: quod ſententiæ ſecundæ aſſertionibus oſtenditur.*

2. E limo factæ] *Vetus codex:* facta eſt ſucceſſio. *Legendum mihi videtur* factæ, eſt ſucceſſio. *Et paulò poſt pro,* ex altera ſubſtantiæ parte, *vetus codex legit,* ex altera ſubſtantia partes operatus fuiſſet.

3. Et inimici cogitationes eius] *Vetus codex* Cogitationi: *Græcè eſt* τῇ διανοίᾳ, *id eſt mente ſeu cogitatione. Hieronymus contra Io. Hiero. legit, inimici ſeu hoſtes ſenſus eius.*

4. Caſtos & ſine crimine] *Græca Pauli:* ἀμώμους *quod Tertullianus vertit* inuituperabiles, ἀνεγκλήτους *incriminabiles: aut, vt communis habet editio,* irreprehenſibiles.

5. Quoniam illa quidem non peccauit] *Eadem Tertullianus lib. de carne Chriſti.* Vt euacuatam non poſſumus dicere carnem Chriſti, ita nec peccatricem, nec euacuatam, in qua dolus non fuit. Defendimus autem non carnem peccati euacuatam eſſe in Chriſto, ſed peccatum carnis; non ſubſtantiam, ſed culpam. *Et libr. de præſcript.* Soli Dei Filio ſeruabatur, ſine delicto permanere.



6. Et ſanguine eius redhibitus] *Hanc vocem addimus ex vetere noſtro codice. Eſt autem Iureconſultis,* Redhibere, *facere vt rurſus habeat venditor, quod ante habuerat. Inde Feſtus:* Redhiberi id dicitur, quod redditum eſt. *Homo porrò morti, dæmoni, inferisq́ ſeipſum vendiderat: at Chriſtus ſua paſſione & morte illum vitæ, Deo, cæliſq́ reſtituit.*

*Ex toto autem hoc capite, & alijs plurimis locis, expendat pius lector, quàm ſanctè, quàm grauiter, quàm frequenter, docteq́ vrgeat iſte vir Apoſtolicus ſummam efficacitatem & vtilitatem carnis patientis, & ſanguinis Chriſti quondam pro noſtra omniumq́ue ſalute effuſi.* Factus eſt, *inquit,* Verbum Dei caro & ſanguis, vt ſaluaret in ſemetipſo quod perierat in Adam. *Et:* Iuſta caro reconciliauit eam carnem, quæ in peccato detinebatur, & in amicitiam adduxit Deo. *Item:* Reconciliauit nos ſibi per corpus carnis ſuæ, & ſanguine ſuo redimens nos, vt Apoſtolus ait. *Itemq́ue:* In omni Epiſtola teſtatur Apoſtolus, quoniam per carnem Domini noſtri, & ſanguinem eius nos ſaluati ſumus, &c.

*Hæc enim coarguunt, damnantq́ue manifeſtiſſimè horrendas Caluinianorum blaſphemias, dicentium:* Nihil humanę ſalutis actum fuiſſe, ſi corporea tantùm morte defunctus eſſet Chriſtus. In corporea morte Chriſti nihil reperiri, quo fides noſtra ſe erigat vel ſuſtentet. In illius ſpectaculo nihil eſſe, quàm extremæ deſperationis materia. (Calu. Inſtit. lib. 2. cap. 16. §. 10. Idem in cap. 6. & 27. Matt. & in cap. 14. Io.) *Rurſum totum pretium redemptionis humanæ pedibus ijdem conculcantes vociferationibus ſuis ad miſellum populum prædicant, & ſcriptis publicis conſignant:* Sanguinem Chriſti pro nobis fuſum, dudum diſſipatum eſſe, nec iam Verbo inſeparabiliter vnitum. Sanguinem IESV CHRISTI pro noſtris peccatis effuſum in terram ante annos 1500. computruiſſe, nec amplius eſſe in rerum natura. *Hæc enim ſunt verba Ioan. Curæi, & Thomæ Eraſti Caluini diſcipulorum: huius in* Fundamentali ſua declaratione de Cęna, *pag. 29. illius in* Spongia, *folio 229. Hoc idem ex Borruſſia quoq́ nunc ſcribunt, & pro viribus ſpargũt & amplificant Fridericus Aulakius in ſua Confeſſione, pag. 42. Andreas Oſiander libel. aduerſus Morlinum: & alij paſſim Caluinianæ impietatis ſectatores, vt patet ex 2. Indice errorum, quos fingunt, Gregorij de Valentia, Geneuæ excuſo. Et miramur multos horum prodita, abiectaq́ tandem omni Chriſtiana religione, Alcoranum Mahometis profiteri? Cum Syluano, & Neuſſero Caluinianis miniſtris ad Turcas deficere? Horum ſatellites & legatos immanes copias Turcarum & Tartarorum ad deuaſtandas Chriſtianiſmi reliquias ſolicitare, incitare, perducere?*

*At enim ſi Chriſti ſanguis iam computruit, inanis eſt fides noſtra: inanis eſt prædicatio Apoſtolorũ: inueniuntur falſi teſtes Dei, quoniam teſtimonium dixerunt aduerſus Deum;* quod non daret Sanctum ſuum videre corruptionem. Quod non corruptibilibus redempti ſumus de vana noſtra conuerſatione: ſed pretioſo ſanguine agni immaculati & incontaminati Chriſti: Quod Chriſtus lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Quod ſanguis IESV CHRISTI emundat nos ab omni peccato. Emundat conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti. Qui eramus longè, facti ſumus prope in ſanguine eius. Iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Quod denique verè reſurrexit à mortuis, iam non moriturus; & quod ſemper viuat ad interpellandum pro nobis: *quandoquidem ſanguinem effuſum in terram, qui ad integritatem veri corporis humani omnino pertinet, non reſumpſerit: ſed ita diſſipari ac computreſcere ſiuerit, vt amplius non ſit in rerum natura. Increpet in his organis ſuis Satanam loquentem Dominus: & increpet Dominus in eos, qui elegit ſponſam ſuam Eccleſiam,* quam lauit in ſanguine ſuo. *&c. De his alibi patebit amplior dicendi locus.* (1. Cor. 15. Act. 2. 31. Pſalm. 15. 10. Actor. 13. 35. 1. Pet. 1. 19. Apoc. 1. 5. 1. Ioan. 1. 7. Hebr. 9. 14. Epheſ. 2. 13. Rom. 5. 9. Rom. 6. 9. Hebr. 7. 25.)

## *TESTIMONIIS ISAIÆ ET EZECHIELIS probat reſurrectionem: eundemq́ue Deum nos reſuſcitaturum eſſe, qui creauit.*

## CAPVT XV.

QVoniam autem is qui ab initio condidit hominem, poſt reſolutionem eius in terram, promiſit ei ſecundam generationem. Eſaias quidem ſic ait. Reſurgent mortui, & ſurgent qui in monumentis ſunt, & lætabuntur qui ſunt in terra. (Iſaiæ 26. 19.) [1] Ros enim [qui] à te eſt, ſanitas eſt [eis.] Et iterũ. (Iſaiæ 66. 14.) Ego vos aduocabo, & in Hieruſalem aduocabimini, & videbitis, & gratulabitur cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba orientur, & cognoſcetur manus Domini his qui colunt eum. [2] Et Ezechiel autem ait ſic. (Ezech. 37. 1.) Et facta eſt ſuper me manus Domini, & duxit me in ſpiritu Dominus, & poſuit me in medio campi, & hic erat plenus oſſibus, & circunduxit me ſuper ea [3] in circuitum in gyro] & ecce, multa ſuper faciẽ campi arida valde: & dixit ad me. Fili hominis, ſi viuunt oſſa hæc? Et dixi: Domine tu ſcis, qui feciſti hæc: & dixit ad me: Prophetare ſuper oſſa hæc, & dices eis. Oſſa arida, audite ſermonem Domini. Hæc dicit Dominus oſſibus his. Ecce, ego ſuperduco ſuper vos ſpiritum vitæ, & dabo ſuper vos [4] neruos, & reduco ſuper vos carnem, & extendam ſuper vos cutem,] & dabo Spiritum meũ in vos, & viuetis, & cognoſcetis quia ego ſum Dominus. Et prophetaui ſicut præcepit mihi Dominus. Et factum eſt cùm prophetarem, & ecce terræmotus, & adducebãtur oſſa vnumquodq; ad compaginem ſuam: & vidi, & ecce ſuper ea nerui, & carnes naſcebantur, & aſcendebant ſuper ea cutes deſuper,

Non poſſe ea poſſidere regnum Dei: ſed de prædictis carnalibus actibus, qui ad peccatum tranſuertentes hominem, [priuant] eum vita. Et propterea in Epiſtola ad Romanos ait. Non ergo regnet peccatum in corpore mortali veſtro ad obediendum ei: neque exhibeatis membra veſtra arma iniuſtitiæ peccato: ſed exhibete voſmetipſos Deo, velut à mortuis viuentes, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. Quibus igitur membris ſeruiebamus peccato, & fructificabamus morti, iiſdem ipſis membris ſeruire nos vult iuſtitiæ, vt fructificemus vitæ. Memor igitur, Dilectiſſime, quoniam carne Domini [noſtri] redemptus es, [6] & ſanguine eius [redhibitus,] & tenens caput, ex quo vniuerſum corpus Eccleſiæ compaginatum augeſcit, hoc eſt, carnalem aduentum Filij Dei, & Deum confitens & hominem * eum firmiter excipiens, vtens etiam his oſtenſionibus quæ ſunt ex Scripturis, facilè euertis, quemadmodum demonſtrauimus, omnes eas quæ poſtea affictæ ſunt hæreticorum ſententias.

Rom. 6.21.

* eius.

## ANNOTATIONES.

1. Quoniam autem] *Confirmat reſurrectionem & ſalutem carnis, eò quod veram naturalemq́; Filius Dei ſibi vnierit, quemadmodum Paulus vbique agnoſcit. Iiſdem viribus præcipites agit, & perditos proſternit Marcionem, Baſilidem, Valentinum & Apellem Tertullianus, certus carnem ſummo præiudicio reſurrectionis inſtructam eſſe, ſi iam à Chriſto adſumpta in illo reſurrexerit.*

Li. de reſurrect. carn.

*Quando verò Irenæus paulò poſt ſubijcit:* Si non haberet caro ſaluari, nequaquam Verbũ Dei caro factum eſſet, &c. *videtur in ea eſſe ſententia, quod Filius Dei non veniſſet in carnem, ſi Adam lapſus non eſſet: quod & poſtea Athanaſius Serm. 3. contra Arianos, Auguſtinus Serm. 8. de Verbis Apoſtol. Leo Papa Serm. 3. de Pentecoſte, denique beatus Thomas Aquinas, atque ſequaces eius, ſi Catharinum, Viguerium, & Naclantum exceperis, vniuerſi perſuaſiſſimum habuerunt.*

*Contrarium tamen Albertus magnus B. Thomæ præceptor ſenſit & docuit in tertio, diſt. 10. art. 4. eidemq́; æqualis Alexander Hallenſis, poſtmodum Ioannes Scotus, & qui doctrinam eius ſunt vſq; in hanc diem amplexati: quam & ſcripturis & rationibus non aſpernandis corroborat Petrus Galatinus libro tertio cap. 4. & lib. 7. cap. 13. Nec deſunt iſtis priſcorum Theologorum multa & firma teſtimonia, vtpotè Ruperti lib. 3. de gloria & honore Filij hominis: & lib. 13. de gloria ſanctiſſ. Trinitatis, cap. 20. cuius authoritas, ne vt ſcriptoris recẽtioris contemnatur, adiungo Cyrillum Alexand. libr. 5. Theſauri, cap. 8. qui ſic ratiocinantur: Chriſtus Deus homo primus eſt & caput omnium prædeſtinatorum & electorum; adeoq́ue omnium Diuinorum myſteriorum ac operum finis. At numerus ille nulla vnquam ratione diſſoluetur, nunquam mutilus erit: Diuinaq́ue opera & conſilia ab vnius homunculi Adami delicto non pendent. Igitur etiamſi hic non deliquiſſet, Verbum nihilominus verus homo fuiſſet. Ratiocinationem iſtam ex Auguſtin. lib. de natura & gratia cap. 25. & lib. 14. de ciuit. cap. 23. Rupertus ſic confirmat. Si, teſte Auguſtino, abſurdum eſſet dicere, Adam non peccante, generationes hominum futuras non eſſe, ac ſi propterea homines naſcerentur, quod peccatum præceſſiſſet: multo magis de iſto capite (CHRISTO) & Rege omnium electorum tam angelorum quàm hominum ſentire abſonum erit. Et iure certè teſtis & approbator huius ſententiæ laudatur Auguſtinus, quandoquidem lib. de nuptijs & concupiſcentia, cap. 21. docet Matrimonium in ſtatu innocentiæ etiam Chriſti cum Eccleſia futurum, idemq́; bonum habiturum, ſi ſtatus ille perduraſſet. Ergo & verus homo, & vt ſic, verum ac legitimum caput Eccleſiæ, & ſponſæ lectiſſimus ſponſus erat futurus, tametſi non eſſent lapſi primi parentes. Idemq́; rurſus ſcribens:* Non fuiſſet caro Chriſti in ſimilitudinem carnis peccati, niſi caro fuiſſet iſta peccati; *Omnino præſupponit eandem ſtante primo homine, futuram; tametſi non talem, id eſt, nec patibilem, nec mortalem: quod ab illis & ab iſtis libenter admittitur. Cyrillus item lib. 5. Theſauri, cap. 3. non modò abſurdum, ſed & Arianicum furorem reputat, dicere, Filium Dei propter nos factum, & non propter ſeipſum. Deceret enim illum nobis peccantibus agere gratias, qui pro nobis eſſet Chriſtus, aliâs non futurus. Omiſeram penè beatum Anſelmum, aſſerentem; Nullam in cælo eſſe animam, quæ ſibi perſuadeat, ſine peccato alterius ſe non fuiſſe gloria fruituram. Ergo non peccante Adamo, & Chriſti futura, & beata futurã erat in proprio corpore: ſicq́; Filius Dei verus homo. Ad id etiam pertinere putatur, quod ſupra ſcripſit Irenæus, Deum futurã circa Filium ſuum humani generis diſpoſitionem in ſemetipſo diſponentem, prædeſtinaſſe animalem hominem, id eſt, Adamum, vt à ſpiritali, id eſt, Chriſto, ſaluaretur, vti non vacuum eſſet ſaluans. Ergo Chriſtus in primis deſtinatus eſt ſaluator, homines deinde ſaluandi, ne fruſtra deſtinatus putaretur.*

Libr. de peccat. merit. & remiſſ. c. 38.

Libr. 1. cur Deus homo cap. 18.

Lib. 3. ca. 33.

*Ergo in tanti myſterij explicatione ſecum diſſident veteres & recentes Theologi? Minimè gentium. Adamo etenim ſtante, non erat futurus Chriſtus mortalis, eſuriens, ſitiens, lacrymans, obediens vſque ad mortem crucis, vt prioris ſententiæ adſirmant Patres: futurus autem Eccleſiæ prædilectæ dilectiſſimus ſponſus, caput pretioſiſſimum, & ſummus glorificator erat: quod ſententiæ ſecundæ aſſertionibus oſtenditur.*

2. E limo factæ] *Vetus codex:* facta eſt ſucceſſio. *Legendum mihi videtur* factæ, eſt ſucceſſio. *Et paulò poſt pro,* ex altera ſubſtantiæ parte, *vetus codex legit,* ex altera ſubſtantia partes operatus fuiſſet.

3. Et inimici cogitationes eius] *Vetus codex* Cogitationi: *Græcè eſt* Tῆ διανοίᾳ, *id eſt mente ſeu cogitatione. Hieronymus contra Io. Hiero. legit, inimici ſeu hoſtes ſenſus eius.*

4. Caſtos & ſine crimine] *Græca Pauli:* ἀμώμους *quod Tertullianus vertit* inuituperabiles, ἀνεγκλήτους *incriminabiles: aut, vt communis habet editio,* irreprehenſibiles.

5. Quoniam illa quidem non peccauit] *Eadem Tertullianus lib. de carne Chriſti.* Vt euacuatam non poſſumus dicere carnem Chriſti, ita nec peccatricem, nec euacuatam, in qua dolus non fuit. Defendimus autem non carnem peccati euacuatam eſſe in Chriſto, ſed peccatum carnis; non ſubſtantiam, ſed culpam. *Et libr. de præſcript.* Soli Dei Filio ſeruabatur, ſine delicto permanere.



6. Et ſanguine eius redhibitus] *Hanc vocem addimus ex vetere noſtro codice. Eſt autem Iureconſultis,* Redhibere, *facere vt rurſus habeat venditor, quod ante habuerat. Inde Feſtus:* Redhiberi id dicitur, quod redditum eſt. *Homo porrò morti, dæmoni, inferisq́; ſeipſum vendiderat: at Chriſtus ſua paſſione & morte illum vitæ, Deo, cæliſq́; reſtituit.*

*Ex toto autem hoc capite, & alijs plurimis locis, expendat pius lector, quàm ſanctè, quàm grauiter, quàm frequenter, docteq́; vrgeat iſtic vir Apoſtolicus ſummam efficacitatem & vtilitatem carnis patientis, & ſanguinis Chriſti quondam pro noſtra omniumq́ue ſalute effuſi.* Factus eſt, *inquit,* Verbum Dei caro & ſanguis, vt ſaluaret in ſemetipſo quod perierat in Adam. *Et:* Iuſta caro reconciliauit eam carnem, quæ in peccato detinebatur, & in amicitiam adduxit Deo. *Item:* Reconciliauit nos ſibi per corpus carnis ſuæ, & ſanguine ſuo redimens nos, vt Apoſtolus ait. *Itemq́ue:* In omni Epiſtola teſtatur Apoſtolus, quoniam per carnem Domini noſtri, & ſanguinem eius nos ſaluati ſumus, &c.

*Hæc enim coarguunt, damnantq́ue manifeſtiſſimè horrendas Caluinianorum blaſphemias, dicentium:* Nihil humanę ſalutis actum fuiſſe, ſi corporea tantùm morte defunctus eſſet Chriſtus. In corporea morte Chriſti nihil reperiri, quo fides noſtra ſe erigat vel ſuſtentet. In illius ſpectaculo nihil eſſe, quàm extremæ deſperationis materia. *Rurſum totum pretium redemptionis humanæ pedibus ijdem conculcantes vociferationibus ſuis ad miſellum populum prædicant, & ſcriptis publicis conſignant:* Sanguinem Chriſti pro nobis fuſum, dudum diſſipatum eſſe, nec iam Verbo inſeparabiliter vnitum. Sanguinem IESV CHRISTI pro noſtris peccatis effuſum in terram ante annos 1500. computruiſſe, nec amplius eſſe in rerum natura. *Hæc enim ſunt verba Ioan. Curæi, & Thomæ Eraſti Caluini diſcipulorum: huius in* Fundamentali ſua declaratione de Cęna, *pag. 29. illius in* Spongia, *folio 229. Hoc idem ex Borruſſia quoq; nunc ſcribunt, & pro viribus ſpargũt & amplificant Fridericus Aulakius in ſua Confeſſione, pag. 42. Andreas Oſiander libel. aduerſus Morlinum: & alij paſſim Caluinianæ impietatis ſectatores, vt patet ex 2. Indice errorum, quos fingunt, Gregorij de Valentia, Geneuæ excuſo. Et miramur multos horum prodita, abiectaq́; tandem omni Chriſtiana religione, Alcoranum Mahometis profiteri? Cum Syluano, & Neuſſero Caluinianis miniſtris ad Turcas deficere? Horum ſatellites & legatos immanes copias Turcarum & Tartarorum ad deuaſtandas Chriſtianiſmi reliquias ſolicitare, incitare, perducere?*

Calu. Inſtit. lib. 2. cap. 16. §. 10. Idem in cap. 6. & 27. Matt. & in cap. 14. Io.

*At enim ſi Chriſti ſanguis iam computruit, inanis eſt fides noſtra: inanis eſt prædicatio Apoſtolorũ: inueniuntur falſi teſtes Dei, quoniam teſtimonium dixerunt aduerſus Deum;* quod non daret Sanctum ſuum videre corruptionem. Quod non corruptibilibus redempti ſumus de vana noſtra conuerſatione: ſed pretioſo ſanguine agni immaculati & incontaminati Chriſti: Quod Chriſtus lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Quod ſanguis IESV CHRISTI emundat nos ab omni peccato. Emundat conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti. Qui eramus longè, facti ſumus prope in ſanguine eius. Iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Quod denique verè reſurrexit à mortuis, iam non moriturus; & quod ſemper viuat ad interpellandum pro nobis: *quandoquidem ſanguinem effuſum in terram, qui ad integritatem veri corporis humani omnino pertinet, non reſumpſerit: ſed ita diſſipari ac computreſcere ſiuerit, vt amplius non ſit in rerum natura. Increpet in his organis ſuis Satanam loquentem Dominus: & increpet Dominus in eos, qui elegit ſponſam ſuam Eccleſiam,* quam lauit in ſanguine ſuo. *&c. De his alibi patebit amplior dicendi locus.*

1. Cor. 15. Act. 2. 31. Pſalm. 15. 10. Actor. 13. 35. 1. Pet. 1. 19. Apoc. 1. 5. 1. Ioan. 1. 7. Hebr. 9. 14. Epheſ. 2. 13. Rom. 5. 9. Rom. 6. 9. Hebr. 7. 25.

## *TESTIMONIIS ISAIÆ ET EZECHIELIS probat reſurrectionem: eundemq́ue Deum nos reſuſcitaturum eſſe, qui creauit.*

## CAPVT XV.

QVoniam autem is qui ab initio condidit hominem, poſt reſolutionem eius in terram, promiſit ei ſecundam generationem. Eſaias quidem ſic ait. Reſurgent mortui, & ſurgent qui in monumentis ſunt, & lætabuntur qui ſunt in terra.[1] Ros enim [qui] à te eſt, ſanitas eſt [eis.] Et iterũ. Ego vos aduocabo, & in Hieruſalem aduocabimini, & videbitis, & gratulabitur cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba orientur, & cognoſcetur manus Domini his qui colunt eum.[2] Et Ezechiel autem ait ſic. Et facta eſt ſuper me manus Domini, & duxit me in ſpiritu Dominus, & poſuit me in medio campi, & hic erat plenus oſſibus, & circunduxit me ſuper ea [3] in circuitum in gyro] & ecce, multa ſuper faciẽ campi arida valde: & dixit ad me. Fili hominis, ſi viuunt oſſa hæc? Et dixi: Domine tu ſcis, qui feciſti hæc: & dixit ad me: Prophetare ſuper oſſa hæc, & dices eis. Oſſa arida, audite ſermonem Domini. Hæc dicit Dominus oſſibus his. Ecce, ego ſuperduco ſuper vos ſpiritum vitæ, & dabo ſuper vos [4] neruos, & reduco ſuper vos carnem, & extendam ſuper vos cutem,] & dabo Spiritum meũ in vos, & viuetis, & cognoſcetis quia ego ſum Dominus. Et prophetaui ſicut præcepit mihi Dominus. Et factum eſt cùm prophetarem, & ecce terræmotus, & adducebãtur oſſa vnumquodq; ad compaginem ſuam: & vidi, & ecce ſuper ea nerui, & carnes naſcebantur, & aſcendebant ſuper ea cutes deſuper,

Iſaiæ 26. 19. Iſaiæ 66. 14. Ezech. 37. 1.

A ſuper,& ſpiritus non erat in eis: & dixit ad me. Ad ſpiritum propheta fili hominis, & dic ſpiritui. Hæc dicit Dominus. A quatuor ſpiritibus[5] veni,& inſufla ] in mortuos iſtos,& viuant. Et prophetaui quemadmodum præcepit mihi Dominus, & intrauit in[eos]ſpiritus: & vixerunt, & ſteterunt ſupra pedes ſuos collectio multa valde. Et rurſus[ipſe]ait. Hæc dicit Dominus: Ecce, ego aperiam monumenta veſtra, & educā vos de monumentis veſtris,& inducam vos in terram Iſraël, & cognoſcetis quia ego ſum Dominus, cùm aperiam ego ſepulchra veſtra, & reducam de ſepulchris populum meū,& dabo Spiritum meū in vos,& viuetis,& ponā vos in terram veſtrā,& cognoſcetis quia ego Dominus locutus ſum,& faciam, dixit Dominus. Demiurgo itaq; & hîc viuificāte corpora veſtra mortua, quemadmodum videre adeſt, & reſurrectionem eis repromittente,& de ſepulchris & monumentis ſuſcitationem & incorruptelam donante. Secundùm enim lignum vitæ, ait, dies ipſorum erunt. Hic ſolus Deus (*Eſaia 65.22.*)
oſtenditur, qui hæc facit,& ipſe bonus Pater benignè vitam donans his, qui ex ſe nō habebāt vitam. Et propter hoc manifeſtiſſimè Dominus[6] oſtendit ſe, & Patrem quidem ſuis diſcipulis, ne ſcilicet quærerēt alterum Deum, præter eum qui plaſmauerit (*Ioan. 14. v. 9. & 10.*)
B hominem,& afflatum vitæ donauerit ei: neq; in tantam inſaniam procederent, vti ſuper Demiurgum alterum affingerent patrem. Et ideo reliquos quidem omnes quibuſcunq; propter tranſgreſſionem eorum eueniebant languores, curabat ſermone: quibus & dicebat. Ecce, ſanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat; manifeſtans quoniam propter inobedientiæ peccatum, ſubſequuti ſunt languores hominibus. (*Ioan. 5.14.*) Ei autem qui cęcus fuerat à natiuitate, iam non per ſermonem, ſed per operationem præſtitit viſum, non vanè, neq; prout euenit hoc faciens; ſed vt oſtenderet manum Dei, eam quæ ab initio plaſmauit hominem. Et propterea interrogantibus eum diſcipulis, qua ex cauſa cæcus natus eſſet, vtrùm ne ſua an parentum culpa? ait: Nec hic peccauit, neq; parentes eius, ſed vt [manifeſtentur] opera Dei in ipſo. Opera autem Dei plaſmatio eſt hominis. Hanc enim operationem fecit, quemadmodum Scriptura ait. Et ſumpſit Dominus limum de terra, & plaſmauit hominem: quapropter Dominus expuit in terram,& fecit lutum,& ſuperliniuit illud oculis, oſtendēs antiquam plaſmationem quemadmodum facta eſt,& manum Dei oſtendens his qui intelligere* poſſunt, per quā è limo plaſmatus eſt homo. Quod enim[7] in veteri plaſmate prætermiſit artifex, Verbum hoc manifeſtè adimpleuit: vti manifeſtarētur opera Dei in ipſo, nec iam alteram requireremus manum, per quam plaſmatus eſt homo, neq; alterum patrem: ſcientes quoniam quæ plaſmauit nos initio,& plaſmat in ventre manus Dei, hæc in nouiſſimis temporibus perditos exquiſiuit nos, ſuam lucrifaciens,& ſuper humeros aſſumēs ouem perditam, & cum gratulatione in cohortem reſtituens vitæ. (*Ioan. 9.2. — Geneſ. 2.7. — Ioan. 9.7. — *poſſint. — C — Iob. 10.8. — Luc. 15.5.*)
Qui autem in ventre plaſmat nos Verbū Dei, ait Hieremię. Priuſquam plaſmarem te in vtero, noui te,& * priuſquam progredereris de vulua, ſanctificaui te,& Prophetam in gentibus dedi te. Sed & Paulus ſimiliter ait. Quando autem complacuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, vti euāgelizarem eum in gentibus. Cùm ergo in ventre à Verbo plaſmemur, idipſum Verbum ei, qui à natiuitate cęcus fuerat, formauit viſionē: eum qui in abſcondito plaſmator noſter eſt * manifeſtè oſtendēs quoniā ipſum Verbum manifeſtū hominibus factum fuerat; & antiquā plaſmationem Adę differens,& quomodo factus eſt,[&]per quam plaſmatus eſt manum, ex parte totum oſtendens. Qui enim viſionem formauit Dominus, hic eſt qui vniuerſum hominem plaſmauit, voluntati Patris deſeruiens. Et quoniā in illa plaſmatione, quę ſecundùm* hominem eſt,[8] in tranſgreſſione factus eſt homo, indigebat lauacro regenerationis, poſtquam liniuit lutum ſuper oculos eius, dixit ei. Vade in Siloam,& lauare; ſimul & plaſmationem,& eam quæ eſt per lauacrum regenerationem reſtituens ei. Et propter hoc lotus venit videns, vt [&] ſuum cognoſceret plaſmatorem,& diſceret homo eum qui donauit ei vitam. (*Ierem. 1.5. — *antequā exires — Galat. 1.15. — *in manifeſto. — *Adā fuit. — Tit. 3.5. — Ioan. 9.7. — D*)
Excidunt itaq; & hi qui à Valentino ſunt, dicentes, non ex hac terra plaſmatum eſſe hominem, ſed à fluida materia & effuſa. Ex qua enim terra Deus ei formauit oculos, ex hac manifeſtum eſt quoniam & ab initio plaſmatus eſt homo. Non enim conſequens erat, aliunde quidem oculos, aliunde autem reliquum corpus plaſmatum eſſe: quemadmodum nec conſequens eſt, alterum quidem corpus, alterum verò plaſmaſſe oculos. Sed idem ipſe qui ab initio plaſmauit Adam, cum quo & loquebatur Pater, Faciamus hominem ſecundùm imaginem & ſimilitudinem noſtram, in nouiſſimis temporibus ſemetipſum manifeſtans hominibus, ei qui ab Adam cæcus* fuerat, formauit viſionem. Et propter hoc ſcriptura ſignificans quod futurum erat, ait, abſcondito Adam propter inobedientiam, Dominum veniſſe veſpere ad eum,[9] & euocaſſe eum, ] & dixiſſe[ei.] (*Geneſ. 1.26. — *erat.*)





A Vbi es? Hoc eſt, quoniā in nouiſſimis temporibus[10] idipſum] venit Verbū Dei aduocare hominem, recōmemorans in eo opera ſuā, in quibus degens abſconditus fuerat Domino.[11] Quemadmodum enim tunc ad Adā] veſpere locutus eſt exquirens illum Deus, ſic & in nouiſſimis temporibus per eandē vocem viſitauit exquirēs genus eius. (*Geneſ. 3.9.*)

## ANNOTATIONES.

1. Ros enim] *Ex veteri codice pro* quod, *repoſuimus* qui: *& pro* eius, eis. *Sententiam prophetæ ita legūt Septuaginta:* ἡ γὰρ δρόσος ἡ παρὰ σου, ἴαμα αὐτοῖς ἐστίν. Ros qui à te, ſanitas ipſis eſt. *Communis editio:* Ros lucis, ros tuus.

2. Et Ezechiel] *Ex hac Ezechielis viſione Reſurrectionem mortuorum confirmant quoque cum Irenæo Clemens Rom. lib. 5. conſtit. cap. 8. Tertull. lib. de Reſurrectione carnis.*

3. In circuitum in gyro ] *Ita vetus codex, cui conformis eſt lectio Septuaginta,* κυκλόθεν κύκλῳ.

B 4. Neruos] *Vndecim has voces ex vet. cod. reſtituimus, conſentiente textu Bibliorum.*

5. Veni,& inſufla] *Ita vetus codex: Excuſi,* veniet inſuflatio. *Septuaginta:* ἐλθὲ καὶ ἐμφύσησον.

6. Oſtendit ſe & Patrem quidem] *Vetus codex,* oſtendit ſe eſſe Patrē, qui & diſcipulis,&c.

7. In veteri plaſmate] *Vetus codex:* in ventre plaſmare: *Vt de cæco, quem iam ex vtero matris oculis priuauerat Deus, fiat ſermo.*

8. In tranſgreſſione factus eſt. ] *Vetus codex verbū,* eſt, *ignorat. Cæterùm, ablutionem cæci in Siloa, ſacrum Baptiſma adumbraſſe cum Irenæo ſentiunt Tertullianus lib. de Baptiſmo, Gregorius Nyſſenus li. de Baptiſmo, Ambroſius li. 3. de ſacramentis cap. 2. Auguſtinus tractatu 44. in Io. & alij Patres. Verſus aliquot non inelegantes hac de re Sedulij presbyteri addam.*

Cæca ſumus proles miſeræ de fœtibus Euæ,
Portantes longo natas errore tenebras.
Sed dignante Deo mortalem ſumere formā,
Tegminis humani, facta eſt de Virgine nobis
Terra ſalutaris, quæ fontibus abluta ſacris,
Clara renaſcentis reſerat ſpiramina lucis.

9. Et euocaſſe eum] *Tres has voces ex veteri codice reſtituimus. Vt mox vocem alteram,* ei.

10. Idipſum] *Codices excuſ.* ad ipſum.

11. Quemadmodum etenim] *Quatuor voculas addidimus ex veteri codice. Cæterùm, beatus Gregorius lib. 28. Moralium, ca. 2. obſeruans cum Irenæo, Deū veniſſe poſt meridiem ad Adamum, docet hoc etiam adumbraſſe, quod lux feruentior veritatis abſceſſerat, & peccatricem animam culpæ frigora conſtringebant: & per declinationem Solis, cognoſcere debuiſſe hominem, quod ad tenebras propinquaret. Eadem rurſum perſtringit lib. 33. Moral. cap. 3.*

*Quinetiam illo veſpere, id eſt, eadem die qua conditus fuerat & peccauerat, eiectum fuiſſe de felicitate Paradiſi in hanc lacrymarum vallem inter Græcos Cyrillus, Epiphanius, & Diodorus Tarſenſis. Bar-Cepha lib. de Paradiſo citat Philoxenum, Ephrem, Iacobum Sabugenſem, & alios Syros, qui in eadem quoq; ſecum opinione fuerunt: tametſi alij non pauci contrarium doceant.*

C

## *CVM IN TERRAM CORPORA NOSTRA reuertantur, ſequitur ea inde ſubſtantiam habere: item Verbi aduentu clarius in nobis imago Dei apparuit.*

## CAPVT XVI.

ET quoniam ex hac quæ ſecundùm nos eſt terra, plaſmatio fuit Adæ, Scriptura dicit dixiſſe Deum[1] ei: In] ſudore vultus tui manducabis panem tuum, quoadusque conuertaris in terram, ex qua ſumptus es. Si igitur in aliquam alteram terram reuertuntur poſt mortem corpora noſtra, conſequens eſt ea inde & ſubſtantiam habere. Si verò in hanc ipſam, manifeſtum eſt quoniam[&]ex hac plaſmatio ei facta eſt; quomodo & Dominus fecit manifeſtum ex [hac] eadem oculos[ei] formans. Et manu itaq; reliqua[verè aliquando] oſtenſa Dei, per quam plaſmatus eſt quidē Adam, plaſmati aūt ſumus & nos; & cùm ſit vnus & idem Pater, cuius vox ab initio vſq; ad finem adeſt plaſmati ſuo,& ſubſtantiā (*Geneſ. 3.19. — Ioan. 9.7.*)
D lium matis noſtri per Euangelium oſtendens manifeſtè, iam non oportet quærere alium patrem[præter] hunc; neque aliam ſubſtantiā plaſmationis noſtræ, præter prędictam & oſtenſam à Domino: neque alteram manum Dei præter hanc, quæ ab initio vſque ad finem conformat nos, & coaptat [ in ] vitam, & adeſt plaſmati ſuo, & perficit illud ſecundùm imaginem, & ſimilitudinem[2] ſuam Dei. Tunc autem hoc Verbum oſtenſum eſt, quando homo Verbum Dei factum eſt, ſemetipſum homini,& hominem ſibimetipſi aſſimilans, vt per eam quæ eſt ad Filium ſimilitudinem, precioſus homo fiat Patri.[3] In præteritis enim temporibus, dicebatur quidem ſecundùm imaginem Dei factum eſſe hominem, non autem oſtendebatur. Adhuc enim inuiſibile erat Verbum, cuius ſecundùm imaginem homo[factus] fuerat, propter hoc autem, & ſimilitudinem facilè amiſit. Quando autem caro Verbum Dei factum eſt, vtraq; confirmauit: & imaginē enim oſtendit veram, ipſe hoc fiens, quod erat imago eius, & ſimilitudinem firmans reſtituit, conſimilem faciens hominem, inuiſibili Patri per viſibile Verbum. Et non ſolùm autem per ea quæ prędicta ſunt,& (*Ioan. 1.14.*)

Patrem,& ſemetipſum manifeſtauit Dominus,ſed etiam per ipſam paſſionem . Diſ- A
ſoluens enim eam quæ ab initio in ligno facta fuerat, hominis inobedientiam, obe-
diens factus eſt vſq; ad mortem,mortem autem crucis, eam quæ in ligno [ facta ] fue-
rat inobedientiam,[4] per eam quæ in ligno fuerat obedientiam] ſanans. Non autem
per eandem veniſſet exoluere eam, quæ fuerat erga plaſmatorem noſtrum inobedi-
entiam,ſi alterum annunciabat Patrem:quoniam autem per hæc,per quæ[5] non obe-
diuimus Deo,& nõ credidimus eius verbo, per hæc eadem obedientiam introduxit,
& eam quæ eſſet erga Verbum eius * oſtenſionem,* per quę manifeſtè ipſum oſtendit *aſſcuſio- nem,
Deum:[6] quem in primo quidem Adam offendimus,non facientes eius præceptum, *per quem
in ſecundo autem Adam reconciliati ſumus,obedientes vſque [ ad ] mortem facti.
Neq; enim alteri cuidam eramus debitores,ſed illi cuius præceptum tranſgreſſi fue-
ramus à principio.

## ANNOTATIONES.

1. Dixiſſe Deum ei,in ſudore] *Ita vet. cod. excuſi* dixiſſe Deum,Et in ſudore.

2. Suam Dei] *Vocem* ſuam,*vet. cod. non habet.*

3. In præteritis enim temporibus ] *Hanc ſententiam ex Irenæo nominatim laudat in Parallelis Damaſcenus:cuius Græca verba cùm aſſequi non potuerimus ab his apud quos detineri credebamus,Latina ex interp. D. Iacobi Billij ſubijciemus:* Superioribus tẽporibus dicebamus, hominem factum eſſe ad imaginem Dei, ſed non demonſtrabatur. Si enim inuiſibile erat Verbum,cuius ſecundùm imaginem homo exiſtebat,ob id certè & ſimilitudinem facilè abiecit. *Hactenus ille.*

4. Per eam quæ in ligno ] *Septem has voces ex vet.cod. addidimus. Quæ hic tradit Irenæus, Sedulius presbyter his verſibus canit:* B

Aſpera mors populis ligno deducta cucurrit,
Aufertur ligno aſpera mors populis.

5. Non obediuimus Deo ]*Vet.cod.* audiuimus Deum.

6. Quem in primo quidem]*Hæc rurſum ex Irenæo ſuis inſerit Parallelis Damaſcenus, his ex interprete verbis:* In primo enim Adam offendimus, cùm non fecimus eius(Dei) præceptum:in ſecundo autem Adam reconciliati ſumus.

## *DEVS ET DOMINVS PATER ET CREATOR vniuerſorum, vnicus & ſolus eſt, qui nos in Chriſto dilexit, præcepta dedit, & remiſit nobis peccata: cuius Filium & Verbum ſeſe Chriſtus probauit, cùm peccata condonaret.* C

## CAPVT XVII.

E[1]ST autem hic Demiurgus,qui ſecundùm dilectionem quidem,pater eſt:
ſecundùm autem virtutem, Dominus:ſecundùm autem ſapientiam, fa-
ctor & plaſmator noſter,cuius & præceptum tranſgredientes, inimici fa-
cti ſumus eius. Et propter hoc in nouiſſimis temporibus,in amicitiam[2] re
1.Tim.2.5. ſtituit ] nos Dominus per ſuam incarnationẽ, mediator Dei & hominũ factus,propi-
tians quidem pro nobis Patrem,in quem peccaueramus: & noſtram inobedientiam
[3] per ſuam obedientiam ]conſolatus : nobis autem donans eam quæ eſt ad factorem
noſtrum cõuerſationem,& ſubiectionem.Quapropter[&]in oratione dicere nos do-
Matth.6.12. cuit. Et [4] remitte nobis debita noſtra, vtiq; quoniã hic eſt Pater noſter, cuius eramus
debitores,trãſgreſſi eius præceptum.Quis autem eſt hic?Vtrúm ne incognitus aliquis,
[5] & nulli nunquam pręceptum dans Pater? An verò qui à Scripturis prędicatur Deus,
cui & debitores eramus,tranſgreſſi eius præceptum?Datum eſt autem præceptum ho
Geneſ.3.10. mini per Verbum. Audiuit enim Adam(ait)vocem Domini Dei. Bene igitur Verbũ
eius ad hominem dicit:Remittuntur tibi peccata,idem ille in quem peccaueramus D
in initio,remiſſionem peccatorum in fine donans. Aut ſi alterius quidem tranſgreſſi
Lucæ 5.20. ſumus præceptum,alius[autem]erat qui dicit,Remittuntur tibi peccata tua,neq; bo-
Matt.9.2. nus,neq; verax,neq; iuſtus eſt huiuſmodi. Quomodo enim bonus, qui nõ ex ſuis do-
nat? Aut quomodo iuſtus,qui aliena rapit?Quomodo autem* rectè remiſſa ſunt pec- *verè
cata,niſi ille ipſe in quem peccauimus,donauit remiſſionem , per viſcera miſericor-
Luc.1.78. diæ Dei[noſtri, ]in quibus viſitauit nos per Filium ſuum?Quapropter & curato para-
Matt.9.8. lytico:Videntes(inquit)populi,clarificauerunt Deum, qui dedit poteſtatem talem
hominibus.Quem igitur Deum clarificauerunt circumſtantes populi? Nunquidnã
ab hæreticis inuentum, incognitum patrem? Et quomodo eum qui[6] in totum non
cognoſcebatur ab eis,glorificabant?Manifeſtum eſt ergo quoniam eum,qui[7] in Lege
à Prophetis prædicatus eſt Deus,glorificabant Iſraelitæ, qui & eſt Pater Domini no-
ſtri:& propter hoc docebat homines in ſenſu per ea ſigna quæ faciebat,dare gloriam
Deo.



A Deo.Si autem ab altero quidem patre ipſe veniſſet,alterum autem patrem glorifica-
bant homines videntes eius virtutes, ingratos eos in eum Patrem qui miſerat cura
tionem,efficiebat.Sed quoniam[8] ab eo qui eſt, ] à quo Deus vnigenitus Filius vene-
rat ad ſalutem hominum, & incredulos per eas quas faciebat virtutes, prouocabat
dare gloriam Patri, & non recipientibus aduentum Filij eius. Et propter hoc non
credentibus,quæ ab eo[9] fiebat remiſſioni ]Phariſæis,dicebat. Vt ſciatis quoniam po- Matth.9.6.
teſtatem habet Filius hominis remittere peccata:& hoc cùm dixiſſet,iuſſit paralyti-
cum hominem tollere grabbatum ſuper quem iacebat, & ire in domum ſuam:pro-
pter hoc quidem efficit,confundens incredulos, & ſignificans quoniam ipſe eſt vox
Dei,per quam accepit homo præcepta,quæ ſupergreſſus eſt, & factus eſt peccator : ex
peccatis enim paralyſis ſubſequuta eſt. Peccata igitur remittens, hominem quidem
curauit,ſemetipſum autem manifeſtè oſtendit quis eſſet . Si enim nemo poteſt re-
mittere peccata , niſi ſolus Deus; remittebat autem hæc Dominus, & curabat homi-
nes; manifeſtum eſt,quoniam ipſe erat Verbum Dei , Filius hominis factus, à Patre
poteſtatem [ remiſſionis peccatorum ] accipiens;quomodo homo ,[10] & quomodo
B Deus:& quomodo homo compaſſus eſt nobis, tanquam Deus miſereatur noſtri, &
remittat nobis debita noſtra,quæ factori noſtro debemus Deo. Et propter hoc Da-
uid prædixit. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Pſ.31.1.& 2.
Beatus homo , cui non imputauit Dominus peccatum, eam quæ per aduentum eius
eſt, remiſſionem præmonſtrans,per quam deleuit chirographum,[11] debita noſtra,& Coloſ.2.14.
affixit illud cruci: vti quemadmodum per lignum facti ſumus debitores Deo, per li-
gnum accipiamus noſtri debiti remiſſionem . Hoc & per alios quidem multos, iam
autem & per Heliſeum Prophetam ſignificanter oſtenſum eſt. Cùm enim qui cum 4.Reg.6.6.
illo erant,conciderent ligna ad fabricationem tabernaculi , & ferrum excuſſum de
ſecuri,cecidiſſet in Iordanem,& non inueniretur ab ipſis,veniens Heliſeus ad ipſum
locum , cùm didiciſſet quid eſſet factum,lignum in aquam miſit:hoc autem cùm fe-
ciſſet,ſupernatauit ferrum ſecuris,& de ſuperficie aquæ ſumpſerunt illud,qui antè a-
miſerant:[12] per operationem oſtendente Propheta,quòd firmum verbum Dei,quod
per lignum negligenter amiſeramus , nec inueniebamus , recepturi eſſemus iterùm
per ligni diſpoſitionem. Quoniam autem ſecuris ſimilis eſt verbo Dei , Ioannes Ba-
C ptiſta ait de eo. Iam autem ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Et Hieremias [ au- Matth.3.10.
tem ] ſimiliter ait. Verbum Domini, quemadmodum[13] bipennis cædens petram.[14] Iere.23.29.
Hoc ergo Verbum abſconditum à nobis per lignum, manifeſtauit,quemadmodum
prædiximus,ligni diſpoſitio. Quoniam [enim ] per lignum [ amiſimus illud, per li-
gnum] iterùm manifeſtum omnibus factum eſt,oſtendens altitudinem , & longitu-
dinem,& latitudinem in ſe:[15] &(quemadmodum dixit quidam de Senioribus)per ex-
tenſionem manuum, duos populos ad vnum Deum congregans. Duæ quidem ma-
nus,quia & duo populi diſperſi in fines terrę: vnum autem medium caput,quoniam
& vnus Deus ſuper omnes,[ & per omnes,]& in omnibus nobis.

## ANNOTATIONES.

1. Eſt autem hic Demiurgus ] *Demonſtrat eundem Deum eſſe huius mundi Creatorem ac Dominum,qui præcepta dedit,& peccata per Chriſti Filij ſui aduentum condonauit: qui & ipſe natura ſe Deum omnipotentem eſſe manifeſtauit , peccata excellenti poteſtate remittendo;& verum hominem,per crucis ſuæ myſterium hunc mundum ſeruando.* D

*Cæterùm,hoc capite multa ſunt quæ Catholicam de peccato Originali doctrinam , aduerſus Pelagianos in Hugnoſticis hodie renaſcentes,comprobant. Scribens enim vir Apoſtolicus :* Nos primi illius præcepti tranſgreſſione inimicos Dei factos eſſe: Chriſtum ſua obedientia noſtram inobedientiam ſoluiſſe, vt quemadmodum per lignum debitores facti fueramus , per lignum debitorum acciperemus remiſſionem : & id quod per lignum amiſimus , nos recepiſſe per ligni diſpoſitionem,&c. *ſatis dilucidè & conſtanter aſſeuerat, nos omnes in Adamo peccauiſſe , nec niſi gratia Chriſti ſingulari per Baptiſmum hac labe mundari atq; ſaluari. Vbi ergo ſanctificatio paruulorum ex vteris matrum, quam tantopere iactant Caluinus, Beza , Marloratus? Qua fronte audet Beza in Creophagia ſcribere;* Fidelium pueros ex fœderis formula , ab vtero coram Deo ſanctos eſſe? *Et ibidem iterum:* Infantes natos ex fidelibus parentibus, vel etiam ex altero duntaxat fideli parente,eſſe ſanctificatos,etiam ante vſum Baptiſmi? *Item contra Heſhuſium:* Paruulos fidelium ad Chriſtum pertinere,priuſquam baptizentur:neque gratiam adoptionis à Baptiſmo inchoari:ſed tantùm obſignari?

(Com in 1.ep. Cor.cap 7 & in Catechiſ.)

*Enimuerò ex diuinis literis conſtat, Dauidem fideli viro natum ; in iniquitatibus tamen & peccatis conceptum : Paulum quoque natura filium iræ fuiſſe ſicut & cæteri, qui etiam per Baptiſmum iubetur abluere peccata ſua. Is quoque poſtea confidenter docuit, Nos in Chriſto IESV baptizari : Nos in baptiſmo Chriſtum induere: Baptiſmum eſſe lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti : Chriſtum mundare & ſanctificare Eccleſiam ſuam(id eſt,& parentes,& liberos fidelium)lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhibeant eam*

(Pſal.50. Epheſ 2.3. Acto.22.16. Rom.6.3. Galat.3.27. Tit.3.5. Epheſ 5.26. & 27.)

*ſibi ſine macula aut ruga. Prorſus ergo certũ ac indubitatũ eſt, vniuerſos Adæ filios natura ex vteris matrum, coram Deo reos & maculatos eſſe, non ſanctos; donec ſacro lauacro tincti & purgati fuerint. Tutius igitur ſanctiſſimo Antiſtiti Auguſtino dicenti:* Nec paruuli de quibuſlibet ſanctis iuſtisque procreati originalis peccati reatu abſoluũtur, niſi in Chriſto fuerint baptizati; *& hanc doctrinam ſuperioribus diuinis verbis aſſerenti, credẽdum & adhærendum, quàm impuriſſimo ganeoni Bezæ contraria blateranti.*

*Li. 2. de pecc. mer. & remiſſ. cap. 12 Epi. 89. &c.*

2. Reſtituit] *Codices excuſi*, conſtituit.

3. Per ſuam obedientiam] *Tres iſtas voces ex veteri cod. reſtituimus.*

4. Remitte] *Græcè ἄφες: Cyprianus Sermone de Natiuitate Domini, & libr. 3. ad Quirinum, cap. 22. & Chromatius in cap. 6. Matth. poſt Irenæum*, remitte *conuerterunt.*

5. Et nulli nunquam] *Græcorum more duplicem negationem, vt magis inficietur, adhibet: fortè eſt* οὐδενὶ οὐδένα, *&c.*

6. In totum] *Vetus codex*, initio tamen: *quod non video quî conueniat, niſi aliqua alia adhuc deſint, quæ ex veteri codice reſtituere non potuimus.*

7. In lege à Prophetis] *Vet. cod.* à lege, & à Prophetis.

8. Ab eo qui eſt, à quo] *Vet. cod.* à quo *non habet, ſed* qui eſt: *vtrumque ſeruauimus.*

9. Fiebat remiſſioni] *Sic habet vetus codex, excuſi* fiat remiſſionem.

10. Et quomodo Deus] *Vet. cod.* quoniam Deus, *id eſt, in quantum. Eadem, quæ hîc ſcribit Irenæus; grauiter pertractat Ter. lib. 4. contra Marc. num. 13. & 14.*

A

11. Debita noſtra] *Vet. cod.* debiti noſtri. *Græcus Pauli contextus* τοῖς δόγμασιν, *quod Auguſt. Epiſt. 59.* in decretis: *Hilar. lib. 9. de Trin.* in ſententijs *reddidit.*

12. Per operationem oſtendente Propheta] *Paulò apertius Tert. lib. contra Iud.* Heliſeus accepto ligno, & miſſo in eum locum, vbi ſubmerſum fuerat ferrum, ſtatim ſupernatauit. Quid manifeſtius huius ligni ſacro, quod duritia huius ſæculi merſa in profundo erroris, & à ligno Chriſti, id eſt, paſſionis eius in Baptiſmo liberatur, vt quod perierat olim per lignum in Adam, id reſtitueretur per lignum Chriſti? *Hunc imitantur Auguſt. Serm. 210. de Tempore, & Eucherius Lugdunenſis in 4. lib. Reg.*

13. Bipennis] *Vox Hebræa apud Ierem. ſignificat* malleum, *atque ita cum vulgata editione, vertit Sanctes: Septuaginta, quos ſequitur Irenæus habent* πέλεκυ, *quod ſecurim, ſiue bipennem ſignificat.*

B

14. Hoc ergo verbum] *Vet. cod.* Hic erit verbum. *Deinde non habet* per lignum, *nec enim neceſſe videtur. Paulò poſt ex vet. cod. quinque voces adiecimus.*

15. Et quemadmodum dixit] *Elegans, & pia admodum eſt hæc myſtica figuræ dominicæ crucis explicatio, quam à Seniore, Polycarpum puto, vel Papiam accepit. Qui pluribus animum oblectare concupierit, & ſimilibus, conſulat Iuſtini martyris Apologiam poſteriorem. Lactantij lib. 4. cap. 26. & 27. Rufinũ in expo. Symboli. Ambroſ. Serm. 55. Athanaſium lib. de incarnatione Verbi. Nazianzenum prima Orat. apolog. Chryſoſtomum tribus homil. de cruce, Sedulium lib. 5. carminum, Damaſcenum libro 4. cap. 12. &c.*

## *CREATVRAS VNIVERSAS, QVIBVS DEVS Pater & eius Verbum vtuntur, ſua propria virtute & ſapientia condiderunt; non ex labe, aut ignorantia: aliâs nunquam carnem aſſumpſiſſet Dei Filius, qui omnem à Patre poteſtatem accepit.*

C

### CAPVT XVIII.

ET talem vel tantam diſpoſitionem non per alienas, ſed per ſuas efficiebat[1] conditiones: neque per ea quæ ex ignorantia, & Labe facta ſunt, ſed per ea quæ ex ſapientia & virtute Patris eius ſubſtantiam habuerunt. [2] Neque enim iniquus, vt aliena concupiſcat; neq; indigens, vt non per ſua propria ſuis proprijs efficiat vitam, ſua vtens cõditione ad hominis ſalutem. Neq; enim portaſſet illum conditio, [3] ſi ignorantiæ & Labis eſſet emiſſio. Quoniam enim ipſum Verbum Dei incarnatum ſuſpenſum eſt ſuper lignum, per multa oſtendimus: & ipſi autem hæretici crucifixum confitentur. Quomodo igitur ignorantiæ, & Labis emiſſio, eum qui * contineat vniuerſorũ agnitionẽ, & ſit verus, & perfectus, portare potuit? Aut quomodo ea quæ abſconſa eſt à Patre, & multum ſeparata conditio, portauit eius Verbũ? Si aũt ab Angelis hæc facta eſt, ſiue ignorantib. eum, qui ſuper omnia eſt Deus, ſiue ſcientibus, cũ dixerit Dominus. Quoniam ego in Patre, & Pater in me eſt; quomodo Patrem, & Filium ſimul fabricatio Angelorũ portare ſuſtinuit? Quomodo autẽ ea, quæ extra pleroma eſt conditio, cepit eũ, qui continet vniuerſum pleroma? Cũ igitur hæc omnia impoſſibilia ſint, & * cõprobationem non habeant, illud ſolum verum eſt Eccleſiæ præconium; quoniã propria conditio, quæ ex virtute, & arte, & ſapientia Dei ſubſtitit, [4] portauit [Eccleſiam:] quæ quidem ſecundũ inuiſibilitatem à Patre portatur, ſecundũ [viſibilitatem] autẽ è contrario portat eius Verbum: & hoc eſt verum. Pater enim conditionẽ ſimul, & Verbũ ſuum portans, &

D

*contine

*Ioan. 14. 11.*

*probationem



A tans, & Verbũ portatum à Patre, præſtat Spiritũ omnibus, quemadmodũ vult Pater. Quibuſdam quidem ſecundùm conditionem, [5] quod eſt conditionis, quod eſt factũ: quibuſdam autem ſecundùm adoptionẽ, quod eſt ex Deo, quod eſt generatio; & ſic vnus Deus Pater oſtenditur, qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus. Super omnia quidem Pater, & ipſe eſt caput Chriſti: per omnia autem Verbum, & ipſe eſt caput Eccleſiæ: in omnibus autem nobis Spiritus, & ipſe eſt aqua viua, quam præſtat Dominus in ſe rectè credentibus, & diligentibus ſe, & ſcientibus, quia vnus Pater, qui eſt ſuper omnia [& per omnia,] & in omnibus nobis. Teſtimonium perhibet his, & Ioannes Domini diſcipulus, in Euangelio, dicens. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Deinde de ipſo Verbo dixit. [6] In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. [7] In ſua propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit illis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius. Et iterum ſignificans eius ſecundùm hominem diſpenſationem, dixit. Et Verbum caro factum eſt, &

*Rom. 11. 36.*

*Ioan. 4. 10.*

*Ioan. 1. 1.*

*Ibidem verſ. 10. & 11.*

*Ioan. 1. 14.*

B habitauit in nobis. Et iterùm intulit. Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratia, & veritate. Manifeſtè oſtendens audire volentibus, id eſt, aures habentibus, quoniam vnus Deus Pater ſuper omnes, & vnum Verbum Dei, per quod omnes, per quem omnia facta ſunt: & quoniam hic mundus proprius ipſius, & per ipſum factus eſt voluntate Patris, & non per Angelos, neque per apoſtaſiam, & defectionem, & ignorantiam, neque per virtutem aliquam Prunici, quam & Matrem appellãt quidam, neque per alium quendam mundi factorem, ignorantem patrem. Mundi enim factor verè Verbum Dei eſt: hic autem eſt Dominus noſter, qui in nouiſſimis temporibus homo factus eſt, in hoc mundo exiſtens, & ſecundùm inuiſibilitatem cõtinet quæ facta ſunt omnia, & [in] vniuerſa conditione infixus, quoniam Verbum Dei gubernans, & diſponens omnia, & propter hoc in ſua inuiſibiliter [venit.] Et caro factum eſt Verbum, & pependit ſuper lignum, vti vniuerſa in ſemetipſum recapitularetur. Et ſui proprij illum non receperunt homines, quemadmodum [8] Moyſes hoc ipſum] manifeſtauit in populo. Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, & non credes vitæ tuæ. Qui igitur non receperunt illum, non acceperunt vitam. Quotquot autem receperunt illum, dedit illis poteſtatem filios Dei fieri.

*Deut. 28. 66.*

*Ioan. 1. 12.*

C Ipſe eſt enim qui * vniuerſam poteſtatem habet à Patre, * quoniam Verbum Dei, & homo verus, inuiſibilibus quidem principans, rationabiliter & ſenſibiliter legem ſtatuens, vniuerſa quæque in ſuo perſeuerare ordine. Super viſibilia autẽ, & humana regnans manifeſtè, & omnibus dignum ſuperducens iuſtum iudicium. Quemadmodum & Dauid manifeſtè ſignificans, ait. Deus noſter manifeſtè veniet, & non tacebit. Deinde & quod ab eo ſuperinducitur iudicium, manifeſtauit, dicens. Ignis in conſpectu [eius] ardebit, & in circuitu eius tempeſtas valida. [9] Aduocauit cælum deſurſum, & terram diſcernere populum ſuum.

*vniuerſorum

*quomodo

*Pſalm. 49. 3.*

### ANNOTATIONES.

1. Conditiones] *Id eſt creaturas, à ſeipſo, propriaq; virtute productas, quæ nutibus Creatoris perpetuò ſubſeruiũt: eo enim ſenſu hãc vocem frequẽter vſurpat Aug. lib. 2. de Tri. cap. 6. 11. 15. & lib. 3. cap. 10. de his conquiſitis rationibus & ſcripturis, & ſubtiliter & largè diſſerit.*

D

2. Neque enim iniquus] *Tertull. proculdubiò ad hunc Irenæi locum alludit libr. 1. contra Marc.* Ille, *ait, loquens de Deo conficto à Marcione*, vſque nunc, nec aquam reprobauit Creatoris, quâ ſuos abluit; nec oleum, quo ſuos vngit; nec lactis & mellis ſocietatem, qua ſuos infantat, &c. *rurſus lib. 4. contra eundem.*

3. Si ignorantiæ & Labis] *Vet. cod.* Si quod ignorantiæ & labis erat, emiſit.

4. Portauit Eccleſiam] *Ita repoſuimus ex vet. cod. excuſi*, eum: *Mox quoque pro* viſibile, *reſtituimus* viſibilitatem. *Puto ex vet. cod. aliqua adhuc deeſſe, quæ non potuimus reſtituere.*

5. Quod eſt conditionis] *Tres has dictiones vetus codex deſiderat.*

6. In mundo erat] *Vet. cod.* In hoc mundo erat.

7. In ſua propria] *Ita frequenter legit Auguſt. vt aliâs obſeruauimus.*

8. Moyſes hoc ipſum] *Ita vet. cod. Expunximus, vti* vniuerſa: *& paulò ſuprà* venit, *pro* ponit, *reſtituimus. Hoc porrò Moſis teſtimonium myſterium Dominicæ paſſionis & in crucem affixionis prædictum fuiſſe, quamuis admodum tectè & obſcurè cum Irenæo piè ac doctè contendunt Tertullianus lib. aduerſ. Iudæos, cap. 11. Cyprianus libro 2. teſtimon. cap. 20. Lactantius libro 4. cap. 18. Auguſtinus libro 16. contra Fauſtum cap. 22. & alij, quorum meminimus in cap. 23. libri quarti.*

9. Aduocauit] *Vetus codex per futurum legit*, aduocabit, *atque ita ex Hebræo tranſtulit Sanctes.*

## CVM EVA INOBEDIENTE ET PRÆVARI- catrice comparatur B. Virgo Maria, illius aduocata, referunturq́; variæ & diſsidentes hæreſes. A

### CAPVT XIX.

MAnifeſtè itaque in ſua propria [1] veniente Domino, & ſua propria eum baiulante conditione, quæ baiulatur ab ipſo, & recapitulationem eius, quæ in ligno fuit inobedientiæ, per eam quæ in ligno eſt obedientiam faciente, & ſeductione illa ſoluta, qua ſeducta eſt malè illa, quæ iam viro deſtinata erat virgo Eua; per veritatem Euangelizata eſt bene ab Angelo iam ſub viro Virgo Maria. Quemadmodum enim illa per * Angelicum ſermonem ſeducta eſt, vt effugeret Deum præuaricata verbum eius, ita & hæc per Angelicum ſermonem euangelizata eſt, vt portaret Deum, obediens eius verbo. [2] Et ſicut illa ſeducta eſt, vt effugeret Deum, ſic hæc ſuaſa eſt obedire Deo, [3] vti Virginis Euæ, virgo Maria fieret aduocata. [4] Et quemadmodum aſtrictum eſt morti genus humanum B per Virginem, [5] ſoluatur per Virginem: æqua lance diſpoſita virginalis [6] inobedientia, per virginalem obedientiam. Adhuc enim protoplaſti [7] peccatum per correptionem primogeniti emendationem [8] accipiens, [9] & ſerpentis prudentia deuicta [10] in columbæ ſimplicitate, [11] vinculis autem illis reſolutis, per quæ alligati eramus morti. Indocti omnes hæretici, & ignorantes diſpoſitiones Dei, & inſcij eius quæ eſt ſecundùm hominem diſpenſationis, quippe cæcutientes circa veritatem, ipſi ſuæ contradicunt ſaluti. Alij quidem alterum introducentes, præter Demiurgum, patrem. Alij autem ab Angelis quibuſdam dicentes factum eſſe mundum, & ſubſtantiam eius. Alij quidem, porrò [12] & longè ſeparatum ab eo, qui eſt ſecundùm ipſos, patre à ſemetipſo fuiſſe, & eſſe ex ſe natum. Alij autem in his quæ continentur à Patre, de Labe & ignorantia ſubſtantiam habuiſſe. Alij autem manifeſtum aduentum Domini contemnunt, & incarnationem eius non recipientes. Alij autem rurſus ignorantes Virginis diſpenſationem, ex Ioſeph dicunt eum generatum. Et quidam quidem neque [13] animam ſuam, neque corpus recipere poſſe dicunt ęternam vitam, ſed tantùm hominem interiorem. Eſſe autem hunc eum qui in eis ſit ſenſus, volunt, quem & ſolum aſcendere ad perfectum decernunt. C Alij autem anima ſaluata, non participari corpus ipſorum eam quæ eſt à Deo ſalutem, quemadmodum in primo diximus libro. In quo & argumenta eorum omnium enarrauimus, & inualidum ipſorum, & inconſtabile in ſecundo oſtendimus.

B. Virgo Maria, Euę, & aliorum peccantiū aduocata eſt.

* Angeli

### ANNOTATIONES.

1. Veniente Domino] *Omnes dictiones, quæ hic leguntur in ablatiuis abſolutis, vet. cod. legit per accuſatiuos caſus, nimirum,* venientem Dominum, baiulantem, facientem, & ſeductionem illam ſolutam.

2. Et ſicut illa ſeducta eſt] *Vetus codex,* Etſi eum obaudierat Deo, ſed hæc à ſua eſt obedire.

3. Vti virginis Euæ, Virgo Maria fieret aduocata] *Hinc euidentiſſimum eſt, priſcos Patres, & Martyres proximè ab ipſis Apoſtolorū temporibus, Deiparam Virginem inuocaſſe, cæteriſq́; vt implorarent, authores fuiſſe: qua in re profectò Apoſtolos, quorum auditores fuerant, Doctores habuerunt. Tam apertum huius rei Irenæi teſtimonium, cùm non potuiſſent corrumpere Magdeburgenſes, cenſuerunt incommodum dictum eſſe. Gallaſius illis impudentior vociferatur, magnam inde Chriſto conciliari & inferri iniuriam. Fingit poſtea bonus ille vir, ſe ſtupeſcere, & mente ferè alienari; dum admiratur ad tantam Satanæ efficaciam; Serpentiſq́; paulatim ſubrepentis calliditatem.*

*At hic illuſtratur Chriſti gloria, Vigilantij ſatelles, & non obſcuratur, qui ſibi ipſi fieri pronunciauit, quicquid membris ſuis fecerimus: qui non ſolùm ſe ſanctos ſuos, quos amicos, fratres, membra, cohæredes, ſal terræ, lucem mundi vocat, ſed & Patrem ſuum in cælis honorare erudiuit; quando intercedentium, & aduocatorum partes ſub Chriſto ipſis tribuimus, quos iudicaturos tribus Iſraëlis, imò & Angelos ex ſacris literis didicimus. Virginem itaque piiſſimus Martyr & doctiſſimus hic Antiſtes, decenter aduocatam Euæ, aliorumq́; proinde peccatorum rectiſſimè nominat: cui magno conſenſu ſubſcripſerunt, quotquot de pietate Chriſtiana ab eius ætate ſanctè pureq́; ſenſerunt: quorum aliquot teſtimonia huc producenda ſunt.* D

*Atque vt prætercam, quæ impensè Virgini deuoti ſuadent Bernardus homilijs ſuper Miſſus eſt, Sermonibus in feſto Aſſumptionis, & Natiuitatis: & Anſelmus libro de excellentia Virginis: à Fulgentio, qui multis ſæculis vtrumq́; præceſſit, incipiam. Is eleganti ſermone de laudibus Mariæ, ipſam vocat feneſtram cæli, ſcalam cæleſtem, reſtaurationem fœminarum, ad eamq́; virgines, concipientes, parturientes, matres, lactantes, iuuenculas, confugere cohortatur.*

*Narſes exercitus Romani Imperator ſub Iuſtiniano, nunquam in aciem copias eduxit, niſi beata Maria Virgine, quam piè ſancteq́; colebat & inuocabat, prius reuelante, ſicuti docet Nicephorus lib. 17. hiſt. cap. 13.*

*Theodorum*



A *Theodorum Heraclij imperatoris fratrem, Barbarorum exercitum parua manu conciſſe, Deo per interceſſiones beatæ Mariæ Virginis opitulante, tradit Paulus Diaconus, lib. 18. hiſt.*

*Qui his authoritate & ætate ſuperior fuit Auguſtinus, Sermone 2. de Annuntiatione, Eccleſiaſtica iſta prece Virginem alloquitur ſub finem concionis.* Sancta Maria ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, &c. *Et quoniam hunc inſignem Theologum & Patrem præ cæteris mirari ſe atq́; doctrinam eius ſuſcipere aiunt Sectarij, paulò copioſius in citandis eius teſtimonijs inhæreamus. In poſtremis Meditationibus ſic orationem vnam claudit:* Pie & miſericordiſſime Domine, ne efficiaris mihi inexorabilis propter peccata mea, ſed propter bonitatem tuam ſuſcipe preces ſerui tui, & da mihi effectū petitionis meæ, intercedente, & orante, & impetrante glorioſa Virgine genitrice tua Maria, domina mea, cum omnibus Sanctis tuis. Amen. *Sequentem quoque orationem his verbis terminat:* Suſcipe Domine preces ſerui tui, & da mihi effectum petitionis meæ, & deſiderij B mei, precibus & meritis glorioſæ Virginis Mariæ dominæ meæ, & omnium Sanctorum. Amen. *Ad eādem poſtea ſupplicationem iſtam dirigit.* Sancta & immaculata Virgo Dei genitrix Maria & Mater Domini noſtri Ieſu Chriſti, interuenire pro me digneris apud illum, cuius meruiſti effici templum. *&c. Reliquos beatiſſimæ Virgini addictos perſequamur.*

Tomo nono Lib. Medit. cap. 35.

Cap. 36.

Cap. 40.

*Eximius Dei ſeruus Hieronymus Epiſtola ad Paulam, & Euſtochium, illam ſuis nos iuuare meritis, & precibus auxiliari firmiter credit.*

C *Chryſoſtomus in Liturgia, ſe, ſuóſque obſecrationibus ſanctiſſimæ Deiparæ ſeruari, atq́; ſine condemnatione immaculatum Chriſti corpus accipere, magna animi affectione quærit.*

*Baſilius magnus, ſanctæ, & intemeratæ benedictæ dominatricis noſtræ, Dei genitricis, & ſemper Virginis Mariæ poſtulationibus à Deo viſitari rogat.*

*Nazianzenus cognomento Theologus Iuſtinā virginem Satanæ tentationes, & magorum artes, B. Mariæ interceſſionibus viciſſe recitat, Orat. in D. Cyprianum.*

*Iſtis omnibus omnino par & æqualis Effrem Syrus, ipſam appellat ſpem deſperantium, peccantium adiutricem, portum procella vexatorum, ſolatium mundi, orphanorum ſuſceptricem, ſpem mundanorum, Virginum decus, patrum præconium, piorum gloriam, martyrum pulchritudinem, ſolitariorum hymnū, Angelorum ornamentum, orbis terræ miraculum, vallum fidelium, refugium peccatorum, ad frugem redeuntium refugium. Virorum, mulierumq́; reginam, & tutelam, mundi mediatricem, portam cælorum. Hanc ſibi auxiliatricem in ſupremo vitæ articulo, abigentemq́; tenebroſos dæmonum aſpectus exoptat: hanc conciliatricem, & aduocatam in hora iudicij ſupplex implorat. Orat. de laudibus Mariæ & in Threno.*

*Superior ætate, nec doctrina inferior Athanaſius ad eam ita exclamat:* Recordare noſtri ſanctiſſima Virgo, intercede hera, & domina, & regina, & mater Dei pro nobis.

In Euang. de Deiparâ.

*Et qui hos omnes, Irenæumq́; annis ſuperat, Iacobus frater Domini, ab Apoſtolis Ieroſolymorum Epiſcopus creatus, in Liturgia, commemorationem iubet fieri ſanctiſſimæ, immaculatæ, glorioſiſſimæ, benedictæ Dominæ noſtræ, matris Dei, & ſemper Virginis Mariæ, ac omnium Sanctorum; vt ſupplicationibus ac interceſſionibus eorum, omnes miſericordiam conſequamur.*

*Quis non tantorum virorum veſtigijs inhærere potius eliget, ſi ſalutis ſuæ cura tangatur, quàm Manichæi, Vigilantij, Eunomij, Aërij, Lutheri, & Caluini; quos totus orbis Chriſtianus iuſto anathemate afflixit, & diris meritò deuouit? Sed hæc ſufficiant ad compeſcendos Gallaſij clamores: ampliora annotauimus in cap. 33. libri 3.*

4. Et quemadmodum aſtrictum eſt morti] *Hunc locum vſq; ad id,* indocti omnes hæretici, &c. *Augu. libr. 1. contra Iul. Pel. ex Irenæo adducit, quem antiquum hominem Dei vocat, qui non longè à temporibus Apoſtolorum fuerit.*

5. Soluatur] *Vet. cod.* ſaluatur: *Aug.* ſoluatur *legit.*

6. Inobedientia] *Ita vet. cod. cui conſentit Aug. excuſi* inobedientiæ.

7. Peccatum] *Auguſt.* peccato.

8. Accipiens] *Auguſt.* accipiente.

9. Et ſerpentis] & *non habet Auguſt.*

10. In columbæ ſimplicitate] *Auguſt.* per ſimplicitatem columbæ.

11. Vinculo autem illis reſolutis] *Auguſt.* vinculis illis reſoluti ſumus.

12. Et longè ſeparatum] *Veteris codicis lectio, quam meliorem exiſtimo, diuerſa eſt, hoc pacto:* Longè ſeparatam ab eo qui eſt ſecundùm ipſos patre, à ſemetipſa floruiſſe, & eſſe ex ſe natam.

13. Animam ſuam] *Vocem* ſuam, *non habet vetus codex.*

## AVDIENDI SVNT PASTORES, QVIBVS Apoſtoli commiſerunt Eccleſias, vnam & eandem ſalutis doctrinam habentes: fugiendi autem hæretici, & in fidei myſterijs ſobriè ſapiendum. D

### CAPVT XX.

[1] OMnes enim ij valdè poſteriores ſunt, quàm Epiſcopi, quibus Apoſtoli tradiderunt Eccleſias, & hoc in tertio libro cum omni diligentia manifeſtauimus. [2] Neceſſitatem ergo habent prædicti hæretici, quoniam ſint cæci ad veritatem, alteram & alteram ambulare exorbitantes viam: & propter hoc inconſonanter, & inconſequenter diſperſa ſunt veſtigia doctrinæ ipſorum. Eorum autem qui ab Eccleſia ſunt, ſemita, circumiens mundum vniuer-

vniuerſum, quippe firmam habens ab Apoſtolis traditionẽ, & videre nobis donans A
omnium vnam, & eandem eſſe fidem,[3] omnibus vnum & eundem Deum Patrem
recipientibus, [& eandem diſpoſitionem incarnationis Filij Dei credentibus] & ean-
dem donationem Spiritus ſcientibus, & eadem meditantibus præcepta, & eandem
figuram [eius,] quæ eſt erga Eccleſiam ordinationis cuſtodientibus, & eundem expe-
ctantibus aduentum Domini, & eandem ſalutem totius hominis, id eſt, animę & cor
poris ſuſtinentibus. Et Eccleſiæ quidem prædicatio vera & firma, apud quam vna &
eadem ſalutis via in vniuerſo mundo oſtenditur. Huic enim creditum eſt lumẽ Dei,
Prou.1.20. & propter hoc ſapientia Dei,[4] per quam ſaluat [omnes] homines, in exitu canitur. In
plateis autem fiducialiter agit, in ſummis muris prædicatur, in portis autem ciuita-
Exod. 25. v. 31. & 32. tis conſtanter loquitur. Vbique enim Eccleſia prędicat veritatem,[5] & hæc eſt ἑπτάμυ-
χος lucerna, Chriſti baiulans lumen. Qui ergo relinquunt præconium Eccleſiæ, im-
peritiam ſanctorum Preſbyterorum arguunt,[6] non contemplantes, quanto pluris
ſit idiota religioſus, à blaſphemo, & * impudente Sophiſta. Tales ſunt autem omnes *imprudente
hæretici, & qui ſe plus aliquid præter veritatem inuenire putant, ſequentes ea quæ
prædicta ſunt variè,[7] & [multiforme] & imbecille facientes iter, de iiſdem non ſem-
per eaſdem ſententias habentes, velut cæci à cæcis circumducuntur, iuſtè cadent in B
2.Tim.3.7. ſublatentem ignorantiæ foueam, ſemper quærentes, & nunquam verum inuenien-
tes. Fugere igitur oportet ſententias ipſorũ, & intentius obſeruare,[8] vti ne vexemur]
ab ipſis: confugere autem ad Eccleſiam, & in eius ſinu educari, & dominicis Scriptu-
Geneſ.2.16. ris enutriri.[9] Plantata eſt enim Eccleſiæ Paradiſus in hoc mundo.[10] Ab omni ergo li-
gno Paradiſi eſcas * manducabis, ait Spiritus Dei, id eſt, ab omni Scriptura Dominica *manducabitis,
manducate: ſuper elato autem ſenſu, ne manducaueritis, neq; tetigeritis vniuerſam
hæreticam diſſenſionem.[11] Ipſi enim confitentur ſemetipſos agnitionem habere
boni & mali: & ſuper Deum qui fecit eos, iaculantur ſenſus ſuos impios. Su prà igitur
Rom.12.3. ſentiunt, quàm eſt menſura ſenſationis. Quapropter & Apoſtolus ait. Non plus ſape-
re,[12] quàm oportet ſapere,] ſed ſapere ad prudentiam, vt non illorum manducantes
agnitionem, eam quæ plus quàm oportet, ſapit; proijciamur de Paradiſo vitæ: in quẽ
Dominus inducit eos qui * obediunt præconio eius, recapitulans in ſe omnia quæ in *ob audiũt præceptionem
Epheſ.1.10. cælis, & quæ in terra ſunt: & quæ in cælis ſpiritualia ſunt, quæ aũt in terris ſecundùm
hominem eſt diſpoſitio. Hæc igitur in ſemetipſo recapitulatus eſt, adunans homi-
nem ſpiritui, & ſpiritum collocans in homine, ipſe caput ſpiritus factus eſt, & ſpi- C
ritum dans eſſe hominis caput: per illum enim * videmus, & audimus, & loqui- * vidimus, & audiuimus,
mur.

## ANNOTATIONES.

1. Omnes enim valde] *Valentinus, Marcus, Carpocrates, Marcion, & ſimiles hæreſiarchæ multis annis ætatem Apoſtolorum ſunt ſequuti: ergo veræ fidei doctrina prius per orbem longè lateq; prædicata & admiſſa fuerat: & Eccleſia Catholicæ forma rectè ab illis & diſcipulis eorum conſtituta & ſeruata. Et cùm in hac ſola veræ ac integræ ſeruarentur Apoſtolicæ traditiones & inſtitutiones: nihil mirũ ſi deſertores eius & transfugæ per varia diuerſaque errorum præcipitia velut amentes ferrentur atque perirent.*

2. Neceſſitatem] *Vetus codex*, neceſſe ergo habent.

3. Omnibus vnum & eundem Deum Patrem recipientibus.] *Vet. codex*, præcipientibus. *Deindè addit ſeptem dictiones virgulis incluſas. Eleganter autem iuxta ac piè diſſerit de vnitate Catholicæ Eccleſiæ, quam varijs hæreſeωn diſſectionibus opponit: quandoquidem bellum hæreticorum, vt ait Hilarius, ſit pax Eccleſiæ, cuius fidem, dum ſibi aduerſantur, confirmant. Cùm enim alterni nouis rebus ſtudent, & inter ſe conflictantur, inſtar maritimorum fluctuum, alij in alios inſurgentes, addit Nicephorus, ſubinde atque decidentes, in varias abeunt formas, & poſtremò euaneſcunt. Contrà, veritatis ipſius cauſa incrementa capit, magiſque in dies integraſcit, & acceſſionem quandam, & robur certum ex hæreticorum inſultu ſibi comparat.*

Lib.7. de Trinit.

Lib. 4. Hiſt. cap.5.

4. Per quem ſaluat] *Vocem* omnes *ex vet. cod. adiecimus. Alludit autem ad caput primum Prouerbiorum, quo Sapientia dicitur clamare in plateis, &c. Ex quibus duo licet colligere. Primùm, vniuerſos, qui in vnitate Eccleſiæ Catholicæ ad finem vſque permanſerint, tandem aliquando pro certo ſaluandos eſſe. Secundùm, hanc Eccleſiam ſemper fuiſſe viſibilem cœtum, & aſpectabilem hominum credentium in terris congregationem, velut eſt ſplendor lucernæ ſuper candelabrum poſitæ, atque ciuitas ſuper montem ædificata. Matth.5.* D

5. Et hæc eſt ἑπτάμυχος] *Alludit ad candelabrum tabernaculi Moſaici, quod lucernas ſeptem habebat, vnam in ſummitate haſtilis, & ſex in ſummitatibus calamorum, quibus accenſis colluſtrabatur tabernaculum. Exod. 25. Illud verò Eccleſiam, quæ fidei & veritatis Euangelicæ lumen vniuerſo orbi profundit, adumbraſſe contendit: quod probant Gregorius homil. 6. in Ezechielem, Rupertus & Beda in Exodum, atque Thomas 1.2. quæſtion.102. artic.4. ad 6. Dicitur autem* ἑπτάμυχος, *quòd ſeptem ellychnia ferret.*

*Martialis:*

Illuſtrem cùm tota meis conuiuia flammis,
Totq; geram mixos, vna lucerna vocor.

6. Non



6. Non contemplantes] *Eadem dixit libr.2. cap.45. vide locum.* A

7. Et multiforme] *Deleuimus* multiformiter *author. vet. cod. Vult autem veterum hæreticorum viam eſſe variam, multiplicem, ac proinde periculoſam & exitialem, propter pugnantia ſecum dogmata. Nouorum verò quàm diuerſa, quàm aduerſa, quàm peruerſa, quàm abſurda, quàm ſecum & à veritate diſsidentia ſint etiam in ſummis fidei Chriſtianæ capitibus propoſita, nec vtriuſque exercitus eorum anteſignani diſſitentur. Nam Conradus Schluſſelburgius diœceſis Raceburgenſis Superintendens, & Megapolenſium Eccleſiarum generalis inſpector Lutheranus ſcribit:* Nos certamus cum blaſphemis & incredulis Caluiniſtis, de veritate verborum Chriſti, de omnipotentia æterni Dei, de veritate humanæ naturæ in Chriſto, de maieſtate carnis Ieſu Chriſti, de teſtamento condito à Filio Dei, de aſcenſione Chriſti in cælum, de præſentia Ieſu Chriſti in Eccleſia, & ſacra Synaxi, de ſeſſione Chriſti ad dexteram Patris. *Hæ certè controuerſiæ non ſunt parui momenti: imò ipſimet Sacramentarij, vertiginis & cæcitatis ſpiritu percuſſi, interdum fateri coguntur, hanc diſputationem pertinere ad fundamentum. Sic enim Curæus in Exegeſi ſacramentaria, pagina nonageſima prima ſcribit:* Verè cõtrouerſia eſt de fundamento, videlicet, de duobus articulis fidei, primò de articulo, qui docet in Chriſto vnitas eſſe duas naturas: ſecundò de articulo, Aſcendit in cælum. *Hactenus ille: cui Ioannes Pappus his verbis ſuccinit:* Agitur inter nos & Caluiniſtas de omnipotentia Dei, de vnione perſonali duarum naturarum in Chriſto, de communicatione idiomatum, de corpore Chriſti glorioſo, de diſcrimine Sacramentorum veteris & noui Teſtamenti, de vi & efficacia Baptiſmi, de prærogatiua infantium natorum ex fidelibus parentibus, de cœna Domini, de prædeſtinatione, &c. *Quinetiam ſupra nominatus Schluſſelburgius ſcribit in vno, quem edit de Theologia Caluiniſtarum opere,* ſe ex ipſorum libris bis centum & 20. ipſorum blaſphemias, errores, mendacia, antilogias, & calumnias tranſcribere & refutare. *Præfationis pro defenſione libri concordiæ folio vndecimo pagina prima.*

Præfat. in li. de Theologia Caluiniſtica.

Contra Sturmium, fol.72 159.160.

B C D

*Quid ad hæc Sacramentarij? Num & ipſi fatentur ſe cum Lutheranis de præcipuis pluꝛimiſque fidei Chriſtianæ capitibus pugnare? Id certè paulò ſupra confitentem Curæum audiuimus. Tigurini profectò id palam agnoſcunt, his in Præfatione apologetica orthodoxi conſenſus, ad reformatas Eccleſias Germanicas verbis:* Nec de ſola Domini Cœna, ſed de Chriſti ſeruatoris noſtri perſona, de diuinæ & humanæ naturæ vnione, & diſtinctione, de corporis eius omnipræſentia, & eiuſdem corporali ore, tam pijs quàm impijs communi manducatione, & eius in cælos aſcenſione, & ſeſſione ad dexteram Patris tanto diſputationis A feruore (inter Sacram. & Lutheran.) contenditur, vt non paucæ veterũ hæreſes, quæ olim damnatæ & extinctæ fuerunt, quaſi ex inferis reuocatæ, caput prorſus attollant. *Sed & Iezlerus in libro Belli Euchariſtici recitat quinque grauiſſima bella, quibus non à gregarijs & leuis armaturæ militibus, ſed ab anteſignanis & ducibus (inquit) præſtantiſſimis, inter ſuos, & Lutheranos acerrimè pugnatum eſt. Beza lib. contra Brentium, fol.622. tantum ait, inter eos eſſe diſsidium, vt eo durante, Eccleſiæ quæ tam diuerſa ſentiunt, ſimul ſtare non poſſint. Anno denique 1592. prodijt Anonymi cuiuſdam Caluiniani ſub hoc nomine libellus:* Conqueſtio ſeria ac pia, delata ad iuſtiſſimum iudicem Chriſtum ſuper controuerſia de ſacroſancta Cœna Domini: *quo ſatis ſignificant, vt etiam Schluſſelburgius & Sturmius disertè confitentur, ſe in concordiam nunquam redituros; ſed eadem contentione dogmatum & animorum ſeipſos vexaturos, laceraturos, & perdituros, donec magnus Domini dies aduenerit, &c. Et adhuc tamen non pudet Bezam, VVitakerum, Geneuenſes in ſua Harmonia, Tigurinos Præfatione in Orthodoxũm conſenſum, Polonos Præfatione in Sendomirienſem cõſenſum, Anglos Caluinianos in ſua Apologia ſcribere, & vt miſeræ imponant plebeculæ, magno impudentiqúe mendacio coram toto mundo profiteri:* Zuinglianos & Lutheranos inter ſe amicos & fratres eſſe, & non de principijs aut fundamentis religionis noſtrę diſſidere? *Quid dabitur aut apponetur ad linguas tam doloſas? Sed ad Irenæum noſtrum iam redeundum.*

Pag.1. & 25.

8. Vti ne vexemur] *Ita vetus codex: excuſi habebant*, ne coniurgemur.

9. Plantata eſt enim Eccleſiæ] *Vetus codex* Eccleſia, *ſenſus idem. Vult enim Eccleſiam deſignari per Paradiſum illum plantatum ab initio, quod Ambroſius Epiſt.42. & lib. de Paradiſo. Auguſt. lib.13. de Ciuit. cap.21 & libr.11. de Geneſ. cap.25. & libr.12. cap.28. & 34. & lib.4. de Baptiſmo, cap.1. Et Cyprian. epiſt. ad Iubaianum, ſimili allegoria amplexantur & tuentur.*

10. Ab omni ergo ligno] *Hinc poſt Irenæum colligit D. Thomas 1.p.q.97. art.3. & Opuſc. 3. cap. 188. ita præceptum fuiſſe Adamo, vt accedente eſurie de cunctis fructibus Paradiſi comederet: ſicut è contrario prohibitum eidem ne de fructu ligni ſcientiæ boni & mali vllo modo veſceretur: tametſi alij quidam illud ad indulgentiam tantùm referant.*

11. Ipſi enim confitentur] *Gnoſticos ſerpenti comparat, quippe qui omnem boni & mali ſcientiam ſibi arrogantes, & alijs repromittentes, omnem cæcitatem inducunt. De hoc & Præfat. in lib.4.*

12. Quàm oportet ſapere] *Ita ex vet. cod. reſtituimus: excuſi,* quàm oporteat. *Quòd autem mox vertit, ad prudentiam, Græcè eſt,* εἰς τὸ σωφρονεῖν. *Hieronymus lib.1. contra Iouinian. reddidit ad pudicitiam: Origenis interpres, temperantiam. Ambroſius cum vulgata editione, ad ſobrietatem: omnes ad vnguem exquirenti probè.*

CAPVT

## CAPVT OMNIVM QVÆ PRÆDICTA *ſunt, Chriſtus eſt: quem hominem aſſumere, à Patre vniuerſorum creatore mitti, & à Satana tentari oportuit, vt promiſſiones adimpleret, & glorioſam conſummatamq́; victoriam reportaret.* A

## CAPVT XXI.

OMnia ergo [1] recapitulans recapitulatus eſt, & aduerſum inimicum no-
ſtrum bellum prouocans, & elidens eum, qui initio in Adã captiuos du-
xerat nos, & calcans eius caput, quemadmodum [habes] in Geneſi dixiſſe
*Geneſ. 2.15.* ſerpenti Deum: Et inimicitiam ponam inter te, & mulierem, & inter ſe-
men tuũ, & ſemen eius: ipſe tuum [2] obſeruabit caput, & tu obſeruabis eius B
calcaneum. Ex eo enim qui ex muliere Virgine habebat naſci [3] ſecundùm ſimilitu-
dinem] Adam præconabatur, obſeruans caput Serpentis, id eſt ſemen, de quo ait Apo
*Galat. 3.19.* ſtolus in Epiſtola ad Galatas: Legem factorum poſitã, donec veniret ſemen cui pro-
*Galat. 4.4.* miſſum eſt. Manifeſtius autem adhuc in eadem oſtẽdit Epiſtola [ſic] dicens. Cùm au-
tem venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuũ, factum de muliere. Neq; enim
iuſtè victus fuiſſet inimicus, niſi ex muliere homo eſſet, qui vicit eum. Per mulierem
enim homini dominatus eſt ab initio, ſemetipſum contrarium ſtatuens homini.
Propter hoc & Dominus ſemetipſum Filium hominis confitetur, principalem ho-
minem illum, ex quo ea quæ ſecundùm mulierem eſt plaſmatio facta, in ſemetipſo
recapitulans: [4] vti quemadmodum per hominem victum deſcendit in mortem ge-
nus noſtrum, ſic iterùm per hominem victorem aſcendamus in vitam. Et quemad-
modum accepit palmam mors per hominem aduerſus nos, ſic iterùm nos aduerſus
mortem per hominem accipiamus palmam. Nõ autem Dominus antiquam illam,
& primam aduerſus Serpentem inimicitiam in ſemetipſo recapitulatus fuiſſet, ad-
implens promiſſionem Demiurgi, & perficiens præceptum eius, ſi ab alio veniſſet C
patre: ſed quoniã vnus, & idem eſt, qui ab initio plaſmauit nos, & in fine Filium ſuũ
*Galat. 4.4.* miſit, præceptum eius perfecit Dominus, factus ex muliere, & deſtruens aduerſarium
noſtrum, & perficiens hominem ſecundùm imaginem, & ſimilitudinem * ſuam. Et *Dei.
propter hoc non aliunde eum deſtruxit, niſi ex dictionibus Legis, & Patris præcepto
adiutore [vſus] ad deſtructionem, & traductionem apoſtatæ Angeli. Primò quidem
*Matth. 4.2.* diebus XL. ieiunans, ſimiliter vt Moyſes & Helias, poſtea eſurijt, vt hominem eum
*3. Reg. 19.8.* verum, & firmum intelligamus: propriũ enim eſt hominis ieiunantis eſurire. [5] De-
inde autem, vt haberet aduerſarius vbi congrederetur. Quoniam enim in principio
per eſcam, non eſurientem hominem ſeduxit tranſgredi præceptum Dei, in fine eſu-
rientem, non potuit diſſuadere eam quæ à Deo eſſet, ſuſtinere eſcam. Tentante enim
*Matth. 4.3.* eo, & dicente, Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Dominus autem per præ-
*Deut. 8.3.* ceptum Legis repulit eum, dicens. Scriptum eſt, [6] Non in pane tantùm * viuet homo. *viuit
Ad illud quidem quod ait, Si filius Dei es, tacuit. [7] Excæcauit autem eum hominis D
confeſſione, & per paternam ditionem, primùm [eius] impetum euacuauit. Quæ er-
go fuit in Paradiſo repletio hominis per duplicem guſtationem, diſſoluta eſt per
eam, quæ fuit in hoc mundo indigentiam.

Ille autem legaliter exploſus, tentabat & ipſe per mendacium rurſus, legitimè fa-
cere congreſſionem: in altiſſimum enim templi pinnaculum ducens eum, dixit. Si
*Matth. 4.6.* *Pſal. 90.11.* filius Dei es, mitte te deorſum. Scriptum eſt enim. Quoniam Angelis ſuis Deus man-
dauit de te, & in manibus tollẽt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum: [8] men-
dacium abſcondens per Scripturam, quod faciunt omnes hæretici. Illud enim quod
Angelis ſuis mandauit de eo, ſcriptum erat: Mitte te [autem] deorſum, de eo nulla di-
cebat Scriptura, ſed à ſemetipſo hãc ſuaſionem Diabolus afferebat. Dominus itaque
*Deut. 6.16.* legitimè confutauit eum, dicens. Item ſcriptum eſt, Non tentabis Dominum Deum
tuum. Per eam vocem quæ eſt in Lege oſtendens, id quidem quod eſt ſecundùm ho-
minem, quoniam non debet homo tentare Deum. Quantum autem ad illum, quo-
niam in eo homine qui videbatur, non tentaret Dominum Deum ſuum. Elatio ita-
que ſenſus quæ fuit in ſerpente, diſſoluta eſt per eam quæ fuit in homine humilita-
tem: &



A tem: & bis iam victus erat de Scriptura Diabolus, cùm eſt traductus, contraria præce-
pto Dei ſuadens, & ſecundùm ſententiam ſuam Dei hoſtis oſtenſus. Qui [&] magnè
*mendacio confutatus, & quaſi ſemetipſum colligens, vniuerſam quam habebat virtutem * in
mendacium ordinans, tertiò, oſtendit ei ſæculi regna omnia, & gloriam ipſorum,
dicens, quemadmodum meminit Lucas. Hæc omnia tibi dabo, quoniam mihi tra- *Luca 4.6.*
dita ſunt, & cui volo, do ea, ſi procidens adoraueris me. Dominus itaque traducens
eum qui eſſet, Vade (inquit) *Satana*, ſcriptum eſt enim, Dominum Deum tuum ado-
rabis, & illi ſoli ſeruies. Denudans eum per hoc nomen, & ſe oſtendens qui erat. [9] *Sa-* Satan quid.
tana enim verbum, Hebraicè Apoſtatam ſignificat. Et tertiò itaque vincens eum,
*dereliquo * in reliquum repulit à ſemetipſo, quaſi legitimè victum, & ſoluta eſt ea quæ fuerat
in Adam præcepti Dei præuaricatio, per præceptum legis, quod ſeruauit Filius ho-
minis, non tranſgrediens præceptum Dei.

Quis ergo Dominus Deus, cui teſtimonium perhibet; quẽ nemo [tentabit,] & quem
omnes adorare oportet, & ipſi ſoli ſeruire? Omnimodo ille eſt ſine dubio, qui & Le-
gem dedit Deus. Hæc enim in Lege prædicta fuerant, & per Legis ſententiam oſten-
*Domini dit Dominus, quoniam Lex quidem à Patre Verbum * Deum annunciat: apoſtatà
*per illius autem Dei Angelus, * per illam deſtruitur vocem traductus qui ſit, & victus à Filio
B hominis ſeruante Dei præceptum. Quoniam enim initio homini ſuaſit tranſgredi
præceptum factoris, & ideo eum habuit in ſua poteſtate; poteſtas autem eſt tranſgreſ-
ſio, & apoſtaſia, & his colligauit hominem; per hominem ipſum iterùm oportebat
victum eum contrariò colligari iiſdem vinculis, quibus alligauit hominem, vt
homo ſolutus reuertatur ad ſuum Dominum, [10] illa vincula relinquens, per quæ ip-
ſe fuerat alligatus, id eſt tranſgreſſionem. Illius enim colligatio, ſolutio facta eſt hò-
minis, quoniam non poteſt aliquis intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, ni- *Matt. 12.29.*
*Cõtraria, ſi primùm ipſum fortem alligauerit. * Contrario ergo in ſermone eius, qui omnia
fecit Dei, traducens eum Dominus, & ſubijciens per præceptum, præceptum autem
Dei, Lex: fugitiuum eum, & Legis tranſgreſſorem, & apoſtatam Dei oſtendens, poſtea
[11] iam per Verbum conſtanter eum colligauit, quaſi ſuum fugitiuum, & diripuit eius
vaſa, id eſt, eos qui ab eo detinebantur homines, quibus ipſe iniuſtè vtebatur. Et ca-
ptiuus quidem ductus eſt iuſtè, is qui hominem iniuſtè captiuum duxerat: qui autem
antè captiuus ductus fuerat homo, extractus eſt à poſſeſſoris poteſtate, ſecundùm mi-
ſericordiam Dei Patris: qui miſeratus eſt plaſmati ſuo, & dedit ſalutem ei per Ver-
C bum, id eſt per Chriſtum, redintegrans: vt experimentò diſcat homo, quoniam non
à ſemetipſo, ſed donatione Dei accepit incorruptelam.

## ANNOTATIONES.

1. Recapitulans] *Alludit ad illud Pauli, quo docet, Patrem per Filium omnia ἀνακεφαλαιώσασθαι, id eſt, inſtaurare, vt communis habet editio, vnà cum Ambroſio & Primaſio: vel recapitulare, vt Irenæo & Hieronymo placet, id eſt, Chriſtum vnum caput Angelorum, & hominum conſtituere, hominumque naturam incorruptione beata donare, omni ſublato mortis aculeo. Docet autem hic Irenæus Chriſtum B. Mariæ Virginis, & Demiurgi, id eſt, Dei huius mundi Creatoris Filium, caput ſerpentis ideo contriuiſſe, vt & hominis antea victi iuſtè cenſeretur victoria, & mundi rector agnoſceretur.*

D 2. Obſeruabit caput] *Septuaginta τηρήσει κεφαλήν, quorum lectionem cum Irenæo ſequuntur Cyprianus lib. 2. aduerſus Iud. cap. 9. Ambroſius lib. de fuga ſeculi, cap. 7. Auguſt. lib. 2. de Geneſ. contra Manichæos, cap. 18.*

3. Secundùm ſimilitudinem] *Ita vet. cod. excuſi*, ſecundùm multitudinem.

4. vti quemadmodum] *Et hoc etiam loco multis deſcriptum habes peccatum originale, quo omnes in vtero inficimur: quandoquidem per illud præſertim victum in mortem deſcendit omne genus humanum. De eodem quoque ſupra ſcripſit, Nos per priorem generationem mortem hæreditaſſe: & per animalem hominem nos omnes mortuos eſſe, & cæt. Tantùm abeſt ab eorum deliratione, qui paruulos fidelium ex vteris ſanctificatos, ſine Baptiſmo ſeruari dicunt.*

5. Deinde autem vt haberet] *Iſtis non diſſimilia copioſè & eleganter tractat Ignatius martyr, Epiſtola ad Philippenſes.*

6. Non in pane tantùm viuet] *Vet. cod.* viuit, *ſicut editio vulgata: ſed tam Græcè, quàm Hebraicè, per futurum tempus legitur* viuet, *vt habent Irenæi codices excuſi.*

7. Excæcauit autem eum hominis confeſſione] *Quinque has voces non habet vetus codex, ſed,* Vſus eſt hac quæ excæcauit eum per hominis confeſſionem: *deinde vbi excuſi codices,* per paternam ditionem, *vetus habet* per paternam dictionem.

8. Mendacium abſcondens per Scripturam] *Appoſitè hæreticorum dolos, cum Satanæ aſtutia comparat. Nam omnis hæreticus in eo quod Deum defendere nititur, veritati eius aduerſatur: veluti ſcribit Gregorius præfatione in librum Moralium.*

9. Satana enim verbum Hebraicum] שטן *propriè Hebræis ſignificat aduerſari, detrahere, calumniari: vnde διάβολον Græci ipſum vocarunt. Quod ſi magis Irenæi interpretatio adrideat, deducendum erit à שטה quod deficere, & diuertere ſignificat.* Iuſtinus *in Dialogo,* Satan Iudæorum, Syrorumque lin-

 gua,

gua, deſertorem ſignificat: hæc autem vox Nas,ſerpentem,& ita ex vtroque vnum vocabulum componitur Satanas.

10. Illa vincula relinquens,per quæ] *vet.cod.* illi vincula relinquens,per quem,*&c. vt de dæmone ſermo habeatur.* A

11. Iam per verbum] *Vetus codex,* poſtea iam verbum.

## *DOMINVS VERVS, ET DEVS VNVS, A LEGE declaratur,& in Euangelio per Chriſtum eius Filium,manifeſtatur: quem ſolum adorare, & ab illo omnia bona expectare oportet,non à Satana.*

### CAPVT XXII.

SIC[1] igitur manifeſtè oſtendente Domino, quoniam Dominus verus, &
vnus Deus, qui à Lege declaratus fuerat : quem enim Lex præconauerat
Deum,[2] hunc Spiritus oſtendit Patrem,cui & ſeruire ſoli oportet diſcipu- B
los Chriſti : & per eas quæ ſunt in Lege ſententias aduerſarium noſtrum
*Deut.6.13.* euacuante, Lex autem Demiurgum laudare Deum, & ipſi ſoli ſeruire iubet nobis:
iam non oportet quęrere alium patrem,præter hunc,aut ſuper hunc:quoniam vnus
*Rom.3.30.* Deus qui iuſtificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem. Si enim alius
quis erat ſuper hunc,perfectus pater, nequaquam per huius ſermones & præcepta
deſtruxiſſet Satanam. Nec enim ignorantia per alteram poteſt diſſolui ignorãtiam,
quemadmodum neque per labem,labes euacuari. Si igitur Lex ex ignorantia & labe
eſt,quomodo ſententiæ quæ in ea ſunt,[3] diabolicã ignorantiam abſoluere poterant,
& fortẽ vincere? Neq; enim à minori,neq; ab æquali fortis vinci poteſt : ſed ab eo qui
plus poteſt. Plus autem poteſt ſuper omnia Verbũ Dei, qui in lege quidem vocifera-
*Deut 6.4.* tur: Audi Iſraël,Dominus Deus tuus,Deus vnus eſt: &, Diliges Dominum Deum tu-
*Deut.6.5.* um ex tota anima tua,&, hunc adorabis,&, huic[ſoli]ſeruies. In Euangelio autem
per has eaſdem ſententias deſtruens apoſtaſiam,& Patris voce deuicit fortem, & Le-
*Matth.4.7.* gis* præceptum ſuas ſententias confitetur,dicens. Non tentabis Dominum Deum *præcepto
tuum. Nec enim per alienam, ſed per propriam Patris ſui ſententiam deſtruxit ad-
uerſarium, & fortem vicit. Nos autem ſolutos per ipſum præceptum docuit, eſu- C
rientes quidem ſuſtinere eam,quæ à Deo datur eſcam, in ſublimitate autem poſitos
vniuerſi[4] charismatis,]vel[in]operibus iuſtitiæ confidentes, vel miniſtrationis ſu-
pereminentia adornatos,nequaquam extolli, neque tentare Deum,ſed humilia ſen
tire[in omnibus,] & præ manu habere : Non tentabis Dominum Deum tuum:
*Rom.1.26.* quemadmodum & Apoſtolus docuit. Non alta[dicens,] ſentientes, ſed humilibus
conſentientes:nec diuitijs, nec gloria* mundi, neque præſenti phantaſia capi. Scire *mũdana,
autem quoniam Dominum Deum tuum adorare oportet,& ipſi ſoli ſeruire, & non
*Matth.4.10.* credere ei qui falsò promiſit ea quæ non ſunt ſua,dicens. Hæc omnia tibi dabo,ſi pro-
cidens adoraueris me. Ipſe enim confitetur quoniam adorare eum, & voluntatem
eius facere,cadere eſt à gloria Dei. Et quid aut ſuaue, aut bonum participare poteſt
qui cecidit? Aut quid aliud ſperare & expectare poteſt,qui talis eſt, niſi mortem? Ei
enim qui cecidit,proxima mors eſt. Deinde nec illa quæ promiſit præſtabit. Quomo-
do enim præſtabit ei,qui cecidit? Deinde quoniam dominatur hominibus, & ei ipſi
*Matth.10.29* Deus,& nolente Patre noſtro qui eſt in cælis,neque paſſer cadet in terram. Illud igi-
tur quod ait,Hæc[omnia]mihi tradita ſunt,& cui volo do ea, vt in ſuperbiam ela-
tus ait. Neque enim conditio ſub eius poteſtate eſt: quandoquidem & ipſe vnus de D
creaturis eſt. Neque ipſe hominum regnum attribuet hominibus,ſed ſecundùm or-
dinationem Dei Patris, & cætera quæque, & quæ ſunt erga homines, diſponuntur.
*Ioan.8.44.* Dominus autem ait. Quoniam Diabolus mendax eſt ab initio, & in veritate non
ſtetit. Si itaque mendax eſt, & non ſtans in veritate, videlicet non verum dicebat:
Quoniam hæc omnia mihi tradita ſunt,& cui volo,do ea;ſed mendacium loquens.

### ANNOTATIONES.

1. Sic igitur] *Legis veteris ac Euangelij author vnus eſt verus Deus ac Dominus,ſupra quem alius non quærendus: & is per Filium ſuum omnipotentem vicit hoſtem noſtrum, & ab eius tyrannide liberos nos fecit. Ideoq; cum omni demiſſione, & ſui mundiq; contemptu eum adorare & inuocare decet: nihil autem à Satana mendacij parente exquirendum aut ſperandum.*

2. Hunc Spiritus oſtendit Patrem] *Vocem* Spiritus,*ignorat vetus codex,vt de Chriſto; vel lege mentio fiat,non de Spiritu ſancto.*





A 3. Diabolicam ignorantiam abſoluere] *Vetus codex,* Diabolica ignorantia ſoluere.

4. Charismatis] *Deleuimus* chriſmatis. *Eſt autem* χάρισμα,*donum aliquod gratuitum ſiue in gratiam propriam,ſiue aliorum ab illo,cui confertur:quale eſt prophetiæ,miraculorum aut linguarum donum.*

## *DIABOLVS ASSVETVS EST MENDACIIS, quibus ſeductus Adam, ſexto creationis die peccauit, quo tandem per Chriſtum reparatus fuit.*

### CAPVT XXIII.

ASſuetus[1] enim erat iã ad ſeductionem hominum mẽtiri aduerſus Deum.
Ab initio enim homini eſcam multam cùm Deus dediſſet, ex vna autem
tantùm arbore præcepiſſet ne manducaret, quemadmodum Scriptura
dicit dixiſſe Deum ad Adam. Ab omni ligno quod eſt in paradiſo eſcam *Gene.2.verſ.*
manducabitis, à ligno autem cognoſcendi bonum & malum,[2] non man *16.& 17.*
B ducabitis:qua autem die manducaueritis, morte moriemini. Ille autem mentiens
aduerſus Deum,tentauit hominem, quemadmodum Scriptura dicit dixiſſe ſerpen-
tem mulieri. Quid* itaque dixit Deus; Ne manducaueritis ab omni ligno paradiſi? *Geneſ.3.*
*vtique [3] Et cùm illa traduxiſſet mendacium,& ſimpliciter retuliſſet præceptum, in eo quod
diceret, Ab omni ligno paradiſi* manducabitis:à fructu autem ligni quod eſt in me-
*mandu-cabimus: dio paradiſo,dixit Deus. Ex eo non manducabitis, neque tetigeritis, ne moriamini:
cùm didiciſſet à muliere præceptum Dei, aſtutia vſus decepit eam denuò per falſilo-
quium,dicens. Non morte moriemini. Sciebat enim Deus quoniam qua die man-
ducaueritis ex eo,aperientur oculi veſtri,& eritis ſicut dij,ſcientes bonum & malum.
Primò quidem in Dei paradiſo[4] diſputabat]de Deo, quaſi abſente eo.[5] Magnitudi-
nem enim ignorabat Dei. Pòſt deinde ab ipſa diſcens dixiſſe Dominum, morituros
eos ſi guſtaſſent de prędicto ligno,[6] tertiò mendacium loquẽs dixit. Non morte mo-
riemini. Sed quoniam Deus verax eſt, mendax autem ſerpens, de effectu oſtenſum
eſt, morte ſubſecuta eos qui manducauerunt : ſimul enim cum eſca & mortem
[adſciuerunt,]quoniam inobedientes manducabant. Inobedientia autem Dei mor-
C tem infert: propter hoc ex eo traditi ſunt ei,debitores mortis effecti.[7] in ipſa itaque
die mortui ſunt,in qua & manducauerunt, & debitores facti ſunt mortis, quoniam
conditionis dies vnus.[Factum]eſt enim (inquit) veſpere & mane dies vnus. In ipſa *Geneſ.1.31.*
autem hac die manducauerunt,in ipſa autem, & mortui ſunt. Secundùm autem cir- *Geneſ.2.&3.*
culum,& curſum dierum,ſecundùm quem alia quidem prima, alia autem ſecunda,
& alia tertia vocatur,ſi quis velit diligenter diſcere, qua die ex ſeptem [diebus] mor-
tuus eſt Adam, inueniet ex Domini diſpoſitione. Recapitulans enim vniuerſum
hominem in ſe ab initio vſque ad finem,recapitulatus eſt & mortem eius. Manife-
ſtum eſt itaque,quoniam[8] in illa die mortem ſuſtinuit Dominus,obediens Patri, in
qua mortuus eſt Adam inobediens Deo. In qua autem mortuus eſt, in ipſa & man-
ducauit. Dixit enim Deus,In qua die manducabitis ex eo, morte moriemini. Hunc *Geneſ.2.17.*
itaque diem recapitulans in ſemetipſum Dominus, venit ad paſſionem pridie ante
ſabbatum, quæ eſt ſexta conditionis dies, in qua homo plaſmatus eſt, ſecundam
plaſmationem[9] eam quæ eſt à morte,per ſuam paſſionem donans. Quidam autem
D rurſus in milleſimum annum reuocant mortem Adæ. Quoniam enim dies Domi- *Pſalm.98.*
ni, ſicut mille anni,non ſuperpoſuit autem mille annos, ſed intra eos mortuus eſt,
tranſgreſſionis adimplens ſententiam. Siue ergo ſecundùm inobedientiam, quæ
*ſint eſt mors,ſiue quòd exinde traditi ſint,& facti* ſunt debitores mortis, ſiue ſecundùm
vnum & eundem diem,in quo manducauerunt,& mortui ſunt,quoniam[vna]con-
ditionis dies:ſiue ſecundùm hunc circulum dierum, quia in ipſa mortui[ſunt,] in
qua & manducauerunt, hoc eſt Paraſceue,quæ dicitur cœna pura, id eſt, ſexta feria,
quam & Dominus oſtendit paſſus in ea : ſiue ſecundùm quòd non ſit ſupergreſſus
mille annos,ſed in ipſis mortuus ſit: ſecundùm omnia ergo quæ ſignificantur,
Deus quidem verax:mortui enim ſunt qui guſtauerunt de ligno: ſerpens *Rom.3.4.*
autem mendax oſtenſus eſt, & homicida, ſicut Dominus
ait de eo. Quoniam ab initio homicida eſt,& in *Ioan.8.44.*
veritate non ſtetit.

## ANNOTATIONES.

A

1. Aſſuetus enim erat] *De prauis diaboli ſuggeſtionibus, quidq́ue per eas primis parentibus noſtris contigerit: de Adami lapſu, morte, & reparatione.*

2. Non manducabitis] *Vetus codex addit*, ab eo, *mox quoque*, qua hora mãducaueritis ab eo, *quæ particulæ ex Septuaginta ſumptæ ſunt: eas etiam conſeruant Cyrillus, & Protopius ſacram Geneſim explicantes.*

3. Et cùm illa traduxiſſet mendacium] *Primò mentita eſt dicens, Deum prohibuiſſe ne tangerent lignum illud: prohibitio verò tantùm facta fuerat de eſu, non de tactu. Hoc ergo addidit, exaggerans prohibitionem velut nimis grauem & moroſam. Inde Ambroſius libr. de paradiſo, cap. 12. ait:* Mulier addidit, ne tangeremus ex eo. Lapſus incipit eſſe initium. Secundò, mentiendo inuertit, imminuitque diuinam comminationem, addens de ſuo, Ne fortè moriamur. Deus enim magna aſſeueratione dixerat, Morte morieris: mulier autem ſub dubitatione refert, Ne fortè, &c. Tertiò, mentita eſt, dicens; Ex ligno, quod eſt in medio paradiſi, &cæt. Nam & lignum vitæ erat in medio paradiſi, quod Dominus non interdixerat. *Sicq́ue tribus modis, vt poſt Irenæum obſeruat Rupertus, Eua mentiendo peccauit, Diuinis verbis addendo, eademq́ue imminuendo, & immutando.*

4. Diſputabat] *Vet. cod. auth. expunximus* diſputat, *vt poſtea* adiciuerunt *pro* aſcierunt *repoſuimus.*

5. Magnitudinem enim ignorabat Dei] *Craſſam ignorantiam tribuit cacodæmoni, videlicet quod neſcierit Deum ſua immenſitate vbique præſentem. Et reuera non eſt ambigendum Diabolos peccato ſuo in horrendas mentis tenebras incidiſſe: quandoquidem & diuinitus ſibi ante lapſum infuſam fidem, vnà cum propriæ ſalutis ſpe funditus amiſerant; & diuinis myſterijs, quibus colluſtrantur iugiter beati Angeli, omnino fruſtrantur. De his copioſè diſputat Auguſtinus lib. 9. de ciuit. cap. 21.*

6. Tertiò mendaciũ loquens] *Plurima non ſolùm mendacia, ſed & in Deum impia & blaſphema in Serpentis oratione comprehenduntur. Primum, Deũ eſſe mendacem, d. Non eſt verum quod dixit vobis,* Morte moriemini: *ac proinde non eſt ei credendum. Secundum, Deum eſſe inuidum, quod noluiſſet eos eſſe ſicut dij ſapientes, quod tamen facili negotio poterant fieri. Tertium, illi arbori tantam vim inſitam, vt eos immortales, & ſumma æqualiq́; cum Deo ſapientia præditos efficere poſſet. Quartum, deorum pluralitatem eſſe in rerum natura poßibilem. Quintum, hominem de viliſſimo terræ limo fictum, poſſe induſtria propria ad ſummi Dei æqualitatem pertingere, &c. Oportet ergo, vt rectè notat Auguſtinus, lib. 11. de Geneſ. ad lit. cap. 30. menti Euæ iam infuiſſe quendam propriæ excellentiæ & ambitus amorem, & ſuperbam de ſe præſumptionem, quando tam facilè leuiterq́; Serpenti fidem dedit.*

B

7. In ipſa itaque die mortui ſunt] *Quomodo in illa ipſa die, cùm Adam poſtea nongentis & triginta annis, Eua nongentis & quadraginta dicantur vixiſſe? Reſpondeo, primò mortui ſunt morte ſpiritali, quando amiſſa iuſtitia originali & gratia, per quam homo viuit Deo, mortui ſunt. Secundò, mortui ſunt, quando tunc ineuitabilem mortis corporeæ neceßitatem incurrerunt, quum antea poſſent non mori.* Cùm *enim* primùm, *inquit Theodoretus,* Dei ſententia obnoxij fuerunt ſupplicio mortis, in ſingulos dies & horas velut rei mortis ipſam mortem expectabant. (*Quæſtio. 38.*) *Conſentit Auguſtinus his verbis:* Eo quippe die mutata in deterius vitiataque natura, mortis etiam corporalis in eis neceſſitas facta eſt, cum qua nos neceſſitate nati ſumus. (*Lib. 13. ciuit. ca. 23. & lib. 11 de Gen. ad lit. cap. 32.*) Propter quod Apoſtolus non ait, Corpus quidem moriturum eſt propter peccatum: ſed ait, Corpus mortuum eſt: mortuum appellans, quia iam moriendi neceſſitate conſtrictum eſt. (*Rom. 8. 10.*) *Tertiò denique Iuſtini martyris in Dialogo, & Irenæi præſenti ſententia, mortui ſunt primi parentes illa ipſa die qua peccauerunt, ſi dies computetur more Dei, apud quem mille anni tanquam dies vna quæ præterijt, vt Dauid & Petrus connumerant: non autem illa ipſa die, qua more humano viginti, & quatuor horis conficitur. Nam vterque illorum infra milleſimum annum vitam iſtam cum morte commutauit.* (*Pſalm. 98. 1. Pet. 3.*)

C

8. In illa die] *Gaudentius Brixianus tractatu in Exodum:* Sexta feria qua hominem Deus fecerat, pro eodem paſſus eſt: & die Dominica, in qua ſumpſerat mundus exordium, reſurrexit, *&c.*

9. Eam quæ eſt à morte] *Vet. cod.* & eam quę eſt ad mortem.

D

## *DE DIABOLI PERPETVO MENDACIO, POteſtatibus, quibus nos parere oportet, atq; imperijs terrenis, quatenus à Deo, non autem à Diabolo conſtituantur.*

## CAPVT XXIV.

SICVT ergo in principio mentitus eſt, ita & in fine mentiebatur, dicens: [1] Hæc omnia mihi tradita ſunt, & cui volo, do ea.] Non enim ipſe determinauit huius ſeculi regna, ſed Deus. Regis enim cor, in manu Dei. Et per Salomonem autem ait Verbum. Per me Reges regnant, & * poteſtates tenent iuſtitiam. [2] Per me principes exaltantur, & tyranni terræ. Et Paulus Apoſtolus hoc ipſum ait. [3] Omnibus poteſtatibus ſublimioribus ſubiecti eſtote: non eſt enim poteſtas, niſi à Deo. Quæ autem ſunt, à Deo diſpoſitæ ſunt. Et iterum de ipſis ait. Non enim ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malè operatur. Quoniam hæc autem non de Angelicis poteſtatibus, nec de inuiſi-

*Matth. 4. 9. Luc. 4. 6. Prouer. 21. 1. Prouer. 8, 16. Rom. 13. 1.* — *potentes

bilibus



A bilibus principibus dixit, quomodo quidam audent exponere: ſed de his quæ ſunt ſecundùm * homines poteſtates, ait. Propter * hæc enim & tributa præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. [4] Hoc autem & Dominus confirmauit, non faciens quidem quod à Diabolo ſuadebatur: tributorum autem exactoribus, iubens pro ſe, & pro Petro * dare tributum. Quoniam miniſtri Dei ſunt, in hoc ipſum deſeruientes. Quoniam enim abſiſtens à Deo homo, in tantum efferauit, vt etiam conſanguineum, hoſtem ſibi putaret, & in omni inquietudine, & homicidio, & auaritia ſine timore verſaretur; impoſuit illi Deus humanum timorem, (non enim cognoſcebant timorem Domini) vt poteſtati hominum ſubiecti, & lege eorum aſtricti, aliquid aſſequantur iuſtitiæ, & moderentur ad inuicem [in] manifeſto * poſitum gladium timentes, ſicut Apoſtolus ait. Non enim ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malè operatur. Et propter * hoc & ipſi magiſtratus indumentum iuſtitiæ leges habentes; quæcunque iuſtè & legitimè fecerint, de his non interrogabuntur, neque pœnas dabunt. Quæcunque autem ad euerſionem iuſti, iniquè & impiè contra legem, & more tyrannico [exercuerint,] in his & peribunt iuſto iudicio Dei, ad omnes æqualiter perueniente, & in nullo deficiente.

*hominẽ — *hoc — *dari — *propoſitum — *hæc — *Matt. 17. 27.* — *Rom. 13. 6.* — *Rom. 13. 4.*

B Ad vtilitatem ergo Gentilium, terrenum regnum poſitum eſt à Deo: ſed non à Diabolo, qui nunquam omnino quietus eſt, imò qui nec ipſas quidem Gentes vult in tranquillo agere, vt timentes regnum humanum, non ſe alterutrum homines vice piſcium conſumant, ſed per legum poſitiones repercutiant multiplicem Gentilium iniuſtitiam. Et ſecundùm hoc miniſtri Dei ſunt, qui tributa exigunt à nobis, in hoc ipſum ſeruientes, quæ ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt. Manifeſtum eſt quoniã mentitur Diabolus, dicens: Mihi tradita ſunt, & cui volo, do ea. [5] Cuius enim iuſſu homines naſcuntur, huius iuſſu & Reges conſtituuntur, apti his qui in illo tempore ab ipſis [regantur.] Quidam enim illorum ad * correctionem & vtilitatem ſubiectorum dantur, & conſeruationem iuſtitiæ: quidam autem ad timorem, & pęnam, & increpationem: quidam autem ad illuſionem, & contumeliam, & ſuperbiam, quemadmodum & digni ſunt: Dei iuſto iudicio, ſicut prædiximus, in omnibus æqualiter ſuperueniente. Diabolus autem, quippe Apoſtata exiſtens Angelus, hoc tantùm poteſt, quod * egit in principio, ſeducere, & abſtrahere mentem hominis, ad tranſgrediendia præcepta Dei, & paulatim [6] obcæcare] corda eorum [qui conarentur] ſeruire

*Matth. 4. 9.* — *correptionem — *detegit

C ei, & ad obliuiſcendum quidem verum Deum: ipſum autem quaſi Deum adorare. Quemadmodum autem ſi quis Apoſtata regionem aliquam hoſtiliter capiens, perturbet eos qui in ea ſunt, vt Regis gloriam ſibi vindicet, apud ignorantes, quòd Apoſtata, & latro ſit: ſic etiam Diabolus, cùm ſit vnus ex Angelis his, qui ſuper ſpiritum aëris præpoſiti ſunt, quemadmodum Paulus Apoſtolus in ea quæ eſt ad Epheſios, manifeſtauit, [7] inuidens homini, Apoſtata à diuina factus eſt Lege. Inuidia enim aliena eſt à Deo. Et quoniam per hominem traducta eſt Apoſtaſia eius, & examinatio ſententiæ eius, homo factus eſt, * adhuc magis magiſq́; ſemetipſum contrarium conſtituit homini, inuidens vitæ eius, & in ſua poteſtate apoſtatica volens concludere eũ. Omnium autem artifex Verbum Dei, per hominem vincens eum, & Apoſtatam oſtendens, è contrario ſubiecit eum homini. Ecce, dicens, do vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, vt quemadmodum dominatus eſt homini per apoſtaſiam, ſic iterum per hominem recurrentem ad Deum, euacuetur apoſtaſia eius.

*Epheſ. 6. 12.* — *ad hoc, — *Luc. 10. 19.*

D

## ANNOTATIONES.

1. Hæc omnia] *Decem has voces, quæ apertè deſiderabantur, ex vet. cod. reſtituimus.*

2. Per me principes] *Vet. cod.* Per me principes excitabuntur, & tyranni per me regnãt terram.

3. Omnibus poteſtatibus ſublimioribus ſubiecti eſtote] *Ita locum hunc Apoſtoli exprimit in commentarijs Ambroſius. Communis editio,* Omnis anima poteſtatibus.

4. Hoc autem & Dominus confirmauit] *Principibus ſæculi obedientiam tributaq́ue præſtanda Chriſtus approbauit, natus tempore cenſus, ſoluens didrachma, iubens reddere Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & Pilato poteſtatem deſuper datam agnoſcens: Vnde & Paulus:* Cui tributum *debetur,* tributũ *ſoluatur. Et Iuſtinus martyr in Apologia refert, ad illa Cæſaribus præſtanda Chriſtianos ſua tempeſtate omnium primos & promptiſſimos fuiſſe. De his nuper latius egimus Cõ. noſtris in Eſther.*

5. Cuius enim iuſſu] *Hinc liquet quanta pietate, veneratione, fide, & obedientia Imperatores, Reges, & Magiſtratus politicos exceperint primarij religionis noſtræ Chriſtianæ Antiſtites: etiamſi illius pietatis illi ignari eſſent; imò & acerrimos oppugnatores eos haberent: quos vtinam vel in hac ſaltem parte imitarentur noſtræ ætatis Gnoſtici. Porrò qualis illorum diſciplina de Magiſtratu ciuili fuerit, cum Irenæo pluribus enarrant Iuſtinus, Athenagoras, Tertullianus in Apo-*

*logijs, Theophilus Antiochenus libr. 1. & 2. ad Autolycum, Origenes homil. 4. in Iudicum.*

6. Obcæcare corda eorum qui conarentur] *Ita reſtituimus ex vetere codice: excuſi omnes,* obſerare corda eorum conatur, &c.

7. Inuidens homini] *Baſilius, Inuidia ad bellum internecinum aduerſus hominem, impulſum dæmonem ſcribit, quippe qui doleat ob præclara dona à Deo homini conceſſa. Idem quoque hom. in aliquot ſcripturæ locos, diffusè & ornatè oſtendit ipſum & proprium diaboli vitium eſſe: ea de re illum* μισάνθρωπον *appellat.* A

## *ANTICHRISTI FRAVS, SVPERBIA, ET Tyrannicum regnum, prout à Daniele & Paulo deſcripta ſunt.*

### CAPVT XXV.

ET non tantùm [1] per ea quę dicta ſunt, ſed & per ea quæ erunt ſub Antichriſto oſtenditur, quoniam exiſtens apoſtata & latro, quaſi Deus vult adorari: & cùm ſit ſeruus, regem [ſe] vult præconari. B Ille enim [2] omnem ſuſcipiens diaboli virtutem, veniet non quaſi rex iuſtus, nec quaſi in ſubiectione Dei legitimus: ſed impius, & iniuſtus, & ſine Lege quaſi apoſtata, & iniquus, & homicida quaſi latro, diabolicam apoſtaſiam in ſe recapitulans, & [3] idola quidem ſeponens, ad ſuadendum quòd ipſe ſit Deus, ſe autem extollens vnum idolum, habens [in ſemetipſo] reliquorum idolorum varium errorem: vt hi qui per multas [4] abominationes] adorāt Diabolum, hi per hoc vnum idolum ſeruiant ipſi, 2 Theſſal. 2. 3. & 4. de quo Apoſtolus in epiſtola, quæ eſt ad Theſſal. 2. ait ſic. Quoniam niſi venerit abſceſſio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur & extollit ſe ſuper omne quod dicitur Deus, aut colitur: ita vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſemetipſum tanquam ſit Deus. Manifeſtè igitur Apoſtolus oſtendit * aduentum eius, & quoniam extollitur ſuper omne quod dicitur deus, vel quod colitur, [hoc eſt,] ſuper omne idolum. Hi enim ſunt qui dicuntur quidem ab hominibus, nō ſunt autem dij. [5] Et quoniam ipſe ſe tyrannico more conabitur oſtendere Deum: ſuper hæc autem manifeſtauit & illud, quod à nobis per multa oſtenſum eſt, quoniam Hieroſolymis templum per diſpoſitionem veri Dei factum eſt. C Ipſe enim Apoſtolus ex ſua perſona diffinitiuè templum illud dixit Dei. Oſtendimus autem & in 3. libro nullum ab Apoſtolis ex ſua perſona Deum appellari, niſi eum qui verè ſit Deus, Patrem Domini noſtri, cuius iuſſu hoc quod eſt in Hieroſolymis factum eſt templum, ob eas cauſas quæ à nobis dictę ſunt: [6] in quo aduerſarius ſedebit, tentans Marc. 13. 14. Dan 9. 25. ſemetipſum [7] Chriſtum oſtendere, ſicut & Dominus ait. Cùm autem videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt [8] per Danielem Prophetam, ſtantem Matt. 24. 17. in loco ſancto, qui legit intelligat. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant in montes, & qui in tecto eſt, non deſcendat tollere quicquam de domo. Erit enim tunc preſſura Dan. 7. 8. 9. &c. magna, qualis non eſt facta ab initio ſæculi vſque nunc, ſed neque fiet. Daniel autem nouiſſimi regni finem reſpiciens, id eſt, nouiſſimos decem reges, in [quos] * diuideretur regnum illorum, ſuper quos filius perditionis veniet, cornua dicit decem naſci beſtiæ; & alterum cornu puſillum naſci in medio ipſorum, & tria cor- Dan. 7. 20. 21. &c. nua de prioribus [9] eradicari] à facie eius. Et ecce, (inquit) oculi quaſi oculi hominis in cornu hoc, & os loquens magna, & aſpectus eius maior reliquis videbatur, & cornu illud faciebat bellum aduerſus ſanctos, & valebat aduerſus eos, D quoadúſque venit vetuſtus dierum, & iudicium [10] dedit ſanctis] altiſſimi Dei, & [11] tempus [peruenit,] & regnum obtinuerunt ſancti. Poſtea in exolutione viſionum di- Dan. 7. 23. &c. ctum eſt ei: Beſtia quarta, regnum quartum erit in terra, quod eminebit ſuper reliqua regna, & manducabit omnem terram, & conculcabit eam, & concidet: [12] de decem cornibus eius, decem reges exurgent: & poſt eos ſurget alius, qui [13] ſuperabit alios omnes, qui ante eum fuerunt, & reges tres [14] deminorabit, & verba aduerſus altiſſimum Deum loquetur, & ſanctos altiſſimi Dei conteret, & cogitabit [15] demutare tempora & legem: & dabitur in manu eius, vſque ad tempus temporum & dimidium tempus, hoc eſt triennium & ſex menſes, in quibus veniens regnabit ſuper terram. De quo iterum & Apoſtolus Paulus in 2. ad Theſſalonicenſes, ſi- 2. Theſ. 2. 8. mul & cauſam aduentus eius annuncians ſic ait. Et tunc reuelabitur iniquus, quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet præſentia aduentus ſui, cuius eſt aduentus ſecundùm operationem ſatanæ, in omni virtute, & ſignis, & portentis mendaciorum, & omni ſeductione malitiæ pereuntibus, pro eo quod dilectionem veri-

* Apoſtaſiam

* diuidi-tur



A tatis non receperunt, vt ſalui fierent. Et ideo mittit eis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. Et Dominus autem hoc * idem non credentibus ſibi dicebat, Ego veni in nomine Patris mei, & non recepiſtis me: [16] cùm autem alius venerit Ioan. 5. 43. in nomine ſuo, illum recipietis, alium dicens Antichriſtum, quoniam alienus eſt à Domino: & ipſe eſt iniquus iudex, qui à Domino dictus eſt, * quoniam Deum non Luc. 18. 4. 5. timebat, neque hominem reuerebatur, ad quem fugit vidua oblita Dei, id eſt, terrena Hieruſalem, ad vlciſcendum de inimico. Quod & faciet in tempore regni ſui: [17] transferet regnum in eam, & in templo Dei ſedebit, ſeducens eos qui adorant eum, quaſi ipſe ſit Chriſtus: Quapropter ait Daniel iterum. Et ſanctum deſolabitur: [18] & Dan. 8. 12. datum eſt in ſacrificium * peccatum, & proiecta eſt in terra iuſtitia, & fecit, & proſperè ceſſit. [Et] Gabriel Angelus exoluens eius * viſionem, hoc ipſo dicebat. Et in Dan. 8. 23. nouiſſimo regni ipſorum exurget rex improbus facie valde, & intelligens quæſtiones, & valida virtus eius, & admirabilis, [19] & [corrumpet, & diriget,] & faciet, & extermi- B nabit fortes, & populum ſanctũ, & iugum torquis eius. Dirigetur dolus in manu eius, in corde ſuo exaltabitur, & dolo diſperdet multos, & ad perditionem * multorum ſtabit, [20] & quomodo vna manu conteret. Deinde & tempus tyrannidis eius ſignificat, in quo tempore fugabuntur ſancti, [21] qui purum ſacrificium offerunt Deo. Et in dimidio hebdomadis (ait) tolletur ſacrificium [22] & libatio,] & in templo Dan. 9. 27. abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem temporis conſummatio dabitur ſuper deſolationem. Dimidium autem hebdomadis, tres ſunt anni & menſes ſex: ex quibus omnibus non tantùm quæ ſunt apoſtaſiæ manifeſtantur; & quæ ſunt eius, qui in ſe recapitulatur omnem diabolicum errorem: ſed & quoniam vnus & idem Pater Deus, qui à Prophetis annunciatus eſt, à Chriſto autem manifeſtatus. Si enim * à Daniele Propheta ſunt dicta de fine, Dominus comprobauit: Cùm vide- Matt. 24. 15. Dan. 9. 25. ritis, dicens, abominationem deſolationis, quæ dicta eſt per Danielem Prophetam: Danieli autem Angelus Gabriel exſolutionem viſionum fecit. Hic autẽ eſt Archan- Luc. 1. 26. gelus Demiurgi, & idem Mariæ euangelizauit manifeſtum aduentum, & incarnationem Chriſti. Vnus & idem Deus manifeſtiſſimè oſtenditur, qui Prophetas miſit, & Filium præmiſit, & nos vocauit in agnitionem ſuam.

* item

* qui

* peccantium,

* viſiones,

* ipſorum

* in

C

### ANNOTATIONES.

1. Per ea quæ dicta ſunt] *Multa & notatu digna diſſerit hoc loco & infra de Antichriſto Irenæus: ex quibus hoc imprimis obſeruandum occurrit, quod verum & ſingularem hominem fore illum docet, cùm tribum, ex qua naſcetur, nomina, quibus fortaßis appellabitur, tempus durationis regni eius, tyrannidem, aſtutiam, doloſq; tam diligenter & ſigillatim teſtimonio & authoritate ſacræ paginæ perſequitur: inficientur licet Magdeburgenſes, & quotquot ferè hoc ſæculo ab Eccleſia Romana defecerunt. Horum hæreſim quia ſatis ſuperq; ex ſacris literis & Patrum interpretationibus, refellit vir perdoctus Nicolaus Sanderus libr. 8. de viſibili monarchia Eccleſiæ, obiectionibusq; contradicentium ſatisfacit, ob id, huic negotio ſuperſedemus, ne actum agere videamur.*

D

2. Omnem ſuſcipiens Diaboli virtutem.] *Caue ne diabolum ipſum phantaſtico & laruato corpore humano contectum Antichriſtum ipſum cum Hippolyto martyre interpreteris: quandoquidem Apoſtolus nominet illum hominem peccati, ſpiritu oris Chriſti interficiendum. Ea autem ratione omnem diaboli virtutem ſuſcipere dicitur, quòd omnino ad voluntatem Satanæ, ſe ſuaſq; vires & artes accommodaturus ſit. Quin & in conceptione ipſius, ait author Tractatus de Antichriſt. apud Auguſtin.* Diabolus ſimul in matris eius vterum intrabit, & ipſam replebit, circumdabit, obumbrabit, interius exteriuſque poſſidebit. *Cõtra opinionem Hippolyti diſputant Hieronymus in 7. cap. Danielis. Damaſcenus libr. 4. cap. 28. Theophylactus & Oecumenius in 2. ca. 2. ad Theſſaloni.*

3. Idola quidẽ ſeponens] *Hippolytus martyr poſt Irenæũ, oratione de conſummatione ſæculi,* In primordijs ſuis clemẽs erit, factus ad dilectionẽ, quietus, religioſus, pacificus, qui odio proſequatur iniuſtitiam, deteſtetur munera, idola non admittat, amet ſcripturas, &c *Quorũ in ſententiam conueniunt Cyrillus Ieroſolymitanus catech. 15. Ephrem ſerm. de Antichriſto, Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophylactus in 2. c. 2. ad Theſ. Hier. quæſt. 11. ad Algaſiam. Damaſcenus lib. 4. c. 28. qui arbitrantur omnes, id confirmari ex Danielis cap. 8. & 11. & 2. Theſſalon. 2.* Iſtud verò faciet frauduléto & ſimulato conſilio, *inſit Hippolytus,* vt circumueniat omnes, vt ſe regem creent, quod facilè obtinebit à Iudæis.

4. Abominationes] *Ita ex veteri codice repoſuimus: excuſi,* dominationes.

5. Et quoniam ipſe ſe tyrannico more.] *Hippolytus martyr:* Elatus corde incipiet exaltare ſeipſum & glorificare tanquam Deum, perſecutione ſanctos, & blaſphemia Chriſtum inceſſens. Dicet autem. Quis princeps tam potens atque ego? quis Deus magnus præter me? &c. *Diabolicam hanc elationem Antichriſto quoq; tribuunt, Theodoretus in 11. & Hieronymus in 7. cap. Danielis: Author Tractatus de Antichriſto, Damaſcenus libro quarto, cap. 28. Hugonis Aetheriani verba ſubijciam:* Idolis nullum obſequium præſtabit: non enim idololatra erit, ſed Deo noſtro per omnia contrarius: omnes deos Gentium vt muta ſimulachra confringet: nullius penitus imagini cultum exhibebit, quia ſe ſolum pro

Deo iubebit adorari, &c. *Lib. de regreſſu animarum cap. 23.*

6. In quo aduerſarius ſedebit] *Apoſtolus 2. ad Theſſa. 2. docet filium perditionis in templo Dei ſeſſurũ eſſe, quod de Ieroſolymitano illo olim extructo à Solomone, toties ſolo æquato & inſtaurato, intelligi volunt Hieronymus quæſtione 11. ad Algaſiam. Auguſtinus 20. de ciuit. Dei cap. 19. & Tractatu de Antichriſto. Chryſoſtomus in 2. ad Theſſalon. 2. Hippolytus martyr Irenæo conſentiens ait.* Chriſtus oſtendit carnem ſuam tanquam templum, ac ſuſcitauit tertia die: ſic iſte Hieroſolymis ſuſcitabit templum lapideum *Et poſtea:* Templum conſtruet Hieroſolymis, quod confeſtim excitatum tradet Iudæis. *Conſentiunt Damaſcenus lib. 4. cap. 28. Methodius in reuelationibus. Anſelmus in 2. Theſ. 2. Ambroſius in 21. Lucæ. Alij templi nomine, Eccleſias cœtusque omnes credentium deſignari conijciunt, quibus varijs artibus illudens imperabit.*

7. Chriſtum oſtendere] *Vetus codex vocem* Chriſtum, *non habet: Cæterùm, impietatem filij perditionis Antichriſti recitat, qua loco & nomine Chriſti Saluatoris, ſeipſum tentabit ſupponere & venditare, dicens: Ego ſum Chriſtus. Iudæos autem præcipuè mente iam alienatos ſeducet, Chriſto præmonente, Si alius venerit, illum recipietis.* [Ioan. 5.] *Horrendum hoc facinus Hippolytus latius explicans nouem articulos enumerat, in quibus ſeductor ille Chriſtum imitari conabitur. Auguſtinus,* filium Dei omnipotentis ſe eſſe mẽtietur. Et poſtea Hieroſolymam veniens circumcidet ſe dicens. Ego ſum Chriſtus vobis repromiſſus, qui ad ſalutem veſtram veni. *Ambroſius in 21. Lucæ,* Antichriſtus ex ſcripturis diſputabit ſe eſſe Chriſtum. *Theodoretus in 2. cap. ad Theſſal.* Seipſum Chriſtum nominabit. *Cyrillus Ieroſolym. Catech. 15.* Satanas inducet quendam hominem falsò ſeipſum Chriſtum appellantem, ac per hanc appellationem Iudæos decipientem &c. *Cùm itaque tam ex diuinis ſcripturis, quàm Patribus manifeſtum ſit, Antichriſtum pro Meſſia & Saluatore mundi ſe venditaturum, iſtudq́; nullus vnquam Pontificum Romanorum de ſeipſo prædicauerit, toto cælo aberrant huius temporis hæretici, cùm hoc probrum Apoſtolicæ ſedi tribuunt.*

8. Per Danielem] *Sic Græcus Matthæi contextus,* διὰ Δανιὴλ: *communis editio,* à Daniele, *ſed idem.*

9. Eradicari] *Deleuimus* eradicare *aut. vet. codic.*

10. Dedit ſanctis] *Codices excuſi,* dedit ſanctus.

11. Tempus præuenit] *Ita legunt codices excuſi, quibus concors eſt Græca Danielis lectio,* καὶ ὁ καιρὸς ἔφθασε. *Hieronymus,* Tẽpus aduenit. *Vetus codex,* peruenit: *quod communi editioni melius quadrat.*

12. De decem cornibus] *Vetus codex,* & decem cornua. *Conſentiunt Hebraica & Græca lectio, communisq́; Latina editio.*

13. Superabit alios] *Septuaginta,* ὃς ὑπεροίσει κακοὺς πάντας, *qui ſuperabit malos omnes. Sanctes,* Et ipſe maior erit prioribus. *Vatablus,* differens à prioribus. *Communis editio,* potẽtior prioribus *Vetus codex,* ſubruet malos *legit; non malè. Alioqui, omnibus malis præſtabit, ſuperior erit.*

14. Deminorabit] *Vetus codex,* dehonorabit. *Septuaginta* ταπεινώσει. *Sanctes & communis editio,* humiliabit. *Vatablus,* opprimet.

15. Demutare] *Vetus codex,* ſe mutare.

16. Cùm autem alius venerit] *Ex hoc teſtimonio veteres rectè colligunt nouiſſimum Antichriſtum ſingularem fore hominem, qui ſic Chriſto directè opponitur. Deinde, Iudæos initio, contentioſo ſtudio eidem adhæſuros tanquam ſuo, totq́; ſæculis deſiderato Meſſiæ. Atq́; hoc poſt Irenæum ita colligunt Hieronymus quæſt. 11. ad Algaſiam, Auguſtinus tractatu 29. in Ioannem, Ambroſius in cap. 2. ſecundæ ad Theſſ. Theodoretus Epitome diuinorum decretorum. Non eſt aut erit itaque nouiſſimus Antichriſtus aliquod regnum aut imperium, non Eccleſia aliqua, non ſucceſſio longa pontificum: vt imperitè iuxta ac impiè contendunt nouiſſimi hæretici.*

17. Transferet regnum in eam] *Metropolim ac ſedem ipſam regni Antichriſti, Ieruſalem fore cum Irenæo ſentit Hippolytus, quando regnum templumque Iudæorum ſuſcitaturum, & gentem eam præ cæteris charam habiturũ eſſe tradit. Author tractatus de Antichriſto:* Hieroſolymam veniens, ſuam ſedem in templo ſancto ponet.

18. Et datum eſt in ſacrificium peccatum] *Vetus codex:* peccantium. *Septuaginta,* ἐδόθη ἐπὶ τὴν θυσίαν ἁμαρτία, *datum eſt aduerſus hoſtiam peccatum. Sanctes;* Tempus dabitur contra iuge ſacrificium propter præuaricationem.

19. Et corrumpet] *Ita vetus codex: excuſi,* & corrumpit & dirigit.

20. Et quomodo vna manu] *Vetus codex:* oua manuum. *Septuaginta:* καὶ ὡς ὠὰ ἐν χειρὶ συντρίψει, quaſi oua manu conteret. *Sanctes, Vatablus, & communis editio:* ſine manibus conteretur.

21. Qui purum ſacrificium] *Hippolytus martyr & Effrem Syrus hoc ipſum de ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacrificio interpretantur: quod tum Antichriſti & miniſtrorum eius tyrannide, vel penitus intermittetur, vel in abditis & occultis locis duntaxat celebrabitur. Viderint ergo Lutherani, Caluiniani, Anabaptiſtæ, & alij huius æui ſectarij, quàm latam ei viam parent & communiant.* [Orat. de Antichriſt.]

22. Et libatio] *Ita vetus codex. Septuaginta,* σπονδὴ, *id eſt,* libamen. *Sanctes & Vatablus,* oblatio. *Communis editio,* ſacrificium. *Itaque deleuimus* leuatio.

*QVIA*



## *QVIA IOANNES ET DANIEL PRÆDIXERUNT Imperij Romani diſſolutionem & deſolationem, quæ finem mundi & regnum Chriſti æternum præcedet: refelluntur alium à Demiurgo patrem confingentes Gnoſtici, Satanæ organa, quorum opera nunc Deum apertè blaſphemat.*

### CAPVT XXVI.

MAnifeſtius adhuc etiam de nouiſſimo tempore, & de his qui ſunt in eo decem regibus, in quos diuidetur quod nunc regnat imperium, ſignificauit Ioannes Domini diſcipulus in Apocalypſi, ediſſerens quæ fuerint decem cornua, quæ à Daniele viſa ſunt, dicens ſic dictum eſſe ſibi. [Apoc. 17. 12.] Decem cornua quæ vidiſti,[1] decem reges ſunt, qui regnum [nondum] acceperunt, ſed poteſtatem quaſi reges, vna hora accipient cum beſtia. Hi vnam ſententiam habent, & virtutem & poteſtatem ſuam beſtiæ dant. Hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet eos, quoniam Dominus dominorum eſt, & Rex regum. Manifeſtum eſt itaque quoniam ex his[2] tres interficiet ille qui venturus eſt, &[3] reliqui ſubijcientur ei, & ipſe octauus in eis, & vaſtabunt Babylonem, & comburent eam igni, & dabunt regnum ſuum beſtiæ, & effugabunt Eccleſiam: pòſt deinde ab aduentu Domini noſtri deſtruentur. Quoniam enim oportet diuidi regnum, & ſic deperire, ſicut Dominus ait. Omne regnum diuiſum in ſe, deſolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuiſa in ſe, non ſtabit. [Matth. 12. 25.] Diuidi igitur & regnum, & ciuitatem, & domum oportet in decem, & propterea iam partitionem & diuiſionem præfigurauit, & diligenter Daniel finem quarti regni digitos ait pedum eſſe [eius] imaginis, quæ à Nabuchodonoſor viſa eſt, in quos venit lapis ſine manibus præciſus, & quemadmodum ipſe ait: Pedis pars quidem aliqua ferrea, & pars aliqua fictilis, quoadusque abſciſus eſt lapis ſine manibus, [Dan. 2. 33.] & percuſſit imaginem in pedes ferreos & fictiles, &[4] comminuit] eos vſq; ad finem. Pòſt deinde in exolutione ait. Et quoniam vidiſti pedes & digitos, partem quidem fictilem, partem autem ferream, regnũ diuiſum erit, & radix ferrea erit in eo, quemadmodum vidiſti ferrum commixtum teſtæ: & digiti pedum pars quidem aliqua ferrea, pars autem aliqua fictilis. Ergo decem digiti pedum, hi ſunt decem reges, in quibus [diuidetur] regnum: ex quibus quidam quidem fortes & agiles, ſiue efficaces; alij autem pigri & inutiles erunt, & non conſentient quemadmodum Daniel ait. [Dan. 2. 39. 40.] Pars regni erit fortis, & ab ipſa parte erit minuta, quoniam vidiſti ferrum commixtum teſtæ, commixtiones erunt in ſemine hominum, & non erunt adiuncti inuicem, quemadmodum ferrum non commiſcetur cum teſta. Et quoniam finis fiet, inquit: [Dan. 2. 44.] Et in diebus regum illorum excitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non corrumpetur, & regnum eius alteri populo non relinquetur. Comminuet & vẽtilabit omnia regna, & ipſum exaltabitur in æternum. Quemadmodum vidiſti quoniã de monte præciſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit teſtam, ferrum & æramentum & argentum & aurum. Deus magnus ſignificauit regi quæ futura ſunt poſt hæc, & verum eſt ſomnium, & fidelis interpretatio eius. [Sic] ergo Deus magnus ſignificauit per Danielem futura, & per Filium confirmauit, & Chriſtus eſt lapis, qui præciſus eſt ſine manibus, qui deſtruet temporalia regna, & æternum [inducet] quæ eſt iuſtorum reſurrectio. Reſuſcitabit (ait) Deus cæli regnum, quod in æternum nunquam corrumpetur.

Confutati reſipiſcant qui Demiurgum reſpuunt, & non conſentiunt ab eo Patre præmiſſos Prophetas, à quo & Dominus venit: ſed aſſeuerant ex differentibus virtutibus factas eſſe Prophetias. Quæ enim à Demiurgo prædicta ſunt ſimiliter per omnes Prophetas, hæc Chriſtus in fine perficit, miniſtrans Patris ſui voluntati, & adimplens ſecundùm humanum genus diſpoſitiones. Qui ergo blaſphemant Demiurgum, vel ipſis verbis & manifeſtè, quemadmodum qui à Marcione ſunt; vel ſecundùm euerſionem ſententiæ, [quemadmodũ] qui à Valentino ſunt; & omnes qui falsò dicuntur eſſe Gnoſtici; organa Satanæ ab* omnibus Deum colentibus cognoſcantur eſſe, per quos Satanas nunc & non antè,* auſus eſt maledicere Deo, qui ignẽ æternum præparauit omni apoſtaſiæ. Nam ipſe per ſemetipſum nudè* non audebat blaſphemare ſuum Dominum, quemadmodũ & initio per ſerpentem ſeduxit hominẽ, quaſi latens Deum.[5] Bene Iuſtinus dixit, quoniam ante Domini aduentũ, nunquam auſus

*hominibus
*viſus
*non audet

A

auſus eſt Satanas blaſphemare Deum, quippe nondum ſciens ſuam damnationem: quoniam & in parabolis, & allegorijs, & prophetis de eo ſic dictum eſt.

*Euſebius lib. 4. Hiſtor. cap. 17. hæc citat.*

Καλῶς ὁ Ἰουστῖνος ἔφη, ὅτι πρὸ μὲν τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας οὐδέποτε ἐτόλμησεν ὁ σατανᾶς βλασφημῆσαι τὸν θεόν, ἅτε μηδέπω εἰδὼς αὐτοῦ τὴν κατάκρισιν.

*Ioan. Chriſtophorſono Interprete.*

Præclarè dixit Iuſtinus, quod ante Domini aduentum, Satanas nunquam probra in Deum & contumelias iacere audebat: quippe nondum ſuam ipſius condemnationem pro certo nouerat.

Poſt autem aduentum Domini ex ſermonibus Chriſti & Apoſtolorum eius diſ- *Matt. 25. 41.* cens manifeſtè, quoniam ignis æternus ei præparatus eſt, ex ſua voluntate abſcedenti à Deo, & omnibus, qui ſine pœnitentia perſeuerant in apoſtaſia: per huiuſmodi homines blaſphemat eum Deum, qui iudicium [6] importat, quaſi iam] condemnatus, & peccatum ſuæ apoſtaſiæ Conditori ſuo imputat, & non ſuæ voluntati & ſententiæ; quemadmodum & qui ſupergrediuntur leges, & poſtea pœnas dant, queruntur de legiſlatoribus, ſed non de ſemetipſis. Sic autem & [hi] Diabolico ſpiritu pleni, B innumeras accuſationes inferunt factori noſtro, [qui] & Spiritum vitæ nobis donauerit, & legem omnibus aptam poſuerit, & nolunt iuſtum eſſe iudicium Dei. Quapropter & alterum quendam excogitant patrem, neque curantem, neque prouidentem eorum, quæ ſunt erga nos, [aut] etiam conſentientem omnibus peccatis. Si enim non iudicat pater; aut non pertinet ad eum, aut conſentit his quæ fiunt omnibus: & ſi non iudicat, omnes in æquo erunt. Si in eodem dinumerabuntur ſtatu, ſuperuacuus ergo erit aduentus Chriſti, & contrarius, in eo quod non iudicet.

## ANNOTATIONES.

1. Decem reges ſunt] *Diſſipationem vnius imperij Romani, in decem Regna, per decem articulos pedum ſtatuæ, decemq́ue cornua beſtiæ ſignificata, aduentum Chriſti præuenturam, poſt Irenæum, ex Daniele & Apocalypſi colligit Theodoretus: &, vt Hieronymus fatetur, omnes ſcriptores Eccleſiaſtici.* (*Comment. in Danielem.*) *Quæ ſint autem illa, haud difficilè deprehendent, qui Hiſtorias Romanorũ à temporibus Arcadij, Honorij & Theodoſij, ad hanc vſque ætatem percurrerint. Ab illis enim ſæculis comperient, in Europa Hiſpanos, Gallos, Anglos, et Germanos: in Africa, Carthaginenſes, Numidas, Aegyptios: in Aſia Syros, Armenos, aliosq́ue multos, varijs licet modis, Romani imperij iugũ excuſſiſſe. Atque etiam nũc in ſola Europa cõſpicimus Poloniam, Suetiam, Norvvegiam, Daciam, Britanniam, Galliam, Hiſpaniam, Italiam, Siciliam, Hungariam, decem clariſſima & potentiſſima regna ab imperij Romani obedientia ita ſeſe ſubduxiſſe, imò & illud attriuiſſe; vt vix quoddam illius inane ſuperſit ſimulacrum.* C

2. Tres interficiet ille qui venturus eſt] *Hippolytus tria cornua, quæ ab eo radicitus euellentur, tres reges putat, AEgypti, Libyæ, AEthiopum, quos deleturus eſt conſerta manu.* (*Orat. de conſum. ſæculi.*) *Hieronymus & Theodoretus in 7. & 11. Danielis conſentiunt; cùm apertè præſagiat propheta,* Mittet manum ſuam in terras, & terra AEgypti non effugiet. Per Libyas quoque & AEthiopias tranſibit: *& aduerſus cauillos Porphyrij confirmant hæc de ſolo Antichriſto, non autem de Antiocho poſſe intelligi.*

3. Reliqui ſubijcientur ei] *Qui Mahometicam impietatem & Turcicam tyrannidem Antichriſti nomine intelligunt, manifeſtè percipiunt, eam nunc AEgyptijs, Arabibus, Libyis, & AEthiopibus longè lateque imperare: ſciunt etiam reliqua regna, id eſt, Syriam, Armeniam, Aſiam minorem, Thraciam, Bulgariam, Macedoniam, Achaiam, Peloponeſum beſtijs illis in ditionem veniſſe: Et noſtro hoc ſæculo cæleſtem iram prouocantibus, & aduerſum nos dimicantibus peccatis noſtris, accepimus Georgiam, Meſopotamiam, Mediam; & in Europa Hungariam, Negropontem, Rhodum, Cyprumq́ue belluis iſtis manus dediſſe. Legimus præterea inter Germanos Lutherum ſuis concionibus & ſcriptis tanquam claſſico, Antichriſtum euocaſſe, his verbis:* Turcis non eſſe reſiſtendum, nec tributa pendenda, nec collectas faciendas ad inferendum Turcis bellum; Præliari aduerſus Turcas eſt repugnare Deo. *Vidimus & legimus Gnoſticos, & eiuſmodi apoſtatas, tyrannum illum & eius emiſſarios atque ſatellites Tartaros, Scythas, Mauros, Numidasq́ue, vt prouincijs Chriſtianorum bellum inferrent, concitaſſe. An non hoc eſt reliquos reges, de quibus hic Irenæus, Antichriſto ſubijcere?*

4. Comminuit] *Sic vetus codex reponendum docuit, pro* comminuet: *vt poſtea* diuidetur, *pro* diuiditur: Sic ergo, *pro* Si ergo: *&* inducet *pro* inducit.

5. Bene Iuſtinus dixit] *Hunc locum ex vtroque citat Euſebius libro quarto hiſt. cap. 17. inde eliciens quàm magno æſtimata fuerint à veteribus, quámque probata Iuſtini martyris ſcripta.* D *Porrò ſententiam iſtam quamuis ſingularem eſſe lubens agnoſcam, damnatam tamen vel à concilio, vel à quoquam veterum, me legiſſe non memini. Quin potius illam nominatim citat & probat Oecumenius explanans vltimum ca. prioris canonicæ B. Petri. Neque parum roboris ei adferunt verba B. Andreæ Apoſtoli, quibus Dæmones relegat in loca arida & infructuoſa, donec accipiant debitum ſibi ignis æterni ſupplicium; referente Abdia Babylonio libro tertio: quaſi necdum planè accepiſſent. Quinetiam eximius omnium errorum inueſtigator & expugnator Epiphanius, eandem ſententiam confirmans ait:* Ante Chriſti aduentum nuſquam auſus eſt (*diabolus*) in Dominum ſuum blaſphemum aliquod verbum loqui, aut contra elationem cogitare. (*Contra hæreſ 39.*)



A

cogitare. Expectauit enim Chriſti aduentum, audiens ſemper Prophetas eum annunciantes Redemptorem futurum eorum, qui peccauerunt, & per Chriſtum pœnitentiam agunt, putauitque ſe miſericordiam aliquam aſſequuturum eſſe, *& cæt. Sed & longè ante Epiphanium Clemens Alexandr. ſcripſerat: Diabolum poſſe duci pœnitentia, quia liberum habeat arbitrium.* (*Li. 1. Strom.*) *Quam veluti præceptoris doctrinam non modò ſequutus eſt, verùm etiam vſque ad fanaticas opiniones amplificauit Origenes, Libro primo & tertio* περὶ ἀρχῶν. *De hac ſententia nihil aduerſus tot Patres audemus pronunciare: quæ verò nobis de lapſu dæmonum videntur, latiſſimè proſequimur Com. in Epiſtolam beati Iudæ Apoſtoli.*

6. Importat quaſi iam] *Ita vetus codex: excuſi,* importet, qua ſententia.

# *DE FVTVRO IVDICIO PER CHRISTVM, communione & ſeparatione diuina, atque infidelium pœnis æternis.*

B

## CAPVT XXVII.

VENIT enim diuidere hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem, & nurum aduerſus ſocrum: [1] & duabus molentibus in mola, alteram aſſumere, & alteram relinquere: ] & cùm duo ſint in eodem lecto, vnum aſſumere, & alterum relinquere: ad finem iubere meſſoribus colligere primùm zizania, & faſciculos alligare, & comburere igni inextinguibili, triticum autem colligere in horreum: & agnos quidem vocare in præparatum regnum, hœdos autem in æternum ignem mittere, qui præparatus eſt à Patre eius Diabolo & angelis eius. Et quid enim? Verbum venit in ruinam & in reſurrectionem multorum? In ruinam quidem non credentium ei, quibus & maiorem damnationem, quàm Sodomorum & Gomorrhæ in iudicio comminatus [eſt.] In reſurrectionem autem credentium, & facientium voluntatem Patris eius qui eſt in cælis. Si ergo aduentus Filij ſuper omnes C quidem ſimiliter aduenit, iudicialis [eſt] autem, & diſcretor credentium, & non credentium, quoniam ex ſua ſententia credentes faciunt eius voluntatem; & ex ſua ſententia [2] inobedientes] non accedunt ad eius doctrinam, manifeſtum quoniam & Pater eius omnes quidẽ ſimiliter fecit, propriam ſententiam vnumquemq; habentem, [3] & ſenſum liberum, ] reſpicit autem omnia, & prouidet omnibus, Solem ſuum oriri faciens ſuper bonos & malos, & pluens ſuper iuſtos & iniuſtos. Et quicunque erga eum cuſtodiunt dilectionem ſuam, his præſtat communionem. Communio autem Dei, vita, & lumen, & fruitio eorum quæ ſunt apud eum bonorum. Quicunque autem abſiſtunt ſecundùm ſententiam ſuam ab eo, [4] his eam quæ electa eſt ab ipſis, ſeparationem inducit. Separatio autem Dei, mors; & ſeparatio lucis, tenebræ; & ſeparatio Dei, amiſſio omnium quæ ſunt apud * Deum bonorum. Qui ergo per apoſtaſiam amiſerunt quæ prædicta ſunt, quippe deſolati ab omnibus bonis, in omni pœna conuerſantur, Deo quidem principaliter non à ſemetipſo eos puniente, proſequente autem eos pœna, quoniam * ſunt deſolati ab * omni bono. AEterna autem, & ſine fine ſunt à Deo bona: & propter hoc, & amiſſio eorum æterna, & ſine fine eſt. Quemadmodum in immenſo lumine, qui excæcauerunt ſemetipſos, D vel ab alijs excæcati ſunt, ſemper priuati ſunt iucunditate luminis: non quòd lumen pœnam eis inferat cæcitatis; ſed quòd ipſa cæcitas ſuperinducat eis calamitatem. Et propter hoc Dominus dicebat. Qui credit in me, non iudicatur, id eſt, non ſeparatur à Deo: adunitus eſt enim per fidem Deo. Qui autem non credit (ait) iam iudicatus eſt, quoniam non crediderit in nomine vnigeniti Filij Dei, id eſt ſeparauit ſemetipſum à Deo [5] voluntaria ſententia. Hoc eſt enim iudicium, quoniam lumen venit in hunc mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Omnis enim qui malè agit, odit lucem, & non veniet ad lumen, ne traducantur opera eius. Qui autem facit voluntatem, venit ad lumen, vt manifeſtentur opera eius, quoniam in Deo eſt operatus.

*Luc. 12. 51. Matth. 3. 12. Matt. 13. 30. Matth. 25. 33. Luc. 2. 34. Matth. 11. 5. Libertas arbitrij. Matth. 5. 45. Ioan. 5. 24. Ioan. 3. 18.*

*cum · *ſint · *omnibus bonis.

ANNO-

ANNOTATIONES. A

1. Et duabus] *Iſtas decem voces ex veter. codice addidimus.*

2. Inobedientes] *Codices excuſi,* indicto audientes.

3. Et ſenſum liberum] *Codices excuſi,* ſenſum ſimiliter. *Vult autem homines impios propria libertate à Deo deficere, ſicut & pridem Dæmones, quod abundantius oſtendit lib. 4. &c. Paulò poſt, idem etiam declarat aſſumpto ſimili ex ijs, qui ſibijpſis oculos eruunt in coruſco lumine.*

4. His eam quæ electa eſt] *Vetus codex,* his autem quæ lecta eſt.

5. Voluntaria ſententia] *Diſceßionis à Deo, excæcationis mentis, damnationis quoque impiorum cauſam libertati propriæ, non autem bonitati diuinæ adſcribit: ringantur, licet, veteres recentioresq́; Gnoſtici.*

## *DE PIORVM, ET IMPIORVM DISCRIMINE, Apoſtaſia futura ſub Antichriſto, atque mundi conſummatione.*

### CAPVT XXVIII.

QVoniam igitur in hoc mundo quidam quidem accurrunt lumini, & per B
fidem vniunt ſe Deo, alij autem abſiſtunt à lumine, & ſeparant ſeipſos à
Deo: venit Verbum Dei omnibus aptam habitationem inferens; his qui-
dem qui in lumine ſunt, vt fruantur eo, & his quæ in eo ſunt bonis: his au-
tem qui in tenebris ſunt; [1] vt participetur eis calamitas quæ in eis eſt. Et propter hoc
*Matt. 25. 34.* ait: Hos quidem qui ſunt ad dexteram vocari in regnum Patris; illos autem qui
ſunt à * ſiniſtra, in æternum ignem miſſurum. Semetipſos enim omnibus priuaue- *ad ſiniſtr.
*2. Theſſ. 2. 11. & 12.* runt bonis: & ideò Apoſtolus ait, [2] Pro eo quòd dilectionē Dei non receperunt, vt ſal-
ui fierent, & ideò [3] mittet eis Deus operationem erroris, vt credant mēdacio, vt iudi-
centur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. [4] Illo enim
veniente, & ſua ſententia apoſtaſiam recapitulante in ſemetipſum: & ſua voluntate
& arbitrio operante quæcunque operabitur: & in templo Dei ſedente, vt ſicut Chri-
ſtum adorent illum qui ſeducuntur ab illo, quapropter & iuſtè in ſtagnum * proijci- *proijcietur
entur ignis. Deo autem ſecundùm ſuā prouidentiam præſciente omnia, & apto tem-
pore eum qui talis futurus erat immittente vt credant falſo, & iudicentur omnes
qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. [5] Cuius aduentum Ioan- C
*Apoc. 13. 2.* nes in Apocalypſi ſignificauit ita. Et beſtia quam videram, ſimilis erat pardo, & pe-
des eius quaſi vrſi, [&] os eius quaſi os leonis, & dedit ei draco virtutem ſuam, & thro-
num ſuum, & poteſtatem magnam, [6] & vnū ex capitibus eius quaſi occiſum in mor-
tem, & plaga mortis eius curata eſt, & admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam, & ado
rauerunt draconem quoniam dedit poteſtatem beſtiæ, & adorauerunt beſtiam, di-
centes. Quis ſimilis [eſt] beſtiæ illi, & quis poteſt pugnare cum ipſa? Et datum eſt ei os
loquens magna, & blaſphemiam, & data eſt ei poteſtas menſibus XL. & duobus, &
aperuit os ſuum blaſphemum aduerſus Deum blaſphemare nomen eius, & taberna-
culum eius, [7] & eos qui in cælo habitant, & data eſt ei poteſtas ſuper omnem tribum,
& populum, & linguam, & gentem, & adorauerunt eam omnes qui habitant ſuper
terram, cuius non eſt ſcriptum nomen in libro vitæ Agni occiſi à conſtitutione mū-
di. Si quis habet aures, audiat. Si quis in captiuitatē duxerit, & in captiuitatem ibit. Si
quis gladio occiderit, oportet eum in gladio occidi. Hîc eſt ſuſtinentia & fides ſan-
ctorum. [8] Pòſt deinde & de armigero eius, quem & pſeudoprophetam vocat, Loque-
batur (inquit) quaſi draco, & poteſtatem primæ beſtiæ omnem faciebat in conſpectu D
eius: & facit terram, & qui habitant in ea, vt * adorent beſtiam primam, cuius & cura- *adorateal
ta eſt plaga mortis eius, [9] vt faciat ſigna magna, & vt ignem faciat de cælo deſcendere
[in terram] in conſpectu hominum, & * ſeducit inhabitantes ſuper terram. [10] Hæc ne *ſeducet,
quis eum diuina virtute putet ſigna facere, ſed magica operatione. Et non eſt miran-
dum ſi dæmonijs & apoſtaticis ſpiritibus miniſtrātibus ei, per eos faciat ſigna, in qui-
bus ſeducat habitantes ſuper terram. [11] Et imaginem (ait) iubebit fieri beſtiæ, & ſpiri-
tum dabit imagini, vti & loquatur imago, & eos qui non adorauerint eam, faciet oc-
cidi. [12] Et characterē autem, [ait,] in fronte, & in manu dextra faciet dari, * ne poſſit ali- *vt non
quis emere vel vendere, niſi qui habet characterem nominis beſtiæ, vel numerum
nominis eius, & eſſe numerum ſexcentos ſexaginta ſex, quod eſt, ſexies centeni, & de-
ni ſexies, & ſingulares ſex. In recapitulationem vniuerſæ apoſtaſiæ eius, quæ facta eſt
in ſex millibus annorum. [13] Quotquot enim diebus hic factus eſt mundus, tot & mil-
lenis



A lenis annis conſummatur. Et propter hoc ait Scriptura geneſeos. Et conſummata *Gen. 1. 31.*
ſunt cęlum & terra & omnis ornatus eorum. Et conſummauit Deus in die ſexto om
nia opera ſua quæ fecit, & requieuit in die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis quæ fe
cit. Hoc autem eſt & antefactorum narratio, quemadmodū facta ſunt, & futurorum
[14] Prophetia [eſt. Si] enim dies Domini quaſi mille anni: in ſex autem diebus conſum *Pſal. 89. 4.*
mata ſunt quæ facta ſunt: manifeſtum eſt quoniam conſummatio ipſorum ſex-
tus milleſimus annus eſt. Et propter hoc in omni tempore plaſmatus in initio ho-
mo per manus Dei, id eſt Filij & Spiritus, [15] fit] ſecundū imaginem & ſimilitudinem
Dei, paleis quidem abiectis, quæ ſunt apoſtaſia, frumento autem in horreum aſſum- *Matt. 13. 30.*
pto, quod eſt, hi qui ad Deum fide fructificant: & propterea tribulatio neceſſaria eſt
his qui ſaluantur, vt quodammodo contriti, [&] attenuati, & conſparſi per patienti-
am Verbo Dei, vt igniti apti ſint ad conuiuium regis. [16] Quemadmodum quidam de
noſtris dixit, propter martyrium in Deum adiudicatus ad beſtias: Quoniam frumen-
tum ſum Chriſti, & per dentes beſtiarum molor, vt mundus panis Dei inueniar.

B *Euſebius libr. 3. Hiſtor. cap. 30. hæc citat.*

ὡς εἶπέ τις τῶν ἡμετέρων, διὰ τὴν πρὸς θεὸν μαρτυρίαν κατακριθεὶς πρὸς θηρία, Ὅτι σῖτός εἰμι θεοῦ, καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ.

*Interp. Ioanne Chriſtophorſono.*

Quidam è noſtris cùm propter teſtimonium, quod Deo perhibuerat, eſſet ad beſtias condemnatus, ſic loquutus eſt: Dei frumentum ſum, & dentibus beſtiarum molor, vt purus & ſyncerus panis inueniar.

ANNOTATIONES.

1. Vt participetur eis calamitas] *Vetus cod.* vt participentur eas calamitates, quæ in eis ſunt.

2. Pro eo quod dilectionem Dei] *Græca Pauli habent:* Τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας, *dilectionem veritatis, atque ita legit Ambroſius. Quibus verbis Theophylactus Chriſtum Dominum, & Deum noſtrum ſignificari arbitratur, qui charitas & veritas eſt. Cyprianus epiſt. ad Cornelium, & lib. de lapſis legit,* Dilectum veritatis. C

3. Mitter eis] *Vetus codex:* Mittet eos Deus in operationem erroris *Cyrillus Ieroſ. Catec. 15:* Mittet autem dicit, pro permittet fieri. Non vt excuſentur, ſed vt condemnentur.

4. Illo enim veniente] *Sermonem inſtitutum de Antichriſto repetit, edocetq́; illum libera ſpontaneaq́; voluntate operaturum mala: refragentur ſerui arbitrij defenſores.*

5. Cuius aduentum Ioannes in Apo.] *Antichriſtum illum inſignem, ſiue Turcicum regnum, ſiue aliud quidpiā nobis adhuc ignotū, hac beſtia ſignificari, cum Irenæo æſtimarunt Hippolytus orat. de conſ. ſæculi. Gregorius 33. Moralium cap. 26. Primaſius, Haymo & Rupertus in comm. Vnius tantùm B. Ambroſij verba, quibus ſingulæ viſionis partes exponuntur, addere viſum eſt.* Per pardum, *ait,* qui fertur diuerſos colores habere, hypocriſis Antichriſti deſignatur. Virtutem verò ſuam diabolus Antichriſto dabit: quia in illo habitabit: & per eū quicquid nequitia diaboli excogitare poteſt, operabitur, *&c.* D

6. Et vnum ex capitibus quaſi occiſum] *Ambroſius per hoc caput quaſi occiſum, intelligit hæreſes, quibus primis temporibus fanatici homines Eccleſiæ fidem labefactare conati ſunt: quas ſancti Patres ſcriptis, ſermonibus, & diſputationibus extirparunt. Hoc caput, ad tempus quaſi occiſum, per Antichriſtum reſuſcitabitur; qui omnes blaſphematores, ſuis blaſphemijs antecedet.*

7. Et eos qui in cœlo habitant] *Ambroſius:* Blaſphemabit nomen Dei, dicens Chriſtum non eſſe Deum: blaſphemabit & eos, qui in cælo habitant, id eſt, martyres, & cæteros ſanctos, dicens nihil prodeſſe eos poſſe cuiquam, falſumq́; eſſe quicquid de eis à fidelibus aſſeritur.

*Id attendant obſecro, poſteriores Gnoſtici: quibus poſt Caluinum ſanctißimus pater fidei noſtræ Abraham* eſt idololatra; *beatiß. Sara,* viri ſui lena, domū ſuā lupanar cōſtituens; *ſeruus Dei Iacob,* inceſtus tertioq́; adulter, *Rebecca,* fraudulēta; *Sāſom,* ſcortator & ſanguinarius; *Moyſes & Aaron,* arrogātes, ſuperbi, & impij in Deū; *Elias,* nimis ſæuus & crudelis; *Machabæus,* ſuperſtitioſus, & legis prę uaricator; *omnes Prophetæ,* grauiſſimi peccatores. *Quid vltra? Nec à tetris calūnijs & probris in ſanctißimos quondā fratres & amicos Chriſti Domini noſtri, nunc in cælis conſortes & conregnantes, iſti Antichriſti præcurſores abſtinent. Apoſtolos intelligo, quando illorum iudicio, Petrus eſt* ſchiſmaticus & libertatis Chriſtianæ oppreſſor; *Ioannes* idololatra & apoſtata; *Paulus* Dei contemptor ac epicureus *&c. Horret animus reliqua eorū in omnes Sāctos cæli ciues, & diuini tabernaculi habitatores conuitia, & Antichriſtianas blaſphemias perſequi. Et adeò excæcatus eſt mundus, vt hos tanquā Euangelicæ veritatis præcones ſuſpiciat, & inſtauratæ defecatæq́; religionis authores admittat et foueat? Superi meliora velint.*

*Cōm. in Geñ. & li. Moſis.*

*Marlorat. in Acta, epiſt. & Apoc.*

8. Poſt deinde & de armigero eius] *Ambroſius:* Hæc beſtia aut vnum ex diſcipulis Antichriſti deſignat, deteriorem cæteris; aut multos, qui eum prædicaturi ſunt. *Auguſtinus Homilia 11. in Apocal.* Hæc eſt hæretica Eccleſia, quæ ſub nomine Chriſtiano agnū præfert, vt draconis venena latenter infundat.

9. Vt faciat ſigna] *Vetus codex,* & faciet, *Græcè* καὶ ποιεῖ, *Vulgata editio, Ambroſius, Primaſius,* & fecit. *Addit Ambroſius:* Quod in libro Iob legimus Diabolum ex permiſſione Dei, ignem feciſſe de cælo deſcendere per ſemetipſum: hoc per Antichri-

tichriſtum & ſequaces eius, extremo tempore faciet.

10 Hoc ne quis eũ] *Conſentit Irenæo Andreas Cappadox his verbis.* Intuentium oculos faſcinando hæc faciet Antichriſti præcurſor, vt exiſtimetur Antichriſtus eſſe Chriſtus, vt qui à tali miraculorum patratore, teſtimonium accipiat.

*Sed & Paulus verbis nequaquã ambiguis ſcribit, Aduentũ Antichriſti futurum* ſecundũ operationẽ Sataneę in ſignis & prodigijs mendacibus: *quibus omnem miraculorum veram efficacitatem & rationem illi adimit. Enimuerò mendacia erunt ſigna illius omni ex parte. Primò, ratione finis: quoniam iuxta Ambroſium & Chryſoſtomum, ad mendacium inducent, nimirum vt impoſtor ille probet ſe Deum & Chriſtum eſſe, ſicut Chriſtus noſter veris miraculis Diuinitatem ſuam patefecit. Secundò, ratione efficientis, nempe, Satanæ patris mendacij, qui in eo, per eum, perq́ miniſtros eius ſic operabitur: vt etiam (doctore B. Gregorio) tortores ſanctorum Martyrum tunc ſigna & prodigia iſtiuſmodi ſint facturi. Tertiò, mendacia erunt ratione ſubiecti ſeu materiæ, quandoquidẽ duntaxat illuſiones, ac præſtigia humanos ſenſus perſtringentes: nõ reipſa erunt miracula. Magnificè quidẽ videbitur mortuos ſuſcitare, ait Cyri. Ier. cæcos illuminare, & claudos ſanare: cũ tamẽ reuera non fiat ſanatio. Quartò deniq́, mendacia erunt ratione formæ, quoniam non in nomine Patris, aut Filij, aut Spiritus ſancti edent illa, ſed in nomine impoſtoris illius: qui vt venturus eſt in nomine ſuo, ita & ſigna illa patraturus. &c.*

Com in 2. Theſſ. 2. — Li. 32. Mora. cap. 12. — Catech. 15. — Ioan. 5.

11. Et imaginem] *Auguſtinus ſeu Ticonius, per ſimulachrum beſtiæ intelligit diaboli inuẽtionem, quam inſtar Dei ſuſcipient faſcinati homines: aut ſimulationes eorum, qui non veraci effigie, ſed fallaci imagine Chriſtiani iudicantur. Rupertus. ſimulachrum quoddã, quale feciſſe Nabuchodonoſor legimus; quod vt in eo adoretur filius perditionis, conſtituet in locis ſacris, de quibus ſignum crucis Chriſti deijciet.*

Daniel. 3.

12. Et characterem] *Ambroſius.* Poteſt fieri vt ſicut nos habemus characterem Chriſti, id eſt, crucẽ qua ſignamur, ita habeat Antichriſtus proprium characterem, quo ſignentur ij qui in eum crediderint. *In eadem quoque eſt ſententia Hippolytus martyr, ſcribens, Characterem illius beſtiæ futurum, non vti ſigno Crucis: ſed illud potius execrari & abolere, &c. Qua in re viam ei quantum poſſunt diligenter parant atque muniunt Hugnoſtici, cum ſuo Beza proclamantes,* ſe omnem Crucis atque imaginis Crucifixi memoriam adeò deteſtari, vt eam ferre non poſsint. *Colloq. Mompelgart. pag. 418. Cæterùm, pro* aut, *repoſuimus,* ait, *ex vetere codice.*

Orat. de conſumm. ſæculi, & Antich.

13. Quotquot enim diebus] *Hæc Irenæi ſententia de mundi permanſione, tot tantoſq́ue habet vindices & confirmatores, ac plauſibiles perſuaſiones, modò diuinæ poteſtati nihil temerè præſcribatur, vt in eam*

A *lubens deſcenderem. Primò enim Ethnicorum omnium clariſsimos & antiquiſsimos ſcriptores Hydaſpen Medorum regem, Mercurium Triſmegiſtum, ac Sybillas hoc præcinuiſſe & firmaſſe teſtis eſt Lactantius.*

Lib 7. ca. 14. 15. & 18.

*Hebræos idem ſequi, teſtimonio eſt oraculum, quod Heliæ nomine circumferunt Thalmudiſtæ, libro Sanhedrin, capite Helec: & libro Hauoda Zara cap. liphne edeben: cuius verba recitantur, nec refelluntur à doctis & catholicis authoribus Galatino lib. 4. cap. 20. Pico Mirandulano lib. 7. Heptapli cap. 4. & Franciſco Veneto libro de Harmonia mundi cant. 3. tono 7. cap. 7. Oraculum hoc declarant, ac coniecturis multis & non ſpernendis confirmant inſignes Rabbini Selomo & Iſaac.*

*Ex Latinis Eccleſiaſticis Patribus, ſententiam hanc amplectuntur & tuentur Lactantius lib. 7. cap. 14. Hilarius in ca. 17. Matth. Hieronymus epiſtola ad Cyprianũ; & Comment. in cap. 4. Michææ: Gaudentius Brixianus*

B *Tractatu 10. de lectione Euangelica. Refert eandem & Auguſtinus lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 7. vt veriſimilem, licet alibi illam impugnauerit. Gloſſa etiam, quæ ordinaria vocatur, idem conſtanter affirmat, in 5. cap. Geneſ.*

*Inter Græcos verò placuit hæc opinio Iuſtino martyri, ſeu cuiuis alteri authori Quæſtionum ad Ortho. quæſt. 71. Sex iſtis millibus, quingentos annos addere viſum eſt Hippolyto, Cyrillo, & Chryſoſtomo, vt author eſt Germanus Conſtantinopolitanus libro de Theoria rerum Eccleſ.*

*Perſpectum mihi eſt hanc ſententiam oppugnari ab Auguſtino, Com. in Pſal. 6. & 89. atque Epiſt. 89. inſuper à Beda in Pſal. 89. an verò illam expugnent, viderint docti & acuti eorum lectores. Hæc autem ni fallor, aliquod emolumentum adferent, ad eorum reprimendos clamores, qui temerè nullaq́ue ratione B. Martyri hac de re vehementius inſultant, & lapſus, quos putant Pa-*

C *trum, aliquantò contumelioſius inſectantur.*

14. Prophetia eſt. Si enim] *Coniunctionem* ſi *adiecimus, & ſententiæ periodum immutauimus autho. vet. codicis.*

15. Fit ſecundùm imaginem] *Expunximus* ſcit.

16. Quemadmodum quidam de noſtris] *Euſeb. lib. 3. Hiſto. cap. 30. hanc ſententiam B. Ignatij Antiocheni Ep. & martyris, ad verbum ex Irenæo tranſcribit: inde demonſtrans illius Epiſtolas, & martyrium priſcos magni exiſtimaſſe. Verba enim Ignatij ſunt in* E*piſtola ad Romanos.*

*Porrò cùm alij etiam Ignatij Epiſtolarum frequenter meminerint magni nominis proceres, vt Dionyſius Areopag. cap. 4. libri de Diuinis no. Athanaſius lib. de Synodis: Theodoretus in tribus Dialogis: Nicephorus lib. 2.*

D *Hiſtoriæ cap. 39. & lib. 3. cap. 19. Antonius Meliſſa lib. 1. Ser. 14. & lib. 2. Ser. 19. 23. 43. 67. 84. & 89. Maximus Abbas & martyr Sermone 43. Hieronymus contra Eluidium, & in Catalogo: Gelaſius aduerſus Eutychen, & complures alij, oportet Caluinum & Magdeburgenſes omnium profligatiſsimos & perditiſsimos eſſe, qui illas ſubſannant, lacerant, et reijciunt.*

*VNI-*



A *VNIVERSA AD VTILITATEM HOMInum facta eſſe: & de Antichriſti dolis, nequitia, vi apoſtatica, à diluuio & deinceps in Ananiæ, Azariæ, & Miſaelis perſequutione præfigurata.*

CAPVT XXIX.

CAVSAS autem reddidimus in his qui ſunt ante hunc libris, propter quas paſſus [eſt] Deus hæc ita fieri: oſtendimuſque quoniam omnia quæ ſunt talia, pro eo qui ſaluatur homine facta ſunt, [1] illud quod eſt ſui arbitrij, & ſuæ poteſtatis maturans ad immortalitatem, & aptabiliorem eum ad æter-

B nam ſubiectionem Deo præparans. Et propter hoc [2] conditio inſumitur homini: non enim homo propter illam, ſed conditio facta eſt propter hominem. Gentes autem [quæ] & ipſæ non alleuauerunt oculos ad cælum, neque gratias egerunt factori ſuo, neque lumen veritatis videre voluerunt, ſed ſicut mures cæci abſconditi [3] in profundo inſipientiæ, iuſtè] ſermo vt ſtillicidium de cado, & ſicut momentum ſtateræ, & ſicut nihil deputauit; in tantum vtiles & aptibiles iuſtis, quantũ vtilitatis præſtat ſtipula ad tritici augmentum; [4] & palea] eius in vſtionem, ad operationem auri. Et propterea cùm in fine repetè hinc Eccleſia [aſſumetur,] Erit (inquit) tribulatio qualis non eſt facta [ab initio,] neque fiet. Nouiſſimus enim agon iuſtorum in quo vincentes coronantur incorruptela. Et propter hoc in beſtia veniente recapitulatio fit vniuerſæ iniquitatis, & omnis doli; vt in ea confluens & concluſa omnis virtus apoſtatica, in caminum mittatur ignis. Congruenter autem & nomen eius habebit numerum, Sexcentos ſexaginta ſex, recapitulans in ſemetipſo omnem quæ fuit ante diluuium, malitiæ commixtionem, [5] quæ facta eſt [ex] angelica apoſta-

Eſaiæ 40. 15. — Matt. 24. 21. — Gen. 6. & 7.

C ſia. Noe enim fuit annorum ſexcentorum, & diluuium aduenit terræ, delens in reſurrectionem terræ [6] propter nequiſſimam generationem quæ fuit temporibus Noe. Recapitulans autem & omnem [7] qui fuit à diluuio errorem commentatorem idolorũ, & Prophetarum interfectionem, & ſucenſionem iuſtorum. Illa enim quæ fuit à Nabuchodonoſor inſtituta imago, altitudinem quidem habuit cubitorum ſexaginta, latitudinem autem [cubitorum] ſex: propter *quæ & Ananias, & Azarias, & Miſael non adorantes eam, in caminum miſſi ſunt ignis; per id quod eis euenit prophetantes eam, quæ in finem futura eſt iuſtorum ſuccenſio. Vniuerſa enim imago illa præfiguratio fuit huius aduentus, ab omnibus omnino hominibus ipſum ſolum decernens adorari. Sexcenti itaque anni Noe, ſub quo fuit diluuium, propter apoſtaſiam; & numerus cubitorum imaginis, propter quam iuſti in caminum ignis miſſi ſunt, *numerum nominis ſignificat illius, in quam recapitulabitur ſex miliũ annorum omnis apoſtaſia, & iniuſtitia, & nequitia, & pſeudoprophetia, & dolus; [8] propter quæ [&] diluuium ſuperueniet ignis.

*quam — *numeros

Dan. 3. 1. — Dan. 3. 20. & 21.

ANNOTATIONES.

D 1. Illud quod eſt ſui arbitrij] *Confirmat rurſus libertatem arbitrij humani: quapropter Magdeburgenſes rubore ſuffundi deberent, qui Patres antiquos hac in re ſibi non conſtare, ſcripſerunt: niſi homines eſſent, quos infamiæ ſuæ neque pudeat neque pigeat.*

2. Conditio inſumitur homini] *Id eſt, vniuerſa ad vſum hominis condita fuerunt: id quod latiùs tractant & interpretantur Philo, li. de opificio mundi, Baſilius & Ambroſius in Hexæme.*

3. In profundo inſipientiæ, iuſtè] *Sic legit vetus codex: excuſi* inſipientia eius te, *&c.*

4. Et palea] *Authoritate vet. cod. expunximus* paleas: *& mox pro* aſſumitur, aſſumetur *repoſuimus.*

5. Quæ facta eſt ex angelica apoſtaſia] *Certum eſt apoſtatas & præuaricatores angelos non ſolùm horrenda ea omnia flagitia, in quibus ante diluuium omnis caro luxurioſè perditeq́ degerat; ſed & futura quæque hominibus perſuaſiſſe. Origenes enim ea verba exponens, quibus Satanam Dominus conuenit apud Iob, Vnde venis? ſcribit:* Vnde venis? Ab homicidijs, à ſanguinibus, ab adulterijs, à furtis, à mẽdacijs, horum autor & inuentor exiſtens ſuper terram. Vnde venis tu? Ab internecione Abel: à Gigantum impudicitia, à turre contumaciæ, ab Eſau auiditate, à Pharaonis pertinacia; *&c.*

6. Propter nequiſſimam generationem] *Præter ea, quæ ſacra Geneſis commemorat, de ſceleribus hominum, Beroſus Annianus addit, impietatem Gigantum eò perueniſſe, vt abórſus procurarent, quos in edulia ſibi pararent: matribus, ſororibus, filiabus, maſculis;*



*& bru-*

& brutis commiſcerentur, nihilq́ue ſceleris eſſe, quod non commiſerint, cæleſtium ira & vltione illos perurgente pro impietate atque ſceleribus.

7. Qui fuit à diluuio ] *Idololatriæ ortum, progreſſum, & incrementa ab aquarum inundatione accepiſſe, ante Irenæum ſcripto reliquit Clemens Rom. lib. 1. Recog. nempe à ſcelerata Cham progenie. Iuſtinus in oratione ad Græcos, & Athenagoras in Legatione, Orphæū florentem tempore Gedeonis Hebræi, vti refert Euſebius, πολυθεοχλεςου, id eſt multiplicium deorum falſorum conditorem atque magiſtrum appellant. Epiphanius initio Panarij, & eiuſdem Anacephalæoſi, ætate Saruch abaui patriarchæ Abrahæ, profectam idololatriam dicit; cui ſubſcribunt Auguſtinus 18. de ciuita. cap. 12. & Cyrillus Alex. 1. & 3. contra Iulianum. Iſidorus ſuſpicatur Prometheum, quem temporibus Ioſephi Patriarchæ* In Chronico. *vixiſſe ſcribit Euſebius, primum omnium ſimulachra hominum de luto finxiſſe. Galatinus libr. 4. cap. 20. Idolorum cultum ad Nembrothum Aſſyriorum tyrannum refert: quippe qui homines igni ſacra facere, & colere coegerit.*

*Hæc autem de craſſa illa & externa idolorum inuentione, cultuq́ue per cruentas ſiue hominum, ſiue brutorum victimas, intelligenda modò cenſerem. Quandoquidem peccatum Angelorum, & primorum parentum idololatriam ſpiritualem & internam nominant Ambroſius in 6. cap. ad Rom. & Auguſtin. Quæſt. 83. ex nouo* A *Teſtamento. Quin etiam Iuſtinus martyr primos parentes noſtros, Paradiſo eiectos dicit, quòd deos crederēt, qui non eſſent, deorumq́ue nomen poſteris tradidiſſe. Ambroſius lib. de paradiſo cap. 13. Serpentem vocat originem idololatriæ. Obſeruant quoque Clemens 2. Recognit. Theophylus Antiochenus 2. ad Auto. & Iuſtinus Orat. pare. ſerpentem primum omnium Deos multitudinis numero nominaſſe, vt tetrum errorem ſenſim inter homines introduceret. Opinantur in magna Geneſi Hebræi, Caini improbam progeniem inualuiſſe, Deumq́ue & eius de Meſſia promiſſiones nihili duxiſſe: Enochum verò, veri Dei inuocationem renouaſſe; cæteris ad idololatriam procliuioribus: quorum iudicium approbat & laudat Oleaſter Luſitanus Comment. in Geneſ.*

8. Propter quæ & diluuium ſuperueniet i- B gnis] *Ignem poſtremæ mundi conflagrationis intelligit, qui Theologorum ſententia & mediam, & infimam aëris regionem, adeoq́ue vniuerſam terram, & ipſum etiā mare ardoribus ſuis corripiet atq́ue perpurgabit. De hoc à Propheta dictum volunt;* Ignis in conſpectu eius Pſal. 49. exardeſcet, *&c.* Ignis ante ipſum præcedet *&c.* Pſal. 96. *Et à B. Petro:* Elementa calore ſoluentur, terra autem & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur. *1. Pet. 3. 10. Vide ſermones tractatusq́ue B. Ephrem Syri de Reſurrectione & futuro iudicio: & Patres Scholaſticos ad finem lib. 4. Sent.*

## *CERTVS QVIDEM EST NVMERVS NOMInis Antichriſti, ſed de hoc nihil temerè affirmandum, quum multis nominibus is aptari queat: & cur apertè à S.S. explicatum non fuerit, ac de regno morteque illius.* C

## CAPVT XXX.

HIS[1] autem ſic ſe habentibus, & in omnibus antiquis & probatiſſimis & veteribus ſcripturis numero hoc poſito, & teſtimonium perhibentibus his, [2] qui [faciem Ioannis] viderunt, & ratione [docente nos, ] quoniam numerus nominis beſtiæ ſecundùm Græcorum cōputationem per literas, quæ in eo ſunt, ſexcentos habebit, & ſexaginta, & ſex; hoc eſt, decadas æquales [3] hexacontaſin, & hecatontadas æquales monaſin.

*Euſebius lib. 5. cap. 8. hæc citat.*

Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, καὶ ἐν πᾶσι δὲ τοῖς σπουδαίοις καὶ ἀρχαίοις ἀντιγράφοις τοῦ ἀριθμοῦ τούτου κειμένου, καὶ μαρτυρούντων, αὐτῶν ἐκείνων τῶν κατ' ὄψιν τὸν Ἰωάννην ἑωρακότων, καὶ τοῦ λόγου διδάσκοντος ἡμᾶς ὅτι ὁ ἀριθμὸς τοῦ ὀνόματος τοῦ θηρίου κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων ψῆφον διὰ τῶν ἐν αὐτῷ γραμμάτων ἐμφαίνεται.

*Interp. Io. Chriſtophorſono.*

Cùm hæc ita ſe habeant, & in omnibus emendatis atque antiquis exemplaribus Apocalypſeos numerus ita poſitus ſit, & hi qui Ioannem coram viderint, teſtimonio ſuo comprobent, & ratio nos idem doceat, numerus certè nominis beſtiæ ſecundùm Græcorum ſupputationem, per literas, quæ in eo ſunt, continebit ſexcenta ſexaginta ſex. D

Apoc. 13. Numerus enim qui [digitus, ] (ſex) ſimiliter cuſtoditus, recapitulationes oſtendit vniuerſæ apoſtaſiæ eius quæ initio, & quæ [in] medijs temporibus, & quæ in fine erit. Ignoro quomodo errauerunt quidam ſequentes idiotiſmum, & medium fruſtrantes numerum nominis, 50. numeros deducentes, pro ſex decadis, vnam decadem volentes eſſe. Hoc autem arbitror ſcriptorum peccatum fuiſſe, vt ſolet fieri, quoniā & per literas numeri ponuntur, facilè literam Græcam, [4] quæ [60. enuntiat] numerum, in iota Græcorum literam expenſam, pòſt deinde quidā ſine exquiſitionē hoc acce-



A hoc acceperunt. Alij quidem ſimpliciter & idioticè vſurpauerunt denarium numerum: quidam autem & per ignorantiam auſi ſunt & nomina exquirere, habentia falſum erroris numerum. Sed his quidem qui ſimpliciter, & ſine malitia hoc fecerunt, arbitramur veniam dari à Deo.[5] Quotquot autem ſecundùm inanem gloriam ſtatuunt nomina continentia falſum numerum, & quod à ſe fuerit adinuentum nomen, definierunt eſſe illius qui venturus eſt; non ſine damno tales exient, quippe qui & ſemetipſos, & credentes ſibi ſeduxerunt. Et primùm quidem damnum eſt excidere à veritate, & quod non ſit, [quaſi] arbitrari: poſt deinde, apponenti, vel auferenti de Apoc. 22. v. Scriptura, pœnam non modicam fore, in quam incidere neceſſe eſt eum qui ſit talis. 18. & 19. [6] Subſequetur autem & aliud non quodlibet periculum [eos, ] qui falsò præſumunt ſcire nomen eius. Si enim aliud quidem hi putant, aliud autem ille habens adueniet: *cauere facilè ſeducentur ab eo, quaſi necdum adſit ille, quem *caueri conuenit. Oportet itaque tales diſcere, & ad verum recurrere nominis numerum; vt non in pſeudoprophetarum loco deputentur. Sed ſcientes firmum numerum qui à Scriptura annuntiatus eſt, id eſt, ſexcentorum ſexaginta ſex, ſuſtineant primùm quidem diuiſionem Apoc. 13. 14. B regni in decem: pòſt deinde illis regnantibus, & incipientibus corrigere ſua negotia, & augere ſuum regnum; qui de improuiſo aduenerit regnum ſibi vindicans, & terrebit prædictos, habens nomen continens prædictum numerum, hunc verè cognoſ- Matt. 24. 15. cere eſſe abominationē deſolationis. Hoc & Apoſt. ait. Cū dixerint, Pax[7] & munitio, 1. Theſſ. 5. 3. Ierem. 8. 16. tūc ſubitaneus illis ſuperueniet interitus. Hierem. autē non ſolùm ſubitaneum eius aduentum,[8] ſed & tribum ex qua veniet, manifeſtauit dicens.[9] Ex Dan [audiemus] vocem velocitatis equorum eius, à voce hinnitus decurſionis equorum eius commouebitur tota terra: & veniet, & manducabit terram, & plenitudinem eius; & ciuitatem, & qui inhabitant in ea: & propter hoc, non annumeratur tribus hæc in Apo- Apoc. 7. calypſi cum his quæ ſaluantur. Certius ergo & ſine periculo eſt, ſuſtinere adimpletionem prophetiæ; quàm ſuſpicari & diuinare nomina quælibet: quando multa nomina inueniri poſſunt habentia prædictum numerum. Et nihilominus quidem erit hæc eadem quæſtio. Si enim multa ſunt, quæ inueniuntur nomina, C habentia numerum hunc; quod ex ipſis portabit qui veniet, quæritur. [10] Quoniam autem non propter inopiam nominum habentium numerum nominis eius dicimus hæc, ſed propter timorem erga Deum, & zelum veritatis: [ΕΥΑΝΘΑΣ] enim nomen, habet numerum de quo quæritur: ſed nihil de eo affirmamus. Sed & [LATEINOS] nomen [habet] ſexcentorum ſexaginta ſex numerum: & valde veriſimile eſt; quoniā[11] nouiſſimū] regnum hoc habet vocabulū. Latini enim ſunt qui nūc regnant: ſed non in hoc nos gloriabimur. Sed & [TEITAN] prima ſyllaba per duas Græcas vocales ε & ι ſcripta, omnium nominū quæ apud nos inueniuntur, magis fide dignum eſt. Etenim prædictum numerum habet in ſe, & literarum [eſt] ſex, ſingulis ſyllabis ex ternis literis conſtantibus & vetus & ſemotum: neque [enim] eorum regum qui ſecundùm nos ſunt, aliquis vocatus eſt Titan.[12] Nanque eorum quæ publicè adorantur idolorum apud Græcos & barbaros habet vocabulum [hoc: ] & diuinum putatur apud multos eſſe hoc nomen, vt etiam ſol Titan vocetur ab his qui nunc tenent,[13] & oſtentationem quandam continet vltionis, & vindictam inferentis: quòd ille ſimulat ſe malè tractatos vindicare. Tale autem & antiquum, & fide dignum, & D regale, magis autem & tyrannicum nomen.[14] Cùm igitur tantum ſuaſionum habeat hoc nomen Titan, tantam habet veriſimilitudinem, vt ex multis colligamus ne fortè Titan vocetur, qui veniet.[15] Nos tamen non periclitabimur in eo, nec aſſeuerantes pronuntiabimus, hoc eum nomen habiturum: ſcientes, quoniam ſi oporteret manifeſtè præſenti tempore præconari nomen eius, per ipſum vtique editum fuiſſet, qui & Apocalypſim viderat.[16] Neque enim ante multum temporis viſum eſt, ſed penè ſub noſtro ſeculo, ad finem Domitiani imperij.

*Euſebius libr. 5. Hiſtor. capit. 8. hæc citat.*

ἡμεῖς οὖν οὐκ ἀποκινδυνεύομεν περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἀντιχρίστου ἀποφαινόμενοι βεβαιωτικῶς. εἰ γὰρ ἔδει ἀναφανδὸν τῷ νῦν καιρῷ κηρύττεσθαι τοὔνομα αὐτοῦ, δι' ἐκείνου ἂν ἐρρέθη τοῦ καὶ τὴν ἀποκάλυψιν ἑωρακότος. οὐδὲ γὰρ πρὸ πολλοῦ χρόνου ἑωράθη, ἀλλὰ σχεδὸν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς, πρὸς τῷ τέλει τῆς Δομετιανοῦ ἀρχῆς.

*Interp. Ioan. Chriſtophorſono.*

Nos de nomine Antichriſti quicquam conſtanter ac pro certo affirmandi periculum ſubire nolumus. Nam ſi iſto temporis momento nomen illius palam eſſet diuulgatum, non dubium eſt, quin ab eo, qui illam vidiſſet reuelationem, fuiſſet euidenter explicatum. Non enim longinquo abhinc temporis ſpatio, ſed noſtra prope memoria ſub finem imperij Domitiani viſa eſt.

Huncautem numerum nominis oſtēdit,vt caueamus illum veniētē,ſcientes quis eſt:nomen aūt eius tacuit,quoniam dignum non eſt prȩconāri à Spiritu ſancto.Si.n. præconatum ab eo fuiſſet,fortaſſis & in multum permaneret:nunc autem quoniam fuit,& non eſt,[17] & [aſcēdet ab abyſſo] & in perditionē vadit,quaſi qui non ſit; ſic nec nomen eius prȩconatum eſt:eius enim ꝙ non eſt,nomen non prȩconatur.Cùm aūt vaſtauerit Antichriſtus hic omnia in hoc mundo,*regnans[18] annis tribus & menſibus ſex,[19] & ſederit in templo Hieroſolymis; tunc veniet Dominus de cælis in nubibus,in gloria Patris,illum quidem & obedientes ei,in ſtagnum ignis mittēs: adducens autem iuſtis regni tempora, hoc eſt requietionem ſeptimam diem ſanctificatam; & reſtituens Abrahæ promiſſionem hæreditatis:in quo regno ait Dominus, multos ab Oriente & Occidente venientes, recumbere cum Abrahā,Iſaac, & Iacob.

*Apoc. 17.8.* — **regnabit* — *Matth.8.11.*

## ANNOTATIONES.

1. His autem ſic ſe habentibus] *Euſebius lib.5. Hiſt.cap.8.hunc locum citat nominatim, vſque ad illud,* Hoc eſt decadas æquales: *ex quo & vetere codice, pro* facie ad faciem Ioannem viderunt, *repoſuimus* faciem Ioannis viderunt, *& pro* docentibus, *reſtituimus* docente nos.

2. Qui faciem Ioannis viderunt] *Hi erant Polycrates, Ignatius, Polycarpus, Ariſtion, Ioannes iunior Epheſinus, Clemēs, Dionyſius, quos Irenæus partim præceptores habuerat, partim cum eis ſacris de rebus colloquijs conuenire potuerat. Enimuerò cùm ille ad ſecundum vſque annum imperij Traiani, Chriſti autem centeſimum primum, in Aſia conſtituens ac regens Eccleſias permanſerit; Polycarpus autem, cuius auditor fuit Irenæus, iam ferè nonagenarius, anno ſeptimo Marci Aurelij, Chriſti verò 169. martyrio affectus fuerit: dubium eſſe non poteſt, quin ſuperiores, & alios plurimos beati Ioannis diſcipulos Irenæus coram audire & videre potuerit.*

3. Hexacontaſin] Hexacontaſin *&* monaſin *datiui ſunt Græcorum, pro eo quod Latinè diceretur, ſexcentis & vnitatibus, vel hexacontadibus & monadibus. Significat autem pares notas in centenarijs, denarijs, & vnitatibus ſignificandis adhiberi, nempe ſenarij numeri, qui ter repetitus efficit 666. Cæterùm, paulò poſt,* digitus *repoſuimus pro* digitos, *author. vet.cod.*

4. Quæ ſexageſimum enuntiat ] *Sic ex vet. cod.legimus, pro,* ſexaginta nuntiat. *Litera porrò Græcorum ſupputatione hunc numerum deſignans eſt* ξ, *quam ex* ι, *decimum faciente, ſcriptorum vitio extendi potuiſſe ſcribit Irenæus.*

5. Quotquot autem ſecundùm inanem gloriam ] *Temeritatem illorum impugnat & iuſtè damnat, qui non minus audacter quàm indoctè proprium Antichriſti nomen ſeſe inueniſſe, & in medium protuliſſe videri cupiebant, & in Apocalypſim inſerebant, euellentes quod inſitum erat.*

6. Subſequetur autem] *Vetus codex:* Subſequitur & aliud.

7. Et munitio] *Græcè* ἀσφάλεια, *id eſt, cùm res tuta, & nihil imminet periculi. Oecumenij interpres,* Pax & tuta omnia, *Ambroſius vertit* firmitas, *communis editio,* ſecuritas.

8. Sed & tribum, ex qua veniet ] *Ex tribu Dan naſciturum illum inſignem filium perditionis, perſuaſiſſimum fuiſſe Irenæo hinc patet. Conſentiunt ei ex Græcis ſcriptoribus Hippolytus martyr lib.de Conſummatione ſæculi: Sybilla Tiburtina: Theodoretus Quæſt. 109. in Geneſim: Ex Latinis Grego. 31. Mor. cap.18. Auguſt. Tract.de Antichriſto: Ambroſius lib.de benedictionibus patriarcharum c.7. Proſper, Haymo, Rupertus, & recentiores.*

9. Ex Dan audiemus ] *Ita vetus codex, cui conuenit lectio 70.* ἀκουσόμεθα: *Codices excuſi* audiuimus.

10. Quoniam autem non propter inopiam nominum ] *Cùm omnia quæ dicuntur in Apocalypſi de aduentu, nomine, numero nominis, & charactere Antichriſti prophetica ſint, non mirum, ſi, iuxta canonem Irenæi, ante euentum, exploratam & certam non conſequuta declarationem; ænigmatica & ambigua maneant adhuc hominibus. Præſtat ergo, quod ad præſentem locum attinet, eiuſdem Irenæi amplecti conſilium, vt certius & ſine periculo ſequi complementum prophetiæ huius ſuſtinendo: quàm inconſultè ac temerè aliquid aſſerere. Verùm, quæ exempli & exercitij gratia, Irenæū imitati reliqui ſcriptores, ex numeris iſtis 666. nomina collegerūt, illa hoc loco proponere non intempeſtiuū fortaſſe fuerit. Primum nomen, quod hîc ab Irenæo ponitur, eſt* ΕΥΑΝ, *in excuſis codicibus: at numerus 666. deficiens, & vetus codex palam arguunt mendum ſubeſſe. Ideoquè ex fide veteris codicis, & Græcis characteribus reſtituimus* ΕΥΑΝΘΑΣ, *cuius elementa ſigillatim ſumpta, numerum ab Irenæo quæſitum faciunt. Secundum, quod cum Irenæo agnoſcit & Arethas Cappadox, eſt* ΛΑΤΕΙΝΟΣ, *ſiquidem* λ, *30:* α, *1:* τ, *300:* ε, *5:* ι, *10:* ν, *50:* ο, *70:* σ, *200: collatis numeroſè literis efficiunt 666. Tertium Arethæ Cappadoci ſicut Irenæo placet, nempe* ΤΕΙΤΑΝ. *Nam* τ, *300:* ε, *5:* ι, *10:* τ, *300:* α, *1:* ν, *50: eadem enumeratione reddunt ſummam 666. Quartum conſtituit poſt Hippolytum martyrem, Primaſius:* ΑΡΝΟΥΜΑΙ: *nego: ſiquidem* α, *1:* ρ, *90:* ν, *50:* ο, *70:* ο, *400:* μ, *40:* α, *1:* ι, *10: ſumma 666. Quintum tradit Arethas Cappadox,* ΛΑΜΠΕΤΙΣ: λ *etenim 30:* α, *1:* μ, *40:* π, *80:* ε, *5:* τ, *300:* ι, *10:* σ, *200: reddunt ſummam 666. Sextum eodem Aretha authore, eſſe poterit* ΟΝΙΚΗΤΗΣ: *id eſt, Victor: quandoquidem,* ο, *70:* ν, *50:* ι, *10:* κ, *20:* η, *7:* τ, *300:* η, *7:* σ, *200: ſumma 666. Septimum apud eundem Arethā eſt* ΚΑΚΟΣ ΟΔΗΓΟΣ: *malus dux. Nā* κ, *20:* α, *1:* κ, *20:* ο, *70:* σ, *200:* ο, *70:* δ, *4:* η, *7:* γ, *3:* ο, *70:* σ, *200: ſumma 666. Octauum eodem authore* ΑΛΗΘΗΣ ΒΛΑΒΕΡΟΣ, *verè nocens, equidem* α, *1:* λ, *30:* η, *7:* θ, *8:* η, *7:* σ, *200:* β, *2:* λ, *30:* α, *1:* β, *2:* ε, *5:* ρ, *90:* ο, *70:* σ, *200: cōplent ſummā 666. Nonum idem ſubijcit,* ΠΑΛΑΙ ΒΑΣΚΑΝΟΣ, *iam olim inuidus: Nam* π, *80:* α, *1:* λ, *30:* α, *1:* ι, *10:* β, *2:* α, *1:* σ, *200:* κ, *20:* α, *1:* ν, *50:* ο, *70:* σ, *200: reddūt ſummā 666. Decimū poſtremò addit,* ΑΜΝΟΣ ΑΔΙΚΟΣ, *agnꝰ nocēs: certè* α, *1:* μ, *40:* ν, *50:* ο, *70:* σ, *200:* α, *1:* δ, *4:* ι, *10:* κ, *20:* ο, *70:* σ, *200: faciēt ſummam 666. Vndecimum habet Primaſius ex Ticonio,* ΑΝΤΕΜΟΣ, α, *1:* ν, *50:* τ, *300:* ε, *5:* μ, *40:* ο, *70:* σ, *200: efficiunt 666. Duodecimum enumerat Rupertus* ΓΕΝΣΗΡΙΚΟΣ. γ, *3:* ε, *5:* ν, *50:* σ, *200:* η, *7:* ρ, *90:* ι, *10:* κ, *20:* ο, *70:* σ, *200.*

| | |
|---|---|
| ε | 5 |
| υ | 400 |
| α | 1 |
| ν | 50 |
| θ | 9 |
| α | 1 |
| σ | 200 |
| | 666. |

*Lib.4.ca.48* — *Comm. in 13. Apoc.*

*Addo præterea id quod docti quidam & acerrimi iudicij noſtræ ætatis homines nequaquam omiſerunt, funeſtas clades illatas omnibus Chriſtianis multiplici & horrendo ſchiſmate, ortum ducente à Martino Luthero 1517.*

*Io. Oſhuſius D. Lindanus Dial.3. Dubitant.*



*1517. altamente reuoluentes: item quàm concinnè ſectis, quæ ex illo dimanarunt, conueniant omnes conditiones beſtiæ illius Apocalypſeos, quæ os ſuum aperuit in cælum & habitantes in eo, cuiq; robur permittitur aduerſus æternum ſacrificium, nomini nempe hæreſiarchæ illius adaptari poſſe hunc numerum 666. Nam initio vocabatur* Martin Lauter; *cuius nominis literas, ſi Pythagoricè & ratione ſubducas, & more Hebræorum & Græcorum alphabeti Latini creſcat numerus, primo monadum, deinde decadum, hinc centuriarum, numerum nominis beſtiæ, id eſt, 666. tandem perfectum comperies, hoc pacto.*

| | |
|---|---|
| M, 30. | L, 20. |
| A, 1. | A, 1. |
| R, 80. | V, 200. |
| T, 100. | T, 100. |
| I, 9. | E, 5. |
| N, 40. | R, 80. |

*Certiſſimum eſt hæreticos omnes, qui aduerſus Chriſti Eccleſiam eriguntur, quales fuerunt priores Gnoſtici, & eorum proles, Antichriſtos vocari: proinde Lutherū, nomen Antichriſti effugere non poſſe. Verùm hæc nō impediant, quin alicui venturo inſigniori filio perditionis, cui tanto ſtudio viam muniunt, vaticinatum iam nomē quadret.*

*His omnibus interiectis, mihi ſententia doctorum & Catholicorum virorum Ioannis Annij, Ioannis Hentenij, Iodoci Clicthouei, ac D. Genebrardi Theologi Pariſien. Hebraicarum literarum profeſſoris regij, valde grata eſt: qui Maometem impurum pſeudoprophetam, vnà cum eius profligatam ac perditam ſectam acriter tuentibus, vel ipſum definitè & verè Antichriſtum, vel illius regni ſaltem maximum & ſtudioſiſſimum conditorem eſſe exiſtimarunt: quando omnes beſtiæ huius Apocalypſeos conditiones, & ſingula quæ à priſcis de Antichriſto ſcripta ſtant, in illo vel maiori ex parte iampridem completa, vel in dies compleri, nullus eſt qui non videat. Coniecturas eorum, meaſq; ſubijcio.*

*Quæſt. in Apocal. — Præfat. in Aretham Cappad. — Comm. in 4. li Damaſc. — In Chronogr.*

1. *Conuenit inprimis illius appellationi, numerus Græcarum literarum nominis Beſtiæ à Ioanne deſignatus: ſiquidem octo literæ nominis huius* MAOMETIS, *ſiue* MOAMETIS, *vti ſcribunt Euthymius, Zonaras & Cedrenus, conficiunt numerum 666.*

*Apoc.13. — Par. 2. panop. tit.21. — Tō.3. Annāl.*

2. *Signis & prodigijs mendacibus, qualia Paulus filio perditionis tribuit, inſtructus fuit Maometes: nam et liber Generationis ſuæ, & reliqui Commentarij Saracenorum Chronicōn, Genealogiam ipſius vſque ad Seth & Adam, monſtroſis & blaſphemis fabulis contexunt; dehinc, quod ſine vllo matris dolore ex vtero prodierit, & circumciſus & hilaris: in eius natali omnia, orbis idola corruerint: Lucifer arreptus ab angelis, immerſus fuerit profundo maris Alcazum: venti & aues et nubes de educatione eius decertarint: aſina voce humana vocarit illum Prophetarum ſigillum: atra nubes cælo quantumuis ſereno, ſupra caput ipſius ſemper conſpecta ſit: Lunā bipertito diuiſam coniunxerit & compegerit: à Gabriele ſublatus in cælum, ibi ſua myſteria didicerit. Paulus Diaconus & Zonaras referunt eum dum comitiali morbo, ſeu epilepſia tentaretur, excitatum poſt alijs perſuaſiſſe, ſeſe tum cum Archangelo Gabriele fabulari.*

*Alchor. Azoara 67.27 63 — Lib. 18 hiſt. — To.3. Annal.*

3. *In Babylonia naſciturum Antichriſtū; & in Bethſaida, Capernaum, ac Chorazin educari debere, Hieronymi, Methodij martyris, Auguſtini, & Gloſſæ in 2. ad Theſſalonic. & plurium aliorum ſententia fuit: quod eatenus Maometi conuenire indicauit Ioannes Hentenius, quatenus ſectam illius cum primis earum ciuitatū incolæ, magno ſtudio, et animi feruore receperint, defenderint, & propagare in hunc vſq; diem contenderint.*

*In c.11. Dan. — In reuel. — Tract. de Antichr.*

4. *Adhæc, eum exoriturum ex gente Iudæorum, atque de tribu Dan, omnes ferè Eccleſiaſtici literarum monumentis reliquerunt. Maometem Arabem eſſe, nihil obſtat: ſiquidem mater eius Emina, aliàs Hennia, Iudæa erat, & fortaſſis ex tribu Dan. Præterea Arabes, Agareni, & Iſmaelitæ ex ſancto Patriarcha Abrahā per Iſmael & Eſau, vt & Iudæi, deſcenderant: atque tunc inter hos & illos nuptiarum fœdera ſæpenumerò ſanciebantur. Quid item prohibet dicere matrem impurum ſcortū, ex viro tribuli ſuo, hoc ſemen adulterinum ſuſcepiſſe, maximè cùm doceant patres illum, ex ſalaciſſima muliere proditurum: ſicut è contrario, Chriſtum ex immaculatiſſima et beatiſſima Virgine? Locus Geneſeos, quem ad propoſitum confirmandum vſurpant, forſan melius de Sanſone, quàm de Antichriſto exponeretur, quemadmodum nec diffitentur Hippolytus, Procopius Gazæus, pluresq; alij. Vel ſpiritali conuenientius quàm literali ſenſu, de illa tribu venturus ſic intelligeretur: quoniam ſicut Dan nō ex Rachele, nec Lia liberis vxoribus, ſed ex ancilla Bala natus eſt, ſic Antichriſtus Maometes, neque ex veris Iudæis, neque ex Chriſtianis, qui ſoli veræ religionis pietate Deo deuoti & conſecrati fuerunt, ortus eſt: ſed ex impuris Arabibus & Agarenis.*

*Hip. lib. de conſ. mund. — Meth. in reuel. — Aug. tract. de Antichr.*

5. *Iudæos excepturos illum in ſuum Regem & Meſſiam affirmant Auguſtinus, Hieron. Ephrem, Hippolytus, &c. Ad Maomete initiò Iudæos cateruatim confluxiſſe, eūq; pro Chriſto & liberatore ſuo, ingenti gaudio, tectis ac ſedibus ſuis recepiſſe, ſcribit Paulus Diaconus: qui & tributa atq; vectigalia illi vltro polliciti ſoluerunt, atq; in perniciem Chriſtianorum ad hoc tempus, Maometanis omnem operam, & ſtudium nauant & elargiuntur, veluti fidem faciunt, & recentes, & veteres hiſtoriæ.*

*Lib.18. hiſt.*

6. *At Antichriſtus, ait Apoſtolus, efferet ſe ſupra id omne quod dicitur Deus, aut colitur, ita vt ſedem domiciliumq; ſuum in templo Dei ſit collocaturus. Maometes, dicet aliquis, nūquam ſe Deum, ſed perpetuò hominem, Prophetam, & Dei nuncium prædicat in Alchorano: neque quam nunquam obſedit, is Ieroſolymam expugnauit: neque in templo illius pro Deo habitus fuit. Is hoc reſponſum ferat. Dijs omnibus Ethnicorum, Patriarchis, Moſi, cæteriſq; Prophetis, imò Chriſto Deo verè & Domino noſtro, ac eius ſacro Euangelio, Maometem ſe, prophanumquè ſuum Alchoranum, ex Philoſophorum, Ethnicorum, Iudæorum, Arianorum, Sabellianorum, & Manichæorum opinionibus, erroribus, fabulis, blaſphemijs, & furoribus, vt deteſtandum et monſtroſum chaos conflatum ac compoſitum, tanquam è ſummo cælo delapſum omnino præferendum ſtatuiſſe, nec id ſolùm, ſed & ſanciſſe. Alchorani contemptoribus pœnas æternas minatur, Azoara 12.13.27.41.44.71. Omnis falſitatis expertem proponit, & obfirmatè contendit, Azoara 20. 22. 42. Veluti diuinitus acceptum, Azora 2. & 36. Chriſtianos à Chriſto ſalutem nunquam obtenturos, niſi beneficio & deprecatore Maomete, In colloquio cum Iudæis. Suis ſectatoribus remiſſionem peccatorum, & multiplicem paradiſum audax pollicetur, Azoara 2. & 5. Mechæ ab omnibus ſuæ ſuperſtitionis amatoribus, quaſi Deus, noſtro tempore colitur. Complures notarunt manus & pedes Maometis, in templo Ieroſolymis ab Haumar ædificato, à Maometanis celebrari. Sedet etiam nunc, proh dolor, in templo Dei, quando inſignes Eccleſias Africæ, Syriæ, Arabiæ, Armeniæ,*

*2. Theſſ. 2. — Petrus Cluniac. epiſt. ad D. Bernard. — Chro. Sarac. — Ant. Florēt. tit.13. cap 5. — Ædituus in Chron. — Ioan. de Opp. Gygas. — Sabel Enead. 8 lib.6.*

Sſ 4 Perſi-

Perſidis, Aſiæ, Thraciæ, Achaiæ, Macedoniæ, &c. Chriſti fide & cultu priuatas & ſpoliatas, perdita illius ſecta occupat: indeq́ue iuge ac Chriſtianorum ſacrificium, aris deiectis, diſturbat & impedit.

7. Antichriſtus reſpuet idola, aiunt cum Daniele Patres Orthodoxi. Et idololatras debellat Maometes ratiocinationibus ex potentia & operibus Dei decerptis, Azoara 23. 56. 62. Vnitatem Dei plerumque & eximiè comprobat, Azoara 2. 3. 4. 5. 6. 12 13. 14. 16. &c. Picturas & effigiatas rerum omnium imagines, plurimùm auerſantur, qui eius ſuperſtitioni nomen dederunt.

Dan. 7.

8. Exprimuntur à Daniele Antichriſti doli, furores, blaſphemiæ, bella, per paruum cornu ſubcreſcens inter decem cornua quartæ beſtiæ, & tria ex prioribus cornibus excidens, oculos habens hominis, os eloquens grandia, cuiq́ue datur bellum facere in ſanctos, & eos ad tempus vincere. Quis non videt in Maomete, & ſectæ eius propugnatoribus, hæc compleri?

Azoara 17. — Azoara 38. 46. 56. et 63.

9. Collabebatur & miſerè diſsipabatur imperium Romanum, quod decem aut plus eo regnis, vti Africa, Aegypto, Syria, Aſia, Græcia, Germania, Italia, Gallia, Anglia, Hiſpania, &c. quaſi fortiſsimis cornibus antea gloriabatur, cùm puncto temporis paruum cornu, id eſt, Maometes, filius terræ, & initio viliſsimus abiectiſsimúſque nebulo, ex camelorum & aſinorum paſtore, qui nec ſcribere, nec legere quidem nouerat, inter Arabes concionatur Choſroen Perſarum Imperatorem, & familiam eius iuſtè deletam, ob cultum idolorum. Chriſtianorum & Iudæorum religionem multis errorib. contaminatam, & ſectis viciſsim repugnantibus breui conficiẽdam, & ſe diuinæ voluntatis interpretem, atque veræ religionis authorem & aſſertorem vnicum, hominibus datum fuiſſe. Arabes nouis rebus ſtudentes, facilè ſeducit, tandem contractis copijs, vi rem gerit: quos ſuis artibus non valet, minis, & armis, ſuæ legis iugum ſubire cogit. Poſtea collecto exercitu Saracenorum & Arabum, qui ob denegatum ſtipendium à Romanis defecerant, cum ijs qui domi remanſerant, furore commoti, Aegyptum adoriuntur & peruagantur, Phœniciam, Palæſtinam, Syriam, Meſopotamiam, & omnia ad Euphratem vſque populantur, diripiunt, cædunt, ad deditionem compellunt, Romanis cum his infeliciter pugnantibus. Hinc aduerſus Perſas, quibus paulò antè ſeruierant, irruunt: nec prius vaſtandi & diripiendi finem faciunt, quàm Saracenorum legem & imperium ferant. Chriſtianorum Eccleſias vndique oppugnant, quas poſſunt dilacerant, & euertunt: dogma contumelioſum in Filium Dei, & Prophetis, Apoſtoliſq́ue contrarium, recipiendum obtrudunt: & nomen Chriſti ſummis viribus delere conãtur. Chriſtianos perinde atque oues magno cum agmine trucidant, ſicuti tradunt Paulus Diaconus lib. 18. hiſt. Simoneta lib. 1. epiſt. 4. Sophronius epiſt. ad Sergium in ſynodo ſexta Conſtantinop. actione 11. Vincentius Bellouacenſis lib. 23. Zonaras tomo tertio Annalium.

Serm. de Antichriſt.

10. Verùm, nos Eliam & Enoch olim venturos expectamus, qui Iudæos ad Eccleſiam Chriſti conuocabunt, & pietatem (ait B. Ephrem) humano generi deferent, veri Dei ſcientiam omnibus palàm prædicabunt, admonebuntq́ue mortales ne timoris cauſa credant & obtemperent falſitati: quin et Antichriſtũ ipſum, quemadmodum author eſt Tertullianus, ſanguine ſuo tandem extinguent. Quid? ſi locus Apocalypſeos, de duobus teſtibus quandoque venturis, non de Elia et Enoch in propria perſona, ſed de Eccleſia vniuerſa, quæ duobus teſtamentis ſeu duobus candelabris, & luminaribus fulta & colluſtrata, contra Antichriſti tenebras perpetuò dimicat: aut de duobus martyrij generibus, reipſa nimirum

Li. de anima.

A & habitu, cum Primaſio & Ticonio intelligamus? Quid rurſus, ſi duos ordines piorum hominum; aut in vniuerſum, ſanctos paſtores omnes, qui ob paucitatem binariũ numerum quodammodo repræſentant, quiq́ue pietate & doctrina pro gloria Chriſti, aduerſus Antichriſtum, ad extremum vitæ ſpiritum deſudant atque laborant, ſignificatos demùm poſt Rupertum & Ioachimum Abb. obſirmemus? Sed Enoch & Elias propriè intelliguntur, qui profectò venient, & Maometicam impietatem totũ ferè orbem iamiam obtinentem, execrabuntur & damnabunt: in quos tamen ſectatores Maometis, Antichriſti organa, ſupplicia edent, & miris modis excruciatos necabunt.

Li. 5 in Apoc. Hõ 8. in Apo. — Com. in Apo.

11. At tempus tyrannidis Antichriſtianæ, quæ cum Gog & Magog maximis & fortiſsimis exercitibus orbem terrebit, & ciuitatem Sanctorum immani feritate vaſtabit, ad nouiſsimos extremoſq́ue fines ſæculorum extenditur; arceturq́ue à Daniele, ad tempus, & tempora, & dimidium temporis, id eſt, vt Ioannes in Apocalypſi interpretatur, menſes quadraginta duos, & poſtea magis articulatè, dies mille ducentos ſexaginta: quæ minus conſona Maometi apparent, præſertim cùm abhinc nongentis annis conciderit, imperatoris officio functus, ſpatio decem annorum. His ſatisfacit Ioannes Hentenius dicens, tempus illud non eſſe referendum ad perſonam Antichriſti, Maometis; ſed ad poſtremum illud teterrimum, triſtiſsimum, & funeſtiſsimũ bellum, quod Turcæ, Tartari, Scythæ, Perſæ, Arabes, qui omnes Maometis nomen & fidem profitentur, Chriſtianorum fortunis, focis, & aris inferent: in quo hoſtes Chriſtiani nominis, ſola virtute cæleſti, non autem armis humanis temporis momento delebuntur: idq́ue per metaphoram affirmari de capite impiorum Antichriſto, quod in ſectatoribus & membris implebitur: quæ certè figura in ſacris literis vſitatiſsima eſt. Adhæc, tempus omne, quod à morte Domini noſtri ad aduentum eius vſq; interijcitur, in ſacris nouiſsimum, nouiſsima hora, dies vnus, finis ſæculorum appellatur: in eo autem, id eſt anno Domini 632. iuxta Sigebertum, Heraclij imperatoris 21. Seuerini ſeptuageſimi Papæ pontificatus 2. ſecundùm Palmerium: ætatis ſuæ 63. aut, vt alij volunt, 40. Maometes ſcelus ipſum, manu Dei vltrice incidit in morbum epilepticum, mente priuatus, iam interiore ventre intumeſcente, (coniecturam quis capiat, hydropiſi cõtracta,) die à morbo quartadecima, miſerrimam animam efflauit.

Ezech. 38. & 39. — Apoc. 21. & 22. — Chron. Sarac. — Præfat. in Apoc. Arethæ comment. — In Chron.

B C

12. Viuit tamen adhuc heu, peſtifer ille, viuit vegetus, dum in dies regnum Turcarum, Maurorum, Perſarum, Tartarorum, &c. in Chriſtianos adaugetur: quod vtinam atque vtinam glorioſiſsimo Domini noſtri aduentu citò euertatur, & è medio tollatur, atque ſancta Eccleſia catholica ciuitas iamdudum ætatem & ſolatium cõtinenter expoſcens, cæleſti ſuo ſponſo ſine ruga & macula tandem aliquando tradatur. Hæc quibus minus grata videbuntur, liberum ſtet iudicium: nemini præſcribimus: neque à nobis ita diſputantur, quin meliorem ſententiam ſemper probandam, et ſequendam omnibus adſentiamur, dictaq́ue confeſtim reuocemus, ſi ſanctæ matris Eccleſiæ, cui nos & noſtra omnia ſponte conſecramus, viſum fuerit.

D

Cùm has porrò duodecim coniecturas iam ante viginti annos, tanta animi moderatione & ſubmiſsione edidimus, putabamus nunquam in alicuius viri docti & catholici reprehenſionem propter illas incidere: ſed ſpe noſtra longè fruſtratos nos tandem comperimus, quando anno 1593. menſe Septembri, Louanio tranſeuntes, illic ab amicis audiuimus, & in dictatis opera quorundam



dam ſtudioſorum ex ore publici Lectoris, viri certè perdocti, & quem nos multis nominibus & obſeruamus & colimus, excerptis collectiſq́ue cenſuram iſtam legimus. Hanc FEV-ARDENTII ſententiam non modò falſam eſſe, ſed & periculoſam: & authores quos citat, nihil vnquam huiuſmodi ſenſiſſe vel ſcripſiſſe.

A

Bona venia tua, vir optime, dictum ſit, immeritò me in crimen falſi adducis: & velut authorem falſæ & periculoſæ opinionis iniuria traducis. Nam vt à nouiſsimo authore, id eſt, Genebrardo noſtro, nunc Arelatenſi Archiepiſcopo digniſsimo, exordiar, ille multo clarioribus verbis ſentẽtiam iſtam extulit, quàm ego auſus fuerim, ſcribens in Chronographia de Maomete. Hunc facilè crediderim eſſe Antichriſtum, aut ſaltem regni Antichriſti conditorẽ. Nã Μαομέτις reddit numerum beſtię 666. de quo Apocalypſis 13. formæ πάρις πάρις. Deinde, martius, ſanguinarius, legionarius rex, ſuam legem non prędicatione: ſed vi & armis firmandam ſtatuit. Et commemoratis eius aduerſus Deum, Trinitatem, Chriſtum, Chriſtianoſq; tetris facinoribus, hac vehemẽti affirmantiq; interrogatione concludit. Quid contra Chriſtum hoſtilius poteſt ſuſcipi? Quid magis eſſe Antichriſtianum, ſiue Chriſto magis contrarium? Et eiuſdem Chronographiæ pa. 490. & 491. ad annum Chriſti 657. ſuperiora corroborans, & nouos Gnoſticos refellens, quod Antichriſtianum regnum Romanæ ſedi impiè aſſingant, tandem ſubijcit: Numerus 666. in Apocalypſi notatus, numerus eſt Maometis veri Antichriſti, vel certè regni eius fundatoris, qui ſic Græcè ſcriptus Μαομέτης, præfinitè ſummã hanc abſoluit. Hæc ille vir diuinarum & humanarum rerũ callentiſsimus: quibus & FEV-ARDENTIVS crimine falſi abſoluitur, & coniecturæ illius non parum roboris accipiunt.

Ad annum Chriſti 560. Pag. vltimæ editionis Pariſ. 476.

B C

Ad ſecundum teſtem à me laudatũ accedo, nimirum, Ioannem Hentenium Mechlinienſem, religioſiſsimum & peritiſsimũ Theologũ Louanienſem. Is præfatione in cõmentarios Arethæ ſuper Apoc. à ſe Latio donatos ſcribit. Non admodũ videtur abſurdũ id quod ſentit Ioannes Annius Viterbienſis in quæſtionibus ſuper Apocalypſim, quas miſit ac dedicauit Põtifici Sixto quarto, Regibuſq; Chriſtianis: quod beſtia, quam interpretantur communiter Antichriſtum, de qua Apoc. 13. ſit pſeudopropheta Mahumetes. Qui quanquam ante plurimos annos mortuus ſit, eius tamen ſecta (heu!) viuit etiamnũ, nimiumq; graſſatur aduerſus Dei populum. Et aliquantò poſtea: Signa ac prodigia mendacia Antichriſti in his qui pereunt, ſunt variæ ac multiformes eius technæ ad ſeducẽdos Dei ſeruos. Cumq; ſe ac ſuã ſectã Chriſtianiſmo, cęteriſq; legibus omnibus præponat, an non ſe extollit ſupra omnem qui dicitur Deus? In prodigijs autẽ mendacibus venit, quia volens occultare morbũ ſuum caducum, dicebat ſe cadere ex illuſtratione Angeli de cælo ad ſe deſcendentis. Dedit etiam ſpiritum imagini beſtiæ, quando legem ſectæ ſuæ omnibus magno cum horrore promulgauit, dicens ſe miſſum in gladio, iubens omnes trucidari, qui ſuam non ſuſceperint ſectam. Nec obſtat, quod vulgo dicuntur Enoch & Elias venturi, vt ſeſe illi opponant, &c. Non enim oportet quod aduerſus eius perſonã pugnent: ſed ſatis eſt, quod aduerſus

D

A eius ſectam. Cætera prolixiora ſunt, quàm vt iſto loco commodè inſeri poſſent. Mihi ſat eſt, quod hic ita ſenſerit & ſcripſerit, vt ex eo citaueram, fidẽ faciat Annium (qui mihi nũc nõ eſt in prõptu) ita docuiſſe, & ſcripta de his ſua ſummo Eccleſiæ Pontifici dicaſſe & obtuliſſe: deniq;, nihil in ea re abſurdum vel periculoſum dixiſſe.

Tertiò, Iodoci Clicthouei in librum quartũ Damaſceni Commentarios ſignaueram, nec falſo, quemadmodũ ex his eius verbis euinco. Nonnulli viri eruditiſſimi ſentiunt Mahumetem illum ſpurciſſimum, & abominabilis execrandæque legis authorem, eſſe verum in perſona Antichriſtum, à ſacris literis prænunciatum: quia vidẽt ferè omnia, quę Scripturę de Antichriſto prædicunt, in eo eſſe completa: ipſiq́ue potiſſimum rationem nominis Antichriſti competere. Quis enim magis vnquam Chriſto contrarius in lege & moribus? Chriſti ſiquidẽ lex repugnat carni & ſanguini, monetq; animam noſtram odio habendam, vt in vitam ęternã cuſtodiamus eã. Mahumetes aũt vt propenſum ad libidinem genus humanum hiſce illecebris ineſcaret, inuitaretq; ad ſuę legis ſuſceptionẽ, laxauit habenas voluptatib⁹, & ſpurcitijs, vxorum pluralitatem admiſit, earum repudium & pro arbitrio reconciliationem, & demum paradiſum voluptatibus & delitijs mundi refertiſſimum, ſuis cultoribus repromiſit, cum Cerintho hæretico & ſectatoribus eius. &c. Et poſt aliqua: Mahumetes in ſuo Alcorano futilia multa, deliramenta, nænias, fabulas aniles, & mendacia confingit, vt ex ipſa legis ſuæ nefariæ inſpectione protinus innoteſcat aut eum eſſe Antichriſtũ, aut præcipuum & proximum Antichriſti præcurſorem. Sed neq; ſine Scripturę teſtimonio & authoritate mouentur iſti ad idipſum de Mahumete aſſerendum, quod verus ſit in perſona Antichriſtus. Nam Apoc. ca. 13. deſcribit beſtiam aſcendentem de terra, & habentẽ duo cornua ſimilia agni, venturam ſub ſeptima tuba: per quam quidem beſtiam omnium concordi ſententia deſignatur Antichriſtus. Atqui per beſtiam illam procul dubio ad literam intelligitur Mahumetes, ob beſtialem & fœdiſſimam vitam, legemq́ue turpiſſimam, &c.

In ca. 27. & 28. nouiſſ. editionis Pariſ. fol. 345.

B C

Hactenus verba eorum fideliter retuli, ex quibus iam perſpicis, vir ornatiſſime, me nequaquã falsò illos citaſſe: deinde non ſolos eos, ſed & alios viros eruditiſſimos fuiſſe in hac opinione: quæ etiam Scripturis, atq; nec paucis nec infirmis rationibus innititur: & à ſummis Pontificibus non dãnatur, ſed permittitur: tantùm abeſt, vt ab eis falſa vel periculoſa hactenus iudicata fuerit. Meas igitur coniecturas & plurimas, & valdè certè probabiles, tantorum virorum ſententijs, cum omni moderatione & ſubmiſſione connectens, non debui profectò à te in publico celeberrimarum Scholarũ auditorio verbis & ſcriptis in hunc modum traduci: aut traductus huic iuſtiſſimæ defenſioni ac expurgationi meæ aliquãdo deeſſe. Quod cùm facio, non arbitreris quæſo, me aliquid perpetuæ obſeruationis & dilectionis meæ erga te remiſiſſe: tantũ poſtulo, vt ne dimiſſis cõmunibus fidei aduerſarijs, Theologus aliũ Theologũ, Catholicus Catholicũ à cætero vellicet aut mordeat: ſed contra, iungant ſcriptiones, quos iungit ſacerdotiũ; & nihil vnquam diuidat, quos Chriſti nectit amor.

D

11. Non

11. Nouiſſimum ] *Deleuimus* veriſſimum *auth. vet. cod. Docuerunt enim Patres imperium Romanum extremum atque vltimum orbis huius regnorum fore, quo funditus euerſo, ac de medio mundo ſublato, mundus ipſe penitus deſtruatur. Tertull. lib. ad Scapulam, & cap. 32. Apolog. Danielem quartæ & poſtremæ beſtiæ pugnantis nomine, item pedum, ferri, terræq; ſtatuæ illius ſimilitudine, iſtud ſignificare voluiſſe, viſum eſt pleriſq; omnibus doctis interpretibus.*

*12.* Namque eorum quæ] *Vetus codex,* Neque eorum qui, *ex quibus prima fortaſſis dictio fuiſſet reponenda.*

13. Et oſtentationem quandam continet vltionis] *Titan ſeu Titanum fuiſſe dicunt Saturni fratrem, ortum ex Titanibus, quos Terra contra deos irata, in ſuam contra eos vltionem creauerit. Vnde & Titanes dicti ſunt* ἀπὸ τῆς τίσεως, *id eſt, ab vltione: ad quam ethnicorum narrationem hîc alludit Irenæus.*

*14.* Cùm igitur tantùm] *vet. cod.* Cùm igitur tacitam, &c.

*15.* Nos tamen non periclitabimur] *Euſeb. li. 5. hiſt. cap. 8. hæc tranſcripſit, vſq; ad illud,* Hunc autem numerum *Ad ea quoque reſpicit B. Andreas Cappadox, comment. in 13. Apoc. cuius verba eò lubentiùs addam, quòd præſentis loci vſum commodè aperiant. Ait enim,* Exactam numeri notitiam quemadmodum & cetera quæ de Antichriſto ſcripta ſunt, tempus & experientia reuelabunt, ijs qui vigilauerint. Nam ſi expediret, vt volunt nonnulli doctores, huiuſmodi apertè cognoſci nomen, is vtique, qui ipſum vidit, reuelaſſet: ſed non placuit diuinæ gratiæ, vt nomen peſtiferi hominis in diuino libro referretur in ordinem, &c.

16. Neque enim ] *Supra libr. 4. cap. 37. ſacram Apocalypſin apertè tribuit Ioanni diſcipulo Domini; quod & repetit eiuſdem libri capit. quinquageſimo ac huius libri cap. 28. infra denique capite 34. & trigeſimo quinto: eandem ei vt vero authori adſcribit. Mirum ergo videtur, quomodo Alogiani & Theodotiani veteres hæretici, de quibus ſcripſerunt Epiphanius, Philaſtrius, & Auguſtinus, auſi ſunt huic Apoſtolico viro cõtradicere; & librum illum Cerintho perditiſſimo nebuloni impudenter aſſignare. Sed longè magis obſtupeſcendum, quod hoc nouiſſimo ſæculo Eraſmus eidem authori, ac libro non timuerit pro viribus detrahere; Lutherus priore in nouum Teſtamentum Præfatione ſcripſerit, ſe librum illum neque pro prophetico, neque pro Apoſtolico recipere; Caluinus eum ſemper ſuſpectum habuerit; Brentius & Chemnitius eundem incertæ authoritatis eſſe cenſuerint; denique Bodinus & Anabaptiſtæ propemodum eundem ipſum è choro Chriſtianorum exſibilent ac explodant.* [In Annot.]

*Sed bene habet, quod grauiſſimus Theologus Tertullianus iſtorum errorem ante mille & trecentos annos damnauerit in Marcione & Cerdone, quorum impietatem hos non pudet ab orco reuocare. Lib. Præſcript. cap. 51. & lib. 4. adu. Marcionem, cap. 5. Deinde, quod etiam Caluiniani ac Lutherani non pauci Librum hunc vt verè Apoſtolicum fœtum ac ſcriptum, ſuis commentarijs explicare conantur: eiuſdemque potiſſimum authoritate nitantur aduerſus ſedem Eccleſiamque Romanam, id nunquam de apocrypho aut incertæ authoritatis volumine facturi.*

*Verùm, firmioribus præſidijs illius authoritatem cõmuniamus. Sub ipſis Apoſtolorum temporibus Dionyſius Areopagit. hanc Scripturæ partem appellauit* Arcanam & myſticam omnino viſionem dilecti Diſcipuli: Diuinamque Domini IESV & altiſſimam Theologiam. [De Eccl. Hier. c. 3.] *Iuſtinus martyr non admodum poſtea, eam* Ioanni Apoſtolo ex duodecim vno nuncupauit: *& ſua propemodum ætate ab illo ſcriptam eſſe docuit: quinetiam luculentiſſima (aiunt Euſebius & Hieronymus) expoſitione proſequutus eſt Theophilus Antiochenus, Melito Sardenſis, Dionyſius Alexandrinus, Dionyſius Corinthius, (eodem teſte Euſebio) eiuſdem teſtimonijs, vt diuinis & Apoſtolicis, fidei noſtræ dogmata aduerſus hæreſes comprobauerunt.* [Dialog. cum Tryphone. Euſeb. Hiſt. Lib. 4 c. 24. & 26. & li. 7. cap. 23.]

*Tertullianus & ipſe vir Apoſtolicorum temporum, pluſquam triginta locis eam laudat; ex quibus aliquot ſubijcimus.* Cerdon Apoſtoli Pauli neque omnes, neque totas Epiſtolas ſumit. Acta Apoſtolorum & Apocalypſim quaſi falſa reijcit. [Præſc. c. 51.] *Ergo Cerdonianos & Marcionitas, id eſt, hæreticos omniũ deterrimos, habet hoſtes illius libri. Et ille rurſum:* Nã & Apoſtolus Ioannes in Apocalypſi enſem deſcribit ex ore Dei prodeuntem. [Lib 3. adu. Mar. ca. 14.] *Rurſumque ſcribit:* Nam & ſi Apocalypſim Marcion reſpuit, ordo tamen Epiſcoporum ad originem recenſus, in Ioannem ſtabit auctorem. [Lib 4. adu. Marc. ca 5.] *Et alio loco:* Ioannes vt pro fratribus animas ponamus hortatur, negans timorem eſſe in dilectione. Quod ſi pro fratribus, quanto magis pro Domino docet, ſatis de Apocalypſi quoque ſua inſtructus hæc ſuadere? [In Scorpiaco adu. Gnoſt. cap. 12.] *Et vt compendio abſoluam, idem libr. 4. poëmatum aduerſus Marcionem, cap. 6. & Libro de fuga in perſecutione, cap. 10. eidem Ioãni Chriſti diſcipulo Euangelium, Epiſtolam primam, & Apocalypſim adſcribens, ijſdem pro Chriſtiano dogmate aduerſus hoſtes illius dimicat.*

*Idem poſtea non ſegniter præſtant Origenes hom. 7. in Ioſue: Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagogi: Athanaſius in Synopſi: Epiphanius contra hæreſim 51. & 76. Chryſoſtomus in Pſal. 91. & Damaſcenus lib. 4. de fide orthodoxa.*

*Vnius tantùm Hieronymi aliorum Latinorum patrum vice ſententiam addo:* Quartodecimo anno, *inquit,* ſecundam poſt Neronem, perſequutionem mouente Domitiano, Ioannes in Pathmon relegatus, ſcripſit Apocalypſim, quam interpretantur Iuſtinus Martyr & Irenæus. [Catal. ſcript. Eccleſiaſt.] *Et in Epiſt. ad Paulin.* Apocalypſis Ioannis tot habet ſacramenta, quot verba. Parum dixi. Pro merito voluminis laus omnis inferior eſt: in verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ. *Nemo autem dubitare poteſt, quin loquatur de Ioanne Apoſtolo ac Euangeliſta: haudquaquam verò de Cerintho impuriſſimo nebulone, aut alio aliquo obſcuri nominis viro.*

*Neque huic Catholicæ aſſertioni deſunt antiquiſſimorum Conciliorũ firmiſſima decreta & iudicia, quando Ancyranum ſub Diocletiano celebratum Apocalypſis Ioan. Apoſtoli ſententijs vtitur ad dogmata ſua comprobanda. Concilium tertium Carthaginenſe, probatum à ſexta Synodo, canone 7. Concilium Romanum ſub Gelaſio: Toletanum 4. cap. 16. denique Florentinum & Tridentinum, Ioannis Apocalypſim, vt diuinæ & canonicæ authoritatis librum proferant: & contradicentes hæreticos anathematibus feriant. Aduerſariorum obiectiones aduerſus hanc ſententiam primus quod ſciam, diſſoluit noſter Franc. Titelmannus ſecundo libro de authoritate Apocalypſis ad Deſiderium Eraſmum: deinde, noſter quoque Michaël Medina libr. de recta in Deũ fide: Tertiò, Xiſtus Senenſis Dominicanus libr. vltimo* [Cap. vltim.] *Bibliothecæ: deniq; Robertus Bellarminus è ſocietate IESV Theologus acutiſſimus, lib. 1. controuerſiarum.*



17. Et aſcendet ab abyſſo] *Ita vetus codex. Vulgata quoq; editio,* aſcenſura eſt de abyſſo. *Expunximus ergo,* aſcendit abyſſo.

18. Annis tribus & menſibus ſex] *Cum Irenæo ſentiunt Hippolytus, Ephrem, Hieronymus, Auguſtinus, Cyrill. Ieroſ. Theodoretus, Arethas, Anſbertus, Primaſius, Rupertus. Oportet igitur Gallaſium exhauſto rubore, imò & ſceleratum hominem eſſe, qui hîc tam apertis verbis Danielis, & Apocalypſeos, atq; tantorum virorum interpretationi ſeſe opponere auſus ſit.*

19. Et ſederit in tẽplo Hieroſolymis] *Cùm naſciturus ſit ex tribu Dan, & pro Meſſia recipiendus à Iudæis, non ambigendum quin Ieroſolymis, & in ipſorũ templo ſeſſurus ſit, ac ciuitatem illam primariam imperij ſui conſtituturus. Accedit quod Ioannes in Apocal. ait, duos teſtes diuinos, nempe Enoch & Eliam ab Antichriſto necandos in ea ciuitate, in qua Chriſtus crucifixus eſt. His conſentit Cyrill. Ieroſ. ſcribens:* In tẽplo quod reliquum eſt Iudæorum ſedebit. [Catech. 15.] *Aſtipulantur Hilarius canone 25. in Matthæum: Sedulius in ſecundum caput 2. ad Theſſal. Damaſcenus libro quarto de fide, capite vigeſimo octauo: & alij, quos ſupra ſignauimus, nota 6. in cap. 25. Ergo nec ſedebit, nec vnquam ſedit Romæ, vt noui Gnoſtici garriunt.*

## *CONFIRMATVR RESVRRECTIO CORPORVM noſtrorum morte, reſurrectione, & aſcenſione Chriſti: animæ ſanctorum interea tempus illud expectant, vt perfectam, conſummatamqúe gloriam percipiant.*

### CAPVT XXXI.

QVoniam autem quidam ex his qui putantur rectè credidiſſe, ſupergrediuntur ordinem promotionis iuſtorum, & *modos meditationis ad incorruptelam ignorant, hæreticos ſenſus in ſe habentes. Hæretici enim deſpicientes plaſmationem Dei, & non ſuſcipientes ſalutem carnis ſuæ, contemnentes autem & repromiſſionem Dei, & totum ſupergredientes Deum ſenſu, ſimulatque mortui fuerint, [1] dicunt ſe ſupergredi [cœlos,] & Demiurgum, & ire ad matrem, vel ad eũ qui ab ipſis affingitur, patrem. Qui ergo vniuerſam reprobant reſurrectionem, & quantum in ipſis eſt, auferunt eam de medio; quid mirum eſt, ſi nec ordinem reſurrectionis ſciunt, nolentes intelligere quoniam ſi hęc ita eſſent, quemadmodum dicunt, ipſe vtiq; Dominus, in quẽ ſe dicunt credere, non in tertia die feciſſet reſurrectionẽ: ſed ſuper crucẽ expirãs, confeſtim vtiq; abiiſſet ſurſum, relinquens corpus terræ? [2] Nunc autem tribus diebus conuerſatus eſt vbi erant mortui, quemadmodum *prophetia ait de eo. [3] Commemoratus eſt Dominus ſanctorum mortuorum ſuorum, corũ qui antè dormierunt in terram *ſtipulationis, & deſcendit ad eos, extrahere eos, & ſaluare eos. Et ipſe autem Dominus, [4] Quemadmodum (ait) Ionas in ventre ceti tres dies, & tres noctes mãſit, ſic erit Filius hominis in corde terræ. Sed & Apoſtolus ait. Aſcendit autem, quid eſt, niſi quia & deſcendit in inferiora terræ? Hoc & Dauid in eũ prophetans dixit. Et eripuiſti animam meam ex inferno inferiori. Reſurgens autẽ tertia die, [5] & Mariæ quæ ſe prima vidit, & adorauit, dicebat. Noli me tangere, nondum enim aſcendi [6] ad Patrem meum: ſed vade ad diſcipulos, & dices eis. Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum. Si ergo Dominus legem mortuorũ ſeruauit, vt fieret primogenitus à mortuis, & cõmoratus vſque ad tertiam diem in inferioribus terræ, poſt deinde ſurgens in carne, vt etiam [7] figuras clauorum oſtenderet diſcipulis, ſic aſcendit ad Patrem; quomodo non confundentur, [8] qui dicunt inferos quidem eſſe hunc mundum, qui ſit ſecũdùm nos: interiorem autem hominem ipſorum derelinquentem hîc corpus, in ſupercæleſtem aſcendere locum? Cùm enim Dominus in medio vmbræ mortis abierit, vbi animæ mortuorum erant, poſt deinde corporaliter reſurrexit, & poſt reſurrectionem aſſumptus eſt: manifeſtum eſt quia & diſcipulorum eius, propter quos & hæc operatus eſt Dominus, [9] animæ abibunt in inuiſibilem locum, definitum eis à Deo, & ibi vſque ad reſurrectionem commorabuntur, ſuſtinentes reſurrectionem: poſt recipientes corpora, & perfectè reſurgentes, hoc eſt corporaliter, quemadmodum & Dominus reſurrexit, ſic venient ad conſpectũ Dei. Nemo enim eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: perfectus autem omnis erit, ſicut magiſter eius. Quomodo ergo magiſter noſter non ſtatim euolans abijt, ſed ſuſtinens definitum à Patre reſurrectionis ſuæ tempus (quod & per Ionam [manifeſtatum] eſt) poſt triduum reſurgens aſſumptus eſt: [10] Sic & nos ſuſtinere debemus definitum à Deo reſurrectionis noſtræ tempus, prænunciatum à Prophetis, & ſic reſurgentes aſſumi, quotquot Dominus [ad] hoc dignos habuerit.

[Margin: *motus; *Propheta; *ſepelitionis; Ionæ 2.2. Matt. 12.40. Epheſ. 4.9. Pſal. 86.13. Ioan. 20.17. Luc. 24.39. Pſal. 22.4. Actor. 1.3. Matt. 10.24. Luc. 6.40. Ion. 3.11.]

ANNO-

## ANNOTATIONES.

1. Dicunt ſe ſupergredi cęlos] *Impudentem iſtam veterum Gnoſticorum iactantiam retulit libro 1. cap. 9. & 18. Nec minor nunc eſt temeritas Hugnoſticorum æternam in cælis felicitatem mox vt hinc emigrarint, tam certo & indubitatè ſibi repromittentium, vt omnino ſit impoſſibile aliter fieri, nefariumq́ putent de hoc vllo pacto ambigere. Sed hanc præſumptionem toties damnat Scriptura, quoties ſuadet vt timeamus Dominum, & ad terribilia eiuſdẽ iudicia trepidemus, qui poteſt corpus & animã mittere in gehennam. Damnat ſpeciatim Paulus dicens:* Tu fide ſtas: Noli altum ſapere, ſed time. *Damnat & Petrus iubens,* vt per bona opera noſtra certam vocationem & electionem noſtram faciamus.

2. Nunc autem tribus diebus] *Diſertè docet, id, quod firmiter credidit & catholicè tradidit Catholica Eccleſia de deſcenſu Chriſti ad Inferos, nempe animam ipſius ſeiunctam à corpore, non tantùm operatione quadam, ſed propria præſentia (vt in ſcholis loquimur) inferiores partes terræ penetraſſe; & ad locum, quo ſanctorum ſpiritus tenebantur, perueniſſe; & cum ipſis ad momentum reſurrectionis vſq; manſiſſe; vnde vnà ſecum eduxit quotquot erant regno Dei apti & idonei. Hoc verò dogma inter eos fidei articulos, de quibus ambigere nefas, annumeratum ſemper fuiſſe ex ſcriptis vtriuſq; teſtamenti, & Patrum vniuerſorum libris facilè colligitur. Nam conſimilibus Irenæi ſententijs, alijſq; permultis idem profitentur quotquot de hac re ſcribunt authores, tum Græci tum Latini. Atq; vt ſcripta prophetarum et conciones Apoſtolorum omittam, id docet vnus Thaddæus ex 70. diſcipulis, apud Euſ. li. 1. hiſt. c. vlt. Dio. Areo. li. de cæl. hier. ca. 4. Igna. ep. ad Trallia. Abdias li. 9. Nicode. in Euang. Cle. Alex. 2. & 6. ſtrom. Orig. in 5. ca. ad Rom. Baſ. in Pſ. 48. Naz. ora. de Paſch. Epi. contra hær. 77. & 69. & in Anch. Et ex Africanis patribus Tert. li. de Anima, & li. 4. contra Marc. Arnob. in Pſal. 15. 87. & 137. Cypr. li. 2. aduerſus Iud. ca. 24. & 25. ſer. de Cœna Dom. ſerm. de Paſſione Chriſti. Lactant. carmine de Reſurrectione. D. Auguſtinum, Fulgentium, & Primaſium omitto, ſicut & Hieronymum, Ambroſ. Leonem, & alios Latinos, qui idem eadem fide & pietate credunt & prædicant. His efficitur, ne mihi ſatis probetur Ruffinus, qui hunc articulum Eccleſiam Romanam ſua ætate ſymbolo additum non habuiſſe ſcribat, ac nec Orientis quidẽ Eccleſias.* (In Catech.) *Porrò nunquam ſatis mirari poſſum, Eraſmi tantæ lectionis viri præpoſterum iudicium, qui Symbolo Apoſtolorũ à D. Thoma Aquinate connexũ fuiſſe hunc articulũ quodammodo dubitet. Gnoſticorum poſteriorũ impias interpretationes ſuper hoc articulo miſſas facio.*

3. Commemoratus eſt Dominus] *Monuimus ſuperius verba hæc in ſacris Biblijs nunc non inueniri, quæ quondam ſacrilegio Iudæorum eraſa fuiſſe in odium Chriſtianorum, impensè dolet Iuſtinus Martyr.*

4. Quemadmodum] *De veritate ac circumſtantijs huius prophetiæ copiosè diſſeruimus Commentarijs noſtris in Ionam.*

5. Et Mariæ, quæ ſe prima vidit.] *Magdalenam intelligit, cui, quantum ex Scripturis videlicet expreſſis apparet; & de his quos ad publicè de reſurrectione Chriſti teſtificandum electi erant, idem Chriſtus rediuiuus apparuit. Non inficiatur tamen Irenæus eundem ſanctiſſimæ matri ſuæ virgini Mariæ prius & priuatim manifeſtum ſe feciſſe: cùm id ex veterum traditione ſequentium ſæculorum Patribus perſuaſiſſimum fuerit, vt & ante nos Hylaretus noſter, (cuius ſpiritus ſit in ſorte iuſtorum) in concionibus Paſchalibus obſeruauit. De hoc enim ſcripſit Ambroſius:* Vidit Maria (Virgo) reſurrectionem Domini, & prima vidit, & credidit. (Lib. 3 de Virginibus.) *Sedulius quoq; verſibus ſuis cecinit, lib. 5. carminum.*

——— Huius ſe viſibus aſtans
Luce palam Dominus, prius obtulit, &c.

*Eandem ſententiam religioſiſſimè complectuntur & prædicant Anſelmus libr. de excellentia Virginis, cap. 6. Rupertus libr. 7. de Diuinis officijs, capit. 25. Bonauentura denique Meditationum vitæ Chriſti, cap. 87.*

6. Ad Patrem meum] *Pronomen* meum, *non habet vet. co. qui & poſtea legit,* dic eis, *non* dices eis, *vt excuſi.*

7. Figuras clauorum] *Vet. cod.* fixuras, *Græcus, Euangelij contextus* τύπον, *id eſt, figuram. Auguſtinus enarrans Epiſtolam Ioannis, vertit* cicatrices. *Apertè autem docet Chriſtum cum figuris et characteribus vulnerum aſcendiſſe ad Patrem: vnde euidenter conſequitur eum eiſdem notis ſignatum & ornatum venturum eſſe ad poſtremum iudicium; adfirmantibus beatis angelis:* Sic veniet, quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cælum. *Hoc ipſum comprobat totus veterum Patrum chorus, vt in Appendice dudum, & in Dialogis nuper laudauimus.*

8. Qui dicunt inferos eſſe quidem] *Hinc apertum eſt veteres Gnoſticos etiam aduerſus ea, quæ Chriſtianis ad credendum proponuntur de inferni loco ac tormentis ibidem æternis, plurimum aberraſſe, dicentes,* Infernum eſſe hunc mundum, *ac proinde ſupplicia reprobis debita & decreta non eſſe ſempiterna. Virus iſtud fortaſſe ex lacunis quorundam ethnicorum philoſophorum hauſerant, qui referente Lactantio, dixerunt animas in hunc mundum & humana corpora tranſmitti, vt ſuperiorum delictorum eluant pœnas. Scribunt quidam, Albanenſes, & quoſdam alios hæreticos ſuperioris æui ſimpliciter & abſolutè infernum negaſſe: qui error à multis Anabaptiſtis hoc quoque tempore inſtauratur.*

*Iſtud procul dubio in ſcholis Sacramentariorũ, ex quibus prodierunt, eos didiciſſe non eſt dubitandum: quandoquidem iſti Purgatorio, Limbo, & vero Chriſti ad inferos deſcenſui magno contradicendi ſtudio, vocem* Inferi *toties per ſepulchrum reddunt & deprauant, quoties in ſacris Biblijs occurrit: quaſi nullus alius Inferorũ locus ſit in rerum natura, ab illo quo corpora defunctorum deponuntur & reconduntur in hoc mundo. Deinde Bucerus, qui cum Lutheranis diu colluſit, ab iiſdem ſeriò accuſetur, quod nullum infernum eſſe crediderit & docuerit. Nam citatis eius in Matthæum & Ioannem aliquot locis, Conradus Schluſſelburgius Superintendens Raceburgenſis, ſubijcit:* Hîc videmus, legimus, & audimus, Cinglianorum patronum Bucerum audacter negare eſſe infernum. (Li. 1. Theol. Cal. art. 27.) *Idẽ quoque non ita multum poſtea ſcribit:* Vocat etiam Catechiſmus Heidelbergenſium in dubium, an vllus ſit reuera infernus, & locus deſtinatus, in quo impij & damnati poſt hanc vitam cum malis ſpiritibus æternis pœnis affici debent. *Præterea, Cinglius lib. 3 Epiſt 3. pagina 1226. Oecolampadius libro primo Epiſt. pag. 4. ſuper Epiſtolam priorem B. Petri aſſerunt per deſcenſum Chriſti ad inferna, tantùm mortem eius intelligendam eſſe. Caluinus inferorum nomine, quaſdam ſpiritales anguſtias, anxietates animi, deſperationesq́, intelligendas cenſet.* (Inſtit.) *Beza*

denique



*denique in Confeſſione fidei ſuæ proteſtatur,* ſe pro anilibus fabulis reputare, & ex animo deteſtari, quicquid hucuſque de Inferorum locis & tormentis commenti ſunt Papiſtæ. *Quibus cunctis manifeſtum eſt, miſerrimos Anabaptiſtas, Libertinos, & Atheos nihil contra Chriſtianam & catholicam de inferorum locis & ſupplicijs doctrinam muſſitare in luſtris ſuis, quod non ab impijs Sacramentarijs didicerint.*

*Verùm enimuerò maximo damno ſuo ac vel inuiti tandem experientur, diſcentquè, licet ſerò, poſt hanc vitam, & in altero ſæculo verum eſſe locum Inferorum, veram eſſe gehennam, verum eſſe ignem æternum, veras tenebras exteriores, vbi eſt fletus & ſtridor dentium: quibus omnium infidelium hæreticorum, et reproborum ſcelera Deus iuſtus iudex vlciſcitur & punit cum diabolo & angelis eius. Veraſquè eſſe flammas, quibus cruciãtur diuites epulones, pijs interea in regno cælorum cum Abraham, Iſaac, & Iacob in perpetua lætitia recumbentibus. Verum eſſe puteum abyſſi plenum ignis ardentis & ſulphuris: in quem iam Core, Dathan, & Abiron cum ſchiſmaticorum ſuorum coborte viuentes deſcenderũt: Veram in centro terræ horribilemquè voraginem adeò tenebroſam & omnis mortis, horrorisq́ opertam caligine, vt & ipſi diaboli eandem exhorreſcentes à Chriſto petierint, ne eos mitteret in eam abyſſum. Verum eſſe infernum inferiorem, ex quo nunquam eruentur reproborum animæ: quandoquidem ab eo nulla eſt redemptio. &c.*

*Sin verò virorum Apoſtolicorum aliorum ab Irenæo de inferorum loco & ſupplicijs teſtimonia requirãtur, præſto eſt Tertullianus Apologetici cap. 47. Gehennam definiens* eſſe ignis arcani ſubterraneum ad pęnam theſaurum: *& contra ethnicorum cachinnos id confirmans, ex horum ſapientibus Minois, Aeaci, & Rhadamanti iudicum in inferis tribunalia conſtituentibus; & Pyriphlegetontis, id eſt, ignei fluminis ardores flammaſquè ſceleratis repoſitas prædicantibus. Eandem ſententiam alibi quoque ſic confirmat, & quid qualiſquè Infernus à primis Chriſtianis ſit exiſtimatus his verbis deſcribit:* (Lib. de anima. cap. 55.) Nobis inferi, non nuda cauoſitas, nec ſubdinalis aliqua mundi ſentina creduntur, *(id eſt, in ſuperficie terræ eos conſiſtere:)* ſed in foſſa terræ, & in alto vaſtitas, & in ipſis viſceribus eius abſtruſa profunditas. *Id autem poſt Irenæum noſtrum, continuò ſic ex Scripturis vindicat.* Siquidẽ Chriſtum in corde terræ triduum mortis legimus expunctum, id eſt, in receſſu intimo & interno, & in ipſa terra operto, & intra ipſam cauato, & inferioribus adhuc abyſſis ſuperſtructo, vt illic Patriarchas & Prophetas compotes ſui faceret. *Atque hic vnus pro mille nunc ſufficiat.*

9. Animæ abibunt in inuiſibilem locũ] *Vetus codex,* habebunt inuiſibilem locum. *Ob hunc locum obſcurum, & cognitioni minus obuium fateor, multi exiſtimauerunt Irenæum cum ijs ſentire, qui negant animas Sanctorum facie ad faciem (vt dicitur) Deum videre ante diẽ reſurrectionis & iudicij: id quod diſſimulandum potius, quàm nimium petulanter exagitandum erat: præcipuè quoniam hac de re nondum ſententiam Eccleſia tuliſſet, vti poſtea fecit contra errorem Armenorum in vniuerſali Concilio Florentino.*

*Mihi autem non facilè in animum induxerim Irenæũ hoc ſenſiſſe, nec ſatis etiam apparet vnde id colligatur. Præterea ſibi non conſtaret, ſed pugnantia ſcriberet. Nã lib. 2. cap. 63. ex narratione de Lazaro & Diuite, concludit animas defunctorum dignam habitationem nanciſci etiam ante iudicium, quod & notatiuncula ibidem ſparſimus, item lib. 1. cap. 2. & lib. 4. cap. 43.*

*Deinde non decet nos ei eſſe iniquiores iudices, quàm Auguſtino, quem nullus ad hoc tempus, quod ſciam, hac macula fœdauit, qui tamen animas Sanctorum nunc abditis receptaculis contineri tempore quod inter hominis mortem & vltimam reſurrectionẽ interpoſitum eſt; nunc nondum eſſe vbi erunt, quando eis dictum fuerit, Venite benedicti, &c. mox ſecretis receptaculis ſedibúſq; ad tempus requieſcere; mox non ſic videre incommutabile bonum, vt ſancti Angeli vident; alibi eas adhuc expectare redemptionem corporis ſui; literis ſæpenumerò commendauit: quoniam apud eundem alia inueniuntur teſtimonia, quæ comprobant eaſdem Sanctorum animas ante reſurrectionem, mercedem bonorum æternorum, & gaudium cæleſtis patriæ percipere, ſtareq́ ante thronum Dei, & in conſpectu agni, atque nulla ratione à contemplatione eius gloriæ poſſe ſeparari.* (In Enchir. cap. 108. In Pſalm. 35. Lib. 12. de ciuit. cap. 9. Lib. 12. de Gen cap. 35. Lib 1. Retract. cap. 14. Serm. 4. in ſol. Sanct.)

*Vult igitur Irenæus, prout captus eſt meus, & piè aſſequi poſſum, beatorum animas nondũ potiri regni illius perfecta ſummaq́ felicitate, ſed quaſi imminuta, & dimidiata; loco à noſtris ſenſibus noſtraq́ experientia remotiſſimo; cùm longè ampliora impoſterum recipienda ſuperſint præmia in aduẽtu Domini: in quo corpora, quorũ maximo deſiderio tenentur, & afficiuntur; immortalia iamiam reddita, ſubtilia, perlucida, & nunquã patibilia ſecum in conſpectu Dei aſportabunt: ſicq́ duplici ſtola & corona induti ac coronati cum Chriſto ſempiternè regnabunt.*

10. Sic & nos ſuſtinere debemus.] *Cùm per exemplum Chriſti reſurgentis colligit ſanctis expectandum eſſe tempus reſurrectionis, vt perfectè completeq́ ſint in cælis beati; illud euidentius explicat, quod paulo ſupra dixerat obſcurius de animarum abſoluta beatitate.*

*Interim verò hic monendi ſunt pij Lectores, vt diligenter ſibi caueant à fermento Caluinianorum, quod eſt pernicioſiſſima hypocriſis. Etenim cum Caluino ſuo ſentiunt,* (Inſt lib. 3. ca. 20. §. 20. & 24. & c. 25. §. 6.) ſolum Chriſtum adhuc ingreſſum eſſe ſanctuarium cæli, reliquos verò omnes reſidere in atrio: animas Sanctorum adhuc fide nobis coniunctas eſſe: gloriam atq; coronas eorum vſq; ad aduentum Chriſti differri: & fruitionem promiſſæ gloriæ adhuc expectare. &c. *Interea verò Beza in Epiſtolis vociferatur, magnam illis iniuriam fieri cum de hoc errore coarguuntur: & Caluinum rectè pieq́ docere, fidelium hinc emigrantes animas cælos rectà petere, ibidemq́ frui diuino conſpectu. Quod autem alicubi (inquit) obſcurius dixit, per alia dilucidiora & apertiora interpretanda eſſe. Videlicet, vt ſint apocalypſes ſuper apocalypſim; & veterator ac planus ille improbiſſimus non in cunctis ferè dogmatibus & ſecum & cum veritate pugnaret, vt more hæreſiarcharum, etiam proprio iudicio condemnaretur atque periret.*

# F. FR. FEV-ARDENTIVS AD LECTOREM.

*POſteriora quinque capita, nunquam antea typis excuſa, ex
veteri noſtro codice venerandæ fidei ſubijcimus: quæ Irenæi
germana & vera eſſe, tum ipſa ſcribendi dicendiq́ ratio; tum
Euſebius, Nicephorus, & Anaſtaſius Nicænus eadem Irenæi nomine
aliquot in locis citantes, prout locis ſuis indicabimus, citra vllam con-
trouerſiam probant & demonſtrant. Præterea, Hieron. in vita Pa-
piæ; Proœm. in li. 18. cō. in Iſaiam: Comm. in 36. Ezech. B. Irenæum vnà* B
*cū Papia, Tertulliano, Victorino, Lactantio, Seuero, Apollinari, qui-
bus addo Iuſtinum Martyrem, notat inſequutum Iudæorum* Δευτερώσεις,
*regnum Chriſti, & electorum eius, poſt reſurrectionē, extinctum An-
tichriſtum, & vniuerſorum iudicium, in terris, terrenáq́ Ieruſalem
reſtituta, per mille annos futurum dixiſſe, iuxta literalem ſenſum ex-
primentem omnia quæ in Prophetis & Apocalypſi his de rebus legun-
tur: aduerſus quē vir eloquentiſſimus Dionyſius Alexandrinus ele-
gantem librum ſcripſit, deridendo mille annorum fabulam, & auream
atque gemmatam in terris Ieruſalē, ocium Sabbathi, cunctarum Gen-
tium ſeruitutem, &c. Hæc cùm nemo ex libris Irenæi hactenus editis,* C
*colligere poßit: ex his tamen fragmentis, quæ modò in lucē edimus, per-
ſpicuum eſt ad Irenæum pertinere. Sublata porrò candidè ſuſpicor, ne
vel huiuſmodi opinio ab Eccleſia improbata, huius tanti Epiſcopi &
Martyris authoritatem eleuaret, vel famā obſcuraret apud poſteros,
vel denique ne argumentis illius illecti quidam, ſententiā iam exploſā
amplecterentur. Verùm nec id tutum, nec probabile mihi videtur, his
præſertim artibus, periculis acceptis mederi: alioquin bona pars ſcrip-
torum Patrū orthodoxorum euaneſceret, ac periret. Medendū porrò
erat præmonitione, & locorum detortorū fideli expoſitione, non litu-
ra: calamo, non ſcalpello. Nihilo ſecius enim lapſus tanti Martyris,* D
*authoritatem eius derogat, quàm peccata Moſis, Dauidis, Solomonis,
Ionæ, Petri, Matthæi, & Pauli ſcriptorum ſuorū maieſtatem lædunt
aut imminuunt. Itaque pio lectori ſatis erit, talem opinionem, quā
hìc percurret ab Irenæo induci, doctiſſimo ac beatiſſimo homini, tamen
excidiſſe: ſecumq́ repetere, Chriſtum Dominum in duobus filijs Zebe-
dæi, deinde in duobus diſcipulis Emaunta peregrinantibus, poſtremò in
Apoſtolis ſuis, ipſo die Aſcenſionis ſuæ in cælum, illam coarguiſſe. Eā
poſtea ſcriptis editis confutatā ac reiectam à Dionyſio Areopagita lib.
de Eccleſiaſt. hierar. parte 1. cap. 7. Gaio & Dionyſio Alex. antiquis, &
magni nominis ſcriptoribus: Euſeb. lib. 3. hiſt. cap. 22. & 33. Auguſtino
20. de Ciu. cap. 7. 8. & 9. Theodoreto lib. 3. hæreticarum fabularum:
Epipha-*



A *Epiphanio lib. 3. contra hæreſes, tomo 1. Deniq́, ſecum animaduertet,
ſententiam diu ab Eccleſia diſſimulatā & toleratam fuiſſe: nec prius
tanquam hæreſim damnatam & exploſam, quàm quidam Nepos
Aegyptius Epiſcopus, deinde Coracion, poſtremò Apollinaris Laodi-
cenus eandem ſcriptis & concionibus ſuis nimis pugnaciter & perti-
naciter defenderint & inuexerint: vt patet ex Euſebio, lib. 7. hiſt. cap.
19. & 20. & Hieronymo, lib. 8. in Iſaiam, & alibi paſſim. Ab Irenæo ita-
que, hac in re ſumma cū reuerentia, & animi modeſtia ſic diſcedet, vt
illius exiſtimationem retineat; nec quicquam ex ea diminuat, vel eo
maximè nomine, quod primus hanc nequaquam inuexerit, neque per-
tinaci aut factioſo ſpiritu defenderit: ſed à Papia, & à quibuſdam*
B *alijs, qui Iudæorum traditiones nondum penitus depoſuerant, excep-
tam, falſus animi refricarit.*

## *IN EA CARNE, QVA SANCTI MVLTAS hìc ærumnas pertulerunt, laborum ſuorum fructus percipient; maximè cùm id omnis creatura expectet; ac Deus Abrahæ, & ſemini eius promittat.*

## CAPVT XXXII.

C QVoniam igitur transferuntur quorundam ſententiæ ab hæreticis ſermo-
nibus, & ſunt ignorantes diſpoſitiones Dei, & myſterium iuſtorum re-
ſurrectionis & regni, quod eſt principium incorruptelæ, per quod regnū
qui digni fuerint, paulatim aſſueſcunt capere Deum: neceſſarium eſt autē
dicere de illis, quoniam oportet iuſtos primos in conditione hac, quæ renouatur, ad
apparitionem Dei reſurgentes recipere promiſſionem hæreditatis, quam Deus pro-
miſit patribus, & regnare in ea: poſt deinde fieri iudicium. In qua enim conditione
laborauerunt, ſiue afflicti ſunt, omnibus modis probati per ſufferentiam: iuſtum eſt
in ipſa recipere eos fructus ſufferētię. Et qua cōditione interfecti ſunt propter Dei di-
lectionem, in ipſa viuificari. Et in qua conditione ſeruitutem ſuſtinuerunt, in
ipſa regnare eos. Diues enim in omnibus Deus, & omnia ſunt eius. [1] Oportet ergo &
ipſam conditionem reintegratam ad priſtinum, ſine prohibitione ſeruire iuſtis: &
hoc Apoſtolus fecit manifeſtum in ea quæ eſt ad Romanos, ſic dicens. Nam expe- *Rom. 8. 19.*
ctatio creaturę reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta *20. & 21.*
eſt non volens, ſed propter eum, qui ſubiecit in ſpe: quoniam & ipſa creatura libera-
D bitur à ſeruitute corruptelæ, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Sic ergo & promiſ-
ſio Dei, quam promiſit Abrahæ, firma perſeuerat. Dixit enim: Reſpice ſurſum ocu- *Gen. 13. 15. 16.*
lis, & vide à loco hoc vbi nunc tu es, [2] ad Aquilonem, & Africam, & Orientem, & ma-
re, quoniam omnem terram quā tu vides, tibi dabo & ſemini tuo vſq; in ſempiternū.
Et iterum ait: Surgens ingredere terram in longitudinē eius, & in latitudinem, quo-
niam tibi dabo eam: & non accepit in illa hęreditatem, nec veſtigium pedis, ſed ſem- *Actor. 7. 17.*
per peregrinus & aduena in ea fuit. Et quando mortua eſt Sara vxor eius, volentibus *Gen. 23. 16. 17. 18.*
Ethæis gratuitò locum dare ei, vt ſepeliret eam, noluit accipere, [3] ſed emit monumen *Geneſ. 23. 9.*
tum [quadringentas] dans didragmas argenti, [4] ab Effron filio [Seor] Ethæo, ſuſtinēs
promiſſionem Dei, & nolens videre accipere ab hominibus, quod ei promiſerat dare
Deus, dicens ei iterum, ſic: Semini tuo dabo terram hanc, à [5] flumine AEgypti, vſque *Gen. 15. et 18.*
ad flumen magnum Euphratem. Sic ergo huic promiſit Deus hæreditatem terræ, nō *22.*
accepit autem in omni ſuo incolatu, [6] oportet eum accipere cum ſemine ſuo, hoc
eſt, qui timent Deum, & credunt in eum, in reſurrectione iuſtorum. Semen autem

A eius Eccleſia per Domini adoptionem, quæ eſt ad Deum, accipiens, ſicut dicebat Ioannes Baptiſta: *Matth.3.10.* Quoniam potens eſt Deus de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ. Sed & Apoſtolus ait, in ea quæ eſt ad Galatas: *Galat.3.16.* Vos autem fratres, ſecundùm Iſaac repromiſſionis filij eſtis. Et iterùm manifeſtè in eadem ait. Eos qui in Chriſto crediderunt percipere Chriſtum, Abrahæ promiſſionem, ſic dicens: Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Et non dicit, & ſeminibus, quaſi de multis, ſed quaſi de vno, & ſemini tuo, quod eſt Chriſtus. Et iterùm confirmans quæ dicta ſunt, ait: *Galat.3.6.7. & 8.* Quemadmodum Abraham credidit Deo, & deputatum eſt ei ad iuſtitiam. Cognoſcitis ergo, quoniam quidem qui ex fide ſunt, ij ſunt filij Abrahæ. Prouidens autem Scriptura, quia ex fide iuſtificat Gentes Deus, prænuntiauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes Gentes. Itaque qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham. Sic ergo qui ſunt ex fide, benedicentur cum fideli Abraham, & hi ſunt filij Abraham. Repromiſit autem Deus hæreditatem terræ Abrahæ, & ſemini eius: & neque Abraham, neque ſemen eius, hoc eſt, qui ex fide iuſtificantur, nunc ſumunt in ea hæreditatem: [7] accipient autem eam in reſurrectione iuſtorum. Verus enim & firmus Deus, & propter B hoc beatos dicebat mites, *Matth.5.4.* [8] quoniam ipſi hæreditabunt terram.

## ANNOTATIONES.

1. Oportet ergo ] *Intelligit de mirabili illa rerum vniuerſarum renouatione, quæ aduentum Chriſti & iudicium ſubſequetur. Nam omnes orbis ſpecies vnius hominis, cuius gratia conditæ fuêre, per Proſopopeiam dicuntur ingemiſcere, & defatigari, id eſt, in graui negotio verſari, & vſque ad expletam & perfectam eius beatitatem, quam certò expectant, moleſtijs defatigari.* *Rom.8.* *Terra ſiquidem naſcentes nos excipit, natos alit, ſemel editos ſuſtinet ſemper, nouiſſimè complexa gremio iam à reliqua natura abdicatos, tum maximè vt mater operit: monumenta ac titulos gerit, nomenq; prorogat noſtrum, & memoriam extendit contra breuitatem æui.* *Plin. libr. 2. cap.63.* *Ea noſtri cauſa maledictioni ſubijcitur,* *Geneſ.3.* *fructus caducos ſubinde reparat, horrendaſque concuſſiones, & vaſtitates ſubire cogitur. Aquæ ſubeunt in imbres, rigeſcunt in grandines, tumeſcunt in fluctus, præcipitantur in torrentes. Aer denſatur in nubibus, furit procellis, modò riget frigoribus, modò ſuccenditur æſtibus, modò tonitruorum fragoribus mugit. Animantium greges paſcunt, vt nos paſcant; exuuntur, vt nos induant; nobis laborant. Orbes cæleſtes aſſiduè concitantur, occidunt, oriuntur, patiuntur deliquia; & vt ſummatim dicam, omnis creatura impiorum, iuxta ac piorum vſibus & abuſibus ſeruire compellitur: atque ob id à Paulo & Irenæo dicitur eam vanitati obnoxiam ingemiſcere ac dolere: nec id ſolùm, verùm etiam à ſeruitute corruptionis liberandam ſub aduentum Domini, quando filij Dei in libertatem aſſerentur.*

2. Ad Aquilonem & Africam ] *Sanctes & vulgata editio,* ad Aquilonem & Meridiem, *Septuaginta quoque,* πρὸς βορρᾶν καὶ λίβα. *fortaſsè,* ad Aquilonem & Africum, *vt Ioſue 18.14. Pſalm.77.26. Iſaiæ 21.1. Ezechielis 20.48. &c.*

3. Sed emit monumentum quadringentas dans &c. *Expunximus* quadraginta, *&* quadringentas *repoſuimus. Vulgata enim editio Latina habet, quadringentos ſiclos argenti. Et Septuaginta,* *Geneſ.23.* *quos ſequitur auctor,* τετρακόσια δίδραγμα ἀργυρίου; *quadringentas didrachmas argenti, &c.*

4. Ab Effron filio Seor Ethæo ] *Quia Græcè in Biblijs legitur* Ἐφρὼμ τῷ τοῦ Σαὰρ, *& in communi editione Latina, Ephron filium Seor, hîc ita legendum cenſuimus. Vetus codex,* filio Yphæi.

5. A flumine Aegypti ] *Hieronymus Epiſtola ad Dardanum, putat hoc flumen eſſe torrẽtem, qui Rhinocorura vocatur, idemq; confirmat Comment. in 27. Iſaiæ, & 47. Ezechielis.* C

6. Oportet eum accipere ] *Auguſt. lib. 16. de Ciuit. cap. 21. Solam terram Chanaan hîc à Domino ſignificari & promitti docet, quam populus Iſrael ſemen Abrahæ ſecundùm carnem accepit, qui etſi expulſus aliquoties fuerit à Ieroſolymis, manſit tamen in alijs ciuitatibus terræ. Eadem repetit & probat in Quæſtionibus ſuper Geneſim. Myſticam & arcanis plenam expoſitionem perſequitur Hier. Epiſt. ad Dardanum.*

7. Accipient autem eam ] *Si de bonis illis ſpiritalibus intelligeret Irenæus, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, ſententiæ ſuæ fautorem aſciſceret Hieronymum, Epi. ad Dardan. & cæteros orthodoxos interpretes.*

8. Quoniam ipſi poſſidebunt terram ] *Huius terræ poſſeſſio, ait Hieronymus, non eſt manſuetorum atque mitium, qui ſæpenumerò etiam à parentibus derelicta perdunt propter manſuetudinem: ſed virorum fortium & violentorum, qui ſunt ad bella promptiſſimi. At terra viuentium repromittitur à Deo, in qua ſanctis viris atque manſuetis eius bona præparantur.* D

PRO-



A *PROPOSITVM CONFIRMAT PROMISSIOnibus ijs, quibus Chriſtus ſe de generatione vitis in regno Patris bibiturum eſſe recepit; ſimul & mercedem centuplam, & prandia promiſit: quod & longè anteà benedictio Iacob præſignarat, vti Papias, & Seniores ſunt interpretati.*

## CAPVT XXXIII.

PRopter hoc autem ad paſſionem veniens, vt Euangelizaret Abrahæ, & ijs qui cum eo, apertionem hæreditatis, cùm gratias egiſſet, tenens calicem, B [1] & bibiſſet ab eo, & dediſſet diſcipulis, dicebat eis: Bibite ex eo omnes. *Matt.26.26.* Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Dico autem vobis à modo non bibam de generatione *Luc.22.18.* vitis huius, vſque in diem illum, [2] quando illum bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei. Vtique hæreditatem terræ ipſe nouabit & reintegrabit myſterium gloriæ *Marc.14.25.* filiorum, quemadmodum Dauid ait: Qui renouauit faciem terræ. *Pſal.103.30.* Promiſit bibere de generatione vitis cum ſuis diſcipulis, vtrumque oſtendens, & hæreditatem terræ, in qua bibitur noua generatio vitis, & carnalem reſurrectionem diſcipulorum eius. Quæ enim noua reſurgit, caro ipſa eſt; quæ & nouum percepit poculum. Neq; autem ſurſum in ſupercæleſti loco conſtitutus cum ſuis, poteſt intelligi bibens vitis generationem: neque rurſus ſine carne ſunt, qui bibunt illud. Carnis enim proprium eſt, & non ſpiritus, qui ex vite accipitur potus. Et propter hoc dicebat Dominus: *Lucæ 14.26.* Cùm facis prandium, vel cœnam, noli vocare diuites, neque amicos, & vicinos, & cognatos, ne & ipſi inuicem vocent te, & fiat retributio ab eis: ſed voca claudos, cæcos, mendicos, & beatus eris, quoniam non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in C reſurrectione iuſtorum. Et iterum ait: *Matt.19.29.* Quicunque dimiſerit agros, aut domos, aut parentes, aut fratres, aut filios propter me, centuplum accipiet in hoc ſæculo, & in futuro vitam æternam hæreditabit. [3] Quæ enim ſunt in hoc ſæculo centupla, & prandia exhibita pauperibus, [4] & cœnæ quæ redduntur? Hæc ſunt in regni temporibus, hoc eſt in ſeptima die, quæ eſt ſanctificata, in qua requieuit Deus ab omnibus *Geneſ.1.31.* operibus quæ fecit, quæ eſt verum iuſtorum ſabbathum, in qua non facient omne *Sabbathũ iuſtorum.* terrenum opus: ſed adiacentem habebunt paratam menſam à Deo, paſcentem eos epulis omnibus. Quemadmodum & Iſaac continet benedictio, qua benedixit filium minorem Iacob. Ecce, dicens, odor filij mei, quaſi odor agri pleni, quem benedixit Deus. *Gene.27.27. & 28.* Ager autẽ mundus eſt, & propterea addidit. Det tibi Deus de rore cæli, & à fertilitate terræ multitudinem tritici, & vini, & ſeruiant tibi Gentes, & adorent te Principes, & eſto Dominus fratris tui, & adorabunt te filij patris tui. Qui maledicet te, maledictus erit, & qui benedicet te, benedictus erit. [5] Hæc ergo, ſi non quis accipiat ad præfinita regni, in grandem contradictionẽ & contrarietatem incidet, quemadmodũ Iudæi [6] in omni aporia conſtituuntur. Non ſolùm enim in hac vita, huic D Iacob non ſeruierunt Gentes, ſed & poſt benedictionem ipſe profectus ſeruiuit auunculo ſuo Laban Syro, annos viginti: *Geneſ.29. & 33.* & non tantùm non eſt factus dominus fratris ſui, ſed & ipſe, Eſau adorauit fratrem ſuum, quando reuerſus eſt à Meſopotamia ad patrem, & munera multa obtulit ei. Multitudinem autem tritici & vini [7] quomodo hæreditauit hic, qui propter famem factam in terra, in qua habitabat, in AEgyptum tranſmigrauit, ſubiectus Pharaoni, qui tunc regnabat in AEgypto? Prædicta itaque benedictio ad tempora regni ſine contradictione pertinet, quando regnabunt iuſti ſurgentes à mortuis: quando & creatura renouata & liberata, multitudinem fructificabit vniuerſæ eſcæ, ex rore cæli, & ex fertilitate terræ: [8] quemadmodum Preſbyteri meminerunt, qui Ioannem diſcipulum Domini viderunt, audiſſe ſe ab eo, quemadmodum de temporibus illis docebat Dominus, & dicebat: Venient dies, in quibus vineæ naſcentur ſingulæ decem millia palmitum habentes, & in vna palmite dena millia brachiorum, & in vno verò palmite, dena millia flagellorum, & in vnoquoq; flagello dena millia botruum, & in vnoquoque botro dena millia acinorum, & vnumquodque acinum expreſſum dabit vigintiquinque metretas vini. Et cùm eorum apprehenderit aliquis ſanctorum botrum, alius clamabit: Botrus ego melior

 ſum,

ſum, me ſume, per me Dominum benedic. Similiter & granum tritici decem millia ſpicarum generaturum, & vnamquamque ſpicam, habituram decem millia granorum, & vnumquodque granum quinque bilibres ſimilæ claræ mundæ: & reliqua autem poma, & ſemina, & herbam ſecundùm congruentiam ijs conſequentem. Et omnia animalia ijs cibis vtentia, quæ à terra accipiuntur, pacifica, & conſentanea inuicem fieri, ſubiecta hominibus cum omni ſubiectione.[9] Hæc autem & Papias Ioannis auditor, Polycarpi autem contubernalis, vetus homo, per Scripturam teſtimonium perhibet, in quarto librorum ſuorum, ſunt enim illi quinque libri conſcripti. A

*Euſebius lib. 3. Hiſt. Latin. cap. 33. Græc. 39. hæc citat.*

Ταῦτα δὲ καὶ Παπίας Ἰωάννου μὲν ἀκουστὴς, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονὼς, ἀρχαῖος ἀνὴρ, ἐγγράφως ἐπιμαρτυρεῖ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν αὐτοῦ βιβλίων. ἔστι γὰρ αὐτῷ πέντε βιβλία συντεταγμένα.

*Interpret. Ioann. Chriſtophorſono.*

Iſta Papias Ioannis auditor, Polycarpi familiaris, vir antiquus, in quarto libro operis ſui teſtata reliquit. Sunt enim quinque ab eo libri confecti.

B

Et adiecit, dicens: Hęc autem credibilia ſunt credentibus. Et Iuda, inquit, proditore non credēte, & interrogante: Quomodo ergo tales geniture à Domino perficientur? dixiſſe Dominum. Videbunt qui venient in illa. Hæc ergo tempora prophetās Iſaias

*Iſa. 11. 6. 7.* ait:[10] Et compaſcetur lupus cum agno, & pardus conquieſcet cum hœdo, & vitulus, & taurus, & leo ſimul paſcētur, & puer puſillus ducet eos, & bos, & vrſus ſimul paſcen-

*Iſa. 11. 8. et 9.* tur, & ſimul infantes eorum erunt: & leo, & bos, manducabunt paleas. Et puer infans in cauernam aſpidum, & in cubile filiorum aſpidum manum mittet, & non malè facient, nec poterunt perdere aliquem in monte ſancto meo. Et iterum recapitulans

*Iſa. 65. 25.* ait. Tunc lupi & agni paſcentur ſimul, & leo quaſi bos veſcetur paleis, ſerpens autem terram quaſi panem: & non nocebunt, neque vexabunt in monte ſancto meo, dicit Dominus. Non ignoro autem, quoniam quidam[11] hæc inter nos] & ex diuerſis Gentibus, & varijs operibus credentes, & cùm crediderint conſentientes iuſtis, tentent transferre. Sed & ſi nunc hoc ſit in quibuſdam hominibus, ex varijs Gentibus in vnā ſententiam fidei venientibus, nihilominus in reſurrectione iuſtorum ſuper ijs animalibus, quemadmodum dictum eſt: Diues enim in omnibus Deus. Et oportet C

*Geneſ. 1. 28. Geneſ. 2. 19. & 20.* conditione reuocata, obedire, & ſubiecta eſſe omnia animalia homini: & ad primam à Deo datam reuerti eſcam: quemadmodum autem inobedientia ſubiecta erāt Adæ fructum terræ. Aliâs autem & non eſt nunc oſtendere leonem paleis veſci. Hoc autē ſignificabat, magnitudinem & pinguedinem fructuum. Si enim leo animal paleis veſcitur; quale ipſum triticum erit, cuius palea ad eſcam congrua erit leonum?

## ANNOTATIONES.

1. Et bibiſſet ab eo] *Diſertè & conſtanter docet Chriſtum prius ex Calice ſanguinis ſui bibiſſe, quàm Apoſtolis ſuis propinaret; quod & Hieronymus poſtea comprobauit, dicens, Dominum* IESVM *eſſe noſtrum cōuiuam & conuiuium, comedentem & qui comeditur. Chryſoſtomus quoq; ſcripſit:* Ne turbarentur Apoſtoli, primùm ipſe ſuum ſanguinem bibit. *Hoc ipſum ſuis argumentis & rationibus confirmant Patres Scholaſtici, in librum quartum ſententiarum.*

*Ad quæſt. 2. Hedibiæ. hom 83. in Matth.*

*Quod autem Abrahæ Chriſtus Euangelizaſſe dicitur, adimpletum eſt, cùm poſteris eius in Iudæa prædicauit. Nam & Zacchæus dicitur filius Abrahæ: & mulier prius annis 18. incuruata, ſed à Chriſto ſanata vocatur filia Abrahæ. Tum quoque idem Chriſtus propriè euangelizauit Abrahæ, cùm deſcendens ſecundùm animam ad inferos, Abrahæ & alijs Patriarchis, reipſa nunciauit humanæ redemptionis myſterium peractum eſſe. Etenim* Spiritibus qui in carcere erant, *inquit B. Petrus,* veniens prædicauit. Nam & mortuis euangelizatum eſt *1. Pet. cap. 3. & 4.*

2. Quando illū bibam] *Hæc Chriſti verba nullo modo fauent, neq; faciunt pro Chiliaſtis; quia loquitur, vel de regno quod à reſurrectione ſua, ſtatim cœpit illuceſcere, in quo cum Apoſtolis bibit, idque corporaliter, vt Petrus profitetur. Actor. 10. ad probandam certam, ſolidam perſpicuamq; corporis ſui reſurrectionem: ita exponunt Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius. Vel de regno Dei, quòd vita futura, beata, & cæleſtis appellatur: in quo vini noui nomine, diuinam illam lætitiam, hilaritatem, iucunditatem, & conſolationem ſempiternam ſignificatam curauit: quemadmodum explicant Auguſt. & Hieron.*

3. Quæ enim ſunt in hoc ſæculo centupla] *Hier. comment. in 19. Matth. præſentem explicationem, nominè Irenæi tacito, ex hoc loco ita inſectatur. Ex occaſione huius ſententiæ, quidam introducunt mille annos poſt reſurrectionem, dicentes tunc nobis centuplum omnium rerum, quas dimiſimus, & vitam æternam reddendam: non intelligentes quòd ſi in cæteris digna ſit repromiſsio, in vxoribus appareat turpitudo, vt qui vnam pro Domino dimiſerit, centum recipiat in futuro. Senſus ergo iſte eſt. Qui carnalia pro Saluatore dimiſerit, ſpiritualia recipiet, quæ comparatione & merito ſui ita erunt, quaſi ſi paruo numero centenarius numerus comparetur. Vnde dicit Apoſtolus, qui vnam tantùm domum, & vnius prouinciæ paruos agros dimiſerat: Quaſi nihil habentes, & omnia poſſidentes. Hieronymo concordes ſunt in hoc Auguſt. lib. 20. de Ciuit. Dei, & de verbis Domini, Chryſoſtom. Theophylact. Euthymium, &c.* D

*2. Cor. 6.*

4. Et cœ-



4. Et cœnæ quæ redduntur] *Verba Chriſti Domini Luc. 14. Retribuetur tibi in reſurrectione iuſtorum, quibus innititur Irenæus, docent nos nihil debere commoueri, ſi in hoc ſæculo ob beneficia in pauperes, nullam remunerationem receperimus: quia largior obtinget in reſurrectione iuſtorū: id eſt, eo die, quo omnes homines à mortuis reſuſcitati, ad Dei tribunal conuocati ſiſtent, quando ad iuſtos conuerſus iudex pronunciabit: Venite in regnum Patris mei, &c. qua in ſententia eſt Cyprianus lib. 3. ad Quirinum cap. 1.* A

*Matt. 25.*

5. Hæc ergo ſi quis non accipiat] *Benedictiones iſtiuſmodi ſacræ preces & publicæ erant, quas & Deus ratas habebat. Exoptat autem hîc Iſaac ſecundùm literam, filio ſuo Iacob, opulentiam ex cælo, terra, frumento & muſto, ad quæ omne diuitiarum genus reducitur. Deinde dominij ſingularis & obſeruantiæ ab alijs exhibendæ prærogatiuam: eaq́ue omnia à Deo omnium bonorum auctore & largitore. Hæc autem Iacob ipſe conſequutus eſt partim dum viueret; ſed multò cumulatiora & optabiliora in Iuda, Ioſeph, Dauide, Salomone, & alijs præclaris filijs ſuis. Spiritualis autem ac ſecretorum Dei refertæ benedictionis bona adipiſcimur in Chriſto, & iuſtis per eum diuina laudatione in vnum quotidie congregandis, vt ſcitè narrat Hieronymus tomo 3. quæſt. 3. ad Damaſum: Auguſt. 16. de ciuit. cap. 37. Proſper Aquitanicus lib. de promiſsionibus cap. 21. Gregorius homil. 6. in Ezechielem: Rupertus & Gloſſa in 27. Geneſ. Nihil igitur hic locus facit pro Chiliaſtis.* B

6. In omni aporia] *Id eſt, defectione, hæſitantia, conſilij magna inopia, vt ſint carituri quò ſe vertant.*

7. Quomodo hæreditauit hic] *Hoc Moſes detegit diſputans quomodo in tanta peregrinatione eidem Iacob nihil vnquam defuerit, cuique viſione ſcalæ etiam iter patuerit ad cælum, & cæleſtia bona; Deum patrem ſuum, Angelos perinde ac fratres, amicos, & comites ſibi præſto eſſe, ac reſponſo cælitus acceperit, terram Chananæorum reſeruari ſuæ poſteritati, quæ more arenarum deinceps amplificaretur, & Meſsias tempore ſuo ex ea mundo tandem naſceretur. Libenter & benignè excipitur à Laban, qui & filias ſuas maxima cum dote illi in matrimonium dedit: atque qui cum baculo & pera pauperculus Iordanem traiecit, cum ingenti ouium grege, camelorum, ſeruorum, filiorum, ac omnium bonorum copia diffluens, & ditiſsimus factus, inde reuerſus eſt.* C

8. Quemadmodum Presbyteri] *Hinc apparet opinionem de regno temporali per mille annos, Irenæum nec primò excogitaſſe, nec vt ſibi propriam obſtinatè tutatum: ſed maculam quandam, & quaſi næuum, à quibuſdam Patribus contraxiſſe. Coniecturam fecerim Papiam, aut alios quoſdam inglorios, Irenæo familiares, ſubaudiri.* D

*Quinetiam hunc errorem dimanaſſe à quadam vetuſta, praua tamen, Iudæorum præcedente traditione, quis haudquaquam vanè (forſan) ſuſpicaretur; qua repromiſſam regi Meſsiæ felicitatem & gloriam omnem, terrenam, temporalemq; futuram ſibi pollicebantur: & non à Papia primùm exortum, ſub vltimis temporibus Traiani Imp. vt eſt Baronij ſententia. Cōſtat enim ex Euangelio, matrem filiorū Zebedæi cum filijs, longè prius hoc eodem errore detentam fuiſſe, cùm à Chriſto petiuit, vt vnus illorum ſederet ad dexteram, alius ad ſiniſtram eius, cùm veniſſet in regnum ſuum. Inſuper, Apoſtolos de huiuſmodi regno cogitaſſe, quando petierunt ab eo, ſi in ipſo tempore reſurrectionis ſuæ reſtitueret regnum Iſraeli. Nec verum eſſet dicere, de fidelium ac Chriſtianorum temporibus iſtud intelligendum: quādoquidem omninò conſtet duos ſuperiores diſcipulos vnà cum matre fideles iam fuiſſe, & Apoſtolos in die Aſcenſionis Dominicæ Chriſtianiſsimos & fideliſsimos.*

*Matth. 20.*

*Act. 1.*

9. Hæc autem & Papias] *Nicephorus Calixtus lib. 3. hiſtor. cap. 20. & longè eum antecedens Euſebius, lib. 3. cap. 33. huius Irenæi & Papiæ loci commeminerunt: vnde in aliquo numero & pretio eſt veteris noſtri codicis fides. Verba ſunt Euſebij ex interprete:* Papiæ libros numero quinque eſſe aiunt, qui, Expoſitio ſermonum inſcribitur: Quorum tanquam ab eo ſolùm ſcriptorum Irenæus ſic mentionem facit. *Græca, noua tralatione facta inferi curauimus. Et quia illa quæ ibidem ſubijcit Euſebius; ad hunc totum Irenæi locum maximè faciunt, ea apponi vtile fuerit. Multis enim interpoſitis, de Papia ſic ſcribit:* Regnum Chriſti poſt vniuerſæ carnis à mortuis reſurrectionem, aſſerit, mille annos humano & corporeo more in terra hac continuatum, & ſtabilitum fore. Quæ quidem dogmata credo eum propterea excepiſſe, quod Apoſtolicas interpretationes, quæ ab illis eſſent arcanis figuris, & parabolis ſub obſcuris expoſitę, malè intellexiſſet. Nam homo erat (ſicut ex eius ſcriptis facilè licet coniecturam capere) ingenij pertenuis. *Poſtea de Irenæo ſubiungit idem Euſebius.* Cæterùm, pleriſq; Eccleſiaſticis viris, qui hominis antiquitatem pro ſuarum partium defenſione citabāt, perſimilis erroris auctor extitit: vt Irenæo, & ſi quiſquam alius eadem cum illo ſentire videatur. *Hæc Euſebius, quæ nobis ſanè longiores annotationes hîc præcidunt.*

10. Et compaſcetur lupus] *Hieronymus Commentar. in 11. Iſaiæ, reprehendit Iudæos, & Chriſtianos Iudaizantes (ita enim frequenter vocat Millenarios) quòd iuxta literam, iſta futura contendant, vt omnes beſtiæ redigantur in manſuetudinem, & priſtina feritate depoſita, lupus & agnus paſcantur ſimul: additq; eos grauiſsimo ſomno ſtertere; atque parum diſtare à fabulis Poëtarum, qui aureum quoddam Saturni ſæculum ſunt cōmentati. Subijcit autem quomodo ſecundùm viuificantem ſpiritum, myſtico & ſpiritali ſenſu intelligenda ſint. Locum conſulat qui velit.*

11. Hæc inter nos] *Coniectura ducti ita legendum præbemus: vetus noſter codex habet,* hæc inferos.

## *SENTENTIAM SVAM DE TEMPORALI & terreno Sanctorum regno à reſurrectione, claudit varijs Iſaiæ, Ezechielis, Hieremiæ, & Danielis teſtimonijs, atque parabola vigilantium ſeruorum, quibus ſe miniſtraturum Dominus pollicetur.* A

### CAPVT XXXIV.

IPSE autem Iſaias manifeſtè annunciauit tale gaudium in reſurrectio-
*Iſaiæ 26.19.* ne iuſtorum futurum ſic, dicens:[1] Reſurgent mortui, & ſurgent qui in
monumentis ſunt, & lætabuntur qui ſunt in terra. Ros enim qui à te, B
*Ezech.37.12.* ſanitas eſt eis. Hoc idem & Ezechiel ait. Ecce, ego aperiam monumen-
ta veſtra, & educam vos de monumentis veſtris, & educam vos de ſe-
pulchris populum meum, & dabo Spiritum in vobis, & viuetis, & ponam vos ſuper
terram veſtram, & cognoſcetis quoniam ego ſum Dominus. Et iterum idem ſic ait.
*Ezech. 20.41* Hæc dicit Dominus: Colligam Iſraël ab omnibus gentibus, vbi diſperſi ſunt illic, &
*Ezech.28.25. & 26.* ſanctificabor in eis in conſpectu filiorum gẽtium: & habitabunt ſuper terram ſuam
quam dedi ſeruo meo Iacob, & inhabitabunt ſuper eam in ſpe, & ædificabunt do-
mos, & plantabunt vineas, & inhabitabunt in ſpe, quando faciam iudicium in om-
nibus, qui inhonorauerunt eos, in ijs qui in circuitu ſunt eorum, & cognoſcent
*Eccleſia ſemen eſt Abrahæ.* quoniam ego ſum Dominus & Deus Patrum ipſorum. Oſtendimus autem paulò
ante, quoniam Eccleſia eſt ſemen Abrahæ; & propter hoc, vt ſciamus quoniam in
nouo Teſtamento à Veteri, qui ex omnibus Gentibus colliget eos qui ſaluabuntur,
*Matth.3.9.* *Iere.16.15.* ex lapidibus ſuſcitans filios Abrahæ, Ieremias ait: Ecce dies veniunt dicit Dominus,
*Ierem.23.8.* & non dicent adhuc: Viuit Dominus qui eduxit filios Iſraël ab Aquilone, & ab om- C
ni regione quo expulſi fuerant, reſtituet illos in terram ipſorum quam dedit patri-
bus ipſorum. Quoniam creatura omnis ſecundùm voluntatem ad incrementum &
*Iſa.30.25. & 26.* augmentum erit, vt tales afferat & nutriat fructus, Iſaias ait:[2] Et erit ſuper omnem
montem altum, & ſuper omnem collem editum aqua pertranſiens in die illa, quan-
do perient multi, quando concident muri, & erit lumen Lunæ, quaſi lumen Solis
ſeptuplum diei, quando ſanabit contritionem populi ſui, & dolorem plagæ ſuæ ſa-
nabit. Dolor autem plagæ eſt per quem percuſſus eſt homo initio in Adam, inobe-
diens, hoc eſt, mors, quam ſanabit Deus reſuſcitans nos à mortuis, & reſtituens in
*Iſaiæ 58.14.* patrum hæreditatem: quemadmodum iterum Iſaias ait: Et eris fidens in Domino,
& faciet te ingredi ſupra omnem terram,[3] & cibabit te hæreditate Iacob patris tui.
Hoc eſt quod & à Domino dictum eſt: Beati ſerui illi, quos veniens Dominus inue-
*Lucæ 12.37. & 38.* niet vigilantes. Amen dico vobis quoniam præcingetur, & recumbere eos faciet, &
tranſiens miniſtrabit eis. Et ſi venerit veſpertina vigilia, & inuenerit ſic, beati
ſunt, quoniam recumbere eos faciet & miniſtrabit eis, licet ſecunda, & licet tertia,
*Apoc. 20.6.* beati ſunt. Hoc autem idem & Ioannes in Apocalypſi ait: Beatus & ſanctus, qui ha-
bet partem[4] in reſurrectione prima. Et tempus autem annunciauit Iſaias in quo D
*Iſaiæ 6.11.* hæc erunt. Et dixi, inquit: Vſquequo Domine? Quoadusque deſolentur ciuitates ad
non inhabitandum, & domus vt non ſint homines, & terra derelinquetur deſerta.
Et poſt hæc: longè nos facies Deus homines, & qui remanſerint multiplicabun-
*Dan 7.27.* tur ſuper terram. Sed & Daniel hoc ipſum ait: Et regnum & poteſtas & magnitu-
do eorum, quæ ſub cœlo ſunt, datum eſt ſanctis altiſſimi Dei, & regnum eius ſempi-
ternum, & omnes principatus ſeruient ei & obedient. Et ne ad hoc tempus putetur
*Dan.12.13.* dicta repromiſſio, dictum eſt prophetæ: Et tu veni, & ſta in ſorte tua in conſumma-
tione dierum.

Quoniam autem repromiſſiones non ſolùm prophetis & patribus; ſed Eccleſijs ex
Gentibus coadunatis annunciabantur, quas & inſulas nuncupat Spiritus, & quod
in medio turbulæ ſint conſtitutæ, & tempeſtatem blaſphemiarum ſufferant, & ſalu-
taris portus periclitantibus exiſtant, & refugium ſunt eorum, qui altitudinem amẽt:
*Ierem.31.10. & 11.* & Bythum, id eſt, profundum erroris conantur effugere, Ieremias ita ait:[5] Audite ver-
bum Domini Gentes, & annunciate inſulis quæ longè ſunt, dicite, quia ventilabit
Deus Iſraël, cõgregabit eum, & cuſtodiet eum, ſicut paſcens gregem ouium ſuarum,
quoniam



A quoniam redemit Dominus Iacob, & eripuit eum de manu fortioris eius, & venient,
& lætabuntur in monte Sion, & venient ad bona, & in terram tritici, & vini, & fru-
ctuum, & animalium, & ouium, & erit anima eorum, ſicut lignum fructiferum, &
non eſurient adhuc. Et tunc gaudebunt virgines in congregatione iuuenum, & ſe-
niores gaudebunt, & conuertam luctum eorum in gaudium, & faciam eos in exulta-
tione, & magnificabo, & inebriabo animam Sacerdotum filiorum Leui, & populus
meus bonis meis adimplebitur.[6] Oſtendimus autem in ſuperiori libro quoniam
Leuitæ, & Sacerdotes ſunt diſcipuli omnes Domini: qui & ſabbathum in templo
profanabant, & ſine culpa ſunt. Tales itaque promiſſiones manifeſtiſſimè in regno
iuſtorum iſtius creaturæ[7] epulationem ſignificant, quam Deus repromittit mini-
ſtraturum ſe. Adhuc de Hieruſalẽ, & de regnante in ea, Iſaias ait: Hæc dicit Dominus: *Iſaiæ 31. & 32.v.9. & 1.*
[8] Beatus qui habet in Sion ſemen, & domeſticos in Hieruſalem. Ecce rex iuſtus regna-
bit, & principes cum iudicio principabunt. Et de præparatione, in qua reædificabi-
tur ait:[9] Ecce ego præparabo tibi carbunculum lapidem, & fundamenta tua ſaphi- *Iſaiæ 54.12. & 13.*
B rum, & ponam propugnacula tua iaſphin, & portas tuas lapidem cryſtallum, & cir-
cum vallum tuum lapides electos, & omnes filios tuos docibiles Dei, & in multa pa-
ce filios tuos, & in iuſtitia ædificaberis. Et iterùm idem ipſe ait:[10] Ecce ego facio Hie- *Iſaiæ 65. v. 18.19.20.*
ruſalem exultationem & plebem meam, etiam non audietur in ea vox fletus, neque
vox clamoris, etiam non fiet ibi immaturus, & ſenior qui nõ impleat tempus ſuum.
[11] Erit enim iuuenis annorum centum: moriens autẽ peccator centum annorum, &
maledictus erit. Et ædificabunt domus, & ipſi inhabitabunt, & plantabunt vineas, &
ipſi manducabunt fructus earum & vinum bibent; & non ipſi ædificabunt, & alij in-
habitabunt: neque ipſi paſtinabunt, & alij comedent: ſecundùm enim dies ligni vi-
tæ, erunt dies plebis in te. Opera enim laborum tuorum veteraſcent.

### ANNOTATIONES.

1. Reſurgent mortui] *Verba ſunt Iſaiæ, quæ ſecundùm editionem LXX. ſupra quoque integrà laudauit lib.5.cap.15. hîc ex memoria recitare videtur.*

C 2. Et erit ſuper omnem montem] *Hîc quoque Hieronymus in commentarijs redarguit Iudaicam, carnalem, & literalem interpretationem, ſimulqúe eos qui recipiunt mille annorum fabulam, & terrenum Saluatoris imperium errore Iudaico commentum & fictum, non intelligentes Apocalypſim Ioannis in ſuperficie literæ, medullata Eccleſiæ ſacramenta ſubtexere.*

3. Et cibabit te] *Hieronymus in commentar. rurſus improbat eos, qui hinc mille annorum fabulam ſibi finxerunt: in qua rurſum nuptiæ, & cibi, & terrenæ vitæ congreſſus eſt: quandoquidem, Chriſto auctore, filij reſurrectionis non nubent neque nubentur: ſed Angelorum ſimiles erunt.*

4. In reſurrectione prima] *Verba iſta Apocalypſeos, ſua obſcuritate Irenæo & alijs multis magniſq; viris, magnam errandi feneſtram patefecerunt. Rati enim ſunt duas fore carnis reſurrectiones, primam* D *bonorum, ſecundam malorum poſt mille annos: Chriſtum autem à prima ad ſecundam vſq;, manſurũ in terris, ibiq; cum ſanctis & electis regnaturum, incredibili omnium bonorum terreſtrium fœlicitate. Verùm, obſeruandum reſurrectionem, quæ hîc prima vocatur à Ioanne, nõ propriè ad corpora, ſed ad animas pertinere: quæ tum reſuſcitari dicuntur, cùm tranſeunt à peccati morte, ad vitam gratiæ; & à vita gratiæ, ad vitam illius gloriæ, qua corporibus nondum adſumptis, interim in cælo ad diem iudicij vſque potiuntur, & cum Chriſto regnant. Hoc autem tempus mille annorum numero, qui frequenter in ſacris literis pro indefinita numeri multitudine vſurpatur, ſignificatum & præſcriptum eſt. Reſurrectio ſecunda generalis illa bonorum & malorum è tumulis excitatio dicitur, in qua piorum anima cum corporibus, geminato ſuæ beatitatis gaudio in æternum perfruentur: atque ita declaratur locus ab Auguſtino ſeu Ticonio, homil.17. in Apocalypſin; Ambroſio; Primaſio; Andrea, & Aretha Cappadocibus; Ausberto; Ruperto; Lirano commentarijs in vigeſimum caput Apocalypſeos. Ergo pro Millenariorum ſententia nihil facit.*

5. Audite verbum Domini] *Hieronymus in 31. Hieremiæ, illos omnino delirare indicat, qui ob hæc, auream & gemmatam ſuſpirant Ieruſalem, ſuam auaritiam in myſterio verbis Domini conſecrantes: ſiquidem hîc promiſſa bona, non in frugibus & cibis mundanæ carnis, ſed in varietate virtutum percipiantur & ſentiantur.*

6. Oſtendimus autem in ſuperiori libro] *Libro quarto capite 20. ſcribit Apoſtolos & omnes diſcipulos Domini, qui Deo & altari ſeruiunt, ſacerdotes eſſe: & cap.32.33.34. munus eorum tradit eſſe Euchariſtiam, id eſt, corpus & ſanguinem Chriſti, Deo Patri offerre: indeq; præter alia multa, colligitur, hæc fragmenta ab Irenæo abſciſſa & detruncata quondam fuiſſe.*

7. Epulationem ſignificant] *Ita aliorum iudicio reſeruato, legendum proponimus: codex vetus habet* epulatione ſignificant.

8. Beatus qui habet in Sion ſemen] *Septuaginta interpretum verba ſequitur, nam veritas Hebraica, & vulgata Latina editio, ſecus legũt, quod & Hieronymus illic notat: vultqúe hunc ſermonem diuinum, Iudæos fugientes in AEgyptũ reuocare in Ieruſalem, ibiqúe filios procreare, quibus tanta ſecuritas & felicitas promittitur, vt Domini defendantur & regantur auxilio.*

9. Ecce ego tibi præparabo carbunculum] *Hieronym. Commentar. in hunc locum oſtendit, Septuaginta lectionem nonnihil ab Hebraica variantem, quam tamen Irenæus paſſim ſequitur, atque de natura & proprietatibus horum lapidum anxiè inquirentes,*
ablegat

*ablegat ad Epiphanij volumen, inſcriptum περὶ λίθων: & ad 37. naturalis hiſtoriæ Plinij. Acriter etiã inuehitur in Iudæos, & ſemi-Iudæos (ita vocat Chiliaſtas) qui occidentis literæ amatores, pro mille annis, lautos & exquiſitos cibos gulæ prouident, & poſt ſecundũ Saluatoris aduentum ſperant nuptias, & paruulos centum annorum, & Circuncifionis iniuriam, & victimarum ſanguinem, &c. cùm vrbem Spiritus ſancti donis conſtructam, & virtutum, meritorum, præmiorúmq; ſplendoribus lucentem, in cælis quærere debuiſſent.*

10. Ecce, ego facio Hieruſalem.] *Rurſus Iudæos, & regni terreni mille annorum approbatores vellicat Hieronymus, vultq; de cæleſti Ieruſalem, quæ ſurſũ eſt, & varijs manſionibus pro variorum laborum compenſatione, apud Patrem Diuinum repoſita hæc intelligi.*

11. Erit ibi iuuenis annorum centum] *Hieron. proœmio comment. in 18. cap. Iſaiæ, hunc Irenæi locum ſubindicans, eum refert Dionyſium Alexandrinæ* A *Eccleſiæ Pontificem, virum eloquentiſſimum eleganti libro impugnaſſe, inſuper mille annorum fabulam irriſiſſe, & auream atque gemmatam in terris Ieruſalem, inſtaurationem templi, hoſtiarum ſanguinem, otium ſabbathi, circuncifionis iniuriam, nuptias, partus, liberorum educationem, epularum delitias, cunctarum Gentium ſeruitutem, rurſuſque bella, exercitus ac triumphos, & ſuperatorum neces, mortemque centenarij peccatoris. Subijcit idem Hiero. Apollinarium duobus voluminibus Dionyſio reſpondiſſe pro Irenæo, eiuſque opinione, atque cum vtroque in hac parte, plurimam catholicorum multitudinem ſenſiſſe. Auguſtinus lib. 20. de Ciuit. Dei, ca. 7. eandem opinionem dicit vtcunque tolerabilem eſſe, ſi delitiæ aliquæ ſpiritales, in illo ſabbatho mille annorum per Domini præſentiam affuturæ credantur: ſeq; hoc aliquando opinatum.* B

## *CONTENDIT SVPERIORA TESTIMONIA non poſſe per Allegoriam de bonis tantùm cæleſtibus intelligi, ſed implenda eſſe poſt aduentum Antichriſti, & reſurrectionem in terrena Jeruſalem; prioribuſque propheṫijs, ex Iſaia, Hieremia, & Ioannis Apocalypſi alias ſubiungit.*

### CAPVT XXXV.

C
SI autem quidã tentauerint allegorizare hæc quæ eiuſmodi ſunt, neq; in
omnibus poterũt conſonãtes ſibimetipſis inueniri, & cõuincentur ab
ipſis dictionibus differentibus, quoniam cùm deſolatę fuerint ciuitates
Gentium, & quod non inhabitentur, & domus, eò quòd non ſint ho-
Iſaiæ 13.9. mines, & derelinquetur terra deſerta. Ecce enim Iſaias ait:[1] Dies Domi-
ni inſanabilis venit, furore & ira plenus, ponere vrbẽ terrę deſertã, & peccatores per-
Iſaiæ 26.10. dere ex ea. Et iterum ait. Tollatur vt non videat gloriam Domini, & cùm hæc facta
fuerint, elongabit, inquit, Deus homines, & derelicti multiplicabuntur in terra.[2] Et
Iſaiæ 65.21. ædificabunt domus, & ipſi inhabitabunt; & paſtinabunt vineas, & ipſi manducabũt.
Hæc enim alia vniuerſa in reſurrectione iuſtorum ſine controuerſia dicta ſunt, quæ
fit poſt aduentum Antichriſti, & perditionem omnium Gentium ſub eo exiſtentiũ,
in qua regnabunt iuſti in terra, creſcentes ex viſione Domini, & per ipſum aſſueſ-
cent capere gloriam Dei Patris, & cum ſanctis Angelis conuerſationem, & com-
munionem, & vnitatem ſpiritalium in regno capient.[3] Et illos quos Dominus in
carne inueniet expectantes eum de cælis, & perpeſſos tribulationẽ, qui & effugerint D
Iſaiæ 66. iniqui manus. Ipſi autem ſunt, de quibus ait Propheta: Et derelicti multiplicabuntur
in terra. Et quotquot ex credentibus ad hoc præparauit Deus, ad derelictos multipli-
candos in terra, & ſub regno Sanctorum fieri, & miniſtrare huic Hieruſalem, & reg-
Baruc. 4. et 5 num in ea ſignificauit[4] Ieremias Propheta: Circunſpice, dicens, ad Orientem Hieru-
ſalem, & vide lætitiam quæ aduentat tibi ab ipſo Deo. Ecce venient filij tui quos emi
ſiſti, venient collecti ab Oriente vſque ad Occidentem; verbo illius ſancti gaudentes
ea quæ à Deo tuo eſt claritate. Exuere Hieruſalem habitum luctus, & afflictionis tuæ,
& induere decorem eius, quæ à Deo tuo eſt claritatis in æternum, circundare amictũ
duplicem eius quæ à Deo tuo eſt iuſtitiæ, impone mitram ſuper caput tuũ gloriæ ęter
næ. Deus enim demonſtrabit ei, quæ ſub cælo eſt vniuerſæ, tuum fulgorẽ,[5] vocabitur
namq; nomen tuũ ab ipſo Deo in æternũ, pax iuſtitiæ & gloriæ colẽti Deo. Surge Hie
ruſalem, & ſta in excelſo, & circũſpice ad Orientẽ, & vide collectos filios tuos à Solis
ortu vſq; ad Occidentẽ, verbo illi⁹ ſancti gaudẽtes ipsã Dei recredationẽ, profecti sũt
enim à te pedites, dũ adducerentur ab inimicis. Introducet illos Deus ad te portat⁹ cũ
gloria tanquã thronus regni.[6] Decreuit .n. Deus vt humilietur omnis mõs excels⁹, &
conge-



A congeries æternæ, & vt valles impleantur, ad redigendam planiciem terræ, vt ambu-
let Iſraël tutè Dei gloria. Vmbracula autem intexuerunt ſyluæ, & omne lignum boni
odoris ipſi Iſraël pręcepto Dei. Pręibit enim Deus cum lętitia, lumine claritatis ſuę,
cum miſericordia & iuſtitia, quę ab ipſo eſt. Hęc autem talia vniuerſa non in ſuper-
cæleſtibus poſſunt intelligi. Deus enim ait, Demonſtrabit ei quę ſub cęlo eſt vniuer-
ſę, tuum fulgorem. Sed in regni temporibus reuocata terra à Chriſto, & reędificata
Hieruſalem, ſecundùm characterem quę ſurſum eſt Hieruſalem, de qua ait prophe- Gal. 4.26.
ta Iſaias. Ecce in manibus meis depinxi muros tuos, & in conſpectu meo es ſemper. Iſaiæ 49.16.
Et Apoſtolus autẽ ſcribens ad Galat. ſimiliter ait: Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſa- Gal. 4.26.
lem libera eſt, quæ eſt mater omnium noſtrûm. Non ex cogitatione erratici Aeonis,
dicens hoc, neq; de virtute aliqua, quæ abſceſſit pleromate & prunico, ſed de Hieru-
ſalem quæ in manibus deſcripta eſt, & ipſam deſcendentem in Apocalypſi vidit Io-
annes ſuper terram, nouam. Poſt enim regni tempora vidi, inquit, thronum album Apoc. 21.2.
magnũ, & ſedentẽ in eo, cuius à facie fugit terra & cęlum, & locus non eſt eis. Et illa
q̃ ſunt generalis reſurrectionis & iudicij exponit vidiſſe, dicens: mortuos magnos &
B minores. Dedit inquit, mare mortuos, quos in ſe habuit, & mors & inferi dederunt Apoc. 20.2. Ibidem 12.
mortuos, quos apud ſe habuerunt: & libri adaperti ſunt, ſed & vitæ ait, apertus eſt li- 13. & 14.
ber, & iudicati ſunt mortui, ex ijs quæ ſcripta erant in libris, ſecundùm opera ſua, &
mors, & inferi miſſi ſunt in ſtagnum ignis, ſecundam mortem.[7] Hoc autem eſt quod
vocatur Gehenna, quod Dominus dixit ignem æternum. Et ſi quis, inquit, non eſt in- Mat. 25.46.
uentus in libro vitę ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis. Et poſt hęc ait:[8] Vidi cęlum Apo. 21. & 2.
nouum, & terram nouam. Primum enim cęlum & terra abierunt, etiam mare non
eſt. Ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam vidi deſcendentem de cælo, præparatam
vt ſponſam ornatam viro ſuo: & audiui, inquit, vocem magnã de throno dicentem:
Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipſi populus eius Ibid. 3. & 4.
erunt, & ipſe Deus cum eis, erit eorum Deus. Et delebit omnem lacrymam ab ocu-
lis eorum, & mors non erit amplius, non luctus, nõ clamor, neq; dolor vlterius erit, Iſa. 65.17.
quia prima abierunt. Et Iſaias hoc ipſum ait: Erit enim cælum nouum & terra noua, Iſa. 66.21.
& non erunt memores priorum, neq; obueniet eis in cor: ſed lętitiam & exultationẽ
inuenient in ea. Hoc autem eſt quod ab Apoſtolo dictum eſt: Præterit enim habitus 1. Cor. 7.31.
C huius mundi. Similiter autem & Dominus ait: Terra & cęlum tranſiet. His itaq; prę- Mat. 24.35.
tereuntibus ſuper terram, nouam ſuperiorem Hieruſalem ait Domini diſcipulus
Ioannes deſcendere, quemadmodum ſponſam ornatam viro ſuo, & hoc eſſe taber-
naculum Dei, in quo inhabitabit Deus cum hominibus. Huius Hieruſalem imago
illa, quæ in priori terra Hieruſalem, in qua iuſti pręmeditantur incorruptelam, & pa-
rantur in ſalutem. Et huius tabernaculi typum accepit Moyſes in monte, & nihil Exod. 25. & 26.
allegorizari poteſt, ſed omnia firma, & vera, & ſubſtantiam habentia, ad fruitionem
hominum iuſtorum à Deo facta. Quomodo enim verè Deus eſt, qui reſuſcitat homi-
nem, ſic & verè reſurgit homo à mortuis, & non allegoricè, quemadmodũ per tanta
oſtendimus. Et ſicut verè ſurgit, ſic & verè pręmeditabitur incorruptelam, & augebi-
tur, & vigebit in regni temporibus, vt fiat capax gloriæ Patris. Deinde omnibus
renouatis verè in ciuitate habitabit Dei. Dixit enim, inquit, ſedens ſuper thronum:
Ecce noua facio omnia. Et dicit Dominus: Omnia ſcribe, quomodo ij ſermones fide- Apoc. 21. 4. & 5.
les, & veri ſunt. Et dixit mihi, Facta ſunt, & ſecundùm rationem.

D

### ANNOTATIONES.

1. Dies Domini inſanabilis] *Septuaginta tranſlationem ſequitur. Porrò me fugit quî faciat locus iſte pro millenarijs. Siquidem iuxta literæ ſenſum, quem tantopere hîc examinat Irenæus, deuaſtationem Babylonis eius, quam Semiramis condiderat, alij deinceps Chaldæorum & Aſſyriorum potentiſſimi imperatores munierant; huius inquam, excidium per exercitus Perſarum & Medorum Impp. Cyro & Dario, miſerabile, iuſtum tamen, vnà cum alijs Prophetis, Iſaias hoc oraculo tanquam tuba præcinebat.*

In 65. Iſaiæ. Pſal. 68. 2. Et ædificabunt domus] *Hier. hunc locum explanat de ijs domibus, quas ſermo Propheticus pollicetur, dicens,* Deus ſaluum faciet Sion, & ædificabuntur ciuitates Iudæ: *non carnaliter cum Iudæis ſibi perſuadentibus Ieruſalem, vrbeſque Iudeæ in priſtinũ ſtatum reſtituendas eſſe: quod ſi eis dederimus, (ſubiungit) audiant non ſolùm hoc Ieruſalem, ſed & Sodomæ repromitti, dicente Ezechiele: Reſtituetur Sodoma in antiquum.*

3. Et illos quos Dominus in carne inueniet] *Pace & reuerentia tanti Martyris dixerim, non remanebunt in terra iuſti, quos Domini aduentus viuentes deprehendet, ſed rapientur in nubibus, obuiam Chriſto in aëra procedentes, ſicut ſcripſit Apoſtol. & ſic cum Domino ſemper erunt.*

4. Ieremias Propheta] *Quæ hîc laudantur nomine Ieremiæ, extant Baruch quarto & quinto capite, ex quibus manifeſtum eſt priſcos illos Patres Baruch prophetæ librum, ſub appellatione aliquando Ieremiæ, cuius auditor & ſcriba fuerat, inter canonicas ſcripturas ad-*

*ras adnumeraſſe. Quia verò poſteriores Gnoſticos hoſtes hac in re, vt compluribus alijs infenſiſſimos, & veritatis oppugnatores acerrimos noſtra ætas tulit, & nos nacti ſumus: iccirco Patrum orthodoxorum Græcæ & Latinæ Eccleſiæ copias inſtructiſſimas eis confidenter opponamus: atq; inprimis Auguſtinum, quem vnicè ſe ſuſpicere, & ſequi videri volunt. Is libro 18. de Ciuitate cap. 33. de aduentu Chriſti, & Gentium vocatione diſſerens Baruch teſtimonij loco vtitur, licet illud Ieremiæ ab alijs attributum recognoſcat. Idem rurſus libro quæſtionum veteris & noui Teſtamenti, quæſt. 102. Caſſiodorus in Pſal. 81. Ruffinus expoſitione in Symbolum: Ambroſius lib. 1. de pœnitentia cap. 82: lib. 3. Hexæmeron cap. 14. & lib. 1. de fide cap. 2: Cyprianus lib. 1. contra Iudæos cap. 6. & vt Latinis Græcos iungamus, Heſychius Ieroſolymitanus Homilia 1. de ſancta Maria Deipara: Cyrillus Alexandrinus lib. 3. comm. in Geneſim: Libro de recta fide ad Theodoſium: & Proœmio in Euangel. Ioannis: Sexta ſynodus ſeſſione octaua: Chryſoſtomus homilia de Trinitate, & lib. aduerſus gentes, Quod Chriſtus ſit Deus: Baſilius lib. 4. contra Eunomium: Clemens Alexandrinus lib. Pædagogi cap. 10. multa ſub Ieremiæ Prophetæ nomine ex libro Baruch transferunt, & ſuis inſerunt. Athanaſius Oratione 2. & 3. contra Arianos, libro Quod Nicæna ſynodus, &c. Epiſtola ad Serapionem contra eos qui dicunt Spiritum ſanctum creaturã eſſe, ſemel atque iterum, item Quæſt. 36. ad Antiochum, teſtimonijs ex illo etiam proprio nomine decerptis, tanquam ab authore canonico, fidenter decertat; & noſtra, id eſt, catholica aſſeuerat. Idem rurſum libro de ſalutari aduentu Chriſti aduerſus Apollinarium; Epiphanius contra hæreſim 50: Chryſoſtomus in Pſalm. 46. & homilia 26. ad Romanos verba illius nomine Prophetæ commodè citant. Theodoretus commentarijs librum eius integrum exponens, inter ſacros prophetas ipſum agnoſcit. His alios connectas, legendo licet: ſimul valere iubeas veneficos iſtos imperitæ & temerariæ plebeculæ præſtigiatores.*

*Cæterùm, huic Millenariorũ interpretationi, Theodoreti & Orthodoxorum iuxta literam explicatio eſt opponenda: qui Iudæorum captiuorum reditum hîc vaticinatum volunt. Illos enim Deus dedit in miſericordias in conſpectu omnium qui ceperant eos, vt ẽst in Pſalmis, quando contriuit portas æreas, vectes ferreos confregit, vincula eorum diſrupit, eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, de regionibus congregauit à ſolis ortu & occaſu, ab Aquilone & mari. Redeuntibus autem illis qui erant in Babylone, tanquam pace genti præſtita, ait Theodoretus, reuerſi etiam ſunt illi, qui aufugerant tempore belli, & perrexerant ad partes auſtrales & occidentales, ideoq; meminit etiam redeuntium ab occidente.*

5. Vocabitur namque nomen tuum ] *Theodoretus: Vocabitur enim à Deo nomen tuum in ſæculum, Pax iuſtitiæ, & Gloria pietatis. Hæc autem omnia nunc habet Eccleſia: propterea concurrunt ad eam cuncti. Saluatoris enim paſſio reddidit illam ſplendidam & illuſtrem.*

6. Decreuit enim Deus. ] *Theodoretus: Diſſoluit Dominus Babylonios qui videbantur eſſe ſimiles montibus excelſis: eos autem qui ſub iugo illorum tenebantur, & humilibus vallibus ſimiles erant, ſurſum oculos erigere fecit. Syluas deinde figuratè vocat gentes interiacentes, quæ non ferebant Deo fructum pietatis, Iſraêlem tamen redeuntem, cum omni obſequio honorificè proſequuti ſunt. Cùm hæc igitur in terrena Ieruſalem etiam ſecundũ ſenſum literæ adimpleta fuerint, non eſt quod à reſurrectione & iudicio adimplenda fingamus.*

7. Hoc autem eſt quod vocatur Gehenna ] *De huius vocis etymo & ſignificatione ſatis loquitur Hieronymus Cõmentarijs in 7. Ieremiæ, & quæſt. Hebr. in Paralypomenon.*

8. Vidi cælum nouum. ] *Primaſius docet figuram huius mundi tunc perituram ignium mundanorum conflagratione, ſicut factum eſt aquarum inundatione diluuium, vt cælo & terra in melius commutatis, vt incorruptione & immortalitate ſanctorum corpora congrua vtriuſque mutatione qualitatis conueniat.*

## *HOMINES VERE SVSCITABVNTVR, munduſq; non penitus exterminabitur: erunt autem variæ Sanctorum manſiones pro cuiuſque dignitate, & omnia ſubijcientur Deo Patri, ſicque erit omnia in omnibus.*

### CAPVT XXXVI.

CVM ſint enim veri homines, veram eſſe oportet & plantationem ipſorum: ſed non excedere in ea, quæ non ſunt; ſed in ijs quæ ſunt proficere.
1.Cor.7.31. [1] Non enim ſubſtantia, neque materia conditionis exterminatur (verus enim & firmus qui conſtituit illam:) ſed figura tranſit mundi huius, hoc eſt, in quibus tranſgreſſio facta eſt: quoniam veteratus eſt homo in ipſis, & propter hoc figura hæc temporalis facta eſt, præſciente omnia Deo, quemadmodum oſtendimus in eo libro, qui ante hunc eſt, (Lib.4.c.6.7.8.& 9.) & cauſam temporalium mundi fabricationis ſecundùm quod potuit, oſtendimus. Prætereunte autem figura hac, & renouato homine, & vigente ad incorruptelam, vt non poſſit iam veteraſcere: erit cælum nouum & terra noua, in quibus nouus perſeuerabit homo, ſemper noua confabulans Deo. Et quoniam hæc ſemper perſeuerabunt [2] ſine fine, Iſaias ait ſic: Quemadmodum enim cælum nouum, & terra noua, quæ ego facio perſeuerant in conſpectu meo, (dicit Dominus) ſic ſtabit ſemen veſtrum & nomen veſtrum. (Iſa.66.22.) [3] Et quemadmodum Presbyteri dicunt, tunc qui digni fuerint cælorum conuerſatione, illuc tranſibunt, id



bunt, id eſt in cælos: alij tutè Paradiſi delitijs vtentur: alij autem ſpecioſitatem ciuitatis poſſidebunt, vbique autem Deus videbitur: & quemadmodum digni erunt videntes eum. Eſſe autem diſtantiam hanc habitationis eorum, [4] qui centum fructificauerunt, & eorum qui quadraginta, & eorum qui triginta, quorum quidã in cælum aſſumentur: alij in paradiſo conuerſabuntur: alij in ciuitate inhabitabunt: (Matth.13.8.) & propter hoc dixiſſe Dominum: multas eſſe apud Patrem manſiones. (Ioan.14.2.) Omnia enim Dei ſunt, qui omnibus aptam habitationem præſtat.

*Hæc citat Anaſtaſius Nicænus li. quæſt. in Scripturam q. 88.*

Φησὶν γὰρ Ἡσαΐας· Ὃν τρόπον γὰρ ὁ οὐρανὸς καινὸς καὶ ἡ γῆ καινή, ἃ ἐγὼ ποιῶ, μένει ἐνώπιον ἐμοῦ, λέγει Κύριος, οὕτω στήσεται τὸ σπέρμα ὑμῶν, καὶ τὸ ὄνομα ὑμῶν. Καὶ Ἰωάννης ἐν τῇ Ἀποκαλύψει φησίν· Εἶδον οὐρανὸν καινόν, καὶ γῆν καινήν, καὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ καινὴν εἶδον καταβαίνουσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἡτοιμασμένην, ὡς νύμφην κεκοσμημένην τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς· καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης λεγούσης, Ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ σκηνώσει μετ' αὐτῶν, καὶ ὁ Θεὸς μετ' αὐτῶν ἔσται, καὶ ἐξαλείψει πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, καὶ ὁ θάνατος οὐκ ἔσται ἔτι, ὅτι τὰ πρῶτα ἀπῆλθον· Καὶ εἶδον τὴν πόλιν Ἱερουσαλὴμ ἔχουσαν τὴν δόξαν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ θεμέλιοι τοῦ τείχους αὐτῆς λίθῳ τιμίῳ κεκοσμημένοι, καὶ ἡ πλατεῖα χρυσὸν καθαρόν, ὡς ὕαλος διαυγής, καὶ ναὸν οὐκ εἶδον ἐν αὐτῇ· ὅτι Κύριος ναὸς αὐτῆς ἐστι, καὶ οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτὴν πᾶν κοινὸν καὶ ποιοῦν βδέλυγμα καὶ ψεῦδος, εἰ μὴ οἱ γεγραμμένοι ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς. Καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου, οὐδὲ τῆς σελήνης, ἵνα φαίνωσιν αὐτῇ, ὅτι ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ ἐφώτισεν αὐτήν, καὶ νὺξ οὐκ ἔσται ἐκεῖ, ὅτι ὁ γὰρ Κύριος φωτιεῖ ἐπ' αὐτούς, καὶ βασιλεύσουσιν εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Τότε γὰρ οἱ μὲν κατ' ἀξιωθέντες τῆς ἐν οὐρανῷ διατριβῆς, ἐκεῖσε χωρήσουσιν, οἱ δὲ τῆς τοῦ παραδείσου τρυφῆς ἀπολαύσουσιν, οἱ δὲ τὴν ἁγίαν γῆν, καὶ τὴν λαμπρότητα τῆς πόλεως καθέξουσιν, σὺν πᾶσι τοῖς περὶ αὐτὴν ἀγαθοῖς ἐπιχορηγουμένης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Πανταχοῦ γὰρ ὁ Σωτὴρ ὁραθήσεται, καθὼς ἄξιοι ἔσονται οἱ ὁρῶντες αὐτόν. Εἶναι δὲ τὴν διαστολὴν ταύτην τῆς οἰκήσεως τῶν τὰ ἑκατὸν καρποφορούντων, καὶ τῶν τὰ ἑξήκοντα καὶ τῶν τὰ τριάκοντα, ὧν οἱ μὲν εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀναληφθήσονται, οἱ δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ διατρίψουσιν, οἱ τὴν πόλιν κατοικήσουσιν, καὶ διὰ τοῦτο εἰρηκέναι τὸν Κύριον, ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου μονὰς εἶναι πολλάς· τὰ πάντα γὰρ τοῦ Θεοῦ, ὃς τοῖς πᾶσι τὴν ἁρμόζουσαν οἴκησιν παρέχει.

*Interp. Gentiano Herueto Can. Rhemenſi.*

Dicit enim Eſaias: Quomodo cælum nouum & terra noua, quæ ego facio, manent coram me, dicit Dominus; ita ſtabit ſemen veſtrum & nomen veſtrum. Et Ioannes dicit in Apoc. Vidi cęlum nouum, & terram nouam, & ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam vidi deſcendentem è cælo, à Deo paratam tanquam ſponſam ornatam viro ſuo. Et audiui vocem magnam dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & delebit omnem lacrymam ab oculis eorũ, & mors non erit amplius, quoniam priora abierunt. Et vidi ciuitatem magnam Hieruſalem habentem gloriam à Deo, & fundamenta parietum eius lapide pretioſo ornata, & platea aurum purum ſicut vitrum pellucidum: & tẽplum non vidi in ea, quoniam Dominus templum eius eſt, & non ingredietur in ea omne commune, & omnis qui facit abominationẽ & mendacium, præter quàm qui ſcripti ſunt in libro vitę. Et ciuitas non habet opus Sole nec Luna, vt appareant ei: quia gloria Domini illuminabit eam. Et nox non erit illic amplius; Dominus enim illuceſcet ſuper eos, & regnabũt in ſæculum ſęculi. Tunc. n. qui digni quidẽ fuerint habiti, vt in cęlo verſentur, illuc procedent. Alij autem fruentur delitijs paradiſi. Alij verò tenebunt ſanctam terram, & ſplendorem ciuitatis, cum omnibus quæ in ea ſuppeditantur à Deo. Vbiq; videbitur Seruator, ſicut digni erunt qui eum vident. Eſſe autem differentiam hanc habitationis, quod alij quidem centeſimum fructum ferant, alij ſexageſimum, & alij triceſimum: quoniam alij quidem aſſumentur in cælos, alij verò verſabuntur in paradiſo, alij autem habitabunt ciuitatem, & ideo dixiſſe Dominum: In ædibus Patris mei manſiones multæ ſunt. Dei enim ſunt omnia, qui præbet omnibus habitationẽ conuenientem.

Quemadmodum Verbum eius ait: Omnibus diuiſum eſſe à Patre, ſecundùm quod (Matt.20.23.) quis eſt dignus, aut erit. Et hoc eſt triclinium in quo recumbent ij, qui epulantur vocati ad nuptias: (Matt.22.10.) hanc eſſe ad ordinationem & diſpoſitionem eorum qui ſaluãtur dicunt Preſbyteri Apoſtolorum diſcipuli, & per huiuſmodi gradus proficere, & per Spiritum quidem Filium, per Filium autem aſcendere ad Patrem. Filio deinceps cedente Patri opus ſuum, quemadmodum & ab Apoſtolo dictum eſt: Quoniam oportet regnare eum quoadusq; ponat inimicos ſub pedibus eius. (1.Cor.15.25.) Nouiſſima inimica deſtruetur mors. In temporibus enim regni, iuſtus homo ſuper terram exiſtens, obliuiſcetur mori iam. Quando autem dixerit, inquit, omnia ſubiecta ſunt, ſcilicet abſque eo qui ſubiecit omnia. Cùm autẽ ei fuerint ſubdita omnia, [5] tunc ipſe Filius ſubiectus erit ei, qui ſibi ſubiecit omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus. (Ibid. 28.) Diligenter ergo Ioannes præuidit primam iuſtorum reſurrectionem, & in regno terræ hæreditatẽ: conſonanter autem & prophetæ prophetauerunt de ea. Hæc enim & Dominus docuit,

Matt.26.29. cuit, mixtionem calicis nouam in regno cum diſcipulis habiturum ſe pollicitus. Et A
Rom.8.21. Apoſtolus autem[6] liberam futuram creaturam à ſeruitute corruptelæ, in libertatem
gloriæ filiorum Dei, confeſſus eſt: & in omnibus ijs & per omnia idem Deus Pater o-
ſtenditur, qui plaſmauit hominem, & hæreditatem terræ promiſit patribus, qui edu-
xit illam in reſurrectione iuſtorum, & promiſſiones adimplet in Filij ſui regnū: po-
Iſa.64.4. 1.Cor.2.9. ſtea præſtans illa paternaliter, quæ neque oculus vidit, neq; auris audiuit, neque in
cor hominis aſcendit. Etenim vnus Filius, qui voluntatem Patris perfecit; & vnum
1.Pet.1.12. genus humanum, in quo perficiuntur myſteria Dei, quem concupiſcunt Angeli vi-
dere, & non præualent inueſtigare ſapientiam Dei, per quem plaſma eius confor-
matum & cōcorporatum Filio perficitur: vt progenies eius primogenitus Verbum,
deſcendat in facturam, hoc eſt, in plaſma, & capiatur ab eo; & factura iterum capiat
Verbum,[7] & aſcendat ad eum ſupergrediens Angelos, & fiet ſecundùm imaginem &
ſimilitudinem Dei.

## ANNOTATIONES.

1. Non enim ſubſtantia] *Hieronymus in ca.65. Iſaiæ docet tranſitum, nouitatemq́; cæli & terræ iſtis oraculis prædictam, nequaquam abolitionem in nihilum, ſed cōmutationem ſonare in quid melius: cuius in ſententia ſunt Ambroſius, Primaſius, Rupertus comment. in Apocalypſin: Dydimus & Oecumenius in 3. ca. primæ beati Petri: Chryſoſtomus hom. 10. ad pop. Ant. Auguſt. 20. de Ciuit Dei cap. 24.*

2. Iſaias ait ſic] *Totum hunc locum ex Irenæo paucis admodum immutatis, tranſcripſit Anaſtaſius Nicænus Patriarcha, lib. quæſt. & reſponſionum in ſacrā Scripturam, quæſt. 88. qui locus magnam fidem facit veteri noſtro exemplari. Et quoniam in lucem nunquam venit, ideirco typis commiſimus, beneficio cuiuſdam fragmenti nobis à D. Ioanne Curterio crediti, cuius viri & docti, & pij, quondamque amici, anima ſit in ſorte iuſtorum.*

3. Et quemadmodum Presbyteri dicunt] *Papiam, vt mea eſt opinio, intelligit; aut fortaſſis Ariſtionem, & Ioannem quendam ſeniorem, quorum auditor fuerat. Horum autem opinationes à Catholica Eccleſia iampridem exploſas & eiectas ſupra annotauimus: quas nihilominus noſter Alphonſus à Caſtro in medium iterum prolatas, multiplici ſacrarum literarum teſtimonio reuincit & ſupprimit, lib. 3. aduerſus hæreſes.*

4. Qui centum fructificauerunt] *Alij aliter*
Li. de diſcip. & hab. Virg. *hunc Euangelij locum exponunt: nam Cyprianus fructū centeſimum Martyribus, ſexageſimum Virginibus, triceſimum coniugatis aſſignat: quem ſequitur Auguſt. libr. 1. quæſt. Euang. quæſt. 9. & lib. de ſancta virgin. ca. 45. Hieronymus centeſimum Virginibus, ſexageſimum viduis et continentibus, triceſimum caſto matrimonio deputat, li. 1. cont. Iouin. & Comment. in 13. cap. Matthæi. Sunt qui malint magnam differentiam eorum qui ſuſcepto verbi diuini ſemine fructus ferunt, ſimpliciter ſignificari: veluti ſemen pro ſoli ratione aliud alio citius & felicius prouenit. Sed quorſum hæc ad Chiliaſtas?*

5. Tunc ipſe Filius ſubiectus erit ei] *Hilarius lib. 8. de Trin. ſcribit Arianos hanc Apoſtoli ſententiam detorſiſſe vt per conditionem ſubiectionis, Deum*
Com. in 15. ca. 1. Cor. *natura eſſe Chriſtum Dominum inficiarentur. Quibus reſpondet Hieronymus, ſeu Sedulius, ſubiectionem non ſemper ad diminutionem honoris pertinere, ſed etiā ad charitatis officium, maximè cùm ſpiritus prophetarum prophetis dicatur eſſe ſubiectus: & ipſe Dominus, Ioſeph ac Mariæ deſcribatur fuiſſe ſubiectus. Tandem concludit hoc de natura, quam ex Virgine induit, dictum eſſe, in qua ſemper minor eſt Patre, ac perpetuò diuinitati ſubijcitur: in qua ſententia ſtant quoque Aug. lib. octoginta trium quæſt. q. 69. & lib. cont. Sermonem Arianorum cap. 37. Ambroſius lib. 5. de fide ca. 6. & 7. Gregorius Nyſſenus Oratione in illud, Quando ſibi ſubiecerit omnia: Cyrillus Alex. lib. 10. Theſauri cap. 8. Baſilius libr. 4. adu. Eunomium, &c. Planè itaque & Arianizat & Iudaizat Caluinus, qui teſtimonium illud ad Filij Diuinitatem refert.* B

6. Liberam futuram creaturā] *Id eſt, quemadmodum propter nos facta eſt omnis creatura varijs mutationibus & paſſionibus obnoxia: ita magna puritate & pace gaudebit, cùm ad ſupremam felicitatem ex his miſerijs educti fuerimus, quorum gratia creata fuit. Sed hæc cauſſæ millenariorum nullo modo ſuffragantur.*

7. Et aſcendat ad eum ſupergrediens angelos] *De Chriſti redemptoris noſtri humana natura hîc primò loquitur, quam ſuper omnem principatum & poteſtatem ſecum extulit in cælum, in quod ſubactis omnibus ſuis hoſtibus extremo iudicio reuertetur. Deinceps præclaros cœtus electorum intelligit, quibus dicet: Venite Benedicti in regnum Patris, &c. Horum enim quoſdā vt Beatiſſimā virginem, & Baptiſtam (fortaſſis) ac Ieremiam, qui ab vtero matrum in lucem venerunt ſancti iam effecti, ſuper choros angelorum exaltabit. De cæteris credendum eſt parem angelis futuram eſſe ſocietatē & gloriam: qui nos conciues ſuos nuncupant, conſeruos ſe profitentur, ſuper pœnitentibus lætantur, imò & ſpiritus adminiſtros ſe præbent ijs, qui hæreditatem ſalutis ſecum excepturi ſunt: id eſt, ſupremam, ſempiternamqúe felicitatem illam, in qua nullum erit malum, & nullum deerit bonum: quoniam ipſe ibi præmium virtutis erit, qui virtutem dedit, & qui ſeipſum quo nihil melius & maius poteſt eſſe, promiſit. Ipſe finis erit deſideriorum noſtrorum qui ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. Ipſo pleni erimus qui omnia erit in omnibus. Ibi vacabimus & videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus. Nec anxiè diſputo an in actione intellectus præcipuè conſiſtat illa beatitudo, an voluntatis potius; quandoquidē erunt omnia gaudij plena, non ſolùm voluntas & intellectus, ſed & oculi, aures, manus, totū corpus, tota mens & animus denique. Ad quæ Deum opt. max. oro & obſecro, vt peractis omnibus, quæ ſalutem æternam vnicuique pro certo pariunt, omne genus hominum, vitæ ſpatio naturaliter excurſo, tandem perducatur, & mente diuina ſempiternè perfruatur. fiat, fiat.* C D Augu. li. 22. de ciui. c. 30.

Expliciunt Libri beati Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis, & Martyris, numero quinque: & Annotationes in eoſdem.





A

# IN ALIORVM OPERVM DIVI IRENAEI EPISCOPI LVGDVNENSIS, ET MARTYRIS, SVBIECTA FRAGMENTA, F. FR. FEV-ARDENTII BREVIS PRAEFATIO.

*QVONIAM ex priſcorum monumentis, ac certiſſimis Eccleſiaſticæ hiſtoriæ teſtimonijs compertum eſt, hunc eximium Eccleſiæ Lugdunenſis Antiſtitem & doctorem, nō ſolùm quinq; ſuperiores aduerſus Valentini, & ſimilium Gnoſticorū hæreſes, ſub Epiſcopatu B. Eleutherij, Libros edidiſſe; verùm & alios plurimos, qui vel iniuria temporū, vel hæreticorum fraudibus perierunt, vel deniq; adhuc alicubi cum blattis & tineis certantes latent: quædam illorum fragmenta, quanta potui fide & diligentia hinc inde collecta, Græcè &* B *Latinè pijs Lectoribus hoc ſaltem poſtremo loco proponenda & exhibenda curauimus, vt quantum fieri potuit, integrum Beatiſſimi viri lucubrationum corpus ſimul exiret in lucem. Illa porrò in primis ſunt duarum epiſtolarum eius ad Blaſtum & Florinū Eccleſiæ Rom. non ita pridem Presbyteros: ſed tunc à ſanctiſſimo Eleutherio Papa, propter Valentinianas impietates, & alias quaſdam illis additas fanaticas opiniones, quibus & alios inficere, & ſchiſmate ſuo Eccleſiæ membra diuellere conabantur, gradu moti pulſiq́; fuerant.*

*Enimuerò veriſimile eſt illas ſecundo & tertio poſt præfatos libros quinque, loco ab Irenæo ſcriptas fuiſſe, vt victo atq; contrito venenatæ illius ſectæ præcipuo imperatore & duce, palantes diſiectosq́; poſtea milites & Satellites à conceptis animi furoribus pro virili ad Eccleſiæ matris gremium reuocaret. His adde, quod & priore poſt illos libros ordine, & ſub Eleutherij pontificatu Euſebius illarum meminit: quem tamen ordinem Hieronymus neglexit, quod Catalogum tantùm ſcriptorum, non autem hiſtoriam, contexeret. Blaſtus itaq;, vt eſt apud Tertullianum,* Li. Præſ. c. 53 *Iudaiſmum latenter volens introducere, dicensq́;, Paſcha non aliter cuſtodiendum eſſe, niſi ſecundùm legem Moyſi 14. menſis.* Quis autem neſciat *(inſit)* quoniam Euangelica gratia euacuatur, ſi ad Legem Chriſtum redigit? *Initium ſchiſmati Quartodecimanorum hūc* C *præſtitiſſe non eſt difficile colligere ex Philaſtrio, Epiphanio, Auguſtino, Theodoreto, & Damaſceno.* Lib. de hær. *Propterea ergo Epiſtolam ad eum ſcriptam & deſtinatam Irenæus appellauit,* de ſchiſmate: *eo quod in ea diſſerat quantū conijcio, quid ſit ſchiſma, quā graue ac pernicioſum crimē, quāq́; grauiter olim in Core vindicatū; vt is ab illo ad Eccleſiæ vnitatē rediret, & abſtractos ſecū reduceret. Ad Florinum verò datam Epiſtolam nuncupauit,* De monarchia, *ſiue,* Quod vnicus ſit Deus: & ille nequaquam ſit author malorum, *id eſt, peccatorum. Nam Florinus, ait Euſebius, contrariam ſententiam videbatur acriter propugnare.* Li. 5. hiſt. c. 19.

*Huius etiam cauſa, quandoquidem in errore Valentinianorum lapſus erat, Irenæus librum* De Ogdoade *conſcripſit: in quo ſatis apertè declarat, ſe Apoſtolorum temporibus proximè ſucceſſiſſe.*

*Cumq́; etiam in primo aduerſus hæreſes libro, cap. 29. receperat ſe opus ſingulare aduerſus Marcionem, præſtante Deo, editurum; & ex eius ſcriptis, ſermonibusq́; Domini & Apoſtolorum eius ab eodem admiſſis, hæreſeon illius euerſurum molimina, quod Euſebius quoque* Li. 5. hiſt. c. 8. D *obſeruauit: facilè mihi perſuaſerim Scriptum illud non diutius diſtuliſſe. At verò, nihil huius à Patribus citatum reperi.*

*Et vt eos omnes, quos hæreticorū impetus ac fraudes in vera fide & religione vel nutare fecerat, vel deiecerat, ſacris exhortationibus confirmaret vel erigeret, librum ſcripſit ad Marcianum fratrem, quem vocauit,* De Apoſtolica prædicatione. *Rurſumq́; alium,* variorum tractatuum: *quibus tam Scripturis, quàm maximè veris germaniſq́; Apoſtolorum traditionibus, quas ab eorum auditoribus diligenter perceperat, multorum animos in ſyncera ſanctaq́; pietate confortauit & recreauit. Horum quidem meminerunt Euſebius, Hieronymus, & Nicephorus: ſed nulla ſuppeditauerunt fragmenta.*

*Gentilium quoque furores partim ſedans, partim calumnias, erroreſq́; refellens, vt eos ſuauiſſimo Chriſti iugo tandem aliquando ſubijceret, edidit librum* De ſcientia *inſcriptum, compendioſum quidem illum, ait Euſebius, ſed ſummopere neceſſarium. Iuſtinum Martyrem, Quadratum, Ariſtidem, & Athenagoram forſan imitatus eſt: qui & ipſi luculentis ſimulq́; acutis ſcriptionibus Ethnicorum animos à Deaſtrorum vanitate, ad vnius & veri viuentisq́; Dei agnitionem & cultum traducere ſtuduerant: philoſophiamq́; Chriſtianam ſolā veram & humano generi ſalutarem eſſe plurimis & firmiſſimis argumentis demonſtrauerant. Huius quoq; libri nihil ſupereſſe comperio.*

A *Recrudeſcente tum maximè diſsidio de die celebrandi Paſchatis;ac etiamnum opera Blaſti, deinde Montani hæreſiarchæ, in apertam hæreſim & ſchiſma cum multiplici turba, diſſenſione, & animarum pernicie,palam erumpente Irenæus nominis ſui correſpondens etymo, quod eſt, pacis ſtudioſus, Victore Romanæ Eccleſiæ iam quinto anno præſidente, ( decem etenim Eccleſiæ præfuit ) ad hunc, ex perſona fratrum, quibus in Gallijs præerat, literas direxit, quibus hortatur, rogat, obſecrat, ne propter externum ritum, totius Aſiæ plurimas certè & antiquiſsimas à communi vnitate fidelium Eccleſias amputet. Atq; iſta aliaq́; eis congruentia, inquit Euſebius, non ad Victorem ſolùm, ſed etiam ad alios plerosq; & diuerſos Eccleſiarum Præſides, de iſta controuerſia conſcripſit. Epiſtolæ ad Victorem non aſpernandum fragmentum ſubijcimus: de alijs altum ſilentium.*

*Edidit deniq;* Librum de Paſcha, *cuius ante Hieronymum ac Euſebium meminit, ſimulq́; particulam quandam aſsignat Author quæſtionum & Reſponſionum ad Orthodoxos, apud Iuſtinum Martyrem. Illam quoq; adijciemus: graui ferentes animo quod plura proferre in communem ſtudioſorum vtilitatem ex tam ſancto, vetuſto, eruditoq́; Patre non poſsimus. Cùm itaq; nihil ex Epiſtola ſeu Commentario ad Blaſtum Schiſmaticum ſimul & hæreticum, præter titulum, relictum ſit, fragmentum quod ex* Libro de Ogdoade *extremo Euſebius verè elegantiſſimum eſſe cenſet, & hiſtoriæ ſuæ lib. 5. cap. 19. inſerit, ſubijciamus. Ait ergo ad illius libri lectorem & exſcriptorem Irenæus.* B

*Euſeb. lib. 5. Hiſt. cap. 19. hæc citat.*

ὉΡΚΙΖΩ σε τὸν μεταγραψόμενον τὸ βιβλίον τοῦτο, κατὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ κατὰ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ, ἧς ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιβάλλῃς ὃ μετεγράψω, καὶ κατορθώσῃς πρὸς τὸ ἀντίγραφον τοῦτο, ὅθεν μετεγράψω, ἐπιμελῶς· καὶ τὸν ὅρκον τοῦτον ὁμοίως μεταγράψῃς, καὶ θήσῃς ἐν τῷ ἀντιγράφῳ.

*Interpret. Ioann. Chriſtophorſono.*

Te qui hunc librum trãſcripſeris, per Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, & per glorioſum aduentum illius, cùm ſit ad viuos & mortuos iudicandos venturus, adiuro, vt ſtudioſè conferas quod tranſcripſeris, & accuratè ad exemplar vnde tranſcripſeris, emendes; & Sacramẽtum iſtud, quo te obligauerim, ſimiliter deſcriptum in exemplar inſcribas.

C

## ANNOTATIONES.

Lib. 5. hiſt. cap. 19. *Ex tam graui ſanctoque Martyris exorciſmo ſeu obteſtatione, Euſebius obſeruat, veteres illos & verè pios viros, accuratiſsima in deſcribendis libris diligentia, nobis ad imitandũ exemplar propoſuiſſe. Iſtud verò quorſum, niſi quod ab hæreticis incredibili fraude & malitia varijs detractionibus, additionibus, inuerſionibus, gloſſematibus tam Apoſtolorum quàm ſanctorum Patrum ſcripta frequenter corrumpebantur; vt ſub horum titulis errores ſuos callidius ſpargerent atq; ſererent? Conſtat etenim non ſolum Marcionem, ſed & alios paſsim hæreſeon architectos, ſacris Euangelijs, omnibusq; Pauli ſcriptis ſacrilegas manus inieciſſe, vt ex libro Irenæi primo, Tertulliano, ac Epiphanio peruium eſt. Sed omnium illuſtriſsimum eſt B. Petri de huiuſmodi hæreſiarcharũ in Pauli, & aliorum Sanctorum ſcripta ſacrilegio teſtimonium:* Quæ indocti *(ait)* & inſtabiles depra-
2. Pet. 3. 16. uant, ſicut & cæteras Scripturas, ad ſuam ipſorum perditionem. *Ac vt prætermittam quomodo Clementis Romani epiſtolæ, ac Recognitionum libri; deinde vniuerſa Origenis opera ab hæreticis deprauata fuère, vnius tantùm Dionyſij Alexandrini de librorum*
Apud Euſeb. l. 4. hiſt. c. 22. *ſuorum corruptoribus querelam ſubnecto.* Epiſtolas quorundam fratrum rogatu conſcripſi. Atq; eas miniſtri diaboli zizanijs referſerunt. Nam quædam pro ſuo arbitratu exemerunt, alia adiecerunt: quibus planè, vę, in extremum iudicium repoſitum eſt. Nec mirum certè, ſi quidam Dominicas ſcripturas dedita opera deprauare aggreſſi ſunt, cùm has meas, quæ non ſunt eius generis, adulterare ſtuduerint, *& cæt.*

*Etſi cunctis hæreticis hoc commune ſit, Caluinianis & alijs Sacramentarijs tamen præ omnibus vulgare eſſe, plurimis argumentis palam oſtendimus noſtris Com. in Epiſt. B. Pauli ad Philemonem: & rurſum ex his quæ Schluſſelburgius Lutheranorum Superintendens libri ſecundi de Caluiniſtica Theologia, Articulo ſexto, ex ſcriptis eorum collegit contractioribus verbis aliquanto copioſius hîc demonſtrandum putauimus: Ioannes Caluinus plurima ſacræ Scripturæ teſtimonia peſſimè deprauauit, ait ille. Primam promiſsionem:* Inimicitias po- Gen. 3.
nam, &c. *ſimpliciter interpretatur de hoſtili diſsidio hominum cum ſerpentibus, quale hodie etiamnum cernitur. Marloratus in Geneſin ſimpliciter id approbat. Apoſtoli verò vnà cum Prophetis hoc dictum ſimpliciter de Chriſto, & antiquo ſerpente Diabolo intellexerunt:* D
*Iſaiæ ſeptimo & nono: 1. Ioan. 3: Heb. 2: Rom. 6. & 16. Galat. 3. Apocalypſis duodecimo: Paulus verò nobis pluris eſt, quàm mille Sacramentariorum gloſſemata.*

Non recedet ſceptrum de Iuda &c. *Calui-* Gen. 49.
*nus & Marloratus dicunt illos ſubſannandi anſam præbere Iudæis, qui hæc verba de Chriſto exponunt. Verùm Eccleſia Dei Catholica credit & demonſtrat Iacob Patriarcham hæc dicendo ad perſonam Chriſti ſe conuertiſſe.*

*Locum Numer.* 24. Orietur ſtella ex Iacob. *Item Deut. 18.* Prophetam ſuſcitabo eis, &c. *negat Caluinus propriè de Chriſto exponi debere. Petrus verò Actor. 3. & Stephanus Acto. 7. de Chriſto ſimpliciter exponunt.*

Iſaiæ



Iſaię 43. Me ſeruire feciſti in peccatis tuis, &c. *hunc locum negat Caluinus de Chriſto intelligi debere. Sed Apoſtoli 2. Cor. 5. Apoc. 21. hoc Caput 43. de Chriſto intelligunt.*

Iſaiæ 61. Spiritus Domini ſuper me, &c. *Caluinus aſſerit hunc locum propriè de vocatione & officio Iſaiæ loqui, nec de Chriſto ſolo intelligendum eſſe: licet Chriſtus verba Iſaiæ, Lucæ 4. de ſemetipſo exponat.*

Ieremiæ 11. Ego quaſi agnus manſuetus, &c *ait Caluinus ſecundùm puerilem abuſum, à veteribus ad Chriſti corpus tranſlata eſſe.* Et Ieremię 31. Fœmina circundabit virum, &c. *Caluinus aſſerit Chriſtianos à Iudæis meritò rideri, eò quod has prophetias de Chriſto & Maria virgine intelligant. Certum eſt autem ex 2. cap. Matthæi, 2. Cor. 6. Heb. 8. & 10. de IESV CHRISTO, & eius regno, neceſſariò intelligi debere.*

Daniel. 2. Lapis reuulſus eſt abſque manibus, &c. Daniel. 7. Ecce veniebat in nubibus cęli quaſi filius hominis, &c. *Caluinus ſcribit hæc verba prorſus abſurdè de Filij Dei natiuitate ex Maria virgine: aut de æterna poteſtate ei iuxta humanam naturam data, intelligi. Doctores verò Eccleſiæ Dei vnanimiter concludunt, myſterium incarnationis Chriſti ibidem notari: & Ioãnes Euang. Apoc. 5. de ſumma poteſtate Filio Dei, iuxta humanitate eius data, intelligit. Paulus etiam hunc locum ſic exponit, Philip. 2. 1. Cor. 15. imò etiam Chriſtus ad ſe applicat, Matth. 28.*

Oſeæ 13. De manu mortis liberabo eos, &c. *Caluinus pag. 165. impudenter & blaſphemè aſſerit, Apoſt. Paulum obiter, & non rectè hanc prophetiam de Chriſto intelligere.*

Micheę 5. Ex te egredietur qui ſit Dominator in Iſrael, &c. *Caluinus pag. 418. non vult hunc locum præciſè & propriè de Diuinitate Chriſti exponendum eſſe. ſed Eccleſia Dei iuxta Matthæi explicationem, de Chriſti duplici natura in vna perſona intelligit. Eius expoſitio cum primo cap. Ioan.* In principio erat Verbum, &c. *congruit. Item dictis Pauli, Rom. 9. Galat. 4.*

Zacharię 9. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, &c. *Caluinus pag. 675. blaſphemè ſcribit, hæc verba nugatoriè, ſeu mendaci modo de Chriſto, & eius ingreſſu in Ieroſolymã exponi ab interpretibus, & planè corrumpi. Quibus interpretationem ipſius Spiritus ſancti in Matth. cap. 21. & in Ioan. cap. 12. blaſphemè irridet & exagitat.*

Zachariæ 12. Reſpicient ad me, quem confixerunt, &c. *Caluinus & Marloratus ſuper Io. pag. 597. aiunt nimis violenter hunc locum iuxta literam torqueri: quod gloſſema diſertè cum Apoſtoli ac Euangeliſtæ Ioannis ſententia pugnat, qui ſimpliciter de latere Chriſti lancea perforato intelligit.*

Pſalm. 8. Domine Deus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum, &c. *Caluin. ait pa. 27. Apoſtolos à recta & natiua huius Pſalmi ſententia declinãtes, de Chriſto expoſuiſſe. Ergo Paulus 1. Cor. 15. Epheſ. 1. Hebr. 2. peccauit: imò & Chriſtus perperam egit, eundem de ſe intelligens Matt. 21.*

Pſ. 22. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, &c. *Caluinus in cap. 19. Ioa. dicit hunc locum intempeſtiuè ab Euangeliſtis ad Chriſti perſonam tranſlatum eſſe: eoſdemq; à vera ſententia Dauidis in huius dicti explicatione receſsiſſe: quæ in Spiritũ, qui per hos locutus eſt, planè ſunt blaſphema.*

*Beza in colloquio Mompel. pag. 544. aſſerit dictum Chriſti, Io. 3.* Sic Deus dilexit mundum &c. *non de omnibus hominibus, ſed tantùm de electis intelligi: & in promiſsis vniuerſalibus Euangelij, particulam* omnes, *non ſecundùm literam de omnibus hominibus, ſed de quibuſdam tantùm accipi debere. Sed hæc Bezæ blaſphemia pugnat cum dicto Domini, quo duplici iuramento aſſerit, ſe nolle mortem peccatoris, Ezech. 33. Ioa. item 1. Epiſt. 2. hanc Bezæ expoſitionem condemnat.*

*Dictum Chriſti Io. 6.* Caro non prodeſt quicquam, *ita Caluiniſtæ in præfatione Orthodoxi conſenſus exponũt, vt peracto in cruce Redẽptionis myſterio & dicto* Consũmatũ eſt, *carnis Chriſti in terris præſentia minimè neceſſaria fuerit. Et Bullinger. li. de Origine erroris, pag. 103. dixerit, Corporis illius nullum poſthac fuiſſe vſum. Nullum eſt dubium ipſum etiam diabolum ab hac blaſphemia abhorrere. Cur enim aliquandiu in cruce ſuſpenſus manſiſſet? Cur ſepultus? Cur per 40. dies conuerſatus cum Apoſtolis? Cur Thomæ dictum,* Infer digitum huc? *Cur carnis & ſanguinis inſtitutus ab eo ſacramẽti vſus donec veniat? Cur in eadem carne rediturus eſt, ſi nullus eſt eius vſus? Ita Sacramentarij ex vna blaſphemia, in alios prolabuntur.*

Ioannis 8. Abraham vidit diem meum, & gauiſus eſt. *Ex his Beza conatur probare, omnes Patriarchas Chriſtum præſentem habuiſſe, nõ minus quàm nos, colloquio Mompelg. pag. 67. Corpus Chriſti etiam tempore Abrahæ extitiſſe, pag. 77. Cur igitur Chriſtus ait, Multos reges & prophetas voluiſſe videre & audire,* Luc. 10.
*& non ſunt hæc aſſecuti? Cur angelus ait:* Natus eſt Luc. 2.
vobis hodie? *Cur Paulus, veniente plenitudine tem-* Gal. 4.
*poris, Chriſtum ex muliere natum eſſe?*

*Gualterus in lib. de incarn. Filij Dei, fol. 61. dicta Chriſti,* Relinquo mundum Non ſum in mundo. Ioan. 18. 17.
Vbi duo aut tres congr. &c. Ecce ego ſum vo- Mat. 18. 28.
biſcum, &c. *negat ſecundùm literam accipienda eſſe, &c. Ad hæc autem reſponſum eſt, deinceps Chriſtum nõ amplius viſibiliter & ſenſibiliter nobiſcum verſari in terris.*

*Cinglius lib. de vera & falſa relig. pag. 262. textum Euangelij ita corrũpit:* Sic habet Lucas, Chriſtus accepto pane, gratias egit, fregit, & dedit, dicens: Hoc ſignificat corpus meum, quod pro vobis datur. *Hæc deprauatio verborum Filij Dei, vel ſola, omnes pios à Caluiniſtarũ conſortio & impietate deterrere debebat. Non poteſt hoc ſcelus Cinglij vllo colore excuſari. Prodite increduli & ἄθεοι Caluiniſtæ, & defendite hunc veſtrum falſarium.*

*Caluiniſtæ in Cacodoxo conſenſu, pag. 18. 123. 196. ſcribunt, in his verbis Euangeliſtæ,* Verbum caro factũ Ioan. 1.
eſt, *neceſſariò ad tropum recurrendum eſſe, &c. Ergo & iſta tantùm tropica ſunt,* Hic eſt Filius meus dilectus. Hic eſt Ieſus à Nazareth propheta. Ego ſum, nolite timere. *Sicq; nihil firmum, nihil vnquam propriè dictũ, quod hæreſibus aduerſetur. &c.*

*Atq; hæc ſufficiant ad manifeſtandam Caluinianorũ in peruertendis, deprauandis, adulterandiſque ſacris Scripturis, ſanaq; corrumpenda intelligentia, diabolicã planè audaciam & impudentiam, vt vel ipſi tandem ab ea reſipiſcant; vel ſaltem qui nondum ab his ſunt faſcinati, diligenter ab impoſturis illorum ſibi caueant. Quod ſi tã nefaria in expreſſum Dei verbum admittunt, quomodo abſtinebunt à ſanctorum Patrum ſcriptis, quos tam diſertè conſtanterque ſuis erroribus repugnare haudquaquam ignorare poſſunt? Sed de his alibi. Nunc ad Sancti Irenæi fragmenta redeamus.*

A

DIVI
# IRENÆI EPISCOPI LVGDVNENSIS, ET MARTYRIS EPISTOLAE AD FLORINVM FRAGMENTVM.

*Citat Euſebius lib. 5. Hiſt. cap. 19.*

Ταῦτα τὰ δόγματα, Φλωρῖνε, ἵνα πεπεισμένως εἴπω, οὐκ ἔστιν ὑγιοῦς γνώμης· ταῦτα τὰ δόγματα ἀσύμφωνά ἐστι τῇ ἐκκλησίᾳ, εἰς τὴν μεγίστην ἀσέβειαν περιβάλλοντα τοὺς πειθομένους αὐτοῖς. ταῦτα τὰ δόγματα οὐδὲ οἱ ἔξω τῆς ἐκκλησίας αἱρετικοὶ ἐτόλμησαν ἀποφήνασθαί ποτε· ταῦτα τὰ δόγματα, οἱ πρὸ ἡμῶν πρεσβύτεροι, οἱ καὶ τοῖς ἀποστόλοις συμφοιτήσαντες, οὐ παρέδωκάν σοι. εἶδον γάρ σε παῖς ὢν ἔτι, ἐν τῇ κάτω Ἀσίᾳ παρὰ τῷ Πολυκάρπῳ λαμπρῶς πράττοντα ἐν τῇ βασιλικῇ αὐλῇ, καὶ πειρώμενον εὐδοκιμεῖν παρ᾽ αὐτῷ. μᾶλλον γὰρ τὰ τότε διαμνημονεύω, τῶν ἔναγχος διαγινομένων. αἱ γὰρ ἐκ παίδων μαθήσεις συναύξουσαι τῇ ψυχῇ, ἑνοῦνται αὐτῇ, ὥστε με δύνασθαι εἰπεῖν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος διελέγετο ὁ μακάριος Πολύκαρπος, καὶ τὰς παρόδους αὐτοῦ καὶ τὰς εἰσόδους, καὶ τὸν χαρακτῆρα τοῦ βίου, καὶ τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν, καὶ τὰς διαλέξεις ἃς ἐποιεῖτο πρὸς τὸ πλῆθος, καὶ τὴν μετὰ Ἰωάννου συναναστροφὴν ὡς ἀπήγγελλε, καὶ τὴν μετὰ τῶν λοιπῶν τῶν ἑωρακότων τὸν Κύριον, καὶ ὡς ἀπεμνημόνευε τοὺς λόγους αὐτῶν, καὶ περὶ τοῦ Κυρίου τίνα ἦν ἃ παρ᾽ ἐκείνων ἀκηκόει, καὶ περὶ τῶν δυνάμεων αὐτοῦ, καὶ περὶ τῆς διδασκαλίας, ὡς παρὰ τῶν αὐτοπτῶν τῆς ζωῆς τοῦ λόγου παρειληφὼς ὁ Πολύκαρπος, ἀπήγγελλε πάντα σύμφωνα ταῖς γραφαῖς. ταῦτα καὶ τότε διὰ τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ τὸ ἐπ᾽ ἐμοὶ γεγονὸς σπουδαίως ἤκουον, ὑπομνηματιζόμενος αὐτὰ οὐκ ἐν χάρτῃ, ἀλλ᾽ ἐν τῇ ἐμῇ καρδίᾳ, καὶ ἀεὶ διὰ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ γνησίως αὐτὰ ἀναμαρυκῶμαι, καὶ δύναμαι διαμαρτύρασθαι ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ ὅτι εἴ τι τοιοῦτον ἀκηκόει ἐκεῖνος ὁ μακάριος καὶ ἀποστολικὸς πρεσβύτερος, ἀνακράξας ἂν καὶ ἐμφράξας τὰ ὦτα αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὸ σύνηθες εἰπών, Ὦ καλὲ θεέ, εἰς οἵους με καιροὺς τετήρηκας, ἵνα τούτων ἀνέχωμαι; πεφεύγοι ἂν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος ἢ ἑστὼς, τῶν τοιούτων ἀκηκόει λόγων. καὶ ἐκ τῶν ἐπιστολῶν δὲ αὐτοῦ ὧν ἐπέστειλεν ἤτοι ταῖς γειτνιώσαις ἐκκλησίαις, ἐπιστηρίζων αὐτάς, ἢ τῶν ἀδελφῶν τισι, νουθετῶν αὐτοὺς καὶ προτρεπόμενος, δύναται φανερωθῆναι.

*Interpret. Ioann. Chriſtophorſono.*

[1] ISTA dogmata, Florine, vt tecum agam humanius, ſanæ doctrinæ & ſententiæ non ſunt. Iſta dogmata [2] ſunt Eccleſiæ repugnantia, vtpotè quæ eos qui illis obſequuntur, in maximam impietatem deijciant. [3] Iſta dogmata ne hęretici quidē, qui erant ab Eccleſia exturbati, vnquam affirmare audebant. Iſta dogmata Preſbyteri, qui ante nos fuerunt, quiq; erant ipſorum Apoſtolorum diſcipuli
B
minimè tibi tradiderunt. [4] Vidi enim te, cū adhuc puer eſſem, in inferiore Aſia apud Polycarpum, cū & in aula Imperatoris ſplendidè lauteq; vitam degebas, & ſedulò te Polycarpo probare nitebaris. Nam ea quæ tum gerebantur (cognitio enim quā à pueris combibimus, vnà cum ætate accreſcit ſimul, & quaſi vinculo cum ipſo animo penitus copulatur) multo firmius in memoria inſident, quā quæ nuper præterierunt: adeò vt & locum, in quo aſſidebat B. Polycarpus, cùm diſſereret: illius eò aduentum & introitum, formam & mòdum vitæ, corporis effigiē, diſceptationes ac ſermones quos apud multitudinem habebat, & vt neceſſitudinē ac vitæ vſum cum Ioanne, & reliquis, qui ipſum Dominum vidiſſent, ſe habuiſſe narraret, & quo
C
pacto memoraret eorum ſermones, quinetiā quænam ab illis de Domino audiuiſſet: quomodo de miraculis eius, ac virtutibus, & de doctrina deniq;, ſicut ab illis qui fuiſſent ſuis oculis Verbum vitæ conſpicati, Scripturis verè conſentientia narraret, videor mihi poſſe ritè percenſere. Hæc eo tempore per Dei miſericordiam, quam erga me oſtendebat, ſtudiosè & attentè audiebā: atq; non chartæ & literis, ſed interiori mentis cogitationi mandabā. Et perpetuò Dei iuuāte gratia, ingenuè & exquiſitè recordatione renouo. Atq; corā certè iam Deū conteſtari poſſum, illum beatum & Apoſtolicum Preſbyterum Polycarpum, ſi eiuſmodi dogmata fortè audiuiſſet, continuò exclamaturū, & aures obturaturum, ac de more ſuo dicturum fuiſſe: O bone Deus, in quę me tempora reſeruaſti, vt iſta
D
patiar? [5] Atque ex eo loco, quo vel ſedens, vel ſtans ea audiuiſſet, extemplò planè aufugiturum. Itemque ex epiſtolis, quas cùm ad vicinas Eccleſias, quò eas confirmaret; tum ad quoſdam fratres, quò eos tum admoneret, tum cohortaretur, miſit, iſta ita ſe habere, manifeſtò cognoſci poterit.

## ANNOTATIONES.

1. Iſta dogmata] *Ex his obſeruat Euſebius Irenæum cum beato & Apoſtolico viro Polycarpo, magna familiaritate coniunctum fuiſſe: quod illi non ſolùm honori fuit: ſed & virtutis, & pietatis, & veræ religionis atque purioris doctrinæ acceſſionem plurimam attulit.*

2. Sunt Eccleſiæ repugnantia] *Si tam abſurdum & impium cenſet aliquid ſentire aut docere, aduerſus ea quæ iam per ducentos annos tenuerat Eccleſia; quid*



A
*ſia; quid dicturus eſſet, ſi poſt mille & quingentos audiſſet Lutherum vociferantem:* Non curo ſi mille Auguſtini, mille Cypriani, mille Eccleſiæ cōtra me ſtarent?

3. Iſta dogmata ne hæretici quidem,] *Certè Carpocrates & Marcion maluerunt plures deos comminiſci, quàm vni & vero Deo aſcribere cauſam efficientiamq; peccatorum: à qua tamen impietate nunc non abhorrent Caluiniani, quemadmodum in Dialogis oſtendimus & confutauimus. Quod ne pro cōſuetà impudentia negare audeāt, ecce rurſum alia Petri Vermilij eorum ſymmiſtæ contra ſummā Dei bonitatē & ſanctitatem pronunciata. In lib. Iudicum pa. 52.* Deus quoquomodo eſt cauſa peccati. *Item.* Deus quoquomodo vult peccatū. *Idem in librū 1. Samuelis: pag. 21.* Deus nō tantùm permittit, ſed etiā
B
certo quodam modo vult peccatum. *Et commētarijs in Epiſt. ad Rom. pag. 403.* Deus incitat Diabolum ad mentiendū. *pagina 406.* Deus eſt aliquo modo cauſa peccati. *pag. 38* Deus vult inclinare & impellere voluntates impiorum ad grauia peccata *pagina 40.* Dei voluntas aliquo modo ad peccatum producendum concurrit. *Pag. 74.* Deus vult impiorum peccata. *Beza quoque cum eo aduerſus ſummam Dei noſtri iuſtitiam, & puritatem dilatans os ſuū vociferat:* Quæ mala ſunt, ac proinde deteſtanda, non fieri à quoquam ſeu homine ſeu diabolo, ſine decreto Dei: *Et rurſum:* Lapſum primorum parentū ſine voluntate & ordinatione Dei euenire non potuiſſe. *Et in libro contra Heshuſium:* Iudam decreto Dei, & iccirco neceſſariò Dominū prodidiſſe. *Item,* Herodem & Pilatum neceſſariò Chriſtum condemnaſſe. *O ſi huiuſmodi portenta Polycarpus audiſſet, quoties ſuſpirans ingeminaſſet illud ſuum;* O bone Deus, in quæ me reſeruaſti tempora? *Nouerat enim hos errores eſſe in Deum horribiliter contumelioſos, & generi humano pernicioſiſſimos. Nam ſecundùm hoc quintum Euangelium, non Diabolus, ſed Deus erit verus pater mendacij, ſeductor, author que totius mundi ſcelerum. Et hæc Prophetarum oracula falſa erunt;* Non Deus volens iniquitatem tu es. Nolo mortem peccatoris. Dei perfecta ſunt opera. Cuncta quæ facit ſunt valdè bona. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem &c.

*Summa Chriſtianiſmi. Pag 171. & 178.*

4. Vidi enim te] *Hinc facilè colligitur quàm vicinus Apoſtolorum temporibus fuerit Irenæus. Nam Ioannès Apoſtolus ac Euangeliſta anno à natiuitate Chriſti 101. ex Aſia minore migrauit in cælum, Polycarpus nonagenarius diſcipulus eius anno 168. illuſtriſſimo martyrio hinc ad Chriſtum exceſſit. Irenæus porrò huius auditor & conuictor extitit.*

5. Atque ex eo loco] *Didicerat quippe verbis & exemplis ſanctiſſimi Apoſtoli præceptoris ſui Ioannis, hæreticos velut manifeſtos Dei hoſtes nec eſſe in ædibus admittendos, nec ſalutatione Chriſtiana conueniendos. Viderint nunc plurimi Eccleſiarum Præſules, qui in Gallijs illos in pretio, in famulitio, in conſilio, in menſa, in intima familiaritate retinent, quomodo beatiſſimorum Epiſcoporum Polycarpi, Ignatij, Irenæi relicta ſibi exempla ſlocci pendant.*

C
*Quoniam verò ex libro Irenæi noſtri aduerſus Marcionem, Libro quoque ad Marcianum fratrem, alioq; Variorum tractatuum, Libro deniq; aduerſus Gentiles, De ſcientia nuncupato, nulla pro certo fragmenta reperio: Subiecta quædam partim à Demetrio Diacopo Viennenſi, mihi à D. N. Fabro, inſignis pietatis & eruditionis viro, liberaliter conceſſa: partim à Damaſceno in Parallelis ſuis inſerta & collecta, quæ ad ſupra nominatos libros forſitan pertinent, ſubnectam.*

## *EX SANCTI IRENÆI EPISCOPI LVGDVnenſis operibus,* [1] *Demetrij Diacopi à Vienna, Sermone de igne.*

*Interprete N. Fabro.*

[2] IMmenſus cùm ſit Deus, & mundi opifex, atque omnipotens, immenſa & mundi opifice atque omnipotenti voluntate & effectu nouo, potenter & efficaciter fecit, vt omnis plenitudo eorum quæ nata ſunt, in ortum venirent, cùm antea non eſſent;
D
quicquid ſcilicet ſub aſpectum non cadit, & quicquid oculis ſubijcitur. Atque adeò continet ſingula, & ad proprium perducit exitum, ob quem excitata ſunt & nata, nullo modo in aliud quàm prius natura fuerat, tranſmutatum. Nam proprium hoc eſt operationis Dei, non in infinitatem ſenſus tantùm progredi: aut mentem etiam tranſgredi, rationem, & orationem, tempus & locum, & omne æuum; verùm etiam omnem excedere ſubſtantiam & plenitudinem, ſeu perfectionem.

*Eiuſdem ex eodem Tractatu.*

VOluntas & operatio Dei effectrix eſt & prouidens cauſa omnis temporis, loci, & ſæculi, itemque naturæ omnis. Voluntas animi intellectualis eſt ratio in nobis ſita: [3] quippe cùm ſit poteſtas eius libera & ſui arbitrij. Voluntas eſt mens appetendi vi prædita, & appetitus intelligentia comprehenſus, qui ad id quod ſub voluntatem cadit, inclinat.

## ANNOTATIONES. A

1. Demetrij Diacopi] *Quis fuerit, & quando vixerit iſte Diacopus necdum planè noui: fragmentum enim nudum mihi conceſſum fuit. Sed Græcũ, ac munere Eccleſiaſtico Viennæ Galliarũ functũ eſſe, vel ſolus Titulus indicat. Conijcio ex Aſia, cum primis illis ſanctiſſimis Eccleſiarum paſtoribus & doctoribus, qui Lugdunenſem Galliam ſua doctrina & pietate illuſtrarunt, miſſum fuiſſe; aut eiſdem ſucceſſiſſe. Conſtat enim tam ex Epiſtola Eccleſiarum Viennenſis & Lugdunenſis ad Eccleſias Aſiaticas, quam recitat Euſebius; quàm ex Photino, Irenæo, Benigno, Andochio, Tyrſo, Felice, alijsq́; plurimis à beato Polycarpo ex Aſia in Gallias miſsis pietatis Chriſtianæ doctoribus, eximiam inter Gallos & Aſiaticos Chriſtianos tum coaluiſſe amoris & conſuetudinis coniunctionem.*

2. Immenſus cùm ſit Deus] *Quæ hîc prædicantur de diuina immenſitate, poteſtate, atq; prouidentia, vel aduerſus Gnoſticorum delirationes, vel Gentilium de mundi ortu; & cæca fortuna, quam Deam fingebant, cæcitatem diriguntur.*

3. Quippe cùm ſit poteſtas libera] *Ex plurimis libri tertij, quarti, & quinti locis apparet, Irenæum fuiſſe eximium liberi arbitrij noſtri propugnatorem: idq́; percommodè, vt Simonis magi idem negantis; & Florini, peccatorum cauſam Deo, non libero hominum arbitrio tribuentis, impietates refelleret.*

B *Duo ſubiecta fragmenta ex libro tertio Parallelorum Damaſceni collegi, quorum cùm Græcum exemplar obtinere non potui, Latina ex verſione doctiſſimi Billij ſubnecto: quæ & ad ſuperiores Irenæi libros ſuſpicor attinere.*

*DAMASCENVS lib. 3. Parallel. cap. 14. hæc citat ex IRENAEO.*

1 BEnedicentes ſemper ijs qui digni ſunt, indignis autem nunquam maledicentes, ita demum nos quoque Dei gloriam & regnum conſequemur.

*Idem eiuſdem libri cap. 21. hæc quoque ex eodem laudat.*

DEO proprium reuera & congruens eſt, propitium ſe præbere ac miſereri: operibusq́; ſuis ſalutem afferre,[2] etiamſi ad interitus periculum ferantur. Apud eum
Pſal. 129. enim, inquit ille, eſt propitiatio. C

## ANNOTATIONES.

1. Benedicentes] *Ecquid ab hoc Apoſtolico viro prodiret, quàm quod Apoſtolorum pectus, pietatéq́; ſpiraret? Hæc enim quæ à Damaſceno citantur verba referunt Pauli dicentis:* Benedicite perſequentibus
Rom. 12. vos: benedicite, & nolite maledicere. *Et ſemetipſum in exemplum proponens ait rurſum:* Maledici-
1. Cor. 4. mur, & benedicimus. *Et princeps Apoſtolorum Petrus*
1. Pet. 2. & 3. *ſimiliter iubet, non reddere maledictum pro maledicto: ſed è contrario, benedicere. Sic etenim Chriſtus caput noſtrum,* cùm malediceretur, non maledicebat *&c. An verò aliquando pijs viris liceat, iuſtis de cauſis alicui maledicere; id eſt, probra & conuitia in eũ proferre, latè ſatis diſcuſſimus Comm. in Epiſt. B. Iudæ Apoſtoli, v. 9.*

2. Etiam ſi ad interitus periculum] *Imò verò tum maximè Deus ſuis adeſt, cùm abeſſe putatur: & ex ſummis periculis eripit, cùm actum de illis videtur. Teſtes ſunt Iſraelitæ in exitu de Aegypto, Dauid, Ionas, Suſanna, & alij abſq; numero. Hinc præclara Philonis Iudæi, ad ſuos contribules oratio:* Bono animo eſſe oportet, viri Iudæi, quia tum adeſt Diuinum, cùm humanum deeſt auxilium. *Lib. de legatione ad Caium; & apud Euſeb. lib. 2. hiſt.*

D

# DIVI IRENÆI EPISCOPI LVGDVNENSIS, ET MARTYRIS, EPISTOLAE AD VICTOREM PAPAM FRAGMENTVM.

*Euſebius lib. 5. Hiſt. cap. 24. hæc citat.*

Οὐδὲ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας. οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας· οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. καὶ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων, οὐ νῦν ἐφ' ἡμῖν γεγονῦα, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρότερον ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν τῶν παρὰ τὸ ἀκριβές, ὡς εἰκός, κρατούντων τὴν καθ' ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν εἰς τὸ μετέπειτα πεποιηκότων. καὶ οὐδὲν ἔλαττον πάντες οὗτοι εἰρήνευσαν, καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι.

[Τούτοις καὶ ἱστορίαν προστίθησιν, ἣν οἰκείως παραθήσομαι, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον.]

Ἐν οἷς καὶ οἱ πρὸ Σωτῆρος πρεσβύτεροι οἱ προστάντες τῆς ἐκκλησίας ἧς νῦν ἀφηγῇ, Ἀνίκητον λέγομεν καὶ Πῖον, Ὑγῖνόν τε καὶ Τελεσφόρον καὶ Ξύστον, οὔτε αὐτοὶ ἐτήρησαν, οὔτε τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐπέτρεπον, καὶ οὐδὲν ἔλαττον αὐτοὶ μὴ τηροῦντες, εἰρήνευον τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν ἐν αἷς ἐτηρεῖτο, ἐρχομένοις πρὸς αὐτούς, καίτοι μᾶλλον ἐναντίον ἦν τὸ τηρεῖν τοῖς μὴ τηροῦσι, καὶ οὐδέποτε διὰ τὸ εἶδος τοῦτο ἀπεβλήθησάν τινες· καὶ αὐτοὶ μὴ τηροῦντες οἱ πρὸ σοῦ πρεσβύτεροι τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν τηροῦσιν ἔπεμπον εὐχαριστίαν. καὶ τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου ἐπιδημήσαντος ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου, καὶ περὶ ἄλλων τινῶν μικρὰ σχόντες πρὸς ἀλλήλους, εὐθὺς εἰρήνευσαν, περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου μὴ φιλεριστήσαντες πρὸς ἑαυτούς· οὔτε γὰρ Ἀνίκητος τὸν Πολύκαρπον πεῖσαι ἐδύνατο μὴ τηρεῖν, ἅτε μετὰ Ἰωάννου τοῦ μαθητοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων οἷς συνδιέτριψεν, ἀεὶ τετηρηκότα· οὔτε μὴν ὁ Πολύκαρπος τὸν Ἀνίκητον ἔπεισε τηρεῖν, λέγοντα τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεχώρησε τὴν εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι, καὶ μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν, πάσης τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχόντων τῶν τηρούντων καὶ μὴ τηρούντων.

*Interpret. Ioann. Chriſtophorſono.*

N[1]On enim de die Paſchatis ſolùm, ſed etiã de ieiunij ratione & modo eſt iſta conſtituta cõtrouerſia.[2] Quidam namq; vnum diem ſe ieiunare oportere exiſtimant: alij, duos: non pauci, plures: multi, quadraginta: atq; diurnis nocturniſq́; horis omnibus numeratis, diem ſuum metiuntur ac ſtatuunt. Atque eiuſmodi eorũ, qui hęc obſeruabant ieiunia, varietas & diſcrepantia non iã noſtra ætate cœpta eſt, verùm etiam longè ante apud maiores noſtros: qui (vt coniectura aſſequi licet) non accuratè conſuetudinem eorum, qui vel ſimplicitate quadam, vel priuata authoritate aliquid in poſterum tempus ſtatuiſſent, obſeruarunt. Atque nihilominus cùm iſti inter ſe pacem tranquillam retinuerunt, tum nos etiam inter nos retinemus: ſicq́ue varia & diſcrepans ieiunij ratio concordiam fidei plurimùm commendat.

[*His verò hiſtoriam quandam adiungit, quam hoc loco opportunè explicabo. Sic autem ſe habet.*]

[3] Preſbyteri ante Soterem, qui Eccleſiæ, cui tu iam præes, præficiebantur, Anicetum dico, Pium, Hyginum, Theleſphorum, Sixtum, licet neque ipſi hoc feſtum eo die quo Epiſcopi Aſiæ obſeruarent, neque alijs poſt ſe ita obſeruare permitterent: nihilominus tamen cum Epiſcopis illarum Eccleſiarum, in quibus ita obſeruabatur, ad ſe accedentibus (ac quid quæſo, magis repugnat, quàm vt hi hoc, illi illo modo obſeruent?) pacem inter ſe & concordiam perpetuò retinuerunt: ac nunquam propter iſtum varium illius feſti obſeruandi modum fuêre vlli aliquando ab Eccleſia eiecti. Sed Preſbyteri illi, qui te anteiuerunt ætate, tametſi minimè illud ita obſeruabant; his tamen Epiſcopis, qui in alijs Eccleſijs idem ſic obſeruabant, [4] Euchariſtiam miſerunt. Atque cùm beatus Polycarpus, Aniceto Epiſcopatum adminiſtrante, [5] Romam aduentaret, cumq́ue ille & Anicetus de alijs rebus, de quibus inter ſe diſcrepabant, pauca contuliſſent, confeſtim pax fuit inter eos conciliata: quin pro hoc feſto obſeruando, quod controuerſiæ caput videbatur, charitatis vincula neutiquam ruperunt. Neque tamen Anicetus Polycarpo poterat perſuadere, vt ſuum obſeruandi morem, (quippe qui cum Ioanne Diſcipulo Domini noſtri, & cum reliquis Apoſtolis, quibuſcum multum verſatus fuiſſet, eũdem ſemper ad illum modum obſeruaſſet) deponeret: neque contra Polycarpus Aniceto perſuaſit, vt conſuetudinem Aſiaticam (quippe qui morem Preſbyterorum, qui illum erant antegreſſi, debere ſedulò retinere aſſereret) vllo modo obſeruaret. Quæ cùm ita eſſent conſtituta, communicabant inter ſe mutuo; & in Eccleſia Anicetus ritus, qui in Euchariſtia peragi ſolent, Polycarpo ob reuerentiam videlicet, quã erga illum habebat, obeundi poteſtatem conceſſit: atque tandem cum pace alter diſceſſit ab altero, & omnes Eccleſiæ, tum eorum qui decimo quarto die feſtum Paſchatis obſeruabant, tum eorum qui ſecus, placida pace & tranquilla inter ipſas fruebantur.

## ANNOTATIONES.

A

1\. Non enim] *Feſtū Paſchatis ab omnibus Chriſtianis celebrandum, ac multa cum pietate obſeruandū eſſe, nullus (quod ſciam) adhuc negauit: ſed quo menſe ac die, variè & grauiter etiam ab ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio diſputatum fuit.* *Euſeb. lib. 5. hiſt. c. 22. 23. 24.* *Aſiani namque ex traditione Ioannis Euangeliſtæ, qui inter eos conſenuerat; luna quartadecima poſt æquinoctium vernum, quocunque die incideret, celebrandum illud omnino volebant: idq; acerrimè propugnantibus Polycarpo, Thraſea, Sagari, Melitone, & alijs eiuſdem B. Ioannis auditoribus, quos Epiſtola ſua ad Victorem Papam beatus Polycrates Epheſiorum Epiſcopus commemorat. Et ſanè veriſimillimum eſt, illud ipſum Ioannem Chriſtianis ex Iudaiſmo recens conuerſis, Aſiam incolentibus indulſiſſe, pari ratione, qua Iacobus Ieroſolymitanis ſuis adhuc in plarimis Iudaizare permittebat:* *Actor. 21.* *cùm tamen ipſe Dominicū diem, velut ſacræ ſinaxi, & beatiſſimæ reſurrectionis Chriſti memoriæ dicatum commendet.* *Apoc. 1.* *Quorſum enim aliàs Dominicus appellaretur? Deinde, Ignatius Antiochenæ Eccleſiæ ab Apoſtolis præfectus; qui nihil aliud ſeruauit & docuit, niſi quod ab illis didicerat; conſtanter docebat Chriſtianos non quolibet quartodecimo lunæ die, ſed Dominico ſolummodo, Paſcha celebrandum: ne moris Iudæorum participes, communicarent cum eis, qui Dominum & Apoſtolos eius occiderant.* *Epiſt. ad Magneſianos: & ad Philip.* *Ad hæc, qui Romam, & alias partes Occidentis incolebant, ait Socrates lib. 5. hiſt. cap. 21. Petrum & Paulum Apoſtolos conſuetudinem, quam illi tenent, Paſcha die Dominico poſt 14. lunam celebrantes, ipſis reliquiſſe conſtanter affirmabant & retinebant. Quinetiam Beatum Marcum eundem ritum, ab Apoſtolis acceptum ſuis Alexandrinis ac Aegyptijs tradidiſſe, ſcribit S. Protherius Epiſc. Alexand. Epiſt. ad S. Leonem Rom. Pontificem, quemadmodum teſtificatur Beda, lib. de ratione temporum, cap. 42. Itaq; ne propter diuerſos hos ritus ſcinderetur Eccleſia, Pius Romanus Pontifex, quem anteceſſoribus ſibiq; à Diuo Petro traditum relictumq; eſſe Paſchatis die Dominico celebrandi ritum probè nouerat, eundem vbiq; ſeruandum Decreto ſanciuit; cui omnes Occidentis ac Meridiei Eccleſiæ paruerunt, ac etiam totius Orientis; Aſiaticis paucis exceptis, quæ vſque ad Concilij Niceni generalem de hac re conſtitutionem in ſuis ritibus contentioſè perſeuerauerunt.*

2\. Quidam namq;] *Hanc tam diuerſam ieiuniorum obſeruantiam, paulò poſt diſertè tribuit quorūdam ſimplicitati, quiq; nulla aliquid publicè de his cōſtituēdi præditi eſſent poteſtate vel authoritate. Nihil ergo Hugnoſticorum contra ieiuniorū Quadrageſimæ, quartæ et ſextæ feriarum, aut etiam ſabbathorū rationem, errores & contradictiones hic locus iuuare poteſt: præſertim cùm ex Euangelijs, Actis, & Epiſtolis Apoſtolorum, & Diſcipulorum ac ſucceſſorum eorundem ſacris dogmatibus ac decretis omnino conſtet, illa diuina cenſura præſcripta eſſe. De his copioſiſſimè diſſeruimus ſuperiore anno Com. in librum Eſther: deinde, in Librum Ionæ Prophetæ.*

3\. Presbyteri ante Soterem] *Cùm Presbyteros appellat Romanos Pontifices, non negat illos verè Epiſcopos, adeóque omnium aliorum Epiſcoporum & Chriſtianorum Epiſcopos & Antiſtites fuiſſe, vt ex libri tertij cap. 3. manifeſtè apparet, & nos illic obſeruauimus: ſed tantùm indicat omnes quidem Epiſcopos eſſe Presbyteros, ſed non è contrario. Cōſtat nāq; ex diuinis literis, & Conciliorū ſanctionibus Epiſcopos ſimplicibus Presbyteris ſuperiores eſſe, tū ordinis poteſtate, tum etiā iuriſdictione: contrarium autem ſentire, hæreſim eſſe Aërianorum & VValdenſium, quam hoc ſæculo Lutherani & Caluiniani ab orco reuocare nituntur.*

4\. Euchariſtiam miſerunt] *Ex hoc illuſtri ſanè ac memorabili loco, primùm obſerua, priſcum adeoq; Apoſtolicum Eccleſiæ Romanæ morem, quo Pontifex ad Coëpiſcopos, qui ab eius communione non defeciſſent, Euchariſtiam tranſmitteret: alijs non item, vtpotè à myſtico eiuſdē Chriſti corpore alienis. Deinde iā ab ipſis Apoſtolorū temporibus Euchariſtiā loco aliquo honeſto certè & mundo, ſeruari ſolitam, tum ad cultum intrantibus in templa, tum infirmorum communionem, tum deniq; ad Coëpiſcopos aduentantes mittendi gratia. Id enim non modò euincit iſte locus, verùm & Apoſtolica, quæ à S. Clemente refertur, iſta conſtitutio:* Poſtquā omnes communicauerint, inferant Diaconi reliquias, quæ ſuperſunt, in paſtophorion. *Lib. 8. conſt. Apoſt.* B *Id verò locus erat ſacer & honeſtus, in quo res ad ſacra myſteria ſeruientes aſſeruabantur. Accedit & hic apertiſſimus Tertulliani locus:* Accepto corpore Domini, & reſeruato, vtrumq; ſaluum eſt, & participatio ſacrificij, & executio officij. *Lib. de orat. ad finem.* *Qui & lib. 2. ad vxorem cap. 5. ſatis indicat etiam in domos fidelium delatam & ſeruatam fuiſſe, vt ex ea ante omnem cibum guſtarent: quod & Cyprianus martyr in Serm. de lapſis; & hiſtoria Spiridionis apud Euſebium tam manifeſtum & certum efficiunt, vt inſanorum ſit de hac re dubitare.* *Euſeb. lib. 6. hiſt. cap. 36.* *Sed & Ambroſius fratrem ſuum Satyrum laudans, teſtatur eum etiam dum nauigaturus eſſet, Euchariſtiam ſecum in Orario ſeruaſſe: & Hieronymus Exuperio Epiſcopo laudi ponit, quod cæteris in vſum pauperum & captiuorum abſumptis, illam in vaſe vimineo retineret.* C

*Inde rurſum apertè conſequitur, Apoſtolicis temporibus etiam ſub altera tantùm ſpecie frequentiſſimè cōmunicatum fuiſſe: denique, ſanctiſſimum corpus & ſanguinem Chriſti, in eſſe permanenti (vt in ſcholis loquimur) ſub ſpeciebus Euchariſtiæ reuera contineri & adeſſe: & non ſolùm in vſu, quemadmodum Lutherus à Bucero tandem deceptus, ſine vllo expreſſo verbo Dei, quod tantopere ab alijs poſtulat, imò contra ipſum, faſcinatis à ſe miſeris turbis nimis facilè perſuaſit.*

5\. Romam aduentaret] *Sed quid neceſſe fuit Polycarpum Ioannis Euangeliſtæ ſedulum auditorem et optimum diſcipulum, ex Aſia, relicta ibidē ad tempus curæ ſuæ commiſſa Chriſti Eccleſia, Romam properare, & vrbis illius Præſulem de rebus ſacris conſulere?* D *Haud dubiè, quod Paulum poſt annos quatuordecim à vocatione ſua impulit Ieroſolymam ſecundùm reuelationem aſcendere, & conferre cum Petro, Ioanne, & Iacobo columnis Eccleſiæ, Euangelium quod prædicabat in Gentibus, ne fortè in vacuum curreret.* *Gal. 2.* *Palam etenim in Aſia docuerat idem Polycarpus, quod & diſcipulus eius Irenæus ſcripto mandat, oportere ad Eccleſiam Romanam, omnem Eccleſiam conuenire propter potentiorem principatum &c.* *Lib. 3. ca. 3.* *Nouerat fidem eius, Paulo teſtante, iamdudum annunciari in vniuerſo mundo: ac eidem mandatum eſſe à Domino, vt in eadem fide fratres ſuos, id eſt, per vniuerſum orbem conſtitutos confirmaret Chriſtianos.* *Rom. 1. Luc. 22.* *Enimuerò huic Eccleſiæ totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine profuderunt. Hæc eſt radix & matrix Eccleſiæ Catholicæ, ad quam acceſſum habere non poteſt vlla perfidia: hæc mater & caput omnium Eccleſiarum, quæ incorruptæ Patrum doctrinæ ſemper tenax fuit: vbi ſemper Apoſtolicæ cathedræ viguit principatus.* *Tertul. Cypr. Athan.* A *Hier. Auguſt. Theodor. Bernard. Lanfranc.* *Hæc hæretici fœtoris permanet expers, & Apoſtolicam gratiam inuiolatam cuſtodit. Hæc cuius fides non poteſt ſentire defectum: & à cuius fidei doctrina quiſquis diſcordat, verè dicitur, vt et reipſa eſt, hæreticus, &c. Vide notas in cap. 3. libri tertij.*



*Sequitur vltimum, quod inuenire potuimus ex lib. Irenæi fragmentum.*

*Iuſtinus martyr Reſponſ. ad quæſt. 115. Orthodoxorum hæc citat.*

Τὸ δὲ ἐν τῇ κυριακῇ μὴ κλίνειν γόνυ, σύμβολόν ἐστι τῆς ἀναστάσεως, δι᾽ ἧς τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, τῶν τε ἁμαρτημάτων, καὶ τοῦ ἐπ᾽ αὐτῶν τεθανατωμένου θανάτου ἠλευθερώθημεν· ἐκ τῶν ἀποστολικῶν δὲ χρόνων, ἡ τοιαύτη συνήθεια ἔλαβε τὴν ἀρχήν, καθώς φησιν ὁ μακάριος Εἰρηναῖος ὁ μάρτυρ καὶ ἐπίσκοπος Λουγδούνου, B ἐν τῷ περὶ τοῦ πάσχα λόγῳ ἐν ᾧ μέμνηται καὶ περὶ τῆς πεντηκοστῆς, ἐν ᾗ οὐ κλίνομεν γόνυ ἐπειδὴ ἰσοδυναμεῖ τῇ ἡμέρᾳ τῆς κυριακῆς, κατὰ τὴν ῥηθεῖσαν περὶ αὐτῆς αἰτίαν.

*Interp. Ioachimo Perionio.*

[1] Non flectere autem genu Dominico die, reſurrectionis noſtræ eſt ſignificatio, qua Chriſti benignitate & à peccatis, & à morte, quæ ab illo interfecta eſt, liberati ſumus. Hæc autem conſuetudo ab Apoſtolorum temporibus cœpit, quemadmodū ait beatus Irenęus martyr, & Lugdunenſis Pontifex, in libro de Paſcha:[2] in quo mentionem etiam Pentecoſtes facit,[3] in qua genu nō flectimus, quòd eodem loco habenda ſit quo Dominicus dies, ob eam cauſam quam de eo diximus.

## ANNOTATIONES.

1\. Non flectere autem genu] *Huius quoque ritus paulo pòſt Irenæum & Iuſtinum, ita Tertullianus meminit:* Die Dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paſchæ in Pentecoſten vſque gaudemus. *Lib. de coro. milit. ca. 4.* *Quæ iiſdem ferè verbis exprimit etiam Hieronymus Dial. adu. Luciferianos: inſuper Auguſtinus Epiſtolæ 119. cap. 15. & 17. & Maximus Taurinenſis homil. 1. de Pentecoſte.* C

2\. In quo mentionem etiam Pentecoſtes facit.] *Huius diei obſeruatio, & ſi nullibi expreſſis literis noui Teſtamenti præcipiatur, verè tamen Apoſtolica eſt, quoniam huiuſmodi ſacra die miſſus eſt in Apoſtolos & primos Chriſtianos cum miris ac ineffabilibus chariſmatibus ſuis Spiritus ſanctus, qui naſcentis Eccleſiæ matris noſtræ ſanctificaret exordium. Deinde, vt in Actis legitur, Paulus ex Europa traiecit in Aſiam, vt feſtum Pentecoſtes Ieroſolymis cum B. Iacobo & fratribus celebraret.* *Actor. 20. 1. Cor. 16.* *Ac iure certè de Pentecoſte Chriſtianorum hoc intelligendum docet Epiphanius cont. hæreſ. 75. Quid enim illi tunc cum vmbris ac figuris Iudæorum, quarum tantus erat expugnator? Huius quoque feſti vt Apoſtolicæ traditionis ante Iuſtinum ac Irenæum meminerunt Clemens Rom. lib. 5. Conſtit. cap. 21. & Ignatius ad Philippenſes: & poſtea, vt nunc dicebamus, Tertullianus lib. de corona militis: denique Auguſtinus Epiſt. 118.* D

3\. In qua genu non flectimus] *Rationem aſſignans Hieronymus ſcribit: Pentecoſten eſſe tempus lætitiæ atque victoriæ, quo non genua flectuntur, nec curuamur: ſed cum Domino ad cælorum alta ſuſtollimur.* *Prolegom. in Epi. ad Eph.* *Quibus ſubſcribit Auguſtinus Epiſt. 119. cap. 15. item omnes qui poſtea Diuinorum officiorum & rituum deſignauerunt rationes. Alijs verò temporibus non ſolùm in orationibus manus aliquando in cælos expandebāt Chriſtiani, verùm & eas aliquoties complicantes, & tundentes pectora, cum omni demiſſione animi in genua, in faciemque coram Deo procumbentes Deo ſupplicabant.* Quādo non geniculationibus noſtris, *inquit Tertullianus,* etiam ſiccitates ſunt depulſæ? *Li. ad Scapu. cap. 4.* *Et libro aduerſus Iudæos, cap. 10.* In rebus attonitis, genibus vtique poſitis, & manibus cædentibus pectus, & facie humi volutata, orationem commendare debemus. *Rurſumque piiſſimas inter orandum ceremonias recenſens & explicans ait:* In cælum ſuſpicientes, manibus expanſis, quia innocuis; capite nudo, quia non erubeſcimus; denique, ſine monitore, quia de pectore oramus, *&c.* *Apol. ca. 30.*

*Notat demum Euſebius lib. 5. hiſt. cap. 25. Irenæum in Libro de variarum rerum diſquiſitione, tum Epiſtolæ ad Hebræos, tum libri Sapientiæ Salomonis mentionem facere, certaq; teſtimonia ex eiſdem deprompta citare: quæ ad illorum librorum confirmandam contra nouatores authoritatem, non parum faciunt.*

DIVI IRENAEI EPISCOPI LVGDVNENSIS, ET MARTYRIS, quæ nunc extant, operum; & ANNOTATIONVM in eadem

FINIS.

*LAVS DEO OMNIPOTENTI, qui pro bona voluntate ſua dedit velle & perficere.*

A CONFLICTVS

# ARNOBII CATHOLICI ET SERAPIONIS, DE DEO TRINO ET VNO; DVABVS IN CHRISTO SVBSTANTIIS IN VNITATE PERSONAE; GRATIAE & liberi Arbitrij concordia, in duos libros diſtributus.

## CANDIDO LECTORI, F. FR. FEV-ARDENTIVS.

B *CVM Anno Domini M. D. XCIII. incommodæ valetudini conſulturus, ex Gallia ſecedens, Spadanorum acidos fontes per Leodium ampliſſimam Belgij ciuitatem peterem, à veteri diſcipulo, ſodalitijqúe Franciſcani ibidem Lectore in monaſterium D. Iacobi memoriæ ſacrum perductus, veteremqúe Bibliothecam perquirens, in manuſcriptum codicem incidi, cuius titulus erat.* Incipit Conflictus Arnobij Catholici cum Serapione Ægyptio, &c. *Quadam eius euoluo, deprehendo Conflictum de re omnium inter Chriſtianos maxima inſtitutum, & nunquam antea typis euulgatum. Rogo venerandæ pietatis Priorem, vt* C *per aliquem fratrum noſtrorum poſſet exſcribi, admittit, exſcriptum Spadum ad me tranſmittunt, ibi attentius perlego; placet breuitas, acre Authoris ingenium, opus dignum luce videtur. Hæc tantum morabantur, quod neſcirem quis ille, aut quando vixiſſet atque ſcripſiſſet.*

*In primis enim certiſſimum, non fuiſſe eum Arnobium, qui Diocletiano Imp. ſeptem libros aduerſus Gentes edidit, quoniam forma dicendi omnino diuerſa: & quod maius, reprehenſi Ariani, Photiniani, Neſtoriani; laudati verò Auguſtini, Ambroſij, Cyrilli Alexandr. Damaſi, & Leones, alium Authorem produnt. Itaque ſi de re obſcu-* D *ra & dubia iudicare, cognoſcere, & ſtatuere poſſum, is eſt, qui breues in Pſalmos Commentarios reliquit, quoniam eadem breuitas, acies animi, ſtylus neglectus, loca eodē ſenſu ac penè verbis reddita, eademq; confutata hæreſes, temporis denique ratio conuenientiſſima, nimirum Leonis ſummi Pontificis ætas, qua initum fuiſſe non difficilè deprehenditur. Accedit Alcuini Caroli magni præceptoris huiuſmodi teſtimonium:* ARNOBIVS in Conflictu, quem habuit cum Serapione, rubum poſuit maſculini generis, &c. *quæ hîc ad verbum reperiuntur. Et idem rurſus libro ſexto, contra Felicem Vrgelitanum, noſtri huius* ARNOBII *ita meminit:*

*Epiſtol. ad Flauium Merium.*

A RNOBIVS vir acris ingenij, in Conflictu quem cum Serapione habuit, &c. *Quin & ante Alcuinum idem à nonnullis ita aduerſus Arianos citatur Diui Auguſtini nomine:* Auguſtinus in Altercatione ARNOBII & Serapionis, &c. *Quibus manifeſtum eſt ad illud quod diximus ſæculum pertinere.* A

*Multa in hoc adhuc hiulca, & mutila comperies, quæ non niſi emendatioribus exemplaribus poterunt ſanari: quædam purioris Latij Patribus minus vſitata, Authori condonanda: omnia verò pia, Orthodoxa; & aduerſus nouos Arianos, Neſtorianos, Pelagianos commodiſſima. Opus per particulas diſtribuimus, vt Notis noſtris quarundam emendationum, & illuſtrationum indicaremus rationes: IRENÆI operibus Conflictum adiunximus, quod etiam iſte plurimas contra Deum hæreſes refellat: & quod illius edendi tum commodior eſſet ratio. Hoc itaq; bene fruere, & noſtris pro Chriſtiana pietate ſtudijs & laboribus Chriſtiano animo faue.* B

*Coloniæ Agrippinæ 1595. Septembris XVI.*

[1]CON:



A

[1]CONFLICTVS

# ARNOBII CATHOLICI, ET SERAPIONIS, DE DEO TRINO ET VNO; DVABVS IN CHRISTO SVBSTANTIIS IN VNITATE PERSONAE; GRATIAE ET LIBERI ARBITRII CONCORDIA: ADIECTIS F. FR. FEV-ARDENTII *Sacræ Theologiæ Doctoris notis.*

S[2]VPERVENIENTES AEgyptij, qui, vt oſtenderent ſe antiquorum prouinciæ ſuæ magiſtrorum diſcipulos, Iannes videlicet & Mambres, *Exod. 7. 11.* quos memorat Apoſtolus famulo Dei Moſeo quibuſdam præſtigijs re- *2. Tim. 3. 8.* B ſtitiſſe: ita & hi veritati reſiſtentes, cùm hanc nobis calumniam imponere niterentur, quod fides noſtra de Incarnatione Dominica à recti itineris tramite deuiaret; hoc ab eis tandem impetrauimus, vt ceſſante ſeditione verborum, ſingulis ex vtraque parte altercantibus, cæteri Cognitorum loco ſedentes, ſingulos tantùm eſſe Iudices permitterent, quibus liceret pro merito concluſionum dare ſententiam. factumque eſt vt Arnobius à parte Sedis Apoſtolicæ defenſor fieret, & Serapion à Synedrio Aegyptiorum altercator exiſteret: iudices verò eſſent à parte Catholica Decius Conſtantius, & à parte Aegyptiorum Ammonius.

## NOTAE.

1. CONFLICTVS] *Infra, ſecundæ congreſſionis initio, libellus iſte vocatur* ALTERCATIO, *quo nomine & à quibuſdam citatur: ſed cùm ante plurima ſæcula* CONFLICTVM *Alcuinus nuncupauerit; eundemque titulum Author libro ſuo præfixerit;* C *inſuper, ſic frequenter poſtea nominetur, hanc appellationem retinuimus. Addidimus porrò, De Deo trino & vno, &c. quod his tribus præſertim capitibus in eo diſſeratur. Primum contrarijs licet hæreſibus, conuellere nitebantur Sabelliani & Ariani; ſecundum Eutychiani & Neſtoriani; poſtremum Manichæi & Pelagiani: quorum aſſeclæ etiamnum Leonis magni, R. P. tempore, quo initum fuiſſe hunc Conflictum exiſtimamus, doctrinæ Catholicæ obſtrepebant. Certè conſtat hunc Leonem primum cùm adhuc eſſet Diaconus, quendam Iulianum* *Proſper ad annum 16. & 20. Theodoſij.* *Pelagianæ hæreſis ſatorem repreſſiſſe: conſtitutum quoque in Pontificatu Manichæos expugnaſſe: Eutychem verò per doctis ſcriptis confutaſſe atque damnaſſe, vt ex Epiſtolis eius ad eundem Eutychem, Flauianum, & Conſtantinopolitanos, &c. peruium eſt.*

2. Superuenientes Aegyptij] *Exordio ſummam totius Conflictus rationem exponit, id eſt, qua de re, à quibus, quibusq; iudicibus, initus ac terminatus fuerit. Manifeſtum eſt autē ex hiſtoria illius ſæculi, & actis ſecūdæ ac infamis Epheſinæ ſynodi, non modò Dioſcorum* *Euag. Lib. 2. 3. & 4.* *Alexandriæ, quæ caput fuit Aegypti, Epiſcopum; ſed & multos eius prouinciæ Epiſcopos; ac trecentos etiam monachos Eutychiana hæreſi deprauatos; et ea de cauſſa concilij Chalcedonenſis ſententia ſacrorum communione priuatos fuiſſe; adeò etiam inter AEgyptios illa peſtis inualuerat. Appoſitè verò non hi tantùm, ſed & cæteri omnes hæretici cum magis comparantur: quandoquidem & diuinæ veritati ſuas præſtigias & ſtrophas impudenter opponant, & cum dæmonibus maleficisq; hominibus magnam habeant conſenſionem. Hoc de Simone mago, Menandro, Marco, Carpocrate, Cerdone, alijsque priorum ſæculorum hæreſiarchis teſtificantur Irenæus, Tertullianus, Euſebius, ac Epiphanius: nos idem de nouiſſimis non vno ſemel loco notum fecimus.* *Annotat. in Irenæū, & Præfat. in Pſellum.* *Nemo etiam inficiari poteſt magicas artes in Galliam, Germaniam, Poloniam, Liuoniam, Suetiam, Daciam, & Angliam, ex admiſſo Caluiniſmo plus à quinquaginta annis inualuiſſe, quàm à mille & quingentis antea inualuerat.*

D

HOC autem ordine cœptum eſt negotium. SERAPION dixit: Antequam ad hoc veniamus,[1] quod vos Homuntionates arguamus, dicentes, duas naturas eſſe in Chriſto, duasque ſubſtantias, cupio ſcire, quis ſis? ARNOBIVS dixit: Sum planè ſeruus Chriſti, & tā Catholicæ fidei, quā veritatis aſſertor. SERAPION dixit: Ipſa fides tua quid credat, edicito. ARNOBIVS dixit: Deum omnipotentem, omnium creatorem, vnum credo. SERAPION dixit: [2]Hunc Deum, quem vnum credis, vnde noſti quod omnipotens, omniumque creator ſit? ARNOBIVS dixit: Quia ipſe virtutibus magnis ſe manifeſtare dignatus eſt generi humano. SERAPION dixit: Quibus virtutibus? ARNOBIVS dixit: Vt antiquiora prætercam, prouinciæ tuæ terra teſtatur,[3] quòd decem plagis percuſſa Regem ſuum perdidit cum ſuo exercitu, *Exod. 6 & 7* irafcentibus penè omnibus elementis, quod in Deum creatorem omnium rebel- *Deut. 5. 15.* *Pſal. 135. 12.* lis exiſteret. Populum autem, quem de gladio eius in manu forti & brachio excelſo eripuit, per famulum ſuum Moyſem fecit, quòd ipſe ſit Deus, & non ſit alius præter



ipſum.

ipſum. Si contrauenire diſponis edicito. SERAPION dixit: De his locis, in qui- A
bus concordat fides noſtra, tranſeamus. CONSTANTIVS & AMMONIVS
iudices electi dixerunt. Conſtat Arnobium ſatisfeciſſe de vno omnipotenti Deo, &
aſſertioni eius Serapionem conſenſiſſe: aut ſi non eſt ita, Serapion edicat. SERA-
PION dixit: Ego Arnobium ſcire ſtudeo, vtrumnam in alijs non erret fides eius,
ne fortè ſi alia præter iſta, de quibus quęſtio eſt, quę poſſint iure refelli, & occaſionem
huius temporis omittentes, [4] ne hîc aliquid egiſſe videamur. COGNITORES
dixerunt: Dicat Arnobius, vtrum permittat hunc alia quærere, præter eà, de quibus
orta videtur eſſe contentio. ARNOBIVS dixit: Non abnuo inquiri ab eo de qui-
buſcunque voluerit, ne locum mihi inquirendi ab eo quæcunque voluero, videar
amputare.

NOTAE.

1. Quod vos Homuntionates] *Homouſianorum cognomen Catholicis impoſitum per Arianos, adhuc illo ſæculo perſeueraſſe, multis in locis oſtendit Victor Vticenſis libris de perſecutione Vandalica. Notandum tamen Homuncionitas à Prudentio non Catholicos; ſed Ebionitas, Samoſatenianos, alioſq; hæreticos vocari & confutari, eò quod Chriſtum purum hominem eſſe, nihilquè diuinæ eſſentiæ ac virtutis habere contenderent.*

2. Hunc Deum, quem] *Attende in Serapione hæreticorum diſceptantium mores, de quibus Apoſtolus ait:* Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. *Et Tertullianus:* Nũquam ordinariè quæſtiones tractant, &c. *Re ipſa compertum eſt, eos in ſtatu quæſtionis propoſitæ nunquam conſiſtere: ſed pro vertiginis ſpiritu, quo ſemper agitantur, aliam, aliamquè, ſubinde & quartam quintamquè cumulare importuniſſimè, vt ordine diſputandi turbato, velut colubri gliſcentes elabantur; ſeu ſepiarum more, quæ atramentum habent pro ſanguine, offuſa veritatis luce in tenebris effugiant, & victi non videantur. Cæterùm,* vbi vera fides eſt, *ait Chryſoſtomus,* nulla quæſtionum neceſſitas eſt: quæſtio nempe fidem tollit. Qui enim quærit, nondum inuenit: qui nondum inuenit, nondum credit. Fides autem animum cogitationemquè facit conquieſcere.

2. Tim. 3. 7. Li. Præſcrip. Hom. 1. in 1. Epi. ad Tim. B

3. Quod decem plagis] *Quid ſi legerimus,* quæ decem plagis?

4. Ne hîc aliquid] *Lubens legerem*, nihil hîc egiſſe.

IVDICES memorati dixerunt: Dicat Serapion quæ ſint, quæ ab eo velit ad-
diſcere. SERAP. dixit: Iſtum vnum Deum liberatorem Hebræorum, ſolum dices C
eſſe Deum, an fortè alterum? ARNOB. dixit: Deus Hebræorũ Deus vnus eſt. Quando
Deut. 6. 4. audis, Deus vnus eſt, alterum Deum omnino nõ quęras. SERAP. dixit: [1] Ergo Iudaica
1. Cor. 5. 4. eſt tenenda aſſertio, qua ſolus & vnus Deus Hebræorum Deus prædicatur & creditur?
Epheſ. 4. 5. ARNOB. dixit: Deum Iudęi ſic prędicant ſolum, vt negent Filium eius; negent ſimul
1. Tim. 2. 5. cum eo vnum eſſe, qui natus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine. SERAP. dixit: Iſte
Matth. 1. 20. qui natus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, ipſe vnus, an eſt alius? ARNO. dixit:
Lucæ 1. 35. In Deitate vnus, [2] in generatione verò ſic eſt alius, vt Deus vnus eſſe non ceſſet Pa-
ter & Filius. Deus enim tunc verè vnus creditur, & integra in eo Diuinitas non nega-
tur. SERAPION dixit: Et quomodo integra in eo Diuinitas credenda eſt? ARNO-
Ioan. 5. 23. BIVS dixit: Tunc integra in eo Diuinitas non negatur, ſi Pater cũ Filio & Spiritu ſan-
1. Ioan. 2. 22. cto Deus vnus penitus non negatur. SERA. dixit: Eliciẽs me de Synagogæ ſynedrio,
[3] in Sabellij me inſaniam induxiſti: qui vnum Deum Patrem & Filium & Spiritum
ſanctum confitetur. ARNOB. dixit: Si verè vnum Deum diceret Sabellius, Filiũ eius
& Spiritum ſanctum non negaret. Negat enim verum Patrem, qui verum Filium nõ
dicit: negat Spiritum ſanctũ, qui integra Trinitate Deum integrum eſſe non credit.
SERAP. dixit: Ego tibi Sabellium lego anathema dicentem his, qui Patrem, & Filiũ, D
& Spiritum ſanctum auſi ſunt denegare ad conuincendam Trinitatem. ARNOB.
dixit: [4] Sed ipſum ſe Patrem, ipſum ſe Filium, ipſum ſe Spiritum ſanctum impijſſima
defenſione contendit. Nos autem Patrem dicimus & credimus qui genuit Filium: &
eſt Pater vnici Filij ſui ante tempora geniti.

NOTAE.

1. Ergo Iudaica] *Iudæi ſexcentis Prophetarum teſtimonijs conuicti, Deum quidem Patrem eſſe fatentur; ſed huius mundi ac cunctorum hominum creatione: nunquam verò coæterni atque conſubſtantialis Filij generatione. Quinimò iſtud adſcribunt blaſphemiæ, Chriſtum lapidibus petentes, quod ſeipſum affirmaret eſſe Filium Dei: ſicquè perſonarum pluralitatem cum Deitatis vnitate docentes ferre non poſſunt.*

Ioan. 10. 36.

2. In generatione verò] *De æterna loquitur, qua ſic verè à Patre ingenito, & à Spiritu ab vtroque procedente alia eſt perſona, vt tamen vnicus & verus Deus eſſe cum eiſdem non deſinat.*

3. In Sabellij me inſaniam] *Sabellius nolens Iudæis omnino ſubſcribere, Trinitatem in Deo fatebatur; ſed nominum, officiorum, ac proprietatum ſolummodò, non autem propriè dictarum perſonarum, veluti de eo & ſectatoribus teſtificantur Dionyſius Alexandr. Epiphanius, Hilarius, atque Theodoretus, &c. Viderint Caluiniani perſonæ veram finitionem cum ſuo Caluino peruertentes, quàm turpiter ad Sabellianos deficiant.*



A

4. Sed ipſum ſe Patrem] *Codex vetus, nominis Arnobij oblitus, iſtud Serapioni tribuit. Deinde, tertiò repetit,* ſi Patrem, ſi Filium, ſi Spiritũ; *nos ſe repoſuimus. Poſtremò,* cõtendit, *pro* contẽdis *ſcripſimus.*

SERAPION dixit: Nolo me in altum ducas; & de hoc iam agas, quod antè
tempora genuit. Hinc me prius ęgredi facito, quia te tres deos dicere intelligo. AR-
NOBIVS dixit: Intellectus tuus errorem patitur. [1] Nam debes me meminiſſe di-
xiſſe, te verè vnum Deum integrum confiteri, cùm Patrem & Filium & Spiritum
ſanctum vnum Deum ita credideris, vt niſi putatiuè dicas Patrem, ſed verum Pa-
trem, qui genuit verum Filium. SERAPION dixit: Ergo & alius, & alius, & alius
eſt. ARNOBIVS dixit: Alius, & alius eſt; & tamen vnus Deus eſt. SERAPION
dixit: Hoc ſtare non poteſt, vt alius ſit Pater, qui genuit; & alius ſit Filius, qui genitus
eſt: ita vt non ſit ipſe Pater, qui eſt Filius, & tamen vnus Deus ſit. ARNOBIVS
dixit: Ego in teipſo aſſignabo tibi duas perſonas habere vnam ſubſtantiam. SERA-
B PION dixit: [2] Ceſſet ars dialectica. ARNOBIVS dixit: Ars dialectica in rebus ob-
ſcuris ingreditur, vt videatur eſſe verum quod verum eſt. Ego autem promitto me
in teipſo oſtenſurum perſonas duas vnam habere ſubſtantiam: in te, inquam, quia
* dialexeos me agere, & non ſimpliciter autumas. SERAPION dixit: Doce ergo *fortè διαλεκτικῶς
ſimpliciter aliquas in me duas perſonas vnam habere ſubſtantiam. ARNOBIVS
dixit: Ecce in vno capite tuo duo ſunt oculi, ſed eſt ſubſtantia eorum vnus aſpectus:
duæ nares, ſed vnus odoratus eſt: duæ aures, ſed vnus auditus ęſt. Quod ſi vnius
ſubſtãtiæ in te iſta bina continent vnitatem, non vis in Deo Patre & Filio verè duas
perſonas [3] vnam habere ſubſtantiam? SERAP. dixit: Incongrua comparatio eſſe
dignoſcitur, vt de incorporeo corporea membra in exemplum aſſumas. IVDICES
dixerunt: Fruſtra quæris de corporeis membris ab Arnobio ſumptum exemplum. Si
enim corporea membra oculorum, narium, & aurium in ſuis formis diuiſa, & à ſe
inuicem quaſi in ſuis cubiculis manentia, hanc obtinent vnitatem ſubſtantiæ, vt
vno lumine, vno odoratu, vno fruantur auditu: quanto magis Deus, qui incorporeus
eſſe fatendus eſt, vnam cum Filio ſuo ſubſtantiam habens, vnam etiam cum eo ob-
C tineat omnipotentiæ maieſtatem? SERAPION dixit: Acquieſco quidem rationi
corporeæ: ſed niſi incorporea fuerint exempla, ad incorporeum illa duci non pa-
tior. ARNOBIVS dixit: Deprecor Iudices, vt indulgenter feratis veſtram renuen-
tem ſententiam. Non enim expaueſco illa incorporea exempla quærentem, cùm
verum Patrem, verum Filium, verum Spiritum ſanctum, verè tres, verè vnum con-
fiteor omnipotentem & credam. Compellatur ſanè Serapion de hac interrogatione
profiteri ſilentium, cùm ſicut de corporeis, ita & de incorporeis exempla protulero,
quibus aſtruam tres perſonas in vna eſſe ſubſtantia. IVDICES dixerunt: [4] Edicat
Serapion ad huius rei probationem hoc ſolum deeſſe, vt ab Arnobio incorporea
proferantur exempla. SERAPION dixit: Satisfactum fatebor ſanè cùm incorpo-
rea exempla ita fuerint ſicut corporea euidenter expreſſa. ARNOBIVS dixit: Nũ-
quid poſſumus in vno homine aliquo perfectam dicere ſapientiam eſſe, in quo mi-
nimè ſit memoria, aut ingenium, aut intellectus? SERAPION reſpondit: Quomo-
do perfecta poteſt ſapientia credi, cui vnum de his tribus deeſſe potuerit? ARNOB.
dixit: Ergo ſi ita eſt, imò quia ita eſt; ſicut in vna ſapientia tres iſtæ incorporeæ perſo-
næ ſubſiſtunt, id eſt, memoria, & ingenium, & intellectus; & cùm tres ſint, non tres fa-
D ciunt, ſed vnam ſapientiam perfectam, ſi tota tria perfecta fuerint; ita vna Deitas per-
fecta erit in fide noſtra, cùm perfectum Deum credamus Patrem & Filium & Spiritũ
ſanctum vnam Deitatis omnipotentiam obtinere. Et ſicut non eſt integra ſapien-
tia, vbi quidpiam de ingenio, aut de memoria, aut de intelligentia defuerit; ſic
nec eſt integra fides in homine eo, qui in Patre quidpiam, aut in Filio, aut in Spiri-
tu ſancto, quantum poteſt vnius puncti menſura eſſe, offenderit. Oculorum enim
interiorum lumen eſt fides: & ſicut ſi acu tenera aliquam partem pungas in oculo,
totum lumen conturbas atque debilitas; ita etiam [5] cùm erratum fuerit in hac ſancta
Trinitate in aliqua parte quantum concedetur atomo, vel momento, vel puncto,
totum ſerenum lumen fidei conuertit in nubilum: & ſemel iam animus vulneratus,
nil præter tenebras videt. IVDICES dixerunt: Serapion, qui ideo non acquieuit
corporeis exemplis aſſumptis, quia videbantur ei incorporeis aptari non poſſe; ce-
dat incorporeis neceſſe eſt prolatis exemplis, vt verè vnam Deitatem veris tribus
perſonis fateatur rationabiliter eſſe aſſignatam.

NOTAE.

A

1. Nam debes me] *Vetus codex*; Nam debes me meminiſſe dixiſſe te verè vnum Deum integrum confiteris, eum Patrem, &c. *nos* confiteri, cùm Patrem *legendum iudicauimus*.

2. Ceſſet ars dialectica] *Cùm hæretici paralogiſmis & meris fallacijs tantùm ſuos errores ſtabilire conentur: non mirum ſi à* Dialectica, *quæ ſophiſmata detegere & refellere docet, vt plurimum abhorreant. Hinc enim Donatiſtæ cum Auguſtino congredi nolebant, quod hac diſſerendi arte peritus & munitus eſſet. Et nouorum Vbiquiſtarum alter antiſtes Smidelinus, in colloquio Badenſi, iuſſus (ſecundùm pacta) in modo & figura ſyllogiſmos nectere, & ſecundùm Dialecticorum regulas diſputare; cùm id præſtare non poſſet, in hanc præclaram diſciplinam inuectus, cum fanaticis opinionibus ſuis theatro exſibilatus & pulſus, paulo poſt mærore confectus animam exhalauit.*

3. Vnam habere ſubſtantiam] *Vocem* vnam *adiecimus*.

4. Edicat Serapion] *Vetus codex*. Edicat Serapion ab huius reprobationem hoc non ſolùm deeſſe, &c. *Et paulò poſt:* Satisfactum fateor: *pro quo nos* fatebor *collocauimus*.

5. Cùm erratum fuerit in hac ſancta Trinitate] *Ita & magnus Antiſtes Auguſtinus de eodem myſterio ſcribit:* Nec periculoſius alicubi erratur, nec laborioſius aliquid quęritur, nec fructuoſius inuenitur. Li. 1. [...]

SERAPION dixit: Permittite me IVDICES, ab eo inquirere, quæ ſequuntur. IVDICES dixerunt: Sicut non permitteris ea quæ iuſtè finita ſunt iterare; ita non prohiberis, quæ non ſunt intimata proponere. SERAP. dixit: Patrem & Filium ad comparationem primò corpoream, ſecundò incorpoream ducens, vnam Deitatem in his duobus, id eſt, in Patre & Filio docuiſti: modò Spiritum ſanctum noſſe volo, quid eſſe commemores: quoniam ſentio quod Patrem duos filios habere credas. ARNOBIVS dixit: Niſi te ad rationem humanam duxero, non potes pertingere ad Diuinam. SERAP. dixit: Duc quocunque volueris, tantùm vt me facias ad rationem peruenire Spiritus ſancti. ARNOBIVS dixit: Interrogo te vt dicas mihi, cùm dixerit Rex, Ædificetur forum, aut palatium, vel aliquid huiuſmodi, hic ſermo qui ex ore Regis egreſſus eſt, egò puto quod ipſe fecit fieri quod non erat. SERAPION reſpondit: Conſtat quod hic ſermo ex ore Regis egreſſus, facit fieri quod non erat. ARNOBIVS dixit: Ergo ſermo Patris ex ore procedens, virtute plenus facit omnes viſibiles creaturas. SERAPION dixit: Iterum me ad Patrem & Filium reuocaſti, cùm ego Spiritum ſanctum à te, naſcentem inquiram. ARNOBIVS dixit: Non potes inuenire naſcentem Spiritum ſanctum, ſed procedentem. SERAP. dixit: Ipſam iam proceſſionem oſtende. ARNOB. dixit: Non tibi dixi, quoniam impatienter audis ea, quæ te potuerunt perducere ad indaginem veritatis. SERAP. dixit: Patienter audiam, ſequar quò volueris, iam mihi Spiritum ſanctum oſtende quid ſentias. ARNOB. dixit: [1] Prius eſt vt fatearis de Filio ſuo dixiſſe Patrem: Eructauit cor meum verbũ bonum. SERAP. dixit: Etiã ſi negare voluerim, pręſentes me omnes qui audiunt, confutabunt. ARNOB. dixit: Sermo cùm ex ore Patris naſceretur, qui omnia viſibilia & inuiſibilia ſua virtute creauit, nunquam potuit Sermo ſine ſancti Spiritus flatu procedere. SERAPION dixit: Ergo duo ſunt filij, qui ex ore Patris egreſſi ſũt, Sermo ſcilicet, & Spiritus. ARNO. dixit: Erras in auditu. Excidit enim tibi, quia duxi te prius ad exemplum Regis, qui imperauit fora fieri, aut palatia, aut thermas; & adieci: Sermo imperij eius tantam virtutem obtinuit, vt fierent quæ nunquam fuerant. Hæc tu coram hominibus confirmaſti. Reſponde nunc iterum, ſi ita eſt? SERAP. dixit: Ita eſt. ARNOBIVS dixit: Ergo ſi ita eſt, imò quia ita eſt: reſponde mihi: Vtrum Sermonem hunc natum ex ore imperantis, iuſta ratione confirmetur? SERAP. dixit: Iuſta ratione natũ Sermonem aſſentior. ARNOB. dixit: Nunquid cũ naſceretur ſermo iubentis, qui egreſſus ex ore, quæ non erant faceret? Nunquid & flatus, qui procedebat ex eo, qui verbũ emiſit, natus potius quàm procedens, poterit aliqua ratione monſtrari? Quod ſi id in homine non poteſt fieri imperante, quãto magis hoc in Deo? Verbum ex ore generante cadere non poteſt vt ipſe flatus Spiritu ſancto plenus Filius dicatur. Sed eſt Pater qui eructauit Verbum; & Spiritus ſanctus, qui à Patre non ceſſat procedere, habens hanc virtutem quam Filius. Nam Verbo Patris cæli firmati ſunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Si ita recordaris ſcriptum, edicito. SERAP. dixit: [2] Ita ſcriptum eſſe in libro Pſalmorum primo nemo eſt qui neſciat. IVDICES dixerunt: De ſancto Spiritu ſatisfactum tibi, euidens eſt aſſertio, quam tuus probat aſſenſus: nunc ad ea, quæ nondum dicta ſunt, accedamus.

B

C

Pſalm. 44. 1.

D

Pſalm 32. 6.

NOTAE.

1. Prius eſt vt fatearis] *Hunc quoq; Pſalmum de Chriſto intelligendum eſſe non modò Patres Latini & Græci conſentiunt; ſed & Paraphraſtes Chaldæus de rege Meſsia; & quod omnium maximum eſt, Paulus Apoſtolus de Domino IESV æterno Filio Dei interpretatur. Iuſtinus martyr contra Iudæos ſcribens ait:* Certè in 44. Pſalmo Chriſtus prędicatur ſic: Eructauit cor meum verbum bonum. *Athanaſius verò:* Quis

Heb. 1. 8.
Dialog.



A

Quis hominum auditis his Dei Patris verbis, Eructauit cor meũ verbum bonũ, auſit dicere, Verbum quod ex corde Dei progreſſum eſt, ex non entibus exiſtere? *Et idem rurſum:* Si Pater eſt & Filius, neceſſum eſt Filium naturalem & verum eſſe, hoc eſt, coeſſentialẽ Patri. De operibus quidem ait ſermo diuinus, Ipſe dixit & facta ſunt: de Filio autem: Eructauit cor meũ Verbum bonum. *Alios interpretes prætermitto.*

Epiſt. de ſententia Dionyſ. Alexand. Compendio de Spiritu ſancto.

2. Ita ſcriptum eſt in libro Pſalmorum primo] *Epiphanius obſeruauit Hebræos Pſalteriũ in quinque libros partiri. A primo enim Pſalmo vſq; ad 40. vnũ librum faciũt. A quadrageſimo primo vſque ad 71. ſecundum librum. A ſeptuageſimo ſecundo vſque ad 88. tertium. Ab octogeſimo nono vſq; ad 105. quartum librum. A centeſimo ſexto vſque ad centeſimum quinquageſimum, quintum librum numerant. Cæterùm etiam hunc verſum Pſalm. 32.* Verbo Domini cæli firmati ſunt, *&c. etiam ad Filium & Spiritum ſanctum, qui eadem cum Patre voluntate & potentia cælos condiderunt, pertinere, non modò hic Arnobius, ſed & magnus Athanaſius Serm. 4. contra Arianos, Damaſus Papa in ſymbolo, Epiphanius primo libro, tom. 2. Philaſtrius, Fulgentius, & alij Orthodoxi conſtanter docuerunt.*

Li. de menſ. & ponder.

SERAPION dixit: Ecce ſicut in vna ſapientia, quæ perfecta eſt, memoriam, ingenium, & intelligentiam conſentio; ſic & Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum in vna Deitate eſſe confiteor. Sed quæro abs te: Si verè genuit Pater? ARNOB. dixit: [1] Nihil in Deo factum inuenies, quàm quod eſt. Hoc eſt: Pater enim Pater verus eſt, verus genitor Filij: verus Filius, verus vnigenitus Patris. SERAP. dixit: [2] Antequam generaret Filium, tantummodò Deus fuit; non tamen Pater? ARNOBIVS dixit: Erras in interrogatione: ſemper enim & Deus & Pater fuit. SERAP. reſpondit: Ergo non verè genuit. ARNOBIVS dixit: Verè genuit. SERAPION reſpondit: Si verè genuit, antequam generaret Deus, Deus fuit: non tamen & Pater ſimul eſſe potuit antequam generaret iſte, qui genuit. ARNOB. dixit: Ideo errorẽ pateris, quia humanę fragilitatis comparationem omnipotẽtiæ Diuinæ impingis. Homo enim antequam filium habeat, tantummodo homo eſt: poſtea verò quàm filium habere cęperit, & homo eſt, quod fuit; & pater eſſe incipit, quod antequam filium generaret eſſe non potuit. Hãc iniuriam Deo ne feceris. Deus eſt immutabilis & permanens, nihil in ſe recipit nouum: ſemper enim fuit & Deus & Pater, nec illi hoc nomẽ paternitatis acceſſit: quoniam omne quod accidens eſt, recedere poteſt; & quod recedere poteſt, etiam deficere poteſt. Diuinitas autem, quæ immutabilis perſeuerat, nihil in ſe ex accidenti aliquid recipit. Hoc enim eſt hodie, quod ſemper fuit. Nihil enim ſicut tibi, ô homo, deficiet ex præterito, nihilque ei de futuro excreſcet: nec ſic ei tempora dominantur vt tibi, qui fuiſti prius infantulus, poſtea puerulus, deinde iuuenis, poſtea ſenex, poſt ſenectutem tibi finis occurrit. Hoc penitus in Deum ſi putaueris venire, & ſtultus oſtenderis, & blaſphemus execrabilis comprobaris. SERAP. reſpondit: Auertat hanc blaſphemiam Deus, quæ nunc ſtultitia nata in ridiculo blaſphemantem arguit. ARNOB. dixit: Ergo Deus immutabilis eſt, an mutatur in aliquo? SERAP. reſpondit: Immutabilis eſt Deus: ſed tamen te aſtruente quod genuit Filium, mutabilis oſtenditur. ARNOB. dixit: Reuerti habemus ad comparationes aliquas, per quas oſtẽdamus ſic naſci, vt inter generantem & generatum nulla poſſit temporum eſſe diuiſio.

B

C

NOTAE.

1. Nihil in Deo factum inuenies] *Lubens legerem* fictum, *vt huic interrogationi,* Si verè genuit Pater? *correſponderet.*

2. Antequam generaret] *Huiuſmodi fuiſſe Arianorum delirationem teſtatur Alexander Eccleſiæ Alexandrinæ Patriarcha, velut ex eius ad omnes Catholicos Epiſtola referũt Socrates et Nicephorus. Athanaſius his verbis eã effert:* Deus inquit Arius, potẽtia quidẽ ſemper, ſed effectu non ſemper Pater fuit: & antequam generaret, non erat Pater, ſed erat omnipotens Deus. *Sed huic inſaniæ ſic idem Athanaſius occurrit:* Verum Patrem ſempiternum verus declarat Filius ſempiternus, qui de eo natus eſt: & verum Filium ſempiternum verus Pater demonſtrat ſempiternus. Ideo nunquam Pater ſine Filio, quia ſemper Filius fuit cum Patre. *Auguſtinus verò ait:* Nulla ibi tempora cogitentur, quæ habent prius & poſterius: quia omnino nulla ibi ſunt. *Et iterum:* In illa ſumma Trinitate quæ Deus eſt, interualla temporum nulla ſunt, per quæ poſſit oſtendi, aut requiri, vtrum prius de Patre natus ſit Filius, & poſtea de ambobus proceſſerit Spiritus ſanctus, &c.

D

Libr. 1. hiſto. cap. 6.
Libr. 1. cap. 8.
Libr. de vnitate ſanctiß. Trinit.

Libr. 15. de Trinit. c. 26.

SERAPION dixit: Nouam rem audio, vt inter generantem & generatum nullum medium poſſit tempus oſtendi. ARNOBIVS dixit: Ideo Cognitores habemus & Iudices, vt vereamur nos dicere oſtenſuros quod oſtendere non valemus. SERAP. dixit: Caue ne iterum corporea mihi aliqua exempla adferas, quibus nitaris incorporea coaptare. ARNOB. dixit: Iam timeo prudentiam tuam in hac parte offendere. SERAP. dixit: Non meam prudentiam, ſed omnium cognitorum & iudicum. ARNOB. dixit: Audi ergo incorpoream generationem de corporeo homine. SERAPION dixit: In dialecticum ſophiſma prorumpis. ARNOBIVS dixit: Dialecticum ſophiſma duas facies recipit: & vt verum probetur quod aſtruitur, & non

verum ex aliqua parte arguatur. Nunc autem quod dixero, cùm veritatem ſolùm oſtendam, & ex nulla parte fallaciæ notam incurrat, quomodo poterit dialecticum quod ingero, argui? Nunquidnam ſi dixero, vox hominis incorporea eſt, mentior? SERAPION dixit: Quis enim vocem vnquam corpoream dixerit aliquando? ARNOBIVS dixit: Non dixit hoc vllus, tamen ego hoc volo dicere, quod vox hominis incorporea ſit. SERAPION dixit: Hoc dicis quod nullus ignorat. ARNOBIVS dixit: Ex voce verbum naſcitur, an vox ex verbo? SERAPION dixit: Ex voce verbum. ARNOBIVS dixit: Verbum quod ex incorporea voce natum eſt, corporeum, an incorporeum eſt? SERAPION dixit: Incorporeum. ARNOBIVS dixit: Ecce ex incorporea voce ſermo natus incorporeus filius vocis eſt. [1] An poſſit poſterior inueniri? Quod ſi tempus nullum inter verbum & vocem inuenire præuales, quomodo inter Patrem & Filium Deum immutabilem medium aliquod tempus inuenire poteris? In hac autem ipſa indagine, etiam ſancti Spiritus non eſt intermittenda tertia perſona. Quia cùm ex voce naſcitur ſermo, flatus non naſcendo, ſed procedendo egreditur, per quem vocis verbi integritas cuſtoditur: ita & Spiritus ſanctus procedens ex Patre, per quem integra & perfecta Trinitas in Catholicis definitionibus cuſtoditur, patefacit non fuiſſe vnquam ſine Filio Patrem. IVDICES dati dixerunt: Probabiliter Arnobij aſſertio ſanctum quoque Spiritum cum Patre & Filio euidenter expoſuit: ſi ſunt alia quæ nondum dicta ſunt, proferantur. SERAPION dixit: Quæ me mouent, ſi non protulero, caſſabuntur in animo meo ea quæ explanata ſunt, per ea quæ minimè prolata ad explicationē pertingere potuerunt. IVDICES dati dixerunt: Videbimur & nos vano labore fatigari audiendo, & vos ſine cauſa laborare dicendo, ſi ea repetantur quæ finita noſcuntur. Vnde cauendum tibi eſt omnimodis & ſtudendum, ne ſemel expoſita & finita, quaſi amens reuoces ad luctamenta verborum.

## NOTAE.

1. An poſſit] *Codex vetus*: Filius vocis eſt, poſſit poſterior inueniri. *Cùm ex his nullum poſſemus ſenſum elicere, addidimus*, An poſſit. *De Filij* *Libr. 3. de Theolog.* *porrò æterna generatione ſcribit Nazianzenus*: Dei generatio, ſilentio eſt colenda. Et quod ſanè generatus ſit Filius didiciſſe te magnum quiddam eſſe conceſſero: verùm quomodo generatus ſit noſſe, ne Angelis quidem datum eſſe conceſſero. *Et Ambroſius*: Scire licet quod natus ſit; quomodo, diſcutere non licet. *Lib. de fid. ad Grat.* *Ephrem Syrus elegantem librum edidit aduerſus eos, qui naturam Filij Dei ſcrutari volunt.*

SERAPION dixit: Iam quæ ad conſenſum meum pertingere expoſita potuerunt, nulla potero ratione iterare: eà tamen quæ ex eis ſi quæ finita ſunt oriuntur, neceſſe eſt vt proponam. Et adiecit: Dic mihi Catholice, qui Filium non negas ex Patre genitum, Voluntate eum genuit Pater, an neceſſitate? ARNOBIVS dixit: Nec voluntate, nec neceſſitate. IVDICES dixerunt: Aperi quod dixeris, quia clauſum eſt. ARNOBIVS dixit: Omnis homo qui vult aliquid, aut non vult, ſi ſapientiam ante non habeat, non poteſt aliquid iuſtum velle vel nolle. Ergo perprius eſt vt ſapientiam habeat, [1] quàm virtutem, quà poſſit aliquid vel velle, vel non velle: & ita demum incipiat iam ſapere & velle, cùm per ſapientiam didicerit ſe habere poſſe. Quærit ergo à me Serapion: Si Pater neceſſitate genuit Filium, an voluntate? Breuiter reſpondebo de vno. Neceſſitatem qui patitur, Deus omnino nec dici debet, nec credi. Quum ergo de vna re abſoluta ſit quæſtio, altera quæ ſupereſt hoc ordine terminanda eſt, vt interrogem interrogantem me: Vtrum ſit prius ſapere rationabiliter, quàm rationabiliter velle? IVDICES dati dixerunt: Reſpondeat Serapion his, quæ ſciſcitatur Arnobius. SERAPION dixit: Quis eſt qui ignoret, quin prius ſit rationabiliter ſapere, quàm rationabiliter velle? ARNOBIVS dixit: Si prior eſt ſapientia quàm voluntas, præceſſit Filius voluntatem, & ante eſt genitus, quàm genitor aliquid vellet aut nollet: quia quando voluntas cœpit, iam ſapientia, quam ipſe confeſſus es, erat anterior. Et licet ratio à me data tuo iam ſit formata conſenſu, cùm diceres, quis eſt qui neſciat quod prius ſit rationabiliter ſapere quàm rationabiliter *1. Cor. 1. 24.* velle: hæc ratio à me data tamen Apoſtoli eam Pauli authoritate firmabo, quà dicit de Dei Filio, quia ipſe ſit virtus & Dei ſapientia. IVDICES dati dixerunt: [2] Conſtat Arnobium rectè dixiſſe, nec voluntate, nec neceſſitate Patrem Filium genuiſſe, quia Deus neceſſitatem non habet: voluntatem anteriorem ſapientia eſſe non poſſe, & humana ratione edocuit, & Apoſtoli authoritate firmauit. Si ſunt alia à Serapione proferenda, pandantur.

NOTAE.



## NOTAE.

1. Quam virtutem] *Codex vetus*, & non virtutem.

2. Conſtat Arnobiū] *Non modò à priſcis Patribus, ſed etiā à Lombardo accuratè diſcuſſa fuit hæc quæ-* *Lib. 1. ſent. diſt. 6.* *ſtio*, An volens, an nolens: *& quod in idem recidit*, An libertate, an neceſſitate Pater genuerit Filium? *quæ hîc inter Arnobiū & Serapionem vētilatur.* *Tom. 4. Aug. Dial. quæ. 7.* *De hac Oroſius ſcribit ad Auguſt.* Voluntate genuit Pater Filiū, vel neceſſitate: ſed nec voluntate, nec neceſſitate, quia neceſſitas in Deo non eſt: præire autem voluntas ſapientiā non potuit. *Li. 15. de Trinit. cap. 10.* *Idemq; Auguſtinus refert hæreticū verſutiſſimè quendā Catholicum interrogaſſe*: Vtrum Deus Filium volens vel nolens genuerit: *vt ſi diceret, nolens, abſurdiſſima Dei miſeria ſequeretur: ſi autem, volens, continuò quod intendebat concluderet, ſcilicet, non naturæ eſſe Filium, ſed voluntatis. Catholicus verò vigilantiſſimè quæſiuit viciſſim ab illo*; Vtrum Deus Pater volens aut nolens ſit Deus: *vt ſi reſponderet, nolens, ſequeretur grandis abſurditas & miſeria, quam de Deo credere magna eſt inſania. Si autem diceret volens, reſponderetur ei, ergo & ipſe voluntate ſua Deus eſt, non* *Lib 15. de Trin. ca. 20.* *natura. Scribit rurſum idem Auguſtinus Eunomium cū nō potuiſſet intelligere, aut credere, noluiſſet vnigenitum Dei Filium, Verbum Dei eſſe natura, id eſt, ſubſtantia Patris genitum non naturæ vel ſubſtantiæ Filium eſſe dixiſſe, ſed volūtatis: vt hinc aſſereret, acceſſiſſe Deo voluntatem, qua illum gigneret; ſicut nos aliquando ali-* *Ser. 4. contr. Arian. Epiph. contr. hæreſ 69.* *quid volumus, quod antea nolebamus. Athanaſius quoq; teſtatur Valentinianos & Arianos contendiſſe, Filium quadam excogitatione præcedenteq; voluntate paterna genitum, vt illum adæquarent creaturis, quæ non ex diuina ſubſtantia, ſed beneplacito liberaq; Dei voluntate prodierunt.*

*Quid porrò ad hæc patres Scholaſtici? Nodum facilè ſoluunt, docentes Filiū non eſſe genitum voluntate aut præcedente, aut accedente, aut eliciēte, aut producente, vt contendebant hæretici: ſed bene voluntate cooperante, concomitante ac bene complacente. Primam ſolutionis partem confirmant ex his magni Athanaſij verbis*: Apoſtolus non voluntatis, ſed ipſius paternæ *Ser. 4. contr. Arian.* ſubſtantiæ proprium ſplendorem & ſigillum *Hebr. 2.* Filium prædicat dicens, qui cùm eſſet ſplendor gloriæ, & forma ſubſtantiæ eius. Quod ſi ex voluntate paterna ſubſtantia non exiſtit; clarum quoque eſt, Filium ex voluntate ortum non habere. Certè ipſe Pater non dixit. Iſte eſt Filius voluntate genitus; neque, quem ex placito obtinui: ſed ſimpliciter: Hic eſt Fi- *Matth. 17.* lius meus, &c. *Secundam verò ex eo quod Pater ſimul eſt bonus, potens, volens, & generans, cùm bonitas, potentia, & volūtas ſint eius ſubſtantia: itaq; ſi bonus & potens gignit Filium, volens quoque producit. Huc pertinent iſta Iuſtini martyris verba*: Pater voluntate ſua *Dialog.* Filium genuit. *Et Hilarij cenſura grauiſſima.* Eos qui dicunt de non extātibus eſſe Filium Dei: ſimiliter qui dicunt, quod neque conſilio, neque voluntate Pater genuerit Filium, anathematizat ſancta Eccleſia. Si quis nolente Patre *Li. de ſynod.* dicat natum Filium, anathema ſit. Non enim nolente Patre, coactus Pater vel naturali neceſſitate ductus, cùm nolet, genuit Filium: ſed mox vt voluit ſine tempore ex ſe vnigenitum demonſtrauit. *Sed de his iam ſatis.*

SERAPION dixit: Tres perſonas memoror te dixiſſe, Patrem genitorem Filij, Filium genitum Patris, Spiritum ſanctum [1] procedentem ex Patre, tres iſtas perſonas habere Deitatem ſuam, & integerrimam memoraſti. ARNOBIVS dixit: Ita eſt. SERAPION dixit: Pater ergo Filius non eſt, nec ipſe Filius qui Pater, nec Spiritus ſanctus ipſe qui Pater & Filius: ſed vnuſquiſq; in ſua perſona perfectus eſt Deus. ARNOB. dixit: Ita eſt. SERAP. dixit: Quid ergo nunc ais ad interrogationem meam, cū te interrogem; & dicas mihi Pater perfectus eſt Deus, Filius perfectus Deus, Spiritus ſanctus perfectus Deus. Ita dicis? ARNOB. dixit: Ita dico. SERAP. dixit: Et ſi ita dicis, [2] quomodo tres deos eſſe non credis? ARNOBIVS dixit: Et ſi obliuio tui dominatur, non dominatur in vniuerſis Cognitoribus & Iudicibus attributis. Sciunt enim me & duorū oculorum, vnum aſpectum; duarum aurium, vnum auditum; & duarū manuum, vnum adtactum; & duorum pedum, vnum greſſum; & duorum labiorum atque vnius linguæ, vnum memoraſſe ſermonem: & memoriæ, atque intelligentiæ, & ingenij, * his tribus vnam ſapientiam; & tot membris corporeis vnius vitæ ſubſtantiam; & in quinque ſenſibus vnum intellectum; qui per oculos videndo, per aures audiendo, per os deguſtando, per nares odorādo intelligat. Cùm ergo iſta omnia diſputatio noſtra tractaſſet, & ſit de vnitate finitum; quæ ratio nos iterum ad ea reuocat, quæ ſint & mutuo conſenſu, & Iudicū lata inter partes ſententia iam finita? Cùm dixiſſem, ſicut memoria, & ingenium, & intellectus, vnum ſapientiæ obtineant munus, ita Pater cum Filio & cum Spiritu ſancto vnum omnipotentiæ ſuæ permanet regnum. SERAPION dixit: De vniuſcuiuſque perfectione Deitatis nec ego interrogaui, nec tu inde dixiſti. Aio nunc enim: Pater perfectus Deus, Filius perfectus Deus, Spiritus ſanctus perfectus Deus, tres faciunt deos. [3] Aut enim tertiam partem vnus Deus habet, vt per quaternas vncias tantùm tres vnam Deitatem habeant: aut tres dij ſint, ſi vnuſquiſque in ſua Deitate perfectus eſt. ARNOBIVS dixit: Breuitati ſtudenti mihi, lacinioſa diſputatione occurris: ſed quantum tu in prolixum ire vis, tantum te ego in breui concludam. [4] Pone tres pretioſiſſimas margaritas incomparabiles, vnius tamen meriti, in obſcuro loco,

aut in

aut in cœca nocte repoſitas. Cùm tamen venerit lumẽ diei & ſolis ſplendor, quanto A
amplior fuerit ſerenitas luminis, tanto erit amplior oculis attendentibus horum trium lapidum pretioſorum ſplendor. Interrogo nunc. Iſti tres lapides incomparabiles antequam manifeſtarentur à lumine, in ſua pretioſitate manebant, & pulchritudo eorum in ipſis erat, oculis tamen hominum non parebant? SERAP. dixit: Ita eſt. ARNOBIVS dixit: Lux quæ eos manifeſtauit totos tres lapides, vna eſt, an duæ, an tres luces ſunt diei? SERAPION dixit: Quis negat quod vna lux eos manifeſtare poteſt, etiam ſi mille ſint? ARNOBIVS dixit: Ego quidem tres dixi, tu mille concedis. Si ergo mille lapides pretioſi vno diei lumine [5] ornatum ſui ſplendoris oſtendunt, quomodo non Pater & Filius & Spiritus ſanctus vnius Diuinitatis ſuæ omnipotentiam vno pandunt lumine, Deitatem nõ oculis corporeis, ſed oculis cordis, ſi fuerit fidei Catholicę feneſtra adaperta, vt intret per eam ſol iuſtitiæ, & ſuo lumine radiantur? Verè itaque tres lapides pretioſos vnius meriti, vnius maieſtatis, vnius pulchritudinis, vnius diadematis, vnius quoque & regni euidenter oſtendat, non vt vnum bonũ, alterum meliorem putes: vt ſic vnum magnifices, vt ad iniuriam alteriꝰ
alterum magnificentiorem exiſtimes. Vnuſquiſque enim lapis verus ita eſt, vt nihil B
[6] de habeat quo poſſit alius verior æſtimari: tantùm & fides aperiat feneſtras animorum, quas ſine credulitate noſtra nec Deus ipſe aliquando patefecit. Non enim ſaluabitur niſi qui credulitatem ſuam fidei rectæ ſubdiderint, & ipſa aperuerit feneſtras intelligentiæ, vt videat iſtas tres pulcherrimas gemmas in vno regno conſtructas, vnum diadema facere, & vnũ maieſtatis imperium obtinere. SERAPION dixit: Iſti tres lapides licet vnius pretioſitatis, vniuſq; ſint pulchritudinis, tamẽ à ſe diuiſi ſunt. ARNOBIVS dixit: Tu diuiſionem vidiſti trium, ſed vnum regnum vnius diadematis non vides. SERAPION dixit: Vnum diadema video, ſed in ipſo diademate [7] cataclyzomatis arte ſunt gemmæ conſtructæ. ARNOBIVS dixit: Sicut tibi cataclyzomatis arte ſunt gemmæ conſtructæ, ita hîc naturaliter in vno omnipotentiæ theſauro poſitæ, illis tantùm manifeſtantur, quorum credulitas egerit, vt fides integra aperiat ianuam theſauri huius perpetui, ac patefaciat & iſtam Trinitatis vnitatem perfectam, & ipſius vnitatis integerrimam vnitatem: verum Patrem, qui ſemper fuerit Pater: & verum Filium, cuius ſemper fuerit Pater. [8] Non enim ſicut ante Filius ſi non fuerit Patris ſui, non poteſt effici Pater Filij ſui. Nihil enim mutatur
in eo qui verus Deus eſt; ſed immutabilis idem ſemper eſt, & quo ſemper fuit Deus, C
qui verè vnus & trinus eſt, nõ poteſt Deus credi qui incipit eſſe quod nõ fuit. [9] Ex quo enim eſt quod Deus eſt (ſi tamen dici debet) ex quo eſt hoc quo Deus eſt, (quod inopia humani ſermonis dici permittit) non ipſa ratio maieſtatis: ex eo enim quod Deus eſt, ex eo & Pater, ex eo & Filius eius, ex quo & Deus & Pater eſt. Nihil enim in ſe per ſubſtantiam habere cœpit, quod ante non habuit. Semper enim cum virtute fuit, quæ eſt Filius: ſemper cum flatu ſuo, qui eſt Spiritus ſanctus. SERAPION dixit: Ad omnia quieſco, & ſemper fuiſſe totam Trinitatem confiteor. Sed maiorem Patrem quare non credam, cùm non naſcitur Pater de Filio, ſed Filius naſcatur ex Patre? ARNOBIVS dixit: Iam diximus ex voce naſci ſermonem, nec ideo vox maior eſt quod ex ipſo naſcitur ſermo: vno eodemq́ue momento & vox ſermoque ſimul oriuntur & flatus. Ceſſat amplitudo, & diminutio, quod tempus nullum interpolat inter vocem & ſermonem & flatum. Nam Sermonem eſſe Filium approbat Pater, ſacra Scriptura teſtante; Eructauit cor meum verbum bonum. Et quid

Pſalm. 44. 1.

tam bonum quàm Filius, à quo omnis bonitas? Verbum autem eructuantis ex corde, ſine Spiritu eructuantis & flatu naſci nõ potuit. Flatus eſt enim qui procedit, quã-
do naſcitur verbũ. Vnde & paulò ante iam dixi, Verbo Domini cæli firmati eſſe à Pro- D

Pſalm. 32. 6.

phetis dicuntur, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. IVDICES dati dixerunt: Ex abundanti de inuiſibili maieſtate Trinitatis dictum ſit ab Arnobio, quod repetitis intentionibus Serapionis ex integro ſatis cognouimus factum. Si eſt aliud quod Serapion intimet, pandat.

## NOTAE.

1. Procedentem ex Patre] *Non hîc tantùm Serapion, ſed & ſupra Arnobius tradit Spiritum ſanctũ procedere à Patre, nulla Filij facta mentione: quod veteribus licuit, antequam aduerſus errorem Græcorum ſententiam ſuam Eccleſia manifeſtius explicaſſet atque definiuiſſet. Non quòd eum à Filio quoque procedere negarent: ſed quod expreſſis in ſcriptura verbis contenti, id peramplius explicare tunc non eſſet neceſſe. Sic enim Theodoretus ait:* Spiritum ſanctum ex Deo & Patre ſubſtantiam habere didicimus. *Cyrillus quoque:* Spiritum ſanctum ex ſubſtantia Dei Patris eſſe docemus. *Et ne Latini deſint, Fulgentius etiam ait:* Vnus eſt Patris & Filij Spiritus, totus de Patre procedens, totus in vtroq; conſiſtens.

*Epitome diuin. decret.*



A

*Lib. 2. in Io. cap. 40.*

*Libr. 2. ad Monimum.*

2. Quomodo tres deos] *Non defuerunt priſcis temporibus hæretici Tritheiſtæ, qui ex tribus perſonis tres deos architectarentur, vt ex Nicephoro alijſq́ue colligitur: qui & nunc, (ô tempora!) in Tranſſyluania, Hungaria, & Polonia ex illis velut ſcarabei ex ſtercore renaſcuntur. Nos horum confutauimus inſaniam, vbi Bezam diuinam Eſſentiam in tribus perſonis realiter diſtinguentem; & Barthaſium eandem triplicantem, & in Deo triplicem ſpiritum confingentem confutauimus.*

*Dialogo primo.*

3. Aut enim tertiam partem] *Auguſtinus aduerſus hanc Arianorum dementiam & blaſphemiam his verbis fulminat:* Maledictus qui indiuiſam Deitatem Patris & Filij & Spiritus ſancti non confitetur. Maledictus qui propria nomina perſonarum, tres deos, aut tres dominos, aut tres ſpiritus confitetur. *Et alibi rurſum:* Si quis non dixerit Patris & Filij & Spiritus ſancti vnam Diuinitatem, parem maieſtatem & potentiam, vnam gloriam & dominationem, vnum regnum atque vnam voluntatem, anathema ſit, &c.

B

*Serm. 6. de temp.*

*Ser. 129. de temp.*

4. Pone tres pretioſiſſimas margaritas] *Huic exemplo appoſitè conuenit quod Gregorius Turonenſis & Sigebertus referunt: nimirum,* irrumpente in Gallias Arianiſmo, cùm Epiſcopus Vaſatenſis ſacrum publicum faceret, è ſupernis deſcendiſſe ſuper altare tres aquæ guttas, quas cùm vellet colligere, illæ in tres firmiſſimas & pellucidas gemmas conuerſæ, denique in vnicam ita coaluerunt, vt non iam tres, ſed vnica, eaq́ue mirifica palam euaſerit.

5. Ornatum] *Codex vetus* inormitatem.

6. Dehabeat] *Nouè dictum, pro, careat, deſtituatur, priuetur, &c.*

7. Cataclyzomatis arte] *Fortè, quoddam artificium gemmas diſponendi, iungendi, ſculpendi, vel pingẽdi, hac voce ſignificat: niſi malis,* catachryſomatis arte *legendum.*

8. Non enim ſicut ante] *Obſcurus locus, & qui codice indiget emendatiore. Puto tamen eum velle: Vt nullus antea filius dici poteſt, quàm patrem habeat: ita nec pater cenſeri niſi filius ſit. Sunt enim correlata, quæ poſita ſe ponunt, & perempta perimunt: itaque inſanum ac impium eſt imaginari Deum Patrem Filium præceſſiſſe: aut Filium Patre poſteriorem eſſe.*

9. Ex quo enim eſt] *Arbitror hunc ſenſum eſſe: Deus Pater non fuit aliquo inſtanti ſeu momento prius Deus, quàm Pater: ſed ab omni æternitate & Deus ſimul & Pater: cùm Filius ei conſubſtantialis & coæternus ſemper coëxſtiterit. Hoc palam prædicat & aduerſus omnes hæreſes aſſerit Irenæus martyr, nimirum, Verbũ ante omnes creaturas ſemper cum Patre extitiſſe. Athanaſius quoque alicubi laudat Dionyſium Alexandrinum ſcribentem:* Nunquam fuit quando Deus non erat Pater, quòd Filius eius Verbum, ſapientia, & virtus nunquam non fuerit. *Et paulò poſt, ita de eodem dicit:* Iam quia ſplendor eſt æternæ lucis, omnibus quoque modis ipſe quoque æternus eſt: luce enim ſemper exiſtente & ſplendor ſemper exiſtit. *Et Aug.* Sicut Pater nunquã fuit non Deus, ita nunquam fuit non Pater.

*Lib. 2. ca. 43. & lib. 4. cap. 57.*

*De Epiſtola Dionyſij Alexandr.*

*De Eccleſ. dogmat.*

C

SERAPION dixit: Non ſit incongruũ hoc quod animi impulſu inquiro, vt exprimas in hac ſancta Trinitate, quis eſt qui primum obtinet locum? ARNOBIVS reſpondit: Pater primum obtinet locum. SERAPION dixit: De Filio quid dicis? ARNOBIVS dixit: [1] Et ipſe primum. SERAPION dixit: Quid etiam de Spiritu ſancto? ARNOBIVS dixit: Et ipſe primum obtinet locum. SERAPION dixit: Ergo non eſt Trinitas. ARNOBIVS dixit: Trinitas ita eſt, vt non dicamus, primus, ſecundus, tertius: ſed vnum, duo, tres. SERAPION dixit: Pater primus eſt, & Filius primus eſt, & Spiritus ſanctus primus eſt: tres primi, tres dij ſunt. ARNOBIVS dixit: [2] Pone tres Imperatores in vno regno, in vna concordia, in vna ſede, in vna ſuauitate, in vno amoris affectu, in vna poteſtate: & quære in ipſis, qui primum locum poteſtatis obtineat? Sine dubio qui toti tres Auguſti ſunt, toti tres primi ſunt: ſecundum verò locum, & tertium poteſtatis ab Auguſtis ordinatæ habebunt. SERAPION dixit: Ergo primus in his Imperatoribus non eſt, qui inter iſtos primum cœpit habere imperium? ARNOBIVS dixit: Inter homines quidem ip-
D ſe eſt prior Auguſtus, qui prior cœpit regnare ſolus; & poſtea iſtos aut generando, aut eligendo conſtituit: in Diuino autem imperio nunquam inuenies ex his tribus vnum regnare ſine alio. SERAPION dixit: Et quare trium Imperatorum, in quo dicere poſſumus, primus, ſecundus, tertius, exemplum nobis in medium protuliſti? ARNOB. dixit: Vt oſtenderem tibi fragilitatem humanam tantam habere gratiam in regno, vt cùm pro certo doceatur primus, ſecundus, tertius, hic ordo per concordiam imperij excluſus, numerum tantummodo teneat; ordinem verò penitus nõ admittat. Omnes enim hi tres vnum regnum, vnum imperium, vnum Auguſtæ dignitatis faſtigium poſſidentes, hunc habent ſecundum, qui primus non fuerit, ſicut ipſi ſunt primi. SERAP. dixit: Tibi nunquid videtur integrum eſſe, vt Diuinæ & cæleſti maieſtati, tẽporale hoc regnum aptetur? ARNOB. dixit: Et ſi temporale imperiũ hoc mortale, tantã in ſe cõtinet concordiam pacis, [3] vt qui aliis ętate ſit maior naſcendo, & imperando prius: hic minor, qui poſt multos annos ac hodie ſumpſit imperiũ; ab ea tamen hora qua eſt Auguſtus effectus, minor eo qui prior generatione cępit, eſſe non poſſit: quãto magis in hac ſanctę Trinitatis Diuina cõcordia, in qua vnus

nus nunquam cœpit cæleſtis æternique ſolij tenere imperium ; tanta eſt vnitas, vt numero tres computati, vnum vniuſque poteſtatis habentes imperium, vnus Deus & vnus Dominus nuncupentur? In nullo enim à ſe diſtat Diuina natura. Et ſi ordinem, quem in hominibus prior ætas admiſit, æqualitas poteſtatis excludit; quanto magis Diuina omnipotentia, vbi in Trinitate nullus anterior, [4] nullus eſt omnino poſterior; ita vnitas, ita indiuiſa maieſtas, vt cùm verè trium numerum teneant, verè vnus Deus, origo pacis, quietis & tranquillitatis exiſtat? IVDICES dati dixerunt: Aut Serapion ſi valet, contra hæc proferat aliquid, aut Arnobius huius aſſertionis ſuę breuiter colligat ſummam. Cumque diuturno Serapion vteretur ſilentio, ARNOBIVS dixit: Deus noſter vnus eſt: nam cùm ſit Pater & Filius & Spiritus ſanctus, nemo autem Chriſtianus tres deos vel dicere audet vel credere; quoniam (vt dixi) in nullo à ſe Diuina diſtat natura: primum enim & ſecundum vel tertium ordinem, quem inchoatio prima vel ſecunda vel tertia in hominibus per interualla temporum facit, in Deo, quæ ante tempora eſt æqualis inchoatio, in tantum non admittit, vt nec inchoatio dici poſſit, quod ante tempora extitit. Cùm ergo gradus fieri ex paſſibus omnis non poſſit, qui ſubdi non poteſt, numerum ſeruat Trinitatis, ordinem verò vnum æqualitatis aſſignat. Et ideo, vt dixi ſuperius, [5] quia non habet ſecundum, qui primus eſt; nec tertium, qui ſecundus de * primo nõ naſcitur. Tolle diſtantiam, & quod in Trinitate credideris, primum inuenies, vt nullum ſecundum, vel tertium, ſed vnum Deum habere gratuleris.

A

B

## NOTAE.

1. Et ipſe primum] *Notum eſt tam ex hoc loco, quàm ex Athanaſio, Hilario, ac Epiphanio, Arianos tantam inæqualitatem inter Diuinas perſonas conſtituiſſe, vt Patri ſolummodò tribuerent primum honoris & poteſtatis locum, Filio vix ſecundum, Spiritui tertium relinquerent: quam hæreſim nunc inſtaurare Caluiniani conantur, quando cum ſuo Authore contendunt, Nomen Dei & Creatoris per antonomaſiam ſoli Patri conuenire, Filio impropriè: Filium etiam ſecundùm Diuinam naturam futurum Patri ſubditum: Patrem eſſe primam cauſam rerum omnium, Filium ſecundam, Spiritum tertiam: Chriſtum vt Dei vicarium, ſecundum vel proximum à Patre honoris ac imperij gradum occupare, &c. Contra verò Scriptura diuina clamat:* Hi tres vnum ſunt. *Et Dei Filius ſanctiſſimè & grauiſſimè conteſtatur,* Ego & Pater vnum ſumus. Ad eum *(pium hominem)* veniemus, & manſionem apud eum faciemus. *Hinc Cyrillus ait:* Vna Deitas Trinitatis eſt, vna glorificatio, eademque dominatio. *Et rurſum:* Abraham in tribus viris ab ipſo conſpectis Trinitatem conſubſtantialem cognouit & adorauit. *Aſſentit & Leo magnus his verbis:* Non alia ſunt Patris, alia Filij, alia Spiritus ſancti: ſed omnia quæcunque habet Pater, habet & Filius, habet & Spiritus ſanctus: nec vnquam in illa Trinitate defuit iſta communio. Nulla ibi tempora, nulli gradus, nullę differentiæ cogitentur, &c. *Item:* Ideo beatam Trinitatem vnum confitemur Deum, quia in his tribus perſonis nec ſubſtantiæ, nec potentiæ, nec voluntatis, nec operationis eſt vlla diuerſitas, &c.

*Athan. in illud, Omnia mihi tradita.* *Vide Dialo. 1. contra hæreſ. 12.* *Lib. 1. theſ. cap. 5.* *Libr. 1 cont. Iulian.*

2. Pone tres Imperatores] *Huiuſmodi fuerunt pro tempore Auguſtus, Antonius, & Lepidus, à quibus Triumuiratus. Simul etiam imperauerunt tres filij Conſtantini magni: & poſtea Honorius, Arcadius, Gratianus: tametſi non tanta conſenſione animorum quanta decuiſſet.*

3. Vt qui alijs ætate] *Codex vetus:* Vt cùm alijs & à te ſit maior, &c.

4. Nullus eſt omnino poſterior] *Confirmatur iſtud ſymbolo Athanaſij, quo dicitur:* In hac Trinitate nihil prius aut poſterius, nihil maius aut minus, &c. *Et Martialis Epiſtola ad Burdegalenſes docet tres perſonas diuinas eſſe vnius æternitatis, vnius voluntatis, vnius eſſentiæ, &c.* *Cap. 10.*

C

5. Quia non habet ſecundum] *Vult in Diuinis primum non dici relatiuè ad ſecundum, aut tertium: quandoquidem numerus ille qui ad generis quantitatis rationem attinet, ibidem nullus ſit: ſed duntaxat tranſcendens ac infinitus, qui ab ipſis tribus perſonis non diſtinguitur. Quod his verbis docet Boëtius:* Deus à Deo nullis vel accidentalibus, vel ſubſtantialibus differẽtijs in ſubiecto poſitis diſtat. Vbi verò nulla eſt differentia, nulla eſt omnino pluralitas: quare nec numerus, igitur vnitas tantùm. Nam cùm tertiò repetitur Deus, cùm Pater & Filius & Spiritus ſanctus nuncupatur, tres vnitates non faciunt pluralitatem numeri, &c. Non igitur ſi de Patre, Filio, & Spiritu ſancto tertiò prædicatur Deus, idcirco trina numeratio numerum facit. *Et Auguſtinus:* Eſt aliquid in Trinitate ineffabile, vt & numerus ſit, & numerus non ſit. Pater & Filius & Spiritus ſanctus Trinitas. Si tres, quid tres? deficit numerus. Ita Deus nec recedit à numero, nec capitur numero. Quid ſunt iſti tres, Pater & Filius & Spiritus ſanctus? Non tres dij? Non. Non tres omnipotentes? Non. Non tres mundi creatores? Non. Hoc ergo ſolùm numero inſinuant, quod ad inuicem ſunt, non quod ad ſe ſunt.

*Lib. de Trin. & vnit. Dei* *Tract. 39. in Ioan.*

D

SERAPION dixit: Fateor mihi de vniuerſis quæ oppoſui ſatisfactum rationabiliter: ſed ſuperſunt mihi multa interrogationum capitula, & præcipuè de Incarnationis Dominicæ ſacramentis, [1] quæ ſi inſuper non habetis, me interrogare præcipite: quoniam ſicut fateor ſatisfactum mihi ab Arnobio, ita noſtis Cognitorum electi, nihil



A

nihil me legali authoritate geſſiſſe. Video enim tam veteris Teſtamenti quàm noui, hunc Deum Patrem ingenitum, ita genito præponi, vt ſecundum poſt Patrem locum obtineat. ARNOBIVS dixit: Profer ergo Legis diuinæ teſtimonia, quibus Patrem maiorem Filio oſtendas. SERAPION dixit: [2] Ipſum Filium Dei conſidera Salomonis ore teſtantem: Dominus creauit me initio viarum ſuarum in opera, ante ſæcula creauit me. *Prou. 8. 22.* Ipſe autem Deus Pater de Filio per Eſaiam prophetam dicit: [3] Ecce ponam in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali: & omnis qui crediderit in eo, non confundetur. *Iſaiæ 8. 14.* Ita Dauid de eo canit: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes & cæt. *Pſal. 117. 22.* Vnde & Eſaias dixit. [4] Hæc dicit Dominus Chriſto meo Domino. *Iſaiæ 45. 1.* Vnde ipſe Pater iubet Filio dicens: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, & cæt. *Pſal. 109. 1.* Vnde & Stephanus de Filio dicit: Video IESVM à dextris Dei: *Act. 7. 56.* Dei vtique Patris, qui eſt (teſtimonio Pauli Apoſtoli) caput Chriſti, Chriſtus autem viri, vir autem caput eſt mulieris. *1. Cor. 11. 3.* Hic eſt Pater qui dicit Filio: [5] Ante luciferum genui te. *Pſalm. 109. 3* Vnde & Chriſto dicitur, Quia angelis ſuis mandauit de te. *Pſal. 90. 11.* Eſt ergo amplior qui mandat, & de quo mandatur minor eſt. Vnde ad Apoſtolos ſuos ipſe Dominus dicit:

B

Si diligeretis me, gauderetis, quia vado ad Patrem: [6] quia Pater maior me eſt. *Ioan. 14. 28.* Et iterum: Pater qui dedit mihi, maior me eſt. *Ioan. 10. 29.* Item dicit ipſe Filius Dei ad Patrem: Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te vnum & verum Dominum, & quem miſiſti IESVM Chriſtum. *Ioan. 17. 3.* Filius ergo ſecunda perſona eſt poſt Patrem, quia Filius eſt, non eripiens Patri illud, quo vnus eſt Deus. Si enim innatus fuiſſet, comparatus ei qui innatus eſt, par æquatio in vtroſque oſtenſa duos faceret innatos: & ideo duos oſtenderet deos ſi Filius ſicut Pater eſſe ſine origine potuiſſet, & ſicut Pater inuiſibilis & incomprehenſibilis extitiſſet. Nunc autem quicquid eſt Filius, non ex ſe eſt, qui nec innatus eſt: ſed eſt ex Patre, & Patri ſuo originem ſuam debet, quam ſumpſit oriundus ex eo qui originem nõ habet. Vnus eſt enim omnium Deus ſine principio, de quo dicit Filius qui principium habet: Pater maior me eſt. *Ioan. 14. 28.* Quod vt probaret, adiecit: Non poteſt Filius à ſeipſo facere quicquam, niſi quæ viderit Patrem facientem. *Ioan. 5. 19.* Et ipſe iterum ait: Non à meipſo veni, ſed ille me miſit. *Ioan. 7. 28.* Et iterum dicit: Opera quę ego facio teſtificantur de me, quia Pater me miſit. *Ioan. 10. 25.* Item dicit: Qui à ſemetipſo loquitur, propriam gloriam quærit: qui autem quærit gloriam eius qui miſit eum, hic verax eſt. *Ioan. 7. 18.*

C

Inde eſt quod ipſe ait, A ſeipſo nihil: ſed imperijs paternis & præceptis obtemperat in omnibus, vt quem probet illum natiuitas Filium, tamen morigera ſubiectio aſſerat illum paternæ voluntati ſubiectum. Vnde ait: A me non ſum loquutus; ſed qui miſit me Pater, ipſe mandatum dedit mihi quid dicam, & quid loquar. *Ioan. 8. 28.* *Ioan. 12. 49.* Ecce qualiter ipſe Patri obtemperat, & ſubditum eſſe demonſtrat: per quod oſtenditur quod ſubiectione ſua miniſter ſit, cæterorum verò Dominus approbetur, vt meritò Deus Pater omnipotens Deus ſit, Filius autem cæterorum omnium Deus ſit, omnem creaturam ſubiectam ſibi habens; Patri, qui illi ſubdidit omnia, cum omni creatura ſubiectus. *1 Cor. 15. 28.* Propter quod Deus eſt creaturis omnibus conſtitutus, dicens: Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo &c. *Pſalm. 2. 6.*

## NOTAE.

1. Quæ ſi inſuper non habetis] *Lubens adderem, moleſtum aut ingratum, &c. vt oratio integra eſſet.*

D

2. Ipſum Filium Dei conſidera] *Hic plurima congeruntur Scripturæ teſtimonia, quibus veteres Samoſateniani, Ariani, Photiniani, cæteriq́; Diuinitatis Chriſti aduerſarij eum in ordinem creaturarum cogere nitebantur, vt ex ſcriptis Athanaſij, Hilarij, Epiphanij, Auguſtini, Fulgentij, & Vigilij facilè eſt deprehendere. De germano ſenſu illorum ſuis locis dicemus: hic tantùm de diuerſa quorundam lectione aliquid obſeruabimus. Ac primùm de hoc Prouerbiorum loco,* Dominus creauit me, *&c. in quo Ariani ſententiæ ſuæ proram & puppim conſtituebant; rectè Baſilius ac Epiphanius indicauerunt, ex Aquilæ interpretatione,* ἔκτησέ με; *& verbis Hebraicis,* ADONAI CANANI, *legendum eſſe,* Dominus poſſedit me, *ſeu,* inſtar pulli excluſit ac poſſedit me, *vt & nunc legit vniuerſa Eccleſia Latina: non autem* ἔκτισέ με, creauit me, *vt Ariani contendebant. Et ſanè perfacilè fuit his Scripturarum corruptoribus ex aoriſto* ἔκτησε, *deſcendente à verbo* κτάω, *quod eſt, poſſideo; efficere aoriſtum* ἔκτισε, *procedentem à verbo* κτίζω, *quod creare, condere, & fabricare ſignificat, non difficili η in ι transformatione. Accedit Euſebius Cæſarienſis conſilij ac hæreſeos Arianæ ante Concilij Niceni decretum particeps, qui libro tertio ad Marcellum enixiſſimè contendit, eo loco non eſſe legendum;* Creauit me, *ſed,* conſtituit, aut ordinauit me: *vt eſt apud Socratem & Nicephorum.*

*Lib. 2. adu. Eunom.* *Aduerſ. hæreſ. 69.* *Apud Nicep. Lib 9 cap. 13. & Socr.*

3. Ecce ponam in Sion] *Locus eſt ab Apoſtolo Roman. 9. 23. contextus ex Iſaiæ 8. 14. & 28. 16. ſecundùm editionem LXX. qui quomodo faceret pro Arianorum ſententia non ſatis video.*

4. Hæc dicit Dominus Chriſto meo Domino] *Apud LXX. legitur* τῷ χριστῷ μου κύρῳ, Chriſto meo Cyro. *Arnobius igitur legit* κυρίῳ, *pro* κύρῳ, *quomo-*

quomodo & Euſebius præparationis Euangel. libro 6. cap. 9. Tertullianus aduerſus Iudæos: Cyprianus aduerſus Iudæos, libro primo capite vigeſimo primo: Lactantius libr. 4. cap. 12. Auguſtinus Orat. de quinque hæreſibus: Cyrillus, & alij.

Libr. 1. ad Thraſim. & Libel. ad 10. Arianorum obiect.

5. Ante luciferum genui te ] Athanaſius Orat. contra Arianos, & Fulgentius referunt Arianos hoc de corporali natiuitate Chriſti interpretando, Catholicis obieciſſe. Reſpondent porrò, de diuina æternaque generatione dictum: & nomine vteri, per antropopathiam, diuinæ naturæ fœcunditatem intelligendam eſſe: quod & ſynodus Hiſpalenſis, Act. 13. poſtea confirmauit.

6. Quia Pater maior me eſt ] Arianos iſtud aduerſus Catholicos importuniſſimè vrſiſſe, teſtantur omnes. Alexander Alex. Epiſtola quæ eſt apud Socratem, aliique Græci hoc tantùm referunt ad id quod Pater ſolus ingenitus ſit, ac Filij principium productiuum: Filius autem genitus & productus à Patre. A

Lib. 1. cap. 6.

Auguſtinus verò & Latini omnes cenſent propter ſuſceptam humanam carnem dictum eſſe. In quantum Deus eſt, (ait Auguſtinus) ipſe & Pater vnum ſunt; in quantum autem homo, Pater maior eſt illo.

Enchiridij cap 35.

Quod autem verſu proximo citatur, ex Ioan. cap. 10. verſ. 29. maior me eſt, nec apud Latinos, nec apud Græcos, quod meminerim, ſic legitur: ſed tantùm, maior omnibus, vel maius omnibus eſt. De alijs ſuo loco poſtea dicemus.

(·.·)

B

ARNOBIVS dixit: Si verè ſtudium tuum ad hoc tenderet, vt aut diſceres, aut doceres, non omnia iſta teſtimonia ex diuinis libris deſecans, quaſi vnum faſcem tuæ interpretationis tortuoſiſſimis nodis ligatum in conſpectu Cognitorum & Iudicum ita obijceres. Quapropter ad vos mihi ſermo eſt, ô Cognitores & Iudices, præcipite quæſo, cœptæ diſputationis ordinem non mutari, & ſingulatim capitula Scripturarum ea, quæ dixi, vel alia, quæ nondum dixi à Serapione in conſpectu veſtro proponi, nec liceat ei ſimul alterum & alterum proferre in medium, niſi vnum quod prius propoſuerit explicetur. IVDICES dixerunt: Quæ iuſtè petuntur ab Arnobio, neceſſe eſt vt ſortiantur effectum. Vnde exſoluere maturabit Serapion iſta teſtimonia, quæ in vnum obtulit ſua interpretatione conſtricta, vt de ſingulis quibuſque teſtimonijs poſſit Arnobius dare reſponſum. SERAPION dixit: Teſtimonij mei obiectio prima eſt, quam ex libro Prouerbiorum Salomonis vocem Filij Dei eſſe cognoſcis: Dominus creauit me initium viarum ſuarum. (Prouer. 8. 22.) Vnde oſtenditur Pater maior eſſe qui creauit, quàm Filius qui creatus eſt à Patre. ARNOBIVS dixit: Ergo credis verè Filium ex Patris ſubſtantia genitum; nec tam genitum, quàm creatum? SERAPION dixit: Ego Filium Dei non nego. ARNOBIVS dixit: Si non negas verum Filium Dei ex Patris ſubſtantia genitum, hoc teſtimonium ad quam partem protuliſti? SERAPION dixit: [1] Vt oſtenderem Filium minorem Patre. ARNOBIVS dixit: [2] Nec tu minorem Filium Patre conaris oſtendere: ſed creaturam Dei moliris Filium demonſtrare. SERAPION dixit: Ergo * plenam authoritatem [3] diuinæ potentiæ vnum è duobus, aut non eſſe in authoritate hoc teſtimonium aſtrue; aut quare ſit dictum oſtende. ARNOBIVS dixit: Adhuc modò rediſti ad ordinem, vt poſſit vniuſcuiuſque teſtimonij explanatio, donante Deo, nobis concedi. SERAPION dixit: Cuius ergo vis hanc vocem intelligi, Dominus creauit me initium viarum ſuarum? ARNOBIVS dixit: Vox eſt ſapientiæ Dei. SERAPION dixit: Sapientia ipſius quæ eſt, niſi Filius ipſius? ARNOBIVS dixit: Cùm opus fuerit loco ſuo dicetur, quomodo ſapientia hæc Filius ipſius ſit. Nunc interim ſapientia Dei loquitur per ſapientiſſimum virum Salomonem dicens: Dominus creauit me initium viarum ſuarum. SERAPION dixit: Quid tā euidens, quàm vt diceret, creauit me? ARN. dixit: Hoc quod dixit, creauit me, quod moliris oſtēde. SERAP. dixit: Quomodo initiū creaturæ ſortitus Filius à Patre, hoc meruit vt principatū vniuerſæ obtineat creaturæ. ARNO. dixit: [4] Omnis certè creatura antequam crearetur, non fuit? SERAP. dixit: Vtique non fuit. ARNOB. dixit: Tunc ergo cœpit ſapientia quando creata eſt? SERAPION reſpondit: Tunc cœpit quando creata eſt. ARNOBIVS dixit: Ergo qui illam creauit, inſipientem illum blaſphemas? SERAPION dixit: Auertat à me Deus hanc blaſphemiam. ARNOBIVS dixit: Ergo ignoranter blaſphemas. SERAPION dixit: Ego non blaſphemo: ſed magis [5] laudo creatorem ſapientiæ. ARNOBIVS dixit: Compelleris vnum aſtruere è duobus, vt aut habuiſſe ſapientiam dicas iſtum qui creauit ſapientiam hanc: aut non habuiſſe cùm crearet. SERAPION dixit: Nunquam Pater ſine ſapientia fuit. ARNOBIVS dixit: Ergo non creauit ſapientiam. (Rom. 11. 20.) SERAPION dixit: Noli altum ſapere, ſed time. ARNOBIVS dixit: Quis altum ſapit, qui blaſphemat Deum, an qui blaſphemiam defendit? SERAPION dixit: Tu defendis Deum? ARNOBIVS dixit: Tempore quo audio blaſphe-

C

D



A blaſphemiam, os blaſphemantis obiurgo, ſicut tuum os increpo, & doceo te Deum Patrem inſipientem dicere. Cùm enim diceres, Antequam crearetur ſapientia, non fuit, & ipſam ſapientiam, quæ eſt creata Dei eſſe confirmas: oſtendis non habuiſſe ſapientiam eum, qui illam condidit, & tunc cœpiſſe habere poſtquam creauit. IVDICES dixerunt: Acerrimæ blaſphemiæ locus eſt. Et quid moramur? Et noſtræ aures obtunduntur, & veſtra ora gradiuntur? Vnde pareſt, vt Arnobius qui detexit blaſphemiam, teſtimonium iam à Serapione prolatum exponat.

ARNOBIVS dixit: Semper fuit ſapientia in corde Patris interius repoſita, quomodo in corde Oratoris ars Rhetorica, & in corde Grammatici ars Grāmatica. Dicitur autē creaſſe librum artis Rhetoricæ Orator, & Grammaticus librum artium condidiſſe, non quod ex eo cœperit Rhetorica & Grammatica, ex quo hominibus ad legendum eſt tradita. Illis namque qui eam ſcripſerunt, ex eo tempore quo docti ſunt, ſemper in corde fuit. Nobis autem tunc creata eſt, quando noſtra eruditio ſumpſit exordium. Inde eſt quod ante paululum dixi opportunè, Filium Dei eſſe ſa-
B pientiam [6] antequam fieret. Ergo Deus, qui fecit cælum & terram, & omnia quæ in eis ſunt, ſic creauit ſapientiam ſicut (dixi) Orator creat librum artis Rhetoricæ proferens de corde ſuo, quod ex quo didicit, ſemper habuit. Creauit autem nobis, vt quod in corde eius erat per aures noſtras audiendo, & per oculos videndo, etiam in corde noſtro initium daretur. Ita & Deus, qui à nullo didicit, ſine initio habens ſapientiam, cùm vellet facere cælum & terram, & omnia quæ in eis ſunt, primò omnium ſapientiæ ſuæ virtutem iecit, vt ipſam domum quam fabricare voluit. * Pater primus cùm aërem faceret, antequam ſolum fortiſſimum ſolidaret: hoc eſt * prius facere cælum, & ita demum terram cùm montibus ſolidaret. Sed de creaturis ſuo tempore dicendum eſt: nunc de creatore dicamus. Ergo dicit ipſa ſapientia: Dominus creauit me initium viarum ſuarum: architectus plenus ſapientia, imò (Prou. 8. 22.) fons ipſe ſapientiæ, protulit ex ſe ipſam ſapientiam. Quin audi quid ſapientia dicat: [7] Ego ſapientia fundaui terram, paraui cælos prudentia. (Prouerb. 3. 19.) Cùm ergo tempora non oriuntur niſi de diebus, dies autem de lumine, lux autem niſi de cælo, cælum autem non ſit ortum, niſi de ſapientia: ante cælum tempus penitus non fuit. Conſtat ergo ſemper fuiſſe ſapientiam, & ſic creatam ſicut diximus creari librum ſa-
C pientiſſimo Oratori. Verbi gratia. Salomon librum ſapientiæ condidit: nunquid non antequam conderet hunc librum, ante non fuit ſapientia? Potes quidem dicere, ante non fuit, ſed in Salomone antequam à Deo illam acciperet: poſtea verò ſemper fuit. Si ergo in homine miſero ad comparationem Dei, & perquàm exiguo, intus in corde ſemel poſita non recedit, & quicquid vtiliter crediderit, creditur ſapientia prædicari ſiue in literis, ſiue in ædificijs fabrefactis, atque picturis ipſa cernitur, & in cunctis artibus ipſa laudatur: quanto magis in Deo, qui totus ſapientia eſt, qui eam à nullo accepit? Hanc inquam, quam ſemper habuit, tunc creauit, cùm illa de corde ſuo per fabricam cæli terræq́; [8] producere curauit, vt cælum fieret ſimul, & omnia quæ in eo ſunt quæ non erāt, non vt ipſe inciperet ſapiens eſſe, quod ſemper extiterat. Creauit autem terram, & omnia quæ in ea ſunt quæ non erant, non vt ipſe inciperet ſapere, quod ante non ſapuerat.

Tu autem Serapion, qui capitulum loci integrum non protuliſti, audi totum caput huius loci, vt credas illud meę explanationi concordare. Dominus creauit me initium viarum ſuarum in opera ſua, ante ſæculum fundauit me, priuſquam terram faceret, priuſquā poneret abyſſos, priuſquam produceret fontes aquarum, priuſquam
D ſtabiliret montes, ante colles genuit me. Præſcius ergo Deus quia hoc quod dictum fuerat, creauit me, potuiſſe ad periculum blaſphemiæ peruenire, adiecit: Ante omnes colles genuit me. (Prouer. 8. 25.) Hoc ſermone quod dixit, me, illud interpretata eſt ipſa ſapientia quod dixerat, creauit me. Vnde & ſequitur. Cùm parabat cælum, ſimul cum illo eram: (Prouer. 8. 27.) & [9] cùm ſegregabat ſedem ſuam; quando ſuper ventos fortes faciebat in ſummo nubes, & [10] cùm certos ponebat fontes ſub cælo, & cùm fortia faciebat fundamenta terræ, cum ipſo eram cuncta componens, [11] ad quam gaudebat in faciem meam, cùm lętaretur orbe perfecto.

Et adiecit: Dicant nunc IVDICES obiectori huius ſententiæ quam protulit ad hoc vt doceret Dei Filium non eſſe Filium, ſed creaturam eius, dicat ſi eo ordine quo perſecutus ſum, textum integræ ſententiæ percurri, & hoc quod dixerat ipſa ſapientia, Dominus creauit me; [12] ipſa ſubiunxit, Genuit me: [13] & aut credat ſemper fuiſſe in Patre ſapientiam, aut doceat ſine ſapientia fuiſſe Deum antequam condidiſſet eam. SERAPION dixit: Fateor & integrè vt eſt ſcriptum à Salomone

A proſequutum,& ànte omnes colles genuit me,propterea vtil iter ſubiunxiſſe, vt hoc quod dixit,Creauit me,genuit me , euidenter oſtenderet. A R N O B I V S dixit: Nempe priori conflictu dixiſſe te recoles, cur incorporea me protuliſſe exempla, quare nunc initium viarum Dei per montes & colles, & fabricas viſibiles docentem contentus es, niſi quod myſticum diuinæ ſcripturæ ſenſum in ſolam hiſtoriam videns,& initium viarum inquirens , vias ipſas non quæſiſti , creatorem verò Deum eſſe non ſolùm literarum iudicio , verùm etiam ipſius noſtræ naturalis conſiderationis doceamus inſtinctu. Viæ autem Domini iſtæ ſunt,prima fides, ſecunda ſpes, tertia charitas,quarta perſeuerantia, quinta bonitas, ſexta timor Domini , ſeptima conſtantia,octaua patientia,nona lenitas,decima quies, vndecima pax, duodecima obedientia, tertiadecima longanimitas, quartadecima ſolitudo ſancta, quinta decima contemptus ventris , decima ſexta ſtudium mentis , decima ſeptima caſtitas, decima octaua benignitas , decima nona miſericordia , vigeſima iuſtitia, vigeſima prima liberalitas , vigeſima ſecunda ſtudium ſcientiæ legis Dei , vigeſima tertia amor optimarum rerum , vigeſima quarta contemptus temporalis gloriæ, vigeſima quinta affectio gloriæ ſempiternæ. B Hæ omnes viæ Dei ſunt , in quibus ipſe *Leuit 26.12.* Pater quotidie deambulabat ſicut per Prophetam dicit : Viuo ego dicit Dominus, *2.Cor.6.* quia ego ambulabo in eis,& ero illorum Pater , & ipſi erunt mihi in filios & filias dicit Dominus omnipotens . In his ergo omnibus vijs Domini prior creata eſt ſapientia,quo qui ſapientiam Dei prior habere cœpit, nec vnam de vijs iſtis incedere *Apoc.4.4. 5.8.* poterit. [14] Sunt ergo iſtæ viæ viginti quatuor, viginti quatuor ſeniorum numerum aſſignantes,qui libras ſingulas,& integerrimè noui & veteris teſtamenti in vnam libram duodecim Apoſtolorum aſſignãt,vt tres iſtæ libræ per tria genera populorum offerantur Trinitatis auctori,id eſt,virginitatis, atque viduitatis coniugij. Totæ autem tres iſtæ libræ integerrimæ per vias ſuas ambulantes,vna fide, vna ſpe, vna charitate, vno conſecratæ baptiſmate ſubſiſtunt : quæ penitus per vias iſtas ambulare non poterunt , niſi in ipſo initio viarum Dominus creauerit in mentibus eorum *Pſalm.24.4.* ſapientiam. Vnde Pſalmiſta cùm diceret; Vias tuas Domine , notas fac mihi , quia ſciebat non poſſe ambulare vias iſtas, niſi Dominus ſapientiam creaſſet ei in corde, *Pſalm.50.12. Sap.1.24.* orat Deum dicens : Cor mundum crea in me Deus : quia in ſordidam animam non intrat ſapientia,nec habitare poteſt in corpore ſubdito peccatis. C

I V D I C E S dixerunt : Pluſquam perfectè ſatisfecit Arnobius de teſtimonio ſapientiæ, & quod in Deo ſemper fuerit, & quod creata in mentibus ſit à Deo, qui vias cupiunt ambulare virtutum. Si quid eſt quod Serapion interroget, audiamus.

## N O T AE.

1. Vt oſtenderem Filium minorem Patre. ] *Ex ſcriptis Athanaſij, Hilarij, Epiphanij, Ambroſij, Auguſtini & Fulgentij aduerſus Arianos manifeſtum eſt, illos non vno modo ſanctiſſimæ Trinitatis vnitatem laceraſſe, Filijque æternæ Diuinitati detraxiſſe. Aiebant enim, Patrem ſolum inuiſibilem Deum, in natura Deitatis parem ſeu æqualem non habere , non ſemper fuiſſe Patrem,ſolum colendum & adorandum. De Filio verò inquiebant , eum non eſſe de ſubſtantia Patris genitum , ſed ex non exiſtentibus creatum ; non natura , ſed gratia tantùm & adoptione Dei Filium, non ſemper fuiſſe cum Patre ſeu apud Patrem , non coæternum , aut coomnipotentem , &c. quarum hæreſeon magna pars pendet ab his Serapionis hypotheſibus ;* Filius eſt creatura , Filius eſt Patre minor.

*Ath. in diſp. Hil.lib.11.de Trinitat. Epiph.contra hæreſ.69. Ambroſ. lib. de fide. Augu contr. Maxim. & Felician.*

2. Nec tu minorem ] *Lubens adijcerem ,* tantùm,ſed & &c.

3. Diuinæ potentiæ ] *Quid ſi adderetur,* laudans ac proponens, peto à te, &c.

4. Omnis certè creatura ] *Serapionem cogit ad has anguſtias , vt vel fateatur Patrem aliquandiu fuiſſe inſipientem : vel admittat Filium non eſſe creatum,quod tamen omnino contendebat.*

5. Laudo creatorem ] *Vetus codex ,* creaturam.

6. Antequam fieret. ] *Nimirum,nobis per externa opera manifeſtus.*

7. Ego ſapientia ] *Latina editio in tertia perſona ſic effert :* Dominus ſapientia fundauit terram,ſtabiliuit cælos prudentia.

8. Producere curauit. ] *Vetus codex ,* creauit. D

9. Cùm ſegregabat ſedem ſuã ] *In vulgatis Biblijs legimus, τὸν ἑαυτοῦ θρόνον ἐπ' ἀνέμων,* cùm ſecerneret ſedem ſuam ſuper ventos,& cùm validas faceret deſuper nubes. *Verùm apud Cyprianum,vt habet hîc Arnobius ;* Et cùm ſecerneret ſuã ſedem : cùm ſuper ventos validas faceret deſuper nubes. *Apud Hilarium eodem modo : Itaque vox* fortes, *referenda eſt ad* nubes , *non ad* ventos: *Græcè ἰσχυρὰ νέφη. Tertullianus:* Fortia nubila. *Pagninus:* quando firmabat cælos deſuper. *Libr.2.adu. Iudæos c.61.*

10. Cùm certos, &c. ] *Vetus codex,* cùm certus: *Quoniam Græcè eſt ἀσφαλῶς πηγάς. Cyprianus:* Et cùm confirmatos ponebat fontes ſub cælo. *Ter.adu.Hermogenem:* Et cũ firmos ponebat fontes eius quæ ſub cælo eſt. *Hic ad verbum transfert verba LXX. Irenæi autem interpres verba Aquilæ & Theodotionis, qui ἀσφαλῶς verterunt loco τῆς ὑπ' οὐρανόν.*



A

11. Ad quam gaudebat ] *Vetus codex ,* ad quem gaudebat in faciem meam *Nam LXX. habent, ἐγὼ ἤμην προσέχαιρεν. Irenæus :* Ego eram cui adgaudebat. Quotidie autem iocundabar in facie eius, in omni tempore , cùm lætaretur. *Tertull.aduerſ.Hermogenem :* Ego eram ad quam gaudebat: quotidie autem oblectabar in perſona eius,quando oblectabatur cùm perfeciſſet orbem. *Lib.4.ca.37.*

12. Ipſa ſubiunxit, Genuit me ] *Hieronymus explicans illud Iſaiæ,* Generationem eius quis enarrabit? *ait :* Iſtud de diuinitate Filij accipiendum eſt, quòd impoſſibile ſit Diuinæ natiuitatis noſſe myſteria. De qua ipſe loquitur in Prouerbijs : Ante omnes colles generauit me. *Iſaiæ 53.*

13. Et aut credat ] *Sic correximus pro* credam, *quod erat in vet.cod.*

14. Sunt ergo viæ iſtæ ] *Hanc allegoriam fateor mihi perobſcuram : arbitrorque aliquot menda eſſe , quæ non niſi melioris codicis auxilio corrigi poſſunt.*

S E R A P I O N dixit: Si prior Deus cor mundat,& ſapientiam non creat; non habent culpam ſi in vijs Dei nõ ambulauerint. ARNOB. dixit: Saluus ſit ſtatus diſputationis noſtræ: de Deo enim agere cœpimus Patre,& Filio, & Spiritu ſancto,& aſſum- B ptum eſt ad hoc teſtimonium, vt oſtenderes Dei Filium creaturam. Hactenus oſtendimus ſapientiam in Deo fuiſſe ſemper, iuſtumque eſt vt de Deitate & Trinitate noſtra currat intentio: tamen tranſitoriè etiam hîc damus reſponſum. Deus ſicut perſonarum acceptor penitus non eſt, ſic conſiderat mentes,& ſtudia, & cogitationes filiorum Adæ,& nouit optimè quid debeat de theſauro ſuo proferre : [1] & ſicut exigit eius æquitas, ſic donare. Et ideo, ſicut dicit Apoſtolus: Non eſt perſonarum acceptio apud Deum; ſic ipſe dicit : Nunquid omnes Apoſtoli ? Nunquid omnes Prophetæ? Sicut ergo certum geris, quod perſonarum acceptor non ſit; ſic certum gere, quod etiam diſtributor non ſit iniuſtus : quicquid circa humanum genus fecerit , penitus [2] nulla poteſt ratione reprehenſibile inueniri. Sanè cor mundum creari in ſe Dauid fletibus & gemitibus poſtulauit. Imitare Dauid in pœnitendo , & in accipiendo particeps factus cordis mundi,& ſapientiam in te creatorem [3] Deum gratulaberis. Nunc autem ad teſtimonia à te poſita reuertamur. *Rom.2.11. Act.10.34. Epheſ.6.9. Coloſ.3.25. 1.Cor.12.29. Epheſ.4.11. Pſal.50.12.*

S E R A P I O N dixit: Memoraui lapidem quem reprobauerunt ædificantes, eò quod factus ſit in caput anguli: [4] hoc à Domino factum eſt mirabile in oculis noſtris. *Pſal 117.22. Matt.21.42.* C A R N O B I V S dixit: Tria in hoc loco quærenda ſunt: qui ſunt ædificantes : quid ædificantes : & qui reprobantes lapidem . Aedificantes namque Iudæi ſuper fundamentum Prophetarum, Dominum noſtrum I E S V M Chriſtum de numero huius ædificationis non ſolùm reprobauerunt , verùm & crucifixerunt. Hic ab incredulis reprobatus , ſed à Deo in caput anguli factus eſt , vt duos conderet in ſemetipſo: & fieret ex lege & Prophetis , quæ à Moyſe cœperat perfecta fabrica in Chriſto, de quo noui Teſtamenti apices ſuum parietem habentes hoc angulari lapide vnam Eccleſiã ex vtriſque apicibus dedicaret ille, qui dixit Petro : Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt ei. *Act.4.11. Epheſ.2.15. Matt.16.18.*

S E R A P I O N dixit: Dic nobis, quæ ſint portæ inferi? A R N O B I V S dixit: Adhuc de petra dicenda eſt expoſitio , quæ dum finita fuerit, tunc de portis inferni reſpondebimus. S E R A P I O N dixit: Vt breuiter de portis inferni dicas exigit integritas dictæ ſententiæ. A R N O B I V S dixit: Portas inferni illas dicimus, quas principes huius mundi diuitijs & paſſionibus, impietatibus & criminibus in introitum perpetuæ mortis poſuerunt: per quas ingrediuntur idololatræ dæmonum templa , verùm D Deum non timentes, metuentes autem figmenta vaniſſima . Habent & alias portas, per quas ingrediuntur Synagogæ ſynedrium, Chriſtum Dominum Deum denegantes. Habent & alias portas, per quas ingrediũtur ad doctrinam hæreticorum,& ſchiſmaticorum ſectas. Habent & alias portas, per quas ſtupratores , adulteri, fornicatores, plagiatores, fures, blaſphemi, omniumque rei criminum ingrediuntur. His principibus in aduentu Domini noſtri I E S V Chriſti clamatum eſt à Spiritu ſancto, Tollite portas &c. Illi enim verè temporales non ſunt , in quibus immortalitas ita regnat, vt portæ inferi non præualeant aduerſus eam : per ipſas enim introiuit Rex gloriæ cum omnibus ſuis. *Pſal.23.7 9.*

Si inquiris, quis iſte Rex gloriæ? Audies ipſum dicentem Spiritum ſanctum , Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Sunt enim portæ iuſtitiæ in auribus hominum poſitæ, ad quas ſermo fidei Catholicæ clamat dicens , Aperite mihi portas iuſtitiæ,& ingreſſus in eas confitebor Domino . Ipſe autem ſermo poſteaquàm introierit per aures in ciuitatem animæ, oſtendit ei portam vitæ æternæ: & dicit. Hæc porta Domini , iuſti intrabunt in eam . Anguſtum ſanè introitum in iſto *Pſalm.117.19*

 mundo

mundo habere à Domino noſtro IESV Chriſto oſtenditur, ſed per viam eius an- A
guſtiſſimam & arctam ad latiſſimum vitæ æternæ introitum aſſeritur qui ambulat
peruenire. Siquidem ipſius ore Domini affirmatur hortantis atque dicentis: Intrate
*Matth. 7. 13.* per anguſtam portam. Anguſta enim porta eſt quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui
intrant per eam. Lata enim & ſpatioſa via eſt quę ducit ad mortem, & multi ſunt qui
intrant per eam. IVDICES dixerunt: Arnobius de portis inferni interrogatus, &
infernorum nobis & cælorum aperuit: ſi alia ſunt parata à Serapione, proferantur.

## N O T AE.

1. Et ſicut exigit] *Vetus codex:* & ſic exigit.

2. Nulla poteſt ratione reprehenſibile] *Vetus codex*, reprehenſione.

3. Deum gratulaberis] *Vetus codex*, gratulaueris.

4. Hoc à Domino factum eſt mirabile] *Ex hoc loco apparet, quàm verè ſcripſerit Tertullianus, hæreticos eſſe captatores vocabulorum. Siquidem Ariani omnes locos tam veteris quàm noui teſtamenti, quibus vel propriè, vel allegoricè Chriſtus dicitur factus, venabātur, colligebāt, vrgebant importuniſſimè, vt inde illum creatum eſſe, & non conſubſtantialem Patri æterno aduerſus fidem Catholicam concluderent. Huiuſmodi* *Epiph. contr. hæreſ. 69.* *ſunt hi loci;* Factus eſt in caput anguli Factus ex ſemine Dauid ſecundùm carnem. Qui poſt me venit, ante me factus eſt. Tanto melior angelis effectus Fidelis eſt ei, qui fecit illum. Pontifex factus in ęternum, & cæt. *Reſpondet verò magnus* *Serm. 2. cont. Arianos.* *Athanaſius, hæc referenda eſſe ad humanæ carnis aſſumptionem, qua verè creatus & factus eſt & homo, & frater, & miniſter, & Pontifex noſter: non autem ad Deitatem, qua verè eſt conditor vniuerſorum, quandoquidem* omnia per ipſum facta ſunt. *Qui & rurſum ait:* Ioannes de Filio Theologicans, agnoſcenſque vocum diſcrimina, non dixit, In principio factus eſt, aut conditus eſt: ſed, In principio erat Verbum, vt per geniti naturam hæc vox (erat) ſubaudiretur: id cauens, ne quis interuallum temporis interceſſiſſe cogitaret, ſed ſemper & æternaliter Filium exiſtere crederet. *Inde tam in Nicæni concilij, quàm Athanaſij ſymbolo profiteri iubemur, Filium genitum eſſe, ſed non factum, &c.* *Serm. 3. cont. Arian.* B

*Ad illud porrò,* Ante me factus eſt, *reſpondent Ambroſius & Chryſoſtomus, id tantundem valere, atque mihi præfectus & antepoſitus eſt: quia inquit idem,* prior me erat quatenus Deus eſt. *Et illud,* Tanto melior angelis effectus, *Chryſoſtomi & Theophylacti ſententia, idem eſt quod declaratus & patefactus.* *Ambr. l. 4. de fide cap. 5. In Ioan.*

SERAPION dixit: Ad promiſſam expoſitionem te traham: ad locum vnde
deuiauimus reuertamur. ARNOBIVS dixit: Dominicæ incarnationis exempla
panduntur, quando lapis, quando mons, quando virga, quando angelus, quando C
homo, quando ſacerdos, quando etiam teſtimonium; ſed & multæ aliæ effigies, quæ
ſenſus Catholicus per vias lucidas, & Spiritus ſancti ſplendore radians, ambulans,
orando potius, quàm diſcutiendo reperiat. Nam petram, per quam è periculo ſitis
*1. Pet. 10. 4.* poſitus Dei populus in deſerto liberatus eſt, Chriſtum eſſe beatus Apoſtolus Paulus
aſſeruit dicens: Patres noſtri idem ſpirituale poculum biberunt, bibebant de ſpiri-
*Deut. 32. 13.* tuali conſequenti eos petra: petra autem erat Chriſtus. Et in cantico Moyſi dicitur:
*Pſal. 80. 17.* Fluxit eis mel de petra, & oleum de ſolida petra. Et in Pſalmo octuageſimo: De petra
*Pſal. 77. 16.* melle ſaturauit eos. Item in Pſalmo ſeptuageſimo ſeptimo: Eduxit aquam de petra,
& deduxit tanquam flumina aquas. Item in Pſalmo vigeſimo ſexto, Eccleſia de
*Pſam. 26. 5.* Chriſto dicit: In petra exaltaſti me. Et in trigeſimo nono ipſe dicit: Statuit ſupra pe-
*Pſalm 39. 3.* tram pedes meos: & in Pſalmo ſexageſimo: In petra exaltaſti me: & in Pſalmo cente-
*Pſalm. 60 3.* *Pſalm. 113. 8.* ſimo decimo tertio: Conuertit ſolidam petram in ſtagna aquarum, & rupem in fon-
*Pſal. 104. 41* tes aquarum: & in Pſalmo centeſimo quarto: Percuſſit petram, & fluxerunt aquæ. Et
*Cant. 2. 14.* in Cantico Salomonis Spiritus ſanctus inuitans ad ſe Eccleſiam, dicit: Veni ad me
proxima mea, ſponſa mea, formoſa mea, & in velamento [1] petræ continuatæ muro. D
*Iſaiæ 50. 7.* Et in Eſaia vox Filij Dei, Poſui, ait, faciem meam petram firmiſſimam. Item in Eze-
*Ezech. 3. 9.* chiele propheta dicit Dominus: Super adamantem & petram firmaui faciem tuam.
*Matth. 7. 24.* Et in Euangelio, Dominus ſapientem virum fabricantem domum ſuper petram di-
*1. Cor. 3. 11.* cit. Quam autem petram niſi illam, de qua dicit Apoſtolus: Fundamentum autem
aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt IESVS Chriſtus? Sunt & alia
multa quæ memorare longum eſt, quæ & doceant petram pro immutabilitate &
pro conſtantiſſima voluntate Domini noſtri IESV Chriſti, quam in carne ſua ex-
ercuit, tentatus à Diabolo, traditus à diſcipulo, fixus in patibulo, cibatus felle, pota-
*Philip. 2. 8.* tus aceto, perforatus lancea, humiliatus vſque ad mortem, mortem autem crucis. Et
cùm omnia hæc homo perfectus ſuſtinuerit, nihil tamen de impatientia hominis
imitatus, oſtendit Deum per hominem hominibus præſtitiſſe victoriam, ſicut in
prima Corinthiorum Epiſtola aſſerit Apoſtolus dicens: Deo autem gratias, qui de-
*1. Cor. 15. 57.* dit nobis victoriam per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum.

SERA-



A SERAPION dixit: [2] Sollicitum reddit me explanatio tua, qua de incarnatione
Domini noſtri ita interpretari ſtudes, vt hominem & nō Deum memorare videris.
Vnde quia octo effigies ad tropologiam Domini pertinentes, ex quibus vnam hanc,
quam in petram memoraueras, euidentibus diuinorum voluminum teſtimo-
nijs exſoluiſti: his reliquis ſeptem exemplis expletis, vna mihi explanatio Domini-
cæ incarnationis ſupererit. Propter iſtam enim ſolam iſtum putamus iniiſſe confli-
ctum. Vnde etiam te non puto effectum memorem quod inter initia hoc dixerim,
iuſtum eſſe vt tecum agerem quaſi vnus ex Arrianis, aut Eunomianis, aut Sabellia-
nis, aut Macedonianis, & fauere ſalua fide mea, illorum aſſertionibus. Idcirco, vt
dixi, tecum me iniiſſe conflictum, vt ſi inueniſſem te in aliquem incurriſſe erro-
rem, non tecum hàc definitione agerem, de qua tu à me, & ego à te diſſentio. Nihil
mihi nunc ſupereſt, niſi vt iſtas octo quas memoraſti ſimilitudines in Chriſto ita
comptè & irreprehenſibiliter expedias, vt integram Diuinitatem in Chriſto expe-
dias, aperiens ne etiam hoc mihi afferas non totum quod extitit diuinum oſtendas.
Oſtēde itaque nunc, [3] quare tantùm octo cōmemoraſti, cùm ſint aliæ multæ in Chri-
B ſto effigies, quæ dici poterant, vt ipſe dixiſti. ARNOBIVS dixit: Conſideraui mul-
ta ſacramentorum genera in iſto numero contineri, primo quomodo in veteri te-
ſtamento, cùm ſit prima dies, in qua dixit, Fiat lux: etiam in nono ipſa meruit per re- *Geneſ. 1. 3.*
ſurrectionem Chriſti & prima effici & octaua. Nam ſicut ipſa die aperti ſunt cæli, vt *Exod. 16 14. & 15.*
funderetur manna, Dauid quoque octauus eſt filius qui per defenſionem ouium fe- *1. Reg. 16. 11.*
rarum interfector effectus eſt; & per defenſionē populi, interfector gygantis. Primò *1. Reg. 17. 49 & 50.*
cùm adhuc eſſet paruulus, à Deo omnipotente effectus eſt Chriſtus. Sed & in Euan- *Matth. 5.*
gelio, ore Domini noſtri IESV Chriſti octo beatitudines memoratæ ſunt, cùm vtiq;
eſſent & aliæ virtutes multæ, quæ meritum beatitudinis habere potuerint. Hoc itaq;
exemplo viſum eſt mihi vt ſalua multitudine ſimilitudinum, has tantùm octo tro-
pologias proferre in medium, certus quod ex his quæ prolatæ ſunt, cæteræ quæ
non ſunt prolatæ, inquiri poſſint, & intelligi inuentæ, & oris ratione vtiliter expla-
nari.

## N O T AE.

C

1. Petræ continuatę muro] *Ita correximus R. P. Frontonis Ducæi Societatis IESV perdocti Theologi & amici commonitione, pro eo quod vetus Codex habebat*, continui te muro.

2. Solicitum reddit] *Vetus codex*, reddet.

3. Quare tantùm octo] *Epiphanius paucis hæc* *Contra hæreſ. 69.* *plurima Chriſti cognomina colligit.* Chriſtus vocatus eſt & ianua, & oſtium, & via, & columna, & nubes, & petra, & agnus, & manna, & caper, & vitulus, & leo, & fons, & ſapientia, & verbum, & filius, & angelus, & Chriſtus, & ſaluator, & Dominus, & homo, & filius hominis, & lapis angularis, & ſol, & propheta, & panis, & rex, & ædificator, & agricola, & paſtor, & viris, & *quæcunque talia &c. quæ contendit per tropologiam illi conuenire, ſicut & vox creatura, quam nimis pertinaciter ex Prouerbijs & Eccleſiaſtico vrgebant Ariani.*

SERAPION dixit: Primò per occaſionem obiectionū mearum lapidem expo-
ſuiſti: cùm ergo ſubſequutus eſſem capitula Euāgelica, in quibus dicit Dominus, Pa- *Ioan. 14. 28.*
ter maior me eſt, vnde alia protuliſti. Vnde ne videaris iſta exempla ideo attuliſſe, vt
illa teſtimonia declinares, expoſitis his quæ protuliſti, de illis mihi dabis reſponſū: &
ita demum accedemus ad noſtrum ſpecialem conflictum. ARNOBIVS dixit:
D Oportuerat nos de hoc ſolo ſenſu tractare, de quo verè diſſentis, id eſt, de hoc quod
non vis Catholicæ fidei vtiliter credere, in Chriſto Deo noſtro duas eſſe veras perfe-
ctaſque ſubſtantias: & ſicut verum Dei Filium, ita verum hominem filium hominis
confiteri. Sed quomodo te præuides iure & legibus rationabiliter ſuperandum, ne te
ſolum doleas victum, qui plurimorum in te hæreticorum ſumpſiſti perſonas, vt cū
ciues tui te ſuperatum increpauerint, tu dicas per noſtram, imò non noſtram, ſed
Chriſti victoriam à tali te ſuperatum, qui potuerit plurimorum in te hæreticorum
prius acumina, per miram atque potentiſſimam fidei Catholicæ ianuam aperire.
SERAPION dixit: Sapiens tunc vincit perfidiam, cùm eam de ſuis viſceribus pel-
lit: & qui vincit, bis victor eſt, quia & de aſſertione ſua fidei coronam accipit, & de lu-
cro hominum conſequitur palmam. ARNOBIVS dixit: Hoc totum miſericor-
diæ Dei applicandum eſt: nihil enim noſtris niſibus poſſumus, ſed totum de Dei
gratia & miſericordia quod quærimus, inuenimus. Aggrediar nunc reliquas ſeptem
quas propoſui ſimilitudinum formas: dehinc duas quæſtiones, quas ex Euangelijs
protuliſti, ipſo Domino dante, exponam. Tu tamen ſagaci memoria eaſdem figuras



recolens,

recolens,incipe ſigillatim reuocare in medium, vt per ſingula doceam de ſacris vo- A
luminibus me iſta exemplaria protuliſſe.SERAPION dixit: Prius de petra te ex-
plicuiſſe ſatis conſtat : ſecundò quòd mons prædictus ſit Dominus ex ſcripturis,vt
oſtendere te promiſiſti,oſtende.

ARNOBIVS dixit:In Exodo legimus: Dixit autem Dominus ad Moyſem.Hoc
Exod.3.11. tibi ſignum ſit, quoniam ego te mittam vt eijcias populum meum ex AEgypto , &
ſeruietis mihi in monte hoc. SERAPION dixit : De monte Sina hoc dictum
eſt.ARNOB.dixit: Si hiſtoriam quæras ſolam , Synagogam ingredere : nos autem
hiſtoriam ideo accipimus , vt quæ ſunt intra hiſtoriam ſpiritaliter explicemus , ſe-
quentes Apoſtolum Paulum magiſtrum Eccleſiæ gentium à Domino attributum,
qui(vt dixi)eo vſque ſenſus noſtros prouocauit & corda,vt petra quæ pro certo petra
1.Cor.10.5. eſt,vnde aqua producta eſt,[2] Chriſtum eſſe euidenter aſſereret dicens: Petra autem e-
rat Chriſtus.Ita & montem,in quo apparuit claritas Dei,in quo ignis illuminans, &
Exod.33.11. non conburens,in quo Deus cum homine facie ad faciem loquens, in quo Maieſtas
ipſa digito ſuo in duabus tabulis lapideis ſuæ legis voluntatem in decem præceptis B
ſcripſit: in quo Deuteronomij,id eſt,ſecundæ,vel iteratæ Legis ſcriptus eſt liber: mõ-
Geneſ.1.1. tem vbi Deus homini notum fecit,quod in principio Deus feciſſet cælum & terram,
& omnia quæ in eis ſunt , & multa alia ſanctitatis indicia, quæ dicere longum eſſet:
Pſalm 67. de quo Pſalmiſta dicit:Mons Dei,mons pinguis,mons in quo beneplacitum eſt Deo
16.& 17. habitare in eo. Etenim Dominus habitabit in finem . Vt oſtenderet de quo diceret
Pſalm.14.1. in Pſalmo quartodecimo ait;Quis requieſcet in monte ſancto tuo? & adiecit:Qui in-
& 2. greditur ſine macula &c. Et quis alius ſine macula,niſi ſolus Dominus IESVS Chri-
1.Pet.2.22. ſtus,qui peccatum non fecit,nec inuentus eſt dolus in ore eius?Nam in vigeſimo ter-
Pſalm.23.3. & 4. tio Pſalmo; Quis(ait)aſcendet in montem Domini?Et reſpõdit. Innocens manibus
Pſalm 47.3 & &c. Et item Dauid canit: Magnus Dominus & laudabilis nimis,&c . Et ſubiungit:
Iſaiæ 2.2. Mons Sion latera aquilonis &c. Et vnde Eſaias ait: In nouiſſimis diebus manifeſtus
erit mons Domini,& venient ad eum omnes gentes. Dicit & in alio loco Dauid.Qui
Pſalm 124.1 confidit in Domino,ſicut mons Sion &c.Vnde & in alio Pſalmo: Mons Sion,in quo
Pſal 67.17. habitas in eo. Dicit & de ipſo monte: Hunc quem acquiſiuit dextera eius. Acquiſiuit
Pſal.77.54 Pſal.117.16. hominem dextera eius perfectum,dextera Domini qui fecit virtutem:dextera enim
Patris ab operatione dicitur & probatur.Ipſe enim inuiſibilis Filius hanc virtutem
Ioan.14.9. per omnipotentiam ſuam operatus eſt, vt per hominis aſſumptionem ita viſibilis C
& 10. fieret,vt diceret : Qui me videt, videt & Patrem , quia ego in Patre, & Pater in me eſt.
SERAP.dixit: Ergo Iudæi qui eũ viderunt,viderunt & Patrem. ARNOBIVS reſpon-
Iſaiæ 5 9. dit : Iudæi eum ſic viderunt, ſicut Spiritus ſanctus ad Eſaiam dicit: Vade, dic populo
Acto.28.26. huic,Videntes non videbitis,& audientes non intelligetis. Vnde & ipſe Dominus ad
Ioan.8.19. eos dicit: Neque me noſtis, neque Patrem meum.Suis autem diſcipulis: Beati oculi
Matth.13.16. qui vident quæ vos videtis, & audiunt quæ vos auditis. Quapropter ſi videtur de
monte datum eſſe reſponſum,commemora loco tertio à me dictum exemplum.

NOTAE.

1. Qui potuerit] *Clarum eſt hanc ſententiam mutilam eſſe & ex meliore codice reſarciendam.*

2. Chriſtum eſſe euidenter aſſereret ] *Vetus codex*,aſſerere.

SERAPION dixit:Primò lapidem,ſecundò montem,tertiò turrem,in ſimili- D
tudine commemoraſti.ARNOBIVS dixit: Bene commemoras, ſi & bene recipias
Pſalm.60.4. veritatem.Ipſe eſt enim,de quo in Pſalmo ſexageſimo canitur , quod ſit turris forti-
Iſaiæ 5.2. tudinis à facie inimici.Hæc eſt turris,de qua dicit Spiritus ſanctus per Eſaiam : AEdi-
ficaui turrim in medio vineæ,quam plantaui.Vineam hanc ipſe interpretatur Spiri-
Pſal.74.16. tus ſanctus,dicens: Vinea enim Domini Sabaoth,domus Iſraëlis eſt.Turrim verò,de
qua dicit ſe ædificaſſe in medio, vt ſcriptura ſancta dicit, Filius eſt hominis, quem
Prouerb.9.1. confirmauit ſibi.De quo Salomon dicit:Sapientia ædificauit ſibi domum.Ipſe enim
qui eſt ſapiẽtia Patris,ædificauit ſibi in vtero Virginis perfectum hominem IESVM,
Rom.1.4. qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute ſecundùm ſpiritum ſanctificationis, non
ſecundùm coniugium pollutionis. SERAPION dixit : Noli dicere coniugij pol-
lutionem:nam coniugium pollutionem non habet,ſed fornicatio pollutio nuncu-
panda eſt. ARNOB. dixit : Coniugium pollutionem habet , & crimen non habet:
fornicatio autem & pollutionem habere probatur, & crimen. Sed permitte me pro-
Matth.21.33. bare turris indiculum.Ipſe autem Dominus in Euangelio ſic ait:Pater familias plan-
tauit



A tauit vineam,& ſepſit eam,& ædificauit in ea turrim , & locauit eam agricolis, qui
miſſos ad ſe ſeruos à Patre familias plagis affligere non metuerunt:poſtremò ab ip-
ſo patre familias miſſum filium occiderunt . Hoc dicto, interrogantur à Domino.
Cũ venerit Dominus vineę,quid faciet colonis illis?Et reſpondentes Iudæi dixerunt:
Malos malè perdet,& vineam ſuam alijs locabit agricolis.Et Dominus ad eos:Amen
dico,inquit, vobis, Auferetur à vobis regnũ Dei,& dabitur genti facienti fructus eius.

SERAPION dixit: Quarto nunc loco quærendus ſermo Dominum per vir-
gam præfiguratum oſtendens,vt promiſſio tua ſuo ordine explicetur. ARNOBIVS
dixit: Loquitur in Exodo ad Moyſem Dominus: Ego ſtabo in cacumine collis, & Exod.4.17.
virga hæc,quæ in manu tua eſt,in ipſa faciam omnia ſigna virtutum . Dicit & Dauid
in ſpiritu: Virga æquitatis,virga regni tui.Virga tua & baculus tuus, &c. Et Dauid in- Pſal. 44.7.
terpellat Dominum dicens:Memento congregationis tuæ,&c.Liberaſti virgam hæ- Pſalm.73.2.
reditatis tuæ. Item dicit: Virgam virtutis tuæ,&c. Euidentius autem de Domino di- Pſal. 109.2.
citur: Exurget virga de radice Ieſſe, & cæt. Quæ omnia adimpleta ſunt in eo, qui fa- Iſaiæ 11.1.
ctus eſt ex ſemine Dauid ſecundùm carnem. SERAPION dixit : Serua diſputa- Rom.1.3.
B tionem carnis, de qua nobis erit verus apertuſque Conflictus: nunc quæ propoſita
ſunt à te,explicare ſtude exempla. Nam quarto loco virgam cur poſueris iam dixi-
ſti:quinto nunc loco,Angelum qua ratione dixeris,pande.

ARNOBIVS dixit: Audi ad Moyſem loquẽtem Dominum: Ecce ego mitto An- Exod.23.20.
gelum meum ante te,ad cuſtodiendum te in omni itinere tuo:obſerua eum,&obau-
di ei, nomen enim meum in eo eſt.Malachias autem dicit.Labia ſacerdotis erunt in Malach.2.7.
eo,quia Angelus Domini eſt.Vnde etiam de populo ſanctorum omnium,qui in iſto
mũdo cauſa nominis ſancti afflicti probãtur & paſſi dicuntur: Iſte pauper clamauit, Pſalm.33.7.
&Dominus exaudiuit eum,id eſt,populum ſanctũ,&ex omnibus anguſtijs eripiet eũ. & 8.
Miſit Angelum Dominus in circuitu timentiũ eum, hoc eſt, timentium Dominũ,&
eripiet eos,eundem populum iuſtorum. Item Daniel Angelũ commemorat de cælo
deſcendiſſe in medium flammarum, vt tres pueros de incendio liberaret,cùm Nabu-
chodonoſor de eo dixiſſet:Quartus quẽ video ſimilis eſt Filio Dei:non eſt mendaciũ Dan 3 49.
teſtimoniũ eius.Dauid quoq; in ſuo proprio Pſalmo ſic dicit de Deo:Ipſe miſit Ange- Pſal. 77.70
lum ſuum, & tulit me de ouibus patris mei, & vnxit me vnctione miſericordiæ ſuæ.

C SERAP.dixit:Propera ad ſextum,in ſimilitudinem hominis Filiũ Dei ante vi-
ſum:quia ſufficit de quinto quod dictum eſt. ARNOBIVS dixit:[1] Legimus in libro
Ieſu Naue,quod illo tempore cùm Hiericho continuum iniret prælium,vidit homi
nem ſtantem contra ſe,& gladius in manu eius:cumq; acceſſiſſet ad eum,dixit ei:No- Ioſue 5.13. & 14.
ſter es,an aduerſariorum?Qui reſpondens ait: Ego ſum dux fortitudinis Dei. Item E-
ſaias Propheta dicit:Clamabit populus ad Deum ſuum in anguſtijs ſuis,& mittet il- Iſaiæ 19.20.
lis Dominus hominẽ qui liberet eos.Item dicit Daniel:[2] Vidi in nubibus cęli venien- Dan.7.13.
tem Filiũ hominis ad veterem dierum,& data eſt ei poteſtas regni . Item ipſe Daniel
ait:Stetit contra me quaſi viſio hominis,& vocauit Gabrielem Archangelũ, & dixit Dan.8.16.
ei,vt doceret viſionem quam videbã.Item ipſe Daniel:Eleuaui,inquit, oculos meos, Dan.10.5.
& vidi,& ecce homo qui indutus erat byſſo , & lumbi eius accincti erant auro . Item
Ezechiel dicit:Vidi ſuper thronum quaſi figuram hominis. Item ipſe: Vidi aſcen- Ezech.1.26.
dentem deſuper Cherubim vocantem ad ſe hominem, qui indutus erat podere , qui Ezech.10.2.
cinctus erat ſuper lumbos ſuos zona aurea.

D SERAPION dixit: Ex abundanti teſtimonia de eo reddenda ſunt,quod in du-
bium venit:nunc verò breuitati ſtudens,perge ad ſeptimum ſacerdotij à te ſimilitu-
dinem memoratam. ARNOBIVS dixit: In Regum libro primo ad Samuelem lo- 1.Reg.2.35.
quitur Deus dicens:Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem,qui omnia ex corde meo fa-
ciet. Et Dauid dicit:Iurauit Dominus Dauid,& non pœnitebit eum,&c. Pſalm.109.4.

SERAPION dixit: Euidentia ſunt iſta duo teſtimonia à te prolata de ſeptima ſi-
militudine:explica nunc octauam,quod teſtamẽtum Dei,Filius Dei poſſit intelligi.
ARNOB.dixit: Liber Geneſeos loquitur quod dixerit Dominus ad Noë,& ad filios eius; Geneſ.9.10.
Ecce ego excito teſtamentum meum vobis , & ſemini veſtro poſt vos,& omni ani-
mæ quę viuit vobiſcum.Item poſt alia dicit Deus ad Noë,& ad filios eius:Memor ero
teſtamenti mei quod eſt inter me & vos,& omnem animam viuam.Item vox Dei ad
Noe,& ad filios eius dicit.Ponã arcum meũ in nubibus cæli,& recordabor teſtamen- Geneſ.9.15.
ti mei,quod eſt inter me & vos.[3] Item per Eſaiã dicit Dominus:Teſtamẽtum meũ erit Malach.2.5.
cũ vita & pace,lex & veritas erit in ore eius,& iniquitas non inuenietur in labijs eius.
In pace dirigens habitabit vobiſcũ,& multos cõuertet ab iniquitate ſua. Itẽ per Eſaiã
dicit Dominus: Ego Dominus vocaui te,& dedi te teſtamentũ gentium,aperire ocu- Iſaiæ 42.7.
los cæco-

*Iſaie 55.3.* los cæcorum. Item per Eſaiam Dominus dicit: Audite me, & manducabitis bona, ambulate in vijs eius, & ſaluabitur anima veſtra, & diſponam vobis teſtamentum æternum. Item per Eſaiam Dominus dicit: Faciam vobis cum pace, cum fide, & diſponam vobis teſtamentum æternum: quæ omnia vnum Dei Filium præfigurant. Sunt etiam alia multa genera figurarum, quæ ſi exegerit ratio vt proferantur in medium, ſanctarum ſcripturarum authoritate[4] aſſignabo. IVDICES dixerunt: Tam rationabili manifeſtatione, quàm legali authoritate ab Arnobio quæ ſunt defenſa, firmata ſunt, ita vt Serapion, qui è diuerſo eſt, nobis tacentibus, ita vniuerſa eſſe vt ab eo defenſa ſunt ſuo ſitore teſtatus. Et quomodo auroreſcente die inchoatam altercationem veſpertinum tempus inuenit, nocturnæ quietis tranſacto ſilentio, die nobis à Deo ſalubriter reſtituto, permiſſa nobis vtriuſque partis confeſſio orietur.

A

SERAPION dixit: Peto vt ſermoni noſtro in eo hodie finis occurrat, vt ſcire me faciat Arnobius, pro qua cauſa præfigurationes has Domini noſtri in medium proferre voluerit. ARNOBIVS dixit:[5] Quomodo ſunt quædam quæ inter iſtas præfigurationes, etiam ipſum, pro quo figuratæ ſunt, Dei Filium æſtiment computandũ, cùm omnibus illis imago ſit veritatis in iſto homine, quẽ Virgo peperit ipſa ſit veritas: & ſicut verus Dei Filius Deus, ſic verus filius hominis homo, non ita mixtus, vt vtriuſq; rei permutatio facta ſit, ſed in veritate Deitatis & omnipotentia ſua permanens, inuiſibilis Filius Dei ſocietatem ſuam cum homine habens, & verum Deum Dei Filium noſtræ liberationi exhibuiſſe credatur. Aliter enim Deus carneis oculis videri non potuit. *1. Ioan. 2.22. & 4.3.* Quicunque ergo negat Deum eſſe in Chriſto, id eſt, in homine, hic Antichriſtus eſt. Qui autem negat aliquid de his ſimilitudinibus, poteſt aut reprehenſibilis, aut fortè nec reprehenſibilis inueniri. Negat enim petram, negat virgam, negat montem, & quicquid illud poteſt dici Chriſto poſſe competere. Virum autem perfectum, & perfectum Deum qui negauerit, ab æterna damnatione non poteſt liberari.[6] Similiter qui duos filios Dei auſus fuerit cogitare, vel credere vnum qui ante tempora ex Patre genitus eſt ſine matre, & alium qui natus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, æterno anathemate ferietur. Noſtrę autem, id eſt, Apoſtolicæ ſedis beati Petri, quæ ab ipſo Apoſtolo cœpit,[7] fidei confeſſio hæc eſt: Vnum Dei Filium ex duabus ſubſtantijs perfectis & integerrimis credentes, ex viſibili & inuiſibili, ex corporeo & incorporeo, ex comprehenſibili & incomprehenſibili, ex paſſibili & impaſſibili, ex mortali & immortali, & vero Deo & vero homine fateamur, dicentes & credentes Deum in Chriſto, & Chriſtum IESVM in gloria Patris ita vnam Deitatẽ habere, ſicut in duobus oculis vnus aſpectus eſt, in duabus auribus vnus auditus, in geminis naribus vnus odoratus eſt: ita & in his duabus ſubſtantijs Dei & hominis vnus Filius eſt Dei. Sanè quomodo noui ſolicitum auditorem memorem eſſe me ad vnam Patris & Filij ſubſtantiam, in duobus oculis vnum aſpectum, in duabuſque auribus vnum auditum, & vnum memoraſſe in geminis naribus odoratum: nunc tibi, non vna ſubſtantia, ſed vna in duabus ſubſtantijs[8] eſſe credenda perſona, non videatur incongruum. Niſus enim ſum oſtendere hoc, vt ſicut in tribus perſonis vnam credimus eſſe ſubſtantiam, ita in duabus ſubſtantijs Dei & hominis vnam Filij Dei credamus eſſe perſonam.

B

C

## NOTAE.

D

*Dialogo.* 1. Legimus in libro Ieſu Naue] *Iuſtinus martyr multis ſæculis ante Arnobium ex hoc loco contendit, Filium Dei olim carnem ſumpturum, ſeſe conſpiciendum Ioſue obtuliſſe & apparuiſſe: præſertim quod hic eum adorarit, ille verò dixerit ſe Ducem militiæ Domini. Clemens, Tertullianus, Euſebius, Nicephorus in eadem quoque fuerunt ſententia.*

2. Vide in nubibus cæli] *Iuſtinus martyr hoc teſtimonio quoque nixus, ſic Filium Dei hominem futurum probat:* Cùm Daniel tanquam Filium hominis dicit aſſumentem regnum æternum, nonne hoc ipſum ſubindicat? Nam cùm ait, quaſi filium hominis, narrat natum & viſum hominem, ſed non ex humano ſemine, &c.

3. Item per Eſaiam] *Sequentia Iſaiæ teſtimonia citantur ſecundùm editionem L X X. ideo in vulgata editione Latina eodem quidem ſenſu, ſed non iiſdem verbis comperiuntur.*

4. Aſſignabo.] *Vetus codex,* aſſignam.

5. Quomodo ſunt quædã] *Hic locus ſua obſcuritate deſignat aliqua deeſſe.*

6. Similiter qui duos filios] *Hæc fuit hæreſis Neſtorij dicentis, vt eſt apud Socratem, Euagrium, & Liberatum, duos eſſe Chriſtos, Deum vnum, hominem alterum; duas videlicet naturas duas arbitratus eſt eſſe perſonas: cui ſe ſe conſtanter oppoſuerũt Euſebius Dorylæus, Ioannes Antiochenus, Cyrillus Alexandrinus, Celeſtinus, Leo, & Gelaſius Romani Pontifices, Patreſquè Concilij Epheſini, & Chalcedonenſis, vt poſtea fuſius dicetur.* *Lib. 7. ca. 39. Lib. 1. cap. 2. In breuiar.*

7. Fidei confeſſio hæc eſt] *Duas priores voces addidimus, aliâs nullus ſenſus apparebat.*

8. Eſſe credenda] *Ita etiam eſſe,* pro eſt, *reponendum iudicauimus.*

Explicit liber primus Arnobij.

ALTER-



A

# ALTERCATIONIS ARNOBII ET SERAPIONIS LIBER SECVNDVS.

POSTERA die, inter initia diei, eorum repręſentato conuentu, reſidentibus Conſtantio & Ammonio, ARNOBIVS dixit: Si Serapioni aliqua ſuperſunt de heſterno Conflictu, ſi voluntas eſt, pandat. SERAPION dixit: Vna quæſtio Euangelica noſcitur remanſiſſe, illa ſcilicet, quam Arius videtur[1] habere palmarem, cùm dicit: Me quid culpant dicentem, Pater maior me eſt, cùm ipſe Filius de ſeipſo teſtetur dicens: Pater qui miſit me, maior me eſt? *Ioan. 14. 28.* ARNOB. dixit: In ea forma, in qua Filius Patris eſt ſine matre, ipſe & Pater vnum ſunt: in ea verò forma, in qua Filius matris eſt ſine Patre, Patre minor eſt. Naturam enim ſeruilem aſſumpſit, in qua non ſolùm Deo Patre minor eſſet; ſed & matre tantum minor eſſet, quantum matris virginis annoſitas extitiſſet. SERAP. dixit: Nouum hodie mihi dediſti reſponſum, in quo matrem Domini, vt gentiles delirant, Mariam eſſe genitricem ſine patre eius. Dic cuius Pater Deus genitor ſine matre extiterit? ARNOBIVS dixit: Ergo heri non tota ventilatione verborum noſtrorum atque ſermonum hoc ventilatum eſt, vt Patrem genitorem Filij ſui maiorem Filio non eſſe docerem? SERAPION dixit: Vtique humana narratione docuiſti, quod authoritate Euangelica ſtare non præualet. ARNOBIVS dixit: Tamen humana rationabilitate firmatum eſt, nihil in Patre maius, nihil in Filio minus, nihil quod non æquale ſit in Spiritu ſancto reperiri. SERAPION dixit: Et ſi hoc ego denegem, tam Iudices, quàm omnes hi qui aſtant poterunt approbare.

B

ARNOB. dixit: Quid ergo ſupereſt? SERAP. dixit: Hoc quod rationis tuæ expoſitionem ſacratiſſima Chriſti impugnat aſſertio, qua dicit, Pater maior me eſt. *Ioan. 14. 28.* ARN. dixit: Quicquid dicit Paulus Apoſtolus de Chriſto, putas verũ dicit, an fallit? SERAP. dixit: Si Paulus fallit, quis verum dicit? ARNO. dixit: Memor es dixiſſe eũ de Domino IESV Chriſto,[2] Qui cùm eſſet in forma Dei, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. *Philip. 2. 6.* Dixit hoc Paulus, an non? SERAPION reſpondit: Dixit quidem, ſed integram ſententiam non protuliſti. ARNOBIVS dixit: Ergo ſcis quia Apoſtoli ſermo conſcriptus eſt in Epiſtola. SERAPION dixit: Scio. ARNOBIVS dixit: Ipſum comma integræ ſententiæ dic mihi quod dixi. SERAPION dixit: Dixiſti: Qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. ARNOBIVS dixit: De quo hoc dixit? SERAP. dixit: De Filio. ARNOB. dixit: Et de quo hoc dicit, Eſſe ſe æqualem? SERA. reſpondit: De Patre. ARNOB. dixit: Collige formam Dei, ſi potes. SERA. reſpondit: Forma Dei eſt hoc quod immenſus eſt, & cælos & terrã replet, & tranſcendit menſura eius cęlos ſurſum, & terram, & maria, & abyſſos deorsũ. Sic quidem legitur in Prophetis, quod palma eius totius cæli menſura ſit, & pugillo *Iſaiæ 40. 12.* comprehendat omnem terram, & omnes aquæ menſura manuum eius ſunt. ARN. dixit: Oris tui teſtimoniũ verum de Deo amplector, & prędico, & ita eſſe cõfiteor. Ergo ſi ita eſt, imò quia ita eſt: explicuiſti ſermone formã Dei hanc eſſe, quod ſit immẽſus, & incomprehenſibilis, inæſtimabilis, inuiſibilis. Ita eſt, an non? SERA. reſpõdit: Ita eſt. ARNOB. dixit: Iam modò integram Apoſtoli ſententiam proferam de Filio Dei. *Philip. 2. 6.* Qui cùm in forma Dei eſſet, hoc eſt, inuiſibilis, incomprehenſibilis, inæſtimabilis, & eſſet æqualis, non minor; ſed ea forma, & in ea æqualitate qua eſt Pater, exinaniuit ſemetipſum. SERAPION dixit:[3] Quomodo exinaniuit ſe? Nunquid vt ceſſaret eſſe Deus? ARNOBIVS dixit: Ne fortè hoc blaſphemiæ ſcelus noſtræ æſtimationi ſubreperet, interpretatus eſt iſtum ſermonem dicens, In quo exinaniuit ſeipſum, id eſt, quia cùm eſſet Dominus formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu repertus vt homo, humiliauit ſeipſum factus obediens vſque ad mortem, & cæt. Hic ergo qui eſt Filius Patris ſine initio natus ex eo Patre, qui Paternitatis ſuæ initium non habet, hic dicit, Ego & Pater vnum ſumus. *Ioan. 10. 30.* Hic autem natus ex matre ſine Patre carnali, hic dicit, Pater maior me eſt. *Ioan. 14. 28.*

C

D

SERAPION dixit: Ergo duo ſunt Filij Dei, & vnus de Patre ſine matre, & alius de

matre

A matre ſine patre eſt. ARNOBIVS dixit: Puto te non eſſe immemorem oſtendiſſe me quidem duos oculos, ſed vnum aſpectum: duas aures, ſed vnum auditum: duas nares, ſed vnum odoratum. SERAPION dixit: Duo iſta quomodo vis in vnum eſſe? vt ſicut Dealitas Patris & Filij & Spiritus ſancti vna eſt ſubſtantia, ita & ſubſtantia Dei cum filio hominis vna ſit ſubſtantia? ARNOBIVS dixit: Non eſt ita. Homo enim per Deum, qui eum aſſumpſit, factus eſt Deus:[4] non Deus per hominem, quem aſſumpſit, factus eſt homo. SERAPION dixit: At per hoc duo ſunt filij Dei; cùm dicis, Deus, Deus eſt; & homo, homo eſt: Deus verus, veruſque homo duo ſunt. ARNOBIVS dixit: Duæ ſunt ſubſtantiæ in vno Filio Dei. Hic enim vnus Filius Patris, qui fecit primum hominem[5] de limo terræ virginis. Cum timore Dei & interrogare te, & audire oportet. SERAPION dixit: Quare hoc dicis? ARNOBIVS dixit: Quia quaſi plauſibilem fuiſſe te exiſtimas, cùm dicis, duos filios Dei eſſe, vnum de Patre ſine matre, & alium de matre ſine Patre. Cùm ego tibi dixerim, Deum per omnipotentiam ſuam formam ſerui aſſumpſiſſe in vtero Virginis, & cum eo ſumpſiſſe temporalem originem. Non habet hunc Filium Dei, qui penitus temporalem non habet. SERAP. dixit: Tu dixiſti alterum Virginis Filium, præter B Chriſtum. ARNOBIVS dixit: Non dixi alterum Virginis filium præter Chriſtum: ſed dixi; Hic qui de limo terræ virginis primum hominem fecit, ipſe in vtero Virginis ſanctæ hominem, in quo ipſe habitaret, ſua incomprehenſibili omnipotentia fabricauit, ſecundùm quod legimus: Sapientia ædificauit ſibi domum. (Sap. 9. 1.) SERAPION dixit: Quis eſt, qui fabricauit ſibi in vtero Virginis hominem? ARNOBIVS dixit: Filius Dei Patris inuiſibilis fabricauit ſibi hominem, in quo quaſi in domo incomparabili manens, ipſe fieret viſibilis ſanctis. SERAPION dixit: Ergo viſibilis factus eſt? ARNOBIVS dixit: Non dixi,[6] viſibilis factus eſt tantùm: ſed dixi, viſibilis factus ſanctis, hoc eſt credentibus, vt per fidem videretur, non per ſpeciem, (2. Cor. 5. 7.) ſecundùm hoc quod legimus. Vidimus eum, & non habebat ſpeciem. (Iſaiæ 53. 2.) Carnis enim aſpectus ita incredulis patuit, vt expoliatus veſtimentis, totus per ſingula membra corporis videretur ab his, qui eũ expoliauerunt, & irriſerunt, & flagellauerunt, & in crucis patibulo eum poſuerunt: (Matth. 27. Ioan. 19.) ſed quia fidei oculos non habebant, hominem purum, non illum qui in ipſo erat homine videre potuerunt.

C SERAPION dixit: Quaſi anguis lubricus, quò plus conſtringeris, plus de ſtringentibus pugnis euadis. Hominem vis eſſe Filium Dei, an Deum? ARNO. dixit: Verum Deum & verum hominem. SERAP. dixit: Ergo, vt dixi, duo filij Dei ſunt, vnus carnalis, & alius ſpiritualis. ARNOBIVS dixit: Cum timore Dei loquere: blaſphemum eſt enim duos Filios Dei dicere. SERAP. dixit: Ergo tu blaſphemas, qui duos Filios Dei dicis. ARNOB. dixit: Et tu blaſphemas, & mihi calumniam blaſphemantis impingis. Ego enim dico, vnum Dei Filium,[7] quaſi ignem, in maſſam auri cãdentis. Nihil in eo vides niſi ignem dum ignitum fuerit, & ſimul aurum purum putaueris, manus ipſa tangendo flammatur. Ita & dum in iſto homine miſeris manum infidelitatis tuæ, vt ſolum hominem æſtimes, incendio æterno conſumeris. Item ſi aurum negaueris, ignem verò qui in eo venit vt eſſet viſibilis, cùm ſit inuiſibilis, denegaueris. Nunc interrogo te, reſponde mihi; Cur non dimittis manum ad candentem maſſam auri? SERAPION dixit: Quoniam manus, quæ eam contigerit, ardeſcit.

ARNOBIVS dixit: Iſte ignis viſibilis eſt, an inuiſibilis? SERAP. dixit: Viſibilis. ARNOBIVS dixit: Vnde probas viſibilem eſſe ignem? Per ſeipſum, an per alteram materiam? SERAPION reſpondit: Per alteram. ARNOBIVS dixit: Ergo D non eſt viſibilis ignis. SERAP. reſpondit: Quomodo non eſt viſibilis ignis, qui videtur & tangitur? ARNOBIVS dixit: Non videtur, nec tangitur, nec calefaciet, nec comburet per ſuam ſubſtantiam, ſi non fuerit alteri cuicunque commixtus. SERAPION dixit: Ergo ignis per ſe nihil eſt. ARNOBIVS dixit: Non ſolùm non dico, nihil eſt: ſed dico, magna vis, fortiſſimaque ſubſtantia: ſed tamen niſi mixtus alteri fuerit ſubſtantiæ, inuiſibilis & incorporeus perſeuerat. SERAPION dixit: Ergo ignis Deus eſt. ARNOBIVS dixit: Hoc tibi dixi, quia erras. Nunquid totum quod inuiſibile nobis & incorporeum eſt, hoc etiam Deo & inuiſibile & incorporeum eſt? SERAPION dixit: Ergo Deo viſibilis eſt ignis & corporeus. ARNOBIVS dixit: Omnia quæcunque inuiſibilia & incorporea ſunt, Deo ſoli ſecundùm hoc quod ab eo creata ſunt, viſibilia & corporea ſunt. SERAPION dixit:[8] Ergo animæ, & ſpiritus, & angeli corporei ſunt. ARNOBIVS dixit: Nolo me per anfractus tuos à Deo tollas; & ad angelos, & ad animas, & ſpiritus trahas. Tamen ne putes me fu-



A me fugere interrogationem tuam, audi. Quicquid menſuram habet, corpus eſt, non humanis, ſed Diuinis oculis patens: immenſus autem & incorporeus Deus ſolus eſt. (Ioan. 4.) Omnes enim Angeli à Deo facti initiũ habent: & quæ initium habent, & vltimũ habent, non noſtris oculis ſeruiens, ſicut ſol, & luna, & ſtellæ, ſed ſolis Diuinis oculis pateſcit. SERAP. dixit:[9] Ergo & anima hominis corporea eſt. ARNO. dixit: Quicquid tangit & tangitur, & in loco aliquo continetur, corpus eſſe non dubiũ eſt. Cùm ergo & intrare animã corpus, & habitare in corpore, & exire è corpore doceatur, quomodo non corporea eſſe, dignoſcitur? Sed interim, ſi de hac re longiorem vis diſputationem fieri, tibi etiam alio tempore proponere licebit. Nunc verò aienti mihi ignem incorporeum eſſe, ſicut animam & ſpiritum, nobis dico ignem incorporeũ eſſe. Aſſerenti mihi, ſi qua præuales ratione, obſiſte. SERAP. dixit: Nouam rem audio. Quotidie inter manus nos ignem habere video: ſed noua ſtropha verborum ignem mihi vult inuiſibilem comprobare. IVDICES dixerunt: Nos Arnobium audiuimus non ita dicentem ignem inuiſibilem, vt negare videatur eſſe viſibilem per alteram ſpe-B ciem cuicunque fuerit mixtus, ſiue ligno, ſiue ferro, aut æramento, aut argento, aut auro: ſed cur hoc dicat, inquire.

## NOTAE.

1. Habere palmarem] *Aliquot Arij Epiſtolas, & librum, quem Thaleiam appellauit, citant Athanaſius ac Epiphanius: ſed verba ſubiecta ibidem non leguntur. Conſtat nihilominus eum hunc præſertim locum vrſiſſe aduerſus Filij conſubſtantialem æqualitatem, ex eo quod Patres magno ſtudio ad eum reſpondent. Eo namque reſpiciens Athanaſius ſcripſit in ſymbolo ſuo:* Aequalis Patri ſecundùm Diuinitatem, minor Patre ſecundùm humanitatẽ, (Cap. 2. & 4.) *Et Fauſtinus preſbyter libro ſuo ad Flacillam, ſeu Placillam Auguſtam, de fide contra Arianos, ait:* Hoc à Filio dictum eſt, de officio miniſtrantis, non de Deitate *Et rurſum:* Quod dixit, Pater maior me eſt, non impugnat æqualitatis Maieſtatem, ſed ſacramentum ſuſceptæ humilitatis deſignat. (Cap 35.) C *Et Auguſtinus in Enchiridio ſcribit:* Filius in quantum Deus eſt, ipſe & Pater vnum ſunt: in quantum autem homo eſt, Pater maior eſt illo.

2. Qui cùm eſſet in forma Dei.] *Et hoc teſtimonio Patres tam Græci quàm Latini magna conſenſione atque conſtantia confirmant Filium Patri omninò æqualem & conſubſtantialem eſſe. Vnius tantùm Athanaſij ad Arium verba ſubijcio:* Quid coruſcum Pauli Apoſtoli eloquium renuis dicentis de Filio, Dum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo? &c.

3. Quomodo exinaniuit ſe?] *Hanc Gregorij Nyſſeni etiam à Cyrillo laudatam explicationem hoc loco præterire non potui:* (In Apologetico.) Qui rex regnantium, & Dominus dominantium erat, ſerui forma induitur, & ſubditur poteſtatẽ gerentibus. Dominus creaturæ in ſpeluncam diuertit. Qui D vniuerſum palmo concludit, non inuenit locum in diuerſorio: ſed in præſepio reclinatur. Mundus & immaculatus humanæ naturæ ſuſcipit ſordes: & omni paupertate noſtra perfunctus, vſque ad mortis finem peruenit, &c.

4. Non Deus per hominem quem aſſumpſit factus eſt homo.] *Sanè intelligendus hic locus. Nimirum ſic: Deus aſſumptione non eſt factus humanum ſuppoſitum, ſeu perſona humana, ſicut homo aſſumptus eſt in ſuppoſito vel perſona diuina: quandoquidem ſuppoſiti aut perſonæ ratio in Chriſto tantùm Dei eſt, non hominis.*

5. De limo terræ virginis.] *Iſtud ſic explicatur apud Tertullianum:* (Lib. de carne Chriſti.) Virgo adhuc erat terra, nondum opere compreſſa, nondum ſementi ſubacta: ex ea hominem factum accepimus à Deo in animam viuam. Igitur ſi primus Adã ita traditur, meritò ſequens vel nouiſſimus Adam de terra, id eſt, carne nondum generationi reſignata in ſpiritum viuificantem à Deo eſt prolatus.

6. Viſibilis factus eſt tantùm] *Vetus codex, pro* tantùm, *habet* tacui: *itaque ſcribendum fuit* tantùm, *aut addendum*, & tacui.

7. Quaſi ignem in maſſam auri candentis.] *Damaſcenus libro de duabus voluntatibus, & operationibus in Chriſto, & in lib. de fide orthodoxa, pari ſimilitudine ſuadet in Chriſto verè duas eſſe ſubſtantias, vnica verò hypoſtaſis.*

8. Ergo animæ] *Vetus eſt diſputatio: An Angeli verè corporei ſint, an verò ſubſtãtiæ ita ſpiritales, vt omnino expertes ſint materiæ. Plato imprimis & Platonici omnes tã prophani quàm ſacri affirmãtem partem amplexi ſunt, vt patet ex Apuleio, Iamblicho, Porphyrio, & alijs: item ex Origene, Auguſtino, & cæt. Tametſi hîc & alijs in locis videatur dubitare.* (Aug. lib. 8 de ciuit. cap. 14. 15. 16. Lib. 2. Peria. Ench. cap. 59. & lib. 21. de ciuit. cap. 10.) *Addo et Ioãnem Theſſalonicenſem id quoque affirmãtem, actione quinta ſeptimi concilij generalis, quod eſt ſecundum Nicænum. Tertullianus etiam ſcripſit, Angelos eſſe corporis alicuius: et Ioannes Caſſianus, habere corpus quo ſubſiſtunt.* (Lib. de carne Chriſti. Collat. 7.) *Nec prætereundum eſt Iuſtinum martyrem, Athenagoram, Irenæum, ex Latinis verò Tertullianum, Lactantium, addo etiam Auguſtinum, ex capite ſexto Geneſeos, vbi ſcriptum eſt, Filios Dei accepiſſe in vxores filias hominum, ex eiſque Gigantes genuiſſe, aliquando opinatos eſſe, Angelos tãquam corporeos id effeciſſe: quod tamen de filijs Seth longè melius Athanaſius, Nazianzenus, Hieronymus, Chryſoſtomus, & alij interpretandum cenſuerunt. Conſtat enim Apoſtolum de malis angelis loquentem, negare illos componi ex carne & ſanguine: & omnes paſſim in Scripturis appellari ſpiritus, qui carnẽ & oſſa non habent.* (Epheſ. 6. Luc. 24. Matth. 8.) *Ergo cũ hîc ab Arnobio, aut alibi à Patribus dicuntur corporei, id propriè, & abſolutè non eſt definitum: ſed ſola ad Diuinam puritatem & ſimplicitatem facta comparatione, vt hoc loco apertè indicatur, cùm ſolum Deum eſſe incorporeum dicit.*

9. Ergo & anima hominis corporea eſt.] *Scholaſtici paucis & acutis hanc difficultatẽ expediunt, dicentes, eam corporeã eſſe aſſumptione & informatione; non autem natura, propriaue ratione. Item, quod quorũdam animæ, vt Moſis, Eliæ, Oniæ, Ieremiæ, in qualibuſcunque corporibus aliquando apparuerunt. Sed hîc Arnobius aſſerit, non dubium eſſe, quin corporea ſit. Inſuper, Tertullianus li. de anima, totus in eo eſt, vt probet*

*eam corpore conſtare. Ac certè omnes qui eam ex traduce parentum educi putauerunt, hi autem plurimi & grauiſsimi fuerunt, eadem opera ex materia & corporum ſubſtantia compactam eſſe non obſcurè ſunt profeſsi. Verùm, cùm paſsim in ſacris literis appelletur ſpiritus, pro vt etiam ſpiritus opponitur corpori, ſpiritus autem carnem & oſſa non habeat: deinde ſanctiſsimi Patres Ambroſius lib. de Noe & arca, c. 25. Hieronymus epiſt. ad Auguſtinum, idem Auguſtinus epiſt. 28. & 157.* (Eccleſ. 7. Luc. 23. Rom 8. Luc. 24.)

A *deniq; Gregorius Magnus lib. 21. Moralium, cap. 2. eandem conſtanter credant & doceant eſſe incorpoream: Eccleſiæ deniq; definitionibus eadem ſtatuatur eſſe ſpiritualis & incorporea; nefarium puto aliter credere aut docere. Itaq; cùm Arnobius vel alij eam vocant corpoream, id non ſimpliciter ac propriè intelligendum eſt: ſed æquiuocè, ac comparatione quadam facta cùm ineffabili atque incomparabili ſimplicitate Dei noſtri.* (Sext. ſynod. Act. 11. & 13. Concil. Later. c. Firmiter.)

ARNOBIVS dixit: Gratias prudentiſſimis Cognitoribus refero,[1] qui ſenſum verborum meorum eo quo eſt à me dictum per ordinem oſtendentes, quaſi lucem in tenebris effulſerunt. Dic ergo Serapion, quod verùm eſt: Hanc ignis ſubſtantiam nũquid ſine ligno, aut quocunq; metallo videre potes, aut contingere præuales? SERAP. dixit: Cùm de Dei Filio loquimur, ad imaginem me & metalla trahis. AR-
Rom. 1. 20. NOB. dixit: Non audiſti Apoſtolum dicentẽ de Deo, quomodo inuiſibilia eius, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius & Diuinitas? B
Ergo ſi tu veſtigas, ſiue vt tu de me dixiſti, tortuoſus anguis ſtringente mihi te conaris euadere, medijs iuſtiſſimis Cognitoribus penitus non euadis. Dic ergo, cùm ignem in ligno, aut quocumq; metallo videris, vnam in eo ſubſtantiam, an duas attendis? SERAP. dixit: Vnam. ARNOB. dixit: Non eſt ergo ibi nec lignum, nec ferrum, nec vllius prorſus materiæ genus, per quod virtus eius & inuiſibilitas agnoſcatur. SERAP. dixit: Eſt quidem per quam cognoſcatur virtus & inuiſibilitas, tamen ignis ſola patet eſſe ſubſtantia. ARNOB. dixit: Iſta ignis ſola ſubſtantia in aëre cognoſcitur intra thermarum calorem,[2] ſed ni lignis admixtus intra fornacem, excitauerit flammas, nec teporem exhibet thermis, nec calorem. SERAP. dixit: Bene facis docere homines quod nullus ignorat. ARNOB. dixit: Si tecum Hebraico loqui ſermone poteram, nunquid non ſuperfluus, an conſideratus arguerer? SERAPION dixit: Ita eſt. ARNOBIVS dixit: Ita ſi tecum loquar quod omnes ignorant, & non tecum hoc loquar quod nullus ignorat, vincere te qua ratione potero? Dic ergo, ignem cernis, duas ſubſtantias an vnam? SERAP. dixit: Vnam video ignis ſcilicet. ARNOB. dixit: Obſecro Iudices, iam date ſententiã, & vter noſtrum quod fallat oſtendat. C
IVDICES dixerunt: Sine cauſa reprobauit interrogationem tuam: & cur timeat Serapion duas ſubſtantias dicere in igne dũ cernitur, ignoramus. Vnde quia ſubterfugit, nos non ſolùm Iudices, ſed & teſtes te habere confidens, perge quò tua tendit oratio.

ARNOBIVS dixit: Ignis iſte inuiſibilis aliquam aliam materiam ingreſſus, viſibilis per iſtam efficitur, habens in ſe vnum quod exurit, alterum quod illuminat: ita Filius de ſinu Patris egreſſus, Virginea integritas ita illum ſuſcepit, vt poteſt maſſa auri ignem ſuſcipere: & ex ipſa maſſa produxit hominem perfectum ex ſemine
Rom. 1. 2. Dauid ſecundùm carnem, in quo toto quaſi aureo metallo ipſe ignis incomprehenſibilis, comprehenſibilis fieret; impaſſibilis, paſſibilis fieret; impalpabilis, palpabilis fieret; vt dixi, prius vnum quod exurit incredulos, aliud quod omnes credentes illuſtrat. Itaq; per duas iſtas ſubſtantias, auri, quod corpus eſt; & ignis, quod corpus non eſt; vna perſona, quam cernimus aut ferri, aut æris, aut argenti, aut auri, vna ſubſiſtit ſpecies, habens duas ſubſtantias auri veri, & ignis veri. IVDICES dixerunt: Vt quid declinat Serapion tam euidentiſſimæ rationi reſponſum dare, neſcimus: vnde, vt diximus, perge quò tua tendit oratio.

ARNOB. dixit: Calumniam, quam in me ingeſſit confirmare dum ſtudet, fecit rẽ D
conſultam homo ſapiens, vt taceret; ne ſuo ſe ore confutando conuinceret. Dixit enim me, quod Deum duos filios habere per viſibilem & inuiſibilem ſubſtantiã credendo aſſererem; cùm vnum Dei Filium in duabus ſubſtantijs credam: ſicut vnum auri metallum, cùm ignitum fuerit in duabus ſubſtantijs probabiliter aſſeram. Inuiſibilis enim Filius Dei viſibili [3] filio hominis mixtus vnum Filium Dei fecit, vt in ipſo eſſet viſibilis, ſicut ignis, qui inuiſibilis fuit, in maſſa auri aut cuiuſcunq; metalli factus viſibilis, non amiſit quomodo ſolus ignis ſine materia alterius rei, quæ illũ viſibilem & ſenſibilem faciat, nec videri poteſt ab oculis, nec à corporibus omnino ſentiri. SERAP. dixit: Intelligo te ad hoc peruenire, vt dicas Filium Dei deſeruiſſe filium hominis, nec ſimul crucifixum in ligno. ARNOB. dixit: Ego hoc nunquam nec corde concepi, nec ore protuli: quinimò cum Propheta dico, quod non ſolũ non deſeruit eum in cruce poſitum: verùm etiam non eum dereliquit euntem in infer-
Pſal. 15. 10. num, & non dedit ſanctum ſuum videre corruptionem. SERAP. dixit: Ex quo tem-
Luc. 1. pore Dealitas in hominem quem aſſumpſit, aduenit? ARNOB. dixit: Ex qua hora

Gabriel



A Gabriel angelus verbum eiecit, & illa credendo concepit. SERAPION dixit: Ergo ſimul conceptus eſt. ARNO. dixit: Dum conciperetur verbo homo in vtero, qui eũ fabricauerat, & adhuc fabricabat, vt in eo maneret, & ibi erat is qui initium nunquã habuit, in eo qui initium eſſentiæ ſuæ in vtero Virginis aſſumebat. SERAP. dixit: Ergo Deus & patrem & matrem habet. ARNOBIVS dixit: Patrem habet Filius Dei, qui eum genuit ante tempora ſine matre: & matrem habet Virginem, quæ illum cõcepit & peperit ſine homine patre. SERAPION dixit: Ergo mater Dei eſt. ARNO. dixit: Mater Chriſti & Dei. SERAP. dixit: Quid eſt Chriſti & Dei? ARNOB. dixit: Dei, qui cùm initium nõ haberet, tamen naſcendo initium aſſumpſit cum Chriſto. Chriſtus enim ſine Deo[4] ſimilis eſt Chriſtis alijs, qui ante eum fuerunt. Chriſtus autẽ Deus noſter ſimilem per naturam penitus non habet; præter ipſum enim nullus eſt Chriſtus & Deus. SERA. dixit: Quid ergo in partu Mariæ natum credis? ARNO. dixit: Hominẽ, qui nunquam fuit, cũ Deo qui ſemper fuit. SERA. reſpondit: Marię ergo mater hominis, & non Dei eſt. ARNOB. dixit: Per hominem de Spiritu ſancto conceptũ & natum meruit etiam eius mater fieri; qui ita fuit ſemper, vt & non fuerit tempus,
B quando non fuit. SER. dixit: Ergo Neſtorij ſectam ſequeris. ARNOB. dixit: Neſtorius[5] Θεοτόκον negauit, quam & χριστοτόκον credo. SERA. reſpondit: Si illum creauit ex ſe, qui ante non fuit, illum ſine dubio non creauit qui ſemper fuit. ARN. dixit: Si ad rationes humanas vadis, & fidem tecũ nõ ducas: vadis, vacuus redis, & ſemper vacuus permanebis. SER. dixit: Si ſcis quia non poſſum & ego tecũ iniurioſè loqui, loquere iniurioſè. ARN. dixit: Iniuria eſſet, ſi non vt vides, cauſa exigeret vt hoc tibi dicerem. SERAP. dixit: Quæ cauſa hoc exigit ſciamus. ARNOB. dixit: Quomodo totũ quod circa Mariam geſtum eſt rationem hanc habet primã, vt credas: ſi verò rationem habeas, & fidẽ non habeas, vacua erit ratio tua. SER. dixit: Aut ratio, ratio: aut fides, fides erit. ARNO. dixit: Non poteſt fides ſine ratione in hac parte, nec ratio ſine fide ſubſiſtere. SERAP. dixit: Et quę ratio poterit me docere, quod Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo poſt partum permanſit? ARNOBIVS dixit:[6] Hæc ratio eſt Deus omnipotẽs. SERAP. dixit: Ego tecum de puella ago. ARNOB dixit: Ego tecum de omnipotente ago. Dicas mihi. Qui fecit cælum & terram, & omnia quæ in eis ſunt, Omnipotens ipſe eſt, an nõ omnipotens? SERAP. dixit: Semper aliud proponis, vt aliud tibi agere
C liceat, & non ad interrogata reſpondeas. ARNOB. dixit: Ego interrogationi tuæ ſtudens reſpondere, interrogo te; Dic mihi, Deus eſt omnipotens, an non? SERAP. dixit:
Qui hoc negat, nihil illo ſtultius eſt. Scriptũ eſt; Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Pſalm. 13. 1.
Deus. ARNOB. dixit: Filius ergo Dei per omnipotentiam ſuam hoc facere voluit, vt efficeretur filius hominis. SERAP. dixit: Cuius hominis? ARNOB. dixit: Mariæ. SERAP. dixit: Ergo hoc voluit quaſi putatiuè, & non veraciter. ARNOB. dixit: In Deo nihil putatitium, nihil fantaſticum, nihil mendacij exiſtit. SERA. dixit: Vnũ è duob. ſtare non poteſt, quia Maria aut θεοτόκος erit eadem genitrix; aut χριστοτόκος eadem genitrix Chriſti. ARNOB. dixit: Et θεοτόκος eſt, & χριστοτόκος. SERAP. dixit:[7] Ergo duorum eſt mater filiorum. ARN. dixit: Vnius filij mater eſt. SER. dixit: Qua ratione hoc poteris docere, cũ Filius Dei, Dei Filius ſit; qui ex Deo Patre ante ſęcula eſt genitus Deus: & iſte nunc ex tempore ſit genitus filius hominis? ARNOB. dixit: Filius Dei omnipotens omnipotentis Patris per omnipotentiam ſuam hoc voluit, vt vnus cum eo fieret Filius Dei iſte filius hominis. SERA. dixit: Ergo mixta eſt Diuinitas & humanitas. ARNO. dixit: Quid eſt hoc quod vis dicere, Mixta eſt? SERAP. dixit: Deum hominẽ,
D qui mixtũ carnis & Verbi vnũ corpus effecit. ARN. dixit: Blaſphemũ eſt ita credere, vt quaſi conflantib. opere duas naturas in vnã credamus redactã eſſe ſubſtantiã. Euidens eſt enim vtriuſq; partis corruptio: nã qui capax, non capabilis; penetrans, nõ penetrabilis eſt; implens, non implebilis eſt; qui vbiq; diffuſus, & vbiq; totus eſt, ſimul per omnipotentiã ita ſe naturæ infudit humanę,[8] vt caro perficeretur in Verbo, non
Verbũ in carne perficeretur. Non enim dicit Euangeliſta, Verbum cũ carne natum Ioan. 1. 14.
eſt,[9] ſed Verbũ caro factum eſt, & homo naſci non iudicauit indignũ. SERAP. dixit: Si Verbũ caro factum eſt, Verbũ eſſe ceſſauit. ARN. dixit: Non homo perfectus in virginali vtero conceptus eſt & natus? SER. dixit: Homo ergo cum Deo natus eſt. ARN. dixit: Si piè hoc diceres, finita erat contentio: nunc autem quã impiè dicas hinc detegeris. Dicis enim, Homo cũ Deo natus eſt, vt videatur nunc ipſa Diuinitas Filij Dei ſumpſiſſe initiũ. Dico aũt & ego, Ita homo cũ Deo natus eſt, vt Deus qui ſemper eſt & ſine initio, volũtate ſua qua poteſt omnia quæ vult facere in cælo & in terra, in mari & in abyſſis, hoc illi placuit vt ſalua & integra Deitate ſua fieret filius hominis.

Dic mihi Serapion, potuit hoc facere, & noluit: an voluit, & non potuit? Inuiſibilis



huic

huic homini, quem aſſumpſit, vt vnum illum ſecum eſſet, ſalua ſua ſubſtantia Diuina, ſalua eius ſubſtantia humana fieret? Si voluit, & nõ potuit, ceſſet eſſe omnipotẽs, qui ſuam implere non potuit voluntatem. SERAP. dixit: Hanc reuerentiã Deo dare debemus, vt ſeorſum quæ Dei ſunt, ſoli Deo demus: & ſeorſum quę ſunt hominis, ſoli homini reputemus. ARNOB. dixit: Impia eſt iſta credulitas,[10] quæ quartã admittit in Diuina Trinitate perſonã. Duo enim Chriſti duo erũt filij: aut certè vnus Chriſtus erit, non tamen Filius Dei. Et vbi eſt quod Symbolo vniuerſalis Eccleſię nos credere confitemur, Chriſtum IESVM Filium eius vnicum Dominũ noſtrum, qui natus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine? Qui ſicut ante ſæcula natus eſt ex Patre, nobis ex Maria Virgine ſemper confitemur, totum accipiendo quod Dei eſt, homo, totum ſuſcipiendo Deus quod eſt hominis, aliud quàm Deus eſt eſſe non poſſet. Pars enim vna omnipotentia plena partem illam in ſe ſuſcipiens, quę omnipotentiam non habebat, tanta in illa ſe ſuauitate infudit, vt ſalua vtriuſque partis ſubſtantia, vnus nobis Dei Filius naſceretur ex Virgine. SERAP. dixit:[11] Facta eſt ergo humanæ ſubſtantiæ transmigratio in Deum. ARNOB. dixit: Non vis dicere, Humanæ ſubſtantiæ corruptio? Iſtam enim transmigrationẽ ſubſtantiæ ſi tibi conceſſero, corruptionem probabis: & videbitur Deus per infuſionem ſuam à ſtatu ſuo quaſi incluſum excluſiſſe ſubſtantiam. SERAP. dixit: Non tibi incluſum per quam humillimã ſuam ſubſtantiam à ſtatu ſuo excluſit, vt homo reuerteretur in Deum, non Deus verteretur in hominem? ARNOBIVS dixit: Non ſolùm à ſtatu ſuo non eſt excluſa humana ſubſtantia, ſed in ſtatu ſuo magis eſt roborata. Nam ſicut ſtatus virginitatis Mariæ, homine concepto, & parto, non eſt ex ſua integritate deiectus, ſed magis eſt integrior factus: ita ſtatus humanæ ſubſtantiæ in infuſione Diuina, ita inquã, eſt fortior factus, vt quicquid per præuaricationem Adæ fragilitatis incurrerat, per aſſumptionem Dei penitus non haberet, & firmius ſuæ integritate ſubſtantiæ poſſideret, quàm ipſe Adam ante ſuam præuaricationem poſſedit.

## N O T AE.

1. Qui ſenſum verborum meorum] *Vetus codex paulò aliter, nimirum,* qui ſenſum meum, eo quo eſt à me dictum, ordinem oſtendentes, quaſi lux in tenebris effulſerunt.

2. Sed ni lignis admixtus] *In veteri cod. erat:* ſed in lignis.

3. Filio hominis mixtus] *Mixtionis voce nullam ſubſtantiarum confuſionem inducit, quod eſt Eutychetis commentũ: ſed perfectã hominis cum Verbo vnionem, & proprietatum ex ea promanantem communicationem duntaxat intelligit. Illã etenim hoc nomine explicare nihil addubitarunt Irenæus, Tertull. Cyprian. Auguſt. Vigilius, vt ad cap. 21. lib. 3. Irenæi patefecimus.*

4. Similis eſt Chriſtis alijs] *Prophetas, Sacerdotes, & Reges Hebræorum intelligit, qui in ſacris literis paſſim appellantur Chriſti, tum quod ad publicũ munus capeſſendum inuncti eſſent, tum quod maximum illum futurum CHRISTVM noſtrum adumbrarent: qui eis vel in hoc præſertim excelluit, q; Deus omnipotens ſit.*

5. Θεοτόκον negauit] *Socrates ac Euagrius teſtantur quendam Anaſtaſium Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſub Neſtorio Epiſcopo presbyterum, hanc primam hæreſim euulgaſſe, Nemo Mariam Deiparã vocet. Fuit enim homo Maria, ex homine autem Deum naſci eſt impoßibile. Cùm hanc, vt impiam & blaſphemã opinionem coargueret Leo magnus Rom. Eccleſiæ Pontifex, Neſtorius contra, eandem & craßius extulit, & magis adhuc blaſphemis adiectionibus auxit & propagauit; in ſynodo Epheſina blaſphemans;* Ego bimeſtrẽ aut trimeſtrẽ factum Deũ (*ſic enim Chriſtum Dominũ appellabat*) nequaquam nominabo vel colam. *Atq; idcirco hæreſis iſta magis ſub nomine Neſtorij, quàm Anaſtaſij inualuit. Negans porrò Mariam* θεοτόκον, *id eſt, Deigenitricem & matrem, venerandum & magnum (vt loquitur Cyrillus) incarnationis Dominicæ myſteriũ funditus euertebat, Deitatem Verbi ab aſſumpti hominis ſubſtantia ſeparãs; duoſq; Chriſtos confingens, Deum vnũ, hominem alterum. Eandem verò* χριστοτόκον, *id eſt, matrem Chriſti admittens, Chriſti nomine hominem purũ ſolumq; intelligebat, qui ex ea natus, poſtea munere adoptionis & gratiæ Deus vocatus fuiſſet; & à* Filio Dei *ad oſtentationem ſuæ Deitatis circunductus; vt ſolo habitu, non autem vera perſonaliq; vnitione, inueniretur vt homo. Orthodoxi autem, vt hoc loco Arnobius, eandem &* θεοτόκον *&* χριστοτόκον, *hoc eſt, & Dei, & Chriſti, qui ſimul Deus et homo eſt, verã matrem confitebantur.*

[Marginal notes: Lib. 7. hiſto. cap. 32. & 34. Lib. 1. cap. 2. — Leo Epiſt. ad Pulcher. Cyrillus in Apologet. — Cyrill. interpret. ſymbol. & in Apolo. Euthym. in Panoplia.]

6. Hæc ratio eſt Deus omnipotens] *Eodem pacto tam doctè quàm eleganter ſcripſit Auguſtinus:* Si rationem poſtulas, non erit mirabile: ſi exemplum requiris, nõ erit ſingulare: tota ergo ratio facti eſt potentia facientis.

[Marginal note: Epiſt. 3.]

7. Ergo duorum] *Eandem fuiſſe Neſtorij ſententiam, patet ex iſta Vincentij Lirinenſis ad eum reſponſione:* Vnum Chriſtum IESVM, non duos; eundemq; Deum pariter atq; hominem Eccleſia Catholica confitetur: vnã quidem in eo perſonam, ſed duas ſubſtantias: quia mutabile non eſt Verbum Dei, vt ipſum verteretur in carnẽ; vnam perſonam, ne duos profitendo filios, quaternitatem videatur colere, non Trinitatem. *Et beatus Leo ait:* Euangelica autoritas ita Verbum prædicat carnem factũ, vt non duos Chriſtos, nec duos filios: ſed in vno Domino IESV Chriſto, & Dei & hominis nobis inſinuet veritatẽ: & vtriuſq; ſubſtantiæ, id eſt, ſaluantis atq; ſaluatæ, nec proprietates poſſint confundi, nec perſonę geminari.

[Marginal notes: Libr. aduerſ. profa. Nouat. — Epiſt. ad Epiſc. Galliarum.]

8. Vt caro perficeretur] *Vetus codex,* vt caro perficeret in Verbum, non Verbum in carne perficeret. *Puto autem ſenſum eſſe, Carnem in Verbo & ex Verbo perfectam hypoſtaſeos ac perſonæ rationem accepiſſe: non autem Verbum in carne vel ex carne quam aſſumpſit. Nam* quod fuit permanſit: quod *autem* non erat aſſumpſit.

9. Sed



9. **Sed Verbum caro factum eſt]** *Prætermittere nequeo verè aurea beati martyris & Apoſtolici viri Ignatij in hunc Diui Ioannis locum verba:* Verè, *inquit,* peperit Maria corpus, Deo in eo inhabitante; & verè natus eſt Deus Verbum ex Virgine, corpus ſimile nobis, paſſibile, ſine peccato, induens: verè conceptus eſt in vtero, & factus eſt in vtero, formans & faciens ſibi corpus ex Virgine, ſine ſemine viri: portanſque in vtero, ſicut & nos tempore portati ſumus, & cæt.

[Marginal note: Epi. ad Trallianos.]

10. Quæ quartam admittit.] *Neſtoriani duas in Chriſto perſonas confingentes, deinde Patris ac Spiritus ſancti alias duas confitentes, & adorantes; quartam in Trinitate admittebant & colebant perſonam. Ab his faſcinatus Anaſtaſius imperator præcepit Quaternitatem adorari, non Trinitatem: propter quod facinus cæleſti fulmine percuſſus, miſeram animam exhalauit, vti Pomponius Lætus in vita eius, & alij memoriæ prodiderunt.*

[Marginal note: Paul. Diac. Pomp. Læt. Blondus, lib. 3. Decadis 1.]

11. Facta eſt ergo humanæ ſubſtantiæ, &c.] *Hæc fuit Eutychis & aſſeclarum eius impietas, qua vt aduerſus Neſtorium vnam in Chriſto perſonam contentioſius cõſtitueret, imprudenter ſimul & impudenter in eo ſic confudit ſubſtantias, vt humanam affirmarit ſic abſorptam à Diuina, imò ita in eandem mutatã & trãſfuſam, vt penitus eſſe deſierit. Huius impietatis acerrimus propugnator Dioſcorus Alex. aiebat;* Chriſtum ex duabus naturis ſuſcipio, duas naturas non ſuſcipio. *Damnatos porrò à concilio Chalcedonenſi, defendendos ſibi ſumpſerunt Acephali, Gnapheani, Philoponiani, Monophyſitæ, ac Monothelitæ: adeoq; inualuerunt, vt totum ferè Orientem, & Africæ non exiguam partem infecerint, velut ex Paulo Diacono, Nicephoro, Euthymio, & Niceta facilè colligitur. Aduerſus has hæreſes ita ſcribit beatus Gelaſius Papa:* Nec duas perſonas in Chriſto intelligimus, per id quod dicimus duas naturas: vt adunationis diuiſionẽ facere videamur, & ſit (quod abſit) quaternitas, nõ Trinitas, ſicut Neſtorius ſentit inſanus. Nec confundimus eaſdem vnitas naturas, cũ vnam perſonam confitemur, vt impius Eutyches credit. Et in ſymbolo Athanaſij dicitur Chriſtus eſſe vnus, non cõfuſione ſubſtantiæ: ſed vnitate perſonæ.

[Marginal notes: Theodor. lib. 4. hæret. fab. Euthym. in Panopl. p. 2. — Concil. Chalcedon. — Libr. Contra Neſto. & Eutych.]

SERAP. dixit: Omnis ſubſtantia cùm ſubſiſtit, aut magna eſt, & parua non eſt: aut regalis eſt, & priuata non eſt: aut immortalis, & mortalis non eſt: aut diues eſt, & paupercula non eſt: aut Diuina eſt, & humana non eſt. Tu autem confundens omnia, vnum è duobus ſtare dum denegas; nec Deum nobis verum, nec hominem verum præuales edocere. ARNOBIVS dixit: Audi quid dixiſti; Omnis ſubſtantia aut magna eſt, & parua non eſt. Singulatim tibi expono, ſi neſcis: In vnico Filio Dei duas eſſe ſubſtantias profiteor & aſſigno. Habet per humanitatem, vt verè minor Patre ſit: habet vnde initium verè ſumpſit ex tempore: habet vnde verè ſit impaſſibilis, habet & vnde paſſibilis extitit: habet vnde verè immortalis ſit, habet vnde verè ſit mortuus & ſepultus: habet vnde nunquam ceſſauit viuere, & vitam omnibus qui viuunt ſuo arbitrio diſpenſare; habuit etiam vnde inter animas defunctorum animam corporis ſui defuncti ire ad inferos permitteret, & redire.[1] Habuit vnde mortis imperium ſubiugatum teneret; habuit vnde mortis ſubiaceret imperio. Habuit vnde ploraret defunctum, & in eo erat vnde iuberet ipſum quem plorabat mortuum ſuſcitari. Et hæc ratio Diuinitatis eius, vt cùm duas iſtas integerrimas ſubſtantias habeat, vnum tantùm in his duabus Filium Dei credas. SERAPION dixit: Ergo conuerſionem aliquam in ſemetipſo vnde inciperet eſſe quod non erat, habuit. ARNOBIVS dixit: Non ita eſt: ſed Sermo Patris nunquam à Patre diſcedens homo quippe fieri dignatus eſt ſecreto ſuo myſterio, quod ipſe nouit, qui quoniam totum ſuſcipiens quod eſt hominis, homo eſt; totum accipiens quod Dei eſt, alius quàm Deus eſſe non poteſt. SERAP. dixit: Et ſi incarnatus eſt, vt aſſeris, immixtus, quomodo non eſt facta diminutio Diuinæ ſubſtantiæ? ARNOB. dixit: Eſt ne aliquid quod aut non poſſit Deus, aut neſciat? SERAP. dixit: Nihil eſt quod non poſſit Deus, nihil eſt quod neſciat. ARNOBIVS dixit: Ergo ſi ſcit, & poteſt[2] ſine ſui corruptione miſceri, ſicut potuit hominem ſuſcipere, ita vt nihil ei augmenti de ſuſceptione accederet: ſciuit, & potuit vt totũ ſe infunderet, & nihil acciperet detrimenti.

[Marginal notes: Ioan. 14. 28. — Pſalm. 15. — Heb. 2. 14. — Ioan. 11. 35. & 44.]

SERAP. dixit: Quæ ratio te compellit, vt quotieſcunque de Filio Dei,[3] qui eſt Deus natus ex Maria, loqueris, non ſolùm dicis vt ſit Maria θεοτόκος: ſed ſemper hoc nominas, quod Filius hominis eſt, vt ſit Maria χριστοτόκος? ARNOBIVS dixit: Sicut ego nunquam χριστοτόκον ſine θεοτόκον dico, & tu ita confitendo cõfirmas fidem tuam, & finis huius noſtræ altercationis occurrit. SERAPION dixit: Vnde tibi hæc authoritas huius definitionis aduenit? ARNOBIVS dixit: Apoſtoli Pauli non vis recipere hoc quod dixit teſtimonium: Factus eſt primus homo in animam viuentem, nouiſſimus homo in ſpiritum viuificantem? SERAPION dixit: Dic mihi quo ordine tu iſtum ſenſum accipias? ARNOBIVS dixit: Ipſe Apoſtolus ſuis verbis hoc quod dixi explanauit, dicens: Quomodo per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto[4] omnes viuificantur. SERAPION dixit: Video quod moliris aſtruere, vt quia in iſto loco

[Marginal notes: 1. Cor. 15. 45. — 1. Cor. 15. 21. & 22.]

nominat Apoſtolus hominem ſolum, non etiam Deum, docuiſſe videatur reſurre- A
ctionis noſtræ gloriam celebrare. ARNOBIVS dixit: Chriſtum quando audis, &
non audis ſanctæ Mariæ Virginis filium, ſcias te [5] vnum ex rebus Iudæorum audire:
& ideo hominem hunc ſolum eſſe iuſta ratione firmamus. Virginis autem filium
Deum & Chriſtum eſſe Catholica fidelitate hoc ordine confitemur, vt gloriam
quam humanum genus per primum hominem amiſerat, per iſtum filium Virginis,
qui Deus & homo, in centuplum melius recuperaret. Nam paradiſi regio per pri-
mum hominem legitur fuiſſe ſublata, per ſecundum verò hominem & regio para-
diſi reſtituitur, & [6] omnium indulgentia confertur. SERAPION dixit: Ergo hæc
tanta beneficia homo nobis præſtitit, non Filius Dei Deus. ARNOBIVS dixit: Ca-
lumniam vis ex ea naſci, ex qua natus eſt qui nos ex omni liberaret, & ab omni pec-
cato: & inde vis me vinctum tenere, vnde à vinculis ſoluimur: & inde vis mihi liber-
tatem auferre, vnde libertas ſeruo mundo & captiuo ingenuitas generatur. SERAP.
dixit: Vnde iſta tam bona tamq; præclara naſcuntur? ARNOB. dixit: Ex iſta confeſ-
1. Ioan. 2. 22. ſione vt dicam, Dei Filium in carne veniſſe, dicente Apoſtolo; Qui negat Ieſum Chri
ſtũ in carne veniſſe, hic Antichriſtus eſt. Eſt ergo caro, hoc eſt, perfectus homo eſt: & B
qui venit in carne, hic eſt Filius Dei inuiſibilis, hic eſt perfectus Deus, Filius Dei, crea-
tor hominis, & vt cum quo dignatus fieri filius hominis. SERA. reſpõdit: Ergo Deus,
ſuus creator eſt. ARNOB. dixit: Vbi non eſt commixtio viri, quî creator extitit nati?

SERAPION dixit: Multum me ſuſpectum reddis, cùm & creaturam, & carnem,
& hominem, & filium repetis: tamen Filium Dei filium fuiſſe Mariæ non fateris.
ARNOBIVS dixit: Si non eſſet filius hominis Filius Dei factus, Maria mater Dei eſſe
non poterat. Per filium ergo ſuum facta eſt mater Filij Dei: per formam ſerui quam
aſſumpſit Dominus, facta eſt mater Domini: nec poterat eſſe θεοτόκος, niſi χριστοτόκος
Luc. 1. fieri meruiſſet. Audi quid habebat concipere in vtero, aut quid habebat parere, aut
quid habebat pannis inuoluere, & in præſepio ponere, aut quid habebat lactare, aut
Matth. 2. 13 quid habebat tollere & fugere in Aegyptum, aut quid habebat creſcere ætate & ſapi-
Luc. 2. entia, aut quid octaua die circuncidi, aut quid habebat baptizari à Ioanne, niſi eſſet
homo perfectus, in quo eſſet perfectus Deus, qui ipſum ſicuti hominem in vtero fa-
bricauit. SERAPION dixit: Neſtorij eſt iſta doctrina. ARNO. dixit: [7] Neſtorius quæ
aſſerit præ manibus habeo: ſi iubent Iudices recitabo. IVDICES dixerunt: Legatur C
quod ab Arnobio offertur, vt poſſit Serapionis, ſi vera eſt obiectio, demõſtrari. Cumq;
accepta eſſet homilia, ad locum lecta eſt ita. Nõ peperit ſanctiſſima Maria Deitatem:
nam quod natum eſt de carne, caro eſt. Non peperit creatura creatorem: ſed peperit
Ioan. 3. 6. hominem [8] Deitatis miniſtrum. Non ædificauit Deum Verbũ Spiritus ſanctus: quod
Matth. 1. 20. enim ex ipſa natum eſt, ait, de Spiritu ſancto eſt: Deo itaque Verbo templum ex Vir-
gine ædificauit. Et paulò poſt: [9] Per ſe qui natus eſt Deus in vtero, Deus eſt. Et paulò
poſt: θεοτόκου formam in Deo honoremus. Item in alia prædicatione, cuius initiũ hoc
eſt: Sæpè mecum fructus vitæ verſans, & terreſtrium rerum multiplicem mutabilita-
tem: ſparſaſq; per vitam inſidias cogitans, hæſitans exclamaui. Quis poterit liberari?
Et poſt paululum ait: Spiritum diuina ſeparat natura, qui humanitatem eius crea-
uit. Quicquid ex Maria natum eſt, de Spiritu ſancto eſt, qui & ſecundùm iuſtitiam re-
pleuit quod creatum eſt. Hoc quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpi-
1. Tim. 3. 16. ritu. Itẽ ait. Qui fecit eum metuendũ dæmonibus, de quo dicit ipſe Dominus, Ego in
Luc. 11. 20. Spiritu Dei eijcio dæmonia, ipſe carnem eius fecit templum. Vnde dicit Baptiſta: Vi-
Matth. 3. 16. di Spiritum ſanctum deſcendẽtem de cælo, & manentem in eo. Item paulò poſt: Qui D
Act. 1. dedit ei eleuationem in cęlum, ait, dedit mandata Apoſtolis quos elegit per Spiritum
ſanctum, & poſtea eleuatus eſt in cælum. Hunc itaq; qui Chriſto tantam donauit di-
ſpenſationem, qui natum putant carneum, ſeparãt à Diuina natura. Item in alia prę-
dicatione, cuius initium hoc eſt, Nulla deterior ægritudo humanis animis, quàm
ignorantia. Et paulò poſt: [10] Iſta autem faciunt Deum ſecundum poſt beatam Mariã,
cùm matrem temporalem creatricem temporũ Deitatem aſſignant: imò nec matrẽ
Chriſti eam eſſe permittunt, quæ & χριστοτόκος eſt. Nam ſicut illi aiunt, nõ humana na
tura, ſed Deus Verbũ ab illa natus eſt, & ea quæ peperit non eſt mater nati. Quomodo
enim mater eſſe poteſt alieni à ſua natura? Si autem mater eſt, vt ab ipſis vocatur; hu-
manitas eſt quod natum eſt, & non Deitas. Proprium eſt enim parere matri eſſentiæ
ſuæ ſimilem: aut enim non erit mater, ſi eſſentię ſuę ſimilem non pepererit: aut ſi ma
ter eſt, eſſentiæ ſuæ ſimilem peperit. Item poſt alia: Deus enim menſium & creator
eſt, & non menſium partus eſt: fabricator ſanctæ Mariæ, non poſtea ex Spiritu in ipſa
fabricatus. Sed ſine mea doctrina audi Angelum ad ipſum Ioſeph dicentem: Accipe
puerum



A puerum & matrem eius. [11] Igitur pueri dixit, non Deitatis: Item poſt hæc: Vis tibi Matth. 2. 13.
addi ſecundum teſtimonium? Cõpleti ſunt itaq; dies vt pareret, & peperit filium ſuũ Luc. 2. 6.
primogenitum. Ecce habes cuius mater fuit χριστοτόκος, id eſt, pueri mater, quę peperit
Maria, non Deitatis, quæ omnia circunſtringit. Audi & aliud teſtimonium. Videntes Matth. 2. 11.
tem Magi ſtellam, gauiſi ſunt gaudio magno valde, & intrantes domum inuenerũt
puerum cum Maria matre eius. Vbiq; pueri mater, non Deitatis, Virgo prædicatur.
[12] Quid igitur ordinas carnem matrẽ Deitatis? Et paulò poſt: Virgini χριστοτόκῳ contigit
parere humanitatem, Dei verbo Deitatis miniſterium. Et cùm legeret hęc, IVDICES
dixerunt: Hactenus Neſtorij dicta ſufficiant: quid ad hæc ſentiat Serapion, pandat.

## NOTAE.

1. Habuit vnde mortis ] *His penitus ſimilia ſcribit Gregorius Pontifex Maximus Lib. 18. Moral. ca. 27. aduerſus eundem, licet ſuppreſſo nomine, Neſtorium.*

2. Sine ſui corruptione miſceri ] *Iam admonuimus Veteres non abhorruiſſe à verbis miſceri, commiſceri, ac componi, quando intimam Verbi cum carne vnitionem, ſimulq́ue conſequentem proprietatum communicationem explicare voluerunt.* B

3. Qui eſt Deus natus ex Maria ] *Vetus codex etiam hìc valde mutilus eſt: habet enim:* Qui natus eſt ex Maria, vt ſit Maria θεοτόκος, ſed ſemper hoc nominas quod filius hominis eſt, &c. *Cætera nos addidimus.*

4. Omnes viuificantur] *Communis editio Latina,* viuificabuntur. *Sed cum Arnobio faciunt Ruſinus in expoſitione ſymboli, & Tertullianus lib. 4. aduerſus Marcionem.*

5. Vnum ex rebus Iudæorum. ] *Quid ſi legeremus,* vnum ex Rabbinis?

6. Omnium indulgentia] *Non malè forſan,* omnis, *vel* omnibus.

C 7. Neſtorius quæ aſſerit ] *Neſtorium certè polygraphum fuiſſe non ex his duntaxat ab Arnobio citatis locis apparet; verùm etiam ex Nicephori libro 14. cap. 36. Socratis libro 7. cap. 32. & actis magni concilij Epheſini: vbi ſcripta eius commemorantur: quæ laudabili veterum ſtudio, diuinaq; prouidentia, vt & aliorum hæreſiarcharum monumenta perierunt.*

8. Deitatis miniſtrum ] *Vetus codex,* miniſterium. *Ibidem pro,* non condificauit, *legimus,* Non ædificauit.

9. Per ſe qui natus ] *In actis concilij Epheſini legitur:* Non per ſe, & ſecundùm ſe, Deus eſt, quod in vtero formatum eſt. Non per ſe, & ſecundùm ſe, Deus eſt, quod Spiritus ſancti opera effectum eſt. Non per ſe, & ſecundùm ſe Deus eſt, quod in monumento conditum eſt. *&c. Ex quibus locum hunc Arnobij in noſtro vetere codice corruptum emendare non eſt difficile: vt nimirum ita legatur,* Qui in vtero natus eſt, per ſe Deus non erat, &c. Tom. 2. c. 7. nouæ edit.

10. Iſta autem ] *Fortaſſe* Iſti *melius legeretur. Inuehitur enim in Patres orthodoxos, eiſdemq́ue multa imponit, vt ex eiuſdem concilij Epheſini actis perſpicitur. Ita forſan, & commodius paulò poſt legeretur,* cùm matrem temporalem Creatori temporum & Deitati aſſignant.

11. Igitur pueri dixit ] *Hæc paulò fuſius citantur in conc. Epheſino, ex Neſtorij quaternione 21. ſic:* Angelorum vox eſt: Surge, & accipe puerum, & matrem eius. Atqui certum eſt Archãgelos natiuitatis myſterium te longè exactius perſpexiſſe: neque hi tamen dicunt, Surge & accipe Deum, & matrem eius; ſed ſurge, & accipe puerum, & matrem eius.

12. Quid igitur ordinas carnem matrem Deitatis? ] *Commodius fortè legeretur,* Quid igitur carnalem matrem affingitis Deitati? *Et paulò poſt, non malè legeretur,* Deitatis miniſtrum, vel miniſtram. *Neſtorius namq; Chriſtum hominem cenſebat tantùm eſſe Deitatis adſcitium miniſtrũ, aut cooperariũ, vt ex eiuſdem verbis in concilio citatis apparet.* Tom. 2. ca. 8.

SERAP. reſpõdit: Si ita non ſentit, nec credit Arnobius, quare frequentat χριστοτόκον
& θεοτόκον? ARNO. dixit: Si χριστοτόκον dico, & nego θεοτόκον, [1] rectè arguis me Neſtorianũ,
vel per leue accuſationis tuæ veſtigium forſitan accuſaris. Nunc verò totus defenſio
nis meæ curſus impugnat negantem θεοτόκον Mariam; & tu mecum Neſtoriũ damnas,
cùm me tecum execretur Neſtorius. SERAP. dixit: Pro qua re me tecum execratur
Neſtorius? ARNO. dixit: Pro eo quod tecum ſanctam Mariam θεοτόκον non nego. SE-
D RAP. dixit: Sermone argumentando θεοτόκον qui confiteris, χριστοτόκον illam aſſerendo
impugnas. ARNOB. dixit: Tu negas Chriſtum Filium Dei eſſe? SERAP. dixit: Non
nego Chriſtum Filium Dei: ſed te increpo qui Chriſtum hominem aſſeris, & non Fi
lium Dei. ARNOB. dixit: Antequam naſceretur ex Maria, Filius Dei ante fuit? SE-
RAP. dixit: Quis hæc [2] præter Photinum, dixerit? ARNOBIVS dixit: Ergo ſemper
fuit. SERAP. dixit: Semper fuit. ARNOB. dixit: Quis eſt iſte, qui natus eſt? SERAP.
dixit: Ipſe qui ſemper fuit. ARNOBIVS dixit: Qui ſemper fuit purus natus eſt, aut
cum homine, aut extra hominem, aut per hominem? SERAPION dixit: Non tibi
dixi, quia hominem vis oſtendere. ARNOB. dixit: Si hominem dicerem, & non ſi-
mul Deum, ſine diminutione Dealitatis ſuæ ſimul natum negarem, rectè iſta oppo-
neres. SERAPION reſpondit: Erubeſcis Deum natum, Deum tentatum, Deum
crucifixum, mortuum, & ſepultum dicere, cùm & Paulus dicat: Non erubeſco Euan- Rom. 1. 16.
gelium: virtus enim Dei in ſalutẽ eſt omni credenti? Tu ergo cũ erubeſcis hoc crede-
re Dominum, quem Deum impaſſibilẽ volens oſtendere liberatorẽ noſtrũ ſolũ ho-
minẽ aſſignas. Vnde neceſſe eſt mihi interrogare te: Quis eſt q pro nobis paſſus eſt, De9
an ho-

A an homo? ARNOBIVS dixit: Et homo natus eſt Deus,& homo paſſus eſt. SERAPION dixit: Et quomodo impaſſibilem Deum Dei Filium à paſſione humanitatis extraneum reddis? ARNOBIVS dixit: Sicut natus eſt ex tempore, cùm ſit ante tempora genitus,& tamen filius hominis eſt, ita & cùm ſit verè impaſſibilis, verè paſſus eſt:& cùm ſit verè immortalis, verè mortuus eſt cum paſſibili ſuo. Mortuus eſt enim
2. Cor. 13. 4. ex infirmitate noſtra,ſed viuit ex virtute Dei. Humana enim paſſibilitas ab eo qui impaſſibilis permanet, ita ſuſcepta eſt, vt cum ipſo eſſet quando conceptus, quando natus, quando baptizatus, quando tentatus, quando venundatus, quando traditus, quando irriſus, quando colaphizatus, quando ſpinis coronatus, quando felle cibatus,& aceto potatus, quando crucifixus eſt, & mortuus, & ſepultus. Non enim
Pſal. 15. 10. dereliquit eum in inferno, nec dedit ſanctum ſuum videre corruptionem. Cum ipſo etiam tertia die reſurrexit à mortuis, cum ipſo aſcendit in cælos, cum ipſo ſedet ad dexteram Patris, cum eo venturus eſt iudex. Siquidem Apoſtolis angeli in hora
Actor. 1. 11. aſcenſionis dixerunt: Hic IESVS, qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet, & cæt. B

## NOTAE.

1. Rectè arguis me Neſtorianum] *Vet. cod. hîc mutilus eſt, habens:* Rectè argueris & Neſtorianum vel per leue accuſationis veſtigium forſitan accuſaris. *Nos pro viribus expreßimus.*

2. Præter Photinum] *Hunc tradunt in minori Galatia ortum, Græcis & Latinis literis eruditum, epiſcopatum Syrmienſem adminiſtraſſe, & cum alijs orthodoxis in Nicæna ſynodo Arianam impietatem damnaſſe. Sed communi omnibus hæreſiarchis morbo, id eſt, ſuperbia, vanæque gloriæ appetentia, tandem in Ebionis, Sabellij, ac Samoſateni hæreſim incidiſſe, adeò vt aſſereret, Deum ſingulum eſſe & ſolitarium: & more Iudaico confitendum eſſe non tres perſonas, ſed vnam duntaxat, licet tria nomina eidem tribuerentur. Chriſtum porrò nudum eſſe hominem, & ex humanæ generationis natura initium habere, neque eſſe ante ſæcula genitum. Hæreſibus autem eius conſtantißimè ſeſe obiecerunt Athanaſius, Ambroſius, Hieronymus, Epiphanius, Prudentius, Victorinus, Nazianzenus, & alij paßim præſtantes viri. Socrates libr. 1. capit. 20. refert Euſebium Cæſarienſem confutaſſe librum cuiuſdam Marcelli, Photini præceptoris, tribus integris voluminibus; quos aliquando Græcos vidi inter manus Ioannis Curterij, cuius anima pace fruatur.*

Socr. li. 2. ca. 8. et l. 7. c. 32. Sozom. li. 4. ca. 6. Theod. lib. 5. cap. 11. Hier. in Cat.

C SERAP. dixit: In eo magis Neſtorianum te iuſtiſſima exiſtimo ratione, quòd libros Neſtorij circunferens, [1] ſancti Cyrilli Epiſcopi, qui contra Neſtorium plurima Catholico ſermone ſcripſit, nihil memoraueris. ARNOBIVS dixit: Gratias tibi ago omnipotens Deus, quod ex ore Serapionis victoriam protuliſti. IVDICES dixerunt: In quo ſermone tibi autumas victoriam prolatam eſſe? ARNOBIVS dixit: In quo ait ſancti Cyrilli epiſcopi, qui contra Neſtorium multa Catholico ſermone ſcripſit. Conſtat ergo apud Serapionem ſancti Cyrilli ſanam Apoſtolicamq; eſſe doctrinam. IVDICES dixerũt: Si hoc negauerit Serapion, non ſolùm à nobis, ſed etiam à ſancta Alexandrina,& ab vniuerſali, quæ in toto mundo eſt Eccleſia Catholica reprobatus abſcedat. ARNOB. dixit: Apoſtolicæ recordationis vir ſanctus Cyrillus Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopus, cùm cognouiſſet Neſtorianum dogma contrarium fidei pullulare, ſcripſit per totam Aegyptum, [2] & ad ſanctum Cæleſtinũ Apoſtolicę recordationis antiſtitem miſit, dicens ad laudem ſuam pertinere, ſi ab eo qui Pontificatus arcem tenebat, fuiſſet aliquid emendatum. [3] Sanctus verò Cæleſtinus ita ἐγκωμιάςης eius extitit, vt in Neſtorij damnationis dictaſſet ſententiam: lau- D dem verò Cyrilli & in conſpectu Dei & omnium prædicaſſet, aſſerens ſenſum eius præclarorum noſtræ prouinciæ Epiſcoporum prædicatione roborari: & Damaſi, Ambroſij, Hilarij hunc fuiſſe ſenſum euidenter expoſuit. [4] Ait enim in ipſo Concilio: Recordor beatæ memoriæ Ambroſium in die natalis Domini noſtri IESV Chriſti, omnẽ feciſſe populum vna voce Deo canere: Veni Redemptor gentium, oſtende partum Virginis, miretur omne ſæculum, talis decet partus Deum. Nunquid talis partus decet hominem? Et adiecit: Ergo ſenſus fratris noſtri Cyrilli in hoc quod dicit θεοτόκον Mariam, valde concordat, talis decet partus Deum. Deum partu ſuo Virgo effudit, ipſo potente qui omnipotentia plenus eſt. [5] Hilarius quoque vir acris ingenij ſcribens in Conſtantium Imperatorem, de incarnatione Domini ſic ait: Filius Dei factus homo Deus. Et præpoſterans repetit: Deus filius hominis factus eſt Deus, non Deus factus eſt homo,& filius hominis factus eſt Filius Dei. Superauit enim magnitudo Domini paruitatem ſeruilis formæ, ita vt ipſa forma ſeruilis, quam aſſumpſit, ceſſaret eſſe ſeruilis, per eum Dominum qui eam aſſumpſit. Si enim qui natura non filij Dei, per ipſum efficiuntur filij Dei: quanto magis ipſe, qui natura Filius Dei eſt, hunc



A eſt, hunc cum quo voluntate ſua aluo Virginali conceptus & natus eſt, ita ſublimauit in Deum, vt in nomine eius omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum? Philip. 2. 10. [6] Item præceſſor meus Damaſus ſcribens ad Paulinum Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopum, inter cætera ait: Anathematizamus eos, qui duos filios Dei aſſerunt: alterum qui ex Patre eſt genitus,& alterum qui ex aſſumptione carnis natus eſt ex Virgine. Item ipſe Apoſtolicæ memoriæ vir Damaſus in altera Epiſtola ad Paulinũ: Anathematizamus eos qui duos in Saluatore filios cõfitentur: vnum ante incarnationẽ, & aliũ poſt aſſumptam carnem ex Virgine,& non eundem Dei Filium,& antea & poſtea ipſum eſſe Chriſtum verum Dei Filium, qui natus eſt ex Virgine confitentur.

Et cùm perſequeretur hæc Arnobius, SERAP. dixit: Non hæc abs te quæſiui; ſed volui videre ſtudium pro Catholica defenſione contra Neſtorianum dogma ita inſtructum, ſicut Neſtorianæ aſſertionis eruditus es. ARNO. dixit: Ego & Neſtorij errorem declinandum didici,& Cyrilli defendẽdam eſſe doctrinã agnoui. SERAP. dixit: Profer ergo aliqua, per quæ in vno Dei Filio Cyrillum duas doceas aſſeruiſſe ſubſtãtias; humanam ſcilicet & Diuinam. Protulit illicò Arnobius codicem epiſtolarũ Cyrilli, B qui in capite hanc habebat Epiſtolã. [7] CYRILLVS vniuerſis Epiſcopis, & Presbyteris,& Diaconibus, Patribus monachorum,& his qui vobiſcum vitam ſolitariam habent,& in fide Dei confirmati ſunt, dilectis & cariſſimis,& regionis Alexandriæ, in Deo ſalutem. Nuper quidam ex vobis Alexandriã more ſolito aduenerunt. Percunctanti verò mihi,& diſcere admodum cupienti, ſi modeſtè Patrum veſtigia vos quoque ſectantes, fidem quoque rectam & immaculatam eniteſcere contendatis: conuerſatione autem egregia decorati religioſæ vitæ ſanctis laboribus [8] voluntatem veram exiſtimantes pro nouo labore nouiter tolerare. Et poſt pauca ait: [9] Sempiternæ memoriæ Pater noſter Athanaſius, qui Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopatum annis quadraginta & ſex coronauit, qui prophanis hæreticorũ argutijs inexpugnabilem, & Apoſtolicã obtinebat ſapientiã, & quaſi odoratiſſimo vnguento ſuis ſcriptis lætificat orbem terrarum, cuius fidem rectam & veram dogmatum ſcientiam cunctorũ teſtimonia cõprobant, cùm de ſacroſancta Trinitate,& vnius ſubſtãtiæ, quod Græcè dicitur ὁμοούσιον, opus componeret, in libro tertio identidem ſanctam Virginẽ θεοτόκον C appellat. Vtar autem neceſſariò vocibus & dictionibus illius, quæ ſe ita habẽt. [10] Hæc, inquit, ſententia eſt & character ſanctæ Scripturæ, quod ſæpe diximus, duplicem eſſe in ea de Saluatore ſignificationem. Hæc cùm recitarentur, SERA. reſpondit: Neſcio ſi Athanaſius dixit, duplicem de Saluatore ſignificationem. IVDICES dixerunt: Nulla poteſt ratione quiſpiam mentiri, quæ in archiuis retinentur Alexandrinæ Eccleſiæ. Vnde permitte recitari cum omni ſilentio. Certi enim ſumus de ſcripturis ſanctæ memoriæ Cyrilli Epiſcopi, neque Arnobium, neq; aliquem poſſe aliqua ratione mentiri. Et recitata ſunt ſcripta ſancti Cyrilli Epiſcopi de Athanaſio. ARNO. dixit: Sanctæ ſcripturæ duplicem habent de Saluatore ſignificationem, quod Deus ſemper fuit,& eſt Filius,& Verbum,& lumen,& ſapiẽtia Patris:& qui poſtea propter nos carnem ſumpſit ex Maria Virgine θεοτόκῳ,& homo factus eſt. Item poſt alia: [11] Multi autem ſancti fuerunt,& mundi à peccato: Ieremias ab vtero ſanctificatus eſt,& Ioannes cùm eſſet in vtero exultauit gaudio ad vocem Mariæ θεοτόκου, Deum portantis. Hæc Athanaſius dixit, vir ſummæ authoritatis,& cui debet credi,& nunquã dixit ea quę ſan- D ctis literis non conueniũt: neq; poterat fieri, vt verũ præclarus vir & memoratiſſimus ignoraret, quẽ etiam in ſancta Synodo, quæ tunc tẽporis Nicęę conuocata eſt, [12] ante alios admirati ſunt. Nondũ quidem in ſedẽ Epiſcopatus aſcenderat, ſed adhuc adnumerabatur clericis. Cæterũ ſagacitatis & modeſtiæ cauſa,& propter ſubtilẽ, incõparabilemq; ſcientiã adſcitus à patre noſtro beatiſſimæ memoriæ Alexãdro Epiſcopo, aderat ſemper,& quaſi filius [13] gubernans patrẽ in agendis rebus conſiliũ eius, viamq; vtilẽ ſubminiſtrabat. [14] Sed quoniã fieri poteſt, vt aliqui exiſtiment, etiã à venerabili & Diuina Scriptura oportere nos huiuſmodi laborare tractatũ, adijciant etiam ſanctam & maximã Synodon, neq; θεοτόκον dixiſſe Domini matrem: nec omnino ſuper hoc aliquid ſtatuiſſe: age modò quantum verum eſt diſpenſationiſq; de Chriſto intelligitur, oſtẽdamus, quonã nobis modo diuina Scriptura prædicata ſit. Quod autẽ & ipſi Patres loquuti ſint cùm fidẽ ſanctam & [15] inuiolabilẽ detinerent, inſpirante eis veritatem Spiritu ſancto, neq; enim ipſi loquebantur, ſecundùm vocem Saluatoris, Matth. 10.
ſed Spiritus Dei & Patris loquebatur in ipſis. Et paulò poſt ait: Sancta & maxima Synodus ex ſubſtantia Dei & Patris ait: [16] ipſum genitum Vnigenitum, per quem omnia, Ioan. 1.
propter nos homines,& propter noſtram ſalutem deſcendiſſe de cælis, incarnatum eſſe & hominem factum, paſſum eſſe & reſurrexiſſe, & in tempore venturum iudicem. Et poſt pauca, ait: Apprehẽdit igitur ſemen Abrahæ,& communicauit carni & Hebr. 2. 14. & 16.
ſanguini

ſanguini Dei Verbum faciens corpus ex muliere, vt non ſolùm Deus, ſed etiam A
homo factus ſecundùm nos propter coadunationem intelligatur. Ergo ex duabus
rebus ſimul euidenter ex Deitate & humanitate Emmanuel eſt, vnus tamen Dominus
IESVS Chriſtus, vnus verè Filius, &[17] Deus, & non homo deificatus, id eſt Theopetis,
ſicut alij per gratiam: Deus autem magis verus in humana forma apparuit. Itẽ
paulò poſt: Cùm ſit igitur manifeſtũ, quod nõ dicitur Chriſtus extra carnem, & ſeparatum
Dei Verbum, deceat autem eũ magis ſic nominari, poſtquam homo factus eſt,
probamus autem ſacris literis fidem facientes quod ſit naturaliter Deus, & in coadunatione
ſua cum carne conuenerit. Item paulò poſt ait: Sicut enim in Adam mori-
Rom. 5. mur, ita[18] in Chriſto omnes viuificamur. Nam ſi non eſt paſſus humano more pro
1. Cor. 15. 22. nobis, ergo neque diuino more noſtræ ſalutis habuit rationem. Dicitur prius[19] tan-
quam homo eſſe mortuus; reſurrexiſſe verò poſtea, quia erat naturaliter Deus. Ergo
1. Pet 3. 18. ſi non eſt paſſus carnaliter, nec mortuus ſecundùm Scripturas, nec viuificatus ſpiri-
1. Cor. 15. 14. tu; nec idem omnino reuixit. Et ſi hoc verum eſt, inanis eſt fides noſtra, & adhuc
ſumus in peccatis noſtris. Item poſt paululum ait: Audio eundem Dominum
noſtrum IESVM CHRISTVM euidenter dicentem de ſua anima: Nemo B
Ioan. 10. 18. tollet eam à me, ſed ego ponam eam ex me: poteſtatem habeo ponendi eam, rurſum
poteſtatem habeo ſumendi eam. Deſcendit enim in mortem per carnem ſuam, qui
mortem ignorauit, vt nos reſurgamus cum eo in vitam. Reuixit enim cùm ſpoliaſſet
inferna, non tanquam homo iuxta nos:[20] ſed vt Deus in carne nobiſcum & ſupra
nos. Conſequebatur enim natura in ipſo primo immortalitatem, & contundebatur
mors, quæ vitæ corpus more hoſtis inuaſerat: quemadmodum vicit Adam,
ſic in Chriſto deuicta eſt. Itaque aſcendenti & propter nos & pro nobis ad cæleſtem
Patrem & Dominum, vt terrenis hominibus[21] peruium & aſcenſibile faceret
cælum, triumphales cantus referebat diuinus modulator: Aſcendit Deus in iu-
Pſal. 46. 6. Epheſ. 4. 9. bilo. Vnde & Paulus ait: Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper cælos, vt adimpleret
omnia. Item iuxta finem huius Epiſtolæ ait: Non ignoramus eius gloriam,
qui & factus homo iuxta nos, manſit tamen idem qui fuerat Deus.

IVDICES dixerunt: Ex abundanti ſatisfecit Arnobius, & ratione humana,
& authoritate legis diuinæ, & aſſertionibus priorum Epiſcoporum magnorum atque
ſanctorum[22] Ambroſij, Hilarij, Gregorij, ſed & Athanaſij, & ipſius Cyrilli, do- C
ctrinamque eorum hanc fuiſſe euidenter oſtendit, quæ duas aſtruat ſubſtantias in
vno Filio Dei exiſtere, Deitatis ſcilicet & humanitatis: per quas duas ſubſtantias in
tantum duos filios eſſe non credit; vt etiam ita credere volentes, legerit Damaſi, &
Hilarij, & Ambroſij execratione damnatos. Superfluè itaque moramur palmam dare
vincenti: cùm etiam ſancti Cyrilli Epiſcopi plurima protulerit, quibus & à ſancto
Athanaſio legitur in vno Dei Filio Deũ hominemq; adunatum, non vt Verbum
quod ſemper in principio fuit, & in ſua Dealitate manet, hoc quod ſemper fuit, per
aſſumptionem hominis Deus eſſe ceſſauit: ſed vt homo inciperet eſſe Deus, quod
ante non fuerat, in vtero conceptus eſt Emmanuel, & ideo θεοτόκος Maria, quia homo
qui conceptus eſt & natus à tempore conceptionis Deus cœpit eſſe in vtero, &
Deus natus eſt in partu. Hic ſenſus Cyrilli, hic ſenſus Athanaſij, Damaſi, Ambroſij,
Gregorij, Hilarij, hic Arnobij comprobatus eſt. Aut dexteram Serapion concordiæ
iungat; aut confutatus abſcedat.

## NOTAE.

Theodoret. lib. 5. hiſtor. cap 25. Nicepho. lib. 14. ca. 14. & 33. Act. concil. Chalcedon.

1. Sancti Cyrilli Epiſcopi] *Cyrillus Alexandriæ fratre Theophili Epiſcopi natus, vir fuit ingenio excellentiſſimo, in omni doctrinarum genere à patruo educatus, tertia poſt obitum eiuſdem die electus & ordinatus eſt Alexãdrinæ Eccleſiæ Archiepiſcopus. Hoſtem porrò acerrimum & vigilantiſſimum Neſtorij ac errorum eius fuiſſe, non modò ex actis Epheſini concilij, cui nomine Cæleſtini Papæ præſedit; verùm etiam ex eius Epiſtolis, Duodecim capitulis, Apologia, Dialogis, Theſauro, alijſque perdoctis monumentis apertius eſt, quàm dicere ſit neceſſe. Proſper Aquitan. vocat eum, glorioſiſſ. Catholicæ fidei defenſorem.*

Lib. de grat. Dei cõt. Col.

Niceph libr. 14. cap. 33 & 34.

2. Et ad ſanctum Cæleſtinum] *Manifeſtum eſt ex hiſtorijs Eccleſiaſticis Cæleſtinum ſummum Eccleſiæ Pontificem à Cyrillo certiorem factum de Neſtorij impietate, eiuſdem Cyrilli pietatem ſimul et ſtudiu plurimum laudaſſe; ipſumque Neſtorium literis dehortatum, vt ab impietate deſiſteret: quod ni faceret intra decem dies fore, vt non modò à communione piorum ipſe reijceretur: ſed etiam ex catalogo ſacerdotum penitus eximeretur. Inſuper, is etiam ad Ioãnem Antiochenum, Iuuenalem Ieroſolymitanum, Ruſinum Theſſalonicenſem, Flauianum Philippenſem, & alios verè Apoſtolicis miſſis Epiſtolis, excitatum à Neſtorio aduerſus pietatem bellum ijſdem expoſuit, & ad commune certamen pro eadem retinenda pro ſua authoritate excitauit. Deniq; cum pro alio Neſtorij loco ſubſtituendo contenderetur, eiſdem Ioanni Antioch. Ruffo, Flauiano, & Proclo ſcripſit: Nihil obſtare quo minus qui alterius vrbis aut iam ſit Epiſcopus, aut ſaltem delectus, Conſtantinopolim transferatur, qui id inſtauret quod impius Neſtorius labefactauerat.*

D Euagr lib. 1. cap. 2. Liberat. in Breuiar.

Nicepho. lib. 14. cap. 37.

3. Sãctus verò Cęleſtin' ἐγκωμιαστὴς eius extitit] *Tam malè accepta fuerat vox Græca per veteris codicis ſcriptorẽ, vt nobis de illa diutius diuinãdũ fuerit: Poſtremò tamen auxilio perdocti Patris Frontonis fulti, eã integritati ſuæ reſtituimus. Conſtat porrò ex aliquot epiſtolis beati Cæleſtini tomo primo, capite 17. Concilij Epheſini inſertis, eum maximi feciſſe S. Cyrilli labores & ſtudia, quando eum paſſim appellat, dilectum fratrem, in vera fide tuenda fortiſſimum antagoniſtam, fratrem & ſanctum coëpiſcopum, ſtrenuum Catholicæ fidei vindicem; cuius doctrina potens erat ad retundendam falſitatem, & vnitatem conſtituendam.*



4. Ait enim in ipſo Concilio] *De quodam concilio Romæ à Cæleſtino congregato, cuius Epiſtola concilij Epheſini ad Neſtorium, ſemel & iterum meminit: itemque ſynodus Alex. Epiſtola ad Neſtorium, Cyrilluſque Epiſtola ad Ioannem Antiochenum; arbitror Arnobium loqui: quandoquidem Epheſino non interfuit, Romano autem præfuiſſe compertum eſt. Niſi tandem volueris interfuiſſe Epheſinæ ſynodi per literas, quibus & partes ſuas Cyrillo Alexandrino commendauit, ſimulque Neſtorium ob hæreſim abdicauit, ſicut Nicephorus recitat lib. 14. cap. 34.* Literæ referuntur tomo 2. concilij Epheſini, cap. 14.

5. Hilarius quoq;] *Hæc adornantes, Hilarij tres libros in Conſtantium diligenter percurrimus, in quibus nihil horum legimus: quapropter oportet hos mutilos eſſe; Cæleſtinum verò & Arnobium integros habuiſſe. Rectè tamen libro nono de Trinitate docet, Chriſtum ex vnitis in idipſum naturis, naturæ vtriuſq; rem eãdem eſſe: ita tamen vt neutro careat in vtroq;, ne fortè Deus eſſe homo naſcendo deſineret, & homo rurſum Deus manendo non eſſet.*

6. Item præceſſor meus Damaſus] *Inter Damaſum & hunc Cæleſtinum interponuntur Syricius, Anaſtaſius, Innocentius, Zoſimus, & Bonifacius: Habetur autem tomo primo conciliorum eiuſdem Damaſi ad Paulinum Theſſalonicenſem Epiſtola, in qua leguntur iſta:* Anathematizamus eos, qui duos filios aſſerunt, vnum ante ſæcula, & alterum poſt aſſumptionem carnis ex Virgine.

Tom. 1. cap. 1.

7. Cyrillus vniuerſis Epiſcopis] *Titulus huius Epiſtolæ ita nunc in noua Concilij Epheſini editione redditur:* Cyrillus, Presbyteris, Diaconis, Patribus, Monachis, cæteriſque ſolitariam vitam vobiſcum exercentibus, & in fide Dei conſtanter perſeuerantibus, dilectis & deſideratiſſimis fratribus in Domino ſalutem, &c. *Deleuimus,* partibus monachorum.

8. Voluntatem veram] *Noua editio continet:* Necnon exercitationis labores in præcipuis voluptatibus haberetis, *&c. Quibus apparet hîc legendum eſſe,* voluptatem veram.

9. Sempiternæ memoriæ, &c.] *Hunc locum in vetere codice valde mutilum, ex ſubiecta noua tralatione Peltani Epiſtolæ Cyrilli reſtituere licebit: Habet enim:* Percelebris memoriæ Pater noſter Athanaſius, qui totos quadraginta ſex annos Alexandrinæ Eccleſ. Pontificatum egregia cum laude geſſit; loquacibuſque impurorum hæreticorum commentis inuicta, planeque Apoſtolica ſapientia reſtitit; quique ſcriptis ſuis veluti fragrantiſſimo quodam vnguento totum hunc orbem mirificè recreauit, & ob dogmatum abſolutam integritatem, fideiq; rectitudinem, magna apud omnes exiſtimatione & autoritate fuit, &c. *Ergo pro* coronauit, *quod eſt in veteri codice, legendum* ornauit: *& pro* obtinebat ſapientiam, *fortè legendum,* obijciebat ſapientiam.

10. Hæc, inquit, ſententia] *Acta concilij Epheſini:* Diuinæ ſcripturæ ſcopus ac character.

11. Multi autem ſancti fuerunt] *Hæc ſunt in Oratione quarta contra Arianos, referuntur etiam tomo primo concilij Epheſini, cap. primo: & tomo ſecundo, capite ſeptimo.*

12. Ante alios admirati ſunt] *Cyrillus ex tralatione Peltani:* In omniũ admiratione habitus eſt.

13. Gubernãs] *In actis concilij Epheſini legitur:* Verſabatur cum ſene tanquam filius cum patre, ad quiduis vtiliter conficiendum ſeſe ducem prębens: necnon in omnibus quę obeunda forent, commodum iter oſtendens.

14. Sed quoniam fieri poteſt] *Cyrillus in actis ſynodi interprete Peltano, lõgè apertius:* Verùm quia veriſimile eſt nõ defuturos hîc quoſdam, qui ex ſacra diuinaq; ſcriptura ea quę hoc loco aſſerta ſunt, corroboranda eſſe exiſtimabunt: dicturos præterea ſanctam illam magnamq; ſynodum, neque Domini matrem θεοτόκον vſquam appellaſſe, neque quicquam omnino ſuper ea re decreuiſſe, age, quonam pacto arcanum illud œconomiæ Chriſti myſterium per diuinas quoq; literas prædicatum ſit, pro virili parte planum faciamus. *Itaque verbis illis Arnobij,* quantũ verum eſt, *addendum,* myſteriũ.

15. Inuiolabilem detinerent] *Peltanus reddidit:* Sinceræ inculpatæque fidei canonem ediderunt. *Igitur hîc legendum* definirent, *pro detinerent.*

16. Ipſum genitum vnigenitum] *Cùm Græcè ſit apud Cyrillum γεγεννημένον μονογενῆ,* natus eſt vnigenitus: *& ſanctiſſima Synodus apertè profiteatur eum eſſe,* genitum, non factum: *ex vetere Arnobij codice delemus,* ipſum factum vnigenitum.

17. Deus & non homo deificatus, id eſt, Theopetis] *Cùm vetus codex haberet affirmando,* & homo deificatus, *negationem addidimus,* & non homo deificatus: *quoniam nunc apud Cyrillum legitur:* qui ſimul Deus & homo eſt; nõ homo deificatus, par illis, qui per gratiam Diuinę naturæ participes efficiuntur. *Quibus conſentit Euthymius parte 14. Panopliæ.*

18. In Chriſto omnes viuificamur] *Sic Tertullianus lib. 5. aduerſus Marc. & Rufinus exponens ſymbolum, præſenti tempore legunt,* mortificamur & viuificamur.

19. Tanquam homo eſſe mortuus] *Vocem* mortuus *ignorat vetus codex: addidimus ergo ex hac Peltani tralatione:* Traditur namque mortem primò quidem oppetijſſe, vt homo: mox verò per id quòd ſua natura eſt Deus, in vitam denuò redijſſe. Si igitur mortem ſecundũ ſcripturas corpore non pertuliſſet: neque ſpiritu viuificatus reuixiſſet quoque.

20. Sed vt Deus in carne nobiſcum] *Peltanus elegantius:* Reuixit enim deſpoliatis inferis, nõ vt noſtræ conditionis homo, ſed vt Deus, noſtri cauſa nobis ſimilis effectus. Obtinuit autẽ natura in ipſo tãquã in capite incorruptionẽ.

21. Peruium & aſcenſibile] *Peltanus:* Nobis terræ huius inquilinis viam ad cælũ muniuit.

22. Ambroſij] Huius, & plurimorum aliorum Patrum ſentẽtiæ recitantur tomo ſecundo concilij Epheſini, cap. 7.

SERA-

A SERAPION reſpondit: Si non omne quod conſideratione concœpit animus, fuerit elimatum, nõ erit lucida veritatis oſtenſio. Vnde vt euidentius poſſim aſſertionibus Arnobij præbere conſenſum, integrum opuſculum Cyrilli tradat in veſtro recitandum auditu, ne fortè caſtratis ſententijs commoda potius[1] ſecundùm arbitratum ſecuerit, vt defenſioni ſuæ probaret Cyrilli concordare doctrinam. ARNOBIVS dixit: Licet infinita ſint volumina quæ doceant Cyrillum ita de Domino IESV ſenſiſſe & credidiſſe, vt in vno Dei Filio Deus verus & verus homo eſſe credendus ſit & colendus, & ita eſſe Mariam θεοτόκον, ſicut χριστοτόκον; tamen ecce Liber ex integro ſi iubetis, recitandus offertur. IVDICES dixerunt: Semel animus contentione attonitus etiam cùm integer lectus fuerit, non de habebit quod ingerat, & ſuperfluo molimine occupet morarum ſpatia: tamen quia eſt præ manibus Liber ſancti Cyrilli, recitetur. Cumque fuiſſet codex apertus, recitatus eſt[2] Titulus ſic. &c.

B

## NOTAE.

1. Secundùm arbitrium ſecuerit] *Addidimus* ſecundùm: *Deinde pro* ſæuierit, *poſuimus* ſecuerit, *vt melius* caſtratis ſententijs *reſponderet.*

2. Titulus ſic &c.] *Si res agatur de ſuperius citata Epiſtola, titulus eſt:* Cyrillus presbyteris, diaconis, *&c. Initium verò:* Ex his qui vnà vobiſcũ ætatem degunt *&c. Scripſit idem Epiſtolam ad Neſtorium, cuius initium eſt:* Aduenerant Alexandriam viri *&c. Scripſit & ad Theodoſium Imper. librum de recta in Deum fide: rurſumq; ad Eudociam & Pulcheriam Imperatrices, eiuſdem nominis alterum librũ: & ſecundum ad eaſdem de recta in* IESVM *Chriſtum Dominum noſtrum fide: aliaſqúe ad diuerſos epiſtolas: quibus grauiſſimis plurimiſqúe argumentis Catholicæ fidei dogmata propugnat, hæreſes verò Arij, Photini, præſertim verò Neſtorij coarguit. Quæ omnia tam in editis eius operibus, quàm tomo 1. & 2. Actorum concilij Epheſini reperire ac legere cuiuis obuium eſt.*

Poſt hanc epiſtolam publicè perlectam, IVDICES præfati dixerunt: Ecce ex integro liber lectus eſt ſancti Cyrilli, quem Arnobius fidei ſuæ concordem noſcitur protuliſſe: ſi quid Serapioni remanſit quod ingerat, pandat. SERAPION dixit: E-
C go amore fidei ducor, & vinci me magis gloriari potero, quàm confundi. Non enim de ſua victoria ſeruus agere debet, qui de honore Domini, vel ex honoratione eius cũ conſeruo contendit;[1] & vt vult oſtendere ſuum Dominum inhonorare in ſuis ſermonibus. Beatiſſimum correptionis genus eſt, in quo non agitur de cenſu pecuniæ, nec de rebus his, quarum poſt depoſitionem corporis, nõ egemus: ſed agitur de his, quæ ad perpetuum gaudium pertinent, vel irrogant æternum incendium. Hæc ideo ingero, vt ſi adhuc aliqua protulero contra Arnobium, non amore contentionis exiſtimer protuliſſe, vt de mea contentione coner mihi generare victoriam: ſed vt victoriam ipſam veritatis elimatam per omnia membra ſua & ſplendidam Arnobius proferat, vt nihil mihi quod nunc egerim agendi hoc tempore remanſiſſe conteſtetur. IVDICES dati dixerunt: Dic ergo ſi quid tibi ſupereſſe cognoſcis.

SERAPION dixit: Iſte liber qui lectus eſt ſancti Cyrilli, non docet in Filio Dei duas ſubſtantias: ſed vnam conatur oſtendere. ARNOBIVS dixit: Ipſam vnam, quam conatur oſtendere pande. SERAP. dixit: Deitatis tantùm, non humanitatis: vt Dei mater dicatur Maria, non tamen & hominis. Nam θεοτόκον vult eam vocari,
D non χριστοτόκον: aut ſi aliò conſentit, & χριστοτόκον pande. ARNOB. dixit: Sanctus Cyrillus contra eos qui ſanctam Mariam θεοτόκον negant, ſequutus priores ſuos Epiſcopos Theophylum, ſiue Athanaſium, oſtendit illam θεοτόκον extitiſſe, ne fortè parem habere putaretur, cùm χριστοτόκος dicitur:[2] fuerunt enim & aliæ Chriſtotocæ, nulla tamen ita χριστοτόκος & θεοτόκος, & Virgo effecta fœta eſt ſicut Maria. Memorans ergo hoc quod maius eſt θεοτόκος, quod minus eſt χριστοτόκος ſiluit. Modò qui ante dixit, Maria patrem & matrem habuit, & homo fuit, nũquid eam negaſſe hominem eſſe putandus eſt? Impreſſit igitur hunc locum, de quo erat contentio.[3] Neſtorius enim nullo modo paſſus eſt debere θεοτόκον credi, & ideo frequenti aſſertione id egit, vt eũ, hoc quod negauit θεοτόκος edoceret. SERAPION dixit: Doce ergo ſenſum Cyrilli talem extitiſſe, vt ipſum qui ex Maria natus eſt, Deum illum & hominem memoraret. ARNOBIVS dixit: Et nos aſſumus, & liber qui lectus eſt; accipe ex eo quæ lecta ſunt ita. Non ideo factus eſt homo vnigenitum Dei Verbum, vt Deus eſſe ceſſaret: ſed vt in aſſumptione etiam carnis proprię maieſtatis gloriam intueremur. Hæc primò dixiſſe ſi nón ſufficit, quæ in ſecundis dixit, auſculta. In carne poſitus audiebat Patrem di-
Pſal. 109. 1. centem, Sede ad dexteram meam. Audi etiam quid dixerit tertiò, Diuinam ſequuti ſcripturam, Dei Verbum[4] cum conditione copulantes, humanam & mortalem, Diuinam-



A uinamque naturam in vnum aliquid conferentes, ita tamen vt ſimpliciter non homo Theoferus intelligatur: ſed Deus incarnatus, qui per diſpenſationem copulationis (nota quid dicat) corpus ſibi ex Virgine ſancta adſcribit. Hoc enim modo, nec aliter intelligitur Chriſtus. Auſculta etiam quarto loco quid aſtruat. In Chriſto aſſerimus quod coierunt quadam arcana ineffabiliq; ratione in vnum Deitas & humana conditio, vt in eodem ſimul & homo intelligatur iuxta nos, & Deus ſupra nos. Quinto etiam loco audi quid dixerit de Filio Dei. Sicut ipſius Verbi quod eſt ex Deo Patre, propria fuit caro illa pura atque venerabilis, quæ ex ſancta Virgine procreata eſt, ita omnia quæ carni conueniunt abſque ſolo peccato, ſubire debuit,[5] & omnia vt naſceretur ex matre.

Audiſti quid dixit? SERAP. reſpondit. Audiui. ARNOB. dixit: Explana mihi quod dixit. SERAP. reſpondit: Caro pura atque honorabilis, quæ ex ſancta Maria procreata eſt, omnino vt naſceretur ex matre. ARNOB. dixit: Quicquid intelligis in hoc loco, fac me ſcire. SERAP. dixit: Hoc puto illum dixiſſe, quod carnis ſanctæ
B mater ſit Virgo iſta quæ peperit. ARNOB. dixit: Vis videre quia bene intellexiſti? Conſidera quid iſti ſermoni ſubiunxit. Si, inquit, extra carnem intelligatur Deitas, ipſa per ſe erit ſine matre: & rectè quidem. SERAP. dixit: Peto vt planum mihi facias, quid conetur aſtruere. ARNOB. dixit: Luce clarius eſt, quod Dei Matrem Mariam eſſe per carnem, quam ſolam creauit, exponat. Deitas enim, ait, ſola matrem nõ habet, vt ſubaudiatur, quia Deus & homo vnus Dei Filius eſt iſte qui natus eſt. Vnde ſexto loco ſubiungens, ait: Si voluerimus rectè calcare, non Deitatem nudã, ſed inter carnem & natum permixtum Dei Patris Verbum ſanctam Virginem creaſſe, quæ electa eſt, ad puerperium venerandum, vt carnaliter eum pareret, qui carnem dignatus eſt induere. SERAP. dixit: Clauſis auribus mentis totum librum iſtum audiui: & ideo non vidi iſtas duas perſonas in vno Dei Filio Cyrilli aſſertione expreſſas. Nã quomodo non duæ docerentur perſonæ Virgineo partu editæ, cùm dicat Deum carnaliter natum, qui dignatus eſt aſſumere, &c. ARNOB. dixit: Vtique carnem ſimul cum aſſumptore carnis. Aſſumptor enim carnis Deus eſt, caro autem integer homo eſt: integer autem homo eſt, qui carnem & animam habet. Nam Apollinaris ideo
C damnatus eſt, quia pro anima Deum poſuit incarnatum. Et ideo res in ſynodo Nicæna damnatas nec meminiſſe debemus. Audi ergo ſanctum Cyrillum dicentem in libello eius qui lectus eſt. Si rectè, inquit, ſapere voluerimus, & ſemitam ſine errore calcare, non Deitatem permixtam Dei Patris Verbum ſanctam Virginem creauiſſe, quæ electa eſt ad puerperium venerandum, vt carnaliter eum pareret, qui carnem eſt dignatus aſſumere.

IVDICES dixerunt: Liquet defenſionem Arnobij Cyrilli aſſertionibus conuenire, iniuſta ergo ratio eſt, quæ cunctatur deferre victoriam ei, qui poſt altercationis exitum palmam meretur.

## NOTAE.

1. Et vt vult oſtendere.] *Fortaſſe legendum,* & vt velit ſeipſum inuictum oſtendere, &c.
D *Paulò poſt,* de his quæ ad perpetuum gaudium, *adiecimus,* pertinent.

2. Fuerunt & aliæ Chriſtotocæ.] *Cùm nomen Chriſti communiter ſumptum ab vnctione deducatur; vnctiq; legantur veteres ſacerdotes, Pontifices, reges, & Prophetæ priuſquam publica obirent munera; ipſi certè etiam Chriſti, & matres eorum Chriſtiparæ appellari poſſunt. Nam de his ſcriptum eſt:* Nolite tangere Chriſtos meos: *De hoc diſſerunt Iuſtinus in Dialogo, Tertull. in Apologetico, & Euſebius initio hiſtoriæ Eccl.* (1. Paral. 16. 2. Pſal. 104. 15.)

3. Neſtorius enim.] *Vincentius Lirinenſis apertè teſtatur Neſtorium Mariam virginem Deiparam* θεοτόκον *negaſſe: ſed* χριστοτόκον *tantùm nominari voluiſſe. Extat eiuſdẽ Neſtorij epiſtola ad Cyrillum, in tomo primo concilij Epheſ. in qua continentur hæc verba:* Si rẽ diligentius conſideremus, ſacra Virgo non Deipara, ſed Chriſtipara appellanda erit. (Lib. adu. profan. nou. cap. 13.)

4. Cum conditione.] *Id eſt, humanitate noſtra in Virginis vtero virtute Altiſſimi condita & formata. Sic enim etiam Tertullianus loquutus eſt.* Addicta conditione, *pro, orbe condito: &,* cõditionem colentes aduerſus conditorem, *id eſt, creaturam. Et paulo poſt:* non Theoferus intelligatur. *Extat hoc in ſuperius citata Cyrilli epiſtola:* Aduerte quo pacto Eſaias Dominum non hominem deiferum, aut numine afflatum, inſtrumenti Diuinitatis tantùm loco aſſumptum & vſurpatum, pronunciet: ſed Deum verè incarnatum. *Idem rurſum Scholio de Vnigeniti incarnatione, cap. 23. illud ipſum refellit. Quinetiam anathematiſmo quinto ait:* Si quis dicere audet, Chriſtum hominem tantùm Deiferum, non verum quoq; Deum, vnicumque ac naturalem Dei Filium eſſe, anathema ſit. (Lib. de reſur. carn. Iſaiæ 15.)

5. Et omnia vt naſceretur ex matre.] *Docet communicationem idiomatum in Chriſto factam eſſe, etiam à primo inſtanti atq; momento conceptionis eius in vtero virginis.*

A SERAPION dixit: Per iuſtitiam veſtram obſecro, vti quomodo primo loco, & ſecundo, & tertio, quod de ea re, de qua agitur, dixerit Cyrillus, ita per ordinem commemorauit Arnobius, vt veniret ad ſextum: nunc ne fortè ſumpſerit alia capitula eiuſdem libri euidentiora, quæ hoc ipſum oſtendere valeant, meæ petitioni concedite. IVDICES dixerunt: Ad quam partem velis eum facere dicito. SERAP. dixit: Ego quidem probatiſſimum iam apud me retineo, & totis ex viſceribus credo ita eſſe vt defendit Arnobius.[1] Sympolitæ & Sympatriotæ in hoc errore poſiti, in quo ego fui, nulla poterunt ratione ab hoc errore vocari, niſi hac ſola, vt dicatur illis & probetur ita ſanctum Cyrillum tenuiſſe. ARNOB. dixit: Deprecor & ego æquitatem veſtram vt per ordinem loca oſtendentem ſancti Cyrilli libri, patienter expectare dignemini, quouſque finem eius attingam. IVDICES dixerunt: Licet expectationis nulla ſit cauſa, tamen veſtrę petitioni annuendum eſſe credentes, patimur ex abundanti loca libelli oſtendi ab Arnobio, quò poſſint & auditores noſtri, & huius actionis noſtræ lectores aut non errare; aut ſi errauerint, ab erroris itinere reuocari. Erit Dei noſtri parata clementia electis his, vt redeant ad Chriſtũ, ad pacem, ad cõcordiam fidei Catholicę, qui vnum Dei Filium in duas partes diuiſum exiſtimantes tenere Ro- B manam Eccleſiam, ſeipſos miſerabiliter occiderunt, dicente ipſo Domino noſtro

*Matth. 5. 23.* IESV Chriſto: Omnis qui iraſcitur fratri ſuo[2] ſine cauſa, reus erit concilio. Ecce cauſa nulla eſt,[3] & interfectio facta eſt populorum, vadit furor cœcus in vniuerſo populo Chriſtiano, per Epiſcopos, per Presbyteros, per Diaconos, per Archimandritas, per omnes penè monachorum, & innumerabilium turbas. Sic tota Aegyptus, ſic tota eſt Palęſtina turbata, vt effuſio ſanguinis humani terrã ipſam inebriauerit: & cauſa ſola rumoris eſt, nullius prorſus erroris. Nam cùm omnib. Aegyptijs & Syris prædicatio ſancti Cyrilli placeat, quæ tanta dementia eſt, quæ in ſuos fratres deſæuit, & ſpumat ira, cùm eiuſdem fidei ſit tota fraternitas populorũ? SER. dixit: Fateor errorẽ meum non aliunde ſumpſiſſe exordium, niſi hinc, quòd duos filios Dei aſtruere aſſerant hi, qui duas ſubſtantias in vno Dei Filio aſſerunt, eaſque perfectas. Nam ſi verè Dei Filius ex Patre genitus ante ſæcula creditur, qui per omnipotẽtiam ſuã voluit anguſtũ virginei ventris intrare hoſpitiũ: vnde qui ſemel natus fuerat ex Patre ante tempora ſolus, vt iterum non ſolus cũ homine naſceretur, cõſtat duas eſſe ſubſtantias in vno Domino IESV, ſicut prædicatio ſancti Cyrilli poſuit in ferri maſſa, quã ignis inflam- C mat: vt ſi ferrum in ſua ſubſtantia, & ignis in ſua natura, ſed vtrunq; in vnam ſocietatem connexa, & ita in vna coadunatione ſubſiſtunt, vt non ferrum poſſit, ſed ſolus ignis ſenſibus manifeſtari humanis, ſenſibus, inquam, videndi atq; tangendi, quibus ratio noſtra colligitur, & ad id, quod verum eſt, peruenitur. Proſequatur itaq; cœpta Arnobius, vt tandem erubeſcant hi, qui fratres ſuos perſequuntur iniuſtè.

## NOTAE.

1. Sympolitæ & Sympatriotæ.] *Quanti paſſim fieret pietas ac eruditio diui Cyrilli per vniuerſam Aſiam & Africam ex his ſatis apparet.*

2. Sine cauſa] *Notat Deſiderius in quibuſdam Græcorum codicibus aſſcriptum eſſe Euangelico textui,* εἰκῆ, *id eſt* temere, aut ſine cauſa. *Deinde, ſequentibus adiectum:* Qui dixerit Racha ſine cauſa: qui dixerit fatue, ſine cauſa: *inſuper Chryſoſtomum hom. 16. in Matth. innuere hoc ipſum legendum eſſe, tametſi in vulgata editione Latina non extet. Quibus addo antiquiſſimum martyrem Irenæum lib. 4. cap. 27.*

*Tom. 1. conc. Epheſ. ca. 28.* 3. Et interfectio facta eſt populorum] *Neſtorium in primis hominem fuiſſe ſeditioſum atque crudelem patet ex libello Baſilij archimandritæ, quo apud Theodoſium & Valentinianum Imp. grauiter conqueritur de illius barbarie in pios monachos & clericos, nolentes eius hæreſibus ſubſcribere:* Mandat *(inquit)* decurionibus, vt nos cædant. Cæſi ad tribunal Eccleſiaſticum abducimur, ibidemque velut ſcelerati denudamur, vapulamus, iactamur, calcibuſque impetimur. Diu multumque in Epiſcopali conſiſtorio diuexati, inde fame tabeſcentes, ad ſupplicum erqaſtulum deducimur. Hinc ciuitatis Præfecto tradi nos curauit. Per hunc ergo ferro onuſti, ad publicum reorum carcerem abſtrahimur, &c. *Ibidem & de pio Conſtantinopolis populo, publicè aliquando contra Neſtorium acclamante;* Regulum habemus, Epiſcopum non habemus, *idem Baſilius ſcribit:* Pars illius ipſo temporis articulo comprehenſa, & ad tribunal abſtracta, tali immanitate diuerberata exceptaque eſt, qualis ne apud barbaras quidem nationes quandoque vſitata fuit. *Et de Neſtorianis ſatellitibus idem ait:* Quos ſemel ſententię ſuæ adiunxit, illos ita inflammat, vt verbera quibus lubitum fuerit, publicè inferre audeant, palamq; perſecutionis ſpeciem excitare non dubitent, &c. Et quemadmodum Iudæi in Stephanũ, ita & iſti in Chriſtianos Cathol. dentibus frendent, omnemq; furorem ſuum in illos explere laborant. *Atque hæc de Neſtorianorum crudelitatibus Conſtantinopoli. Quàm cruentas quoque in Oriente turbas excitarint, libet etiam ex fragmento epiſtolæ Ibæ Edeſſeni Epiſcopi, quod in decima Chalcedonenſis concilij actione inſertũ eſt, hoc loco commemorare:* Epiſcopi *(inquit)* contra Epiſcopos contentionibus inſurgunt, populi aduerſũ populos, &c. *Et Socrates de his quoq; ait:* Non





A Non paruam turbam orbi vniuerſo ineptiæ Neſtorij peperêre. *Caſſiodorus etiam refert, propter Neſtorium, circa Miletum & Sardos facta ſeditione, multos occubuiſſe, Libr. 12. hiſtor. trip. cap. 4. Et de his hactenus: alibi enim de hæreticorum crudelitate copioſius diſſeruimus.*

ARNOBIVS dixit: Nunc vſque ſexti capituli cauſa tractata eſt; quid in ſeptimo factum ſit recitabo. Carnaliter eum peperit, qui propter nos homo factus eſt & infans. Erat enim non iuxta nos, hoc eſt, non in ſola noſtri ſimilitudine conſtitutus: ſed erat in humana conditione propter carnem: Diuinus autẽ & cæleſtis ſuper nos. SERAPION dixit: De quo dixit, Homo factus eſt? ARNO. dixit: De Filio Dei ante tempora & ex Patre genito, de quo ſuperius dixit: Non ceſſauit Deus eſſe, cùm carnem aſſumpſit. SERAP. dixit: Hic qui aſſumpſit hominem Deus, ipſum hominem per ſuam omnipotentiam Deum fecit? Conſtat ex aſſumente & aſſumpto vnum Dei Filium Cyrillum docuiſſe. ARNOBIVS dixit: Ecce octauo loco proſequutus. Ratio Deitatis nuda, ac ſi ſine carne exiſtimetur, ipſa per ſe noſtri ſermonis non egẽ- B bit auxilio. SERAPION dixit: Explanationem huius, quæſo, pande ſententiæ. ARNOB. dixit: Ratio Deitatis ſi nuda, id eſt, ſine carne exiſtimetur, hoc eſt, ſi ſine homine diuinitus, humanioris ratione non egebit. Quid enim ſermo in inuiſibili Deo dicere præualet? Et ideo in vno capitulo hunc intellectum aperiens ait: Sed quomodo vnigenitus Dei Sermo factus eſt caro, & habitauit in nobis? Ideo ad ipſum referuntur.

Sequamur nunc, & quod in nono capitulo dixerit, recitemus. Prophetiſſam ſanctam Virginem vocat. Chriſto enim prægnans prophetæ impleuit officium. Item in decimo capitulo: Natus enim (ait ille) infans diuinus, & omni mundo excellentior, erat quidem in cunabulo gremioque Genitricis propter morem conditionis humanæ: ſed qui erat etiam Deus. SERAP. dixit: Cùm dicit, iſte infans qui natus eſt, *Luca 2. 7.* erat etiam Deus, duas perſonas euidenter expreſſit. ARNOBIVS dixit: Cœpiſti aures animæ tuæ aperire. Vtiq; qui cùm dixit, erat etiam oſtendere voluit natum quidem infantem, qui non ſolùm infans eſſet, ſed etiam Deus.

Duodecimo etiam loco, quando his preſſius inſiſtat, qui negant duas ſubſtantias C in vnico Dei Filio conueniſſe. Ait enim: Sed dicit aliquis: Quomodo fieri poteſt vt hominis natura maieſtatem caperet Deitatis, præſertim cùm Deus ipſe dixerit maniſeſtiſſimè beato Moyſi, Quomodo nemo videbit faciem meam & viuit? Et ſi igitur *Exod. 33. 20.* intolerabilis Deitas inacceſſibilem habet attactum, quomodo credibile videbitur, Deum & hominem in vnum conueniſſe? Ego verò aduerſus huiuſmodi quæſtionem dixerim quidem, ſuper omnem modum & genus miraculi, & ſuper mentis noſtræ cogitationem & ſenſus diſpenſationis eſſe huius rationem. Sed tamen agebatur ſapienter Deo ſuam naturam imbecillitati noſtræ tolerabilem facientem. SERAP. dixit: Nullus tam euidenter Diuinam humanamq; naturam in vno Chriſto diſtinxit, vt diceret, obiurgantur contra eum qui negant Deum in vnum & hominem conueniſſe. Et adderet dicens, Ego aduerſus huiuſmodi quæſtionem dixerim, & cæt. ARNOBIVS dixit: Bene conſideraſti ſolum illum Apoſtolicè docuiſſe, Deum eſſe in Chriſto mundum reconciliantem ſibi; verùm etiam contra eos ſuſcepiſti, qui dicunt hominem in Dei ſubſtantiam conuenire minimè potuiſſe.

D Tranſeamus duodecimum, & ad quartumdecimum veniamus. Ait enim in ſequentibus. Quantum ſpectat ad rationes & ſenſus humanos, nequaquam poſſent inter ſe conuenire Deitas & humana conditio: conueniunt tamen in Chriſtum, & vnus ex ambobus Emmanuel. Qui verò ſeparat & hominem ſeorſum, & Filium Dei, & alium æſtimat, is mihi videtur veritatem non intelligere, & videre non poſſe. Itẽ de quartodecimo dicemus. Vt oſtenderet duas in vno Dei Filio ineſſe ſubſtantias, ait: Quemadmodũ ferri materies cùm in medio fornacis æſtu conflatur, ignis inſtar ardeſcit, & in eius ſpeciem vertitur ad calorem, & candorem ipſius imitatur flammæ victricis; ita carnis natura, cùm æterno atque incorruptibili Dei Filio eſt coniuncta, deſtitit eſſe, quod fuerat. SERAP. dixit: Quid eſt, deſtitit eſſe quod fuerat? ARNOB. dixit: Sequens verſiculus indicat, quare dixerit, deſijt eſſe quod fuerat. Ait enim in ſequenti ſermone. Nec vlterius[1] remanſit. in .......... SERAP. dixit: Aperi mihi vt quid dicat videam. ARNOB. dixit: Omnis natura generis humani fragilitatem habet affectuum & ſenſuum: hic autem in hanc peſtem nunquam incurrit, nec aliquando aliquid ſine ſua paſſus eſt voluntate: ſed ſicut ſcriptum eſt, Omnia quæcunq; voluit Dominus fecit in cælo, & in terra, in mari, & in abyſſis. IVDICES dixerunt: Quomodo vidimus Serapionem manus tuæ dediſſe victoriæ, ipſius pace dictum ſit,

A
pacis fidei tuæ nobis verbo tenus lineam tende: vt memoranda non tegantur ſilen-
tio.

NOTAE:

1. Remanſit.] *Adeò corruptus & deprauatus eſt in veteri exemplari locus iſte, vt eũ legere non potuerimus.*

ARNOBIVS ſeruus IESV Chriſti dixit: Dum in Vnigenito duas confitemur
naturas, duaſq; ſubſtantias, obijcitur quod alterum dicamus Dei Filium, alterum fi-
lium hominis. Nos autẽ authoritate Apoſtoli dicimus:[1] Deus erat in Chriſto mun-
*2.Cor.5.18.* dum reconcilians ſibi. Si enim mundum reconciliauit, ita vt credentes in ſe faceret
filios Dei;[2] homines vtiq; natura ſeruos, non Dei filios; actu etiam reos, & per præua-
*Rom.5.10.* ricationem primi hominis inimico generis humani obnoxios, tamen per ſuam gra-
*Rom.6.17 18.* tiam hos Dei filios fecit. Qui ergo alios Dei filios fecit, quomodo ipſe non eſt Filius
*Ioan.1.12.* Dei, adunatus cum Verbo, quod caro factum legitur? Verbum quod erat antequam
*Ioan.1.14.* mundus eſſet;[3] Verbum quod non eſt à principio, ſed in ipſo principio ſemper fuit;
*Ioan.17.5.* Verbum quod caret initio, ſed ipſum eſt initium; Verbum quod non ſubiacet tem- B
pori, vel momento, vel atomo, vel puncto; ſed eſt omnium creator. Hoc Verbum nõ
amittendo intemporalitatem ſuam, ſed aſſumendo temporalem hominem perfe-
*Luc.1.35.* ctum, perfectus Deus, hominem natum de Spiritu ſancto ex Maria virgine per omni-
*Matt.1.20.* potentiam,[4] quia omnipotens Deus ſic Pater & Spiritus ſanctus. Per hanc ergo om-
nipotentiam ſuam voluit hunc hominem, quem aſſumpſit, hoc facere aſſumendo
ex tempore, quod ipſe ſemper fuit ſine tempore: vt non poſſit iam dici duo filij alius
ante tempóra genitus, & alius natus ex tempore: ſed vnus Dei Filius Dominus IE-
*2.Cor.5.16.* SVS Chriſtus. Inde eſt quod dictum eſt ab Apoſtolo: Et ſi cognouimus Dominum
IESVM ſecundùm carnem,[5] ſed nunc iam non nouimus. Quaſi quis dicat. Et ſi co-
gnouimus lanam priuſquam ad mixtionem conchilij fieret purpura: ſed iam non
nouimus lanam, ſed purpuram, qua inter homines omnes nullus vti poſſit, niſi Au-
guſti fuerit præditus dignitate.
Impingitur hoc loco: Ergo vilis lana fuit prius IESVS, & Dealitas ſuperueniens
*Luc.1.35.36.* fecit eum purpuram? Non ita dicimus: ſed antequam Spiritus veniret ſuper Mariam,
& virtus Altiſſimi obumbraret eam, & hoc conciperet quod ſanctum vocaretur Fi- C
lius Dei, ante hoc ipſe vterus Mariæ, quamuis mundus eſſet à peccato & ſanctus; ta-
men vilitate humanitatis erat vt lana optima & incomparabilis vniuerſis quæ e-
rant ſub cælo virginibus: eratque talis ac tanta, quæ decenter & in ſe Dealitatem Filij
Dei, ſicut conchilij lana ſanguinem ſuſceperit, & ipſa lana eſſe ceſſaret lana, ſed vera
purpura per ſanguinem fieret memoratum.[6] Non enim lana, ſed pretioſa eſt huius
ſanguinis capax. Quod ſi ſanguis hic lanam tanta maieſtate ſublimat per ſuam ad-
mixtionem, vt nulli hac liceat vti, niſi huic, qui regia fuerit præditus dignitate; quã-
*Rom.1.3.* to magis quando Spiritus ſanctus venit in Mariam, & virtus Altiſſimi obumbrauit
eã, hoc[7] quod natum eſt ex ea de ſemine Dauid ſecundùm carnem, ſecum fecit Filium
Dei, vt ſic eſſet Maria θεοτόκος, ſicut χριστοτόκος? Quia ante Mariam[8] fuerunt aliæ chri-
ſtotocæ, ſed non virgines, nec ex Spiritu ſancto, nec virtute Altiſſimi obumbrante.
Hæc autem & χριστοτόκος eſt ſola, & θεοτόκος, ſola virgo, ex Spiritu ſancto & virtute Al-
tiſſimi concipiens.

NOTAE. D

1. Deus erat in Chriſto.] *Hoc Pauli teſtimonium à Cyrillo alijſq; Epheſini concilij Patribus non ſemel producitur, ad confirmandam vnicam Chriſti in duabus ſubſtantijs perſonam, aduerſus Neſtorium.*

2. Homines vtique.] *Vetus codex,* hominis.

3. Verbum, quod non eſt à principio.] *Temporis nimirum aut durationis, quemadmodũ Angeli cæteraq; creata ex nihilo, quæ acceperunt eſſe poſt non eſſe. Sed bene eſt à principio producente & generante Patre ſcilicet diuino: quoniam ſolus Pater à ſeipſo eſt, Filius autem à Patre, non factus, aut creatus; ſed genitus.*

4. Quia omnipotens Deus.] *quid ſi adderemus ad expletionem ſenſus,* ſic voluit, & fecit?

*Lib. 2. de recta fide ad Reginas.* 5. Sed nunc iam non nouimus.] *Addidimus aduerbium* nunc, *ex ipſo textu Apoſtoli: item ex Cyrillo, ita ex eo aduerſus Neſtorianos diſſerente:* Quid eſt obſecro, quod Paulus hîc ait? Nunquid Chriſtũ poſt reſurrectionem inficiatur? Nonne illum ſecundùm carnem reſuſcitatũ, cumque eadem in cælum profectum; ac olim inde venturum ſciebat: Quomodo igitur Filium ſecundùm carnem ſe noſſe negat? Quoniam ſimul atq; ex mortuis reuixerat, ſatius erat ex Diuina eminentia illum & noſſe & profiteri, quàm ex carnis infirmitate. Vnus itaque eſt Chriſtus & Filius & Dominus.

6. Non enim lana.] *Vel addendum,* tantummodo vilis & abiecta eſt Maria, ſed &c. *aut certè mutila eſt ſententia.*

7. Quod natũ eſt ex ea de ſemine Dauid.] *Nomen* Dauid *non eſt in vet. cod. Cæterùm, Auguſtinus lib. 11. cont. Fauſtum, c. 4. teſtatur in aliquot codicibus Latinis fuiſſe,* natũ ex ſemine, *vt hîc legit Arnobius: non,* factum, *vt habet vulgata editio noſtra.*

8. Fuerunt



A
8. Fuerunt aliæ chriſtotocæ] *Et hoc à Cyrillo deſumptum eſt, ad Aegypti monachos ſcribente:* Ab eo quod inuncti ſumus, chriſti appellamur. Vnctionem habetis à ſancto. Ipſa vnctio *1.Ioan.2.* docet vos. Ergo nihil faceret abſurdi, qui promiſcuè quorumlibet vnctorum matres χριστοτόκους, Chriſtiparas, appellare animum induce... &c. Sola autem inter omnes, ſacra Virgo Chri[ſti]para ſimul ac Deipara appellatur, & eſſe dign[oſc]itur.

OBIICITVR nunc de tentationibus & paſſionibus eius. Vtrum ipſa Dealitas
ſimul[1] interpretatione Diabolica, ſimul fuerit in paſſione Iudaica. Ad hæc audi pro-
phetam canentem; Quomodo Dominus amat iudicium, & non dereli[n]quet ſanctos *Pſal.36.28.*
ſuos. Addo aliud: Si non deſerti ſunt tres pueri in camino ignis, ſed ipſe qui ſemper *Dan.3.92.*
fuit Filius Dei, ibi[2] inter tres quartus apparuit: quanto magis nõ dereliquit Sanctum
ſuum, cùm cœpit in vulua Virginis concipi, & cum naſcente naſci, cum lactante la-
ctari, cum creſcente creſcere? Ipſe vtique[3] cum tentato tentatus eſt, & cum crucifixo
crucifixus eſt.
Obijcitur: Quomodo ergo Deum impaſſibilem aſſeritis, qui dicitis, ſimul conce-
B ptus, ſimul natus, ſimul eſt & tentatus, & paſſus, & prorſus Sanctum ſuum nunquam
deſeruit? Reſpondebo. Memor eſſe debes exempli lanæ & ſanguinis conchilij. Cùm
ergo facta fuerit hæc lana per admixtionem ſanguinis purpura, cùm netur, aut fila-
tur, aut torquetur, lana vtique recipit maieſtatem. Nunquid nam quæ torquetur, à
purpureo colore deſeritur? Addo & aliud exemplum: Verbi gratia dicamus; Securis
ictu arborem cùm verberaueris, & ſplendorem ſolis, ſi eum ſimul percuſſeris, arbori
quidem infligis vulnus, Solem verò & ſplendorem ſimul percutis, & calorem impaſ-
ſibilem derelinquis. Quod ſi arborem ad ictum percutientis Sol non deſerit, quantò
magis ſanctum ſuum nequaquam Dei Filius, quod eſt Verbum, in paſſione deſe-
ruit?[4] Et ſicut verè rubus flammam habuit, ſic verè paſſus eſt filius hominis: & ſicut
verè non incenſus eſt, ſic verè non paſſus eſt Filius Dei.

NOTAE.

C 1. Interpretatione Diabolica] *Lubentius legerem,* in tentatione: *præſertim cùm paulò poſt ſcribatur,* cum tentato tentatus eſt.

2. Inter tres, quartus apparuit.] *Nabuchodonozor namq; exclamaſſe refertur:* Ecce video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & ſpecies quarti ſimilis Filio Dei. *Sic & Irenæus martyr indicauit ſcribens:* Patris Verbum *Lib.4.ca.37.* nõ in vna figura olim videbatur, ſicut in Daniele ſcriptum eſt, aſſiſtẽs tribus pueris in fornace ignis, & liberans eos. *Et Tertullianus:* Hic erat viſus Babylonico regi in fornace cum martyribus ſuis quartus, &c. *Libr.4. aduerſ. Marcionem.*

3. Cum tentato] *Deleuimus* cum tentante, *quod habet vet. cod.*

4. Et ſicut verè rubus] *Flaccus Albinus, qui & Alcuinus dicitur, Caroli Magni quondam præceptor, ante octingentos annos, huius loci etiam ſub Arnobij nomine ita meminit:* Arnobius in Conflictu, quem habuit cum Serapione, rubum poſuit maſculini generis, dicens: Et ſicut verè rubus flammam habuit, & cæt. *Epiſt. ad Flauium Meriñ.*

OBIICITVR iterum: Duos facis, filium hominis, & Filium Dei. Reſpondetur;
Non duos ad diuiſionem facio:[1] ſed in vna Dealitate duas ſubſtantias diſtinguo, v-
nam, quæ natiuitatem temporalem habuit, alteram quæ penitus tempori ſubiacere *Lucæ 2.7.*
nõ potuit. Vnam, qua infans in præſepe poſitus, pannis obuolutus, creuit ætate & ſa- *Lucæ 2.52.*
pientia: alteram, qua ipſe creat naſcentes, & dat eis vt viuant, & creſcant ætate & ſa-
D pientia. Vnam, qua baptizatur à famulo, quaſi ſanctificationem accipiens: aliam, qua *Matth.3.15.*
ipſe ſanctificat & aquam pariter & Baptiſtam. Vnam, qua dormit in naui, & excitatur *Marc.4.38.*
à diſcipulis: aliam, qua ipſe excitat vt excitent Dominum. Vnam, quæ ſubſit ventis, *Matth.8.24.*
flatibus, & tempeſtati: aliam, qua ventis imperat, & tempeſtatibus iubet. Vnam, qua
plorat hominem mortuum: aliam, qua imperat morti, vt relinquat mortuum & ſe- *Ioan.11.35. & 44.*
pultum. Vnam, qua venditur à diſcipulo: aliam, qua totum redimit mũdum. Vnam, *Matth.26.*
qua felle cibatur, & potatur aceto: aliam, qua pane vitæ æternæ cibat, & propinat po- *Ioan.19.*
culum gaudij ſempiterni. Vnã, qua triſtatur vſq; ad mortem: aliam, qua à triſtitia li- *Matth.26.*
berat, atque dat gaudium vitæ. Vnam, qua moritur & ſepelitur: aliam, qua ſepulcra *Matth.27.*
aperiat, &c. Vnam, qua videntibus Apoſtolis eleuatus eſt in cælos, & ſedet ad dexterã *Act.1.*
Patris: alteram, qua[2] de ſinu Patris non abſceſſit: ſed ſemper in Patre, & cum Patre
fuit, & eſſe non deſinit.
Obijcitur ergo: Et quando in vulua Virginis Verbum caro fiebat, & quando in præ-
ſepe pannis obuolutus erat infans, & creſcebat ætate & ſapientia, & cætera exercebat,
quæ tota vita feciſſe ſcimus; de ſinu Patris nunquam ne diſceſſit? reſpondetur: Cùm

quidam interrogator cuidam diceret erudito: Dic mihi, in quo loco nunc Deus eſt? A
Fertur tale dediſſe reſponſum. Dic vbi no[illegible]it, & inquire vbi ſit. At verò cùm prophe-
Pſal.138.6. ta clamet: Si aſcendero in cælum, &c. [illegible] ipſe dicat: Cælum & terram repleo, quomo-
Iere.23.24. do poterat fieri, vt qui vnus eſt c[illegible] Patre & Spiritu ſancto, deeſſet Patri & Spiritui ſancto, cùm eſſet in vulua V[illegible]nis, cùm naſceretur, lactaretur, &c. tamen de ſinu Patris nunquam diſceſſit. E[illegible] cùm hæc dixiſſet, IVDICES & omnes auditores dixerunt: Satis ſubtile quod a[illegible]is, & videri à nobis non poteſt, niſi aliquibus hoc fuerit comparationibus de[illegible]ratum.

Dicite [illegible]i, dixit ARNOBIVS: Vnde fons naſcitur? Qui reſpondentes dixerunt: De ve[illegible] terræ. ARNOB. dixit: Vena hæc vnde naſcitur fons, Patris locum opportu[illegible] in veſtra mente depingat, vt ſit Pater vena, Filius fons, qui natus eſt de vena: de vena verò & fonte nō naſcitur fluuius, ſed procedit.[3] Aliud eſt naſci, aliud eſt procedere. Quicquid ad viuificandum pertinet, & ad medendum, & ad lauandum vnius eiuſdemque ſubſtantiæ eſt: ſed tripartitæ perſonæ, vt ſit vena Pater generans Filium, quē diximus fontē: ex vena verò & fonte nō naſcens, ſed procedēs fluuius ſit Spiritus ſanctus. Sitque ſecum connexa pergens, vt vnum ſint tres, & ſic verè tres, vt verè vnū B
ſint.[4] Filius ergo idem fons vitæ ſimul cum fluuio eodem Spiritu ſancto procedente ex Patre & Filio, circuit vniuerſa orbis terræ ſpatia, ſitientes potans, ariditates infundens, terras rigans, ſordes diluens, fabricans, ſolidans, omniumque hominum, auium, pecudum, repentium, piſcium genera viuificando ſuſtentans: nec eſt omnino cuiquam vita, niſi his, quibus fons & fluuius ex vena fontis ex ipſius gremio procedens circumeundo ſordes lauet, ariditates infundat, ſitientes potet, æſtuantes refrigeret, anguſtiatos recreet: hominum, auium, pecudum, reptilium & piſcium generationes vniuerſas ſuo hauſtu ſuſtentet. Vena autem nunquam patitur fontis ex ſe ante naſcentis, fluuij ex ſe & fonte procedentis abſentiam.[5] Quod ſi elementum aquæ ſeruituti noſtræ ſubiectum hanc probant habere potentiam, vt vadens curſu rapidiſſimo per montes, per colles, per cuniculos aquæductorum, & fiſtulas, tamen de ſinu venæ non diſcedendo circumfluit, ſed ibidem[6] permanendo diſcurrit: quanto magis Filius & Spiritus ſanctus de illo gremio maieſtatis nunquam penitus abſcedentes, inſeparabili & integra Trinitate perdurant in vnitate ſubſtantiæ, in Trinitate perſonæ? C

Volentibus autem huius Sanctæ Trinitatis inquirere maieſtatem & originem, occurrit vena fontis: fodi quantum potes, nunquam poteris ad eius initium peruenire. Occurrit tibi affluentior vena, quicquid pulſando quæſieris, & eo magis plus prohiberis inquirere, quanto plus quærendo potius quàm credendo peruenire. Et ſi venæ huius ſubditæ pedibus tuis initium inuenire non præuales, quomodo poteris Patris initium reperire? Patris verò ſi inueneris initium, inuenies & Filij. Si enim inueneris quādo cœpit vena manare, inuenies & quando ex ipſa vena natus ſit fons: inuenies etiam quando ex vena fontis fluuius procedere cœperit. Sed ſicut non præuales ad venæ peruenire principium, quomodo in principio iam erat vena, in qua erat fons, & fons erat apud venam, & vena erat Pater eius, qui erat in principio apud Deū.
Ioan 1.1. Verbum quippe Patris eſt fons, qui eſt venæ filius, fons vitæ, quomodo Pſalmiſta ca-
Pſalm.35.10. nit ad venam dicens:[7] Quoniam apud te eſt fons vitæ. Fluuius autem ex fonte proce-
Pſalm.44.1. dens, & vena tunc cœpit procedere, quando vena eructabat fontem. Sic enim legitur Patrem dixiſſe: Eructauit cor meum Verbum bonum. Sed ſicut non inuenies venæ initium, ita quoque nec fontis: & ſicut non inuenies initium venę nec fontis, ita nec D
inuenies fluminis. Vt ſimul ergo vena emanans, & fons, fluuiuſque; ita ſimul Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus: & quantum dignitas Creatoris à creatura, tantùm diſtat comparatio creaturæ à Creatore. Quantum verò potueris aliquid melius ſentire & dicere, eo amplius remanebit, vbi melius poſſit & verius Diuinitas credi. Bene, vt dictum eſt, non dictum melius excludit, ſed ornat: malè autem dictum à bene dicto eliminatur & pellitur: Ideo meliora dicentibus aures ſemper patere, & mentibus Sa-
Prouerb.2.2. pientia imperat dicens: Aperi aurem tuam verbo veritatis, & firma cor tuum in ſermonibus iuſtis.

## NOTAE.

1. Sed in vna Dealitate] *Id eſt, in vnica Filij Dei perſona diuina humanam diuinamq́; ſubſtantiam profiteor. Certiſſima & clariſſima eſt hæc fidei Chriſtiana ex Athanaſij ſymbolo deſumpta confeſſio.* Sicut anima rationalis & caro vnus eſt homo, ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus.





A
2. De ſinu Patris non abſceſſit] *Vetus codex aſſirmat,* abſceſſit: *nos exigente ſententia ſenſuq́; negationem adiecimus.*

3. Aliud eſt naſci, aliud eſt procedere] *Certiſſimum & clariſſimum eſt ex Scripturis fideiq́; Catholicæ ſymbolis Filium Dei à Patre genitum, vnigenitum, & ab æterno ex eadem ſubſtantia ſeu Deitate natum & dici & eſſe. Scriptum eſt enim.* Ego hodie genui te. Ante luciferum genui te. Vnigenitus, qui eſt in ſinu Patris, &c. Sic Deus dilexit mundū, vt Filium ſuum vnigenitum daret. Filium ſuū vnigenitum miſit Deus in mundum. *Paſſimq́; Deus Pater de cælo conteſtatur Chriſtum IESVM eſſe prædilectum ſibi Filium, haudquaquam adoptiuum: & viciſſim IESVS palam confidenterq́; illum Patrem ſuum appellat: Apoſtolos denique iſtud fidei Chriſtianæ*
B
*caput toto orbe docuiſſe, inculcaſſe, & innumeris miraculis, ſupplicijsq́; fortiter exanthlatis in animis innumerabilium hominum confirmaſſe. Rurſum ſimiliter apertum & indubitatum eſt, Spiritum ſanctum ex eiuſdem Patris ac etiam Filij ſubſtantia Deitateq́; ab æterno procedere, quoniam ſcribitur:* Spiritus qui à Patre procedit. Ille de meo accipiet. Spiritus Patris mei loquetur in vobis. Mittet Deus Spiritum Filij ſui in corda veſtra, *etc. Et cùm Athanaſio profitemur omnes:* Spiritus ſanctus à Patre & Filio nō factus, nec creatus, nec genitus: ſed procedens. *Hæc inquam duo capita adeò ex ſcripturis & ſymbolis dilucida & certa ſunt, vt nemo Chriſtianorum de his addubitet. Sed quare Spiritus ſanctus non poſſit dici amborum Filius, cùm ex horum ſubſtantia naturaq́; verè ſit: quare non equè dicatur genitus atque procedens: & quantum interſit inter naſci & procedere, non ita defi-*
C
*nitum aut clarum eſt. Arnobius certè hîc orthodoxè ſcribit,* aliud eſſe naſci & aliud procedere: *& continuò poſt: Spiritum ſanctum tanquam fluuium, ex Patre & Filio tanquam ex vena fonteq́; procedere, non naſci: verùm quantum diſtet iſta proceſſio à natiuitate non explicat.*

Libr.15.de Trin.cap.27. *Patres Scholaſtici aliquid ex Auguſtino adferunt, nimirum, propterea Spiritum ſanctum non eſſe Filium neque genitum, quia Filius non ſolet procedere à duobus, niſi eorum alter ſit Pater, & alter mater: quo modo*
Lib de Eccl. dogmat.ca.1. *certum eſt Spiritum S. non procedere; atq́; idcirco non naſci. Iterumq́; ex eodem Auguſtin. tradunt, Spiritum ſanctum non eſſe natum, quia non eſt Filius: neque ingenitum, quia non eſt Pater; neque factum, quia non eſt ex nihilo: ſed ex Deo Patre & Deo Filio Deus procedens. Colligunt rurſum ex eodem doctore, Filij generationem eſſe per modum intellectus Patris fœcundi, ideoq́; propriè naturalem natiuitatem dici: Spiritus verò proceſſionem per modum voluntatis et amoris, ac idcirco ſpirationem & proceſſionem propriè appellari. Ait namq́;*
*Auguſt.* Spiritus ſanctus procedit à Patre, non quomodo natus, ſed quomodo datus, vel donum. Filius autem procedit naſcendo, exit vt genitus. *Adijciunt denique, confuſionem futuram in ſanctiſſima perſonarum Trinitate, ſi duo filij dicerētur, & non vnigenitus ſolusq́; Filius: Spiritum itaque non oportuiſſe gigni, ſed ſpirari atque procedere.* Li.5. de Tri. cap.4.

*Hæc illi piè quidem ac eruditè: verùm omnium ſapientiſſimè, quantum iudico, Athanaſius Magnus Epiſtola ad Serapionem, & Ambroſius libro primo de fide, capite quinto, alijq́; veteres Theologi ingenuè profeſſi ſunt, ſe huiuſmodi emanationum diſtantiam rationemq́; nec planè capere, nec alijs dicendo explicare poſſe: ſicq́; huius myſterij, vt & multorum aliorum, perfectam notitiam tantiſper expectandam eſſe, donec in alio ſeculo videamus Deum faciem ſicuti eſt. Ex quibus Damaſcenus rectè concludit:* Quoniam quidem eſt differentia generationis & proceſſionis didicimus: quis verò ſit modus huius differentię, nequaquam. Quamuis autem iſta intelligere non poſſumus: tamen ita eſſe veraciter confitemur & credimus. *Et Auguſtinus de re non abſimili.* Qui poteſt capere capiat: qui autem non poteſt, credat & oret, vt quod credit, intelligat. Lib.1. orthodoſ.cap.2. Lib.3.contra Maxim. Ar. cap.10.

4. Filius ergo idem fons vitæ] *Sicut hîc Arnobius comparatione venæ, fontis, & fluuij, quibus eadem ineſt aquæ ſubſtantia, Trinitatis myſterium adumbrat; ſic & ante eum Auguſtinus Solis, ſplendoris, & caloris; deinde ignis, lucis, & feruoris ſimilitudinibus idem fecerat. Athanaſius quoque Sermone quarto aduerſus Arianos docet Filium procedere à Patre, ſimulq́; in eo manere, veluti ex lumine proradiationem, & fluuium ex fonte.* Lib.1.contra Maximin. & Ser.1. de verbis Apoſt.

5. Quod ſi elementum aquæ] *In vet.co. erat* atque.

6. Permanendo diſcurrit.] *Maluimus legere,* diſcurrit *quàm* diſcurunt, *cum vetere codice.*

7. Quoniam apud te eſt fons vitæ] *A ſeipſo, non diſſentit Arnobius, hunc quoque Pſalmi locum in Commentarijs de Chriſto exponens. Et de proximè citato Pſalmo, etiam ait:* Eructauit cor Patris Verbum bonum, omnia per ipſum facta ſunt, &c. *Perſequitur diſputationem ſuam ARNOBIVS.*

(∵)

D
CAVENDVM eſt ſanè[1] ne ſcelerati Sabellij ſenſum incurrens, Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum ſic vnum Deum credas, vt non putes Patrem verum Filij genitorem, & vnigenitum verum Patris Filium: procedentem ex Patre & Filio non credas Spiritum ſanctum: ſicut vnus Deus ſecundùm ſacram ſcripturam credēdus eſt, quæ dicit: Dominus Deus tuus Deus vnus eſt. Ita ipſe vnus Deus Pater verus, Deut.6.
Filius verus, Spiritus ſanctus vnus & verus credēdus Deus eſt. Deus enim indiuiſę ſubſtantiæ nomen eſt, accipienti conferens totum, & nihil minuens conferenti: non ita vt Filius habeatur, qui Pater eſt: neque Pater credatur, qui Filius eſt: nec Spiritus ſanctus, qui eſt Pater æſtimetur.[2] Pater enim eſt, qui dicit Filio: Ante Lu- Pſal.109.4.
ciferum genui te. Filius qui dicit; Ante omnes colles generauit me: & antequam Prou.8.25.
quicquam faceret, ego eram cum eo. Ipſum autem Spiritum ſanctum qui Io.15.26.
procedit ex Patre & Filio, ſicut de fonte & de vena fontis procedens fluuius,[3] contra doctrinam Macedoni, DEVM eſſe, Paulus Apoſtolus euidenter oſtendit,

*Iſa 6.1. & 9.* eum ipſum, quem Eſaias propheta dicit; Vidi Dominum ſedentem in thronum excelſum, qui dixit mihi: Vade, dic populo huic: Videntes videbitis, & non videbitis. Spiritũ ſanctum hunc Paulus hoc ordine patefecit, dicens ad Iudæos: Bene de vobis *Act. 28.26.* Spiritus Sanctus dicit per Eſaiam: Vade, dic populo huic, Videntes, &c. Hoc autem, vt dixi, ſectam Macedonij ſuperat, quæ dicit: Nuſquã legitur in Scripturis ſanctis, Deus Spiritus ſanctus: diximus Apoſtolum Paulum hunc dixiſſe Spiritum ſanctum, quẽ Eſaias dicit: Vidi Dominum Deum omnipotentem ſabbaoth ſedentem ſuper thronum, & dicentem mihi, &c. Nunc etiam beatum Petrum oſtendam Dominum dixiſſe Spiritum ſanctum, & ſufficit: quia quaſi in capite corporis duo oculi, ita in capite Eccleſiæ Petrus & Paulus ſunt. Dicit ergo Petrus Apoſtolus ad Ananiam mentientem: *Act. 5.3. et 4.* Quid vtique conuenit tibi & vxori tuæ mentiri Spiritui ſancto? Non eſtis hominibus mentiti, ſed Deo. Alia plura poneremus, ſi non ſufficerent horum duorum teſtimonia Apoſtolica authoritate firmata. Sanè quomodo iam diximus & probauimus, quod qui deſcendit de cælis pro aſſumptione hominis nunquam dimiſerit *Ierem. 23.* cælos, quia ſcriptum eſt, Cælos & terrã ego replebo: & qui cùm ab his ad cælos aſcendit, nos nunquam dereliquit. Sic enim ipſe promiſit dicens: *Matth. 28.* Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. Cùm ergo conſtat deſcenſum eius ad carnem, ſic teneamus, vt in ipſo Dei Filio duas natiuitates, ſicut duas ſubſtantias fateamur, ante tempora inuiſibiliter ex Patre, ex tempore viſibiliter ex matre: ante tempora Deus verus de Deo vero; ex tempore Deus verus & homo verus ex Maria ſemper virgine Spiritu ſancto obumbrante: natus autem verus Deus inuiſibilis cum vero homine viſibili; verus Deus incomprehenſibilis, cum vero homine mortali. Natus, inquam, non aëreus, ſed corporeus: non in phantaſia, ſed carnem, oſſa, ſanguinem, ſenſum & animam geſtans: vnus idemque homo verus & Deus verus, adimplens legem & Prophetas, paſſus crucem ſecundùm Scripturas, verè mortuus eſt, verè ſepultus, verè à mortuis tertia die reſurrexit. Hoc tamen in eo eſt mortuum, quod mori potuit. Homo enim mortalis eſt à Deo immortali ſuſceptus: reſurrexit autem *Act 1.* non Deus in hominem, ſed homo in Deum. Poſtea per quadraginta dies in terris viſus eſt, ac ſic aſſumptus in cælum, ſedet ad dexteram Patris, venturus ad iudicandum viuos & mortuos.

## NOTAE.

*Lib. 7. hiſt. cap 6. Lib. de fabu. hæret.*

1. Ne ſcelerati Sabellij ] *Dionyſius Alexandr. apud Euſebium, ac poſt eum Theodoretus prodiderunt Sabellium origine Afrum & Pentapolitanum fuiſſe: Auguſtinus autem libro de hæreſibus, eundem impij Noeti, qui primus ſanctiſſimæ Trinitatis perſonas cõfudit, diſcipulum à quibuſdã perhiberi tradidit: Epiphanius verò ſimilem ſaltem vtriuſq; ſectam fuiſſe confirmat. Hic errores non tantùm Noeti, ſed & Praxeæ ac Hermogenis, quos Tertullianus profligauerat, ab inferis reuocans, prædicabat Patrem & Filium & Spiritum ſanctum vnicam eſſe perſonam, quæ his tribus nominibus vocaretur: Hancq; in veteri teſtamento, Patris nomine legem tuliſſe: in nouo autem, Filij titulo hominem factam eſſe: Spiritus ſancti verò appellatione, ad Apoſtolos veniſſe. Tertullianus libris aduerſus Praxeam & Hermogenem hanc hæreſim ſolidè refellit, ſequentium deinde ſæculorum Patres eandem coarguerunt & damnarunt, vt & hoc loco noſter Arnobius.*

*Hil lib. 4. de Trin. Athanaſ. Orat. aduerſ. Sabellij gregales.*

2. Pater enim eſt qui dicit Filio: Ante Luciferum, &c. ] *Similis ſibi Arnobius ita ad hunc locum cõ in Pſalm. ſcribit:* Non ergo ſicut damnabilis Fotinus credit, Dominus ex Maria virgine ſumpſit exordium: ſed ante Luciferum eſt ex Patris ore progenitus.

3. Contra doctrinam Macedonij ] *Hic cùm ſub Conſtantio Imp. vir aulicus & Arianus eſſet, Conſtantinopolitanum Epiſcopatum factione Arianorum, & eiuſdem Conſtantij fauore, renitente Catholicorum populo, tanta violentia occupauit, vt circiter ter mille homines centum & quinquaginta (vt Socrates tradidit) cùm Eccleſiam intraret, conculcati & occiſi fuerint. Hic Spiritum ſanctum creaturam eſſe palam prædicans, idcirco πνευματομάχος primus dictus eſt, vt Baſilius in expoſitione fidei Nicænæ teſtatur. Ad hanc hæreſim refellendam & compeſcendam coactum fuit concilium œcumenicum Conſtantinopol. ſub Theodoſio. Tuncque additum ſymbolo Nicæno:* Et in Spiritum ſanctum Dominum & viuificantem. Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, &c.

*Sozom. lib 3. cap. 9. & lib. 4. cap. 7. Lib 2. cap. 16 Niceph. libr. 12. cap. 30.*

ET cùm hæc diceret, VNIVERSI dixerunt: Dic nobis, quomodo iudicabuntur viui & mortui? ARNOBIVS dixit:[1] Viuos, credentes, Catholicam fidem habẽtes: mortuos, Gentiles, Iudæos, & hæreticos, qui non habent vitam ſecundùm ſermonem Domini: *Ioan. 3.18.* Qui non credit in me, non habet vitam in ſe. Et verum dicit: *Ioan. 6.35.* Qui credit in me, ſi mortuus fuerit, viuet. Ergo, vt dixi, ſequamur. Venturus eſt vt iudicet *Pſalm. 115.15* viuos & mortuos, iuſtos & iniuſtos, fideles & incredulos. Mors enim eius pretioſas facit omnes mortes credentium atque ſanctorum, in tantùm, vt in eadem carne, qua natus, & paſſus, & mortuus reſurrexit, & pro qualitate operũ, omnes vel ad æternam coronam



coronam gloriæ, vel ad ſupplicia æterna, Deo iudicante, pertingant.

Credendum namque eſt, animam noſtram à Deo factam: & licet ſit perpetua in alterutram conditionem aut boni aut mali futuram,[2] ſine initio tamen non eſſe animam: quia hoc ſolius Dei eſt peculiare, ac per hoc creaturam Dei eſſe animam ſiue facturam. Scriptum eſt enim quia figurauit flatum omnium hominum, ipſe ſcit omnia. Et rurſum: Viuit Dominus, qui fecit nobis animam. Et iterum:[3] Spiritus à me prodiet, & omnem animam ego feci. *Iſaiæ 57. 16. Gen. 2.7.* Carnem quoq; noſtram ex limo per Deum factam, & vt idcirco vtramque hominis ſubſtantiam vnius Dei eſſe auctoris: atque ideo omnia quæ facta ſunt nobis ſubdita, quia illa iuſſu Dei ſunt formata. Igitur non opere. De homine autem dixiſſe Deum legimus: *Gen. 1. 23.* Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & ideo hominem nobiliſſimam Dei fabricam non ſolũ ex anima & corpore, ſed & ſpiritu conſtare, & eſſe triplicem Apoſtolus probat dicens:[4] *1. Theſſ. 5.23.* Vt integer ſpiritus veſter, & caro, & anima in aduentu Dei ſeruetur. Sanè ſpiritum dico, qui accidens eſt, non naturalem, nec eundem eſſe in omnibus. Sic enim Apoſtolus dicit: *1. Cor. 2.12.* Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus: ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt. Iſtum autem quem credentes accipimus, gratiæ diuinæ eſt: alterum verò ſpiritum intentionis diabolicæ. Quia diabolus non ſine initio eſt creatus, vt Marcion delirat, ſed à Deo bono angelus factus eſt: & omne malum ex ipſo initium ſumpſit.

[5]Malum autem eſſe quod prohibet fieri bonus & benignus Deus, etiã ſi id bonum ſit, malum iudicabitur per prohibitionem Legiſlatoris Dei: Iam quid tám bonum, quàm ſacrificium Deo offerre? *1. Reg 13. 10.* Sed quomodo expectare ſanctum Samuelem Rex Saul noluit, ipſe autem ſacrificium morante Samuele, incendit, vltra Spiritus ſanctus in eo eſſe non potuit. *Sap. 1. 5.* Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum,[6] atque vtinam recedente Spiritu ſancto, alio ſpiritu non ludificaretur, vel etiam vexaretur. Ad qualitatem igitur facti ſi reſpiciamus, bonam rem facit: ſed non reſpiciendum eſt ad qualitatem facti, ſed ad ſuperbiam contemptoris. Nam & communio ſacramenti ſancta eſt, ſed pernicioſum opus perficitur huic, ſi nondum fuerit ſacratiſſima vnda perfuſus. Sunt multa his ſimilia, quæ cùm bona ſint opera, perniciem pariunt cũ non eo ordine, quo ſunt conſtituta, peraguntur. Ideo Angelus iſte, qui eſt diabolus, de præſumptione incurrit culpam, & primus omnium angelorum in ſuo corde peccauit. Sic enim dicitur in Propheta à Domino. *Iſaia 14. 13.* Tu dixiſti in corde tuo: Aſcendam ſuper cæli ſydera, &c. Primus ergo in ſuo corde peccauit: ex quo pullulare omniũ præſumptionum genera tunc cœperunt, cùm nullius exemplum ſequutus, à ſe dedit peccandi exordium. Natura autem bonus eſt, ſicut effractor eſt[7] homo aliena rapiens habenti, & liberalis eſt homo propria conferens indigenti. Vterq; homo eſt, ſed vnus bonus alijs, in alijs non natura malus, propter Creatoris iniuriam, ſed prauæ voluntatis ſtudio: bonus autem, & natura bonus; & bonæ ſtudio voluntatis. Vnde & angelorum canores his ſermonibus reſonabant, *Lucæ 2. 14. & 15.* vt Deo gloria in excelſis caneretur, & pacem Dei ſuper terram cum hominibus bonæ ſererent voluntatis. Malæ ergo voluntatis arbitrio Angelus bonus cùm eſſet, declinauit ad malum: hunc ſequutus eſt homo, qui Diuinæ legis inſtituta contempſit. *Gen. 3. Ioan. 8.* Creator autem præſcius contemptores fore & angelos & homines, iuſtitiæ ſuæ ſubditos fecit, ita vt abſolutè eos ſuæ eſſe permitteret voluntatis:[8] quia nec aliter gratiæ retributio iuſta eſſe poſſet.

Initium autem hominis & præuaricationis eius euidens Geneſeos Liber inter ſui initia loquitur. Angeli autẽ initium teſtatur Propheta dicens:[9] *Ezech. 28. 12.* Tu eras conſignatio ſimilitudinis, & corona decoris, in delitijs Paradiſi Dei fuiſti. Omnem lapidem optimum habens in te ſardium, & topaziũ, & ſmaragdum, & carbunculum, & ſaphyrũ, & iaſpidem, & ligurium, & achaten, & amethyſtum, & chryſolitum, & berillum, & onychinũ, & auro impleſti theſauros tuos, & apothecas tuas in te. Nã ex qua die creatus es tu,[10] cum Cherubin poſui te in monte ſancto Dei, & factus es in medio lapidum igneorum: & abiſti ſine macula in diebus tuis, ex qua die creatus es tu, donec inuenirẽtur iniquitates tuæ in te,[11] à multitudine cogitationis tuæ. Impleſti enim Prõptuaria tua iniquitate,[12] & peccaſti, & vulneratus es à monte Dei: & eduxi te de Cherubin, de medio lapidum igneorum. Exaltatum enim eſt cor tuum in decore tuo: ideo in terrã proieci te in conſpectu Regum, & dedi te in traductionem propter multitudinẽ peccatorum tuorum, & iniquitatem negotiationis tuæ,[13] quia contaminaſti ſancta tua. Et producam ignem de medio tui, & ipſe ignis deuorabit te, & dabo te in cinerem ſuper terrã in conſpectu omnium videntiũ te, & omnes qui te nouerunt inter nationes contriſta-

contriſtabuntur ſuper te.[14] Vt prodigium enim factus es, & non eris amplius in æternum.

Mundum quoque ipſum credere debemus à Deo factum ex nihilo, ſicut legitur in Machabæis:[15] Aſpicite filij in cælum & terram: & aſpectis omnibus, quæ in eis ſunt, *2.Mach.7.28.* intelligite quomodo ex nihilo fecit ea Deus. Ergo ſicut ex nihilo factus eſt mundus, *Pſal.101.26.* ita ad nihilum redigendus erit in finem, quia ſcriptum eſt: Terram tu Domine *Heb.1.10.* fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cæli. Ipſi peribunt, tu autem in æternum *Eſaiæ 65.17.* manes. *Eſaiæ 66.22.* Cælum autem nouum, & terram nouam fideliter Dei eloquia repromittunt, in *Apocal.1.1.* quibus perpetuum hoc ſanctis ſuis inhabitet: quæ cuiuſmodi ſint futura, ipſe ſolus *2.Pet.3.13.* nouit, qui facturus eſt; quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis *Iſaiæ 64.4.* aſcenderunt, *1.Cor.2.9* quæ præparauit Deus diligentibus ſe.

Obtemperaui petitioni, imò iuſſioni veſtræ; & qualiter credam, expoſui: ſupereſt vt veſtris orationibus mihi donetur amor timoris Domini, vt poſſim habere vel *Pſal.110.10.* initium ſapiētiæ, & ſit in me intellectus bonus, rectis operibus manifeſtus, quo à prohibitis abſtinens, iuſſis inſiſtam.

## NOTAE.

1. Viuos credentes, &c.] *Iuſtinus martyr reſponſione ad quæſt.109. orthodoxorum, viuentium iudicandorum nomine eos interpretatur, qui tum adhuc ſuperſtites erunt, cùm Chriſtus ad iudicium veniet: de quibus iuxta Græcorum lectionem, ſcribitur:* Non omnes obdormiemus. *Horum perſonam induens Paulus ait:* Nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini, &c. *Auguſtinus vtranq; interpretationem amplectitur, ſcribens:* Venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Viuos qui ſuperfuerint: mortuos qui præceſſerunt. Poteſt & ſic intelligi, viuos iuſtos: mortuos iniuſtos. *Lib.1. de ſymbolo ad catechumenos, cap.4.*

2. Sine initio tamen non eſſe animam] *Hæc dicta videntur aduerſus Manichæos & Origeniſtas, quos animas Deo coæternas finxiſſe veteres tradiderunt.*

3. Spiritus à me prodiet] *Tertullianus lib. de anima, capite cui titulus affingitur,* Vnum eſſe animam & ſpiritum, *huius Iſaiæ loci ita meminit:* Satis declarātur differentiæ Spiritus & animæ, ipſo Deo pronuntiante: Spiritus ex me prodiuit, & flatum omnem ego feci. Et anima enim flatus factus ex ſpiritu. *Et rurſus:* *Iſaiæ 42.* Qui dedit flatum populo ſuper terram, & ſpiritum calcantibus eam, &c. *Auguſtinus libro primo de anima & eius origine, ca.14.* Spiritus à me exiet, & omnem flatum ego feci.

4. Vt integer ſpiritus veſter] *Tertullianus lib. de reſ. car. ſic hunc Pauli locum reddit:* Et integrū corpus veſtrum, & anima, & ſpiritus ſine querela conſeruentur, &c *Cæterùm, Irenæus lib.5. cap.9. Lactantius libro ſeptimo capit. 12. & libro de opificio Dei cap.18. & 19. Auguſtinus quoque libro de ſpiritu & anima fusè diſputant, quid inter hæc tria interſit: & nos de hac re quoque diſſeruimus Annot. in prædictum Irenæi locum.*

5. Malum autē eſſe] *Theologi rectè docent quædam eſſe intrinſecè mala & quæ nunquam bona eſſe poſſunt, vt blaſphemia, contemptus Dei, idololatria, adulteria, & cæt. alia verò mala tantùm eſſe, quia prohibita ſunt, vt eſus immundorum ſub lege, & quod hic notat Arnobius de ſacrificijs, & communione Euchariſtiæ.*

6. Atque vtinam] *Vetus codex,* vtilem.

7. Homo aliena rapiens] *Ita legendum cenſuimus, pro* aliena ſapiens, *quod eſt in veteri codice. Cæterùm, de primo angeli mali peccato copiosè tractauimus Commentarijs noſtris in Epiſtolam beati Iudæ Apoſt. Paulò poſt:* non natura malus] *Noſtro iudicio adiecimus vocem* malus. *Nā ad iniuriam Creatoris referretur, ſi quid natura malum condidiſſet.*

8. Quia nec aliter] *Ita & Iuſtinus martyr Apoſtolicorum temporum vir:* Angeli (*inquit*) homineſq; quoniam initio cùm crearentur acceperunt à Deo liberum arbitrium, iuſtè pœnam peccatorum luent in æternis ignibus. Nulla enim laude quicquam eſſet dignum, ni eſſet ad vtrumlibet flexile. &c. *Apolog.1.* *Hæc, & cætera plurima, quæ vetus Eccleſia tam aduerſus Simonianos, Marcionitas, & Manichæos liberi arbitrij primos hoſtes; quàm aduerſus Pelagianos eiusdem nimios præcones, ſanctiſſimè decreuit, vtinam ſeriò ſecum meditarentur Lutherani & Caluiniani: deſinerent profectò hac in re ſaltem nobis Catholicis eſſe moleſti.*

9. Tu eras conſignatio] *Nomina ſubiectarum gemmarū ita legenda proponimus ex Hieronymi interpretatione LXX. Nonnihil enim corrupta ſunt in veteri noſtro exemplari. Ruffinus Ioſephi interpres* Ligurius, *ſcribit, melius quàm Gelenius* Lincurius: *quomodo etiam legitur apud Hieronymum epiſt. 54. Nam Græcè eſt λιγύριον: & in vulgata Exod. 28.19.* Ligurius. *Tertullianus lib.2. aduerſ. Marc.* Lapidem optimum indutus eſt, ſardium, topazium, ſmaragdum, carbunculum, ſaphirum, iaſpin, ligurium, achaten, amethyſtum, Chryſolitum, berillum, onychium &c.

10. Cum Cherubim poſui te] *Ita locum Prophetæ legunt ac interpretantur Tertull. l.2. aduerſus Marcionem, Origenes li.1. de principijs cap.5. Hieronymus in cap.54. Iſaiæ, Auguſtinus lib.11. de Geneſi ad literam, cap.25.*

11. A multitudine cogitationis.] *Septuaginta, ἀπὸ πλήθους τῆς ἐμπορίας. Hinc Tertullianus:* de multitudine negociationis tuæ. *Et vulgata editio Latina:* In multitudine negociationis tuæ. *Ex quibus omnino apparet, legendum eſſe apud Arnobiū,* negociationis, *non cogitationis.*

12. Et peccaſti.] *Vetus codex,* & peccatis. *Tertullianus:* Promas tuas repleſti, & deliquiſti. *Vulgata editio Latina:* peccaſti.

13. Quia contaminaſti ſancta tua.] *Sanctes Pagninus ex Heb.* Polluiſti ſanctificationem tuam.

14. Vt prodigium enim factus es.] *Vulgata editio*



*editio Latina,* Nihili factus es, & non eris in perpetuum. *Ruffinus Origenis interpres,* Perditio effectus es. *Septuaginta, ἀπώλεια ἐγένου. Melius itaque hoc Arnobij loco legeretur,* Vt perditio factus es, &cæt.

15. Aſpicite filij] *Verba ſunt Salomæ matris ſeptem fratrum, ad nouiſſimū eorum, quæ ſingulari numero in ſacris Biblijs referuntur,* Aſpice filij, &c. *Sed veriſimile eſt eandem viraginem eadem exhortatione frequenter vniuerſos illos ad martyrium animaſſe, dum adhuc ſupereſſent. Cæterùm, tam ex his, quàm ex ſexcentis alijs Patrum veterum teſtimonijs, videmus libri ſecundi Machabæorum ſacroſanctam & canonicam fuiſſe authoritatem. Tantùm hic adijcio, Auguſtinum* *Lib.18. ciuit.* *ante mille & ducentos annos aſſeruiſſe Eccleſiam Catholicam vtrumque librum Machabæorum in canonem ſacrorum voluminum recepiſſe. Inſuper, Ioſephum* *Libr. de Machab. ad finem.* *genere Hebræum, & dignitate ſacerdotem abhinc mille & quingentis annis conſtanter affirmaſſe, Eleazari, & ſeptem fratrum hiſtoriam, quæ ſecundo libro refertur, etiam apud ſuos Hebræos inter ſacras literas cenſeri. Viderint qua fronte & conſcientia illos reijciant nouiſſimæ huius ætatis hæretici.*

(∴)

SERAPION dixit: Hanc rem cùm orationibus impetrare debes, ſiue tuis, ſiue quorumcunque ſanctorum, quam non habes per arbitrij libertatem conceſſam. ARNOB. dixit: Et quam rem habeo per arbitrij libertatem conceſſam? SERAP. reſpondit:[1] Vt à prohibitis abſtineas, & iuſſis inſiſtas. ARNOB. dixit: Qui à prohibitis abſtinet, & ſine peccato efficitur: qui verò etiam iuſſis inſiſtit non ſolùm à peccati reprehenſione alienus eſt, verùm etiam laude dignus eſt. SERAP. dixit: Ita eſt. ARNO. dixit: Si ita eſt,[2] ergo poteſt per liberum arbitrium ſine peccato effici, & laudem adipiſci diuinam. SERAP. reſpondit: Ita eſt. ARNOB. dixit: Contra dico. SERAPION dixit: Ergo non eſt liberum arbitrium. ARNOBIVS dixit: Liberum arbitrium & defendo & teneo: ſed intra metas ſuas clauſum, & finibus ſuis limitibusq; diſtinctum. SERAPION dixit: Deus hominem liberi arbitrij idcirco eſſe voluit, vt iuſtè vituperentur mali, quia potuerunt eſſe boni: iuſtè etiam laudentur boni, quia potuerunt eſſe mali. Tolle enim vtriuſque rei poſſibilitatem, & non inueniet pęna quem feriat, nec inueniet in remuneratione quem coronet. ARNOBIVS dixit: Dic ergo mihi, ſi tui libertas arbitrij ad hoc te perducere valeat, vt poſſis ita à prohibitis abſtinere, vt ſine peccato ſis: aut ita præcepta perficere, vt peruenias ad coronam? SERAPION reſpondit: Et ſi non poteſt homo ſine peccato eſſe, peccatum ipſum non ei imputabitur à Deo. ARNOBIVS dixit: Hoc quod illum à peccato facere liberum potuit,[3] in primi hominis præuaricatione perijt: vnde creaturam ſuam Creator ad hanc recuperationem præuenire potuit, vt quia iam ſuis viribus liberari à peccato non poterat, Dei gratia liberaretur. Vnde etiam infirmitates noſtræ, Saluatoris Domini no- *Matth. 1.21.* men impoſuerunt: captiuitas noſtra, Redemptorem: miſerię noſtræ, Miſericordem: ſeruitus, Liberatorem.

Nunc te volo Serapionem interrogare. Cupis vt tui miſereatur Deus, an non? SERAPION dixit: Et quis eſt qui non vult, vt eius miſereatur Deus? ARNOBIVS dixit: Ego quod interrogo, ſicut te interrogo, ad ea volo mihi reſpondeas. Vnde dic mihi, Petis vt tui miſereatur Deus? SERAPION dixit: Planè, quia hoc quotidie Deū precor & obſecro. ARNOBIVS dixit: Ergo miſerum te confitere, vt miſericordiam conſequaris: ad quam rem audi clamantem Apoſtolum: Miſer ego homo, quis me *Rom.7.24.* liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per IESVM Chriſtum Dominum noſtrum. Collige ergo rationem & vide, quia ſi potes ſine peccato eſſe, miſerum te eſſe confiteri non poteris: & cùm miſerum te non confiteris, à miſericordia Dei te ſuſpendis. Et aut potes teipſum à peccato ita ſuſpendere, vt à prohibitis poſſis viribus tuis abſtinere, & miſer non ſis. Si verò miſerum te ſcis, & non poſſis ſimpliciter confiteri, rectè à Deo miſericordiam conſequi poteris. Nam & ſi habere te aliquid fortè exiſtimare valeas, & docere, clamat ad te Apoſtolus: Quid enim habes, quod non ac- *1.Cor.4.7.* cepiſti? Aut ſi accepiſti, quid gloriaris quaſi non accepiſſes? Deinde, quomodo potes Saluatorem tuum Dominum credere, niſi te infirmum agnoſcas? Aut quomodo potes adiutorium Dei & adminiculum poſtulare, niſi te non poſſe ſine eius adiutorio bonum implere credas quod cupias, & malum declinare quod fugias? Vnde vnum è duobus eſt, permitte te dare reſponſum: vt aut miſerum te fatearis, aut fortem; aut infirmum aut ſanum, vt audias vocem Domini dicentis: Non indigent *Luc.5.31.* qui ſunt ſani medico. Vnde & Propheta clamat: Non enim in arcu meo ſperabo, & *Pſalm. 43.7. & 8.* gladius meus non ſaluabit me: ſed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui. Vnum è duobus, aut potes te abſtinere ab omni peccato, aut non potes?

Si potes

A Si potes, adiutorio non indiges: Potes enim. Si non potes, rectè auxilium quæris. Teſtimonium autem Dei adiutorium tale ferre Pſalmiſta dicit: [4]Qui habitat in adiutorio Altiſſimi, &c. (*Pſalm. 90. 1.*) Videamus nunc, qui ita credit, & qui ita dicit, quid ei eueniat. Scapulis ſuis obumbrabit tibi, &c. SERAP. dixit: Quid ergo habebit libertas arbitrij? ARNOB. dixit: [5]Vt ſi non vis ita credere, non ita credas, & auxilio te diuino ſuſpendas. Si vis verò credere, ita ab his quæ tibi imminent, faciente Dei auxilio, libereris & miſericordia.

## NOTAE.

1. Vt à prohibitis abſtineas, ] *Iam nunc Pelagianorum perſonam induit Serapion, ſicut Sabellianorum, Arianorum, & Neſtorianorum ſuperioribus diſputationibus non impigrè geſſit. Nam ſola vi liberi arbitrij, ſine gratiæ ſalutaris auxilio, cunctas peccatorum tentationes vincere, & præceptis diuinis morem gerere poſſe hominem viatorem, error fuit Pelagianorum, dãnatus à concilio Mileuitano, & ab Auguſtino lib. de hæreſibus, c. 88. Quin etiam plurimis & grauiſſimis ſcriptis Pelagianos inſectatur, vt tribus libris de libero arbitrio, tribus libris de peccatorum meritis & remiſſione, Lib. de baptiſmo paruulorum, lib. de natura & gratia, lib. de gratia noui teſtamenti, libris quatuor contra duas epiſt. Pelagianorum, ſex libris contra Iulianum, totidemq́ue hypognoſticon contra Pelagianos, & paſſim alibi: Scripſit etiam Hieronymus Dialogos aduerſus Pelagianos. Deniq́ue Innocentius, Zoſimus, & Cæleſtinus ſummi Eccleſiæ Pontifices tam ſcriptis quàm conciliorum decretis illorum furores conſtanter & ſapienter repreſſerunt, vt idem teſtatur Auguſt. libro primo de gratia Chriſti, capite ſecundo: cui Proſper ſubſcribit ſub anno Domini 432.*

2. Ergo poteſt per liberum arbitrium, &c. ] *Contra iſtam Pelagianorum ſententiam admiſſam à Serapione, ita Hieronymus inuehitur:* (*Epiſtol. ad Cteſiphõtem.*) Rogo, quæ iſta eſt argumentatio: Poſſe eſſe quod nunquam fuerit? Poſſe fieri, quod nullum feciſſe teſteris? Id cuilibet tribuere, qui an futurus ſit ignores? Et dare neſcio cui, quod in Patriarchis, Prophetis, & Apoſtolis fuiſſe nequeas approbare? *Et Aug. lib. ad Quod vult deum:* Si hoc certum eſſet, fruſtra Dominus dixiſſe videretur: Sine me nihil poteſtis facere.

3. In primi hominis præuaricatione. ] *Doctè & rectè de hac re ſcripſit Auguſt.* (*Lib. 2. contr. duas epi. Pelag. cap. 5.*) Peccato Adæ liberum arbitrium de hominum natura periiſſe non dicimus: ſed ad peccandum valere in hominibus ſubditis diabolo. Ad bene autẽ pieq́ue viuendum non valere, niſi ipſa voluntas hominis Dei gratia fuerit liberata, & ad omne bonum actionis, ſermonis, cogitationis adiuta. B

4. Qui habitat in adiutorio Altiſſimi. ] *Per omnia ſibi conſentiens Arnobius, commentarijs in hunc Pſalmũ etiam Pelagianorum errorẽ his refellit:* Multi putant libertatem arbitrij euſque poſſe ſibi ſufficere, vt ſeſe per ipſam libertatem ab hoſtibus inuiſibilibus eruere poſſe cõfidant. Libertatem autem arbitrij & negare periculum eſt, & nudare peccatum. Si enim negaueris, omnibus fræna laxaſti: ſi nudaueris, decepiſti, &cæt.

5. Vt ſi non vis ita credere. ] *Ad fidem concipiendam & retinendam liberum hominis arbitrium ſua conſenſione cooperari, his verbis aſſerit Auguſtinus:* (*Lib. de ſpiritu & lit. cap. 32.*) Quid eſt enim credere, niſi conſentire verum eſſe quod dicitur? C Conſenſio autem voluntatis eſt: profectò fides in voluntate eſt. *Et paulò poſt:* Cùm ergo fides in poteſtate ſit: quoniam cùm vult, quiſque credit: & cùm credit, volens credit. *Et idem rurſum alibi:* (*Tract. 26. in Ioan.*) Intrare quiſquã Eccleſiam poteſt nolens, accedere ad altare poteſt nolens, accipere Sacramentum poteſt nolens, credere non poteſt niſi volens.

SERAPION dixit: Non ita docentem Auguſtinum audiui. ARNOB. dixit: In qua parte non ita audiſti eum docentem? SERAP. dixit: Non imperium legis implere omnia volumina tractatuum & librorum eius teſtantur ſcripta. ARNOB. dixit: Tangit me ita ſicut ſunt mira eius verba, in medium proferre & probare quantũ legis imperio, quantum libero concedatur arbitrio. SERAP. dixit: Teſtor Deum, quia ſolicitudini meæ vniuerſa ambiguitate eliminas, ſi de his eius mihi diffinita proferas, & de omnibus quæ tranſacta ſunt euidentia eius adferas, documenta. D Fateor enim me eius aſſertiones ita probatas habere, vt ſeipſum ore ſuo hæreticum detegat, qui Auguſtinum putauerit in aliquo reprehendendum eloquio. ARN. dixit: Meo ſenſu loquutus es: nam ea quæ eius nunc profero, ac ſi ſacratiſſima Apoſtolorum ſcripta ſic credo, & teneo, & defendo. Ait enim: Inquirens in diuinis Scripturis quid ſit gratia, vtrum liberũ arbitrium eſſet gratia, ſiue gratiam eſſe peccatorum, ſiue gratiam eſſe legis præcepta, & nihil eorum cognoui, quæ per adminiſtrationem Spiritus ſancti pertineat ad concupiſcentias tentationeſque vincendas, quam ditiſſimè effundet ſuper nos qui aſcendit in cælum, & captiuans captiuitatem dedit dona hominibus. Hinc & oramus, vt peccatorum tentationes ſuperare poſſimus, & Spiritus Dei, vnde pignus accepimus, adiuuet infirmitatem noſtram. Qui autem orat & dicit: Ne nos induci patiaris in tentationem, non vtique id orat, vt homo ſit, quod eſt natura; neque id orat, vt habeat liberum arbitrium, quod iam accepit cùm crearetur ipſa natura: neque orat peccatorum remiſſionem, quia hoc ſuperius dicitur; Dimitte



A mitte nobis debita noſtra: neque orat, vt accipiat mandatum: ſed orat planè, vt faciat mandatum. Orat vt non peccet, hoc eſt, ne quid faciat mali: quod pro Corinthijs orat Apoſtolus dicens: Oramus autem ad Deum, ne quid faciatis mali. Vnde ſatis apparet, quia ad non peccandum, id eſt, ad non malefaciendum: quamuis eſſe nõ dubitetur liberum arbitriũ voluntatis, tamen eius poteſtas non ſufficiat, niſi adiuuetur infirmitas. Ipſa igitur oratio eſt clariſſima gratię teſtificatio. Hęc ille confiteatur qui denegat, & eum gaudemus ſiue rectum ſiue correctum. Diſtinguenda ergo lex eſt & gratia. Lex iuuaret niſi eſſet voluntas, nec gratia iuuaret niſi eſſet infirmitas. Iubetur vt habeam intellectum, vbi dicitur, Nolite fieri equus & mulus, & cæt. & tamen oramus vt habeamus intellectum, vbi dicitur: Da mihi intellectum vt diſcã mandata tua. Iubetur vt habeamus ſapientiam, vbi dicitur: Stulti, aliquando ſapite: & tamen oramus vt habeamus ſapientiam, vbi dicitur: Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Iubemur habere continentiam, vbi dicitur: Contine teipſum: & tamen oratur, vt habeamus continentiam, vbi dicitur: Cùm ſcirem quia nemo poteſt continens eſſe B niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientis ſcire, cuius eſſet hoc donum, & acceſſi ad Dominum, & deprecatus ſum eum. Poſtremò, ne nimium longum ſit cuncta percurrere, iubemur vt non faciamus mala, vbi dicitur: Declina à malo, & fac bonum: & tamen oratur, vt non faciamus malum, vbi dicit Apoſtolus: Oramus autem ad Dominum, ne quid mali faciatis. Iubemur vt non faciamus malum, & faciamus bonum, vbi dicitur, Declina à malo & fac bonum: & tamen oratur, vt faciamus bonũ, vbi dicitur: Non ceſſamus pro vobis orantes, vt ambuletis dignè Deo, in omnibus beneplacentes Deo, & in omni opere bono. Si ergo agnoſcimus voluntatem, cui hęc præcipiuntur: ſic debemus agnoſcere gratiam, quomodo ſine Dei gratia quæ implere cupimus nullum ſortiuntur effectum. SERAP. dixit: Quomodo magna hæc aſſertio ſancti viri tanta eſt æquitate ſubnixa, vt contra hæc mentis homo venire non poſſit: noſſe cupio, ſi etiam de his quæ anteriori tempore egimus, tali ab eo fuerint ſenſu vel ſermone definita. ARNOB. dixit: Multa ſunt de quibus diſputatio noſtra per altercationem peruenit ad finem: de quo nunc titulo ſancti Auguſtini vis roborari ſermone? SERAP. dixit: De natiuitate IESV Chriſti, in qua Deus & homo nobis per duas ſubſtantias declaratus eſt, in quibus ſanctam Mariã & χριστοτόκον & θεοτόκον C extitiſſe, te aſtruente & probante cognoui. ARNOB. dixit: Si verba eius per commata inciſa proponere voluero, ſuſpitionem potius quàm ſatisfactionem exhibuiſſe videbor. Vnde congruum cenſeo, vt integrum tibi eius tractatum adſignem, quo euidenter agnoſcas, eum duas natiuitates, duaſque ſubſtantias in vnico Dei Filio prædicaſſe.

# SERMO S. AVGVSTINI EPISCOPI DE NATIVITATE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

D SALVATOR [1] noſter natus de Patre ſine die, per quem factus eſt omnis dies, voluit in terra habere natalem hunc diem, quem hodie celebramus. (*Serm. 1. in feſto Natiuit. Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.*) Quiſquis hunc diem miraris, æternum mirare potius ante omnem diem permanentem, omnem diem creantem, in die naſcentem, à malitia diei liberantem. Adhuc mirare: Quæ peperit, mater & Virgo eſt. Quem peperit, infans, & Verbum eſt. (*Ioan. 1. 1.*) Meritò cæli loquuti ſunt, angeli gratulati, paſtores lætati, Magi inuitati, reges turbati, paruuli coronati. (*Luc. 1. 10. Matth. 2. 1.*) Lacta mater cibum noſtrum, lacta panem de cælo venientem, (*Ioan. 6.*) & in præſepio poſitum velut piorum cibaria iumentorum. (*Luc. 2.*) Illic enim cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: (*Iſaiæ 1. 3.*) circuncíſio ſcilicet & præputium, cohærendo lapidi angulari, (*Epheſ. 2. 21.*) quorum primitiæ fuerunt paſtores & Magi. Lacta eum, qui talem fecit in te, vt ipſe fieret in te, qui tibi & munus fœcunditatis attulit conceptus, & decus virginitatis non abſtulit natus: qui ſibi priuſquam naſceretur, & diem qua naſceretur elegit. Et ipſe condidit quod elegit, vt ille hinc procederet vt ſponſus de thalamo ſuo, (*Pſalm. 18. 5.*) quo mortalibus oculis poſſet videri, & augmento lucis annuæ ſelucem mundi veniſſe teſtari. (*Ioan. 9. 6.*) Prophetæ cecinerunt conditorem cæli ac terræ in terra cum hominibus futurum, (*Baruc. 3.*) angelus nunciauit Creatorem carnis &

*Luc. 1. & 2. Ioan. 11.* nis & Spiritus in carne venturum. Salutauit Ioannes ex vtero in vtero Saluatorem: Simeon ſenex Deum agnouit infantem: Anna vidua Virginem matrem. *Matth. 2. Ioan. 19. Marc. 16.* Hæc ſunt teſtimonia natiuitatis tuæ Domine IESV, antequam tibi fluctus ſternerentur calcanti, cederent imperanti; antequam ventus te iubente ſiluiſſet, mortuus te vocante vixiſſet, ſol te moriente palluiſſet, terra te reſurgente tremuiſſet, cælum te aſcendente patuiſſet; antequam iſta & alia mirabilia iam iuuenilis tui corporis ætate feciſſes. *Iſaiæ 9. Iſaiæ 7.* Adhuc portabaris in manibus matris, & iam Dominus orbis agnoſcebaris: ipſe puer paruulus ex ſemine Iſraël, & ipſe nobiſcum Deus Emmanuel.

Quæ & qualis eſt illa generatio Saluatoris, qua gignenti Patri coæternus eſt Filius? Quando hanc generationem ex Virgine mundus expauit, quam pia fides excepit & tenuit, infidelitas autem irriſit, ſuperbia timuit ſuperata? Quænã eſt illa generatio, *Ioan. 1. 1.* qua in principio erat Verbum apud Deum, & Deus erat Verbum? Quod eſt hoc Verbum, quod dicturus antea non ſilebat, quo dicto non ſiluit qui dicebatur? Hoc eſt Verbum ſine tempore, per quod facta ſunt tempora. Verbum quod labia nullius aperuit cœptum, clauſitue finitum. Verbum quod initium non habet ex ore loquentium: & aperit ora mutorum. Verbum quod linguis gentium diſertis non fit, & linguas infantium diſertas facit. Quænam eſt illa generatio, cui Pater moriendo non credit, quia non eum viuendo præcedit? Segregata ab omnibus locorum interuallis, temporumque ſpatijs, quam vel in diebus, vel in corporibus ſentire conſueuimus? Leuemus ad eum, quantum ipſo adiuuante poſſumus, animam noſtram, ſi quo modo capere valeamus & natum non præuenientem qui gignit, & gignentem non ſubſequentem qui gignitur, Patrem & Filium: nec Pater pariter nec Filius pariter, & pariter æternus. Non vtrunque generantem, non vtrunque naſcentem, ſed alterum ſine altero non viuentem, & Patrem ſempiternè genuiſſe, & Filium ſempiternè natum eſſe cogitemus, ſi valemus: ſi nõ valemus, credamus. Non eſt hîc quod dicere *Act. 17.* volumus: ſed tamen non eſt longè poſitum ab vnoquoque noſtrum. In illo enim viuimus, mouemur, & ſumus. Tranſcendamus carnem noſtram, in qua parentes ante filios viuunt, quia vt filios poſſent generare creuerunt, & filijs creſcentibus iam ſeneſcunt. Nondum natis filijs parentes vixerunt, quia & parentibus mortuis filij victuri ſunt.

Tranſcendamus & animas noſtras, pariunt enim & ipſæ: aliquid cogitando, quod ſecum habent ſciendo: ſed poſſunt amittere obliuiſcendo, quia non habebant antea naſcendo. Cuncta corpora, & temporalia, & mutabilia tranſcendamus, vt videamus ſuper omnia, per quem facta ſunt omnia. Aſcenſus noſter in corde eſt, quia & illud quo aſcendimus prope eſt: longè autem ab eo ſumus, in quantum diſſimiles ſumus. Aſcendit ergo ad eum ſua ſimilitudo quam in nobis fecit, & refecit: quia perſpecta palpitat animi infirmus aſpectus, & ineffabilem candorem lucis æternæ non poteſt intueri. Cuius ergo fulgorem mentis acies nondum capit: *Iſaiæ 53. Ioan. 1.* generationem eius quis enarrabit? Sed Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

Hanc ergo generationem, cuius hodiernum celebramus diem; hanc, in qua dignatus eſt venire per Iſrael, & fieri Emmanuel, nobiſcum Deus, in carnis infirmitate, non nobiſcum in cordis iniquitate: accedens ad nos per id quod aſſumpſit ex noſtro, & liberans nos per id quod manſit in ſuo: (viſitauit quippe Dominus ſeruos ſuos per mortalem infirmitatem, vt eos liberos faceret per incommutabilem veritatem) hanc ergo generationem, cuius vtrunque capax eſt humana fragilitas; non illam, quæ ſine tempore manet, ſine matre ſuper omnia: ſed iſtam, quæ in tempore facta eſt ſine Patre inter omnia. Hunc Virginis Filium, & Virginum ſponſum, de incorrupta matre naſcentem, & incorruptibili veritate fœtantem, laudemus, amemus, adoremus, vt in eius miſericordia fiſi de aſtutia diaboli victa triumphemus. Diabolus ad nos decipiendos corrupta fœminea mente ſubrepſit, Chriſtus ad nos liberandos incorrupta fœminea etiam carne proceſſit, qui eſt benedictus cum Patre & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum. Amen.

## NOTAE.

1. SALVATOR noſter natus de Patre] *Arnobij ſcriptum cum Auguſtini ſermone impreſſo Lutetiæ 1571. cum reliquis eiuſdem operibus, diligenter conferentes, multa emendãda, varias quoq; lectiones in vtroq; comperimus: quæ hîc breuibus & ordine cõſignabimus. Arnob. habet:* quiſquis inde miraris: *Auguſt.* quiſquis hunc diẽ miraris. *Arnob.* Magi inuitati: *Auguſt.* magi imitati. *Arnob.* qui tibi vnius fœcunditatis: *Auguſt.* qui tibi munus fœcunditatis: *Arnobius,* vt illic procederet: *Auguſt.* vt ille hinc



hinc procederet. *Arnob.* venit ſe teſtari: *Auguſt.* veniſſe. *Idem Auguſtinus,* Quando hanc generationem: *Arnobius caret aduerbio,* Quando. *Auguſtinus,* quam pia fides agnouit & tenuit. *Arnobius,* quia fides excepit. *Auguſtinus,* non ſiluit qui dicebat: *Arnobius,* qui dicebatur. *Deinde Arnobio deerant ſex dictiones iſtæ, quas ex Auguſtino reſtituimus:* quia nõ eum viuendo præcedit. Segregata. *Carebat rurſum his quatuor Arnobius, quæ ſunt in Auguſtino:* quia & filios poſſent. *Auguſtinus,* Trãſcendamus & animas noſtras: *Arnobius,* omnes cogitationes noſtras. *Auguſtinus,* quam nondum perfectè palpitat infirmus aſpectus: *Arnobius,* quia perſpecta palpitat animo infirmus aſpectus. *Rurſum, deſunt apud Arnobium hæ voces octo,* per Iſrael, & fieri Emmanuel, nobiſcum Deus in carnis infirmitate: *quas ex Auguſtino repoſuimus. Aberant & hæ duæ,* ſuper omnia: *Auguſtinus verò ſcribit,* ſine matre ſuper omnia. *Denique, vbi idem Auguſtinus habet,* vt in eius miſericordia de aſtutia diaboli fiſi triumphemus: *in veteri Arnobij noſtri exemplari legitur,* vt eius miſericordia aſtutia diaboli victa, triumphemus, &c. *Ex his autem perſpiciet beneuolus Lector, quos locos reſtituerimus, ſimulq; expendet quantum in alijs multis huiuſmodi deprauatis locis emendandis nobis laborandum fuerit.*

SERAPION dixit: Satisfactum eſſe deſiderio meo fateor. Verè enim & duas naturas, & duas ſubſtantias euidenter aſſeruit. Nunc vt radicitus mihi euellatur omnis cunctatio, probari apud me cupio,[1] Si Dominus meus vir Apoſtolicus Leo Papa venerabilis priores ſuos in hac parte ſequutus eſt, vt alloqueretur Orientales ſuarum Epiſtolarum ſcriptis. ARNOB. dixit: Accipe quod Apoſtolicæ recordationis vir Papa venerabilis Damaſus ad ſanctum virum Paulinum ſanctæ memoriæ[2] Antiochenæ vrbis Antiſtitem ſcripſerit: vt cognoſcas antiquo vſu ſanctum & eruditiſſimum virum Papam Leonem ad reuocandas ab errore Eccleſias, ad Orientales literas deſtinaſſe. Cumque hæc dixiſſet Arnobius, protulit codicem, ex quo recitatum eſt ſic.

Dilectiſſimo fratri Paulino, Damaſus. Per ipſum filium meũ Vitalem ad te reſcripta direxeram, quæ tuæ voluntati & iudicio omnia derelinquens,[3] & per Petronium Presbyterum breuiter indicaueram me in articulo iam profectionis eius aliqua ex parte commotum. Vnde ne aut tibi ſcrupulus reſideret, & volentes forſitan Eccleſię copulari tua cautio probanda differret, fidem noſtram miſimus, non tam tibi, qui eiuſdem fidei communione ſociaris, quàm his, qui in ea ſubſcribentes, tibi, id eſt, nobis per te voluerint ſociari,[4] dilectiſſime frater. Quia poſt conciliũ Nicænum,[5] & quod vrbe Roma concilium congregatum eſt à Catholicis Epiſcopis, is error inoleuit, vt quidam[6] ore ſacrilego auderent dicere, Spiritum ſanctum factum eſſe per Filium, Anathematizamus eos, qui non tota libertate proclamant, Spiritum ſanctum cum Patre & Filio vnius poteſtatis eſſe atque ſubſtantiæ. Anathematizamus quoq; eos qui Sabellij ſequuntur errorem, eundem dicentes Patrem eſſe quem & Filium. Anathematizamus Arium atque Eunomium, qui pari impietate (licet ſermone diſſimili) Filium & Spiritum ſanctum aſſerunt eſſe creaturas. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arij ſtirpe venientes, non perfidiam mutauêre, ſed nomen. Anathematizamus Photinum, qui Hebionis hæreſim inſtaurans, Dominũ IESVM Chriſtum tantùm ex Maria Virgine confitetur. Anathematizamus eos, qui duos filios aſſerunt, vnum ante ſæcula, & alterum poſt aſſumptionem carnis ex Virgine. Anathematizamus eos, qui pro hominis anima rationabili & intelligibili dicunt Dei verbum in humana carne verſatũ, cùm ipſe Filius ſit Verbũ Dei, & non pro anima rationali & intelligibili in ſuo corpore fuerit: ſed noſtram, id eſt, rationabilẽ & intelligibilem ſine peccato animam ſuſceperit, atque ſaluauerit.[7] Anathematizamus eos, qui Verbum Dei Filium extenſione, aut collectione, & à Patre ſeparatum, inſubſtantiuum, & finem habiturum eſſe contendunt. Eos autem qui ab Eccleſijs ad Eccleſias migrauerũt, tandiu à communione noſtra habemus alienos, donec ad eas redierint ciuitates, in quibus ſint primùm conſtituti. Quod ſi quis alius, alio trãſmigrante,[8] in locum viuentis ordinatus eſt, tandiu vacet ſacerdotij dignitate qui ſuam deſeruit ciuitatem, quandiu ſucceſſor eius quieſcat in Domino. Si quis non dixerit ſemper Patrem, ſemper Filium, ſemper Spiritũ ſanctum fuiſſe & eſſe, anathema ſit. Si quis non dixerit, Filium natũ de Patre, id eſt, de ſubſtãtia Diuina ipſius, anathema ſit.[9] Si quis nõ dixerit Verbum Domini Filium Dei, Deum verum ſicut Patrem eius, & omnia poſſe, & omnia noſſe, anathema ſit. Si quis dixerit, quod in carne conſtitutus Filius Dei cùm eſſet in terra, in cælis cum Patre non erat, anathema ſit. Si quis dixerit, quod in paſſione crucis dolorem ſuſtinebat Filius Dei,[10] & non caro cum anima, quam induerat in forma ſerui, quam ſibi acceperat, ſicut ait Scriptura, anathema ſit.[11] *Philip. 2.* Si quis non dixerit, quod in carne quam aſſumpſit, ſedet ad dexteram Patris, in

qua venturus eſt iudicare viuos & mortuos, anathema ſit. Si quis non dixerit, Spiritum Sanctum de Patre eſſe verè ac propriè ſicut & Filium de Diuina ſubſtantia & Deum verum, anathema ſit.[12] Si quis non dixerit Spiritum ſanctum, omnia poſſe, omnia noſſe, & vbiq; eſſe ſicut Patrem & Filium, anathema ſit. Si quis dixerit, Spiritum ſanctum facturam eſſe, aut per Filium factum, anathema ſit. Si quis non dixerit,[13] omnia per Filium poſtea incarnatum, & Spiritum ſanctum Patrem feciſſe, anathema ſit. Si quis non dixerit Patris & Filij & Spiritus ſancti vnam diuinitatem, poteſtatem, maieſtatem, potentiam, vnam gloriam, dominationem, vnum regnum, atque vnam voluntatem, ac veritatem, anathema ſit. Si quis tres perſonas non dixerit veras, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, æquales, ſemper viuentes, omnia continentes viſibilia & inuiſibilia, omnia potentes, omnia iudicantes, omnia viuificantes, omnia facientes, omnia quæ ſunt ſaluanda ſaluantes, anathema ſit. Si quis non dixerit Spiritum ſanctum adorandum ab omni creatura, ſicut Filium & Patrem, anathema ſit. Si quis de Patre & Filio bene ſenſerit, de Spiritu autem ſancto non rectè habuerit, hæreticus eſt:[14] quia omnes hæretici de Filio Dei & Spiritu ſancto malè ſentientes, in Iudæorum atque Gentilium perfidia inueniuntur.[15] Quod ſi quis partiatur, Deum Patrem dicens, & Deum Filium eius, & Deum Spiritum ſanctum, tres Deos dici, & non Deum propter vnam Diuinitatem & potentiam, quam credimus & ſcimus Patris & Filij & Spiritus ſancti, Deum verum; ſubtrahens autem Filium & Spiritum ſanctum, ita ſolum exiſtimet Deum Patrem dici aut credi vnum Deum, anathema ſit. Nomen namque Deorum, & Angelis, & Sanctis omnibus à Deo eſt impoſitum & donatum. De Patre autem & Filio & Spiritu ſancto propter vnam & æqualem Diuinitatem, non nomen deorum, ſed Dei nobis oſtenditur atque indicatur, vt credamus, quia in Patre & Filio & Spiritu ſancto ſolùm baptizamur; non in Archangelorum nominibus aut Angelorum,[16] quomodo hæretici, aut Iudæi, aut etiam gentiles dementes faciunt. Hæc eſt ergo ſalus Chriſtianorum, vt credentes Trinitati, id eſt, Patri & Filio & Spiritui ſancto, & in eam baptizati, veram ſolamque vnam diuinitatem, potentiam, maieſtatem, & ſubſtantiam eiuſdem ſine dubio credamus.

## NOTAE.

1. Si Dominus meus vir Apoſtolicus Leo Papa] *Ex his nō malè mihi colligere videor, Conflictum iſtum Arnobij & Serapionis vel initum, vel ſaltem ſcriptum fuiſſe temporibus eiuſdem ſanctiſſimi & doctiſſimi Leonis Papæ. Superiorum enim eius, vt Damaſi, & Cæleſtini meminit, vltra Leonis ætatem non progreditur, præterea eiuſdem opera & ſæculo Neſtorij labes magna ex parte deleta, peneque extincta fuit, denique nullum aliud tempus occurrit huic diſputationi magis aptum & commodum. Paulò poſt, vbi legitur,* vt alloqueremur Orientales, *non malè forſan legeretur,* vt alloqueretur. *Scripſit enim ad Flauianum Conſtantinopolitanum celeberrimam Epiſtolam aduerſus Eutychis errores, quæ à cunctis orthodoxis in concilio Chalcedonenſi laudata & probata fuit: deinde, rurſum & ad alios Orientales, videlicet, ad ipſum Eutychen, ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem, ad Anatolium Conſtantinop. ad Maximum Antiochenum Epiſc. ad ipſos etiam Orientis imper. Theodoſium, Marcianum, Leonem & Pulcheriam: denique & ad concilium Epheſinum & Chalcedonenſe in Oriente celebrata plurimas & doctiſſimas aduerſus hæreſes emergētes per Orientē, Epiſtolas miſit, quæ inter cætera ſcripta eius impreſſæ referuntur.*

2. Antiochenæ vrbis Antiſtitem] *Cùm temporibus Damaſi ſummi Pontificis alter Paulinus fuerit Antiochenæ, alter eiuſdem quoque nominis Theſſalonicenſis Eccleſiæ Epiſcopus; & ad vtrumque Damaſus Epiſtolas ſcripſerit; addubitarunt nonnulli, ad quem horum directa fuerit, quæ hîc citatur eius epiſtola. Verùm, tam ex hoc Arnobij teſtimonio, quàm ex Theodoreto, patet ad Antiochenum ſcriptam fuiſſe: tametſi Nicephorus diſertè ſcribat illam miſſam fuiſſe ad Paulinum in Macedonia Epiſcopum, qui etiam Theſſalonicæ fuerat, lib. 12. ca. 18. In nouiſſima Conciliorum editione Venetijs 1585. prior Epiſtolæ pars dirigitur Antiocheno; poſterior, cuius initium eſt,* Quia poſt concilium Nicænum, *Theſſalonicenſi.*

Lib. 5. ca. 10. 11. & 15.

3. Et per Petronium Presbyterum] *Ita reſtituimus ex Damaſo, delemusque ex veteri Arnobij codice,* & te Petrum.

4. Dilectiſſime frater] *Hîc multa prætermittit Arnobius, quæ in eadem Damaſi Epiſtola continentur, referunturq; tomo 1. conciliorum generalium. Et quoniam ad fidei noſtræ confirmationem plurimum conferunt, non ingratum erit pijs ac ſtudioſis lectoribus, ſi ea ſubiecerimus. Sequitur ergo:* Quapropter ſi ſupradictus filius meus Vitalis, & qui cum eo ſunt, tibi voluerint aggregari, primùm debent in ea expoſitione fidei ſubſcribere, quę apud Nicæam pia patrum voluntate firmata eſt. Deinde, quoniam nemo poteſt futuris vulneribus adhibere medicinam, ea hæreſis eradicanda eſt, quæ poſtea in Oriente dicitur pullulaſſe: id eſt, confitendus ipſa ſapientia, ipſe ſermo, Filius Dei humanum ſuſcepiſſe corpus, animam, ſenſum, id eſt, integrum Adam, & (vt expreſſius dicam) totum veterem noſtrum ſine peccato hominem. Sicuti enim confitentes eum humanum corpus ſuſcepiſſe, non ſtatim ei & humanas vitiorum adiungimus paſſiones: ita & dicentes eum ſuſcepiſſe & hominis animam & ſenſum, non ſtatim dicimus & cogitationum eum humanarum ſubiacuiſſe peccato. Si quis autem dixerit: Verbum pro humano ſenſu in Domini carne verſatum, hunc Catholica Eccleſia anathematizat: nec non & eos, qui in Saluatore filios confitentur, id eſt, alium ante incarnationem, & alium poſt aſſumptionem carnis ex Virgine: & non eundem Dei Filium & ante & poſtea confitentur. Quicunque huic Epiſtolę ſubſcribere voluerit, ita tamen vt in Eccleſiaſticos canones, quos optimè noſti, & in Nicænam fidem ante ſubſcripſerit, hunc habebis abſque aliqua ambiguitate ſuſcipere. Non quod hæc ipſa, quæ nos ſcribimus, non potueris conuertentium ſuſceptioni proponere: ſed quo tibi conſenſus noſter liberum in ſuſcipiendo tribuat exemplū. *Hactenus Damaſus, Epiſtola ad Paulinum Antiochenum. Sequitur ibidem.*



PROFESSIO Catholicæ fidei, quam ſcripſit Damaſus Paulino Epiſcopo Theſſalonicæ in Macedonia.

Quia poſt concilium Nicænum, *& cætera, quæ hîc referuntur ab Arnobio: inſuper & à Theodoreto lib. 5. cap. 15. & Nicephoro lib. 12. cap. 18. ex quibus ſignatos aliquot locos emendauimus.*

5. Et quod vrbe Roma] *Hoc totum inciſum, vſque ad illud,* is error inoleuit, *additum videtur ab Arnobio, quoniam neque apud Theodoretum, neque apud Nicephorum, neque in Epiſtola Damaſi, quæ eſt in tomo primo concil. legitur. Cæterùm, à concilij Nicæni tempore ad Damaſum vſque plurima concilia Romæ coacta fuerunt: Primum ſub Sylueſtro, præſente Conſtantino Auguſto, in quo à 275. Epiſcopis confirmatum fuit quicquid Patres Nicæni definierant. Secundum ſub eodem, conuenientibus 67. aut vt alij volūt, 84. Patribus, & Sabellium, Arium, Photinum damnantibus. Tertium iterum ſub eodem, 284. Epiſcopis, in Thermis Domitianis congregatis. Quartum ſub Iulio, trecentorum ſexdecim Epiſcoporum, qui omnes eos, qui cum Ario ſentiebant rurſum damnarunt: Athanaſium verò innumeris calumnijs vexatum, ab ijs abſolutum in communionem receperunt. Quintum ſub Damaſo nonaginta Epiſcoporum, qui Ariminenſis conuentus ſymbolum damnauerunt, rurſumque decreta Nicæna comprobauerunt. Sextum ſub eodem Damaſo, in quo Apollinarij & Timothei hæreſes publicis decretis fuerunt damnatæ. De quo autem horum conciliorum hic ſcribat Arnobius, ſtudioſo lectori inquirendum relinquo.*

Sozom. libr. 6. cap. 23. Theodoret. lib. 2. cap. 22.

6. Ore ſacrilego] *Arnobij exemplar vetus,* more ſacrilego.

7. Anathematizamus eos qui Verbum] *Nicephori interpres.* Qui dicunt Verbum Dei à Patre extenſione & contractione ſegregatum eſſe, & ſubſiſtere id non poſſe: aut qui finem id ſuum habiturum eſſe blaſphemant.

Lib. 12. c. 18.

8. In locum viuentis] *ita ex Theodoreto, Nicephoro, & tomo 1. conciliorum legimus. Exemplar Arnobij,* inuentus eſt ordinatus.

9. Si quis non dixerit Verbum Domini] *Nicephorus.* Si quis non verum Deum eſſe Dei Filium, ſicuti verum Deum Patrem, eius &c.

10. Et non caro cum anima] *Nicephorus.* Vnà cum anima. *Theodoretus.* Et non in carne ſolùm & anima. *Arnobius,* aut anima.

11. Si quis non dixerit] *Hic locus in Arnobij exemplari planè mutilus, poteſt ex tomo primo conciliorum, Theodoreto, & Nicephoro ſic inſtaurari:* Si quis non dixerit Dei Verbum carne paſſum, carne crucifixum, & carne mortem guſtaſſe, primogenitum factum ex mortuis, pro eo atque vita eſt & viuificans, quippe Deus, anathema ſit. Si quis non dicat, eum in carne, quam aſſumpſit, ad dexteram Patris ſedere, &c.

12. Si quis non dixerit] *Hunc anathematiſmum reliquit Nicephorus, aut eius interpres: ſeruat porrò tomus primus Conciliorum cum Arnobio.*

13. Omnia per Filium] *Nicephorus, & tomus primus conciliorum adijciunt,* viſibilia & inuiſibilia: *carent autem quod paulò poſt ſequitur in Arnobio,* quæ ſunt ſaluanda.

14. Quia omnes hæretici] *Votem* quia *ex tomo primo concil. & Nicephoro, addidimus.*

15. Quod ſi quis partiatur] *Arnobius:* Quomodo ſi quis partiatur Patrem dicens & Filium, &c. *Nicephorus ſic clarius effert:* Si quis diuinitatem diuidat, ſingillatim Deum Patrem dicens, &c.

16. Quomodo hæretici] *Notare videtur veteres Gnoſticos, qui traditam à Chriſto baptizandi formulam æquè impiè ac impudenter corrumpebant & immutabant, vt ex Irenæo patet, & nos obſeruauimus in eius libri caput decimum octauum.*

# FINIS.

# INDEX SENTENTIARVM, SEV AVTHORITATVM SACRAE SCRIPTVRAE, QVAE A D. IRENAEO SPARSIM CITANTVR VEL EXPLICANTVR: *librorum, capitum, & verſuum ordine ſeruato.*


*EX GENESI.*

Gene.1. 1. In principio fecit Deus cælum & terram 99.c.148.a
3. Dixit De⁹: Fiat lux, & facta eſt lux. 394. a
26. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. 305.b.318.c.369.d.433.c.458.d
27. Et plaſmauit Deus hominem ad imaginem 369.d.434.b
28. Creſcite, & multiplicamini 341.b
31. Factum eſt veſpere & mane dies vnus 471.c
Gene.2. 1. Et conſummata ſunt cælum & terra, & omnis ornatus eorum 481.a
2. Et conſummauit Deus in die ſexto omnia opera ſua quæ fecit, & requieuit in die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis quæ fecit 481.a. 497.c
7. Sumpſit Deus limum de terra, & plaſmauit hominem 437.c.455.c.458.b
7. Inſufflauit in faciem eius flatum vitæ 369.d.443.d
7. Factus eſt in animam viuam 224.a.433.c.443.d
8. Plantauit Deus paradiſum in Eden contra Orientem, & poſuit ibi hominem, quem plaſmauit 439.d
16. Ab omni ligno quod eſt in paradiſo eſcam manducabitis 466.b.471.a
17. A ligno autem cognoſcendi bonum & malum, non manducabitis: qua autē die mãducaueritis, morte moriemini 471. b
23. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea 241.a
24. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ibid.
25. Erant nudi, & non confundebãtur 301.b
Gene.3. 7. Folijs ficulneis ſe contegerunt 307. c.
8. Audiuit Adam vocē Domini Dei 460. d
13. Serpens ſeduxit me, & manducaui 307.c
14. Et dixit Deus ſerpenti: Quoniam feciſti hoc, maledictus tu ab omnibus pecoribus, & ab omnibus beſtijs terræ 360.b
15. Inimicitiam ponam inter te, & mulierem: & inter ſemen tuum & ſemen eius: ipſe tuum obſeruabit caput, & tu obſeruabis eius calcaneum 309.a.425.c.468.b
16. In dolore paries filios 306.a
17. Maledicta terra in opere tuo ibid.
19. In ſudore vultus tui manducabis panem tuum, quoadusq; conuertaris in terram, ex qua ſumptus es 459.c
Gen.4. 6. Quare iratus es, & cur concidit facies tua 306.d
7. Nonne ſi rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccaſti? quieſce 362.c
7. Ad te conuerſio eius, & tu dominaberis eius 362.d
9. Neſcio. Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? 306.d
10. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me. 455.b
Gene.5. 24. Enoch placens Deo tranſlatus eſt 439.c
Gene.6. 18. Ingredieris arcam tu & filij tui 101.b
Gene.7. 6. Noë fuit annorum ſexcentorum, & diluuium aduenit terræ 483.c
Gene.9. 5. Sanguinem animarum veſtrarum, exquiram illum de manu omnium beſtiarum 455.b
6. Qui effundet ſanguinem hominis, ſanguis pro ſanguine eius effundetur 455. b
27. Dilatet Iaphet, conſtituens eum in domo Sem 245.d
Gen.12. 1. Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam demonſtrabo tibi 266.c
Gen.13. 14. Reſpice ſurſum oculis, & vide à loco hoc, vbi nunc tu es, ad Aquilonem, & Africam, & Orientem, & mare, 495.d
15. Quoniam omnem terram, quam tu vides, tibi dabo, & ſemini tuo vſq; in ſempiternum 495.d
17. Surgens ingredere terram in longitudinem eius, & in latitudinem, quoniam tibi dabo eam 495.d
Gen.15. 6. Credidit Abraham Deo, & deputatum eſt ei ad iuſtitiam 328.d.329.c
18. Semini tuo dabo terram hanc, à flumine AEgypti, vſque ad flumen magnum Euphratem 495.d
Gen.16. 3. Tulit Agar Aegyptiam ancillam ſuã poſt annos decem 101.b
Gen.17. 11. Circuncidetur omne maſculinũ veſtrũ, & circuncidetis carnem præputij veſtri, & erit in ſignum teſtamenti inter me & vos 350.c
Gen.18. 18. Benedicentur in eo omnes gentes 376.b
Gen.19. 24. Et pluit Dominus ſuper Sodomam & Gomorrham ignem & ſulphur à Domino de cælo 246.c.412.d
31. Pater noſter ſenior eſt, & nemo eſt ſuper terram qui intret ad nos, vt oportet omni terræ. 392.c
32. Veni potionemus patrem noſtrum vino, & dormiamus cum eo, vt ſuſcitemus de patre noſtro ſemen 392.c
33. Et intrauit maior nata, & dormiuit cum patre ſuo nocte illa: & nõ ſciuit Lot cùm dormiret nocte illa, & cũ ſurgeret 392.b
35. Et non ſciuit cùm dormiſſet ſecum, nec cùm ſurrexiſſet 392.b
Gen.22. 17. Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli 333.b.
18. In ſemine tuo benedicentur omnes tribus terræ 263.d.376.b
Gen.24. 22. Protulit armillas totidem pondo ſiclorum decem 101.b
Gen.25. 23. Duo populi in vtero tuo, & duæ Gentes in ventre tuo, & populus populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori 376.b
26. Apprehendit calcaneum fratris, & Iacob vocatus eſt 376.c
32. Quid mihi proderũt primogenita? 376.c
Gen.27. 27. Ecce odor filij mei, quaſi odor agri pleni, quem benedixit Deus 497.c
28. Det tibi Deus de rore cæli, & à fertilitate terræ multitudinem tritici, & vini 497.c







29. Et ſeruiant tibi Gentes, & adorent te Principes, & eſto Dominus fratris tui, & adorabunt te filij patris tui. Qui maledicet te, maledictus erit, & qui benedicet te, benedictus erit 497. c
Gen.38. 28. Alter eorum prior protulit manum, in qua obſtetrix coccinum alligauit. 380.c

*EX EXODO.*

Exod.3. 6. Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob 214.b.328.a
7. Videns vidi vexationem populi mei in Aegypto 334.a.344.c
8. Deſcendi liberare eos 246. d.334.a.344.c
14. Ego ſum, qui ſum 246.d
15. Sic dices filijs Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos 246.d
Exo.10. 1. Induraui cor Pharaonis, & famulorum eius 388.d
Exod.12.6. Immolabis paſcha veſpere ad occaſum ſolis 339.d
Exod.13.2. Omne maſculinum aperiens vuluã 17. b
Exo.20. 3. Deos alienos non ſectabimini 247.a
4. Non facies tibi omnem ſimilitudinem in Deum, quæcunque in cælo ſurſum, & quæcunq; in terra deorſum, & quæcunq; in aquis, vel ſub terra 247.c
Exod.23.7. Innocentem & iuſtum nõ occides 382.d
Exo.24. 17. Erat ſpecies gloriæ Domini quaſi ignis ardens 372.a
Exod.25.17. Longitudo eius cubitis duobus & dimidio, latitudo eius vno cubito & dimidio 195.a
23. Duobus cubitis longitudo, & vnius cubiti latitudo, altitudo eius vnius cubiti & dimidij 195.a
31. Candelabrum ſeptem habens calamiſcos, lucernas autem ſeptem 195.b
40. Quoniam facies omnia iuxta typum eorum quæ vidiſti in monte 348.a
Exo.26. 1. Facies decem cortinas de byſſo retorta & cæt. 101.a
Exo.28. 8. Textura erit ex auro & hyacintho, &c. ibid.
Exo.30. 7. Incenſum de ſtacte, & vngula, & galbano, & hedyoſmo, & thure 195. b
Exod.31.13. Et ſabbata mea obſeruabitis: erit in ſignum apud me vobis in generationes veſtras 350.d
Exod.32.1. Fac nobis Deos, qui nos antecedãt 348.d
6. Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere 385.c
Exod.33.2. Emittam ante te Angelum meum 349. a
3. Non enim aſcendam tecum, quoniam populus duræ ceruicis eſt 349.a
20. Nemo videbit Deum, & viuet 103.d.370.d.372.b.373.b

*EX LEVITICO.*

Leu.10. 1. Arreptiſque Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, impoſuerũt ignem &c. 382.a
Leu.11. 3. Omne quod habet diuiſam vngulam & ruminat 445. c.

*EX NVMERIS.*

Num.12.3. Ore ad os loquor ei, quemadmodum ſi quis loquatur ad amicum ſuum, 372.b
Num.15.32. Cùm inueniſſent hominem colligētem arida ligna, &c. 336.c
Num.16.15. Non cõcupiſcens alicuius illorum quid accepi, neq; malè feci alicui eorum 383.a
33. Deſcenderuntq; viui in infernum 382.a
Num.18.20. Hæreditas non erit eis: Dominus enim ipſe hæreditas ipſorum 336.c
Num.24.17. Orietur ſtella ex Iacob, & ſurget dux in Iſrael 251.d.

*EX DEVTERONOMIO.*

Deut.4. 19. Ne quando reſpiciens in cælum, & videns Solem, & Lunam, & ſtellas, & omne ornamentum cæli, errans adores ea, & ſeruias eis 247.c.
Deut.5. 2. Dominus Deus tuus teſtamentum diſpoſuit in Oreb 351.a
3. Et non patribus veſtris diſpoſuit Dominus Teſtamentum hoc, ſed ad vos ibid.
22. Hi ſermones omnes, quos loquutus eſt Dominus ad omnem ſynagogam filiorũ Iſrael in monte, & nihil adiecit, & ſcripſit ea in duabus tabulis lapideis: & dedit mihi; propter hoc vt cuſtodirēt præcepta, hi qui velint ſequi eum 348.a.353.b
24. In die iſta videbimus, quoniam loquetur Deus ad hominem, & viuet 371.b
Deut.6. 4. Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Deus vnus eſt 320.c.470.b
5. Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima tua, &c. 470.b
13. Hũc adorabis, & huic ſoli ſeruies 470. b
16. Non tentabis Dominum Deum tuum, 468.d
Deut.8. 3. Et cibauit te manna, quod non ſciebant patres tui: vti cognoſcas quoniam nõ in pane ſolo viuit homo: ſed & in omni verbo Dei, quod procedit de ore eius, viuit homo 351.b.468.c
Deut.10.12. Et nũc Iſrael, quid Dominus Deus tuus poſtulat à te, niſi timere Dominum Deũ tuum, ambulare in omnibus vijs eius, & diligere eum, & ſeruire Domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. 353.b
16. Circuncidite duritiã cordis veſtri 350.d
Deu.16. 5. Non poteris immolare paſcha in vlla alia ciuitatum tuarum, quam Dominus Deus tuus dat tibi 339.d
6. Niſi in eo loco, quē delegerit Dominus Deus tuus inuocari nomē ſuum ibi. Immolabis paſcha veſpere ad occaſum ſolis 339. d
17. Non apparebis vacuus ante conſpectum Domini Dei tui. 362.b
Deu.18. 1. Nõ erit ſacerdotib. Leuitis in tota tribu Leui pars, neque ſubſtantia cum Iſrael, 336.c
Deu.21. 23. Maledictus omnis qui pendet in ligno 282.d
Deu.28. 66. Et erit vita tua pendēs ante oculos tuos, & non credes vitæ tuæ. 340.a.463.b
Deu.30. 19. Elige vitam, vt viuas tu, & ſemen tuum 353.b
20. Diligere Dominum Deum tuum, & audire vocem eius, & apprehendere eum: quoniam hæc eſt vita tua, & longitudo dierum tuorum 353.b
Deu.32. 1. Attende cælum, & loquar: & audiat terra verba ex ore meo 320.b
4. Deus vera opera eius 285.a
6. Sic populus fatuus, & non ſapiens, hæc Domino retribuiſtis? 339.d
6. Nonne hic ipſe Pater tuus poſſedit te, & fecit te, & creauit te? 340.a 392.c
8. Quando diuiſit Altiſſimus gētes, quemadmodum diſperſit filios Adam, ſtatuit terminos gentium ſecundùm numerum Angelorum Dei 266.b
9. Facta eſt portio Domini populus eius, Iacob funiculum hæreditatis eius Iſrael 266.b

Deut.33.9. Qui dicit patri ſuo, & matri ſuæ, Non noui te,& fratres ſuos non agnouit,& filios ſuos abdicauit: cuſtodiuit præcepta tua,& teſtamentum tuum ſeruauit.336.b

*EX I. REGVM.*

1.Reg.12.2. Ego conuerſatus ſum in conſpectu veſtro,à prima ætate mea, vſq; nunc 383.a
3. Reſpondete mihi in conſpectu Dei, & in conſpectu Chriſti eius, cuius veſtrũ vitulum accepi, aut aſinum, aut ſuper quem potentatus ſum, aut quem oppreſſi, aut ſi de alicuius manu accepi propitiationem, vel calceamentum, dicite aduerſus me,& reddam vobis 383.a
4. Neque potentatus es, neque oppreſſiſti nos, neq; accepiſti de manu cuiuſquam aliquid 383.a
5. Teſtis eſt Dominus, & teſtis Chriſtus eius in die hac, quoniam non inueniſtis in manu mea nihil. Et dixerunt ei: Teſtis 383.b
1.Reg.15.22. Non vult Deus holocauſta & ſacrificia, ſed vult exaudiri vocem ſuam. Ecce auditus bonus ſuper ſacrificium,& auditus ſuper adipem arietum 354.b
1.Reg.21.6. Dedit ei ſacerdos ſanctificatum panem, &c.336.b.

*EX II. REGVM.*

2.Reg.11,27. Nequam autem viſus eſt ſermo quem fecit Dauid in oculis Domini 384.b
2.Reg.12,1. Miſit Dominus Nathan ad Dauid,& dixit ei: Duo viri fuerunt in ciuitate vna, vnus diues,& vnus pauper 384.b
2. Diuiti erant greges ouium & boum multi valde 384.b
3. Pauperi nihil aliud niſi ouicula vna, quã habebat,& nutriebat, & fuerat cum eo, & cum filijs eius pariter, & de pane ſuo manducabat, & calicem bibebat, & erat quaſi filia 384.b
4. Et venit hoſpes homini diuiti,& pepercit accipere de grege ouicularum ſuarũ, & de gregibus boum ſuorum, & facere hoſpiti conuiuium,& accepit ouiculam viri pauperis,& appoſuit viro, qui venerat ad eum.384.c
5. Iratus eſt autem Dauid ſuper hominem illum valde, & dixit ad Nathan: Viuit Dominus, quoniam filius mortis eſt homo ille qui fecit hoc,ibid.
6. Et ouiculam reddet quadruplum pro eo quod fecit factum hoc,& pro eo quod nõ pepercit pauperi ibid.
7. Et ait ad eum Nathan: Tu es vir qui feciſti hoc 384.c
13. Peccaui Domino ibid.

*EX III. REGVM.*

3.Reg.4.32. Locutus tria millia parabolarũ,& quinque millia canticorum 384.c
33. Sapientiam Dei expoſuit phyſiologicè ex omni ligno, & de omni herba, & de volatilibus omnibus, & de quadrupedibus, & de piſcibus 384.d
34. Et omnes eum admirabantur, & omnes reges terræ quærebant faciem eius, vt audirent ſapientiam eius quam dederat illi Deus 384.d
3.Reg.8.27. Si verè Deus, quem cęli non capiunt, ſuper terram habitabit cum hominibus 384.d
3.Reg.10.1. Et regina Auſtri à finibus terræ venit ad eum, ſapientiam, quæ in eo erat ſcitura. 384.d
3.Reg.11.1. Et rex Salomon erat amator mulierum, & accepit ſibi mulieres alienigenas. 384.d
4. Et factum eſt in tempore ſenectutis Salomonis, non erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo. Et diuerterunt mulieres alienigenæ cor eius poſt deos alienos 385.a
6. Et fecit Salomon malignum in conſpectu Domini: non enim abijt poſt Dominum, quemadmodum Dauid pater eius 385.a
9. Et iratus eſt Dominus in Salomonẽ 385.a
31. Tolle tibi decem ſciſſuras,&c.101.b
3.Reg.18.21. Quouſq; claudicabitis vos in ambabus ſuffraginibus? Si vnus eſt Dominus Deus, venite poſt eum 247.a
24. Vos inuocabitis in nomine deorum veſtrorum,& ego inuocabo in nomine Domini Dei mei; & Deus qui exaudiet hodie, ipſe eſt Deus 247.a
36. Domine Deus Abrahã, Deus Iſaac, Deus Iacob 247.b
37. Exaudi me hodie,& intelligat omnis populus hic, quoniam tu es Deus Iſrael ibi.
3.Reg.19.11. Exies cras,& ſtabis in conſpectu Domini,& ecce, Dominus tranſiet,& ecce ſpiritus magnus,& fortis, qui diſſoluet mõtes,& conteret petras in conſpectu Domini,& non in ſpiritu Dominus:& poſt ſpiritum terræmotus 372.c
12. Et non in terræmotu Dominus: & poſt terræmotum ignis, & non igne Dominus:& poſt ignem vox auræ tenuis 372.c

*EX IV. REGVM.*

4.Reg.2,11. Ecce currus igneus,& equi ignei diuiſerunt vtrunque 439.c.d
4.Reg.6.5. Accidit autem, vt cùm vnus materiam ſuccidiſſet, caderet ferrum ſecuris in aquam,&c.461.b

*EX PSALTERIO.*

Pſalm.1.2. Eloquia Dei meditabitur die ac nocte 445.c
Pſalm.2.1. Quare fremuerunt gentes,& populi meditati ſunt inania? 264.b
2. Aſtiterunt reges terræ, & principes congregati ſunt in vnum, aduerſus Dominum,& aduerſus Chriſtum eius 264.b
8. Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam,& poſſeſſionem tuam terminos terræ 246.c.376.d
9. Paſces eos in virga ferrea 373.c
Pſalm.3.6. Ego obdormiui,& ſomnum cœpi 392.d 403.c
Pſalm.8.3. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem 83.d.341.d
Pſal.12. 6. Anima mea exultabit in Domino, iucundabitur in ſalutari eius 341.c
Pſal.13. 2. Non eſt intelligens, aut requirens Deũ 103.d
5. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt ibid.
Pſal.15. 8. Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris mei eſt ne mouear 263.a
9. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, inſuper & caro mea requieſcet in ſpe 263.a
10. Quoniam non derelinques animam meã in inferno, neque dabis ſanctum tuum videre corruptionem 263.b
Pſal.17. 46. Filij alieni mentiti ſunt mihi 426.c
Pſal.18. 1. Cæli enarrant gloriam Dei 83.d



7. A ſummo cælo egreſſio eius,& occurſus eius vſq; ad ſummum cæli,& non eſt qui ſe abſcondat à calore eius 403.c
Pſal.20. 5. Vitam petijt à te,& tribuiſti ei longitudinem dierum in ſæculum ſæculi 224.a
Pſal.21. 19. Partiti ſunt veſtimenta mea, & ſuper veſtimentum meum miſerunt ſortem 403.b
31. Et anima mea illi viuet 443.d
Pſal.22. 4. Nam etſi abiero in medio vmbræ mortis 491.d
Pſal.23. 1. Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & omnes qui habitant in ea 414.a
9. Aperite portas æternas, & introibit rex gloriæ 403.c.
Pſal.31. 1. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata 461.b
2. Beatus homo, cui non imputauit Dominus peccatum ibid.
Pſal.32.6. Verbo Domini cœli firmati ſunt,& ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.114.c 250.b
9. Quoniam ipſe dixit & facta ſunt: ipſe præcepit & creata ſunt 148. a. 250. b. 425.c
Pſal.33.13. Quis eſt homo, qui vult vitam, & amat videre dies bonos? 355.c
14. Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum ibid. & 412.a
15. Declina à malo, & fac bonum: inquire pacem,& ſequere eam 355.c.412.b
17. Vultus autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam ipſorum 387.c
Pſal.39.7. Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi 354.b
8. Holocauſta pro delicto non poſtulaſti 354.b
Pſal.43.22. Propter te morte afficimur tota die, ęſtimati ſumus vt oues occiſionis 190.d
Pſal.44.3. Speciosus forma præ filijs hominum 402.d
4. Accingere gladium tuum, potentiſſimè circa femur tuum 402.d
5. Specie tua, & pulchritudine tua, intende proſperè, procede, & regna, propter veritatem,& manſuetudinem,& iuſtitiam 402.d
7. Sedes tua Deus in æternum, virga directionis, virga regni tui 246.c
8. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatẽ, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. 246. c. 402.d
17. Pro patribus tuis facti ſunt tibi filij tui 301.c.328.b
Pſal.48.13. Homo cùm in honore eſſet aſſimilatus eſt iumentis 427.a.445.b
21. Homo cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis 326.b
Pſal.49.1. Deus deorum Dominus loquutus eſt, & vocauit terram 246.d
3. Deus manifeſtè veniet: Deus noſter,& non ſilebit 246.d.463.c
9. Non accipiam de domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos 354.b
10. Quoniam meæ ſunt omnes beſtiæ terræ, iumenta in montibus & boues 354.c
11. Cognoui omnia volatilia cæli, & ſpecies agri mecum eſt ibid.
12. Si eſuriero non dicam tibi: meus eſt orbis terræ,& plenitudo eius ibid.
13. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? ibid.
14. Immola Deo ſacrificium laudis: & redde Altiſſimo vota tua.ibid.
15. Et inuoca me in die tribulationis tuæ,& eripiam te,& glorificabis me ibid.
Pſal.50.14. Et ſpiritu principali confirma me 280.b
18. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis 354.b
19. Sacrificium Deo Spiritus contribulatus: cor contritum,& humiliatum Deus non deſpicies ibid.
Pſal.57. 4. Alienati ſunt peccatores ab vtero, errauerunt à ventre 255.a.426.d
Pſal.67.19. Aſcendiſti in altitudinem, captiuam duxiſti captiuitatem, dediſti dona hominibus 188.b
Pſal.68. 27. Et ſuper dolorem vulnerum meorum appoſuerunt 300.a
Pſal.75. 2. Notus in Iudæa Deus 251.c.254. a.403.a
3. Et factus eſt in pace locus eius,& habitaculum eius in Sion ibid.
Pſal.77.5. Et legem poſuit in Iſrael 276.c
6. Vt cognoſcat generatio altera, filij qui naſcentur ex his,& ipſi exurgentes enarrabunt filijs ſuis.ibid.
7. Vt ponant in Deum ſpem ſuam, & præcepta eius exquirant ibid.
Pſal.79. 2. Qui ſedes ſuper Cherubim, appare 259.a
Pſal.81. 1. Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem deos diſcernit 246. c.319.b
6. Ego dixi, Dij eſtis,& filij Altiſſimi omnes 246.d.286.d.421.c
Pſal.84.12. Veritas de terra orta eſt 245.a
Pſal.85.13. Et eripuiſti animam meam ex inferno inferiori 491.c
Pſal.90. 11. Quoniam Angelis ſuis Deus mandauit de te 468.a
12. In manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum ibid.
13. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem 309.a
Pſal.94. 4. In manu eius omnes fines terræ, & altitudines montium ipſius ſunt 256.b
5. Quoniam ipſius eſt marè,& ipſe fecit illud, & aridam manus eius formauerunt ibid.
6. Venite adoremus, & procidamus ante eum, ploremus in conſpectu Domini qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter 256.b
Pſal.95. 1. Cantate Domino canticum nouum 337.c
Pſal.97. 2. Notum fecit Deus ſalutare ſuum in conſpectu gentium 255.d
Pſal.98. 1. Dominus regnauit, iraſcantur populi, qui ſedes ſuper Cherubim, commoueatur terra 403.d
Pſal.101.26. Initio terram tu fundaſti Domine, & opera manuum tuarum ſunt cæli 323.c
27. Ipſi peribunt, tu autem perſeuerabis: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent: & ſicut cooperimentum mutabis eos, & mutabuntur ibid.
28. Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient ibid.& 341.b
29. Filij ſeruorum tuorum habitabunt, & ſemen eorum in ęternum dirigetur ibid.
Pſal.103.4. Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & cæt. 210.c
30. Renouabis faciem terræ 327.c.497.b

Pſal.108.8. Et Epiſcopatum eius accipiat alius 188. à
Pſal.109.1. Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, quoaduſque ponam inimicos tuos ſuppedaneum pedum tuorum. 206.d.246.c.257.a.263.b
Pſal.110.10. Initium intelligentiæ timor Domini 307.b
Pſal.113.3. Deus autem noſter in cælis ſurſum, & in terra, omnia quæcunq; voluit fecit 250.b
Pſal.115.11. Omnis homo mendax 414.d.
Pſal.117.22. Lapidem reprobatum ab ædificantibus, hic factus eſt in caput anguli 264.a.411.d
Pſal.123.8. Adiutorium noſtrum à Domino, qui fecit cælum & terram 256.b.320.b
Pſal.129.4. Apud te propitiatio eſt 512.b
Pſal.131.10. Non auertas faciem Chriſti tui 251.c
11. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & nõ diſpernet eum: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. 251. c. 256. a. 263.b.276.a.c.296.b.298.b
Pſal.145.6. Qui fecit cęlum, & terram, & omnia quę in eis ſunt 3.a.51.b.144.d.266.b
Pſal.148.5. Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt 148.a.223.d.250.b.425.c
6. Statuit ea in ſæculum, & in ſæculum ſæculi 223.d

*EX PROVERBIIS.*

Proue.1.20. In plateis autem fiducialiter agit 466.a
21. In ſummis muris prædicatur, in portis autem ciuitatis cõſtanter loquitur 466.a
Prou.3. 19. Deus ſapientia fundauit terram, parauit autem cælum prudentia 370.b
20. Senſu eius abyſſi eruperunt, nubes autem manauerunt ros 370.b
Prou.5. 22. Reſtibus peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur 254.b
Prou.8. 15. Per me Reges regnant, & poteſtates tenent iuſtitiam 472.d
16. Per me principes exaltantur, & tyranni terræ ibid.
22. Dominus creauit me principium viarũ ſuarum, in opera ſua ante ſæculum 370.b
23. Fundauit me in initio, antequam terram faceret ibid.
22. Priuſquam procederẽt fontes aquarum ibid.
25. Antequam montes confirmarentur. Ante omnes autem colles genuit me ibid.
27. Cùm pararet cælum, eram cum illo, & cùm firmos faceret fontes abyſſi ibid. &
29. Quando fortia faciebat fundamenta terræ, ibid.
30. Eram apud eum aptans. Ego eram cui adgaudebat, quotidie autem delectabar ante faciem eius in omni tempore ibid.
31. Cùm lætaretur orbe perfecto, & iocundaretur in filijs hominum ibid.
Prou.19.17. Qui miſeretur pauperi, fœneratur Deo 363.b
Prou.21.1. Cor Regis in manu Dei 472.d

*EX ISAIA.*

Iſaiæ 1. 2. Audi cælum, & auribus percipe terrã, quoniam Dominus locutus eſt 320.b
2. Filios genui, & exaltaui, ipſi autem me ſpreuerunt 426.b
3. Iſrael me autem non cognouit, & populus me non intellexit 103.d
8. Derelinquetur filia Sion ſicut caſa in vinea, & velut cuſtodiarium in cucumerario 325.b
10. Principes Sodomorum, & populus Gomorrhæ 427.a
11. Quò mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum, dicit Dominus? Plenus ſum 354.c
15. Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt 363.a
16. Lauamini, mundi eſtote, auferte nequitias à cordibus veſtris, ab oculis meis, deſinite à malitijs veſtris, diſcite bonum facere 354.c.412.a.427.a
17. Exquirite iudicium, eruite eum qui iniuriam patitur, iudicate pupillo, & iuſtificate viduam ibid.
18. Et venite diſputemus, dicit Dominus 354.c
22. Caupones tui miſcent vinum aqua 342.c
23. Principes tui indicto audientes ſunt, ſocij furum, diligentes munera, ſectantes retributionem, pupillis non iudicantes, & iudicium viduarum non attendentes 322.c
Iſaiæ 2. 3. Ex Sion procedet Lex, & verbum Domini de Ieruſalem 405.d
4. Et arguet populum multum, & concident gladios ſuos in aratra, & lanceas ſuas in falces, & iam non diſcent pugnare ibid. & 406.c
Iſaiæ 5. 6. Et nubibus mandabo ne pluant ſuper eam 280.a
12. Cum citharis, & tympanis, & pſalterijs, & tibijs vinum bibunt: opera autem Dei non intuentur, & opera manuum eius nõ conſiderant 321.c.
Iſaiæ 6. 5. Regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis 372.a
10. Incraſſa cor populi huius, & aures eorũ obtura, & oculos eorum obcæca 388.d
11. Et dixi: Vſquequo Domine? Quoaduſq; deſolentur ciuitates ad non inhabitandum, & domus, vt non ſint homines, & terra derelinquetur deſerta 500.d
12. Longè nos facies Deus homines, & qui remanſerint multiplicabũtur ſuper terram ibid. & 502.c
Iſaiæ 7. 10. Et adiecit Dominus loqui ad Achas 295.b
11. Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni, aut in excelſum ſupra 287.d.295.b.296.c.397.d
12. Et dixit Achas: Non petam, & non tentabo Dominum 295.b
13. Audite domus Dauid 296.a
13. Et dixit: Num puſillum vobis agonem præbere hominibus, & quemadmodum Dominus præſtat agonem? 295.c
14. Propter hoc Dominus ipſe donabit vobis ſignum. Ecce, Virgo in ventre accipiet, & pariet filiũ, & vocabis nomẽ eius Emmanuel 251.c.276.a.291.b.295.c.378.d
15. Butyrum & mel manducabit, priuſquam cognoſcat, aut eligat mala, communicabit bonum 287.d. 295.c
16. Quoniam priuſquam cognoſcat infans bonum vel malum, non conſentiet nequitiæ, vti eligat bonum 295.c
Iſaiæ 8. 3. Veni ad prophetam, & peperit filium 403.a
3. Voca nomen eius, Velociter ſpolia, celeriter diſpartire 276.d
4. Priuſquam ſciat puer vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ, contra regem Aſſyriorum 277.a
Iſaiæ 9. 6. Vocabitur nomen eius admirabilis, cõſiliarius, Deus fortis 403.a
Iſaiæ 11.1. Exiet virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet 254.a





2. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Dei, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientię & pietatis, & implebit eum ſpiritus timoris Domini 254.a.280.a
3. Non ſecundùm gloriam iudicabit, neq; ſecundùm loquelam arguet 254.a
4. Sed iudicabit humili iudiciũ, & arguet glorioſos terræ ibid.
6. Et compaſcetur lupus cum agno, & pardus conquieſcet cum hædo, & vitulus, & taurus, & leo ſimul paſcentur, & puer puſillus ducet eos 498.b
7. Et bos, & vrſus ſimul paſcentur, & ſimul infantes eorum erunt: & leo, & bos manducabunt paleas ibid.
8. Et puer infans in cauernã aſpidum, & in cubile filiorum aſpidũ manũ mittet ibi.
9. Et non malè facient, nec poterunt perdere aliquẽ in monte ſancto meo 498.a
Iſaiæ 12.2. Ecce Deus meus, ſaluator meus, fidens ero in eum 255.d
Iſaiæ 13.9. Ecce dies Domini inſanabilis venit furore & ira plenus, ponere vrbem terræ deſertam, & peccatores perdere ex ea 502.c
Iſaiæ 25.8. Deuorauit mors potens, Deus abſtulit omnem lachrymam ab omni facie 450.c
9. Et dicẽt in illa die, Ecce, Dominus Deus noſter in quem ſperauimus, & exultauimus in ſalute noſtra 338.b
Iſaię 26.10 Tollatur vt non videat gloriam Domini 502.c
19. Reſurgẽt mortui, & ſurgent qui in monumentis ſunt, & lętabuntur qui ſunt in in terra. Ros enim qui à te, ſanitas eſt eis 457.c.500.a
Iſaiæ 27.6. Filij Iacob germinabunt, & florebit Iſrael, & fructu ventris eius adimplebitur vniuerſa terra 324.c.
Iſaiæ 28.16. Sic dicit Dominus: Ecce, ego mitto in fundamenta Sion lapidem pretioſum, electum, ſummum, angularem, honorificum 297.b
Iſaiæ 29.13. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Fruſtra autem colunt me, docentes doctrinas & præcepta hominum 344.b
Iſaiæ 30.1. Feciſtis conſilium, non per me, & teſtamenta non per ſpiritum meum 362.d
25. Et erit ſuper omnem montem altum, & ſuper omnem collem editum aqua pertranſiens in die illa, quando perient multi, quando concident muri. 500.c
26. Et erit lumen Lunæ, quaſi lumen Solis ſeptuplum diei, quando ſanabit contritionem populi ſui, & dolorem plagæ ſuæ ſanabit ibid.
Iſaiæ 31.9. Hæc dicit Dominus: Beatus qui habet in Sion ſemen, & domeſticos in Hieruſalẽ 501.a
Iſaiæ 32.1. Ecce rex iuſtus regnabit, & principes cũ iudicio principabunt ibid.
Iſaiæ 35.3. Confortamini manus reſolutę, & genua debilia 289.d. & ſeq.
4. Adhortamini puſillanimes ſenſu: confortamini, ne timeatis: ecce, Deus noſter iudicium retribuit, & retributurus eſt: ipſe veniet, & ſaluabit nos 290.a
5. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum audient 403.b
6. Quemadmodum ceruus claudus ſaliet, & plana erit lingua mutorum ibid.
Iſaiæ 40.3. Vox clamantis in deſerto: parate viam Domino, rectas facite ſemitas Dei noſtri 251.b.256.d
4. Omnis vallis implebitur, & omnis mõs & collis humiliabitur, & erunt tortuoſa in directa, & aſpera in vias planas 251.b
5. Et videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri ibid.
12. Quis menſus eſt cælos in palmos 368.d
15. Gentes vt ſtillicidium de cado, & ſicut momentum ſtateræ deputauit 483.b
22. Qui velut in manu tenet gyrum terræ, ad quem inhabitantes eam velut locuſtæ ſunt deputati 210.c
Iſaiæ 42.1. Ponam Spiritum meum ſuper eum, & iudicium Gentibus annunciabit 258.c
2. Non cõtendet, neq; clamabit, neq; quiſquam audiet vocem eius in plateis 258.c
3. Calamum quaſſatum non confringet, & linum fumigans non extinguet, &c. 258.c.372.c
5. Dominus Deus, qui fecit cœlum, & affixit illud; qui confirmauit terrã, & quę in ea ſunt, & qui dat afflatum populo, qui eſt ſuper eam, & ſpiritum his, qui calcant eam 320.b.450.c
10. Cantate Domino hymnum nouum. Initium eius glorificatur, & nomen eius à ſummo terræ, virtutes eius in inſulis annunciant 337 c
17. Confundantur omnes qui blaſphemant Deum, & ſculpunt inutilia, &c. 247.a
Iſaiæ 43.5. Ab Oriente attraham ſemen tuum, & ab occaſu colligam te 347.c
6. Et dicam Aquiloni, Adduc: & Auſtro, Noli prohibere: attrahe filios meos de longinquo, & filias meas à ſummitatibus terræ ibid.
7. Omnes enim quotquot vocati eſtis in nomine meo: in gloria enim mea præparaui, & formaui, & feci eum. ibid.
10. Ego teſtis, dicit Dominus Deus, & puer quem elegi, vt cognoſcatis, & credatis, & intelligatis, quoniam ego ſum, & ante me non fuit alius Deus, & poſt me non erit 246.d.327.c
11. Ego ſum Deus, & ante me non eſt Saluator 327.d
12. Annunciaui, & ſaluaui ibid.
18. Antiqua nolite reputare 404.a
19. Ecce facio noua, quæ nunc orientur, & ſcietis: & faciam in deſerto viam ibid.
20. Et in terra inaquoſa flumina ad potandum genus electum populum meum, ibid.
21. Quem acquiſiui, vt virtutes meas enarret ibid.
23. Non obtuliſti mihi oues holocauſtomatis tui, nec in ſacrificijs tuis clarificaſti me: non ſeruiſti mihi in ſacrificijs, nec aliquid laborioſè feciſti in thure. 355.a
24. Nec mercatus es mihi argento incenſum, nec adipem ſacrificiorum tuorum concupiui; ſed in peccatis tuis, & in iniquitatibus tuis ante me ſtetiſti ibid.
Iſaię 45.5. Ego ſum Deus, & præter me non eſt alius Deus 158.d
7. Ego Deus zelans, faciens pacem, & condens mala 423.d
Iſaię 48.12. Ego ſum Deus primus, & ſuper ventura ego ſum 327.d
22. Non eſt gaudere impijs dicit Dominus 95.a

Iſaiæ 49.16. Ecce in manibus meis depinxi muros tuos,& in cõſpectu meo es ſemper 503.a
Iſaiæ 51.6. Alleuate oculos veſtros in cælum,& attendite in terram deorſum, quoniam cælum ſicut fumus confirmatum eſt,terra autem ſicut veſtimentum veteraſcet, qui autem inhabitant in eis, quemadmodum hæc morientur. Salutare autem meum in æternum erit,iuſtitia autẽ mea non deficiet 323.c.403.d
Iſaiæ 52.7. Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium bona, euangelizantium pacem 270.b
Iſaiæ 53.4. Infirmitates noſtras accepit, & lãguores portauit 403.b
7. Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt, quemadmodum agnus ante tõdentem ſe ſine voce,ſic non aperuit os ſuum 265.d. 378.d.396.a
8. In humilitate iudicium eius ablatum eſt 378.d
8. Natiuitatem eius quis enarrabit? 205.c. 265.d.287.b
Iſaiæ 54.11. Ecce ego præparabo tibi, carbunculum lapidem, & fundamenta tua ſaphirum 501.b
12. Et ponam propugnacula tua iaſphin, & portas tuas lapidem cryſtallum, & circum vallum tuum lapides electos ibid.
13. Et omnes filios tuos docibiles Dei, & in multa pace filios tuos ibid.
14. Et in iuſtitia ædificaberis ibid.
Iſaiæ 55.8. Non ſic cogitationes eius,quomodo cogitationes hominum 166.c
Iſaiæ 57.1. Vide quomodo iuſtus perit,& nemo intuetur, & viri iuſti tolluntur, & nemo excipit corde 406.a
16. Spiritus enim à me exiet, & flatum omnem ego feci 450.d
Iſaiæ 58.6. Hoc eſt ieiunium quod ego elegi, dicit Dominus.Solue omnem nodum iniuſtitiæ, diſſolue connexus violentorum commerciorum, dimitte quaſſatos in requiem,& omnem conſcriptionem iniuſtam conſcinde 355.b
7. Frange eſurienti panem tuum ex animo, & peregrinum ſine tecto induc in domũ tuam.Si videris nudum cooperi eum, & domeſticos ſeminis tui ne deſpicias ibi.
8. Tunc erumpet matutinum lumen tuum, & ſanitates tibi citò orientur, & præcedet ante te iuſtitia, & gloria Dei circundabit te: ibid.
9. Et adhuc te loquente dicam, Ecce adſum ibid.
14. Et eris fidens in Domino, & faciet te ingredi ſupra omnem terram, & cibabit te hæreditate Iacob patris tui 500.c
Iſaiæ 60.17. Et dabo Principes tuos in pace, & Epiſcopos tuos in iuſtitia 383.b
Iſaiæ 61.1. Spiritus Dei ſuper me, quapropter vnxit me, euangelizare humilibus miſit me,curare comminutos corde,prçconare captiuis remiſſionem, & cæcis viſionem 254.a.280.a.283.b.378.b
2. Vocare annum Domini acceptabilem, & diem retributionis, conſolari omnes lugentes 190.c.254.a
Iſaiæ 65.1. Palam apparui his, qui me non quærunt 246.d
17. Erit cælum nouum,& terra noua,& non erunt memores priorum, neque obueniet eis in cor:503.b
18. Sed lætitiam & exultationem inuenient in ea ibid.
19. Ecce ego facio Hieruſalem exultatiõnem & plebem meam,etiam non audietur in ea vox fletus, neque vox clamoris 501.b
20. Etiam non fiet ibi immaturus, & ſenior, qui non impleat tempus ſuum.Erit enim iuuenis annorum centum: moriens autem peccator centum annorum,& maledictus erit ibid.
21. Et ædificabunt domus, & ipſi inhabitabunt:& plantabunt vineas, & ipſi manducabunt fructus earum ibid.& 502.c
22. Et non ipſi ædificabunt, & alij inhabitabunt:neque ipſi paſtinabunt, & alij comedent: ſecundùm enim dies ligni vitæ,erunt dies plebis in te. Opera enim laborum tuorum veteraſcẽt 458.a.501.b
25. Tunc lupi & agni paſcentur ſimul,& leo quaſi bos veſcetur paleis, ſerpens autem terram quaſi panem: & non nocebunt, neque vexabunt in monte ſancto meo,dicit Dominus 498.b
Iſaiæ 66.1. Cælum mihi ſedes eſt, terra ſuppedaneum pedum meorum 322.b
2. Super quem aſpiciam, niſi in humilem & quietum, & trementem ſermones meos? 355.b
3. Qui occidit mihi vitulum,quaſi occidat canem 362.d
13. Ego vos aduocabo,& in Hieruſalem aduocabimini 457.d
14. Et videbitis, & gratulabitur cor veſtrũ, & oſſa veſtra quaſi herba orientur, & cognoſcetur manus Domini his qui colunt eum 457.d
22. Quemadmodum cælum nouum,& terra noua, quæ ego facio, perſeuerant in conſpectu meo (dicit Dominus) ſic ſtabit ſemen veſtrum & nomen veſtrum 504.d
24. Vermis ipſorum non morietur, & ignis non extinguetur 216.c

*EX IEREMIA.*

Ierem.1.5. Priuſquam plaſmarem te in vtero, noui te,& priuſquam progredereris de vulua,ſanctificaui te,& Prophetam in gentibus dedi te.458.c
Iere.2. 13. Effoderunt ſibi lacus detritos 310.c
Iere.4.22. Qui præſunt populo meo, me neſciebant, filij enim inſenſati & imprudentes ſunt, ſapientes ſunt in malefaciendo,bene autem facere non cognouerunt 322.c
Iere.5. 8. Equi furentes circa fœminas facti ſunt, vnuſquiſq; ad vxorem proximi ſui hinniebat 427.a.445.b
Ierem.6.17. Conſtitui ſuper vos exploratores, dicentes:Audite vocem tubæ:& dixerunt: Non audiemus 412.b
20. Quò mihi thus de Saba affertis, & cinnamomum de terra longinquã? holocauſtomata & ſacrificia veſtra non delectauerunt me 354.d
Iere.7. 2. Audite ſermonem Domini omnis Iuda 354.d.
3. Hæc dicit Dominus Deus Iſrael. Dirigite vias veſtras,& ſtudia veſtra,& conſtituam vos in loco iſto ibid.
4. Nec confiſi fueritis vobiſmet in ſermonibus mendacibus: quoniam in totum non proderunt vobis dicentes: Templũ Domini, Templum Domini, Templum Domini eſt ibid.

21. Hæc

21. Hæc dicit Dominus: Holocauſtomata veſtra colligite cum ſacrificijs veſtris, & manducate carnes 355.a
22. Quoniam non ſum locutus ad Patres veſtros,nec de holocauſtomatibus & ſacrificijs prçcepi eis,qua die eduxi eos de Aegypto ibid.
23. Sed ſermonem hunc præcepi eis,dicens: Audite vocem meam, & ero De⁹ veſter, & vos eritis populus meus: & ambulate in omnibus vijs meis, quaſcunq; præcepero vobis,vt bene ſit vobis ibid.
24. Et non obaudierunt, nec intenderunt: ſed ambulauerunt in cogitationibus cordis malitiæ ſuæ, & facti ſunt retrorſus,& non ad priora ibid.
25. Et miſi ad vos omnes ſeruos meos Prophetas inter diem & ante lucem 413.c
26. Et non obedierunt mihi, neq; intenderunt aures ipſorum ibid.
28. Et dices eis hunc ſermonem:Hoc genus, quod non obediuit voci Domini, neq; recepit diſciplinam, defecit fides ex ore ipſorum ibid.
29. Reprobauit Dominus, & abiecit gẽtem facientem hæc: 412.b
30. Quoniam fecerunt filij Iuda malignum in conſpectu meo, dicit Dominus 412.b
Ierem.9.2. Quis dabit mihi in deſerto habitationẽ nouiſſimam? 380.d
24. Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere & ſcire quoniam ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam & iuſtitiam, & iudicium in terra: quoniam in his voluntas mea eſt, dicit Dominus 355.a
Iere.10.11. Dij qui non fecerunt cœlum & terram pereant de terra,quæ eſt ſub cœlo 247.a
Ierem.15.9. Exinanita eſt quæ parit, tæduit anima eius, occidit ſol ei, cùm adhuc medius dies eſſet: confuſa eſt, & improperium paſſa eſt, reliquos eorum in gladium dabo, in conſpectu inimicorum eorum 403.c
Iere.16.14. Ecce dies veniunt dicit Dominus, & non dicent adhuc: 500.b
15. Viuit Dominus, qui eduxit filios Iſrael ab Aquilone,& ab omni regione, quo ex pulſi fuerant, reſtituet illos in terram ipſorum, quam dedit patribus ipſorum 500.c
Iere.18.11. Auertimini vnuſquiſq; à via nequiſſima, & meliora facite opera veſtra: 413.c
Iere.22.17. Non ſunt oculi tui, nec cor tuum bonũ; ſed in cupiditate tua, & ad ſanguinem iuſtum vt effundas eum, & ad iniuſtitiã, ad homicidium, vt facias. 362.d
24. Viuo ego, dicit Dominus, ſi factus fuerit Iechonias filius Ioacim, rex Iuda, ſignaculum in manu dextera mea, inde abſtraham eum 298.a
25. Et tradam eum in manu quærentium animam eius ibid.
28. Inhonoratus eſt Iechonias,quemadmodum vas quod non eſt opus, quoniam proiectus eſt in terram, quam non ſciebat 298.a
29. Terra audi ſermonem Domini ibid.
30. Scribe virum hunc abdicatum hominẽ, quoniam non augebit de ſemine eius ſedens ſuper thronum Dauid, princeps in Iuda ibid.
Ierem.23.7. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicent adhuc: 500.b
8. Viuit Dominus,qui eduxit &c.ibid.c
20. In nouiſſimis diebus intelligent ea 381.c
23. Deus appropinquans ego ſum, & non Deus de longinquo 369.a
24. Si abſconditur homo in abſconſis,& ego eum non videbo? ibid.
29 Verbum Domini, quemadmodum bipennis cædens petram 461.c
Iere.31.10. Audite verbum Domini Gentes, & annunciate inſulis, quæ longè ſunt,dicite, quia ventilabit Deus Iſrael, congregabit eum & cuſtodiet eum, ſicut paſcens gregem ouium ſuarum 500.d
11. Quoniam redemit Dominus Iacob, & eripuit eum de manu fortioris eius 256.a.501.a
12. Et venient,& lætabuntur in monte Sion, & venient ad bona, & in terram tritici, & vini,& fructuum, & animalium, & ouium, & erit anima eorum ſicut lignum fructiferum,& non eſurient adhuc 501.a
13. Et tunc gaudebunt virgines in congregatione iuuenum, & ſeniores gaudebunt, & conuertam luctum eorum in gaudium, & faciam eos in exultatione, & magnificabo ibid.
14. Et inebriabo animam ſacerdotum filiorum Leui, & populus meus bonis meis adimplebitur.ibid.
31. Ecce diſponam teſtamentum nouum 337.c.403.d
32. Non quemadmodum diſpoſui patribus veſtris in monte Oreb ibid.
Iere.36.30. Propter hoc, ſic dicit Dominus ſuper Ioacim patrem eius regem Iudææ. Non enim erit ex eo ſedens ſuper thronum Dauid, & mortificatum eius erit proiectum in æſtu diei,& in glacie noctis. 298.b
31. Et reſpiciam ſuper eum, & ſuper filios eius,& inferam ſuper eos, & ſuper inhabitantes Hieruſalem, ſuper terram Iuda,omnia mala, quæ loquutus ſum ſuper eos ibid.

*EX THRENIS.*

Thre.4.20. Spiritus faciei noſtræ Chriſtus Dominus 255.d

*EX BARVCH.*

Baruc.4.36. Circunſpice ad Orientem Hieruſalem, & vide lætitiam, quæ aduentat tibi ab ipſo Deo 502.d
37. Ecce venient filij tui, quos emiſiſti, venient collecti ab Oriente vſq; ad Occidentem, verbo illius ſancti gaudentes eã quæ à Deo tuo eſt claritate. ibid.
Baruch 5.1. Exuere Hieruſalem habitum luctus &c. *totum caput vide ibid.*

*EX EZECHIELE.*

Ezech.1.10. Similitudo vultus eorum facies hominis &c.259.a
Ezechi.2.1. Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini 372.d
Ezec.20.12. Et ſabbata mea dedi eis, vt ſint in ſigno inter me & ipſos, vt ſciant quoniam ego ſum Dominus,qui ſanctifico vos 350.d
24. Et poſt concupiſcentiam cordis ſui erant oculi eorum. 348.d



25. Et ego

25. Et ego dedi eis præcepta non bona, & iuſtiſicationes, in quibus non viuent in eis ibid.
Ezec.28.25. Hæc dicit Dominus: Colligam Iſrael ab omnibus gentibus, vbi diſperſi ſunt illic, & ſanctificabor in eis in conſpectu filiorum gentium: & habitabunt ſuper terram ſuam, quam dedi ſeruo meo Iacob 500.b
26. Et inhabitabunt ſuper eam in ſpe, & ædificabunt domos, & plantabunt vineas, & inhabitabunt in ſpe, quando faciã iudiciũ in omnibus, qui inhonorauerunt eos, in ijs qui in circuitu ſunt eorum, & cognoſcent quoniam ego ſum Dominus, & Deus Patrum ipſorum ibid.
Ezec.36.26. Dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum 403.d
Ezech.37.1. Et facta eſt ſuper me manus Domini, & & duxit me in ſpiritu Dominus &c. *vide ibi vſque ad num.* 11.457. d.& ſeq.
12. Hæc dicit Dominus: Ecce ego aperiam monumenta veſtra, & educam vos de monumentis veſtris, & inducam vos in terram Iſrael 458.a.500.b
13. Et cognoſcetis quia ego ſum Dominus, cùm aperiam ego ſepulchra veſtra, & reducam de ſepulchris populum meum 458.a
14. Et dabo Spiritum meum in vos, & viuetis, & ponam vos in terram veſtram, & cognoſcetis, quia ego Dominus locutus ſum, & faciam, dixit Dominus 458.a. 500.b

*EX DANIELE.*

Danie.2.33. Pedis pars quidem aliqua ferrea, & pars aliqua fictilis 477.b
34. Quoadusque abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & percuſſit imaginem in pedes ferreos & fictiles, & comminuit eos 297.a.373.a.477.b
41. Et quoniam vidiſti pedes & digitos, partem quidem fictilem, partem autem ferream, regnum diuiſum erit, & radix ferrea erit in eo, quemadmodum vidiſti ferrum commixtum teſtæ 477.c
42. Et digiti pedum pars quidem aliqua ferrea, pars autem aliqua fictilis. Pars regni erit fortis, & ab ipſa parte erit minuta ibid.
43. Quoniam vidiſti ferrum commixtum teſtæ, commixtiones erunt in ſemine hominum, & non erunt adiuncti inuicem, quemadmodum ferrum non commiſcetur cum teſta ibid.
44. Et in diebus regum illorum excitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non corrumpetur, & regnum eius alteri populo non relinquetur. Comminuet & ventilabit omnia regna, & ipſum exaltabitur in æternum ibid.
45. Quemadmodum vidiſti quoniam de monte præciſus eſt lapis ſine manibus &c. ibid.
Daniel.3.1. Nabuchodonoſor rex fecit ſtatuam auream altitudine cubitorum ſexaginta 483.c
91. Nonne tres viros miſimus in caminum? 440.a
92. Ecce, ego video quatuor deambulantes in medio ignis, & quartus ſimilis eſt Filio Dei 373.a.440.a
Daniel.7.10. Dena millia denum millium aſſiſtunt ei, & multa millia millium miniſtrant ei 155.c
14. Et poteſtas eius poteſtas æterna, & regnum eius non interibit 373.a
20. Et ecce oculi quaſi oculi hominis in cornu hoc, & os loquens magna, & aſpectus eius maior reliquis videbatur 474.c
21. Et cornu illud faciebat bellum aduerſus ſanctos, & valebat aduerſus eos 474.d
22. Quoadusque venit vetuſtus dierum, & iudicium dedit ſanctis altiſſimi Dei, & tempus peruenit, & regnum obtinuerũt ſancti ibid.
23. Beſtia quarta regnum quartum erit in terra, &c. *vſque ad num.* 26. ibid.
27. Et regnum, & poteſtas, & magnitudo eorum, quę ſub cælo ſunt, datum eſt ſanctis altiſſimi Dei, & regnum eius ſempiternum, & omnes principatus ſeruient ei, & obedient 500.d
Daniel.8.11. Et ſanctum deſolabitur 475.a
12. Et datum eſt in ſacrificium peccatum, & proiecta eſt in terra iuſtitia, & fecit, & proſperè ceſſit ibid.
23. Et in nouiſſimo regni ipſorum exurget rex improbus facie valde, &c. *vſque ad nu.* 26. ibid.
Dan.9. 27. Et in dimidio hebdomadis tolletur ſacrificium & libatio, &c. 475.b
Dan.12.3. Intelligentes fulgebunt quemadmodum claritas firmamenti, & à multis iuſtis ſicut ſtellæ in ſæcula 216.b.381.d
4. Muni ſermones, & ſigna librum, vſq; ad tempus conſummationis, quoadusque diſcant multi, & adimpleatur agnitio 381.c
7. Cùm perficietur diſperſio cognoſcent omnia hæc ibid.
13. Et tu veni, & ſta in ſorte tua, in conſummatione dierum 500.d
Dani.13.42. Qui es abſconſorum cognitor, qui ſcis omnia antequam fiant 376.c
52. Inueterate dierum malorum, nunc aduenerunt peccata tua quę faciebas antea, 382.d
53. Iudicans iudicia iniuſta, & innocentes quidem damnabas, dimittebas verò nocentes, dicente Domino: Innocentem & iuſtum non occides ibid.
56. Semen Chanaan, & non Iuda, ſpecies ſeduxit te, & concupiſcentia euertit cor tuum ibid.
Dan.14.3. Quare non adoras Bel? 328.b
4. Quoniam non colo idola manufacta, ſed viuum Deum, qui conſtituit cælum & terram, & habet omnis carnis dominationem ibid.
24. Dominum Deum meum adorabo, quoniam hic eſt Deus viuus ibid.

*EX OSEA.*

Oſee 2. 24. Qui non erat populus, populus; & non dilecta, dilecta 57.b.251.b.373.c
Oſee 4.1. Non eſt in eis veritas, neque agnitio Dei 103.d
Oſee 6.6. Miſericordiam volo plus quàm ſacrificium, & agnitionem Dei ſuper holocauſtomata 355.c
Oſee 12.10. Ego viſiones impleui, & in manibus Prophetarum aſſimilatus ſum 267.c. 371.c
Oſee 13.14. Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt morſus aculeus tuus? Vbi eſt mors victoria tua? 452.d





*EX IOELE.*

Ioel.2. 28. Erit in nouiſſimis diebus, effundam de ſpiritu meo in omnem carnem, & prophetabunt 263.a. 450.d

*EX AMOS.*

Amos 1. 2. Dominus ex Sion loquutus eſt, & ex Hieruſalem dedit vocem ſuam 290.c
Amos 5. 25. Nunquid ſacrificia & oblationes obtuliſtis mihi annis quadraginta in eremo domus Iſrael? 319.a
26. Et accepiſtis tabernaculum Moloch, & ſtellam Dei Rempham, figuras quas feciſtis adorare eas ibid.
Amos 8.9. In illa die dicit Dominus: Occidet ſol meridie, & erunt tenebræ ſuper terram in die lucis 403.c
10. Et conuertam dies feſtos veſtros in luctum, & vniuerſa cantica veſtra in lamentationem ibid.
Amos 9.11. Poſt hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & diſturbata eius ædificabo, & erigam illud 268.a
12. Vti requirant reliqui hominum Dominum, & omnes Gentes, in quibus inuocatum eſt nomen meum ſuper eos, dicit Dominus faciens hæc ibid.

*EX IONA.*

Ionæ 1. 9. Seruus Domini ego ſum, & Dominum Deum cæli ego colo, qui fecit mare, & aridam .289.b
Ionæ 2. 1. Ionas in ventre ceti tres dies & tres nõctes manſit 289.a.491.c
3. Clamaui ad Dominum meum in tribulatione mea, & exaudiuit me de ventre inferni 289.b
Ionæ 3. 8. Et reuerſi ſunt vnusquiſq; à via ſua mala, & iniuſtitia, quæ erat in manibus eorum ibid.
9. Quis ſcit ſi conuertatur Deus, & auertat iram ſuam à nobis, & non peribimus? ibid.

*EX MICHAEA.*

Mich. 7.19. Ipſe conuertetur, & miſerebitur noſtri, diſſoluet iniuſtitias noſtras, & proijciet in altitudinẽ maris peccata noſtra 290.c

*EX HABACVC.*

Habac.2.4. Iuſtus ex fide viuet 405.b.
Habac.3.2. In eo cùm appropinquarint anni, cognoſcêris, in aduentu temporis oſtendêris, in eo quod turbetur anima mea in ira, miſericordiæ tuæ memoraberis 277.d.& ſeq.

*EX ZACHARIA.*

Zach.7. 9. Hæc dicit Dominus omnipotens: Iudicium iuſtum iudicate, pietatem & miſericordiam facite vnuſquiſq; ad fratrem ſuum 355.b.412.a
10. Viduam, & orphanum, & proſelytum, & pauperem nolite opprimere, & vnuſquiſq; malitiæ fratris ſui non reminiſcatur in corde ſuo ibid.
Zach.8.16. Hi ſunt ſermones, quos facietis; Loquimini veritatem vnuſquiſque ad proximum ſuum, & iudicium pacificum iudicate in portis veſtris 355.c
17. Et vnuſquiſq; malitiam fratris ſui non recogitet in corde ſuo, & iurationem falſam ne dilexeritis. Quoniam hæc omnia odi, dicit Dominus omnipotens. ibid.
Zach.9. 9. Sedens ſuper pullum aſini 403.b
Zach.12.10. Videbunt in quem compunxerunt 402.c

*EX MALACHIA.*

Malac.2.10. Nonne vnus Deus, qui conſtituit nos? Nõne Pater vnus eſt omnium noſtrum?
Malach.3.1. Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuã, qui præparabit viã tuam 256.d.258.a
Malac.4.1. Dies Domini quaſi clibanus ardens, & erunt ſtipula omnes peccatores, qui faciunt iniuſta, & comburet eos dies veniens 325.b

*EX MATTHAEO.*

Matth.1.1. Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham 259.b.276.a
18. Chriſti autem generatio ſic erat. Cùm eſſet deſponſata mater eius Ioſeph, priuſquam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. 276.a.295.b
20. Ne timeas aſſumere Mariam coniugem tuam, quod enim habet in ventre, ex Spiritu ſancto eſt 276.a.378.b
21. Pariet autem Filium, & vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluabit populum ſuum à peccatis eorum ibid.
22. Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino, per Prophetam dicentem: ibid.
23. Ecce, Virgo in vtero accipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod interpretatum eſt, Nobiſcum Deus ibid.
Matth.2.2. Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. 253.d
13. Angelus Domini apparuit Ioſeph in ſomnis 251.c
15. Vti adimpleatur quod dictum eſt à Domino per Prophetam; Ex Aegypto vocaui filium meum 251.c
Matth.3.7. Progenies viperarum, quis vobis monſtrauit fugere ab ira ventura 251.b
8. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ ibid.
9. Et nolite dicere in vobis ipſis: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens eſt Deus, ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ 251.b.333.b. 496.a.500.b
10. Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt 461.c
10. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, abſcindetur, & in ignem mittetur 336.c
12. Ventilabrum in manu eius, &cæt. 19.a. 396.a
12. Colliget triticum in horrea, paleas autem comburet igni inextinguibili 402.d. 479.b
16. Aperti ſunt ei cœli, & vidit Spiritum Dei, quaſi columbam venientem ſuper eum. Et ecce vox de cælo, dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui 254.a.280.a
Matth.4.2. Cũ ieiunaſſet quadraginta diebus, poſtea eſurijt 468.c
3. Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant 331.b.468.c
4. Non in pane ſolo viuit homo: ſed & in omni verbo Dei, quod procedit de ore eius 351.b.468.b
6. Si filius Dei es mitte te deorſum & cæt. 468.d
7. Item ſcriptum eſt: Non tentabis Dominum Deum tuum. ibid. & 470.b
9. Hæc omnia mihi tradita ſunt, & cui volo, do ea 472.d.473.b

9. Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraueris me 470.c
10. Vade Sathana, ſcriptum eſt enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies 469.a
Matth.5.4. Beati mites, quoniam ipſi hæreditabunt terram 300.a.447.b.496.b
8. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt 338.b.370.d
10. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam 400.d
12. Sic enim perſecuti ſunt Prophetas ibid.
15. Vos eſtis lumen mundi 333.c
17. Luceat lumen veſtrum coram hominibus, vt videant bona facta veſtra, & glorificēt Patrē veſtrũ, qui in cælis eſt 417.d
18. Ne putetis quoniam veni ſoluere Legē aut Prophetas: non veni ſoluere, ſed adimplere. 405.b
19. Amen enim dico vobis, donec pertranſeat cœlum & terra, iota vnum, aut vnus apex non tranſiet à Lege & Prophetis, quoaduſq; omnia fiant ibid.
22. Non occides &c. 345.c.d
23. Qui iraſcitur ſine cauſa fratri ſuo 216.a.353.c
24. Cùm igitur offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quoniam frater tuus habet aliquid aduerſum te, 362.a
25. Dimitte munus tuum ante altare, & vade primùm reconciliari fratri tuo, & tunc reuerſus offeres munus tuum ibid.
26. Cùm es cum aduerſario tuo in via, da operam vt libereris ab eo &c. 122.c
28. Dictum eſt antiquis: Non mœchaberis 345.b.d
29. Ego autem dico vobis, quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo ibid. & 353.c
34. Ne iuraueritis in totum 322.b
35. Neq; in cœlũ; quoniam thronus eſt Dei: neq; in terram; quoniam ſcabellum eſt pedum eius: neq; per Hieruſalem; quoniam ciuitas eſt magni regis ibi. & 323.b
40. Tollenti tibi tunicam, remitte ei & pallium 345.d
44. Diligite inimicos veſtros, & orate pro eis qui vos oderunt 284.a
45. Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper malos, & bonos; & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos 190.c.414.b.434.c.419.c
Matth.6.3. Cùm facis eleemoſynam, non ſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra tua 390.d
12. Et remitte nobis debita noſtra 460.c
19. Non poſſidentes theſauros in terra 350.d
24. Nō poteſtis duob⁹ dominis ſeruire 249.d
Matth.7.1. Nolite iudicare, ne iudicemini: 390.c
2. In quo enim iudicio iudicabitis, iudicabitur de vobis ibid.
5. Hypocrita, exime prius trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies auferre feſtucam de oculo fratris tui ibid.
7. Quærite & inuenietis 169.c.181.c.211.a
25. Qui ędificauit domum ſuam in petra firma & valida 202.b.310.c
Matth.8.11. Multi ab Oriente & Occaſu venient & recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cœlorum: 335.a.415.a.486.a
12. Filij autem regni ibunt in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium 415.a
13. Secundum fidem tuam fiat tibi 418.b
20. Non habet filius hominis vbi caput reclinet 35.a
22. Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos 446.d
Matth.9.2. Remittuntur tibi peccata tua 460.d
6. Vt ſciatis quoniam poteſtatem habet Filius hominis remittere peccata 461.a
8. Videntes populi clarificauerunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus 460.d
16. Nemo immittit cōmiſſuram veſtimenti noui in veſtimentum vetus, 407.c
17. Neç mittunt vinum nouum in vtres veteres 404.a.407.c
Matth.10.6. Ite ad oues quæ perierunt domus Iſrael 322.c
8. Gratis accepiſtis, gratis & miniſtrate 21.a.218.c
15. Tolerabilius Sodomis & Gomorræ erit in iudicio, quàm ciuitati illi 387.d.479.b
16. Ante duces & reges ſtabitis propter me 283.d
20. Non enim vos eſtis qui loquimini & c. 280.a
24. Nemo eſt diſcipulus ſuper magiſtrum 491.d
26. Nihil eſt opertum, quod non manifeſtabitur. 5.a
28. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: timete autem magis eum qui habet poteſtatem & corpus & animam mittere in gehennam 283.d
29. Nonne duo paſſeres aſſe væneunt, & vnus ex his non cadet ſuper terram ſine Patris veſtri voluntate? 200.d.470.c
30. Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt 200.d
32. Omnis qui confitebitur me coram hominibus &c. 283.d
34. Non veni mittere pacem, ſed gladiũ 19.a
38. Qui non tollit crucem ſuam &c. 17.c
39. Quicunq; ſaluauerit animam ſuam, perdet eam; & qui perdiderit, inueniet eam 283.d
Matt.11.11. Nemo in natis mulierum maior eſt Ioanne Baptiſta 255.a
12. Et qui vim faciunt, diripiunt illud 418.d
19. Venit Filius hominis manducans & bibens 392.d
19. Iuſtificata eſt ſapientia à filijs eius 37.a
23. Et tu Caphernaum nunquid vſq; ad cœlum exaltaberis? Vſq; ad inferos deſcendes. Quoniam ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, mãſiſſent vſq; in hodiernum diem 412.d
24. Veruntamen dico vobis, tolerabilius erit Sodomis in die iudicij quã vobis ibi.
25. Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ 320.b
27. Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo 370.a
27. Nemo cognoſcit Patrem, niſi Filius; neque Filiũ, niſi Pater; & quibus Filius reuelauerit 152.c.172.b.214.b.287.b.330.a.d.334.b
28. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis 105.c
Matth.12.3. Non hoc legiſtis, quod fecit Dauid, cùm eſuriſſet 336.b
4. Quemadmodum introiuit in domum Dei, & panes propoſitionis manducauit, & dedit eis qui cum eo erant, quos non licebat manducare, niſi ſolis Sacerdotibus? ibid.


6. Plus




6. Plus eſt templo hic. 338.a
7. Si enim cognouiſſetis quid eſt, Miſericordiam volo, & non ſacrificium, nunquam condemnaſſetis innocentes 355.c
18. Ecce puer meus &c. Ponam Spiritum meum ſuper eum, & iudicium Gētibus annunciabit, &c. *vſque ad num.* 22. 258.c
25. Omne regnum diuiſum in ſe, deſolabitur, &c. 477.b
29. Quomodo quis poteſt diripere vaſa fortis, ſi non prius ipſum alliget fortem, & tunc domum eius diripiet 250.a.469.b
36. Omnem ſermonem otioſum, quem locuti fuerint homines, reddent pro eo rationem in die iudicij 184.b.353.c
40. Quemadmodum Ionas in ventre ceti tres dies & tres noctes manſit, ſic erit Filius hominis in corde terræ 491.c
42. Regina Auſtri in iudicio reſurrectura eſt cum eorum natione &c. 384.d
Matt.13.10. Quare in parabolis loqueris eis? 388.d
11. Reſpondit Dominus: Quoniam vobis eſt datum cognoſcere myſterium regni cælorum ibid.
13. Illis autem in parabolis loquor, vt vidētes non videant, & audientes non audiant, intelligentes non intelligant ibid. & 389.a
14. Vt adimpleretur apud eos prophetia Eſaiæ dicens: ibid.
15. Incraſſa cor populi huius, & aures eorũ obtura, & oculos eorum obcæca 388.d
16. Veſtri autem beati oculi &c. ibid.
17. Multi Prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ videtis, & nō viderunt: & audire quæ auditis, & non audierũt. 341.a. 377.d
25. Cùm dormirent homines inſeminauit inimicus materiam zizaniæ 425.b.448.c
30. Triticum congregate in horreum 325.b 425.b.479.b.481.a
38. Ager autem ſæculum eſt 425.b
40. Quemadmodum colliguntur zizania, & in ignem mittuntur &c. *vſque ad num.* 44. 425.b
43. Iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno Patris eorum 216.b
44. Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro 381.c
52. Similis patrifamiliâs, qui de theſauro ſuo profert noua & vetera 381.d
Matt.15.3. Quare vos tranſgredimini præceptum Dei propter traditionem veſtram 338.d. 342.c
4. Deus enim dixit: Honora patrem & matrem &c. 338.d.
24. Ad oues, quæ perierant domus Iſrael. 270.b.379.a
Matt.16.6. Attendite à fermento Phariſæorum, & Saducæorum, 427.a
13. Quem me homines dicunt eſſe Filium hominis? 283.b
16. Tu es Chriſtus Filius Dei viui. 283.c. 287.b
17. Quoniam caro & ſanguis non reuelauit tibi 270.c.283.c
24. Si quis vult poſt me venire, abneget ſe, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me 283.c
25. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluã facere, perdet illam, &c. 283.c
Matt.17.3. Ecce apparuerũt Moyſes & Helias cum eo loquentes 372.b
5. Ecce Filius meus dilectiſſimus, in quo bene ſenſi 258.c
27. Illum ſumens da illis pro me & te 473.a
Matt.19.5. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem 241.a
7. Quare ergo Moyſes pręcepit dare libellum repudij, & remittere vxorē? 349.a
8. Hæc vobis propter duritiam cordis veſtri permiſit, ab initio autem non ita factum eſt 349.a
17. Magiſter bone &c. Quid me dicis bonum? vnus eſt bonus pater in cælis 105.c
17. Si vis in vitam introire, cuſtodi præcepta 344.c.
18. Non mœchaberis, non occides, non furaberis &c. ibid.
19. Honora patrem & matrem &c. ibid.
20. Omnia feci ibid.
21. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & diuide pauperibus, & veni & ſequere me ibid.
26. Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum 161.d
29. Quicunque dimiſerit agros, aut domos, aut parentes, &c. centuplum accipiet in hoc ſæculo &c. 497.c
Matt.20.1. Simile eſt regnum cælorum homini patrifamiliâs &c. 11.c.17.a.414.c.
16. Multi vocati, pauci electi 386.d.349.b
23. Calicem meum bibetis 241.b
Matt.21.9. O ſanna fili Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini, o ſanna in excelſis 341.d
13. Scriptum eſt: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum 322.b
16. Audis quid iſti dicunt? ait Dominus: Nũquam legiſtis: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem? 341.d
23. In qua virtute hoc facis? 105.c
28. Homo quidam habebat duos filios &c. 414.d.
31. Publicani & meretrices præcedunt vos in regno cœlorum. 374.a
33. Homo erat quidam paterfamiliâs, & plantauit vineam, & ſepem circundedit ei &c. 411.c
Matt.22.2. Simile eſt regnum cælorũ regi nuptias facienti filio ſuo &c. *vſque ad num.* 15. 413.a b.c.d.
7. Mittens exercitus ſuos perdidit interfectores illos, & ciuitatem illorum incendit 414.a
21. Redde Cæſari quæ Cæſaris ſunt, & quæ Dei Deo 249.d
29. Erratis, neſcientes Scripturas, neq; virtutem Dei 327.d.328.a
30. In reſurrectione ceſſabunt generare & generari, ducere vxorē, & nubere 222.b
31. De reſurrectione mortuorum non legiſtis quod dictum eſt à Deo dicēte: 328.a
32. Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac &c. ibid.
40. Ex his duobus præceptis tota lex pendet, & Prophetæ 342.d
Matt.23.2. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi 344.b
3. Omnia itaq; quæcunq; dixerint vobis, cuſtodite, & facite; ſecundùm autem opera eorum nolite facere. dicunt enim, & non faciunt ibid.
4. Alligant enim ſarcinas graues &c. ibid.
9. Vnus eſt Pater, qui eſt in cœlis. 319.b
24. Liquantes culicem, & camelum tranſglutientes 399.b
26. Phariſæe cæce, emunda quod eſt intus


 calicis;

calicis,vt fiat & quod foris eſt, mundum 362.d
27. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quoniam ſimiles eſtis monumentis dealbatis &c.ibid.c
28. Sic & vos à foris quidem apparetis hominibus quaſi iuſti &c. ibid.
33. Progenies viperarum 426.d.
34. Ecce,mitto ad vos Prophetas, & ſapientes,& doctores, & ex his interficietis & crucifigetis &c. 283.d.337.b 402.a
35. Exquiretur omnis ſanguis iuſtus, qui effunditur ſuper terram &c.455.b
36. Etiam dico vobis, venient omnia iſta ſuper generationem iſtam ibid.
37. Hieruſalem, Hieruſalem,quæ interficis Prophetas &c.414.d.418.b.
38. Ecce,relinquetur vobis domus veſtra deſerta ibid.
Matt.24.15. Cùm videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt per Danielem Prophetam 475.b.485.b
16. Tunc qui in Iudæa ſunt,fugiant in montes 474.c
17. Et qui in tecto eſt, non deſcendat tollere quicquam de domo ibid.
21. Erit enim tunc preſſura magna, qualis non eſt facta ab initio ſæculi, vſq; nunc, ſed neq; fiet 403.d.474.c.483.b
30. Videbunt filium hominis veniẽtem ſuper nubes 402. c
35. Terra & cælum tranſiet 503.c
37. Quomodo factum eſt in diebus Noe, manducabant & bibebant,&c.412.c
45. Quis erit fidelis actor, bonus & ſapiens, quem præponit Dominus ſuper familiã ſuam, ad danda eis cibaria in tempore? 383.b
46. Beatus ille ſeruus, quem veniens Dominus inuenerit ſic facientem ibid.
48. Si autem dicat ſeruus in corde ſuo:Tardat Dominus meus &c. *vſque ad finem cap.* 417.d
Matt.25.2. Sapientes virgines quinq;, & ſtultæ ſimiliter quinq; 197.b
21. Euge ſerue bone, & fidelis, quia in modico fidelis fuiſti, ſupra multa te conſtituam,intra in gaudiũ Domini tui 341.c
34. Venite benedicti Patris mei, percipite præparatum vobis regnum 363.c.388.a.425.a
35. Eſuriui enim,& dediſtis mihi manducare;ſitiui,& potaſtis me:hoſpes fui,& collegiſtis me: 363.c.390.d
36. Nudus,& cooperuiſtis me,&c. ibid.
41. Abite maledicti in ignem perpetuum, quem pręparauit Pater meus Diabolo & angelis eius 155.c.306.b.388.a.402.d.425.a.479.b
Matt.26.24. Væ homini, per quem filius hominis tradetur 189. a
24. Expediebat ei,ſi nõ eſſet natus 387.d
26. Hoc eſt Corpus meum 355.c
27. Bibite ex eo omnes 497.b
28. Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum ibid.
29. Dico autem vobis, à modo non bibam de generatione vitis huius &c.ibid.
38. Triſtis eſt anima mea 35.a.300.a
39. Pater, ſi poſſibile eſt,tranſeat à me calix iſte 35.a
41. Spiritus quidem promptus, caro infirma 446.d
43. Venit iterum,& inuenit eos dormientes 377.c
Matt.27.46. Deus meus, Deus meus vt quid me dereliquiſti? 35.a
Matt.28.19. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris &c. 280.b

*EX MARCO.*

Marc.1.1. Initium Euangelij Ieſu Chriſti Filij Dei 256.d.259.b.276.c
2. Quemadmodum ſcriptum eſt in Prophetis: Ecce, mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam 256.d
3. Vox clamantis in deſerto, Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ante Deũ noſtrum ibid.
24. Scio te qui es:Sanctus Dei 331.b
Marc.8.27. Quem me homines dicunt eſſe Filium hominis? 283 b
31. Oportet filium hominis multa pati, & reprobari, & crucifigi, & die tertio reſurgere.177.b
34. Tollens crucem,ſequere me 17.c
Marc.9.23. Omnia poſſibilia ſunt credenti 418.b
44. Vermis ipſorum non morietur, & ignis non extinguetur 216.c
Marc.10.38. Poteſtis baptiſmo baptizari,quo ego debeo baptizari?107.d
Marc.13.14. Cùm autem videritis abominationem deſolationis &c.474.c
32. De die autem illa, & hora nemo ſcit,neq; Filius,niſi Pater ſolus 205.c
Marc.14.24. Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, &c.497.b
37. Et venit, & inuenit eos dormientes. 377.c
Marc.16.18. Super ſerpentes & ſcorpiones calcabunt 188.b
19. Et quidem Dominus Ieſus,poſtquam loquutus eſt eis,receptus eſt in cælos,& ſedet ad dexteram Dei 257.a

*EX LVCA.*

Lucæ 1. 6. Erant autem iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iuſtitijs Domini ſine querela 254.d
8. Factum eſt autem cùm ſacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ ante Deum 254.d.255.a
9. Secundùm conſuetudinem ſacerdotij, ſorte exiuit vt incenſum poneret,& venit, vti ſacrificaret, intrans in templum Domini ibid.
15. Erit magnus in conſpectu Domini 255.a
16. Et multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum ibid.
17. Et ipſe præcedet in conſpectu eius, in ſpiritu & virtute Heliæ, præparare Domino plebem perfectam 255.a.257.a
30. Noli timere Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum 255.b
32. Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur,& dabit ei Dominus Deus thronum Dauid patris ſui ibid.& 276.c
33. Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis 255.b
35. Spiritus ſanctus adueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit te, quapropter quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei 295.b.433.b
38. Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum 301.b





42. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui 296.c
46. Magnificat anima mea Dominum 255.b. 332.d
47. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo ibid.
68. Benedictus Dominus Deus Iſraël, &c. *vſque ad num.*78.255.c.d.
75. In ſanctitate & iuſtitia omnes dies noſtros 370.d
78. In qua conſpexit nos Oriens ex alto 255.c.460.d
79. Et apparuit his,qui in tenebris & vmbra mortis ſedebant,&direxit pedes noſtros in viam pacis 255.c
Lucæ 2. 11. Quoniam generatus eſt in domo Dauid Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus 156.a
13. Multitudo exercitus cæleſtis laudantiũ Deum & dicentium ibid.
14. Gloria in excelſis Deo,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis ibid.a.c
20. Paſtores reuertebantur, glorificantes Deum in omnibus quæ audierant, & viderant,quemadmodum & narratum eſt ad eos 256.c
22. Cùm impleti eſſent dies purgationis,impoſuerunt eum in Hieruſalem, aſtare eum Domino,ibid.
23. Quemadmodum ſcriptum eſt in lege Domini: Quoniam omne maſculinum adaperiens vuluam,ſanctum Domino vocabitur 17.b.256.c
24. Et vt darent ſacrificium, ſecũdùm quod ſcriptum eſt in Lege Domini, par turturum,aut duos pullos columbinos.256.d
29. Nunc remittis ſeruum tuum Domine, in pace 35.c.256.332.d
30. Quoniam viderunt oculi mei ſalutare tuum &c.*vſque ad num.*33.256.d.332.d
34. In ruinam & in reſurrectionem multorum 479.b
36. Anna Prophetiſſa &c.35.c.256.d
38. Clarificabat Deum, & loquebatur de eo omnibus, qui expectabant redemptionẽ Hieruſalem 256.d
46. Inuenerunt ſedentem in medio doctorum 17.a
49. Non ſcitis quoniam in his quæ Patris mei ſunt oportet me eſſe? 105.c
Lucæ 3. 4. Vox clamantis in deſerto; Parate viam Domini,rectas facite ſemitas Dei noſtri 251.b.257.a
8. Potens eſt enim Deus ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. 333. b. 380. b. 422.d
9. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum,excidetur, & in ignem mittetur 413.a
11. Qui habet duas tunicas, det ei qui non habet: & qui habet eſcam, ſimiliter faciat 390.c.
16. Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni 326.a
17. Palam habens in manu eius ad emundandam aream ſuam,&fructum congregabit in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili 19. a. 326. a. 396.a.
23. Ieſus autem erat quaſi incipiẽs triginta annorum, &c.192.a
Lucæ 4. 6. Hæc omnia tibi dabo, quoniam mihi tradita ſunt, & cui volo, do ea 469.a. 472.d
7. Si procidens adoraueris me 469.a
18. Spiritus Dei ſuper me,propter quod vnxit me, euangelizare humilibus miſit me, curare comminutos corde 254. a. 283.b
19. Præconare captiuis remiſſionem, & cæcis viſionem 254.a
19. Vocare annum Domini acceptabilem, & diem retributionis 190.b.254.a
21. Hodie impleta eſt ſcriptura hæc in auribus veſtris 378.d
34. Scio te qui es,ſanctus Dei 331.b
Lucæ 5. 20. Remittuntur tibi peccata tua 460.d
31. Non eſt opus ſanis medicus,ſed malè habentibus 245.c
32. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam ibid.
Lucæ 6.24. Væ vobis diuites, quoniam percipitis conſolationem veſtram 272.a
25. Væ vobis qui ſatiati eſtis, quoniam eſurietis, & qui ridetis nunc, quia plorabitis. ibid.
26. Væ vobis cùm benedixerint vos homines omnes ibid.
40. Nemo eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: perfectus autem omnis erit, ſicut magiſter eius 391.d.491.d
46. Quid mihi dicitis Domine, Domine, & non facitis quæ dico vobis? 417. d. 445.d
Lucæ 7.15. Iuuenis,tibi dico,ſurge: & ſedit mortuus,& dedit eum matri ſuæ 452.b
37. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix &c. 272.b
47. Cui plus dimittitur,plus diligit.289.c
Lucæ 8. 10. Vobis eſt datum cognoſcere myſterium regni cælorum, illis autem in parabolis &c.388.d
17. Nihil eſt opertum, quod non manifeſtabitur &c.5.a
42. Filia ferè annorum duodecim 33.b.
45. Quis me tetigit?17.b.187.d.193.b
51. Nullum permiſit intrare,niſi Petrum,& Iacobum,& Ioannem, & patrem,& matrem puellæ 197.b
Lucæ 9. 22. Quoniam oportet filium hominis multa pati à ſacerdotibus, & reprobari &c. 283.c
60. Remitte mortuos ſepelire mortuos ſuos 35.a
61. Permitte mihi ire,& renunciare domeſticis ibid.
62. Nemo ſuper aratrum manum imponens &c. ibid.
Lucæ 10.7. Dignus operarius eſca ſua 336.c
16. Qui vos audit, me audit: & qui vos contemnit,me contemnit, & eum, qui me miſit 228.d.229.c
18. Videbam Sathanam ſicut fulgur de coelo cadentem 280.c
19. Ecce do vobis poteſtatem calcãdi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici 473.c
21. Confiteor tibi Pater Domine cęli & terræ, quoniam abſcondiſti ea à ſapientibus &c.105.d.320.b
22. Nemo cognoſcit Patrem niſi Filius;neq; Filium, niſi Pater; & quibus Filius reuelauerit 152.c.330.a.d
24. Multi Prophetæ & iuſti cupierunt videre,quæ videtis,& non viderunt: & audire quæ auditis,& non audierunt 341.a
27. Diliges Dominum Deum tuum &c. 342.d.344.a

30. Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Iericho,&c.280.d.

Lucæ 11.26. Aſſumit alios ſpiritus ſeptem nequiores ſemetipſo 95.b

Lucæ 12.2. Nihil eſt opertum, quod non manifeſtabitur,&c.5.a

20. In hac nocte expoſtulabunt animam tuã à te, quæ autem præparaſti, cuius erunt? 272.b

35. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris 412.c. 417.d.

36. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum quãdo reuertatur à nuptijs, vt cùm venerit, & pulſauerit, aperiant ei ibid.

37. Beati ſerui illi, quos veniẽs Dominus inueniet vigilantes 417.d.500.c

37. Amen dico vobis quoniam pręcingetur, & recumbere eos faciet, & miniſtrabit eis 500.c.

38. Et ſi venerit veſpertina vigilia, & inuenerit ſic, beati ſunt ibid.

43. Beatus ſeruus ille, quem cùm venerit Dominus eius, inuenerit ita facientẽ 417. d.

45. Si autem dixerit malus ſeruus in corde ſuo, Tardat Dominus meus, & incipiat cædere ſeruos & ancillas, & manducare, & bibere, & inebriari 382.d.417.d

46. Veniet Dominus ſerui illius in die qua neſcit, & hora qua non ſperat, & diuidet eum, & partem eius cum infidelibus ponet 383.a.407.d

47. Seruus qui ſcit voluntatem Domini ſui, & non facit, vapulabit multis 417.d

50. Aliud baptiſma habeo baptizari, & valde propero ad iſtud 107.d

53. Venit diuidere hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem, &c.479.b

Lucæ 13.7. Ecce iam triennium venio, quærens fructum in hac arbore fici 414.d

15. Hypocritæ, vnuſquiſque veſtrûm die ſabbatorum bouem ſuum, vel aſinum nõ ſoluit, & ducit, & adaquat? 335.c

16. Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit Satanas decem & octo annis, non oportebat ſolui in die Sabbati 193.c.335.c

21. Fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſata tria 35.b.

28. Cùm videritis Abraham, & Iſaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei: vos autem proijci foras 335.a

32. Dicite vulpi huic 427.a

34. Hieruſalem, Hieruſalem, quæ interficis Prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, quotiens volui colligere filios tuos ſicut gallina pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? 414.d

35. Ecce, relinquetur vobis domus veſtra deſerta ibid.

Lucæ 14.12. Cùm facis prandium, vel cœnam, noli vocare diuites, neque amicos, & vicinos, & cognatos, ne & ipſi inuicem vocent, & fiat retributio ab eis 241. c. 272. a.297.b

13. Sed voca claudos, cæcos, mendicos ibid.

14. Et beatus eris, quoniam non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum 497.b

Lucæ 16.9. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt hi, quando fugati fueritis, recipiant vos in æterna tabernacula 390.d

10. Si in modico fideles non fuiſtis, quod magnum eſt quis dabit vobis? 224.a

16. Lex & Prophetæ vſq; ad Ioannem 325. b

19. Erat diues, qui veſtiebatur purpura & byſſo, & delectabatur epulis ſplendidis 321.c

23. Eleuans oculos vidit Abraham, & Lazarum in ſinu eius 222.b

31. Si Moyſi & Prophetis non obediunt, nec ſi quis à mortuis reſurgens ad illos eat, credent ei 321.a

Lucæ 17.5. Adijce nobis fidem 272.b

25. Oportet Filiũ hominis multa pati, &c. 277.b

26. Quomodo factum eſt in diebus Noe &c. *vſque ad num.*31.412.c.d

Lucæ 18.2. Iudex, qui Deum non timebat, neq; hominem reuerebatur 475.a

7. Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum, quicunque clamant ad eum die & nocte? 387.b

8. Etiam dico vobis, faciet vindictam eorũ citò ibid.

8. Putas, cùm Filius hominis venerit, inueniet fidem ſuper terram? 402.c.

27. Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum 440.a

Lucæ 19.5. Properans deſcende, quoniam hodie in domo tua oportet me manere 35.a

8. Ecce, dimidium bonorum meorum do pauperibus, & ſi cuius quid defraudaui, reddo quadruplum 344.d

42. Si cognouiſſes & tu, hodie quæ ſunt ad pacem, abſcõdita autẽ ſunt à te, &c.105.c

Lucæ 20.9. Homo erat quidam paterfamilias, &c. *vſque ad num.*18.411.c.d.

38. Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium 328.a

Lucæ 21.34. Attendite vobis, & vigilate ſemper in omni tempore, ne quãdo grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate, & cogitationibus ſæcularibus, & repente adſiſtat ſuper vos dies illa 412.c. 417.d

35. Superueniet enim quaſi laqueus ſuper omnes ſedentes ſuper faciem terræ 41?.c

Lucę 22.18. Dico autem vobis à modo non bibam de generatione vitis huius &c. 497. b

Lucæ 23.34. Pater dimitte eis, non enim ſciunt quid faciunt 279.a.284.a

Lucæ 24.25. O inſenſati, & tardi corde ad credendũ in omnibus, quæ locuti ſunt Prophetæ! 277.a

26. Nonne hæc oportebat pati Chriſtum, & ita introire claritatem ſuã? ibid.& 381.d

39. Spiritus enim neque oſſa, neque carnes habet 434.d

44. Hi ſunt ſermones, quos locutus ſum ad vos &c.*vſque ad num.*48.277.a

*EX IOANNE.*

Ioan.1. 1. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbũ 37. a. 257.b. 259.a.463. a

2. Hoc erat in principio apud Deum 257. b.463.a

3. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt 37.b.39. b.114.c.148.a.250.b.257.c.259.b.298.d.394. a.463. a

4. In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum 37.b.257.c

5. Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt 37.c.257. c

6. Fuit homo miſſus à Deo, erat ei nomen Ioannes 258.a

7. Hic venit in teſtimonium vt teſtaretur de lumine ibid.







10. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit 257.c.463.a

11. In ſua propria venit, & ſui eum non receperunt ibid.

12. Quotquot autem receperunt eum, dedit illis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius 463.a

13. Non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri 276.b.287.b.433.c

14. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis; & vidimus gloriam eius, &c.39 a. 57. b.255.d.257.d.258.a.278.b.289.d. 370. b. 463.b

18. Deum nemo vidit vnquam, niſi vnigenitus Filius Dei, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit.258.c.371.c.372.d

29. Ecce agnus Dei, qui aufert peccatũ mundi 255.d

30. Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt, quoniam prior me erat, &c.ibid.

47. Verus Iſraëlita, in quo dolus non eſt 258.c

49. Rabbi tu es Filius Dei, tu es Rex Iſrael ibid.

50. Maiora horum videbitis 338.b

Ioan.2. 4. Quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea.277. d.

19. Soluite hoc templum, & in tribus diebus excitabo illud 442.c

21. Hoc autem dicebat de corpore ſuo.ibid.

23. Multi crediderunt in eum, videntes ſigna quæ faciebat 191.b

25. Non opus erat illi, vt quis teſtimonium diceret de homine, cùm ipſe ſciret quid eſſet in homine 254.b

Ioan.3. 18. Qui credit in eum non iudicatur, &cæt. *vſque ad num.*22.479.d

36. Qui credit Filio, habet vitam æternam: qui autem non credit Filio, non habet vitam æternam, ſed ira Dei manebit ſuper ipſum 418.b

Ioan.4. 6. Ieſus autem fatigatus in itinere ſedebat 300.a

35. Ecce dico vobis: Attollite oculos veſtros &c.*vſque ad num.*39.378.c

37. In hoc enim ſermo eſt verus, quoniam alter quidem eſt qui ſeminat, alter qui metet 380.d

41. Et multo plures crediderunt propter ſermones eius 322.c

42. Et mulieri dicebant: Iam non propter tuam loquelam credimus, &c.ibid.

50. Vade, filius tuus viuit 191.b

Ioan.5. 2. Natatoria piſcina, quinq; habens porticus 197.c.

14. Ecce, ſanus factus es: iam noli peccare, ne quid deterius tibi fiat 414.a.458.b

28. Veniet hora, in qua omnes mortui, qui in monumentis ſunt, audient vocem Filij hominis 452.c

29. Et exient qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: & qui mala operati ſunt, in reſurrectionem iudicij ibid.

39. Scrutamini Scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere: illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me 339.c

40. Et non vultis venire ad me, vt vitam habeatis ibid.

46. Si credidiſſetis Moyſi, credidiſſetis & mihi: de me enim ille ſcripſit 321.a.339.c

47. Si autem illius literis non creditis, neq; meis ſermonibus credetis 321. a

Ioan.6. 9. Eſt puer vnus hic, qui habet quinque panes, &c.197.b

Ioan.7. 30. Nemo miſit manus ei: nondum enim venerat hora apprehenſionis eius.277.d.

Ioan.8.34. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati 249.d

36. Si Filius vos manumiſerit, verè liberi eritis 286.d

44. Quoniam ab initio homicida eſt, & in veritate non ſtetit 470.d.471.d.

56. Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum, & vidit, & gauiſus eſt 328.d.329.c.332.c.d

58. Antequam Abraham eſſet, ego ſum 346.c

Ioan.9.3. Nec hic peccauit, neque parentes eius, ſed vt manifeſtentur opera Dei in ipſo 458.b

6. Expuit in terram, & fecit lutum, & ſuperliniuit illud oculis.458.b

7. Vade in Siloam, & lauare 458.d

Ioan.10.8. Reliqui fures ſunt & latrones 242.b

Ioan.11.25. Ego ſum reſurrectio & vita 328.b

43. Lazare, veni foras 452.b

44. Et exiuit mortuus, colligatus pedes & manus inſtitis ibid.

45. Soluite illum, & dimittite eum abire ibid.

Ioan.12.32. Exaltatus à terra omnia traham ad me 322.d

40. Incraſſa cor populi huius, & aures eorũ obtura, &c.388.d

Ioan.13.5. Cœpit lauare pedes diſcipulorum. 377.c

23. Qui ſupra pectus Ieſu recumbebat 229.b

Ioan.14.2. Multæ manſiones apud Patrem 287. d, 505.a

6. Ego ſum via, veritas, & vita. Et nemo venit ad Patrem niſi per me 245.a.333.c

7. Si cognouiſſetis me, & Patrem meum cognouiſſetis, & amodo cognouiſtis eũ, & vidiſtis eum 333.c

9. Tanto tempore vobiſcum ſum, & me nõ cognouiſtis? Philippe qui videt me, videt & Patrem meum, &c.270.b

11. Quoniam ego in Patre, & Pater in me eſt 462.d

28. Pater maior me eſt 207.a.

Ioan.15.15. Iam non dico vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid eius Dominus faciat, & cæt. 346.b

16. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos 347.c.

Ioan.17.4. Opus conſummaui, quod dediſti mihi vt faciam 241.d

5. Pater, clarifica me claritate, quam habui apud te priuſquam mundus fieret 347.b.

24. Volo vt vbi ego ſum, ibi & hi ſint, vt videant claritatem meam 347.c

Ioan.19.11. Nullam haberes poteſtatem in me, niſi data tibi fuiſſet deſuper 362.d

15. Non habemus regem, niſi Cæſarem 376.c

34. Continuò exiuit ſanguis & aqua 300. a. 396.c

Ioan.20.17. Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meũ: ſed vade ad diſcipulos, & dices eis: Aſcendo ad Patrem, & cæt. 491.c

25. Niſi videro fixuram clauorum, & cæt. 443.c

31. Hæc autem ſcripta ſunt vt credatis quoniam Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei, &c. 277.b

## *EX APOSTOLORVM ACTIS.*


Act.1. 7. Quæ Pater poſuit in ſua poteſtate 301.c
8. Induti ſuperuenientis Spiritus ſancti virtutem ex alto 229.b
16. Viri fratres, oportebat impleri Scripturam hanc, quam prędixit Spiritus ſanctus ore Dauid de Iuda, qui factus eſt dux his qui apprehenderunt Ieſum 262.d
17. Qui annumeratus fuit inter nos ibid.
20. Fiat habitatio eius deſerta, & non ſit qui inhabitet in ea 263.a
20. Et Epiſcopatum eius accipiat alter 188.a. 263.a
Act.2. 15. Nô hi ebrij ſunt, cùm ſit hora tertia diei 263.a
16. Sed hoc eſt quod dictum eſt per Prophetam ibid.
17. Erit in nouiſſimis diebus (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo in omnem carnem, & prophetabunt ibid.
22. Viri Iſraëlitæ, audite ſermones meos, &c. *vſque ad num.* 28.263.a.b
29. Liceat fiducialiter dicere de Patriarcha Dauid, &c. *vſque ad num.* 39.263.b
41. Baptizati ſunt hominû tria millia 379.a
Actor.3.6. Argentum & aurum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula 263.b
7. Et ſtatim eius confirmati ſunt greſſus & plantæ ibid.
8. Et ambulabat, & introiuit cum ipſis in templum, ambulans & ſaliens & glorificans Deum ibid.
12. Viri Iſraëlitę quid miramini in hoc &c. *vſque ad finem cap.* 263.c.d
Actor.4.8. Principes populi & ſeniores Iſraëlitæ, &c. *vſque ad num.* 13.264.a
24. Audientes tota Eccleſia, vnanimes extulerunt vocem ad Deum, &c. *vſque ad num.* 29.264.b
31. Commotus eſt locus, in quo erant collecti, & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia omni volenti credere 264.c
32. Vnam animam habens & vnum cor 53.b
33. Virtute magna reddebant teſtimonium Apoſtoli reſurrectionis Domini Ieſu 264.c
Actor.5.30. Deus Patrum noſtrorum excitauit Ieſum, &c. *vſque ad num.* 33. ibid.
42. Omni die in templo, & in domo non ceſſabant docentes & euangelizantes Chriſtum Ieſum Filium Dei ibid.
Actor.7.2. Deus gloriæ viſus eſt patri noſtro Abrahæ, &c. *vſque ad num.* 9.266.c
5. Et non accepit in illa hæreditatem, nec veſtigium pedis 495.d
38. Ille accepit pręcepta Dei viui dare vobis &c. *vſque ad num.* 44.348.d
56. Ecce video cælos apertos, & Filium hominis ſtantem à dexteris Dei 267.c
60. Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatû ibi.
Actor.8.9. Vir quidam nomine Simon, qui ante erat in ciuitate magicam exercens artem 115.c
17. Imponebant Apoſtoli manus, & accipiebant Spiritum ſanctum 420.d
20. Pecunia tua tecum ſit in perditionē, &c. 115.c.
32. Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt, quemadmodum agnus ante tondentem ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum 265.d.378.d
33. In humilitate iudicium eius ablatum eſt 378.d
33. Natiuitatem eius quis enarrabit? quoniam tolletur à terra vita eius 265.d
37. Credo Filium Dei eſſe Ieſum ibid.
Actor.9.4. Saule, Saule quid me perſequeris? 273.a
5. Ego ſum Ieſus Chriſtus, quem tu perſequeris ibid.
15. Vade, quoniam vas electionis mihi eſt iſte, vt portet nomē meum in Gentibus, & regibus, & filijs Iſraël ibid.
16. Ego enim demonſtrabo ei ex ipſo, quanta oporteat eû pati propter nomē meum ibid.
20. In ſynagogis in Damaſco prædicabat cû omni fiducia Ieſum, quoniã hic eſt Chriſtus Filius Dei 265.d
Act.10. 2. Erat Cornelius hic religioſus, & timens Deum, &c. *vſque ad num.* 4.265.a
4. Eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in recommemorationem in conſpectu Dei ibid.
5. Propter quod mitte ad Simonem, qui vocatur Petrus ibid.
15. Quod Deus emundauit, tu ne commune dixeris ibid.
28. Ipſi ſcitis quoniam non eſt fas viro Iudæo coniungi aut conuenire cum allophylo: mihi autem Deus oſtendit, neminem communem aut immundum dicere hominem: quapropter ſine contradictione veni 268.b
34. In veritate comperi, quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus 265.b.384.b
35. Sed in omni gēte, qui timet eum, & operatur iuſtitiam, acceptabilis ei eſt 265.b
37. Vos ſcitis quod factum eſt verbum &c. *vſque ad num.* 44.265.b
Act.14. 14. Nos ſimiles vobis ſumus homines, euangelizātes vobis, &c. *vſque ad num.* 17.266.b
14. Qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt 51.b
Act.15. 7. Viri fratres, vos ſcitis quoniam à diebus antiquis, &c. *vſque ad num.* 12.267.d
13. Viri fratres, &c. *vſque ad num.* 21. ibi. & ſeq.
23. Apoſtoli & Presbyteri fratres, his qui ſunt in Antiochia, & cæt. *vſque ad num.* 30. 268.a.b
Act.16. 9. Veniens in Macedoniam, opitulare nobis Paule, &c. *vſque ad num.* 12.271.a
13. Sedentes loquuti ſumus mulieribus, quę conuenerant 271.b
Act.17. 24. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, &c. *vſque ad num.* 32.266.a.b
27. Qui eſt cum vnoquoque noſtrum 369.a
Act.20. 6. Nos autem nauigauimus poſt dies azymorum à Philippis, & venimus Troadem, vbi & commorati ſumus diebus ſeptem 271.b.
25. Scio quoniam iam non videbitis faciem meam, &c. *vſque ad num.* 31.271.c.d


## *EX EPISTOLA AD ROMANOS.*


Rom.1. 1. Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti, &c. *vſque ad num.* 5.276.b
3. De Filio eius, qui factus eſt ex ſemine Dauid, &c. *vſque ad num.* 5.300.a
17. Nunc autem ſine Lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à Lege & Prophetis. Iuſtus enim ex fide viuet 405.b
18. Reuelabitur ira Dei de cælo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam eorum hominum, qui veritatem in iniuſtitia detinent 387.b
20. Ipſa conditio oſtendit eum qui condidit eam, & ipſa factura ſuggerit eum, qui eam fecit; & mundus manifeſtat eum, qui ſe diſpoſuit 158 c.202.a
25. Seruierunt creaturæ magis quàm Creatori 395.a
28. Et quemadmodû non probauerût Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, facere quæ non conueniunt 389.a
Rom.2. 4. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis. &c. *vſque ad num.* 6.416.b
10. Gloria autem & honor omni operanti bonum ibid.
Rom.3. 4. Deus quidem verax 471.d
23. Omnes egent gloria Dei 385.a
30. Vnus Deus, qui iuſtificat circûciſionem ex fide, & præputium per fidem 255.c.377 d.470.b
Rom.4.3. Credidit Abraham Deo, & deputatum eſt ei ad iuſtitiam 328.d.335.a
12. Pater eorum qui ex circunciſione, & eorum qui ex præputio fideles ſunt 380.b
Rom.5. 6. Vt quid enim Chriſtus cùm adhuc eſſemus infirmi ſecundùm tempus pro impijs mortuus eſt? 278.d
8. Commendat autem ſuam dilectionem Deus in nobis, &c. *vſque ad num.* 11. 278.d
14. Regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſem, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem tranſgreſſionis Adæ 284.d
17. Multo magis hi qui abundantiam gratiæ & iuſtitiæ accipiunt in vitam, regnabût per vnum Ieſum Chriſtum 278.c
19. Quemadmodum per inobedientiam vnius hominis, introitum peccatum habuit, &c. 285.a.298.d.433.c
20. Vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit gratia 309.d
Rom.6.3. An ignoratis quia quotquot baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte eius baptizati ſumus? 278.c
4. Vt quemadmodum reſurrexit Chriſtus à mortuis, ſic & nos in nouitate vitæ ambulemus ibid. & 447.a
9. Scientes quoniam Chriſtus reſurgens à mortuis iam non moritur 278.d.385.b
12. Non ergo regnet peccatum in corpore mortali veſtro, & cæt. *vſque ad num.* 14. 456.a
Rom.7. 18. Scio enim quoniam non habitat in carne mea bonum 289.d
18. Velle quidem in promptu adiacet, non inuenio autem perficere 414.d
24. Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? 289.d
25. Gratia I E S V Chriſti Domini noſtri 289.d
Rom.8. 8. Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt 448.d
9. Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſiquidem Spiritus Dei habitat in vobis 444.d.448.d
10. Corpus quidem mortuum propter peccatum, Spiritus autem vita propter iuſtitiam 449.a
11. Si autem Spiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis; qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra 278.d.443.c. 444.a
13. Si enim ſecundùm carnem viuitis, incipietis mori: Si autem Spiritu opera carnis mortificaueritis, viuetis ibid.
14. Quicunque enim ducuntur Spiritu Dei, hi ſunt filij Dei ibid.
15. In quo clamamus Abba Pater 338.b.346.d.445.a
19. Nam expectatio creaturę reuelationem filiorum Dei expectat, &c. *vſq; ad num.* 22. 495.c.d
21. Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptelæ in libertatem gloriæ filiorum Dei 506.a
34. Simul autem Chriſtus mortuus eſt, imò qui & reſurrexit, qui eſt in dextera Dei 278.d
36. Sicut ſcriptum eſt: Propter te morte afficimur tota die, æſtimati ſumus vt oues occiſionis 190.d.350.d
Rom.9. 5. Quorum patres, & ex quibus Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt Deus ſuper omnes benedictus in ſæcula 148.d.274.b
10. Sed & Rebecca ex vno concubitu habēs Iſaac Patris noſtri 376.b
13. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui 376.c
25. Fiat qui non populus, populus; & ea quæ non eſt miſericordiam conſecuta, miſericordiam conſecuta 57.b.251.b.373.d
26. Et in loco eliberata, in quo vocabatur non populus, ibi vocabuntur filij Dei viui 373.d.
Rom.10.3. Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam iuſtitiam volentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti 344.b
4. Finis enim Legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti ibid.c
6. Ne dixeris in corde tuo, Quis aſcendet in cælum? hoc eſt Chriſtum deducere 282.c
7. Aut, quis deſcendit in abyſſum? hoc eſt Chriſtum à mortuis eliberare. ibid.
9. Quoniam ſi confitearis in ore tuo Dominum Ieſum, & credideris in corde tuo, quoniam Deus illum excitauit à mortuis, ſaluus eris ibid.
15. Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium bona, euangelizantium pacem 270.b
Rom.11.16. Et ſi delibatio ſancta, & maſſa 35.b
24. Tu oleaſter cùm eſſes, inſertus es in bonam oliuam 448.b
26. Et ſic omnis Iſrael ſaluabitur 322.d
32. Concluſit Deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur 57.b.289.c
33. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & agnitionis Dei 57.b
36. Omnia in ipſum, & ex ipſo omnia 17.c. 463.a
Rom.12.3. Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad prudentiam 466.b
16. Non alta ſentientes, ſed humilibus conſentientes 470.c
Rom.13.1. Omnibus poteſtatibus ſublimioribus ſubiecti eſtote 472.d
1. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt 414.a. 472.d
2. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, & cæt. *vſque ad num.* 7. 414.b
4. Non enim ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malè operatur 372.d.473.a
6. Quoniam miniſtri Dei ſunt, in hoc ipſum deſeruientes 473.a.
10. Adimpletio Legis dilectio 342.d


13. Honeſtè

13. Honeſtè ambulare, non in comeſſationibus & ebrietatibus: non in cubilibus, & in libidinibus: non in ira, & zelo 418.a

Rom.14.9. In hoc enim Chriſtus & vixit, & mortuus eſt, & reſurrexit, vt viuorum & mortuorum dominetur 282.c


*EX EPISTOLA PRIORE AD CORINT.*


1.Cor.1.18. Verbum crucis ijs qui pereunt ſtultitia eſt, &c. 19.a

23. Nos autem annunciamus Chriſtum Ieſum crucifixum 282.c

26. Videte vocationem veſtrã fratres, quoniam non multi ſapientes apud vos, nec nobiles, neque fortes 186.d

27. Sed quæ fuerunt contemptibilia mundi, elegit Deus ibid.

29. Vt non glorietur in conſpectu Domini omnis caro 289.b

1.Cor.2.5. Sapientiam loquimur inter perfectos 37.a.230.c.441.d

6. Sapientiam non mundi huius 230.c
Neq; oculus vidit, neque auris audiuit, &c. 506.a

10 Spiritus omnia ſcrutatur, & altitudines Dei 206.d

14. Animalis nõ percipit q̃ ſunt ſpiritus 35.b

15. Spiritalis iudicat omnes, ipſe autem à nemine iudicatur 35.b.394.d

16. Quis cognouit ſenſum Domini? 432.a

1.Cor.3.2. Lac vobis potum dedi, non eſcam 420.d

3. Vbi enim ſunt zel⁹ & diſcordia in vobis, & diſſentiones, nõne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis 420.d

7. Alter qui plãtat, alter qui adaquat, vnus autem qui dat incrementum Deus 380.d

16. Neſcitis quoniam templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? &c. *vſque ad num.* 18.442.c.

17. Si quis templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus 336.c.442.c

1.Cor 5.6. Modicum fermentum totã maſſam corrumpit 387.a

11. Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idololatra, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumere ibid.

1.Cor.6.9. An ignoratis quoniam iniuſti regnum Dei non hæreditabunt? &c. *vſque ad num.* 12.387.a.449.d

12. Omnia licent, ſed non omnia expediunt 418.a

13. Corpus autem non fornicationi, ſed Domino: & Dominus corpori 442.d.

14. Deus autem, qui & Dominũ ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam 442.d.443.c

15. Neſcitis quoniam corpora veſtra membra Chriſti ſunt? Tollens ergo membra Chriſti, faciã membra meretricis? 442.c

20. Glorificate Deũ in corpore veſtro 453.a

1.Cor.7.5. Ne tentet vos ſatanas propter incontinentiam veſtram 349.b

6. Hoc autem dico ſecundùm indulgentiã, non ſecundùm præceptum ibid.

12. Ego dico, non Dominus 349.b

14. Sanctificata eſt mulier infidelis in viro fideli 373.c

25. De virginibus autem pręceptum Domini nõ habeo, cõſiliũ autem do, &c. 349.b

31. Præterit enim habitus huius mundi 323.b.503.b.504.d

1.Cor.8.1. Scientia inflat, charitas ædificat 200.c.

4. Scimus autem quoniam nihil eſt idolũ, & quoniam nemo Deus, niſi vnus 247.c

11. Et periet infirmus in tua ſcientia frater, propter quẽ Chriſtus mortuus eſt? 283.b

1.Cor.9.24. Non ſcitis, quoniam hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium? &c. *vſque ad finem cap.* 418.d

1.Cor.10.1. Non enim volo vos ignorare fratres, &c. *vſque ad num.* 13.385.c.d

4. Bibebant enim de ſpiritali ſequenti petra: petra autem erat Chriſtus 348.a

11. Omnia autem hæc in figura veniebant illis, &c. 348.a

16. Calix benedictionis, quẽ benedicimus, nonne cõmunicatio ſanguinis eſt Chriſti? 282.d.434.c

1.Cor.11.10. Oportet mulierem velamen habere in capite propter Angelos 33.c

1.Cor.12.4. Diuiſiones autem chariſmatum ſunt, idẽ autem Spiritus 206.d.218.b.371.c

5. Et diuiſiones miniſteriorum ſunt, &c. *vſque ad num.* 8.371.c

1.Cor.13.9. Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus 199.c.206.d.207.b.338.b.444.a

12. Videmus nunc per ſpeculum, & per ænigmata 338.c

12. Tunc autem facie ad faciem 444.a

13. Reliquis partibus deſtructis, perſeuerãt fides, ſpes, & charitas 203.c.342.d

1.Cor.15.3. Tradidi enim vobis in primis, quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundùm Scripturas 282.d

4. Et quoniã ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die ſecundùm Scripturas ibid.

8. Nouiſſimè tanquam abortiuo viſus eſt & mihi 33.c

10. Plus eis omnibus laboraui 379.c

11. Siue autem ego, ſiue illi, ſic annũciamus, & ſic crediditis 270.b

13. Si enim mortui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit, &c. *vſque ad num.* 22.453.b.c

21. Quoniam per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum 282.d

25. Quoniam oportet regnare eum quoadusque ponat inimicos ſub pedibus eius &c. *vſque ad num.* 29.505.d

31. Quotidie morior 241 b

32. Si ſecundùm hominem cũ beſtijs Epheſi pugnaui, quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt 453.b

36. Tu quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur 441.a

41. Stella à ſtella in claritate differt 178.d

42. Sic & reſurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptionem, &c. *vſque ad num.* 45.444.a.

45. Primus Adam factus eſt à Domino in animam viuentem, ſecũdus autem in ſpiritum viuificantem 410.d

46. Non primò quidẽ quod ſpiritale eſt, ſed primò quidem animale eſt, &c. ibid.

48. Qualis choicus, tales & choici 35.b.447.a

49. Sicut portauimus imaginem eius qui de terra eſt, ita portemus & imaginem eius qui de cælis eſt 447.a.449.d. & ſeq.

50. Hoc enim dico fratres, quoniam caro & ſanguis regnũ Dei poſſidere non poſſunt 446.c.447.c.448.c.d.450.a.453.c

52. In nouiſſima tuba 452.c

53 Oportet mortale illud induere immortalitatem; & corruptibile hoc induere incorruptelam 421.c.434.d.448.d.452.d.453.c

54. Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoria 57.b.186.a.309.b.452.d

55. Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors aculeus tuus? 309.b.452.d


*EX ALTERA AD CORINTH.*


2.Cor.2.15. Quoniam Chriſti ſuauis odor ſumus Deo in his qui ſaluantur, & in his qui pereunt 388.b

16. Quibuſdam quidem odor mortis in mortem, quibuſdam odor vitæ in vitam ibid.

17. Non enim ſumus ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur 383.b

2.Cor.3.3. Quoniã eſtis epiſtola Chriſti, miniſtrata a nobis, inſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei viui, nõ in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus 453.b

2.Cor.4.4. In quibus Deus ſeculi huius excæcauit mentes infidelium, vti non fulgeat illuminatio Euangelij glorię Chriſti 248.c.389.a

10. Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt vita Ieſu Chriſti in corpore noſtro manifeſtetur 453.a.c

11. Semper enim qui viuimus, in mortem tradimur per Ieſum, vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne mortali noſtra 453.a

2.Cor.5.4. Nolumus expoliari, ſed ſuper indui, vti abſorbeatur mortale ab immortalitate 413.d.421.c.453.a

5. Qui autem perficit nos in hoc ipſum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus 453.a

2.Cor.6.14. Non communicant tenebræ luci 245.b

2.Cor.12.2. Siue in corpore, ſiue extra corpus, Deus ſcit 213.d

4. Aſportatus in Paradyſum audiuit ſermones inenarrabiles 439.d

7. Et vt ſublimitate reuelationum non ſuperextollar, datus eſt mihi ſtimulus carnis &c. *vſque ad num.* 10.437.b

9. Virtus in infirmitate perficitur 435.a.437.d


*EX EPISTOLA AD GALATAS.*


Galat.1.1. Paulus Apoſtolus non ab hominibus, neq; per hominem, &c. 270.c

15. Cùm autem placuit Deo, qui me ex vtero matris meæ ſegregauit, & vocauit per gratiam ſuam, 451.c.458.c

16. Reuelare filium ſuum in me, vt euangelizarem eum in Gentibus ibid.

Galat.2.1. Deinde poſt quatuordecim annos aſcendi in Hieroſolymam cum Barnaba, aſſumens & Titum 270.c

2. Aſcendi autem ſecundùm reuelationem, & contuli cum eis Euangelium, quod prædico inter Gentes ibid.

5. Ad horam ceſſimus ſubiectioni, vti veritas Euangelij perſeueret apud vos ibid.

8. Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatu Circuncifionis, & mihi in Gentes ibid.a

Galat.3.5. Qui ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis, &c. *vſque ad num.* 10.376.a

6. Quemadmodum Abraham credidit Deo &c. *vſque ad num.* 10.496.a

13. Chriſtus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum: quoniam ſcriptum eſt: Maledictus omnis qui pendet in ligno 282.d

16. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius &c. 496.a

19. Quid ergo? Lex factorum poſita eſt vſque quò veniat ſemen cui promiſſum eſt, diſpoſita per Angelos in manu Mediatoris 248.d.463.b

Galat.4.4. Cùm autem venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum, natum ex muliere, factum ſub lege 276.b.278.a.300.a.468.b

5. Vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem percipiamus 276.b

8. Si enim his qui non erant dij ſeruiſtis 247.b

9. Nunc cognoſcentes Deum, imò cogniti à Deo ibid.

26. Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt, quæ eſt mater omnium noſtrum 503.a

27. Plures filij eius quæ deſerta eſt, magis quàm eius quæ habet virum 57.b

28. Vos autem fratres, ſecundùm Iſaac repromiſſionis filij eſtis 496.a

Galat.5.19. Manifeſta autem ſunt opera carnis &cæ. *vſque ad num.* 24.449.c.d

21. Qui faciunt ea, regnum Dei non hæreditabunt 27.c

Galat.6.14. Mihi non eueniat in vllo gloriari, niſi in Chriſti cruce &c. 19.a


*EX EPISTOLA AD EPHESIOS.*


Epheſ.1.7. In quo habuimus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum 455.d

10. Recapitulare in ſe omnia quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt 51.c.466.b

13. In quo & vos audito verbo veritatis Euangelio ſalutis veſtræ, in quo credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto 444.d

14. Qui eſt pignus hæreditatis veſtræ ibid.

21. Super omne initium, & poteſtatem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur 369.a

Epheſ.2.7. Vt oſtenderet ſæculis ſuperuenientibus inenarrabiles diuitias benignitatis ſuæ 327.c

13. Nunc autem in Chriſto, vos qui aliquando fuiſtis longè, facti eſtis proximi in ſanguine Chriſti 282.d.455.d

14. Inimicitias in carne ſua 455.d

15. Legem præceptorum decretis euacuans ibid.

16. Vniuit eos qui longè & eos qui propè 245.d

Epheſ.3.6. Gentes cohæredes, & concorporatas, & participes Sanctorum fecit Deus 57.b

21. In vniuerſas generationes ſæculi ſæculorum 17.a

Epheſ.4.5. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma 394.a

6. Vnus Deus & Pater omnium, qui eſt ſuper omnes & per omnia, & in omnibus nobis ibid. & 370.a

8. Aſcendens in altitudinem, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus 188.b

9. Aſcendit autem quid eſt, niſi quia & deſcendit in inferiora terræ 377.d.491.c

11. Poſuit in Eccleſia Apoſtolos, Prophetas, Doctores, &c. 310.c. 384.a
16. Ex quo totum corpus compactum & cõnexum per omnem iuncturam, & cæt. 394.a
25. Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo 418.a
29. Omnis ſermo malus de ore veſtro non exeat ibid.
Epheſ.5.4. Aut turpitudo, aut vaniloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinent, ſed magis gratiarum actio 418.a
6. Nemo vos ſeducat inanibus verbis, propter hoc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ 387.a
7. Nolite ergo fieri participes eorum ibid.
8. Eratis enim aliquando tenebræ, nũc autem lumen in Domino, &c. 418.a
13. Omne quod manifeſtatur, lumen eſt 37.b
30. Quoniam membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius 434.d.
32. Hoc myſterium magnum eſt, &c. 37.a


*EX EPISTOLA AD PHILIPpenſes.*


Philip.1.22. Fructus autem operis Spiritus, eſt carnis ſalus 451.b
Philip.2.8. Subiectus factus eſt vſque ad mortem, mortem autem crucis 266.a. 379.d
10. Vt Chriſto omne genu curuetur cæleſtium, &c. 51.c
15. Quemadmodum luminaria in mundo 328.d
Philip.3.10. Conformis morti eius 453.b
11. Si quo modo occurram ad reſurrectionem, quæ eſt à mortuis ibid.
12. Non quod iam acceperim, aut iam perfectus ſim 338.b
20. Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt: &c. *vſque ad finem cap.* 452.d
Philip.4.17. Non inquiro datum, ſed inquiro fructum 336.c
18. Repletus ſum acceptis ab Epaphrodito, quæ à vobis miſſa ſunt, odorem ſuauitatis, hoſtiam acceptabilem, placentem Deo 363.a


*EX EPISTOLA AD COLOSſenſes.*


Coloſ.1.14. In quo habemus redemptionem, per ſanguinem eius, & remiſſionem peccatorum 434.c
16. Siue viſibilia, ſiue inuiſibilia, ſiue ſenſibilia, &c. 114.c
18. Primogenitus mortuorum, &c. 191.d. 321.c. 370.b
21. Et vos cùm eſſetis aliquando alienati, &c. *vſque ad num.* 23.
Coloſ.2.11. Nos circuncisi ſumus circunciſione non manufacta 350.d
14. Delens chirographum, & affigens illud cruci 461.b
Coloſ.3.5. Mortificate itaque membra veſtra quæ ſunt ſuper terram 451.a
9. Expoliantes vos veterem hominem cum operibus eius 451.a.b
10. Et induentes nouum hominem, eum qui renouatur in agnitionem ſecũdùm imaginem eius qui creauit eum ibid.b
Colo.4.14. Salutat vos Lucas medicus dilectus 271.c


*EX EPISTOLA I. AD THESSAlonicenſes.*


1.Theſ.5.3. Cùm dixerint, Pax & munitio, tunc ſubitaneus illis ſuperueniet interitus 485.b
23. Deus autem pacis ſanctificet vos perfectos, vt integer veſter ſpiritus, & anima, & corpus ſine querela in aduentum Domini Ieſu Chriſti ſeruetur 442.b


*EX EPISTOLA II. AD THESSAlonicenſes.*


2.Theſ.1.6. Siquidem iuſtum eſt apud Deum retribuere retributionem his qui tribulant vos, &c. *vſque ad num.* 11. 387.b. 402.c
9. Qui pœnas dabunt interitus æternas à facie Domini, & à gloria virtutis eius 402.d
10. Cùm venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri his qui credunt in eum ibid.
2.Theſ.2.3. Quoniam niſi venerit abſceſſio, & cæt. *vſque ad num.* 5. 474.b
4. Qui aduerſatur & extollit ſe ſuper omne quod dicitur Deus, vel quod colitur 247.b
8. Et tunc reuelabitur iniquus, &c. *vſque ad num.* 13. 249.a. 474.d. & ſeq.
11. Et ideo mittet Deus operationem erroris, vti credant mendacio 389.a
12. Vti iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati ibid.


*EX EPISTOLA I. AD TIMOTH.*


1.Tim.1.4. Genealogijs infinitis, quæ quæſtionem magis præſtant, quàm ædificationem Dei, &c. 3.a
9. Quia lex non eſt poſita iuſtis 351.a
1.Tim.2.5. Mediator Dei & hominum 284.b. 460.c
1.Tim.6.4. Ægrotans circa quæſtiones 266.d
20. O Timothee depoſitum cuſtodi 242.a


*EX EPISTOLA II. AD TIMOTH.*


2.Tim.1.14. Bonum depoſitum cuſtodi, &c. 242.b
2.Tim.2.18. Quorundam fidem euerterunt 275.c
2.Tim.3.7. Semper quærentes, & nunquam verum inuenientes 466.b
2.Tim.4.10. Demas me dereliquit, & abijt Theſſalonicam, Creſcens in Galatiam, Titus in Dalmatiam 271.c
11. Lucas eſt mecum ſolus ibid.


*EX EPISTOLA AD TITVM.*


Tit.3. 10. Hæreticum hominem poſt vnam correptionem deuita 95.a. 233.c. 242.b
11. Sciens quoniam peruerſus eſt, qui eſt talis, & à ſemetipſo damnatus ibid. & 229.c


*EX EPISTOLA AD HEBRAEOS.*


Hebr.1.1. Apparuit Prophetis non in vna forma 57.b.
3. Faciens omnia verbo virtutis ſuæ 214.a
Hebr.3.5. Fidelis Moyſes, famulus & ſeruus Dei 247.c
Hebr.6.4. Non facile eſt ab errore apprehenſam reſipiſcere animam 230.d
Hebr.8.8. Ecce diſponam Teſtamentum nouum 337.c
9. Non quemadmodum diſpoſui patribus veſtris, &c. ibid.
Heb.10.16. Sine charta & atramento ſcriptam habentes per Spiritum in cordibus ſuis ſalutem 242.b
Hebr.11.5. Enoch tranſlatus eſt 439.c
31. Raab fornicaria 373.d






*EX EPISTOLA IACOBI.*


Iacob.1.18. Facti initium facturæ 432.b
22. Eſtote factores ſermonum eius 432.b
Iacob.2.23. Deputatum eſt ei ad iuſtitiam 329.c


*EX EPISTOLA I. PETRI.*


1.Petri 1.8. Quem non videntes diligitis, in quem nunc non videntes credidiſtis, gaudebitis gaudio inenarrabili 338.c. 444.b
12. In quem cupiunt Angeli proſpicere 179.d. 405.b. 506.a
1.Petr.2.16. Non velamentum malitiæ habentes libertatem 353.d
22. Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius 370.b. 455.d
23. Cùm pateretur, non eſt minatus 179.a


*EX EPISTOLA I. IOANNIS.*


1.Ioã.2.18. Filioli, nouiſſima hora eſt &c. *vſque ad num.* 23 277.b
27. Mendacium in eo non eſt 245.a
1.Ioan.3.2. Similes nos ei efficiet 445.a
1.Ioan.4.1. Multi pſeudoprophetæ exierunt de ſæculo 278.b
2. In hoc cognoſcite Spiritum Dei. Omnis Spiritus, qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt ibid.
3. Et omnis ſpiritus, qui ſoluit Ieſum Chriſtum, non eſt ex Deo, ſed ex Antichriſto eſt ibid.


*EX EPISTOLA II. IOANNIS.*


2.Ioan. 7. Multi ſeductores exierunt in hunc mundum, qui non confitentur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe. Hic eſt ſeductor & Antichriſtus 278.b
10. Neq; Aue eis dixeritis 95.a
11. Qui enim dicit eis Aue, communicat operibus ipſorum nequiſſimis ibid.


*EX APOCALYPSI.*


Apoca.1.7. Qui eum pupugerunt 388.a
1. Conuerſus ſum videre vocem, quæ loquebatur mecum &c. *vſque ad nũ.* 17. 373.a
17. Et cecidi ad pedes eius quaſi mortuus 373.b
17. Ego ſum primus & nouiſſimus ibid.
18. Et qui viuo, & fui mortuus, & ecce viuo in ſæcula ſæculorũ, & habeo claues mortis & inferorum ibid.
Apoca.2.6 Hoc habes quod odiſti opera Nicolaitarum, quæ vt ego odi 128.a
23. Scrutans renes & corda 369.a
Apoca.3.7. Habens clauem Dauid: aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit 370.a
Apoca.4.7. Animal primum ſimile Leoni &c. 259.a
Apoca.5.3. Nemo enim alius poterat nec in cœlo, nec in terra, nec ſub terra aperire librum, nec videre eum 370.a
6. Vidi in medio throni & quatuor animalium, & in medio presbyterorum agnum ſtantem quaſi occiſum, habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei, dimiſſi in vniuerſam terram 373.b
8. Quæ ſunt orationes Sanctorum 361.c
Apoca.6.2. Et exiuit vincens, vt vinceret 376.c
Apo.11.19. Et apertum eſt templum Dei, & tabernaculum 363.c
Apoc.13.2. Et beſtia, quam videram, ſimilis erat pardo, &c. *vſq; ad num.* 11. 480.c
11. Loquebatur quaſi draco &c. *vſque ad num.* 18. ibid.d
Apoc.14.2. Et vox eius quaſi vox aquarum multarum 347.d
7. Qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt 3.a. 51.b. 144.d. 266.c
Apoc.17.8. Fuit, & non eſt, & aſcendet ab abyſſo, & in perditionem vadit 486.a
12. Decem cornua, quæ vidiſti, decem reges ſunt, &c. *vſque ad num.* 15. 477.b
Apoc.19.11. Et ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis & c. *vſque ad num.* 17. 373.b.c
Apoc.20.6. Beatus & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima. 500.d
11. Vidi thronum album magnum, & ſedentem in eo, cuius à facie fugit terra & cœlum, & locus non eſt eis 503.a
12. Vidi mortuos magnos & minores ibid.
12. Et libri adaperti ſunt, ſed & vitæ apertus eſt liber, & iudicati ſunt mortui, ex ijs quæ ſcripta erant in libris ſecundùm opera ſua ibid.b
13. Dedit mare mortuos ſuos, quos in ſe habuit, & mors & inferi dederunt mortuos, quos apud ſe habuerunt ibid.
14. Et mors & inferi miſſi ſunt in ſtagnum ignis, ſecundam mortem ibid.
15. Et ſi quis non eſt inuentus in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis ibid.
Apoc.21.1. Vidi cœlum nouum, & terram nouam &c. *vſque ad nu.* 5. 503.b
3. Ecce tabernaculum Dei, in quo habitabit cum hominibus 363.c
5. Dixit ſedens ſuper thronum: Ecce noua facio omnia. Et dicit Dominus: Omnia ſcribe, quomodo ij ſermones fideles, & veri ſunt 503.c
6. Et dixit mihi: Facta ſunt ibid.
Apo.22.18. Si quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto 485.a
19. Et ſi quis diminuerit, &c. ibid.


***Finis Sententiarum Sacræ Scripturæ.***

# INDEX
# RERVM ET VERBORVM
## MEMORABILIVM, QVAE IN TOTO HOC VOLVMINE INSVNT.

### A.


AAron in eremo ſacerdos electus 197.c
Abacuc Gnoſticis propheta Ialdabothi 136.c
Abagari Edeſſenorum Principis ad chriſtum epiſtola 332.a.ei Chriſtus ſuam imaginem miſit 125.a
Abailardus hæreticus 184.c
Abdias Apoſt.Hiſtoriæ Scriptor 219.b
Abdiæ Prophetæ vaticinium de Euangelio 54.b
Abel cur à Cain occiſus 306.d.falcem figurat 406.a. eius mors paſſionis Chriſti typus 380.c.381.a.406. b.ſacrificium 159.a. cur Deo acceptum 362.b.eum damnatum volebant Gnoſtici 129.b.140.b
Abiron qui ſimiles 382.a
Abiud ſacerdos in eremo electus 197. c. ei hæretici ſimiles 382.a
Abracadabra Arathita magorum vocabula 112.c
Abraham Patriarcha Chanaan terram ſibi promiſſam quomodo accepit 496.c. Chriſtum quomodo viderit 328.d.329.c.334.b.fidei typus 376.a. b. fidelium pater ibid.Propheta qualis ibid.Teſtamenti vtriuſque figura 380. b. à Verbo quomodo doctus 332. c. eius amicitiam quomodo Deus aſſumpſerit 346. c. fides eadem cum noſtra 319. b. filij duo cuius rei typus 381.b.ſemen Eccleſia eſt 335.b. 496.a.vitæ deſcriptio 329. a. ei à Deo promiſſa, quomodo Chriſtus perfecit 333. b. eum damnatum voluerunt Gnoſtici 129. b. ſalutem conſecutum eſſe 335.a.b
Abraxas Dei nomen Baſilidi 120.a.121.c
Abſtentus Theologis & Iuriſperitis quis 45.a
Abſtinentia Chriſtianorum veterum 48.b.c.Manichæorum ab Eccleſia damnata 119.a
Accidentarij Lutheranorum ſecta 170.b
S.Achacius Martyr ſub Hadriano 391.b
Achamoth Valentinianorum 21.c.23.a.c.25.a.c.26.b. 29.b.31.32.c.46.d.146.c.161.174.b
Actorum Apoſtolorum libri ſumma 263.& ſeq.
Adam cur à Deo creatus 347.a.433.c. an per peccatũ Dei imaginem amiſerit 265. b.c. formatus ex terra virgine 298. d. 299. c. ex omni limo terræ 196.a. Hebraicarum literarum inuentor 196. b.ligno nos perdidit 462.a.non fuit maledictus 306.a. b.morti cur adiudicatus 307. d. paradiſo cur expulſus 306.a.eodem die quo peccauerat expulſus 459.a. b. quibus pellibus nuditatem velarit 47.c. primus Deo ſacrificauit 159.a.vbi ſepultus 305. d. eius ætatis anni 472.a.corpus quale Gnoſticis 136. a.imagines in primitiua Eccleſia 125.c. lapſus 471. pęnitentia 131.d.ſaluti contradicere hęreſis 305.b. 319.d.verba ad Chriſtum cùm liberaretur ex lymbo 310.a.ei cur arbor ſcientiæ boni & mali vetita 308. c. eum cur primò ſaluari neceſſe fuit 305. b. duas vxores habuiſſe Iudæorum figmentum 6.b.
Adonai quid 225.b.d.226.c
Adoneus quid 138.a.b
Adoptionis voce, quo ſenſu vtatur D. Irenæus 288. a.b
AEgyptij Euangelicæ lucis participes tempore Tertulliani 504.c
AEones triginta Gnoſticorum 8. 9. refelluntur 178. b.190.b
Aërius hæreticus 140.b.eius hæreſis 514.a
AEtates hominis quot 192.c
AEthiopiæ Apoſtoli 55.a
Africæ Eccleſiæ,Romanæ primatum agnoſcunt 236. eius Apoſtoli qui 54.c.d
Aia quid Hebræis 225.d
Albanenſium hæreſis 492.c
Albingenſes hæretici 129.c.140.b
Alexander I. Papa 233.a.b.391.b
Alexandrina Eccleſia Romanæ primatum agnouit 237.c.d.à quibus fidem recepit 54.c.d
Alogiani hæretici 490.c
Alphonſus à Caſtro 506.c
Altarium in Eccleſia vſus 337.a.356
Ambitio hæreſis mater 309.d
S.Ambroſius 6.d. eius ſententia de præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia 360. c. de B. Maria Virgine 303.b.ei omnis hæreticus Antichriſtus 68.d
Amen quid ſignificet 83.c
Ammonitarum idololatria 349.d
Amſdorfius Lutheranus 244.a
Anabaptiſtæ hæretici 129.c.192.b. Antichriſto viam parant 476.d.Apocalypſim reijciunt 490.d.à Caluiniſtis condemnantur 243.b.c.infernum negant 492.c.luxuriæ dediti 132.c.quando orti 243. a. eorum dogmata 262. c. hæreſis de animarum cum corpore interitu 233.c.d.de infantium baptiſmate 192.b
Anacletus Papa 232.b.239.d
Anaſtaſius Nicænus Patriarcha 505.a.506.b
Anaxagoras Philoſophus 171. a. eius dogmata 173. b.c.d
Anaxilaus 68.d.69.b.c
Anaximandri dogmata 171.a.173.b
Andochius Martyr D.Polycarpi diſcipulus 240.b
Andreas Apoſtolus Miſſam fecit 361. a. quibus prædicauit 54.b
Angelorum nouẽ Chori 212. d.213.a. 214.c. 250.b. inuocatio licita 219.c.munia 506.c. Angelos creaturam eſſe 162.c,animalium,hominis & mundi creatores qui ſenſerint 118.b. 148. c. refelluntur 145. d.147.a.162. cælorum fabricatores Baſilidi 119.b. 120.b.corporeos qui dixerint 290.d.vitijs præeſſe volunt Gnoſtici 140.b
Anicetus Papa 233.a.b.c.240.a.242.c.d.243.a.513.b
Anima quid ſit 443. d. corpori dominatur 221. c. d. hominis pars 442.b. anima & ſpiritus vtrũ differant 447.d.animę facultates 210.c.origo 185.a.animam omni homini ineſſe propriam 222. eiuſdem eſſe ſubſtantiæ cum Deo hæreſis 184.d.185.a.b.animæ immortales & incorruptibiles 222. d. & ſeq. 224.443.d.444.c. recordantur eorum quæ in corporibus nouerunt 222. c. propter naturam non ſaluantur 209 animarum metempſichoſis auctores 123.a.220.a.refellitur 219.d.& ſeq.
Antichriſtus qualis, & quæ facturus 475. & ſeq. Chriſtum ſe dicet 476.b.c. Deum & Sanctos blaſphemabit 481. b. Hieroſolymitanum templum reædificabit 476.a. homo verus & ſingularis 475. c.476.b.idolis aduerſabitur 488.a.Miſſę ſacrificiũ abolebit 476.d.vbi naſciturus 487. d. Romanum Imperium diſſoluet 478. c. eius aduentus qualis 249.a.ambitio 475.d.487.c.d. character 482. c. genus 486.d.miracula 482. a. b. 487. a. c. nequitia & doli 474. 475. c. 483. nomen incognitum 484. & ſeq. 486.& ſeq.nomina varia 486,regni ſedes 476. b.491.a.eum Iudæi ſuſcipient 476. b. 487. b Maometem fuiſſe 487.& ſeq.
Antinomi Lutheranorum ſecta 170.a
Antiochena Eccleſia Romanæ primatum agnouit 238.d.ei quot annis præfuit Petrus Apoſtolus 118.d
Antiochenæ Synodi conſtitutio de imaginibus 124.c
Antiochiæ nomine quot vrbes nominatæ 118.d
Antiphanes Poeta 170.d.173.b.c


Antoni-




Antoninus Pius Imp. 44.a.244.a
Antoninus Verus Imp. 240.d
S.Antonius Heremita 159.d
Antropomorphitarum hæreſis 184.c.442.d
Anyſius Theſſalonicenſis Epiſcopus 238.c
Apelles hæreticus 6.a.48.c.124.b
Apocalypſis eſt Ioannis Apoſtoli, & Canonica 373. a. 375. b. 391. c. 392. a. 490. eam reijcit Lutherus 231.d
Apocryphum quid 106.b
Apollinarius Laodicenus Chiliaſta 495.a
Apollinis reſponſa ad Imp.Romanorum de Chriſto 332.a
Apollonium Tianeum Chriſto adęquare conatus eſt Hierocles 74.c
Apoſtata quis 319.a
Apoſtoli Aeonum typi non ſunt 189.b.amici à Chriſto vocantur 346.b. hæreticos quantum abhorruerint 233. c. 234. a.Omnes ſunt veritatis profeſſores 270. cur paſſi 267. c. Sabbato vellentes ſpicas non faciunt contra legem 336.b.ſunt ſacerdotes ibid. Scribæ & Doctores 337. b. d.eorum conſtitutio de imaginibus 124. c. duodenarius numerus quid Gnoſticis 101.c.duodenarij numeri typi 103. b.377.a. pedum ablutio quid deſignet 377.c.d.378. a.eos baptizatos eſſe Apoſtolica traditio eſt 235.b. Miſſam celebraſſe 360.d.361.a.b
Aquæ luſtralis miracula 69. c.aquam vino miſcere, in conſecratione Euchariſtiæ, Apoſtolica eſt traditio 234.d.396.c
Aquenſes quando Chriſtiani facti 54.c
Aquila Ponticus Tranſlator Græcus Bibliorum 291.b.292.b
Arabiæ Eccleſiæ, Romanæ primatũ agnouerũt 237.b
Arcadius Imp. 238.c
Archimimi qui 51.a
Archonticorum hæreſis 113.a.ſcripta 49.d
Arclarenſium Apoſtolus quis 54.d
Ariſtides ſcriptor Chriſtianus 507.d
Ariſtion Papiæ præceptor 506.b
Ariſtoteles ſubtilis Philoſophus 174. b. Dei prouidentiam aſſerit 311. d.quid ab eo mutuati Gnoſtici 171.d
Arius hæreticus 124. b. 170. b.quomodo Conſtantinum Imp. decipere voluerit 273. d. Arianorum inter ſe diſcordia 55.b.hęreſis 44.d.52.a.139.a.146. b. 149. b. 184. c.208.b.247.262.b.d.506.d.miracula 216.c
Armenorum error condemnatus in Florentino Concilio 493
Aſchlepa Gazæ Epiſcopus 238.b
Aſcodrugorum hæreſis 113.a
Aſcodrupitæ hæretici ibid.b
Aſiæ Eccleſiæ multum D. Polycarpo deferunt 233.b. Romanæ Eccleſiæ primatum agnouerunt 54.c
Aſtapheus quid 138.c
D. Athanaſius Nicæno Concilio non præfuit 262.b. Eccleſiæ Rom.primatum agnouit 237.a.b.eius de B.Maria Virgine ſententia 304.c
Athenagoras ſcriptor Chriſtianus 507.b
Atomos rerum principium qui voluerunt 171.b
Atria decem tabernaculi Moſaici quid Gnoſticis 101.b
Atticus Pſeudoepiſcopus 238.c
Auaritiæ malum 46.c
Audeani hæretici 129.d
Auguſtana Confeſſio noua 243.d
D.Auguſtini orationes ad B.Mariam virginem 465. a. b. ſententia de Epiſcoporum & Prælatorum Eccleſię ſtatu 6.c.de imaginibus 125.c. de B.Maria Virgine 302. b. c. de Romanæ Eccleſiæ primatu 236. d.& ſeq. de Traditionibus Apoſtolicis 235. a. b.c.de eius ſcriptis Lutheri iudicium 140.d
Auguſtus Imp. nomẽ Domini vſurpare noluit 45.a
Aurelianus in Gallia miſſam celebrauit 361.b
Aurum Chriſto à Magis oblatum quid 253.d.254.b
Azazel ſpiritus Marco hæretico familiaris 89.c.91.d


### B.


Babylon vrbs 503.d
Baiocenſes quando & à quibus fidem receperint 54.a
Balaam Magorum in Oriente auctor 253.c
Balſamum 196.b.balſami vſus in Baptiſmo 112.b.
Baptiſmus Circuncifioni ſucceſſit 352. ab Euangelicis eneruatur 112. d. & ſeq.paruulorum 191.d.192. b.461.d.& ſeq.eius ceremoniæ 96. a.97. a. 112.b.c. d.113.c.d.235.c. forma ſeruanda 111.d.& ſeq. Ioannis & Chriſti differentia ibid. miracula 69.c.neceſſitas 461.d.& ſeq.
Barbeliotæ hæretici 134.b
D.Barnabæ tumulus 229.d
Barneth quid 196.d
Bartholomæus Apoſtolus formam offerendi Euchariſtiam in Oriente docuit 361.a
Baruch quid 196. d. Baruch liber Canonicus 503. & ſeq.
Baſilides hæreticus 6.b.133.d.176.c.eius hæreſis 44.a. 119.120.121.129.d.176.c.d.refellitur 224.c.d
Baſilidiani polygamiam probabãt 132. Valentinianos damnabant 177.
Baſilienſis librorum Irenæi editio ſuſpecta 321.d
Baſilius Magnus 6. d. eius ſententia de imaginibus 126.b.de B.Maria Virgine 304.c
Beatorum gloria 506.d.diuerſa erit 346.d
Bellouacos qui fidem docuerint 54.a
Benedictiones Patriarcharum quales 499.b
Benignus Martyr B.Polycarpi diſcipulus 240.b
Berengarius hæreſim à Diabolo doctus 357.d.& ſeq.
Beza Baptiſmi formam contemnit 182. d.Caluinum laudat 243. b. 262. b.corrigit 262.c.à Caluino diſſentit 170. b. crucis ſignum ferre nequit 482. d. Chriſtum pro electis ſolum paſſum vult 509. a.in Chriſto duas perſonas ſtatuit 127.b. Dei omnipotentiæ detrahit. 441. b. Deum auctorem peccati facit 140. c. 511. b. Deum neceſſitatis ſibi loco eſſe docet 153. c. de imaginibus ſibi contrarius 124. a. 126. b. fidelium infantes ante Baptiſmum ſanctificatos vult 461. d. Infernum negat 493.a.polygamiam docuit 132.c.qualis Lutheranis 160.a. Tatianorum hæreſim inſtaurat 132.a.eius iudicium de Heshuſio 62.d.159.b
Biturigum Apoſtolus quis 54.d
Blaſtus hęreticus Quartodecimanorum auctor 507. c.508.a
Bogomili hæretici 129.d
Borborianorum hæreſis 134.b
Brentius arguitur 333.a. Baptiſmi formam contemnit 112. d. Chriſto ignorantiam tribuit 208. c. Lutheri diſcipulus 159. b. eius in B. Mariam virginem blaſphemiæ 302.c
Bucerus notatur 236.a.ex monacho tertiò marit[o] 132. c.infernum negat 492.c.d.eius blaſphemiæ in D. Virginem 302.c
Bucoldius Anabaptiſta polygamus 132.c
Budnęi Anabaptiſtę de animarum cum corpore interitu ſententia 223.c.
Bullingeri de Brentio iudicium 159.b.
Burdegalenſes quando, & à quo, ad Chriſtum conuerſi 54.d


### C.


Cadmus 196.c
Cadurcenſes quando & à quo Chriſtum edocti 54.d
Cælum an interiturum 323. d. & ſeq. empyreum 176.d
Caiani hæretici 6.b.139.b.c.& ſeq.140.a.219.335.b
Calamiſcus 196.b
Calicum ſacrorum vſus in Eccleſia 125.d.360.a


 Calmanã

Calmana Adæ Protoplaſti filia 138.d

Caluiniſtæ Anabaptiſtas condemnant 243. c. Antichriſto viam muniunt 476. d. Auguſtanæ confeſſionis ſe eſſe dicunt 62. c. Baptiſmum Ioannis & Chriſti æquant 111.b. Chriſto ignorantiam tribuunt 208. c. Chriſtum in cruce deſperaſſe docent 49.c.d.183.a.ſua paſſione nõ ſatisfeciſſe pro peccatis 457.a.b.c.Dei omnipotentiæ detrahunt 441. a. b.c.Deum auctorem peccati faciunt 115. b. 140. c. 511.Deum neceſſitatis ſibi loco eſſe garriunt 153.c. inter ſe diſcordes ſunt 170. a. b. Epicuræi 223.b. Ethnicis peiores 159.c.d. idololatræ 91. Iudaizant 340.a.à Lutheranis diſſident 62. c.d. 467.paruulis fidelium ſine Baptiſmate ſalutem pollicentur 113. b.461.d.quales Lutheranis 159.c.d. & ſeq. Sanctos in cælo ante extremum iudicium eſſe negant 493. d. ſacras Scripturas corrumpunt 509. quas reijciant 231.Turcizant 340. a. Caluiniſtarum hæreſis doctor diabolus 358. c. d. & ſeq. iudicium de Lutheranis 62.c.d.159. c. præſumptio de certitudine ſalutis conſequendæ 492.a.rapinę 46.d.in Sanctos conuitia 431.c.d

Caluinus 248.a.254.c.Arianizat 340.a.506. b. Baptiſmi materiam non magni facit 112. d. Chriſtum corrigit 231.d.261.d. in Chriſto duas perſonas ſtatuit 127.b.Iudaizat 340. d.506.b. SS.Patres carpit 340.c.ſacræ Scripturæ corruptor 508.509.eius blaſphemiæ in B.Virginem Mariam 302.b.c.cum diabolo commercium 75.b.genium 359. b. hæreſis de Euchariſtia 436.d.de ſe,ſuiſque iudicium 160.b.c. de Lutheranis 62.c.159.a.mendacium de imaginibus 125.c.miraculum 217. a. ſententia de Romanæ Eccleſiæ primatu 236.a.d

Candacis reginæ Eunuchus à Philippo baptizatus, AEthiopiæ Apoſtolus 55.a

Candelabrum Tabernaculi Moſayci Eccleſię typus 466.d

Carcerius Martyr ſub Hadriano Imp. 391.a

Carmelus mons 247.a

Carnotenſes à quibus, & quo tempore fidem edocti 54.d.

Carolſtadius Sacramentariorum parens 243. a. eius commercium cum diabolo 75.b.358. d. in ſua hæreſi inconſtantia 244.b.ignorantia 262. b. c. mors 359.a

Carpocrates hæreticus 6.b.219.a.511.a. ſectæ Gnoſticæ auctor 123.a.eius hæreſis 121.d.& ſe.162. c. 252.c

Carpocratiani libidini dediti 48.c.122. a. 123. magicis artibus 122. a. 123. c. 229. c. cauterio notabant ſuos diſcipulos,& quare 123.d

Carthaginenſis Eccleſia Romanæ primatum agnouit 236.a

Caſtitatem & continentiam impoſſibilem dicunt hæretici 48.c.d

Caſtor Agrippa captiones Baſilidis hæretici patefecit 120.b

Caulaucau Baſilidi Saluator 120.a.quid Hebræis 121. a.b

Celtæ populi 5.a.7.d.54.c

Cenomanorum Apoſtolus 54.d

Ceræ benedictæ agni figura compactæ vſus miraculis confirmatus 69.d

Cerdoniani Aeſopi cani conferuntur 162.d

Cerdonis hæreſes 128.c.d.inconſtantia ibid. & 242. c.d.244.a

Cerinthiani quas ſacras Scripturas reijciebãt 127.b

Cerinthus 257.a.235.c.261.490.c.eius hæreſis 126.c.d. & ſeq.252.c.eius mors 240.b

Cham Noë filius necromantiæ inuentor 196.c

Charitati iuſtificatio attributa 200.c.201.c

Chiliaſtarum error de Chriſti temporali & terreno regno à reſurrectione 495. & ſeqq. 500. 501. 506. quis auctor 499.

Chriſmatis vſus in Baptiſmo 112.b

Chriſtiani nominis origo 118.d.267.d

Chriſtus quando Abrahę euangelizauit 498.d.Deus, Patri conſubſtantialis 45.b.199.d. 207. c. d.247.d. 248.a.c.250.d.252.319.b.d.328. c. 330. 331. 334. 348.c. fabrilem artẽ cum Ioſepho exercuit 45. b.homo verus 303.432.an incarnatus ſi Adam non peccaſſet 456. non ex Ioſeph generatus 287. Legis finis 344. Legem non ſoluit 345. matri Mariæ à reſurrectione primò apparuit 492. d. verè paſſus 284. quoto ętatis anno paſſus controuerſum eſt 46.b.c. 187.d.188.c.192.b.c.Patri quomodo ſubiectus 506. b. ſanguinem proprium in vltima Cœna bibit 498. c. veteris Teſtamenti patribus apparuit 328. & ſeq. 337. c. vulnerum characteres ſeruat in corpore glorioſo 492.b.Chriſti duplex aduentus 395. d.deſcenſus ad inferos 385.a.492.b.c.diuinitatem qui negant 67. d. 214. diuinitatem pati poſſe qui voluerunt 180.b.æterna generatio potius adoranda,quàm curioſius ſcrutanda 206.a.humanitas ſuper Angelos exaltata 506.c.imagines in primitiua Eccleſia 124.b.c.& ſeq.nominis etymon 68.a.69. a paſſionis efficacitas & fructus 188.a. c. 457. a. b. c. regnum ſempiternum 477.c. regni gloria 402. d. Chriſto ignorantiam qui tribuant 107.a. b. 208 c. Chriſtum in cruce nõ deſperaſſe 49. c.d. quatuor clauis cruci confixum 198. d. paſſione & morte non ſatisfeciſſe pro peccatis volunt Caluiniſtæ 457.in Chriſto duas perſonas qui ſtatuunt 127. b. 129.d.c.

S.Chryſoſtomus 6.d.de eius ſcriptis Lutheri cenſura 140. c.286. d. ſententia de imaginibus 126.b. de Beata Maria Virgine 304. a. b. de ſpheris cæli 176.d

Ciborum delectus ex traditione Apoſtolica 48.b.c

Cicero arguitur 394.c.Deum mentem puram appellat 180.c.eius error de Dei potentia 162.a

Cinamomum 196.a

Circuncifio cur inſtituta 350.c eius efficacia 351. c. d & ſeq.ei Baptiſmus ſucceſſit 353.

Cirola pſeudoepiſcopus Arianus 216.c

Clementis Alexandrini de libero arbitrio ſententia 326.d

Clemens I. Papa 192.c.232.c.d.239.b.c. 240. a. eius literæ ad Corinthios 232.c.240.a

Cletus Papa 239.b

Climata quæ 99.a

Cœna pura ſexta dies,qua Chriſtus paſſus 83.b.c

Colarbaſij in quibus diſcrepant à Valentinianis 65. 68.69.eorum hæreſes 82.b.c

Colonia Agrippina 198.c

Communio ſub vna tantùm ſpecie etiam in primitiua Eccleſia vſitata 514.c

Confeſſio peccatorum 75.c.& ſeq.453.d.& ſeq.

Confeſſioniſtæ vide Lutherani

Confirmatio Sacramentum 69.c.113.d.& ſeq.

Conſtantinus Magnus Imp.126.b.194.b.196.b.cultor imaginum 126.c

Conſtantius Imp. Antichriſtus Patribus 68.c.

Continentium hæreticorum auctores 130.

Cornelius Papa 236.b.c

Corpus honeſtè tractandum 443.b

Crates Philoſophus 174.a

Creſcens Viennæ in Gallia à Paulo Apoſtolo relictus 54.d

Crucis Chriſti quinque extremitates ſeu fines 196. c.d.myſtica explicatio 461. c. 462. b.imagines in primitiua Eccleſia 124. b.125.ſignũ Chriſti character 482.c.ſigni vſus inter Chriſtianos 124. b. 125. 197.c.ſigno miracula edita 69.c.125. b. titulus Hebraicè quomodo ſcriptus 196.b

Cynici Philoſophi vnde ſic dicti 174. a. ab ijs quid mutuati Gnoſtici 171.c

Cypriani de B.Maria Virgine ſententia 303.a.de clauis, quibus Chriſtus cruci confixus 198.d.de primatu Romanæ Eccleſiæ 236.b. de eo Lutheri iudicium 286.b

Cyrilli Ieroſolymitani de Romanæ Eccleſiæ primatu ſententia 237.d

D.

Dædalus 91.b

Dæmones mendaces 471.472.c.d. & ſeq. homini auctores ſcelerum 483.d. Dæmonum eiectio donum Eccleſiæ 219. a.b. ignorantia 472. c. cum fœminis concubitus 352.b.Dæmones ante Chriſti incarnationem ſe damnatos pro certo non nouiſſe 478. a. d.& ſeq.Chriſtum Deum agnouiſſe 332. a. b. incorporeos eſſe 290.d

Damaſus Papa 237.b.eius de imaginib.ſentẽtia 125.a

Danielis Prophetæ prophetiam mutilant Euangelici 231.b.Suſannæ & Belis hiſtoriæ Canonicæ 328. b.383.c.d.imaginem Conſtantinopoli erexit Conſtantinus Magnus Imp. 126.c

Dauid Regem octauum eſſe inter fratres quid Gnoſticis 101.b

Decimæ ſacerdotibus perſoluendæ 364.a.b

pro Defunctis ſacrificia 234.c.235.c.356.b.d

Delbora Adę Protoplaſti filia 138.d

Demetrius Diacopus 512.a

Demetrius Phalereus Philadelphi regis bibliothecæ præfectus 294.c

Demetrius Piſinuntis Epiſcopus 238.c

Democritus Philoſophus 157.d.171. b. eius dogmata 174.a.quid ab eo mutuati Gnoſtici 157.d

Deus ex creaturis cognoſcitur 158.c. 159. b. c. 331. b. 332.a.ante mundi exordium quid fecit 204. d. & ſeq. immutabilis eſt 224.c. nullius indiget 147. d. 148. b. inuiſibilis 148. d. & ſeq. 152.c. & ſeq. liber 152. b.mens pura 180. c. mundi conditor 147. b. & ſeq.149. 150. 155. 158. c. neceſſitati non ſubiectus 153.c.omnia in ſe continet 145. a. 146. b. omnipotens 67.a.b.148.d.441.ſimplex 166.d.167. a. b. 205. c.d. trinus 248. a. 252. & ſeq. vnus 114. c. 144. d. & ſeq.146. b.d.147.a.202.c.203.a.246. & ſeq. 255.319. & ſeq. 322.332.a.339.a.b.470. Dei miſericordia & patientia 289. 290.a.nomẽ à multis gẽtibus quatuor literis ſcribitur 44.b.varia nomina 225. 226. prouidentia 152.c.153.c. 201.b. c.511.d.512.a. Deo hominis affectus non competunt 167.a.169.ignorantiam qui tribuunt 184. a. c.185. Deum materiam primam primò formaſſe 162. a . auctorem peccati qui volunt 140.c.269. b. 511. de Deo quid pijs ſentiendum 166.d

Deuteronomium typus Euangelicę legis 320.c

Diaconis vxorem ducere an liceat 75.a

Dij maiorum gentium duodecim 174.d. & ſeq.

Diodorus Siculus Iehouæ vocem non intellexit 46.a

Diogenis Cynici Philoſophi dogmata 174.a

Dionyſius Alexandrinus 126.d.502.a.508.d.eius ſententia de Eccleſiæ Romanæ primatu 237.d

Dionyſius Areopagita 192. Pariſienſium Apoſtolus 54.a.eius de ligno crucis ſententia 125. b. de Dei prouidentia 201.b.de Traditionibus Apoſtolicis 234.d.de eo & eius ſcriptis Lutheri cenſura 140.c 286.b.

Domanowski Anabaptiſtæ de animarum interitu hæreſis 223.c

Dominico die non ieiunandum 515. b. Paſcha celebrandum 513.514.

Donatiſtæ hæretici 46.d.124.b

E.

Ebionitarum Euangelium 230.a. hæreſis 127.c.d.231. a.252.c.262.c.273.320.a.325.a.331.d.

Ebion hæreticus 6.a.240. b.261. a. eius nominis etymon 127.c

Eccleſia Catholica eſt 50.d.53.c.d.& ſeq.242.b. 243.c. columna & firmamentum veritatis 431. d. miraculis confirmata 69.viſibilis eſt 53.c.d.466.d. vna 50.d.52.d.& ſeq.55. 466. a. d. eius auctoritas in rebus fidei 343.d.510

Eccleſiaſticus liber reijcitur ab Euangelicis 231.a

de Eccleſiaſte libro Lutheri iudicium 231.b

B.Effrem D.Baſilij diſcipulus 304.d

Eleazarus Iudæorum ſummus Pontifex 294.d

Eleemoſynarum encomia 344.d & ſeq.

Eleutherius Papa 7.b.233.a.b

Elipandi Toletani Epiſc. hæreſis de Chriſto 288.a.b

Elleborum 212.a

Eloæ,Eloi,Eloth quid 225.d.& ſeq.

Elias Propheta veniet tempore Antichriſti 488.d

Elibertinum Concilium 54.c

Elymas Magus 130.a

Emmanuelis nominis etymon 296.a

Empedoclis Philoſophi dogma 220.c

Encratitarum Euangelium 230.a.hæreſis 130. & ſeq. ſcripta 49.d

Enoch Patriarcha in Paradyſum tranſlatus 352.c. 353.a.439.c.440. c. d. 441. a. veniet tempore Antichriſti 488.d.eius legatio ad Angelos 351.a.352.a.b. Prophetia ſcripta 196.b.

Enthymeſis quid 167.a

Epheſinæ Synodi de Traditionibus Apoſtolicis iudicium 234.d.de Romanæ Eccleſię primatu 238.b

Epicureorum dogma de animarum interitu 220.a

Epicurus Philoſophus 157.d.171.b.eius ſcripta 173.d

Epiphanes Valentinianus hæreticus 59. d. eius impudicitia 63.a.b

Epiphanij de Septuaginta Bibliorum Interpretibus cenſura 294.d.

Epiſcopatum inuiti ſuſceperunt Sancti, illumque fugerunt 6.c.d.

Epiſcopi presbyteris ſuperiores 514. d. Epiſcoporũ ſucceſſio Eccleſiæ nota 232. 239. d. Epiſcopos creare cuius eſt 239.c

Eraſmus Roterodamus notatur 6.d.231. c.260.b. 279. b. 490. c. 492. c. eius iudicium de Luthero 159. b. locus de miraculis Euangelicorum 212. a. annotatio in Irenæum 288.a.b

Errores vnde naſcantur 6.c

Eſau cuius typus 377.b

Eſdras poſt captiuitatem Babylonicam Legem Moyſis reſtaurauit 295.a

Eſſeni Iudæorum ſecta 343.a

Eſtheris hiſtoria mutilatur ab Euangelicis 231. a. de ea Lutheri iudicium 231.b

Euæ ætatis anni 472. a. mendacia tria 472. b. peccatum maius Adami 306.b.c.ſuperbia 471.a

Euangelia ſolùm quatuor 229. b. 230. a. b. 254. d. & ſeqq. 259.261. c. apocrypha variorum auctorum 230.a

Euangelici inter ſe diſcordes 170. a. b.diſſenſiones ſuas ſummo ſtudio diſſimulant 62.c. Ethnicis peiores 159.& ſeq.hæreſes ſuas Euangelij titulo exornant 262. b. c. hæreticos veteres beatos vocant 140.c.d.idololatræ 91. a. b. indocti & rudes.261.b. c.& ſeq.libidini & impudicitiæ dediti 132. mulieribus etiam ſacerdotium attribuunt 74. b. c. ſpecioſis titulis ſe & ſuos ornant 62.c.183.c. d. eorum doctrina noua 243.inconſtantia in doctrina 244.probra & conuitia in SS. Patres 140. c. d. ſuperbia 183.c.d

Euangeliſtæ quo ordine & tempore Euangelia ſcripſerint 229. b.230. a. Euangeliſtarum figuræ 259. a.261.d

Euariſtus Papa 233.a.236.a.240.b

Euchariſtia ſub vna ſpecie conſeruata 514. Euchariſtiæ Sacramentum 114.a.Conſecratio 365.a.436.c. noui Teſtamenti ſacrificium 355. c. 356. 357. illud abolendum hæretici à diabolo edocti 357. c. d. & ſeqq. in Euchariſtia Chriſti præſentia 365. b. c. 434.& ſeq.436. circa Euchariſtiam miracula 69.c

Eucherius Treuerenſium Apoſtolus 54.a
Euchytæ hæretici 129.d
Eudocia Theodoſij Iunioris Imp. vxor 51.a
Eugenius Toletanus Antiſtes 288.b
Euilmerodach Aſſyriorum Rex 298.b
Eunomiani hæretici 115. b. eorum hæreſis 117. b. 184.c
Eunuchus Candacis Reginæ Martyr,& vbi Euangelium prædicauit 269.c.d
S.Euodius Antiochenus Patriarcha 118. d. 192.c
Euripides Philoſophus 173.c
Euryſtheus Steneli Mycenarum Regis filius 51.a. Herculem ad Cerberum ex inferis deducendum miſit 41.b
Euſebij Cæſarienſis de primatu Romanæ Eccleſiæ iudicium 237.d
Euſtachius Martyr ſub Hadriano Imp. 391.b
Eutyches hæreticus 170.b
Excæcare quomodo dicitur Deus 389.a
Exodus Hebræorum cuius rei typus 391.c
Exomologeſis quid 75.c
Exorciſmi 69.c.117.c.154.a.b.235.c
Exuperius Normanniæ Apoſtolus 54.a
Ezechias Iudæ Rex 296.d
Ezechiel Propheta Adonai Gnoſticis 136.c.eius ſententia de mortuorum reſurrectione 457. d. & ſeq.

F.

Farellus Caluini anteceſſor 243.a.436.a.reſurrectionem negauit 436.a
Fatum qui conſtituerunt 174.c
Fauni 415.d
Felix Martyr B.Polycarpi diſcipulus 240.b
Feſti dies ex traditione Apoſtolorum 235.b.eos reijciebant Manichæi 116.c
Ficulneo folio anguem tenere prouerb. 308.b
Fides ſola non iuſtificat 117. b. 218. d. 329. d. 343. d. 346.c.vera non quærit ſtrophas 7.d.Fidei neceſſitas 327.d.veritas vnde petenda 242. 243. a. Fidem innouare nemini licet 6.a. d. in futuro ſæculo etiam permanere 203.c.204.c
Filij Prodigi parabola 414.b
Filium hominis cur ſe Chriſtus vocet Gnoſticis 67.c
Flacciani Lutheranorum ſecta 170.a
Flauianus Antiochenæ Eccleſiæ Antiſtes 238.c.d
Floriani hæretici 48.c
Florini hæreſes 49.c.507.c.510.512.a
Franciſcus Suarez 304.b.c.d.
Franciſcus Venetus 156.d
Franciſcus Vilierius 236.a
Francofordienſis Synodus 288.b
Frankentalenſe colloquium 243.b
Fredericus Aulakius Caluiniſta 457
Fructus centeſimus, ſexageſimus, & triceſimus 506.c
Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus 358.a
Fulgentius Ruſpenſis 237. c. eius ſententia, hominem Redemptionis officium implere non potuiſſe 288.b
Funccius Caluiniſta notatur 293.b
Fungorum varia genera 134.b

G.

Galbanum quid 196.d
Galilæi Iudæorum ſecta 343.a
Gallaſius notatur 4.b.c.27.d.29.d.43.a. b. 49. c. 57. d. 73.d.81.d.101.d.110.d.124.d.239.b.261. c. 281. d. 305. a.320.d.337.d.350.a.464.d.491.a
Gallia quo ardore Euangelium amplexa 54.c. à caluiniſtis vaſtata 46. d. à D. Paulo Apoſtolo ad fidem adducta 54.b
Gallorum Apoſtoli qui 54.a
Garumna flu. 54.c
Gaudium verum quod 444.a
Gaudia cæli 506.d
Gedeonis Iſraëlitarum ducis vellus cuius typus 280.c.281.d
Gehenna quid 503.b
Genealogiam Chriſti cur B.Lucas ceperit tam altè 301.
Geneuenſium leuitas in diſſoluendo matrimonio 132.c.diſcordia cum Anglicanis caluiniſtis 170.b
Gentes promiſſionis Abrahæ participes 59. a. quomodo iudicabuntur 395.a
Gentiliani hæretici 149.b
Geometria in quibus verſetur 217.d
Georgius Maior Lutheranus arguitur 360.c
Georgij Richen Roſtochiẽſis miniſtri iudicium de Sacramentarijs 160.a
Germanorum Apoſtoli 54.a
Gigantum ante diluuium ſcelera 483. d. nefaria libido 352.a.b.eos fuiſſe 211.c.d
*Gloria in excelſis Deo:* cantici qui auctores 260.b
Gnaphæi hæreſis 50.a
Gnoſtici Catharos ſe appellabant 48. b. Chriſtum Deum negabant 44.d.45. b. 67. d. in quatuor perſonas diſtrahunt 39.b.50.a.272.c.Deum poëticum finxerunt 65.a.66.a.151.c.& ſeq. Diabolo familiares 71.b. c. Diabolum coſmocratorem dicebant 47.a.dogmata propria ipſi non intelligebant 44. b.Ethnicis peiores 45.a.hæreſes ſuas ſtudioſè occultabant 6.b.7.b.c.46.b.impudicitiæ & libidini addicti 25.c.27.c.29.a.49.a.71.b.75.d.118.d. magiæ dediti 70.71.72.Matrimonium Satanæ opus vocitabant 118. d. mulierculis ſacerdotium tribuebant 74.d.peccantes dicebant ſe Angelorum opera facere 139. c. ſacras Scripturas corrumpunt 19. a.in ſectas diuiſi 111.b. c. vxores ſuas alijs concedunt 123 d.eorum ambitio 61.b.auaritia 21.a.46.c inter ſe diſcordia 65. & ſeq. 407. & ſeq.vide Valentiniani.
Græcarum literarum inuentores 91.a
Granata ciuitas 54.c
Gratiani ſententia de primatu Romanæ Eccleſiæ 236.b
Gratiarum actiones quę obſeruantur in celebratione Euchariſtiæ ab Apoſtolis traditæ 46.a
Gregorius Magnus qualis Luthero 286.a
Gregorius Nazianzenus qualis eidem 140. d. 286. b. inuocat B.Mariam Virginem 304.b
Gregorius Niſſenus imaginum cultor 126.b

H.

Haalmach quid Hebræis 292.a
Hadrianus Imp. 292.a.294.c
Hæreſiarchæ noſtri temporis peiores alijs 47.d
Hæreſis idololatria eſt 91.c.d.115.b.noua eſt 243.a. b. vnde naſcatur 3. a.6.c. d. 172. d. ridenda 65.a.eam prodidiſſe ſuperaſſe eſt 5.c
Hæretici definitio 116. d. Hæretici Antichriſti appellantur à SS. Patribus 68. c. d. Antichriſti præcurſores ibid. auaritiæ addicti 46.c. d. Chriſtiani & Catholici dici nequeunt 117. b. c. conueniunt inter ſe vt Herodes & Pilatus 62.c.diabolo familiares 74.b.& ſeq.216.a.217. b. c.Eccleſię ſcandalũ Gentibus 123.d.fugiendi 510. c. 511. b. gulæ dediti 27.c.hęreſes ſuas ſtudioſè occultant 7.c.d.273 274. 275.c.idololatræ ſunt 91.indocti & rudes 261. b. c. & ſeq.libros apocryphos à ſe conſcriptos pro S. Scriptura obtrudunt 49.a.d. 107. a. luxuriæ addicti 27.c.29.a.46.c.d.48.c.d.lupi rapaces ſub veſtimentis ouium 7.a.b.magiæ dediti 74.b.c. an vera miracula edere poſſint 69.b. 216. c. d. omnes quò tendant 114.c.d.in ſectas diuiſi 55.b.c.62. ſerpenti comparantur 318.b.319.a. S. Scripturis non obſequuntur 230. c.d. & ſeq. Scripturas corrumpunt 508.509. Simonis Magi diſcipuli 130. b. frigidè & molliter non ſunt tractandi 7. b. Traditiones Apoſtolicas reijciunt 230.c. d. & ſeq. ſpecioſis titulis ſe & ſuos cœtus ornant 62.b. c. eorum inter ſe diſcordia 111. c. 466. & ſeq. diſcordia ſunt Eccleſiæ trophæa 170.b.Baptiſma non reiterandum 235. b. libri à quibus legendi 318. d. ſuperbia 183.d
Hebræorum Euangelium 230.a.ad Hebræos D.Pauli epiſtola reijcitur à Luthero 231.c
Hebraicarum literarum inuentores 196.b.352.b
Hedyoſmus quid 196.d
Hegeſippi de Ioſepho hiſtorico ſententia 332.b
Heidelbergenſes Caluiniſtæ diſſentiunt à Sabaudis 170.a
Helceſaitæ hæretici librum è cælis delapſum ſe habere dicebant 68.b
Helena Simonis Magi ſcortum 6.b.115.d.116.d.124.c
Heliades Martyr ſub Hadriano Imp. 391.b
Helias Propheta in Paradyſum terreſtrem tranſlatus 439.c.440.c.d.441.a
Heluidij de B.Mariæ virginitate hæreſis 295.d
Hemorrhoiſſa à Chriſto ſanata ei imaginem erexit 124.c
Henricus VIII. Angliæ Rex 132.b
Heracleon hæreticus 151.a
Heracliti de Deo opinio 153.d.172.d
Hermannus Hamelmannus refutatur 228.d
Hermes libri Paſtoris auctor 231.c
Hermes Triſmegiſtus Philoſophus 190.a
Hermiani hæretici 47.d.162.a
Hermogenes hæreticus 48.d.eius libido 132.b.hæreſis de materia prima 161.d.174.b
Herodiani Iudæorum ſecta 343.a
Heshuſij de Beza iudicium 160.a
Heſiodus Poeta 43. d. eius de rerum principio ſententia 151.a.173.c.figmentum de Pandora 174.d
Heſperia vnde dicta 54.b
Hetzerus Anabaptiſta polygamus 132.c
S.Hieronymus hoſtis hæreticorum 7. b. qualis Luthero 140.c.286.b.c. encomiaſtes B. Mariæ Virginis 303.c eius ſententia de primatu Romanæ Eccleſiæ 236.c. 237. b.
Hieruſalem ciuitas ab Ebionitis adorata 325. a. eius varia nomina ibid.c
S.Hilarionis abſtinentia 48.c
S.Hilarius crucis imaginem fecit 125.a
Hildephonſus Toletanus Antiſtes 288. b. 295. d. encomiaſtes B.Mariæ Virginis 303.d
Hiparchiæ impudicitia 174.a
Hiſpani dicti Hyberi 54.a
Hiſpanorum Apoſtoli qui 54.a.b
Hoffmanni conuitia in Bezam 160.a
Homeri imago à Gnoſticis culta 124. c. de patria ſeptem vrbes Græciæ inter ſe certant 173.a
Homo cur à Deo creatus 347.348.b.eius partes 447.d ætates quot 192. c. in eius vſum vniuerſa condita 483.d.496.b.c.d.hominem purum Redemptionis humanæ officium adimplere non potuiſſe 288.a
Hora quid ſit,& quibus conſtet partibus 97.c
Huſſitæ hæretici 140.b
Hydra Lernæa 139.a.b
Hydroparaſtarum hęreſis 357.a.varia & diuerſa nomina 131.a.origo 131.c
Hyenæ aſtutia 274.a
Hyginus Papa 44.b.128.c.244.a.513.b
Hyperbaton quid 249.c
Hypocritarum conditio 382.a
Hypponenſis Eccleſia, vt omnes aliæ, Romanæ obediuit 236.d
Hyſtera quid 139.c

I.

Iacobi Billij ſcripta 144.b.c
Iacobus Faber 197.a
Iacobus Maior Hiſpanorum Apoſtolus 54.b
Iacobus Minor Miſſam celebrauit 197.a.360.d
Iacobi Patriarchæ filij in Aegyptum pro frumento miſſi quid declarent Gnoſticis 101. b. oues variæ quid 376.d
Ialdabaoth quid 138.
Iao quid 46.a
Iaoth quid lingua Hebraica 225.b.226.b
Iconoclaſtæ 124.c
Ideas qui defenderint,& oppugnarint 156. c. d. earũ refutatio 154.& ſeq.
Idiota quo anno floruit 303.b.encomiaſtes B.M.Virginis ibid.
Idololatriæ origo 158.d.484.a
ab Idolothytis ſibi cauerunt Chriſtiani quandiu gentiliſmus ſtetit 48.b
Iechonias Iudæ Rex an ſine liberis obierit 298. b.c
Iehouæ vocem non intellexit Diodorus Siculus 46. a.48.b.
Ieiunia Chriſtianorum 48.b.c
Ieiuniorum diebus, quibus cibis vtendum 48.b
Ienenſes molles Lutherani ſunt 170.a
Ieremias Propheta Adonai Gnoſticis 136.c
Ieſu nomen venerandum 361.c.d.eius etymon 194. a 195.d
Iezlerus Caluiniſta quid de Lutheranis 159.c
S.Ignatius Antiochenus Patriarcha 6.d.118.d.357.514 b.D.Polycarpo familiaris 240.c.eius epiſtolæ cuius valoris 482.c.eas Caluinus & Magdeburgẽſes reijciũt ibid.de æterna Filij Dei generatione ſententia 168.b.de Chriſti vitæ annis 192.c.ad beſtias condemnati vox pia 481.a
Illyricani rigidi Lutherani 170.a
Illyricus notatur 239.b
Imagines Gnoſticorum cur reprobauerit Irenæus 124.d
Imaginum vſus ſemper in Eccleſia 124.125.126.
Infantium recens natorum vagitus vnde 84.b.85.b
Infernum eſſe 493.c.qui negant 492.c.d.& ſeq.
SS.Innocentes Martyres quot fuerunt 279.a
Innocentius Papa 237.a.b.238.b
Inuidia diaboli vitium 474.a
Ioacim Iudæ rex 298.b.c
Ioannes Antiochenus Patriarcha 238.b
Ioannes Apoſtolus vbi,& quando Euangelium ſcriſit 229.b.230.a.b.eius ætatis anni 101. 486. b. 511.b. Apocalypſis reijcitur à Luthero 231.d. eam Ioannis eſſe,& canonicam 373.a.375.b.391.c.392.a. 490. de epiſtolis duabus poſterioribus eiuſdem Lutheri iudicium 231.d.
Ioannes Auentinus 54.a
Ioannes Aurifaber Colloquiorum Lutheri auctor 231.b.243.c.
Ioannes Baptiſta Propheta & Apoſtolus 258. b. qualem pœnitentiam prædicarit 251.b
Ioannes Chryſoſtomus vide Chryſoſtomus.
Ioannes Curterius 204.c.506.b
Ioannes Fiſcerus Roffenſis Epiſcopus Martyr 369.c
Ioannes Preſbyter 506.b
Ioannis Schutz de Sacramentariſmo iudicium 160.b
Ioel Propheta Sabaoth Gnoſticis 136.c
Ionas Propheta quid Niniuitis prædicauerit 289. a. 290.b
Ionathan Vſielis fil.Chaldæus paraphraſtes 292.b
Ioſephi Hiſtorici de Chriſto locus 332. b. de Iudæorum exorciſmis 154.a
Ioſeph quomodo Chriſtum educauit 378.d.379.b
Ioſephi Patriarchæ in Aegyptios benignitas 390.a
Ioſue Dux Iſraelitarum quinque Reges Amorrhæorum occidit 197. d. eius duodecim lapides quid Gnoſticis 101.c
Irenæus quàm vicinus Apoſtolis 486.b.511.b. D. Polycarpo familiaris 510.quo anno hos libros ſcripſit 7.

ſit 7. c. ſeptem Sacramenta agnouit 113. c.& ſeq. eius næuus de Chriſti vitæ annis 192.b.c.de Chriſti temporali regno à reſurrectione 500. præceptores 486.b.ſcripta 507.& ſeq.teſtimonia de S.Trinitate & Chriſti Deitate 252.253.
Iris 196.a
Iſaac Patriarcha typus fidei 376.b.ligna ferens quid ſignificat 329.
Italica vidua quomodo ab Auguſtino conſolata 212.c
Ithamar in eremo ſacerdos electus 197.c
Iudæi corruptores ſacræ Scripturæ 291.a.292.c
Iudæorum Apoſtoli 55.b.c.exorciſmi 154. a.b. error de animarum metempſichoſi 220. a. b. fabulæ de Meſſia 6. a. variæ ſectæ 343. a. traditiones, quæ à Chriſto reiectæ ibid.ijs Lex Moſayca cur data 349.d.vxoris repudium cur permiſſum 349.c
Iudæ Apoſtoli epiſtola reijcitur à Luthero 231.d
Iudæ proditoris Euangelium 140.b
Iudicium extremum 479.b
Iudith hiſtoria ex canone Diuinorum Librorum reijcitur ab Euangelicis 231.a
Iulianus Apoſtata Imp. 124.c.126.a
Iulianus Toletanus Antiſtes 288.b
Iulius Papa 238.b
Iuonis Carnotenſis de Romanæ Eccleſiæ primatū iudicium 236.c
Iuſtinus Imp. 126.a
Iuſtinus Martyr 507.d.vidit cellulas Septuaginta Interpretum 295.a.eius ſcripta cuius valoris 478. d. ſententia de ſigno crucis 125.b.de mundi creatione 148.c.de æterna Dei Filij generatione 168.b. de Septuaginta Bibliorum Interpretibus 294.d
Iuſtitia originalis in quo conſiſtit 443.a.b
Iuſtitia quæ ſit maior quàm Phariſæorum 345.Chriſtiana in quibus conſiſtit ibid.
Iuſti ante Abraham quomodo iuſtificati 351.a
Iuſtos damnatos, impios autem ſaluos volebat Marcion 130.a
Iuſtus Ionas Lutheranus 231.c
Iuuenilis ætas quæ 192.a

L.

Lacaſan Candaces, Baazenæ Regis filia AEthiopum regina 269.c
Lactantij locus de crucis imagine 125. c. de Dei potentia 162.a
Lacte gypſum miſcetur prouerb. 281.b.282.a
Laſci iudicium de Lutheranis 159.b
Lazari & Epulonis vera hiſtoria 321.c.& ſeq.
Lazarus à Chriſto ſuſcitatus, diſcipulis ad ſoluendum oblatus quid denotet 453.d.& ſeq.
Leo Conſtantinopolitanus Lector 125.a
Leo Papa 238.a
Leontij Neapolis Epiſcopi de imaginibus ſententia 126.a
Lernæa hydra 139.a.b
Lethale mulſum prouerb. 281.b.282.a
Letheus fluuius 220.c
Leucippi philoſophi dogmata 174.a
Lex Moſayca cur Iudæis data 349.d
Lia Iacobi Patriarchæ vxor cuius typus 377.b
Liberius Papa 237.a
Liberum arbitrium 209.c. 326. & ſeq. 349.& ſeq.354. a.480.a.481.c.483.a.d.512.a.
Lindanus doctus & catholicus ſcriptor 50.a
Linus Papa 236.a.quot annis præfuit 239.b
Lipſenſes molles Lutherani ſunt 170.a
Literarum Græcarum inuentores 91. a. Hebraicarū 196.b.352.b
Liturgia D.Baſilij Magni 46.a.304. c. S. Chryſoſtomi ibid.a.S.Iacobi Apoſtoli ibid.d.& 306.d
Longo longius fugere prouerb. 242.c
Loth Patriarcha fide ſaluatus 351.a.eius cum filiabus concubitus 392.393.vxor Eccleſiæ typus 392.d
Lucas Euangeliſta B.Virginis Mariæ,& Petri & Pauli Apoſtolorum imagines depinxit 125.a.quo tempore Euangelium ſuum conſcripſit 230.b. D.Pauli indiuiduus comes & cooperator 271.272.
Lucilla Donatiſta 124.b
Lucius Adrianopolis Epiſcopus 238.b
Lucius Cyrenenſis D.Pauli conſobrinus 54.a
Ludi & ſpectacula Ethnicorum à SS. Patribus damnata 48
Lunæ creſcentis & decreſcentis cauſſa hominibus non certa 203.b
Lutherani Antichriſti præcurſores 476. d. à Caluiniſtis diſſident 467. ethnicis peiores 159. idololatræ 91.libidini addicti 48. d. mulierculis ſacerdotium concedunt 74. b.in ſectas diuiſi 55.b.c. 170. a b.quos libros S.Scripturæ ex canone reijciant 231. a.eorum de Caluiniſtis iudicium 62.a.159.c.d.diſcordia inter ſe 170.a.b.ſuperbia 183.d
Lutherus Baptiſmum eneruat 113. a. caſtitatem & continentiam impoſſibilem putat 132.c. liberum arbitrium negat 326. c. 350. a. Miſſæ ſacrificium abrogandum à diabolo edoctus 358. Neſtorianus eſt 50.a.Patriſpaſſianus 180. c. à ſuis ſectatoribus quibus titulis ornatur 183.d. Symboli fidei auctores Apoſtolos agnoſcit 51. d. Turcis non reſiſtendum docuit 478. c. eius familiaritas cum diabolo 74.c.d.75.a.358. iudiciū de Sacramentarijs 91. 159. d.162.c.de SS.Patribus 140.286. de aliquot S. Scripturæ libris 231. de ſuis VVittenbergenſibus 160. c.matrimonij miſeriæ 75.b.c.de iuſtitia originali hæreſis 443.b.impudicitia & libido 132. b.c.d. ſuperbia 183.d.miracula 216.d.ei nominis Antichriſti numerus conuenit 487.a
Luxuriæ malum 46.c
Lybiæ Eccleſiæ Traditiones habent pares cæteris 53. c.54.c.

M.

Macedoniani hæretici 115.b
Machabæorum libri reijciuntur ab Euangelicis 231.a
Magdeburgenſes notantur 115. b.327. b. 332. b. 333. a. 346. d. 350. b. 364. c. 446. a.464.d.482.d.483.d.ſibi contrarias 356. c. impudenter damnarunt ritus & ceremoniæ baptiſmi 112.d.eorum blaſphemiæ in B.Mariam Virginem 302.c
Magiæ vis & efficacia 112
Magiſter perfectus quis 191.c.d
Magiſtri ætatē perfectam habuit Chriſtus cùm prædicare incepit ibid.
Magiſtratui obediendum 473.d.& ſeq.
Magi horrendis vocabulis vſi ſunt in ſuis præſtigijs 112.abutuntur nominibus ſpirituum 138.c
Magorum in Oriente auctor quis 253.c
SS.Magorum trium munera Chriſtô oblata quæ & qualia,& quid ſignificent 253.d.254.b
Maior vide Georgius Maior.
Maioriſtæ Lutheranorum ſecta 170.a
Malachias Propheta 361.a.eius vaticinium de ſacrificio Miſſæ ibid.
Malaleel Patriarcha quot annis vixerit 440.b
Mammona quid 250.d
Mancipium quid 288.c
Manes Perſarum Regis filium ſanare nequit 216.c
Manichæi hæreſiarchæ ambitio 183.d
Manichæi hæretici 62.c.126.a.185.a. 231.a. Teſtamentum vetus reijciunt 343. b. eorum ambitio 116. c. ſcripta 49.a
Manſfeldenſes rigidi Lutherani ſunt 170.a
Manumiſſus quis 288.c
Maometem Antichriſtum fuiſſe 478.d.487. 488. & ſeq.eius geſta ibid. Maometani in ſectas diuiſi 55.b.c
Marcellina Gnoſtica 124. c. Romam quando venit 122.d





Marcellus Ancyræ Epiſcopus 238.b
Marcion hæreticus 6.a.b.124.b.eius libido 48.d.hæreſes 129.130.146.c.ſcripta 49.d
Marcionitæ diabolum mundi conditorem conſtituebant 149.c.ſacræ Scripturæ mutilatores 229. d eorum hæreſis 184.c.335.a.b.435.b
Marcoſij hæretici 95.c
Marcus Euangeliſta quando Euangelium conſcripſit 229.b.230.a.b Alexandriæ Apoſtolus 54.c
Marcus hæreticus Valentinianus 68.69.73. d. Dei Vnigenitum ſe mentiebatur 82. d. magiæ deditus 71.a.74.a.b
Maria Virgo Deipara dicenda 234.d.303.d.ſuper Angelos exaltata 506.c.Inuocanda 464.& ſeq. Virgo 235.a eius encomia ex Patribus 464.& ſeqq.
Martialis Chriſti diſcipuli de ſacrificio Miſſæ ſententia 357.a
Martianus Arelatenſis Epiſcop. Nouatianus 236.b.d
Martianus Imperator 302.d
Matrimonium Sacramentum eſt 49.a.114.a.119.a.qui negant 132.a
Matthæus Apoſtolus Euangelium Hebraicè ſcripſit 229.d.quo tempore 230.a. Miſſam fecit 361. a. eum in recenſenda Chriſti genealogia erraſſe volunt Anabaptiſtæ 298.c
Matthiæ Apoſtoli Euangelium 230.a
Matthias Flaccius Illyricus Arianizat 67.d
Melanchthon Schluſſelburgio Arianus 207.c.d.eius fraus in citando Irenęo 366.c.ſententia de duabus vxoribus ſimul ducendis 132.c
Melchiades Papa 237.a
B.Meletij imagines à Chriſtianis cultæ 126.b
Menander Comicus quis & qualis, eiuſque ſcripta 182.b
Menandri Simonis Magi diſcipuli geſta 117.d.& ſeq.
Mendacium varium & multiplex 67.c
Mercurij Triſmegiſti de animarum metempſichoſi dogma 220.d
Michael Archangelus magiæ cultoribus cui planetæ præeſt 138.c
Michaelis Roſſimanni filiam à diabolo obſeſſam, fruſtra liberare tentant Lutherani 217.a
Mileuitanum concilium 237.b
Mimus quis 51.a
Miracula vera ſolùm in Eccleſia Cathol. 69.b.c.d
Miſſa Eccleſiæ ſacrificium 355.c.d.356.357.& ſeq.360. 362.& ſeq.364.a.d.eius Præfatio 367.a
Molinæus Caluiniſta notatur 239.b
Moloch idolum 349.d
Montanus hæreticus 124. b. 513. a.eius ambitio 62.c. 183.c.libido 48.d
Mulieres in rebus Eccleſiaſticis nihil iuris habent 74.d.inter hæreticos Sacerdotes ibid.hęreſes propagarunt 124.a.b
Mundus ex materia prima conditus 162. a. 174.b quot annos perdurabit 480.d.482.a.b.an interiturus 310.d.323.d.& ſeq.igne interiturus 484.b
Munſterus D.Matthæi Hebraicum Euangelium edi curauit 230.a
Muntzerus Anabaptiſtarum parens 243.a

N.

Naaſini hæretici 134.b
Narſes dux B.Mariam Virginem inuocauit 468.d
Nathanael Biturigum Apoſtolus 54.d
Nazaræorum Euangelium 230.a
Necromantiæ inuentor quis 196.c
Nectarius Conſtantinopolitanus Patriarcha 238.c
Nero Imperator 6.b
Neſtorianorum hæreſis 127.b
Neſtorius hæreſiarcha 50.a.170.b.238.b
Neuſſerus Caluiniſta ad Turcas defecit 457.a
Nicęnę Synodi ſententia de Chriſti diuinitate 199. d. 234.d.de Romanæ Eccleſiæ primatu 238.c
Nicaſius Normanniæ Apoſtolus 54.a
Nicodemus Chriſti diſcipulus 310. a. eius crucis Chriſti imago 124. b. de crucis ſigno ſententia 125.b
Nicolaitæ hæretici 6.b.48.c.128.a.b
Nicolaus Antiochenus Nicolaitarum author 124.b. 261.a.eius impudicitia 128.b
Nicolaus Storck Anabaptiſtarum parens 243.a
Nilus fluuius 204.d.de eius incrementis variæ opiniones ibid.
Noë Patriarchæ benedictio 246.a
Noëtus ſe Moſem appellabat 62.c.
Norea Adæ protoplaſti filia 138.d
Normannorum Apoſtoli 54.a
Nouatiani hæretici 7. a. ſe Catharos dicebant 62.c. 183.d.eorum hæreſis 184.c
Nynenſis diues Euangelicus dictus 322.a

O.

Oceani fluxus & refluxus cauſſa ignota 204.b
Ochinus Polygamiam aſſeruit 132.c
Oecolampadius Sacramentariorū coryphæus 243. b.365.c.Deum malorum auctorem facit 424.a.arguitur 435.436.dubius & inconſtans in ſua hæreſi 244.c. eius hæreſis circa virginitatem B. Mariæ Virginis 291.d.mors 75.b
Oedipus ſeipſum excæcauit 454.a.b
Oleo miracula facta 69.d
Opera bona ad ſalutem neceſſaria 47. d. & ſeq.52.a. 117.b.209.c.228.d.367.b.c.449.a
Ophitæ hæretici 6.b.eorum hęreſis 137.c.138.d
Optatus Mileuitanus 237.c
Orandi ritus & ceremonię 515.orandum pro hęreticis 314.a.b
Ordinis Sacramentum 114.a.b
Orientalis Eccleſię Apoſtoli qui 54.a.b
Origenes an Valentinianus fuerit 168. b. eius error de diabolo 479.a.opera ab hęreticis deprauata 180 b.508. d. ſententia de Traditionibus Apoſtolicis 234.c.de ſpheris cęli 176.d
Originale peccatum 323.a.461.d.469.d
Orphei de rerum principio ſententia 151.a.173.c
Oſiandri hæreſis de Chriſto 208. c. de Lutheranorū diſſidijs ſententia 170.b.de eo Sturmij iudicium 159.b
Oſiandrini Lutheranorum ſecta 170.a

P.

Palladius Helenæpoleos Epiſcopus 238.c
Pamphyli Martyris bibliotheca 229.d.pro Origene apologia 168.b
Pandora Heſiodi 174.d
Pantomimi qui 51.a
Papæ auctoritas 240. Primatus 232. b. & ſeq. 235. & ſeqq.240.a.514.d. 515 .a. Papam non eſſe Antichriſtum 476.c.Paparum interrupta ſucceſſio 239.d
Papias Ariſtionis & Ioannis Preſbyteri diſcipulus 192.c.219.b. 234. c. 498. a. 506. d. eius iudicium de traditionibus Apoſtolicis 234.c.de eo Euſebij iudicium 499.b.c
Paradiſus vbi ſit 47.c.d
de Paralipomenon libris Lutheri iudicium 231.c
Pariſienſes quando,& à quibus fidem edocti 54.a
Paſchatis celebratio 512. d.513.514. nominis etymon 340.c
de Paſtoris libro Patrum iudicium 370.a.374.
SS.Patres Hæreticorum hoſtes 7. b.63. b.c. diligenter legendi 49.d.cur legerint ſcripta Hæreticorum 318. d. à Poëtarum lectione non abhorruerunt 454.a.b. veritati magis quàm eloquentiæ ſtuduerunt 7.c
Patriſpaſſiani hæretici 180.b
Paula Romana crucem adorauit 125.b
Pauliciani hæretici 113.b
Paulinus Antiochenæ Eccleſiæ Patriarcha 238.d.eius de imaginibus ſententia 125.d.126.b
Pauli Heremitæ abſtinentia 48.c

Paulus Apoſtolus Epicureiſmi accuſatur à Caluiniſtis 269. c. leonibus Epheſi obiectus 454. d. eius imagines in primitiua Eccleſia 124.b. eius laudes 380.a. eum Hiſpanis prædicaſſe 54. b. Miſſam celebraſſe 360.d. qui eum reijciant 273
Pauli Heremitæ abſtinentia 48.c
Pelagianorum hæreſis 449.461.d
Pelops Tantali Phrygiæ regis filius 189.d.190.c
Pentecoſtis feſtum Eccleſiæ 515.c
Pepo quid 63.b
Pepuſiani hæretici 74.d.
Pertinax Martyr ſub Hadriano Imp. 391.b
Petrus Apoſtolus traducitur à Caluiniſtis 269. c. eius abſtinentia 48.c. Euangelium 230.a. imagines in primitiua Eccleſia 124.b. Paſſio 6.b. ei in Papatu quis ſucceſſit 239.b. eum Marci Euangelium approbaſſe 230.a. Romæ fuiſſe 239.b.c. Miſſam celebraſſe 361.a
Petrus Chryſologus quo tempore floruit 302.d
Pharan mons 291.a
Phariſæi Iudæorum ſecta 343.d
Phemionitarum hæreſis 134.b
Philippus Diaconus 265.d.269.c
Philoſophi hæreticorum Patriarchæ 148.b.172.d
Philoſophia non reijcitur à SS. Patribus 173.a.b
Philtris vſi Gnoſtici 75.d
Phoſphorus Rhetor 63.c
Photinianorum hæreſis 127.d
Phrygæ hæretici 74
Photinus Martyr 54.d
Pignus quid 446.a
Pilati epiſtola de Chriſto ad Cæſarem 332.a
Pindarus lyricus Poeta 189.d
Pius I. Papa 233.a.b.242.c.d.374.d.513.b.514.c
Plato hæreticorum condimentarium 83. b. hæreticis religioſior 313. b.c. an Biblia legerit ibid. eius annus magnus 83.b. ideæ 156.b.& ſeq. 172. d. ſententia de Angelis 184.b. de animarum metempſichoſi 220. de Deo 313.b.c. de mundi creatione 174. a.313.d.& ſeq. de rerum initijs 171.b
Pleroma Gnoſticorum 155.b
Pœnitentiæ Sacramentum 114.b. eius effectus, fructus & vtilitas 51.c.307.c.427.a. partes 75.c. & ſeq. 308.a. b. d. 345. a. Pœnitentia publica primitiuæ Eccleſiæ vſitata 77.a.b
Politici 77.b
D. Polycarpus 192.c.219.b. Marcionem vocabat Primogenitũ Satanæ 63.b.129. c. 233.c. Martyr eſt 233. b.240.c.d. quo anno martyrium ſubijt 240.d.486. b.511.b. Romam cur iuit 233.b.240.a. 513. c. 514. c. Smyrnenſis Epiſcopus 233.b. eius diſcipuli 240.b. Epiſtola ad Philippenſes 233.c.d.240. c. exclamatio 223.a.286.a. 510. c. Reſponſionum fragmenta 241. reuelationes & viſiones 219.b. ſcripta 240.c.d
Polychronius hæreticus 216.c
Polygamiam qui approbarunt 132.174.a
Porphyrius Apoſtata 332. a. eius error de Angelis 158.b
Primitiæ Iudæorum 363.d
Principibus tributa ſoluenda 473.d
Priſca Montani hæretici ſocia 124.b
Priſcillianiſtarum hęreſis 185.a. ſcripta 107.b
Priſcillianus hæreticus 124.b
Proba Falconia 51.b
Proceſſus Martyr ſub Nerone 391.b
Proclianitarum hæreſis 148.c
Prophetæ definitio 374. d. Prophetæ quomodo à Gnoſticis diſtribuantur 136.c
Prophetia quid 370.d. Prophetiæ donum in primitiua Eccleſia 219.b
Protherius Alexandrinus Epiſcopus 514.c
Prouerbia: AEſopi canis 162. b. in arenam ædificare 311.a. arenam numerare ibid.& 201.a. de arena reſticulas nectere 49.a. ſine fuco 273.c.274. c. calculos terræ numerare 311.a.& heri,& ante 89.a. gypſum lacte malè miſcere 281.b.282. a. lethale mulſum ibid. longo longius fugere 242.c. mare vniuerſum ebibere 186.b. neque in cælo, nec in terra eſſe 273.c.274.a. neque intus, neque foris exiſtens 77.b. ne in ſomnijs quidem 192.d. 194. a. tanti vitrum, quanti margaritum? 5.a
Pſalmus exomologeſeos 384.c
Ptolemæus hæreticus Valentini ſectator 3.c.7.a.150. b.151.a.192.d. eius epiſtola 151.a
Ptolemæus Philadelphus AEgypti Rex 292. d.293.a. b.294.b. eius bibliotheca 292.d.294.c
Ptolemaitæ 343.b
Pulcheria Imperatrix 125.b
Purgatorium 53.a
Pythagoræ dogmata 44.a.171.d.174.b.220.a.c

Q.

Quadrageſimæ ieiunium 514.d
Quadratus Athenienſis Propheta Chriſtianus 219.b
Quæſtiones obſcuræ Deo commendandæ 203.b. vanis non ſtudendum 202.d. in Quæſtionibus fidei quò recurrendum 242.
Quartodecimani Schiſmatici 513. a. eorum auctor quis 507.c
Quaternarij numeri dignitas 44.a.b
Quinarius numer. frequens in Scripturis 197. b. & ſeq.
Quintiliani hæretici. 74.d

R.

Rabbini Iudæorum notantur 6.a.296.d.334.c.340.d
Rachel Iacobi Patriarchæ vxor Eccleſiæ typus 376. d.377.b
Rebeccæ partus cuius rei typus 376.b.377.a
Redhibere quid Iureconſultis 457.a
Rempham adorarunt Iudæi 349.a
Reſurrectio carnis probatur 491. ex Chriſti miraculis 451. d. 452. & ſeq. ex Chriſti reſurrectione 443. c. & ſeq. ex Enoch & Heliæ aſſumptione 439. c.& ſeq. ab Euchariſtiæ ſacramento 363.b.365.c.d. & ſeq. 434. c. 435. b. c. d. ex Ezechiele 457.d.& ſeq. ab hominis creatione 437. ex lõgæua vita priſcorum 439.c.& ſe. qualis futura 287.c. eam qui negarunt 119. d.120.c.172.d.435.c.
Rhinocorura fluuius 496.c
Rodolphi Gualteri Caluiniſtæ hæreſis de Chriſto 208.c
Romanæ Eccleſiæ primatus 232. b. & ſeq. 235.& ſeqq. 240.a.514.d.515. a. Epiſcoporũ perpetua ſucceſſio 239. d. eam Petrus & Paulus Apoſtoli fundarunt 229.b
Romanum Imperium vltimum huius orbis regnorum 490.a. eius diſſipatio quando futura 477. 478
Rothomagenſes, quando & à quibus eruditi in fide 54.a
Ruffinus arguitur 492.c

S.

Sabaoth Dei nomen 226.d. quid ſignificet 138.c.225. b.d
Sabbathum quomodo ſanctificãdum 335.d. Apoſtoli ſpicas legendo non profanarunt 336. nec Chriſtus malè habentes ſanando 335. c. d. nec ſacerdotes Iudæorum 336.c. Sabbathum quid ſignificet 352.d
Sabellius hæreticus 176.b. eius hæreſis 184.c
Sacerdotes ſacra myſteria peragentes Chriſti perſonam ſuſtinent 356. c. 361.d. eorum officia 356.b.d. poteſtas remittendi peccata 453.& ſeqq.
Sacerdotium externum in Eccleſia 336. d. & ſeq. 356. 364.c. mulieribus non committendum 74. ſpirituale & omnibus commune 356.b
Sacramentarij Dei omnipotentiæ detrahunt 67. a. 184.c. idololatræ 91. S. Scripturã deprauant 513.c. & ſeq. callidè hæreſes ſuas occultant 7. c. 274. a. 275.c. Miſſæ ſacrificium abrogandum docti à Diabolo 358.d. & ſeq. eorum doctrina noua eſt 243.a. iudicium de Lutheranis 91.a. vide Caluiniſtæ.
Sacrificium ſoli Deo competit 360.b. incruentum & externum in Eccleſia 356.& ſeqq. 362.d. Iudęorum typica fuerunt 368.b. cur inſtituta 347.d. 354. cur Deo non accepta 354.b.
Saddai quid Hebræis 225.d
Sadducæi Iudæorum ſecta 343. a. b. negant reſurrectionem 328.b
Salathiel Iechoniæ filius 298.c
Salomonis regis geſta 384. c. & ſeq. exorciſmi 154. a. idololatria 349.d. 386. b. quædam ſcripta non extant 386.a.c. templum typus Chriſti ibid.
Saluator Gnoſticorum Pandora Heſiodi 189.c. τὸ πᾶν dictus 17. b. 189. d. eius & Achamotæ coniugatio 29.b. ortus 23.a. de eo variæ Gnoſticorum opiniones 67.b.c
Samael ſpiritus nequam 138.c
Samaritæ Simonem Magum pro Deo colunt 116.c eorum facinus in Chriſti eiuſque matris imaginem 126.a. lingua 249.d
Samoſateniani hæretici 127. d. 149. b. 262. d. 275.a. 328.c
Sancti inuocandi 464. & ſeq. Sanctorum animæ an in cælo cum Deo viuãt 223. 493. Orationes incenſum 361. c. imagines licitæ 124. & ſeq. præmia in cælo varia 346.d.419.a. eos vituperant & contemnunt hæretici 284.a.286.481.c.d. Deum lingua & articulatis vocibus laudaturos in cælo 446.a.b
Sara Abrahami vxor cuius typus 381.b
Satanas quid ſignificet 469.a.d
Sataneani hæretici 129.d
Satisfactio Pœnitentiæ pars 308.a.b.d.345.a
Saturnini hæreſis 118.129.d.300.c
Schiſma quàm graue crimen 399.507.c
Scripturæ ſacræ cur difficiles 204. in Græcam linguam quando & à quibus trãſlatæ 292.d.& ſeq. an ſolæ ſint fidei regula 242.b.243.c. earum interpretatio vnde petenda 384.394.a.b.400.a. mala interpretatio hæreſis mater 6.c. vtilitas 202. c. 204. ſibi aduerſas hæretici contemnunt 230.c. d. & ſeq. adulterinas pro veris obtrudunt 105.b.106.b. ijs abutuntur 19.a. 99. in ijs an nihil obſcurum 202.c. 203.204.b.c.
Secundus Valentinianus præceptori contradicit 59. c.62.d
Sedulij Presbyteri ſententia de B. Maria Virgine 303.c.
Seleucianorum hæreſis 47.c.148.c.162.a
Senonenſes quando & à quibus fidem edocti 54.d
Septuaginta Interpretes 292.d.294.295.a
Seruetus hæreticus 67. d. 127. d. 149. b.253. a.320.c. 348.b.
Sethiani hæretici 49.137.c
Seuerus hæreticus 174.b
Sibylla Cumana 194.b
Sibyllæ Erythreæ oraculum de Chriſto 194.b
Simeon Cleophæ filius Ieroſolymitanus Epiſcopus 55.c
Simeon, qui Chriſtum in vlnis geſtauit, cuius dignitatis inter Iudæos 333.a
Simeonis Stylitis imagines à Chriſtianis cultæ 125.d
Simonem Cyrenæum pro Chriſto paſſum vult Baſilides 120.b
Simon Leproſus Cenomanorum Apoſtolus 54.d
Simon Magus 124.a.129.d.216.c.219 c.300.c.334.c. hæreticorum pater 6. b. 130. b. pro Deo cultus 6. b. 116.b.124.c. eius ambitio 6.b.62.c.115. d. 116. 183. d. auaritia 116. hæreſis de animarum metempſichoſi 220.a. de ſola fide iuſtificante 47. d. 52. a. 117. b. libido 117.a. magia 74.c.116.c. 219.c. miracula an vera 116.c.216.c.d. ſtatua Romæ 6. b. 116. c. tituli, quibus ſeipſum adornabat 6.b.62.c
Simoniani dediti libidini 117.a. magiæ 219.c. idololatræ 124.c
Sixtus I. Papa 233.a.b.513.b
Sixtus Senenſis 298.b.343.c
Smidelinus notatur 235.d
Smyrna quid 196.a
Socrates Philoſophus 153.d
Sodomitarum infantes à gehenna liberat Auguſtinus 387.c. Sodomitas ſaluatos voluit Marciõ 129. b. qui eos venerantur 139.b
Soter Papa 233.a.b
Spangenbergij de ſuis Lutheranis iudicium 160.a
Spheræ cæleſtes quot 176.d
Spiritus Sancti diuinitas 114. c. 115. b. 146. b. 203. a. 204.c.252. 320. c. 331.d.332.b.370. b. 374. b. 442. d. 445.b.446.a.450.b. quatuor chariſmata in primitiua Eccleſia 219.b.c
Stacte quid 196.b
Stancarus hæreticus 67.d
Staphylus 216.d.217.a
Steſichorus Lyricus poeta 116.a. 117.a
Stoici Philoſophi 171.c.172.d. eorum dogmata 174.c. 220.a,
Stratiotici hæretici 134.b
Subſtantiarij Lutheranorum ſecta 170.b
Sueſſionenſium Apoſtoli 54.d
Suffragines quid 248.b
*Surſum corda: Habemus ad Dominum:* verba ſunt ab Apoſtolis accepta 46.a.367.a
Syluanectenſes quando & à quibus Chriſtiani 54.a
Syluanus Caluiniſta ad Turcas defecit 457.a
Symbolum Fidei regula veritatis 50. d. 114. c. in ſacrificio Miſſæ ſemper decantatum 51. d. eius auctores Apoſtoli 50.d. & ſeq.
Symmachus ex Samaritano proſelytus 291.d

T.

Tabernaculum Moſaicum Eccleſiæ typus 364. d. quid Gnoſticis 101.a
Tantali fabula 190.a
Tatianus quis, & qualis, eiuſque hæreſes 131.305.b.c. 309.d
Taurinus Normannorum Apoſtolus 54.a
Terram non perituram, ſed innouandam 504. d. 506.b
Tertullianus qualis Luthero 286. b. in Marcionẽ inuehitur 129. d. & ſeq. Matrimonium Sacramentum agnoſcit 119.a. liberum arbitrium 326.b.c. d. Traditiones Apoſtolicas 234.c
Teſtamenti vtriuſque vnus auctor 337.b. idem Deus 470.475.b. diuerſitas 58. a. 269.a. nouum Chriſtus inſtituit 405.d. maiorem obedientiam à nobis requirit 387.d. à Prophetis prædicatum 337.b. 338. c. veteri præſtantius 338. b. vetus non ocioſum, & cur datum 394.b
Thales Mileſius Philoſophus 171. a. 172. d. eius dogmata 173.d
Thamar Iudæ Patriarchæ nurus, cuius typus 380. c. 381.a
Theatra & ſpectacula Ethnicorum omniũ vitiorum fomenta 48
Theleſphorus Papa 44.a.244.a.260.b. Martyr eſt 233. a.b.240.c.513.b
Theodorus Martyr ſub Hadriano Imp. 391.b
Theodoſius I. Imp. publicam pœnitentiam egit 77.a
Theodotiani hæretici 490.c
Theodotion Epheſius Iudæus reprehenditur 291.b. & ſeq. eius hæreſis 292.a
Thetis Deorum mater Homero 171.a
Tholoſates quando & à quo conuerſi ad fidem 54. b
Thomas Apoſtolus vbi, & quibus prædicauit 55.b

In Oriente formam offerendi Euchariſtiam docuit 361.a.abſens, cùm manifeſtaretur Dominus Apoſtolis, quid Gnoſticis 101.b. eius Euangelium 230.a
Thomas Muntzerus, vide Muntzerus.
Thuris vſus in Sacris ex Apoſtolorum traditione 197.a. Chriſto à Magis oblati myſtica interpretatio 254.a.c
Tiberius Imperator, 330.b.332.b.c. Tigurinorum de Lutheranorum diſſidijs ſententia 170.a.b. hæreſis de Ethnicorum ſalute 395.c
Tintinabulorum duodecim in veſtimentis ſacerdotum veteris Teſtamenti dependentium SS. Patrum allegoriæ 103.a.b.377.a
Tobias Gnoſticis Eloi Propheta 136.c
Tonitrui ratio certa hominibus ignota 203.b
Traditiones Apoſtolicę quę 231.a. ęquales S.Scripturæ, & quàm neceſſariæ 6.b.49.c.d.158.c.159.b.231.b.c.232.233.& ſeqq.242.a.b. quæ à Chriſto reprehenduntur 343. ijs non obſequuntur hæretici 230.c.d.& ſeqq.
Trebellius Martyr ſub Hadriano Imp. 391.b
Trinitarij hæretici 52.a.262.d
SS.Trinitas Diuinarum Perſonarum 51.b.c.252.369.d.374.a. de ea diſputare periculoſum 206.a.b
Triſmegiſtus Hermes Philoſophus 190.a. eius inſania de Deorum fœtu 45.b
Tritici & zizaniorum parabola 425.b
Trophimus Arelatenſium Apoſtolus 54.c
Trypho Archiſynagogus 154.a. eius error de Meſſia 6.a. hæreſis circa virginitatem Deiparæ 291.d
Tubingenſes rigidi Lutherani 170.a
Turcicum Imperium quouſque dilatatum 478.d
Tyrſus Martyr B.Polycarpi diſcipulus 240.b
Tyrus Phœniciæ ciuitas 115.d

V.

Vacuum quale Gnoſticis 150.b.158.171.b
Vagitus primus infantium quid portendat 84.b.85.b
Valens Imperator 216.c
Valentiniani Chriſto Angelos congeneres fingebant 45.c. Chriſtum in quatuor perſonas diſtrahunt 39.b.50.a Deum poeticum finxerunt 151.c.& ſeq. Deos plurimos 149.a.b. dogmata propria ipſi non intelligebant 44.b. Ethnicis peiores 45.a. figmenta occultabant 6.b.c.46.b. Gnoſticos ſeſe vocabant, & quare 59.c.62.b. luxuriæ dediti 25.c.27.c.29.a. ſcortis & pharmacopolis ſimiles 49.b.c. eorũ auaritia 21.a.46.c. inter ſe diſcordia 65.& ſeq.407.& ſeq. origo 244.a. vide Gnoſtici.
Valentinus variarum ſectarum parens 134.b. quando Romam venit 242.c.d. eius vitæ deſcriptio 43.d.& ſeq. hæreſis 47.d.52.a.217.b.300.c. Pleroma triginta Aeonum 8.9. ſcripta 7.d.49.a.d. ab eo in quibus diſcrepent eius diſcipuli 59
Valentinus Gentilis 51.d.115.b.214.c.248.a.c. Deum Patrem ſolum Deum eſſe docet 251.d.320.c
Vaſcones quando, & à quo fidem edocti 54.d
Vbiquitarij Lutheranorum ſecta 170.b
Ventorum generatio hominibus incerta 203.b
Vento vbi concipiant equæ 165.d
Verbum Dei vide ſacra Scriptura
Verbum Vide Chriſtus
Veritas ſimplex eſt 273.c.274.c. vbi quærenda 310.b.384.a.400.a. ab ipſius inimicis probari poteſt 332.b. omnium teſtimonium perquirit 331.b. veritatis & falſitatis diſcrimen 273.c. veritatis regula 41.c.114.c
Vermilius Caluiniſta à Beza diſſentit 170.b. omnipotentiæ Dei detrahit 408.c. Deum auctorem peccati facit 511.a.b
Veſtales virgines 112.a
Veſtis nuptialis 413.b. ſummi Iudæorum ſacerdotis quid Gnoſticis 101.a
Victor Capuanus Epiſcopus 240.d. quo tempore vixit 241.d
Victor 1. Papa 512.d. quot annos ſedit 508.a
Victoria belli, cur regi ſemper adſcribatur 147.c
Viennæ in Gallia quis primus fidem plantauit 54.c
Vigilantius hæreticus 464.d.465.b
Vigilij Martyris de origine errorum ſententia 6.c
Vincentius Bellouacenſis hiſtoricus 357.d
Vireti blaſphemiæ in B. Mariam Virginem 302.d. expoſitio verborum: *Hoc eſt corpus meum* 411.b
Virginitas Sanctimonialium 112.a
Viſionum tria genera 375.a. viſionibus etiam Prophetæ prophetabant 372.a
Vita hominis vnde 224.a. viſio Dei eſt 371.d. vitæ & mortis diſcrimen 450.c. vitæ præſentis & futuræ 438.a. vitam longiſſimam qui traduxerint 440.b
Vitis & corporis Chriſti collatio 434.d
Vlyſſes 397.b
Vmbra Pleromatis Gnoſticorum refutatur 150.d.157.158.a.b
Vnctio extrema Sacramentum, & eius effectus 113.b.c.d.114.b. Vnctio triplex in Baptiſmo 112.b.c. Vnctio Chriſtianorum poſt mortem 113.
Vngula quid 196.c
Vocales ridiculè à Gnoſticis interpretantur 83.a
Volucrum quarundam abitus & reditus cauſa certa reddi nequit 203.b.204.a
Vſus quarundam rerum Chriſtianis & Ethnicis ſimilis, finis diuerſus 112.a
Vtenhouij de corporis Chriſti in Euchariſtia præſentia blaſphemia 409.c
Waldenſium hæreſis 514.a
Waltzerrima Frederici Saxoniæ Ducis concubina 132.b
Wigandus Lutheranus 395.b
Witakeri mendacium 467.b
Witebergenſes molles Lutherani 170.a. quales Luthero 160.b.c
Vultures fœminæ ſine mare pariunt 45.a.165.c
Vxores quibus communes 29.a. plures ſimul habere qui concedunt 132.b.c. vxorum repudium cur Iudæis permiſſum 349.c.d

Z.

Zacharias Gnoſticis Propheta Sabaoth 136.c
Zamael malignus ſpiritus 138.e
Zanchus Chriſtum tricorporem fingit 410.b
Zeno Patricius Martyr ſub Hadriano Imp. 391.b
Zeno Philoſophus Stoicorum parens 174.c
Zodiacus circulus 99.b
Zoroaſtris dogma de animarũ metempſichoſi 220.d
Zorobabel 298.c
Zuinglianorum de Lutheranis iudicium 62.c.d
Zuinglius Sacramentariorum auctor 243.a. Neſtorianus 50.a. Lutherum arguit ignorantiæ 261.d. omnipotẽtiã Dei negat 408.c.441.b. ſibi cõtrarius ibid. & 409.c.d. Carolſtadio 411.a. Sacram Scripturam corrumpit 509.c. de ſuo dogmate dubius 244.c. eius familiaritas cum diabolo 75.a.b. de Ethnicorum ſalute hæreſis 395. mors, & de ea Lutheri iudicium 359.a.401.c. ei deſcenſus Chriſti ad inferna quid 492.d. eum hæreſim de Euchariſtia diabolus docuit 359.

FINIS.

# HAEC FRAGMENTA SERIVS NOBIS A R. P. FRONTONE MISSA, SVIS LOCIS INSERENDA SVNT.

*Locus Irenæi libr.5.cap.30. ab Andrea Cappadoce citatus, ſic habet apud Aretam in Apocalypſim.*

Τὴν μὲν ἀκρίβειαν τῆς ψήφου ὡς καὶ τὰ λοιπὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα ὁ χρόνος ἀποκαλύψει καὶ ἡ πεῖρα τοῖς νήφουσιν· εἰ γὰρ ἔδει, καθώς φασι τινες τῶν διδασκάλων σαφῶς γνωσθῆναι τὸ τοιοῦτον ὄνομα, ὁ τεθεαμένος αὐτὸ ἂν ἀπεκάλυψεν· ἀλλ' οὐκ ηὐδόκησεν ἡ θεία χάρις ἐν θείᾳ βίβλῳ τὸ τοῦ λυμεῶνος ταγῆναι ὄνομα.

Accuratam calculi notitiam, vt reliqua itidem, quæ de Antichriſto ſcripta exſtant, tempus & experientia viris prudentibus & ſobrijs manifeſtabit. Nam ſi in exquiſita nominis huius cognitione magnum aliquod operæ precium ſitum eſſet, illi vtique, qui viſionem impreſſit, vt veteres rectè admonent, Euangeliſtæ illud patefeciſſet. Verùm diuinæ gratiæ aliud, quàm corruptoris perditique hominis nomen, diuino huic libro inſerere viſum fuit.

*Lib.5.Cap.36.pag.504.d. Non enim ſubſtantia, neque materia.*

*Andreas Cæſarienſis Epiſcopus Comment. in cap. 6. Apocalyp. cap. 18. ſerm. 6. ſic habet in M.S. Vaticano.*

Καὶ ἕτερόν τι σημαίνεται τὸ μὴ ἀφανισμὸν τὸν οὐρανὸν ὑφίστασθαι. ἀλλ' οἷον εἱλιγμόν τινα καὶ ἀλλαγὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον· ὡς φησὶν Εἰρηναῖος ἐν ε' λόγῳ τοῦ ἐλέγχου τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, ἐπὶ λέξεως. Οὐ γὰρ ἡ ὑπόστασις οὐδὲ ἡ οὐσία τῆς κτοίσεως ἐξαφανίζεται· ἀληθὴς γὰρ καὶ βέβαιος ὁ συστησάμενος αὐτήν. ἀλλὰ τὸ σχῆμα παράγει τοῦ κόσμου τούτου· ἐν οἷς ἡ παράβασις γέγονεν· ὡς οἱ πρεσβύτεροι λέγουσιν. καὶ ταῦτα μὲν ὁ μέγας Εἰρηναῖος.

Quin aliud quoque per hoc ſignificatur, nempe Cęlum non ſubiturum aliquem interitum aut abolitionem, ſed tantùm quandam inuolutionem, & ad meliorem ſtatum mutationem. Qua de re Irenæus libro quinto reprehenſionum falſi nominis ſcientiæ ad verbum ferè ita ſcribit: Neque enim Cœli, aut creaturæ eſſentia abolebitur. Siquidem qui hanc coaugmentauit verus & ſtabilis eſt; ſed mundi figura, in quo præuaricatio accidit, in ſtatum primo venuſtiorem, vt veteres aſſerunt, tranſitura eſt. Hæc magnus Irenæus.

*Idem cap. 63. ſerm. 22.*

Ὁ μὲν μακάριος Εἰρηναῖος λέγει· Οὐχ ἡ ὑπόστασις, οὐδὲ ἡ οὐσία τῆς κτίσεως ἐξαφανίζεται· ἀληθὴς γὰρ καὶ βέβαιος ὁ συστησάμενος αὐτήν. ἀλλὰ τὸ σχῆμα περαγεῖ τοῦ κόσμου τούτου ἐν ᾧ ἡ παράβασις γέγονεν, ὅτι ἐπαλαιώθη ὁ ἄνθρωπος ἐν αὐτοῖς. καὶ διὰ τοῦτο τὸ σχῆμα τοῦτο πρόσκαιρον ἐγένετο προειδότος τὰ πάντα τοῦ θεοῦ.

Verba B. Irenæi ita ſonant: Creaturæ ſubſtantia & quidditas neutiquam interitura eſt; Verus eſt namque & ſtabilis, qui illam formauit & condidit; ſed ſpecies, & pars illa mundi, in qua tranſgreſſio accidit, & homo inueteratus eſt, tranſibit. Enimuerò cùm DEVS humani lapſus præſcius eſſet, voluit partem illam vniuerſitatis, quæ humanis vſibus ad tempus ſeruiret, temporariam, & omnino eiuſmodi eſſe, quæ in meliorem, & ſtabiliorem ſtatum mutari aliquando poſſet.